


























Sum B. jüngst. Dr.

[illegible] 1727.

L. Dünner 1895



LUDOVICI DE DIEU

CRITICA SACRA,

ſive

ANIMADVERSIONES

In loca quædam difficiliora

VETERIS ET NOVI TESTAMENTI.

Editio nova, recognita ac variis in locis ex Autoris manuſcriptis aucta.

Suffixa eſt APOCALYPSIS D. JOHANNIS Syriaca, quam ante aliquot annos ex Manuſcripto *Joſephi Scaligeri* Autor primus edidit, verſione Latina notiſque illuſtravit.




J.P. Caſelt: 1727 G. b. ſ.

AMSTELÆDAMI,

Excudit GERARDUS BORSTIUS, Bibliopola.

cIↃ IↃ CLXXXXIII.




KONINKLIJKE
BIBLIOTHEEK

Generosissimis Viris-Juvenibus

LUDOVICO & HENRICO ÆMILIO DE DIEU:

Huic Medicinæ Doctori, illi Jurisprudentiæ studioso indefesso: Clarissimi, Spectatissimique Viri DANIELIS *de* DIEU, *Medici apud Leidenses, primum; deinde apud Amstelodamenses expertissimi Filiis:* LUDOVICI *nepotibus. S. P. D.* GERARDUS BORSTIUS.

NON ingratum, ut equidem ego opinor, vobis accidet, Juvenes generosissimi, si ego, postquam in animum induxeram meum, Reverendi, & non doctrinâ magis quam pietate spectatissimi Viri, LUDOVICI DE DIEU avi vestri, opera omnia, tam edita hactenus quam ἀνέκδοτα, in unum congesta volumen, typisque meis quam fieri potuit nitidissime descripta cum orbe litterato communicare; si illa, inquam, non aliis quam vobis, avitarum virtutum hæredibus non inficiandis, inscribenda censerem. Et non una, cur id ita statuerem mecum, fuit ratio. Is quippe fuit, ὁ μακαρίτης, dum esset in vivis; & is adhucdum a doctissimis Viris ubivis locorum habetur, ut ab illo genus duxisse, & illo sanguine, (longo sane, nobili, & inclyto) censeri; inter summas laudes merito sit deputandum: tanta enim illius fuit eruditio; tam subactum in Theologicis præsertim & Linguarum studio judicium: tam præclara pro suggestu dicendi gravitas; & quod silentio minime involvendum, ea fuit illius in Deum hominesque singularis, & omnis fuci expers probitas. Certabat in hoc viro cum pietate doctrina: cum conscientia scientia; cum naturâ ars; cum disciplinâ, rerum usus; ut de suo *Langueto* olim nobilissimus *Mornæus*. Verum cum id longe sit supra meas vires tanti viri velle recensere laudes, idque felicius multo ab aliis sit præstitum, silebo potius quam ut pauca dicendo, illas videar deterere culpa ingenii. Unum tamen

men

men eſt, quod ne prætercam, facit meus in avum veſtrum affectus; ex teſtimonio, quod de illo Rev. meus parens, exhibere ſolitus fuit, unice natus. Quoties ille mihi, fratribuſque meis, ſtudiorum ſuorum curriculum in Leidenſi Academia peractum narrare conſueverat; atque magnorum iſtius temporis virorum memoriam recolebat lætus, cum *Walæi*, *Triglandii*, *Heidani*, *Feſti Hommii*, *Hugonis Goodijeri* honorificam mentionem faciebat pius ſenex, toties hujus veſtri avi, ſui per ſexennium & paſtoris & præceptoris deſcribebat mores, ſermones, διδασκαλίαν τε καὶ ἀγωγήν: Apollos erat, illo judice, ſi quis alius; & lumen Tractatorum, ut *Hieronymus a Lupo*, habebatur. Vis enim dicendi aderat ineluctabilis, quam timerent improbi, venerarentur boni; quæque in abditiſſimos quosque humani cordis ſeſe ingerebat receſſus, teſtante id ſemper frequentiſſima omnis ordinis auditorum coronâ. Facile autem perſuadebat magnus hic Orator, cum non inutilis diſciplinæ foret exemplum; ſed ſibi ipſi perſuaſiſſet prius; & quid faciendum faciendo doceret. Idque imprimis ſæpius me ab illo audiviſſe memini, & ſemper in illo ſe fuiſſe admiratum profeſſus eſt, in eo LUDOVICUM facile poſt ſe reliquiſſe omnes, quod in omnibus adeo ſibi ipſi perpetuo eſſet ſimilis: ita ut quamcunque ſibi tractandam ſumeret materiam; ſeu ſacras enarraret hiſtorias, & Samuelis libros pro concione explicaret; ſeu afflictiſſimas hominum mentes in ſpem melioris vitæ erigeret, graſſante ſæviſſimâ illa peſte anno cIↄIↄ cxxxv & xxxvi, quæ civitatem & Eccleſiam Leidenſem graviter tum affligebat, nec plane intactum relinquebat Parentem meum, LUDOVICUM DE DIEU nunquam fruſtra requireres; qui ut inexhauſtus fons areſcebat nunquam; ſed veluti ſcriba in regno cœlorum edoctus e theſauro cordis nova promebat & vetera: ſemper grata, quia ſemper rite concocta; & ſi non emorſos, ut ait ille, ſapiebant ungues; redolebant aſſiduum meditandi ſtudium; & incoctum vero pectus. Hinc factum quoque, ut cum quotidie tot intercidant libri, an dicam potius libelli, tot penitus emoriantur ſcripta, nullo ſui relicto apud poſteros deſiderio, famâ nullâ, hæ tamen Lucubrationes tantum ſemper habuerint & habere

per-

pergant apud doctos amorem, & exiſtimationem plane ſingularem; ut ſemel illas typis deſcripſiſſe ſatis non ſit: ſed denuo fuerint recudendæ, efflagitante hoc quotidie magno Emptorum numero. Nec defuere Viri docti, qui, poſtquam meum de nova hac editione percepiſſent conſilium, hortari non deſtiterunt, ne deſiſterem: oblatâ ſimul & præſtitâ quam fideliſſime operâ ſuâ, ut nitide prodiret; nihil indiga eorum quæ ſplendorem aliquem externum conciliare apta nata erant. Id unum tantum dolebant non uberiorem vitæ menſuram tanto viro conceſſam; qui non ſibi, ſed unicé Eccleſiæ commodo videbatur natus; atque ſi eâ methodo & virtutes chriſtianas omnes, & oppoſita iis vitia illuſtraſſet, qua *Avaritiam* delineavit, inæſtimabili theſauro poſteritatem beaſſet: revera *Theophraſtus* futurus, & perpetuus Eccleſiæ doctor. Verum aliter Deo viſum; cujus conſilio ut ſapientiſſimo, acquieſcendum. Cumque jam ad umblicum perducta eſſet hæc Editio, vos occurriſtis primi, JUVENES GENEROSISSIMI quibus ego illam, pro meo quod mihi in illam eſt juris, dicatam volui: meæ erga Vos obſervantiæ futurum τεκμήελον: & ſimul vobis dum ad præclara quævis adſurgitis indefeſſi, calcar & incitamentum non leve. Id demum eſt vivere, ſi quis ad inſtar incomparabilis hujus Viri vitam componere ſtudeat: illumque, ut optimum ſane, ſibi ad imitationem proponat. Sic itur ad aſtra, & nomen nunquam intermoriturum. Sic virtus vivit poſt funera: & non celata multum ſepultæ diſtat inertiæ. Hic itaque veſter Avus, & quem adhuc luget patria Civitas ob inſignem artis Medicæ peritiam, Parens veſter ampliſſimus, ſi continuo vobis ob oculos verſentur, habebitis ambo quos imitemini tuto: nec facti pænitebit. Deum Opt: max: veneror ſupplex ut votis annuat: voſque in patriæ & Eccleſiæ ſuæ commodum, & Matris, matronæ lectiſſimæ ſolatium diu velit eſſe incolumes. Dabam Amſtelodami ipſis Cal: Jul: cIↃIↃCXCIII.

Lectori benevolo Bibliopola.

Cum vino vendibili non opus sit hederâ suspensâ, prout vetus illud habet adagium, non est quod a me expectet quispiam, ut hæcce Ludovici de Dieu, *viri doctissimi & celeberrimi, opera, ipsi multo sermone sim commendaturus: nota enim sunt ita, & tam diu a viris doctis desiderata, ut etiam me tacente, pro semet ipsis satis superque loquantur. De Editione tantum illorum hac nova pauca præfari necesse est; ut unicuique constare possit quid circa illam præstitum sit. Non satis fuit in hoc incumbere, ut quam nitidissimis illa describeretur characteribus, atque a mendis & quæ irrepere solent vitiis perpurgata prodiret; verum, cum etiam auctam, si fieri id posset, illam vellem, omnemque moverem lapidem, si quid forte alicubi vel apud hæredes vel amicos lateret, quod voto satisfaceret ut illud nancisci possem; incidi tandem in exemplar Commentariorum in Euangelia, quod e Bibliotheca Rev: & doctissimi Viri* Lud: de Dieu, *Lud: Filii, & dum viveret Pastoris in Woubrugge, sibi comparaverat Rev: Doctiss: & celeberrimus vir* D. Guilielmus Anslaer, *Ecclesiastes Amstelodamensis fidelissimus, harum rerum indagator non minus solers, quam æstimator. Illud autem exemplar cum plurimis locis ipsius Authoris manu propria esset emendatum & auctum, & quidem illum in finem ut si aliquando denuo hæc recuderentur commentaria, hæ secundæ curæ, ut augmentum non ignobile ac minime spernendum prioribus accederent, non destiti rogare virum illum Rev:, ut hunc thesaurum publico non invideret; quod etiam pro suo in rei litterariæ commoda studio concessit facilis. Ut illi porro qui hujus viri scripta & labores æstimare jam didicere, scirent quis fuerit, consultum videbatur Orationem Funebrem* Joh: Polyandri, *S. S. Theol. in Academia Leidensi Professoris, quæ vitæ historiam complectitur, hisce præfigere. Hæc ne nescires volui benevole Lector, atque hisce vale.*

„ EXimio ac celeberrimo Theologo Ludovico de Dieu supremos hac pompa
„ funebri honores detulimus, corpori ipsius sepulto debitos: qua parte uni-
„ versos hujus urbis incolas laudabili suæ erga ipsum charitatis officio probè
„ defunctos esse agnoscimus. Quamvis ex majorum nostrorum more exem-
„ ploque in hac Academia receptum sit, ut una eademque die, qua viro-
„ rum de republica bene meritorum exequiæ celebrantur, aliqua in laudem
„ ipsorum oratio lugubris ex hac cathedra habeatur; nonnulli tamen mirabuntur, cur eodem
„ hoc semestri, tam Ludovico de Dieu, quàm Festo Hommio parentare voluerim. Quam
„ duplicem provinciam me quidem præter exspectationem meam, sed nequaquam præter ra-
„ tionem suscepisse lubens confiteor. Justissimam utramque orationem luctuosam ex hoc loco
„ habendi causam atque occasionem mihi ab utriusque demortui propinquis datam esse hinc
„ colligi potest, quod arctissimam cum utroque in hac civitate amicitiam constanter aluerim,
„ meque ad postremum illud charitatis officium hodie præstandum avita cum familia Colo-
„ niana consuetudine obstrictum esse judicaverim. Idque eo nunc exequor lubentius, quod
„ Senatus noster Academicus hujus defuncti exequias, ob singularia ipsius merita hujusmodi
„ sermone panegyrico ex sua auctoritate ab aliquo ex nostro ordine honorari debere censuerit.
„ Hic Ludovicus de Dieu Flissingæ magno Ecclesiæ Christianæ bono natus est Anno Domi-
„ ni millesimo quingentesimo nonagesimo mensis Aprilis die septimo: quo anno Deus omni-
„ potens nostras Provincias fœderatas, Regis Hispani tyrannide, Antichristi superstitioni-
„ bus, intestinisque Optimatum nostrorum dissidiis oppressas, erigere ac libertatis nostræ de-
„ fensoribus urbis Bredanæ redditione favere, omniaque Patriæ nostræ adversa præsidio suo
„ ab ea avertere incepit. Pater ipsius fuit Daniel de Dieu Bruxellanus, vir Reverendus ac
„ verè eximius, qui capta urbe Bruxellensi à Duce Parmensi functionem pastoralem sibi à
„ Flissingensi Ecclesia oblatam amplexus est, postquam Bruxellanæ Ecclesiæ annos viginti
„ duos sacrum ministerium suum commodasset. Hic vir fuit magnæ eruditionis, tantæque

„ facun-

„facundiæ, ut Zelandia parem non habuerit, variarum quoque linguarum Orientalium ac
„Græcarum peritus, vulgarium præterea tam gnarus, ut Belgicas, Germanicas, Italicas,
„Gallicas & Anglicas summo cum omnium auditorum applausu conciones habuerit. Pro-
„phetam Esaiam ita diserto ac magnifico stylo interpretatus est, ut vix templa auditoribus
„sufficerent, ipsos autem in stuporem raperet. In familiari autem vita adeo gratus atque
„acceptus omnibus, ut omnium ad se animos pertraheret, à moribus vulgaribus ita alienatus,
„ut & in aula & cum magnatibus semper versatus videretur. Qua morum elegantia hoc
„effecit, ut Magnates omnes, in primis autem magnus Marnixius Aldegondius ipsum sum-
„moperè amaverit, magnamque cum eo amicitiam coluerit. Cum anno millesimo quin-
„gentesimo octuagesimo octavo Rex Hispaniæ se pacem cum Serenissima Angliæ Regina,
„tunc Provinciarum nostrarum Protectrice, exoptare simularet, eamque per Ducem Par-
„mensem ipsi clanculum offerret, Ecclesiæ nostræ Belgicæ de tragico classis navalis ad nos
„opprimendos paratæ molimine ei quibusdam earum fautoribus ac defensoribus præmonitæ,
„eum quoque cum aliis pastoribus Belgicis, quàmprimum in Angliam mittendum esse judi-
„carunt, ut earum nomine Serenissimam illam Reginam, totiusque regni Britannici Optimates
„de Tyranni istius fraude ac perfidia certiores redderent. Qua in re fidi ac facundi Oratoris of-
„ficium suo ac collegarum suorum nomine magna cum laude atque efficacia præstitit. Ludovi-
„cus de Dieu, defuncti avus paternus, domesticus fuit Imperatoris Caroli Quinti, quem,
„ut propriis utar verbis Cæsarei diplomatis, *complures annos per Germaniam, Flandriam,
„Hispaniam & Italiam comitatus, cùm in coronatione Imperiali, tum in expeditionibus ad-
„versus hostes, præsertim verò in expeditione Panonica adversus Turcas, deinde in
„Africa, in expugnatione Goletæ & urbis Thunetis recuperatione, & aliàs,
„tam belli, quàm pacis tempore, terra marique, tantam fidei ac devotionis constantiam
„Majestati ipsius indefesse præstitit, ut propter grata ejus & diuturna obsequia multipli-
„ciaque probitatis & virtutum merita, Imperator ipsum cum descendentibus utriusque se-
„xus in infinitum, nobilitatis titulo, armorum insignibus, cæterisque honoribus omnibus,
„præeminentiis, libertatibus & privilegiis ornaverit.* Hic tanto zelo ac studio Religio-
„nem nostram coram ipsis quoque Idololatris profitendi usque ad extremum vitæ suæ ter-
„minum flagravit, ut tandem se in periculum Imperatoris favorem pristinum amittendi con-
„jecerit, fidissimique amici cadaver ipsius Bruxellis in quadam cella sex hebdomadas abscon-
„dere, atque illinc Antwerpiam transferre coacti fuerint. Ubi clanculum de nocte sepultus
„fuit. Abavus defuncti maternus fuit Hieronymus van Ceulen, proavus Guilielmus Gan-
„davensis: quos ipsius Majores, honestæ affinitates, munera, feudaque decorarunt. Avus
„ejus fuit Petrus van Ceulen, primus latine Colonius cognominatus, ab eodem Ludima-
„gistro, qui avitæ quoque nostræ familiæ Gandavensis, *van den Kerckhoven* olim dictæ,
„cognomen Flandricum, in Græcum Polyandri cognomen præposterè transtulit. Quæ
„peregrina cognomina Majores nostri sibi retinenda existimarunt, ut difficillimis illis tem-
„poribus inter hostes veritatis tanto tutius versarentur. Nec silentio prætereundum est sin-
„gulare providentiæ Dei beneficium, quo Petrum van Ceulen ex tenebris Papatus ad lucem
„veritatis perduxit, qui dum in Gallia peregrinationis ergo versatur, celebri Typographo
„Parisiensi Roberto Stephano, ob insignem Græcæ linguæ scientiam, quam tum præcipuè
„callebat, statim innotuit, ipsique adeò familiaris factus est, ut ejus consilio permotus pau-
„lò post Lutetiâ Genevam sit profectus: ubi ad Calvinum deductus, fideli ipsius institu-
„tione veræ religionis cognitione salutari imbutus, ejusdem hortatu, primùm ad studium
„sacræ Theologiæ, deinde ad verbi divini ministerium animum suum applicuit. Cujus pri-
„mitias, eruditionem, zelum ac vigilantiam, Ecclesia Metensis experta est; tum ex occa-
„sione libertatis Nob. & Generoso Baroni Domino de Clervant & Montoy concessæ, ut in
„utraque arce sua Metis vicina sacro Pastoris orthodoxi ministerio frui posset, tum ex so-
„lenni vocatione ab ista Ecclesia Metensi ei Genevæ oblata, quam Calvini motus hortatu
„amplexus, se industrium Euangelii Christi præconem esse ibi demonstravit, tum fideli do-
„cilium auditorum institutione, quàm solida doctrinæ orthodoxæ adversariorum redargutio-
„ne. In quorum numero fuit Franciscus Belcarius Episcopi Metensis depositarius, cujus
„calumniosas criminationes, quibus doctrinam & personas Theologorum reformatorum pu-
„blicè traduxerat, tam scitè & nervosè refutavit brevi libello suo, Genevæ edito anno
„MDLXVI. ut quilibet ex hoc eruditionis ipsius admirandæ specimine facile colligere queat,
quid

„ quid ab illo fuisset expectandum, si Deo Optimo Maximo vitam ipsius prorogare pla-
„ cuisset. Et quamvis, præter singularem eruditionem, igneum suum ingenium ac pium
„ zelum, quo flagravit, scripto illo demonstraverit, in eo tamen laudabilis animis modera-
„ tio, candor, æquitas aliæque virtutes Colonianæ relucent, quas in ipsius quoque filio
„ & nepote ejusdem indolis hæredibus atque imitatoribus, hîc animadvertimus. Quanti
„ verò Calvinus ac Beza eum fecerit, ex litteris familiaribus Calvini postmodum ad eum
„ missis, sed nondum editis, atque ex honorifico Bezæ de eximiis animi ipsius dotibus te-
„ stimonio, quod albo Filii ejus Danielis Colonii propria manu sua inscripsit, colligere
„ promptum est. Ex prædicta statione sua Metensi, & expulsus, & ab hostibus Antichri-
„ stianis in carcerem conjectus fuit; ac propter accrescentes bellorum & persequutionum
„ tempestates ac demolitionem templi Reformatorum, jubente & præsente Rege Galliæ,
„ factam, se tandem cum Patre meo, & Johanne Taffino in Palatinatum contulit, atque
„ Heydelbergæ ad concionatoris & Præsulis Germanici munus promotus, diutius ibi sacrum
„ ministerium exercuisset, nisi, Deo vitæ mortisque humanæ Domino supremo, eum in
„ flore ætatis ex hac miseriarum valle in æternam requiem suam evocare placuisset. Ut de
„ patre meo, à quo summoperè ob dona ipsius singularia, me præsente, laudatus fuit,
„ nunc taceam, quanto in pretio Taffinus eum habuerit, ex hujus ad filium ejus Danielem
„ directa commonefactione mihi exhibita animadverti, qua eum sic affatur. *Viximus ego*
„ *& Petrus Colonius beatæ memoriæ pater tuus, Daniel frater dilectissime, in colligenda*
„ *& promovenda Metensi Ecclesia multos annos conjunctissimis animis & studiis. Quin & diru-*
„ *to illic templo ejecti, Heydelbergæ verbi divini ministerium, ille Germanico, ego Galli-*
„ *co idiomate prosequuti, eandem amicitiam sanctissimè coluimus, donec Deus illum me ju-*
„ *niorem in quietem æternam vocavit. Ex hac conjunctissima consuetudine, sum-*
„ *mæ ejus pietatis, doctrinæ, zeli, & candoris locupletissimus testis esse possum, ut*
„ *has paternas virtutes sedulo tibi imitandas proponas, & cum Collegis olim tuis amicitiam*
„ *illam, quam cum magna Ecclesiæ Dei ædificatione & nostri consolatione coluimus, tu quo-*
„ *que observare studeas.* Cujus sanctissimæ commonefactionis noster quondam in hac urbe
„ symmysta Colonius, se nunquam fuisse immemorem, toto vitæ suæ coram nobis peractæ
„ curriculo dictis factisque demonstravit. Idem, Ludovicum de Dieu sororis suæ filium
„ sibi ab illa unicè commendatum ad earundem patris sui Petri Colonii virtutum imitatio-
„ nem ab eo tempore magnopere adhortatus est, quo eum patre suo orbatum in Collegium
„ suum Thologicum recepit, atque ingenium ejus variarum artium, literarum ac disci-
„ plinarum cognitione imbuere incepit. Huic ad metam studiorum suorum exoptatam pro-
„ peranti, ille tam acre calcar addidit, ut hic sodalibus suis ad eundem scopum collimanti-
„ bus & industria & omnigena eruditione facilè antecellerit. Cujus eruditionis admirandæ
„ publica apud cognatæ ipsius Saræ Coloniæ maritum Bonaventuram Elsevirium Academiæ
„ nostræ Typographum extant monumenta; Ejus, nimirum, Commentarii in quatuor
„ Euangelia, Animadversiones in Acta Apostolorum, Apocalypsis sancti Johannis characte-
„ re Syro & Hebræo cum versione latina in lucem edita, notisque ipsius pereruditis illustra-
„ ta; De Christo Historia Persica ab Hieronymo Xavier Jesuita multis mendis contamina-
„ ta, à nostro autem de Dieu latinè reddita, doctisque animadversionibus notata: Historia
„ S. Petri Persicè scripta, ab ipso quoque brevibus annotationibus exposita: Rudimenta lin-
„ guæ Hebraicæ & Persicæ ab ipso evulgata, Grammatica linguarum Orientalium concinnè
„ inter se collatarum: Duo capita Geneseos ex interpretatione Persica Jacobi Taivusi Typo-
„ graphis tradita, cum ipsius ad lectorem commonefactione istis capitibus præfixa. Tam
„ utilis hujus viri opera Dei Ecclesiæ, nostræque Reipublicæ literariæ, ut nulla ferè Chri-
„ stiani orbis regio inveniatur, quæ non sit scriptorum ipsius in lucem emissorum plena.
„ Testatur id, ut de nostro Belgio nihil dicam, Gallia, Germania, Italia, Transylvania,
„ Polonia, Ungaria, Anglia, Scotia, Hybernia, aliaque regna, aliæ provinciæ & Respu-
„ blicæ, in quibus Christi Ecclesia institutionibus hujus viri Dei confirmata fuit & recreata.
„ Nullæ fere in diversis sacrorum Bibliorum versionibus sunt mendæ, aut interpretationes
„ heterodoxæ, quas in libris à me recitatis non annotaverit, styloque suo confixerit. Non
„ tantum in hac civitate & vicinis Provinciis, verùm etiam in exteris, sinceros amicos & no-
„ minis sui cultores habuit quam plurimos, ut voluminum ipsius dedicationes, diversæ epi-
„ stolæ à viris eruditissimis dignitate publica ac natalium splendore illustribus ad eum missæ,

„ ejus-

„ ejuſque ad illas reſponſa & conſulta evidenter demonſtrant. Ut à proximis atque intimis
„ ejus amicis incipiam, Commentarios ſuos in quatuor Euangelia Danieli Colonio conſe-
„ cravit, quem ratione naturæ, Avunculum, ratione educationis ſuæ alterum parentem à
„ Deo ſibi datum fuiſſe in ſua ad illum præfatione confitetur. Notas ſuas accuratiſſimas in
„ Apocalypſin ſancti Johannis Syriacam viro Nobiliſſimo Danieli Heynſio inſcripſit, quem
„ hæreditarium amicum ſuum & præclarum omnis literaturæ Phœnicem in eadem ad Avun-
„ culum præfatione nominat. Grammaticam linguarum Orientalium inter ſe collatarum Am-
„ pliſſimo, Magnifico & Spectatiſſimo hujus Urbis Magiſtratui dedicavit, qui ipſum ipſiuſ-
„ que familiam maxima complexus fuit benevolentia. Conſultiſſimo & laudatiſſimo Magi-
„ ſtratui Fliſſingenſi, ob ſingularem beneficentiam quam ſibi ab illo demonſtratam fuiſſe
„ agnoſcit, Hiſtoriam Jeſu Chriſti animadverſionibus ſuis illuſtratam, cum ſumma reveren-
„ tia dicavit. Rudimenta linguæ Perſicæ Nobiliſſimis Academiæ noſtræ Curatoribus, &
„ prudentiſſimis hujus civitatis conſulibus, quibus Collegii Gallo Belgici, ab Illuſtribus &
„ præpotentibus Hollandiæ & Weſtfriſiæ Ordinibus commiſſa cura eſt, peculiariter à ſe de-
„ dicanda eſſe judicavit. Jacobo Uſſerio Archiepiſcopo Armachano, Hyberniæ Primati ad-
„ modum venerando, propter varia manuſcripta Orientalia & exemplaria, quæ diverſis
„ vicibus ab ipſo nactus, & propter epiſtolas doctiſſimas quibus ipſum humaniſſime ſalutat,
„ ſuas in Acta Apoſtolorum ſelectas obſervationes conſecravit. Davidis quoque de Willem
„ Celſiſſimi noſtri Principis Auriaci Conſiliarii, inſignia munera literaria ſolenni miſſione
„ Hiſtoriæ de ſancto Petro, nomini ipſius inſcriptæ, aliquatenus compenſare conatus eſt.
„ Viris hoc noſtro ævo linguarum Orientalium, ut de cæteris ipſorum artibus nihil dicam,
„ maximè excultis, quos ſummopere coluit, præter collegas noſtros Jacobum Golium &
„ Conſtantinum l'Empereur, annumerandus eſt beatæ memoriæ Thomas Erpenius, peſte
„ violenta nobis ante aliquot annos ereptus, quem principem Arabizantium vocat in Epi-
„ ſtola quam Hiſtoriæ Perſicæ de Chriſto à ſe correctæ præfixit: & Adrianus Gulielmi Ze-
„ landus Fliſſingenſis, quem Erpenium propter admirandos quos in Arabiſmo progreſſus
„ fecerat, ut intimum olim habuiſſe ibidem teſtatur. Nec ſilentio prætermittendus eſt, tam
„ eximia linguarum Orientalium ſcientia, quàm præclara paternæ familiæ dignitate vir ex-
„ cellens Adrianus Borelius, cujus ille volumina totius δευτερώσεως, quæ Miſnaiot dicitur,
„ verſionem continentia, Jacobo Golio, Conſtantino l'Empereur, meque præſente, in
„ hac urbe tantopere laudavit, ut impenſam iis operam, & quam porro præſtare utiliter
„ poſſet, ſummâ laude, noſtræque inprimis Reipublicæ Procerum ſingulari favore digna
„ eſſe exiſtimaverit. In epiſtola ſua ad Colonium, in qua matris ſuæ quoque meminit, mi-
„ rum in modum ſibi gratulatur, quod ab illa, ex tutorum ſuorum conſilio, prudentiæ
„ ipſius, curæ atque inſtitutioni fuerit commiſſus, ſuæque apud ipſum honeſtæ educationis
„ fructus adeò uberes perceperit, ut exemplo monitiſque ejus ſaluberrimis exſtimulatus,
„ non tantum in ſacris ſapere, mentiſque ad Deum erectæ contemplatione ad ſummam
„ ipſius Majeſtatem divinam propius accedere, veram etiam ſapientiam ſuam ſincera animi
„ ſimplicitate, humilitate, charitate, aliiſque virtutibus Chriſtianis exornare ab ipſo didi-
„ cerit. In præfatione ſua ad ampliſſimum Magiſtratum Fliſſinganum ſuaviſſimæ atque
„ arctiſſimæ amicitiæ recordatur, quæ olim Fliſſingæ inter Patrem ſuum p. m. & Henri-
„ cum Bogardum iſtius urbis Senatorem interceſſit, ſeque hoc nomine ſibi gaudere aſſerit,
„ quod Senatoris iſtius ſpectatiſſimi favore atque annutu exoptatum cum Catharina re ac
„ nomine caſta ipſius filia conjugium iniverit, atque in familiam ipſius aſcitus fuerit. Ibi-
„ dem conjugis ſuæ fratris Gulielmi Bogardi obitum deflet, qui non tantum à teneris indi-
„ vulſus ipſius Achates ſtudiorumque, tum trivialium, tum Academicorum ſocius, ſed an-
„ tequam cum eo ad ſacrum miniſterium promoveretur, utiliſſimæ ipſius per Galliam pere-
„ grinationis individuus comes fuerat, ipſique poſt aliquot annos ab Eccleſiâ Fliſſinga Lei-
„ dam dimiſſo in functione paſtorali ſucceſſerat. Avus Catharinæ fideliſſimæ defuncti con-
„ jugis fuit Giſlenius Bogardus, qui poſtquam Duynkerckæ in collegium præfectorum re-
„ rum maritimarum receptus fuiſſet, in ſiniſtram de fide ſua orthodoxa ſuſpicionem incidit,
„ ac propter religionem ad evitandum majus periculum, inde cum undecim liberis ſuis in
„ Zelandiam confugere coactus fuit. Hic noſter de Dieu undecim ex conjuge ſua Catha-
„ rina liberos procreavit, quorum duo morte præmatura, non ſine magno ipſius mœrore
„ **extincti ſunt.** Filius enim Henricus certiſſimæ ſpei juvenis, qui ingentes in cognitio-

,, ne linguæ Hebraicæ ac Græcæ atque in studio sacræ Theologiæ & Jurisprudentiæ pro-
,, gressus fecerat, primaque domus ipsius spes erat, Anno ætatis suæ XXI. funesta phtisi
,, consumptus fuit. Filiam ejus Saram maximo fidei & patientiæ dono munitam lenta fe-
,, bri plus quàm biennium divexatam, tandem mors subita præter domesticorum ejus ex-
,, pectationem peremit. Adhuc Dei beneficio sunt superstites, Daniel clarissimus Medici-
,, næ Doctor, qui praxin artis suæ feliciter in hac urbe exercet : & Ludovicus sacræ Theo-
,, logiæ studiosus, de quo non exiguam spem concepimus. Egregiis ipsius filiabus Mariæ
,, & Catharinæ Deum timentibus, locupletissimam è cœlo benedictionem animitus exopta-
,, mus. Hunc ab Ecclesia Groedana prius vocatum, Ecclesia Middelburgensis Gallo-Bel-
,, gica, antequam ab illa in munere pastorali confirmaretur, à Synodo nostra impetravit,
,, ut suam potius operam ei consecraret ; cui plus quam quadriennium fidelissimè inservi-
,, vit. Viginti tribus ab hinc annis ex Avunculi sui discipulo Collega ipsius factus est,
,, quod insigne beneficium, partim ipsius Avunculi, hinc cum nostræ Ecclesiæ Belgicæ se-
,, niore Johanne Latio Flissingam missi, frequenti postulatione partim Illustrissimi ac lauda-
,, tissimi nostri Principis Mauritii aliquoties per literas iterata postulatione, à loci istius Con-
,, sulibus ac Presbyteris, quamvis ægerrime, tandem tamen impetratum fuit. Dominus de
,, Maldré præses Zelandiæ nobilium equestrium, nomine quidem ejusdem Principis Auriaci
,, huic Ludovico, quem loco filii habebat, anteà persuadere conatus fuerat, ut functio-
,, nem Hagiensis Pastoris Aulici in locum Johannis Wtenbogardi susciperet, verùm illud
,, ab ipso à moribus aulicis abhorrente obtinere non poterat. Ob litem inter nonnullos ex
,, Magistratu ac Consistorio Roterodamensi exortam, diuque continuatam, à Celsissimo no-
,, stro Principe Henrico, in locum intimi quondam Collegæ mei Antonii Walæi tunc ex
,, pectoris sui læsione male habentis, Hagam vocatus, ut coram Illustrissima ipsius Celsi-
,, tudine à quibusdam deputatis Politicis & Ecclesiasticis lis illa, utraque parte prius audi-
,, ta, dirimeretur, ad augustum illud opus æquitatis rectè perficiendum animum suum no-
,, biscum alacriter & fideliter adjunxit. Nobilissimi D. D. Curatores Academiæ Ultra-
,, jectensis, & Amplissimi Consules urbis ipsi frequenter Professionem Veteris Testamenti &
,, linguarum Orientalium, nec non munus Pastorale in Ecclesia Belgica, sed frustra, ob-
,, tulerunt. Quemadmodum venerabilem ipsius Avunculum Danielem Colonium primum,
,, ita eum secundum Collegii Gallo-Belgici Regentem duplici honore dignissimum, præsen-
,, tibus & annuentibus, tàm nobilissimis Curatoribus & Magnificis nostris Consulibus, quàm
,, selectissimis Synodi nostræ Gallo-Belgicæ deputatis, animo jucundissimo inauguravi. Quis
,, nam sanctissimæ hujus animæ thesauros cœlestes, quis acta ipsius, infra quæ disertissimo-
,, rum subsidit facundia, justa narratione commemoret ? Laudes tamen illius compendiosè
,, recitare præstat, quam turpi ingratoque silentio prætermittere. Hic multis sui corporis
,, infirmitatibus & familiæ suæ difficultatibus agitatus, summa animi tranquillitate semper
,, Deo adhæsit. Quod omnes probè norunt, qui ædes ipsius aliqua familiaritate frequenta-
,, runt. Hos interrogatos velim, an sacrarum literarum lectorem ipso avidiorem, an verbi
,, divini prædicatorem sublimiorem, ejusque interpretem magis perspicuum & accuratum:
,, an concionum Ecclesiasticarum auditorem frequentiorem & attentiorem, an mandatorum
,, Dei observatorem religiosiorem, & veritatis, quæ est secundum pietatem, amatorem
,, constantiorem se vidisse meminerint ? Alius in ipso Spiritus, quàm in ignavis frigidisque
,, animis apparuit. Quamvis ob corporis debilitatem morbis frequentibus vexaretur, animo
,, tamen laboribus infracto præditus, alios regendo, docendo, visitando, consolando, suas-
,, que meditationes conscribendo, recordando, tot tantosque labores indefatigabili diligen-
,, tiâ sine ulla intermissione sustinuit, ut negotiorum ipsius plerique æstimatores, eum tan-
,, tam onerum molem perferre, tantaque industriæ suæ monumenta posteritati relinquere po-
,, tuisse, vix credibile esse existiment. Quod ipsi cum Timotheo Pauli discipulo, & magno
,, sæculi nostri ornamento Johanne Calvino, aliisque fidelibus Domini nostri Jesu Christi
,, operariis, corporis debilitate perpetua afflictis, commune fuit, qui nihilominus ad vi-
,, neam ejus missi, in ea indesinenter laborarunt. Cum à cognato suo dilectissimo Daniele
,, van Ceulen, Clar. Jurisconsulto & Advocato, atque ab Abrahamo Heydano rogaretur,
,, ut cursum studiorum suorum interdum interrumperet, & attrito pene corpori suo totque
,, rebus gerendis impari parceret, hi ipsum nihil aliud respondisse mihi retulerunt, quam
,, hominem cœlo natum, cœlum suum imitari oportere, quod perpetuo movetur ; fata-
que

,, que longa quiescendi tempora illis datura, qui post illa in Domino Jesu Christo, tam cor-
,, pore in his terris, quam anima in cœlis ab omnibus laboribus requiescentes, ab ipso ex-
,, tremo judicii universalis die in cœlum rapti, illic indissolubili animi cum corpore suo
,, unione fruentur, proximaque cum Deo, omnis motus expertes communione in æternum
,, refocillabuntur. Priusquam ab hujus vitæ suæ motu perpetuo ad alterius vitæ quietem
,, æternam à Deo vocaretur, notatu dignum est quod cygnea cantione præcedentes concio-
,, nes suas in libros Samuelis concludens, præmissa ad Deum solenni gratiarum actione, quod,
,, ipso favente, suis in libros illos meditationibus finem exoptatum imposuisset, Dei Spiri-
,, tus Propheticus ita linguam ejus direxerit, ut instar patris, liberis suis valedicentis, ipsisque
,, benedictionem divinam comprecantis, finita ad auditores suos adhortatione, ut antece-
,, dentium suarum commonefactionum cum animis suis recordarentur, ipsis, quasi extra se
,, raptus, ultimum vale dixerit, nec postea aliam concionem, præter unicam catecheticam, eamque
,, alibi, coram populo habuerit. In principio morbi ipsius lethiferi D. Golius nostræ Academiæ
,, Rector Magnificus, D. Triglandius, Doctor Vorstius aliique amici ad ejus lectum & familiare
,, cum ipso colloquium admissi, non sine magna animi consternatione ab eo domum reversi sunt.
,, Alii, qui postea ex provido Medicorum consilio, metuentium ne frequentioribus quorumlibet
,, amicorum alloquiis remediorum ipsi præscriptorum operationes impedirentur, eodem beneficio
,, frui non potuerunt, multo tristiores ex ædibus ipsius discesserunt. Amici familiarissimi qui lecto
,, ipsius alternatim adstabant, sanctis ipsius alloquiis admodum recreati, corda sua dolori-
,, bus obruta suavi illorum meditatione allevarunt. In quorum numero præter ægrotantis
,, conjugem, prolem, & alios propinquos, fuerunt Advocatus Daniel van Ceulen ipsius
,, cognatus, & Abrahamus Heydanus Collega perpetuæ consuetudinis ac societatis interio-
,, ris vinculo hactenus indissolubili cum eo conjunctissimus. Postquam res suas domesticas
,, à se prudenter dispositas, curæ ac directioni cognati sui van Ceulen præcipuè commen-
,, dasset, ab omni de iis solicitudine animam suam abstraxit, in eoque totus fuit, ut eam,
,, ad proximam & beatissimam Dei visionem maximè adspirantem, votis suis ardentibus Ma-
,, jestati ipsius divinæ opportunè offerret. Sub finem noctis decimum sextum hujus mensis
,, diem antecedentis, cognatum suum à me aliquoties nominatum ad se vocavit, ipsique
,, interroganti an ista nocte paululum requievisset, se varia, ut verbo utar Augustini, solilo-
,, quia, primum cum Deo, deinde cum Ecclesia sibi à Deo commissa, aliquamdiu habuisse
,, respondebat, seque alternis illis colloquiis, ac postremo isto cordis sui apud Deum exami-
,, ne, internoque tam Spiritus sancti, quam proprii spiritus sui testimonio de partibus mu-
,, neris pastoralis à se fideliter præstitis, adeò fuisse confirmatum, ut jam in ea fide mori pa-
,, ratus esset, quam aliis plus quàm annos viginti octo annunciaverat, ac contra Pontificis
,, Romani emissarios, Semipelagianos, Socinianos execrabiles cæterosque Doctores hetero-
,, doxos fortiter & constanter propugnaverat: Deumque fidelium Christi athletarum sum-
,, mum protectorem, se quoque orasse asserebat, ut suam Ecclesiam ab hujusmodi lupis tu-
,, tam conservare, suorumque Collegarum, eodem zelo flagrantium, sanctis conatibus è cœ-
,, lo affatim benedicere dignaretur. Sequentibus luctæ suæ diebus adversus vim mortis sibi
,, imminentis, sicuti palma quò majore pressa est pondere, eò altius erectiusque succressit,
,, ita ipse quò vehementiore mortis præcordia ipsius aggravantis aggressione affictabatur, eò
,, excelsiore atque constantiore animi fortitudine contra iteratos ejus impetus præclarum fidei
,, suæ certamen decertabat. Interea temporis vultum ac sermonem ad uxorem & liberos suos
,, convertens, hæc verba proferebat: Quid uxor & liberi charissimi, annon officium meum
,, facilis præstiti? aut quid in me desideratis, quod non promptissimè obeam salutis causa?
,, cum annuissent: videtis ergo vobis rem esse cum Deo; Qui si mediis nolit benedicere, quid-
,, nam aliud vester hic mœror est, quam mera cum Deo expostulatio? Textibus sacræ Scri-
,, pturæ præcipuè afficiebatur, & quidem si αὐτολεξεὶ proferrentur, quibus ut se affici testa-
,, retur, verba emphatica ex Hebræis & Græcis fontibus reponebat. Nostro Heydano ad
,, illum accedenti narrabat, qua ratione locum illum epistolæ primæ ad Corinthios cap. 15.
,, sibi à filio prælegendum curasset, qui agit de corpore animali & spirituali, quem sibi non-
,, dum intellectum querebatur, at jam prope esse, quo ejus sensus ab ipso Deo demonstrare-
,, tur. Præterito die Martis, cum idem Heydanus jam extremum vitæ terminum ipsi in-
,, stare mecum & cum Johanne Deramoutio, Petro Cabeliavio, & Pastore Rhenoburgensi
,, Theophilo Copio ipsius cognato animadverteret, suo quisque ordine animam ejus agoni-

,, zantem dictis ex sacra pagina depromptis consolabatur, quibus se valde recreari sancto suo
,, annutu, mente sua ad Deum supra cœlos elata, devotisque suspiriis usque ad ultimum spiri-
,, tus sui halitum indicabat. Animam suam, eodem die quo ipsum agonizantem consolati su-
,, mus, circa horam quartam pomeridianam, Deo Creatori suo reddidit, non sine magno suo
,, emolumento, sed magno nostro totiusque Ecclesiæ Christianæ detrimento. Hæc vitæ ipsius
,, hora extrema nobis omnibus est lamentabilis, qua hic præcursor noster sibi quidem maturè,
,, nobis autem prænaturè diem obiit. Hinc ipse alba suæ lætitiæ cœlestis veste amictus horam
,, illam assiduè celebrat, quos nos nigro tristitiæ nostræ terrestris pallio induti hodiè deploramus:
,, hac hora præteritæ vitæ ipsius ærumnosæ æterna successit quies ac beatitas, quam hîc quæsitam
,, in cœlis invenit, hac hora bonis ipsius caducis, quæ anxiè in his terris nec quærere nec reconde-
,, re voluit, bona successerunt sempiterna, ad quorum possessionem animus ipsius in his terris,
,, sorte sibi à Deo data contentus perpetuò anhelavit. Hac hora fidem & patientiam illustrem
,, & admirandam, quam matris & filiæ suæ paulò antè ipsum hinc in cœlos tendentium volun-
,, taria dimissione Deo nobisque abundè probaverat, prompta tranquillaque animæ suæ exspira-
,, tione, multò illustriorem nobisque magis admirabilem reddidit. O quam felici & jucundo fi-
,, ne, mi Ludovice, hanc vitam tuam miseram & asperam, quæ præter lachrymas & suspiria nihil
,, fuit, nobis adstantibus conclusisti! Eheu! quantum ista hora nostri sæculi decus, quantum Ec-
,, clesiarum nostrarum lumen & columen, & quam insigne pacis & sanctimoniæ speculum nobis
,, ademptum est! Vestri officii est, Auditores præstantissimi, hoc rarum & præclarum pietatis,
,, sagacitatis, prudentiæ, sedulitatis, candoris, patientiæ & constantiæ exemplar, perpetua me-
,, moria dignum vobis aliisque ob oculos proponere. Vestri quoque muneris est hunc doctorem
,, & ductorem quondam vestrum admirari, in quo uno aliquot Patrum antiquorum imaginem
,, atque indolem genuinam conspicere potuistis. Hic genium Patris Hieronymi, suis versionibus
,, Biblicis: Hic Chrysostomi ingenium & judicium, interpretationibus suis exegeticis & concio-
,, nibus patheticis: Hic solidam Augustini subtilitatem acutis & solidis suis disputationibus,
,, ejusdemque pietatem frequentibus suis cum Deo soliloquiis: Hic in rebus adversis Athanasii
,, patientiam ac constantiam; in arduis Ignatii fervorem ac zelum domus Dei; in censuris de-
,, nique publicis ac privatis, atque ordinis disciplinæque præscriptionibus, illustris Philosophi &
,, Theologi Gregorii Nazianzeni venerandam gravitatem qua pollebat arte atque industria vo-
,, bis exprimere atque exhibere potuit. Vos sacræ Theologiæ Studiosi exemplo ipsius excitati ac
,, moniti, sacras Scripturas omnis sapientiæ fontes assiduè consulite. In illis ipsum Deum au-
,, dientes, ad ejus mandata vos vestraque omnia componite, ac posthabito gloriolæ humanæ au-
,, cupio, ad solam Dei gloriam omnia studia, consilia, dicta, factaque vestra referte, vestrisque
,, precibus ardentibus ad Deum ascendite: & quemadmodum præter illum vitæ vestræ præsentis
,, ac futuræ authorem, conservatorem, consummatoremque in cœlis neminem habetis, sic etiam
,, vos neminem præter illum in his terris habere fidei ac spei vestræ, in ipso solo penitus acquie-
,, scentis, documentis indubitatis ostendite. Vos egregii Pastores, Doctores, Regentes, qui hacte-
,, nus Symmystæ nostri Ludovici de Dieu virtutes admirati estis: qui mecum nostis quanta in
,, paternam Dei Providentiam fiducia semper munitus fuerit, quantaque fortitudine ac patien-
,, tia animum suum erexerit, quotiescunque innumeris pene difficultatibus domi forisque exer-
,, ceretur, ingentique negotiorum mole undique premeretur; qui non ignoratis quam Christo
,, plenus fuerit, cum in templum, aut ad verbum Dei audiendum, aut ad illud docendum in-
,, grederetur; vos mea admonitione nequaquam indigetis, ut sincerum pectoris ipsius cando-
,, rem, omnis fuci fraudisque expertem, amicam in verbis factisque ipsius humanitatem, beni-
,, gnam cum quibuslibet hominibus, atque inprimis cum veræ fidei domesticis consuetudinem
,, & affabilitatem, ejusque sinceram ad omnibus benefaciendum ac de illis benè merendum pro-
,, pensionem, moresque ipsius ab omni ostentatione, luxuria, avaritia, assentatione, iræ vindicta,
,, pravaque de fratribus suis suspicione omnino alienos imitemini; sed vestra fretus charitate hoc
,, mihi summopere displicere ingenuè vobis significo, quod hodiè juvenes virique, tam literati,
,, quam illiterati ab illius exemplo turpiter recedentes, sic de libertate veram religionem aperte
,, profitendi nostræ Bataviæ concessa glorientur, ut Patriæ suæ libertatem, vitiorum suorum li-
,, centia corrumpere, ac religionis reformatæ professionem impietate atque injustitia sua conta-
,, minare non vereantur. Neque id novum, cum vitia illa apud nos invalescant. Ubinam est
,, charitas, quæ ex puro corde bona conscientia & fide non ficta proficiscitur? Ubinam Ecclesiæ
,, disciplina, qua sola religio conservatur atque inter limites sanctimoniæ à Deo præfixos contine-

„ tur? Plurimis hodie in ore religio est, in vita pietas nulla. Quanta hodiè est linguæ vitæque
„ juvenilis petulantia? quanta virorum libertate sua abutentium licentia? Ubi libertas vitiis pre-
„ mitur, ibi religio pietate destituitur. Nisi virtute libertas & pietate religio exerceatur, facilli-
„ mè summa illa bona amittuntur. Vos itaque Patriæ libertatis & religionis nostræ reformatæ
„ præcones unicè rogatos velim, ut Gregorii Nazianzeni & aliorum Patrum antiquorum, qui
„ magna cura ac diligentia in constituenda disciplina Ecclesiastica occupati fuerunt, tractatus
„ de ordine, regulas de moderandis disputantium verbosis altercationibus, canonesque de mori-
„ bus & honestate Ecclesiasticorum vestris auditoribus, præsertim sacræ Theologiæ candidatis
„ ad Cathedram Pastoralem & Doctoralem aspirantibus, unicè commendetis, ut eos diligenter
„ evolventes, vestro exemplo hortatuque permoti, studium veræ scientiæ cum studio bonæ con-
„ scientiæ conjungere, artemque bene dicendi ac disputandi, arte religiosè, justè, honesteque
„ vivendi exornare addiscant. Quotus hodie quisque est ex sacræ Theologiæ candidatis, qui in-
„ signia Theologorum antiquiorum & recentiorum scripta, de modo verbum Dei rectè secan-
„ di, & coram hominibus probè vivendi in Musæo suo legat, aut si legerit, vita sua modum illum
„ exprimat: Pios & probos juvenes ex numero illorum excludo, ne se hac querimonia mea lædi
„ suspicentur. Vos præstantioris indolis ac spei certioris juvenes, ne meo desim officio adhor-
„ tor ac moneo, ut Theologi Ludovici de Dieu, cujus profundam scientiam ac sanam conscien-
„ tiam celebravi, perspicuum exemplar, quod, dum viveret, facundis suis colloquiis, pereruди-
„ ditis lectionibus, acutis disputationibus, atque inculpata cum omnibus conversatione publicè
„ privatimque exhibuit, quodque ex scriptis genium atque ingenium ipsius repræsentantibus,
„ in posterum quoque percipere poteritis, indesinenter ac accuratè consideretis: atque posthu-
„ morum ipsius voluminum theoreticorum ac practicorum manu ejus concinnatorum editionem
„ nobis à filiis ejus pollicitam quam primum efflagitetis. O vos beatos, si hoc Scriptorum ipsius
„ beneficium hæreditarium ab eo vobis relictum, qua oportet animi gratitudine vos nosse osten-
„ datis! Hoc fruentes beneficio eum corpore à vobis absentem, animo ac memoriæ vestræ quo-
„ tidie præsentem sistere, eumque tanquam superstitem vobisque visibilem & accessibilem invi-
„ sere, intueri, consulere, suaque consilia salutaria vobis repetentem indies audire poteritis. In
„ sacrorum Bibliorum interpretationibus exegeticis ab ipso evulgatis, hoc vobis dat consilium,
„ ut industriam ejus imitantes, non solum linguæ Hebraicæ ac Græcæ, sed aliarum præterea lin-
„ guarum antiquarum, præsertim Orientalium cognitionem vobis maturè comparetis, ut illarum
„ supellectile acquisita, linguarum exoticarum cum sacris literis Propheticis atque Apostoli-
„ cis collationis adminiculo, genuinum harum sensum ipsimet melius concipere, aliisque eviden-
„ tius explicare possitis. In commentariis in plerosque libros veteris ac novi Testamenti, atque
„ in Scriptis moralibus de virtutibus & vitiis brevi à filiis ipsius, prout speramus, evulgandis,
„ hoc vobis consilium suppeditabit, ut nihil extra sacras Scripturas ex cathedra Pastorali aut
„ Doctorali, ad erudiendos earum scrutatores proferatis, vitæque vestræ integritate, qua vos
„ in qualibet cum quibuslibet conversatione cæteris omnibus Christianis præire oportet, fidem
„ ac conscientiam vestram coram Deo atque Ecclesia ipsius ad vestri salutem & proximi vestri
„ ædificationem liberetis. In illud igitur omni studio incumbite, ut sanis ipsius consiliis aures
„ vestras præbentes, vos non minus morigeros, quam dociles ipsius discipulos atque imitatores
„ esse publicè ac privatim reipsa demonstretis. Illud si feceritis, vobis & Ecclesiæ Dei, cujus
„ vos Pastores, & Patriæ vestræ, cujus vos cives minime pudendos aliquando futuros speratis,
„ omnia felicia faustaque polliceor ac voveo.

„ Te verò, ô Deus omnipotens, Pater Domini ac Salvatoris nostri Jesu Christi, nos supplices
„ oramus veneramurque, ut assiduis tuis beneficiis mœstæ fidelis servi tui hac vita defuncti fa-
„ miliæ favere digneris, Publica procerum nostrorum consilia ac incepta secundes, Patriam
„ nostram variis periculis ereptam atque Ecclesiam tempestatibus subductam in sereno collo-
„ ces, sanctis nostris laboribus publicis & privatis affatim benedicas, Civitatem hanc & Aca-
„ demiam diu florentem præstes, omnesque nomen tuum in spiritu & veritate nobiscum ado-
„ rantes omnium benedictionum tuarum accessione cumulatissimè exornes, ac Spiritus tui vir-
„ tute nos ad scopum hujus nostri curriculi properantes corrobores, donec ipso duce atque
„ auspice ad illum perveniamus.

„ Audi atque exaudi nos per & propter Dominum nostrum Jesum Christum, cui tecum &
„ cum Spiritu tuo Sancto sit honor & gloria in æternum. AMEN.

I N   O B I T U M

Eximii ac vere Reverendi viri

D. LUDOVICI DE DIEU.

SUBLIMIS ille veritatis assertor,
Tali parente natus, os Dei vivi,
Testis Dei disertus, à Deo dictus,
Et nomine ipso numinis sui mysta,
Terræ inquilinus, dum fuit, poli civis,
Modestiæ lex prima, norma virtutum,
Scientiarum consciusque linguarum,
Quéis ipse rerum fabricator immensus
Gentem quid esset erudivit humanam,
Hoc non superbo conquiescit in busto.
Quem voce amica; flebili, parentali,
Et erudita voce, voce funesta,
Qualem Caystri, funus alitis sacræ
Urgente fato, tristis excipit ripa,
Kerckhovianæ stirpis inclytum lumen,
Et jam sepulto par relictus in terris
Sublimitate dictionis ac rerum
Orbi futuro consecravit ac famæ
Assertor almæ veritatis Heidanus.

DANIEL HEINSIUS.

In Nobilissimi & Doctissimi Viri

JOANNIS POLYANDRI KERCKHOVII

ORATIONEM,

Quâ LUDOVICO de DIEU, Optimo & Doctissimo
Theologo, parentavit.

DUM tenet attonitas tam tristi in funere mentes
KERCKHOVII facundia:
Dieuiadæ, post tot divinæ oracula vocis,
Me perculit silentium.

In defuncti raram innocentiam & pietatem.

Occubuit pietas. Tumulum ne quære, Viator.
Aut hoc, aut nullo conditur ista loco.

In ejusdem incomparabilem ac indefessam diligentiam.

Dieuiadæ nullas norat vigilantia noctes;
Atque ideo nullos nunc habet illa dies.

In cœlestem ejusdem facundiam.

Divinæ patimur, Cives, dispendia linguæ:
Clausa etiam immensas elicuit lachrymas.

Tumulus ejusdem, Linguarum Orientalium peritissimi.

ORIENS, VIATOR, OCCIDENTIS HIC JACIT.
FALLOR. SEPULCHRUM HOC OCCIDENS ORIENTIS EST.

M. ZUERIUS BOXHORNIUS.

IN

IN OBITUM

Reverendi, Clarissimi, Doctissimique Viri,

D. LUDOVICI DE DIEU, &c.

EPIGRAMMA.

Τίς λυσσᾷ Βαταβῆσιν ἐνὶ πτολέεσσιν Ἀλάστωρ
  Ἄνδρας ἀριστῆας χερσὶ δαμῶν κρατερῇς.
Ἀρσένιόν ποθ' ἑὸν κατοδύρατο Βελγὶς ὁμόφρων
  Νέστορα Νασσοβίης πιστὸν ἀνακτορίης.
Βρουκόβιον δ' ἤπειθ' ὕπατον κακὸς οἶτος ἀνεῖλε,
  Πατρίδος ἡγεμόσιν μουσοπόλοις τε φίλον.
Τὸν δὲ μετ' ἀτρεκίης ἕρκος μέγα κάτθανε Φῆστος,
  Φῆστος ἐπουρανίων μύστα θεοπροπίων.
Οὔτι τέλος θανάτοιο· τόσοις δ' ἅμα πᾶσιν ὀπηδεῖ
  Μυλιάδης Βατάβων αἷμα διοτρεφέων.
Νῦν δὲ τάφῳ τάφος ἄλλος ἐφέσπεται· οὐδέ τις ἐσθλῶν,
  Ἣ θέμις, ἡρώων ἔπλετο μακρόβιος.
Ἠνίδε καὶ σοφὸν ἄνδρα θεώνυμον ἄγχι βαλοῦσα
  Ἀργαλέη πικρῷ κὴρ ἐδάμασσε βέλει,
Γλωσσάων ἱερῶν τε δαήμων ὅστις ἀπάσας
  Ἀντολίου μέσσῃ στῆσεν ἐν Ἑσπερίῃ.
Χαλδαίων ἅμα τῷδε τάφῳ, Σολύμων τε, Σύρων τε
  Ἰδμοσύνη λαῶν πᾶσα κέκευθε τριῶν.
Κλαίετε Λούγδουνον, σφέτερος λιγὺς ᾤχετο κῆρυξ.
  Ἡγεμόνα σφέτερον κλαίετε τέκνα θεοῦ.
Ἤιθεοι θρηνεῖτε θεηγόρον ὔμμε σαφητὴν
  Τῶν ἱερῶν σελίδων κρυπτὰ διδαξάμενον.
Πᾶν δὲ Λύκειον ἐπαιάζῃ μάλα· μηδέ τις αὐδὴν,
  Ἢ γοερὴν γοερῷ σὺν Πολυάνδρῳ ἔχῃ.
Εὐεπίης λαμπρὸν φάος ἔσβεσε πότμος ἀπηνής.
  Οὔτι διδασκαλίης νῦν μελέδημα πέλει.
Τὴν Λεΐδαν ζόφος αἰνὸς ἔχει· Λοδοβίκου ἀπόντος
  Ἥλιος πάσης δύσατο τῆς σοφίης.

LAMBERTUS BARLÆUS.

IDEM LATINE.

Quis Batavo in populo rabidus grassatur Alastor
  Tot Procerum dextræ robore colla domans?
Arsenium nuper ploravit Belgica concors
  Imperii fidum Nestora Nassovii.
Brouchovium dein fasce gravem mors abstulit atra
  Dilectum Patribus, Phœbicolisque virum.
Excipit hunc Veri septum insuperabile Festus,
  Eloquii magnus præco salutiferi.
Nec cessat Libitina furens. Socium his quoque jungit
  Myliaden Batavis nobile germen avis.
Nunc aliud rursus comitatur funera funus,
  Vita nec heroum tempora longa capit.
Ecce Dei insignem cultu & cognomine mystam
  Atropos immiti vulnere sæva domat,
Linguarum Superûmque potens qui Solis Eoi
  Accendit media lumen in Hesperia.
Hoc clausi tumulo Chaldæus, Apella, Syrusque
  Tergeminæ gentis nomina clara latent.
Lugdunum lachryma: vester grandi occidit ore
  Præco tonans: vestrum plebs pia flete ducem.
Vosque sacri juvenes raptum plorate magistrum
  Pandentem toties mystica verba Dei.
Tota eat in luctus Academia. Nulla sonet vox,
  Quàm quæ KERCKHOVIO digna dolente sonet.
Suadelæ prælustre jubar trux Parca peremit:
  Non jam scita Dei noscere cura subit.
Incubuit Leidæ nox aspera. Nam LODOVICO
  Cœlestis sophiæ Sol pereunte perit.

LAMBERTUS BARLÆUS.

IN OBITUM EJUSDEM.

Vir laude major seculoque, vir Dei,
Morumque sanctitate tantum non Deus,
Scyllâ, Charybdi, Syrtibus rerum procul
Portum subivit patriæ, redux Deo
Lex tota vitæ vanitatibus mori
Et vita mortis cogitatio fuit.
Dum litterarum vita, dum scientiâ
Nullâ superbus, omnium gnarus, fuit,
Præco sacrorum, gnarus omnium, fuit,
Caput putabat esse doctrinæ MORI.
Sic jussit omnes doctor in vitâ mori.
Ut nemo cogeretur invitus mori:
Sic semet usque doctus in vitam mori,
Jam teste terrâ vixit ut sciret mori,
Jam teste cælo vivit & nescit mori.

HENRICUS BRUNO.

IN OBITUM EJUSDEM.

SI dolor hic lacrymas à nobis postulet æquas,
Subsident lacrymis Mœnia nostra suis.
Naufragium tristi Leidæ non sufficit unum:
Sed rapit innumeros mors male sana viros.
Quotque viri, soles totidem periêre micantes,
Lumina in hoc uno funere plura cadunt.
Hunc habuit pietas, & virtus candida fratrem,
Illius, ut docuit vivere, vita fuit.
Dives tot linguis, quot sunt sub sidere utroque,
Optat cum superis se quoque posse loqui.

HEN. DULMONTIUS.

EPISTOLA

EPISTOLA DEDICATORIA & PRÆFATIO

Præfixa Animadversionibus in quatuor Euangelia ab Autore edit. A°. MDCXXXI.

EPISTOLA DEDICATORIA.

Ornatiſſimo, Clariſſimo, Doctiſſimoque viro,

D. DANIELI COLONIO,

Collegii Gallo-Belgici Regenti digniſſimo, Eccleſiæ Lugduno-Batavæ Paſtori fideliſſimo, Collegæ honorando, Avunculo dilecto,

LUDOVICUS DE DIEU, S. D.

ARRIDET, vir Clariſſime, illa doctorum Arabum ſententia, ليس اليتيم من قد مات والده بل اليتيم الذي لا علم له ولا ادب. *non eſt orphanus, cujus mortuus eſt parens: ſed eſt orphanus qui ſcientiam non habet, nec mores.* Duos dat fidiſſimos & immortales hominis tutoris, ſcientiam & mores. Quæ ſapientiſſimus hominum Salomo vocat חָכְמָה וּמוּסָר Proverb. 1. & tanquam ſumma hominis ornamenta, unicumque peculium commendat. Nunquam eorum probavi mentem, quibus auri argentique theſauri veræ opes, eruditio ac ſcientia quiſquiliæ & σκύβαλα habentur. Quos ego, ut voti compotes fiant, in aurifodinis ſepultos vivos velim. Quanto magis inter Arabes ſapuit, qui verè & elegantiſſimè dixit, اغني الغني العقل *ditiſſimæ divitiæ intellectus.* Quem qui excolit eum ego demum hominem dixero. Oculos geſtat homo in capite. quid differt ab aſino, ſi non & eoſdem in corde habet? quos nemo habet, niſi qui ſapit. Rectè Maimonides, לבות החכמים יש להם עינים רואות מה שאין רואים הפתאים: *Corda ſapientum habent oculos, quibus vident, quod non vident ſimplices.* His oculis proximè ad Deum acceditur. & quo quis iis videt acutius, propius à beatis abeſt angelis. præſertim autem in ſacris ſapere, in divinis acutum videre, id vero eſt ſupra humanam ſortem evehi. & quantum mundo Eccleſia, terræ cœlum præſtat, tantum is reliquis hominibus præſtare videtur. Quin id animum ſæpe meum titillaverit, & ut ad aliquem ſaltem ſacræ ſcientiæ gradum aſpirarem incitaverit, diffiteri nolo. Nec apud te debeo, vir Clariſſime, qui & exemplo tuo præiviſti, & monitis tuis, quum iis juvenis ſubeſſem, exſtimulaſti. Sed & alterum illud à te didici, non ornari modo, ſed & perfici ſapientiam moribus. Inter quos præcipui, humilitas & charitas. Illa, ne quis ſcientiam jactet & oſtentet. Hæc, ne ſibi tantum ſapiat, ſed & aliis, & quod cœlitus nactus eſt, in publicum lubens bonum conferat. Merito dixit Arabs ille اشر الناس العالم لا ينفع بعلمه, *peſſimus hominum eſt eruditus, qui non prodeſt eruditione ſua.* Iam cauſas vides, Ornatiſsime vir, non ſuſcepti modo hujus operis, ſed & editi. Licet enim eruditorum numero accenſere me nec velim, nec debeam, id tamen operam dedi, ut Spiritus Sancti in Sacris Literis loquentis mentem, quàm fieri poſſet accuratiſſimè perciperem, & ſi quid ad id linguæ Orientales, præſertim Syriaca, quæ Servatori noſtro & Apoſtolis vernacula fuit, conferre poſſent, exhaurirem. Quo ſtudio quum nonnulla aſſecutus viderer, quæ difficilioribus locis lucem quandam adderent, committendum non putavi, ut id Eccleſiæ bono, cui natus & educatus ſum, non daretur. Nec tamen adeo mihi mea placent, ut omnium hîc aſſenſum aut poſtulare mihi velim, aut promittere audeam: ſed hactenus mihi ipſi ſatisfactum volui, ut quæ non ineptè in mentem veniſſe videban-

tur,

tur, tuo, Vir eruditissime, aliorumque Doctorum Virorum judicio subjicerem. Cur veró, tibi potius quam aliis hos labores meos dicaverim, non est quod multis dicam. Aliquid est, quod lucrum magis, aliudve emolumentum, quàm publicum Ecclesiæ commodum spectasse videri nolui. Sed præcipuum est, quod & sanguinis propinquitas, & summa tua in me merita, me tibi maximopere obstrinxère. Ex quo enim Reverendum Doctissimumque virum Danielem de Dieu, Patrem meum charissimum, Flissinganæ olim Ecclesiæ Pastorem, tristis mors juveni ademit, tuæ fui curæ, institutioni & ductui relictus. ut quem natura dederat Avunculum, alterum educatio daret parentem. Nec adeo tua infœlix fuit cura, quin jam decem abhinc & duobus annis me collegam tibi præclara hæc civitas reddere non sit dedignata. A quo tempore suavissimo tuo convictu, quem hactenus matris meæ plurimum colendæ sororis tuæ charissimæ Saræ Coloniæ, præsentia multò etiam reddidit suaviorem, usque adeo sum beatus, ut quem præ te in terris amare debeam, nullum habeam. Nec metuendum duxi, ne parum prudenter tuum nomen in patrocinium vocasse viderer. Cui enim præclarus ille omnis literaturæ Phœnix Dan. Heynsius Aristarchum suum sacrum, nunquam intermoriturum opus, inscribere non erubuit, egone ei hasce meas longè minoris notæ lucubratiunculas minus rectè dicatas censeam? Quin id mihi non parum gratulor, habere me, quo tanti viri exemplum sequar. qui me, quem hactenus, etsi indignum, impensè amavit, jam sat scio, vel eo nomine amabit impensius, quod se imitatus te patronum imploravero. Dici nequit, vir Ornatissime, quantum sæpe me oblectet, quum tam altas te in viri maximi animo radices egisse video, ut nullorum uspiam major queat esse consuetudo. In quam etsi & ego jam pridem fuerim admissus, novum tamen in eam jus mihi jam vindicare posse videor, postquam idem cum ipso patrocinium subivi. Restat jam, Avuncule charissime, ut gratum nepotis tui animum benevolè complectaris, hosce ejus qualescunque labores, aut verius culturæ tuæ fructus, ad te, unde orti sunt, redeuntes, acceptos habeas, quique à te, dum vivis, amari unicè cupit, amore tuo non dedigneris.

PRÆFA-

PRÆFATIO AUTORIS

praefixa Animadversionibus in quatuor Euangelia.

PAucula hæc, de quibus præmonendus, Candide Lector, videbaris, ut libri hujus lectioni præmittas, etiam atque etiam rogo. Quum ante annos aliquot novo Testamento Syriaco legendo examinandoque me accinxissem, ejusque latinas versiones, Tremellii unam, Guidonis Fabricii Boderiani in Bibliis Regiis alteram, ejusdemque interlinearem Parisiis editam tertiam, inter se conferrem, non pauca occurrebant loca, in quibus doctissimi Interpretes, aut vim vocum Syriacarum, aut phrasium genium, aut Syri interpretis mentem non satis intellexisse videbantur. Natus inde est Observationum in difficiliora loca totius N.T. Syriaci libellus. Quem tamen edere in animum non induxeram, quin alias quasdam, quas in difficiliora magnæ partis V.T. loca paratas habebam notas, præmisissem. Verum mutavit sententiam, quod præcedenti anno, per Clar. Doctissimumque virum D. Gerardum Joannem Vossium ex Anglia redeuntem, allatæ nobis sint, quæ hactenus N.T. Syriaco defuerant, Epistola secunda S. Petri, secunda ac tertia S. Joannis, & Epistola S. Judæ, studio & opera eruditissimi viri Eduwardi Pokocke, ex M. S. exemplari, quod in celeberrima Bodleana, quæ Oxonii est, bibliotheca latuit, descriptæ, in linguam latinam translatæ, doctissimisque notis illustratæ. Quarum editio quum curæ nostræ esset demandata, & jam Novum Testamentum Syriacum Christianam Rempublicam habere universum gauderemus, oportunè facturi videbamur, si editis istis Epistolis, fervent adhuc prelo, observationes nostræ supradictæ adderentur. Quo in instituto paucis post septimanis factus fui confirmatior, quum earundem illarum, quas dixi, Epistolarum, simul & Apocalypseos exemplar aliud M. S. elegantissimo charactere Syro exaratum, addito etiam divino Beati Ephrem tractatu de amore sapientiæ, ab Ornatissimo, Doctissimo, & æterna memoria digno præsule, Jacobo Usserio Archiepiscopo Armachano, qui & ante biennium me Pentateucho Samaritano beaverat, ex Hibernia allatum fuit. In promtu enim jam erat, quæ in exemplari Epistolarum Bodleano, & Apocalypseos Scaligerano, quod ante quadriennium à nobis fuit editum, minus erant emendata, ex altero hoc exemplari emendare, & si quæ varia esset lectio, observare. Aggressi ergo sumus libri nostri impressionem, eo tantum animo, ut in locis difficilioribus veram Syri interpretis mentem daremus, quæque de his per universum Testamentum chartæ consignaveramus, uno volumine, eoque exiguo comprehenderemus. Hinc datus est libro titulus, *Commentarius in difficiliora loca Novi Testamenti Syriaci.* Sed, ut nihil est humano ingenio inconstantius, quum ad caput Matthæi octavum operæ typographicæ processissent, & lentius quàm vellem progrederentur, cogitare cœpi de Euangeliis Matthæi Hebraicis, à doctissimis viris Munstero & Mercero olim editis, meamque graviter incusare negligentiam, quod ea examinare in mentem non venisset: Quod quum tentarem, & non pauca in iis, quæ cum textu Græco conferri mererentur, observarem, ut fere labor alius alium trahit, operæ pretium fore duxi, si non istas tantum Hebraicas, sed & Vulgati, Erasmi, Bezæ, Syri atque Arabis versiones inter se & cum Græco textu compararem, & ubi conveniant, ubi dissideant, quæ illarum maximè genuina, & ad phrasim mentemque Spiritus Sancti accommoda magis videretur, annotarem, non ubique quidem, sed ubi usum aliquem habere, textusque Græcus id postulare videbatur. Hæc dum ago, procedente prelo, novum nascitur opus, quod & alium à priori titulum postularet, & eo duplo majus, ultra quatuor Euangelia uno volumine extendi non posset. Nam & absolutis Euangeliis, appendix addi debuit, in quo per septem priora Matthæi capita eadem tractandi ratio observaretur, quæ ab octavo & deinceps observata fuerat. Quum autem ea esset preli tarditas, ut iis, quæ dixi, peractis, otii etiam aliquid superesset, visum fuit versionem Æthiopicam aggredi, & cujusmodi ea esset, explorare. Lecto Euangelio Matthæi, & toto in linguam latinam translato, placuit appendicem ad finem usque Matthæi producere, eique quædam versionis Æthiopicæ inserere, ut saltem gustus aliquis istius translationis doctis daretur, quo de ejus pretio judicari posset. Plura istius autoris addere, operæ non erat. Et quamvis reliqua etiam Euangelia in latinum sermonem transferre statuerim, edere tamen non statui, nisi forte viri pii & docti secus voluerint, quorum judicio hìc & alibi standum judicavi. Cur autem, gravibus alioqui negociis Ecclesiastici muneris sat detentus, hosce porro,

tum

tum in Vetere tum in Novo Testamento labores sumpserim, tacendum non videtur. Versantur in hac nostra Academia viri pietate juxta ac doctrina illustres, quibus à Nationali Synodo Dordracena demandatum munus, novam tum Veteris tum Novi testamenti belgicam versionem adornandi. Sanctum, pium, Ecclesiisque Belgicis utilissimum opus. ad quod promovendum, qui quid possunt, si labori curæque parcunt, male de Ecclesia mereri, neque acceptis à Deo dotibus satisfacere existimamus. Quod adeo nobis cordi est, ut si hisce nostris laboribus aliquantulum saltem ad tantum tamque divinum opus collatum esse eruditi judicaverint, & vitam & curas hasce maximopere simus nobis ipsis gratulaturi. Quæque restant libenter addituri, si benignus Deus otium concesserit, & docti non improbaverint. Unum tantum deprecor, ne quis arrogantiæ mihi crimen impingat, quod Cl. Bezæ notas interdum examinem, & ubi ejus ac Vulgati versiones confero, Vulgatus non raro præferendus videatur. Magnus vir fuit Beza, eximiæ eruditionis, acerrimi judicii, quique suis in Novum Testamentum, laboribus nunquam laudatam satis operam Ecclesiis navavit, æternumque & supra invidiam nomen comparavit. Verum si Vulgatum quoque Interpretem, quisquis is tandem fuerit, doctum, imo doctissimum virum fuisse asseram, non me peccasse judicavero. Suos habet, fateor, nævos, habet & suos barbarismos. Sed quin passim ejus fidem, judiciumque admirer, etiam ubi barbarus videtur, negare non possum. Ecquis magnum & incomparabilem fuisse Erasmum neget? Integra quem totum terra nec ipsa capit. ut Bezæ in ipsum habet encomium. nemo tamen Cl. Bezæ indignatur, quod Erasmi & versionem & observationes ad censuram revocet, passimque emendet, ubi id ratio & veritas postulare videbantur. Crisin exercemus liberè, modeste tamen, nisi fallor. & ea lege atque omine, ut si quid à nobis peccatum sit, aliorum quoque crisin subire non detrectemus. Ea veritatis, præsertim sacræ, prærogativa est, ut tuendi eam omnes & adversus quosvis potestatem habeant. Nec est quod quenquam turbet, ea codicum lectionumque varietas, quæ in hac translationum collatione passim conspicitur, quasi nihil certi haberet fides Christiana, cui inniteretur. Ego vero palam profiteor, nunquam mihi magis confirmatam fuisse fidem, quam ubi non modo veterem illum Interpretem Latinum, sed & Orientales illos Syrum, Arabem, Æthiopicum, quique Euangelium Hebræum dedit, cum Græco textu ita ad amussim in omnibus convenire vidi, ut si res fidei spectes, ortum Christi, nativitatem, educationem, miracula, sermones, totam vitæ seriem, mortem, resurrectionem, ascensionem denique, eum ubique consensum invenias, qui de rerum gestarum veritate non nisi improbo dubitare permittat. Quod euangelium constituit, quod Christi notitiam exhibet, quod fidem salutarem generat, quod mores format, quod animum pacat, quod conscientiam, ira Dei percitam, tranquillat, apud omnes idem est. In verbis nonnunquam est varietas, quæ quidem in quibusdam narrationum circumstantiis non eundem sensum præbet, rem tamen credendam non pessundat, sed, mira quadam Dei providentiâ & curâ, fidei integram relinquit. Tantum abest itaque, ut Erasmum, Camerarium, Bezam, viros pietate & eruditione conspicuos, culpare audeam, quod in suis ad sacros libros notis varias etiam lectiones observarint, ut contra utilem eos operam navasse credam. cum quibus si jam nostræ, ex Orientalibus hisce versionibus desumtæ lectiones conferantur, quid receptum magis fuerit, judicare licebit. Quum autem in Syriacarum dictionum explicatione, Lexici Syro-Arabici crebram faciamus mentionem, monendum duximus lectorem, manuscriptum esse exemplar, quod ex libris magni Scaligeri, una cum Novo Testamento Æthiopico, aliisque quibus tenuis nostra Bibliotheca destituitur, subministravit Academiæ nostræ Bibliothecarius, ejusdemque præclarum decus, qui & studiorum nostrorum vera anchora, Dan. Heynsius. Est autem defectum, ad finem tantum literæ Nun productum. quod tamen tanti fecit literarum illud præcipuum columen Jos. Scaliger, ut ex exemplari Boreliano sua ipse manu id descripserit. Autor libri dicitur Jacob Elgais, munere presbyter, ætate senex, & ut ex præfatione liquet, religione Christianus. compositus est anno 1865 æræ Alexandri Magni. Merum est Glossarium. alioqui accuratum satis. nisi quod sæpe mendosam & confusam dolui scripturam. quod nequaquam incuriæ Magni Scaligeri, viri in omnibus accuratissimi & diligentissimi, sed corrupto procul dubio, quo usus est, exemplari tribuendum.

Restat, benevole Lector, ut candori tuo labores hosce nostros commendemus. Ἀκρίβειαν si desideras, quam, sat scio, & in stylo requires & in rebus, eam ab iis exspectandam teneas, qui & literis melius sunt tincti, & minoribus paucioribusque negociis distenti. Excusare autem

tem potissimum debet, quod præter primum institutum, procedente, ut dixi, prelo, pleraque & majoris momenti, ante ne cogitata quidem, sunt exarata. nec deinde denuo excussa. sive quod tempus non permitteret. sive potius, quod eo me animo esse fatear, ut mens ad nova semper se proripiens, ad ante acta difficulter revocari patiatur. In quo si temeritatem culpas, censuram non detrecto. nec jure fieri diffitebor. Quin &, si ita piis doctisque viris visum fuerit, facile me deinceps ab hoc scribendi genere absterreri patiar. ut & facile me ad ea quæ restant impelli incitarique sinam, si iidem id utile, Ecclesiæque commodum judicaverint. Hîc finio, Candide lector, utque his meis laboribus gratâ in Deum mente utaris, meisque porro, si digna sunt, studiis faveas, precor rogoque.

IN
ANIMADVERSIONES
ad Sacrum Novi Fœderis, præsertim Syriaci, contextum,

Authore Reverendo ac Clarissimo Viro

LUDOVICO DE DIEU.

VIr cœlitus mirande, vir pignus Dei,
Rarumque munus additum mortalibus;
Quoscunque lato terra complexu tenet,
Et circulari Phœbus aspicit rota,
Quem primo ab ortu, quà serenat ætherem,
Accedere ausus, vixque nascentem sequi,
Belgarum adusque claustra, extremum mare,
Victum superbus & triumphatum trahis;
Quæ lingua laudes digna prosequi tuas,
Edocte quasuis? Seu Palæstino placet
Disertus ore, siue Chaldæo, aut Syro,
Siue Æthiops perustus, aut felix Arabs;
Obstrictus omnis Ortus applaudet tibi,
Et ora soluet. Omnis intuebitur,
Non fabulosis aut sepultis ritibus,
Romana quêis gens & Pelasgorum tumet,
Emancipantem, larga quæ dedit manus,
Et autor ipse muneris tanti Pater:
Qui fœdus immortale mortalis Dei,
Mortalis, immortalis, ac semper Dei,
Viam salutis, disciplinam gaudii,
Quod cuncta vincit, fine temporum caret,
Tot gentium fulgore perfundis nouo:
Emensus ante, quicquid ignotum, abditum,
Et involutum vox Prophetarum canit,
Oraculorum qui sub obtentu latent,
Et veritati regiam pandunt viam.
Adest labori seque sufficit tuo
Rex ipse rerum: siue facundus sacrum
Imples theatrum, mente sublimi, ignea,
Et verba fundis plena veraci Deo:
Siue in nepotes ingenî vires tui,
Æternitatis candidatus, explicas,
Nondumque natos lumine inuoluis tuo.
Cœli sacerdos, posteris sacrum caput,
Amor piorum, quos amabili jugo
Sponte ac volentes vitæ ad exemplum trahis;
Hæres paternæ laudis atque adoreæ,
Quem vox diserta, digna majestas polo,
Alte recepta consciorum mentibus,
Obliuioso segregat silentio,
Coloniana spes opusque, sanguinis
Insuitati germen, vt facundiæ;
Sic te fauor benignus, ad metam vehat
Consentientis eruditorum chori,
Sic cuncta discas, cuncta doctus asseras
Quæ barbarorum fœda destruxit manus,
Sic inuolutum quicquid, aut reconditum
Imperiumque, charta cælestis tegit,
Tecum peritus orbis asscribat tibi,
Famæque liuor ipse subscribat tuæ;
Vt auspicato assurgit ac plaudit tibi
Mens Heinsiana, prisco amore saucia
Laudis tuorum: Goliique Sol recens
Exortus orbi, nec minus capax tuæ
Et fautor ardens Imperator gloriæ.

DANIEL HEINSIUS.

EPISTOLA DEDICATORIA

Præfixa Animadversionibus in Acta Apostolorum ab Autore edit. A°. MDCXXXIV.

Clarissimo, Ornatissimo, Doctissimoque viro,

D. JACOBO USSERIO,

Archiepiscopo Armachano, Hyberniæque primati, Patri in Christo reverendo, ac domino venerando S. P.



Iam dudum puduit me, Vir maxime, tot tantaque beneficia à te nactum, nihil hactenus gratitudinis publicè rependisse. Quintus jam agitur annus, quum, qui ad te, tantum ac in tam sublimi loco constitutum virum, literas non modo non dare, sed ne cogitare quidem fuissem ausus, primus ipsemet, quod exspectandum minime videbatur, humanissimis tuis ac doctissimis literis non tantum fui salutatus, sed &, quod omnem spem longè maximè superabat, amplissimo Pentateuchi Samaritani munere beatus. Quod quidem, initium tantum tuæ erat beneficentiæ, latius se in posterum diffusuræ. biennio enim fere post, codicem egregio charactere Syro exaratum, qui omnia N. T. Syriaci, quæ in prioribus deerant editionibus, ac præterea prolixum Ephremi de Amore Sapientiæ tractatum contineret, mittis. addito Psalterio Syriaco, & speciminis loco, Pentateuchi Arabico-Samaritani, cujus Genesin & Deuteromium tantum habere te scribebas, quaternione. Quis non hîc tantæ liberalitatis finem fore credidisset? Sed id flagrans tuus in promovendas literas amor haud permisit. Proximo enim anno, qui post millesimum sexcentesimum trigesimus erat secundus, discedente illinc ad nos nobilissimo Juvene Dungarvaniæ vicecomite, per Ephorum ejus D. Frejum, virum omni eruditionis genere perpolitum, mittis Pentateuchum Syriacum, elegantissima manu pictum, nunquam nostris hominibus visum thesaurum, quo majorem vel optare non licuisset. Et ne præter liberalitatem tuam nihil in te miraremur, addis propriæ diligentiæ atque eruditionis præclarum specimen, Prædestinatianæ (quam Ecclesias nostras tantopere perturbasse, verè dicis) controversiæ historiam, & veterum Epistolarum Hybernicarum syllogen, utramque manu tua emendatam, & novæ editioni, ubi opportunum esset, adoptatam. & ne hîc quidem benignitatis tuæ fons exaruit. Sequens rursus annus novum adfert beneficium. vix enim quicquid Syriacorum Ephremi opusculorum Academia nostra haberet, descripsisse me intelligis, vocales addidisse, & Latinè transtulisse, quin protinus tres codices elegantissimos, quibus omnia Ephremi, quæ instructissima tua orientalis Bibliotheca habet, continentur, admiranda quadam liberalitate transmittas. Stupebunt, sat scio, Lectores omnes, tam raram humanitatem, tam inauditam beneficentiam. omnia hæc enim M. S. quæ tutemet avidissimo animo, quum non haberes, desiderasti, quæ magnis impensis comparasti, quæ præclarissima supellectilis tuæ liberariæ κειμήλια, & maximæ bibliothecæ ornamenta habuisti, ea te in tam dissitas oras, per tot pericula, ad peregrinum hominem, dubius an unquam esses recepturus, transmisisse! Novum plane est & insolens, quod ante te fecit nemo, nec quisquam post facile imitetur. neque adeo in quenquam quadrare potest magis quam in te, quod eleganter satis dicunt Arabes, السخي قريب من الله قريب من الناس قريب من الجنة بعيد من النار, *liberalis est vicinus Deo, vicinus hominum, vicinus paradisi, remotus ab igne.* Quæ porro etiam offers, majora hisce, taceo, ne nimia beneficentiæ in me tuæ prædicatione famam mihi captare videar. Non nego, vir amplissime, me tot, tantorum, & à tanto viro profectorum numerum amplitudinem maximopere mihi gratulari, & jactare propemodum. per te accensus est mihi animus, per te accrevit eruditio, per te & pluribus prodesse possum & magis. Tu me doctis chariorem reddidisti, tu ad ordinem eorum effectandum adegisti, tu majora, quam unquam à me proficisci putaveram, cogitare coëgisti. Ut enim, quod res est, libere

libere dicam, & quod te in animum induxiſſe exiſtimo, tu me orbi Chriſtiano obſtrinxiſti, ut, ni quid munerum tuorum ſubſidiis dignum à me proficiſcatur, indignus merito ſim habendus, in quem tot tantaque beneficia literaria ſint collata, nec tantum ego indignus, ſed & tu parum prudens, qui uti neſcienti beneficia dederis. neque enim abit à vero Hebræorum ſapientum dictum, כסיל הנותן למי שאינו ראוי, *ſtultus eſt qui dat indigno.* Id ſerio deinceps meditari & agere, meum erit: & tibi tuorum beneficiorum fructum referre. quod dum molior, differendum diutius non fuit, in tantum ac tam largum benefactorem, grati animi qualecunque πικμήελον. paratas habebam haſce in Acta Apoſtolorum obſervatiunculas, quas edi, & 4 Euangeliis antehac editis ſubnecti volebat Typographus. annuentem obſtringit, ut quæ in omnes Epiſtolas affecta à multis annis, ſed nondum prælo apta habeo, quamprimum apparem. Non poſſum id non promittere. Sed quia moram id longiorem habet, quam animus ad gratitudinem properans patitur, opuſculum hoc, etſi perexiguum & beneficiorum tuorum amplitudini longè impar, conſecrare tibi malui, quam beneficentiæ tuæ oblitus videri. Nihil rependo, vir Ampliſſime. demens enim ſim, qui me pro tantis benefactis, τὸ ἱκανὸν ποιεῖν poſſe exiſtimem. hoc tantum ago, ut animo meo inſitum ſcias, me quamplurimum tibi debere. Nec ulla tibi à me laudis acceſſio poteſt fieri, quam totam à te ipſo habes, & à liberalitate ſummam. Niſi falſum ſit illud Hebræorum ſcitum, מי שנקה מן הכילות יגיע אל הגדולה, *qui immunis eſt ab avaritia, pertinget ad magna.* Animum ſcribentis ſpecta, in quo longè plus latet gratitudinis, quam libellus hìc queat prodere. Vis rurſus audire ex Hebræis, quæ ſit vera liberalitas? הנדיבות ההרגשה טובה עם קבלת התעלומות, *liberalitas eſt ſenſus bonus, cum acceptione occultorum.* hoc igitur liberaliſſimis tuis beneficiis adde, ut de amico tuo, quem tanto favore es complexus, bene ſentias, & non tam publicum hoc opuſculum, quam occultum ejus animum accipias. Audeo id mihi ab humanitate tua promittere, vir Ampliſſime, gratum fore, quantulumcunque ſit, quod offero. tum quia quæ offero ſacra ſunt, quorum tu προστάτης es maximus, tum quia quæ antehac in Euangelia ſum commentatus, tanta es dignatus amplecti benevolentia, ut, præmiſſis quibuſdam quæ taceo, quia non mea merita, ſed tuus iſthæc expreſſit amor, monere etiam volueris, ut, ſi te audiam (verba tua ſunt quæ ſcribo) non prius conquieſcam, quam pari diligentia & ſimili Commentationis genere, quod Novi T. eſt reliquum, illuſtravero. In ipſam certe peccem amicitiam, ſi de animo tam benevolo ſiniſtri quid & adverſi ſuſpicer. מדות האדם מקראי לבו, *mores hominis ſunt lectiones* (vel ſcripturæ) *cordis ejus*, inquiunt Hebræorum ſapientes, id eſt, quid cor cujuſque contineat, mores ejus exprimunt, qui veluti ſcripturæ quædam ſunt, in quibus legi quaſi poſſunt animi affectus. Indignentur mihi igitur merito omnes qui te norunt, ſi, cum mores tui nihil teſtentur niſi ſtudia literarum, nihil loquantur niſi humanitatem, nihil ſpirent niſi humilitatem & benevolentiam, meos hoſce qualeſcunque labores adverſam mentem & infeſtum animum inventuros arbitrer. De Commentationis genere nihil dicam. tale eſt, quale poſtulaſti, nempe ſimile priori. niſi quod ſæpius hìc quam in Euangeliis examen noſtrum ſubit Cl. Beza, ob incongruam, quam ſecutus eſt, autore Junio, Arabis verſionem. Nolim, vir Clar. aut tibi aut doctorum ac piorum ulli Zoilus haberi, qui ex tanti viri diffamatione laudem quæram. Novi & laudo prudens illud ac pulchrum Arabum dictum, ألحمد مغنم والمذمة مغرم, *laudatio ditat, at diffamatio mulctat.* Mulctandus ſane ſim omni in poſterum laude atque honore, ſi ex tanti viri incommodo meum quæſiero commodum. Hoc tantum ago, ut doctiſſimus ejus Commentarius, à lapſibus quibuſdam, quorum alii, quos ſecutus eſt, Interpretes maximam partem ſunt autores, repurgatus, Theologiæ candidatos certius atque tutius deducat. Verba Scripturæ ac phraſes examinare, collatiſque variorum Interpretum ſententiis, quod ſequendum maximè videbatur, annotare, is ſcopus erat & inſtitutum. In quo Criticum agere vix poteram, quin, neglecta magnorum virorum autoritate, nunc hunc nunc illum notarem, & ut quidem videbatur, emendarem. non ut cuiquam quid detraherem, ſed quanta poteram modeſtia atque æquanimitate, veritatem illuſtrarem. quod tamen ipſum, ſi aut tibi, vir optime, aut aliis probis ac piis viris improbari videam; ſpondeo me deinceps ab eo ſcriptionis genere abſtenturum, & ejus quod commiſi culpam faſſurum. nec refugio, quin cenſores omnes, qui ſimili moderatione, parique candore mea volent & examinare & caſtigare, æquiſſimo feram animo. felices fore judico errores meos, ſi cui inveſtigandæ penitius & indagandæ veritatis occaſionem dederint. Non ineptum

ptum est quod in Alcorano Asora 7. legimus, الوزن الحق فمن ثقلت موازينه فاولئك هم المفلحون
Pondus est veritas, & quorum libræ sunt graves, illi sunt beati. Veritatis pondus quæro. cujus si alterius libra plus contineat mea, palmam ei & felicitatis & laudis libenter tribuo. At satis jam apud te, virum æquissimum & candidissimum, est excusatum. Restat ut me tuo amori, laboresque meos favori tuo commendem. Deumque Opt. Max. supplex venerer, ut te diu Ecclesiis Reipublicæque literariæ sospitem ac incolumem conservet. Id opto, qui sum

Archiepiscopalis tuæ dignitatis observantissimus

Datum Lugduno Batav.
Kal. Augusti, 1634.

LUDOVICUS de DIEU.

In Apostolorum Acta, à summo, eruditione pariter ac pietate viro,

LUDOVICO de DIEU,

illustrata.

ΤΟΞΟΦΌΡΟΙΣ ἈΡΆΒΕΣΣΙ, ΚΑῚ ΑἸΘΙΌΠΕΣΣΙ, ΣΎΡΟΙΣΤΕ,
ΦῶΣ ἈΝΑΔΥ͂Σ, ΤΟΎΤΩΝ Δ' ἜΜΠΑΛΙΝ ἘΚ ΣΕΛΊΔΩΝ
ΘΕΣΜῶΝ ΟΥ̓ΡΑΝΊΩΝ ΚΕΔΆΣΑΣ ΣΚΟΤΌΕΣΣΑΝ ὉΜΊΧΛΗΝ,
ΝΎΚΤΑ ΜΕΤ' ὈΡΦΝΑΊΗΝ ὩῚΣ ΤΡΟΧῸΣ ἨΕΛΊΟΥ,
ΠΡᾶΞΙΝ ἈΠΟΣΤΟΛΙΚῊΝ Ὁ ΘΕΏΝΥΜΟΣ ἜΞΕΛΕ ΝΥΚΤΌΣ.
ΦΗΜῚ ΔῈ ΚΑῚ ΤΑΎΤΗΝ ΠΡᾶΞΙΝ, ἈΠΟΣΤΟΛΙΚΉΝ.

DANIEL HEINSIUS.

ANIMAD-

ANIMADVERSIONES IN Loca difficiliora GENESEΩS.

Cap. I. Vers I.

בְּרֵאשִׁית בָּרָא Cabalisticè per Gematriam exponitur, per בראש השנה נברא *in initio anni creatus est* scil. mundus. Intelligitur initium Septembris, quo olim annus inchoabatur. Et per alium Cabalisticæ artis modum, qui תמורה *permutatio* dicitur, transpositis literis ex בראשית fit א בתשרי, *primus dies Thisri.*

שָׁמַיִם *cœli.* Arabicè اَلسَّمٰوات, ab altitudine sic dicti. est enim سمو *altum esse.* unde in proverbiis. Alis سمو المرء التواضع *sublimitas viri est humilitas.* In lingua Æthiopica usitatum est singulare שָׁמַי *cœlum.*

Vers 3. *Et dixit Deus, &c.* Novies id in capite hoc occurrit. Decimum includi volunt in primis verbis, *In principio creavit Deus cœlum & terram*, nam & hæc verbo suo creasse, dubitari non potest, quum id David asserat, Psal. 33. 6. Hinc decem verbis mundum & quicquid in eo continetur à Deo conditum esse, adserunt Hebræorum Sapientes. ut est in capit. patrum.

Vers 6. *Sit expansio in medio aquarum, & dividat aquas ab aquis.* Hinc מַיִם duali numero dictum volunt, ob duplices aquas, superiores & inferiores. at ex lingua Æthiopica apparet esse pluralis numeri. ibi enim singulare usitatum est מַי *aqua.* unde plurale non potest fieri aliud quam מַיִם. Æthiopicè מָיַת. Hinc procul dubio *Maja* deducta est, ex Atlante & Pleione nymphâ, Oceani & Tethyos neptis.

Vers 11. תַּדְשֵׁא הָאָרֶץ דֶּשֶׁא עֵשֶׂב Docet R. S. I. inter דֶּשֶׁא & עֵשֶׂב discrimen esse, quale apud Gallos inter *herbage* & *herbe*, illud scilicet esse nomen generale, multarum herbarum complexum continens, & quasi vestimentum designans, quo universus aliquis campus induitur. Hoc autem speciatim de quovis germine singulari rectè dici, ita ut dicere liceat עֵשֶׂב פְּלֹנִי talis aut talis herba, at non דֶּשֶׁא פְּלֹנִי.

Ibid. עֵץ פְּרִי, &c. ad quæ R. S. I. hic commentatur שיהא טעם העץ כטעם הפרי והיא לא עשתה כן אלא ותוצא הארץ עץ עושה פרי ולא העץ פרי לפיכך כשנתקלל אדם על עונו נפקדה גם היא על עונה ונתקללה: Id est ad verbum. *Ut sit gustus ligni qualis gustus fructus, at terra sic non fecit, sed* (ut dicitur) *produxit terra lignum faciens fructum, non autem lignum fructum, propterea quum maledictus fuit homo ob peccatum suum, visitata quoque fuit illa ob peccatum suum, & maledicta.* Explicat עֵץ פְּרִי quod est in textu, per העץ פרי, ne vertas per regimen genitivi, *lignum fructus*, id est frugiferum, sed per appositionem, *lignum fructum*, ideo ה Emphaticum præfixit, quod in regimine locum non habet. Mens ejus est, Deum versu 11. præcepisse terræ, ut arbores ferret quarum lignum esset ipse fructus, eundem gustum cum fructu habens, terram vero morem non gessisse, quia v. 12. dicitur produxisse lignum faciens fructum, quod scilicet ipsummet fructus non esset, sed fructum solummodo ferret, in quo quum peccaverit terra, tulisse pœnam maledictionem; quo nihil ineptius fingi aut dici potest, quum v. 11. Moses disertè dicat, ita factum esse, prout Deus terræ mandaverat, resque plana est, ubi עֵץ פְּרִי exponitur *arborem frugiferam*, quod per se patet, nec est aliud עץ פרי quam עץ עושה פרי, quod explicationis gratia à Mose additur.

Vers. 20. שֶׁרֶץ Interpretatur Raschi, omne animal vivens quod non altè à terra assurgit. qualia sunt, muscæ, formicæ, scarabæi, mustelæ, mures, lacertæ, omnesque pisces. quod autem præcedit, יִשְׁרְצוּ הַמַּיִם vertitur, *producant aquæ*, nempe abundè in morem reptilium, deducta significatione verbi à nomine שֶׁרֶץ. Sed usitatum est verbum in lingua Æthiopica, etiam de herbis è terra germinantibus. Ponitur enim pro ἐξανέτειλε, Matth. 13. 5. & pro ἐκφύῃ, Marc. 13. 28.

Vers. 26. Faciamus hominem בְּצַלְמֵנוּ כִּדְמוּתֵנוּ *in imagine nostra secundum similitudinem nostram*, ב præposuit τῷ צלם, ut & v. 27. at τῷ דמות כ. eadem tamen hîc utriusque particulæ vis est. quod patet ex Gen. 5. 1. ubi pro כִּדְמוּתֵנוּ dicitur, בִּדְמוּת אֱלֹהִים בָּרָא אֹתוֹ. Et v. 3. sola litera ב tam τῷ דמות quam τῷ צלם præfigitur. vitiosè enim in Veneta editione majori legitur כְּצַלְמוֹ.

Vers. 27. וַיִּבְרָא אֱלֹהִים אֶת הָאָדָם. *Et creavit Deus hominem.* Quæritur in Talmud libro נזיקין, quare creatus sit אדם יחידי בעולם *homo unicus in mundo.* Tres ejus adferuntur rationes. Prima, ללמדך שכל המאבד נפש אחת מישראל כאלו אבד עולם מלא וכל המקים נפש אחת מישראל כאלו קיים עולם מלא, *ad docendum te, si quis perdat animam unam ex Israële, perinde facere ac si totum mundum perderet. Si quis contra in vita conservet animam unam ex Israële, perinde facere ac si mundum integrum conservaret.* Altera est, מפני שלום הבריות שלא יאמר אדם לחברו אבא גדול מאבך, *ob pacem hominum, ne unus dicat alteri, pater meus major te est.* Tertia est, להגיד גדולתו של הקב״ה שאדם טובע כמה מטבעות בחותם אחד וכלן דומות זו לזו ואלו הקב״ה טובע האדם בחותמו ואין אחד מהם דומה לחבירו: *ad indicandam præstantiam Dei. homo enim figuras multas efformat sigillo uno, sed omnes alias aliis similes. Deus autem figuram homini sigillo suo sic imprimit, ut eorum nullus alteri sit similis.* Quæritur porro in Talmud, quare creatus sit homo בערב שבת *vespera Sabbathi?* Respondetur, שלא יהיו המינים אומרים שותף היה לו להקב״ה במעשה בראשית: ד״א שאם תזוח דעתו עליו אומרים לו יתוש קדמך במעשה בראשית: דבר אחר כדי שיכנס למצוה מיד: *Ne dicant Hæretici, fuisse hominem Deo adjutorem in opere creationis. Deinde, ut si efferret se animus ejus, dici ei posset, musca antecessit te in opere creationis. Denique ut protinus intraret in præceptum.* quum enim hominis creationem protinus exceperit Sabbathum, protinus intravit in præceptum sanctificandi Sabbathum.

Cap. II.

Vers. 3. בָּרָא אֱלֹהִים לַעֲשׂוֹת. Quantopere illud לעשות vexaverit interpretes, etiam Hebræos, ex Mercero petere potest qui vult. Nobis Hebraismus familiaris esse videtur, per quem Infinitivus לעשות, verbo similem actionem includenti adjunctus, fere redundat. qualia sunt Jud. 13. vers. 19. וּמַפְלִא לַעֲשׂוֹת *& mirabiliter egit faciendo*, id est, *miraculum fecit.* 1 Reg. 14. 9. וַתָּרַע לַעֲשׂוֹת *& malè fecisti faciendo*, id est, *& malè egisti.* 2. Reg. 21. 6. הִרְבָּה לַעֲשׂוֹת הָרַע *multiplicavit faciendo malum*, id est, simpliciter, multiplicavit malum, multum fecit mali. 2. Chron. 20. 35. הוּא הִרְשִׁיעַ לַעֲשׂוֹת *ille impiè egit faciendo*, redundat *faciendo.* Psal. 126. 2. הִגְדִּיל יְהוָה לַעֲשׂוֹת עִם אֵלֶּה *magna fecit Deus faciendo cum illis* rursus redundat. Eccles. 2. 11. בֶּעָמָל שֶׁעָמַלְתִּי לַעֲשׂוֹת *in opere quod operatus sum faciendo*, id est, simpliciter, quod feci. qui postremus locus plane parallelus est huic loco Geneseos. sive enim dicas עָמַל לַעֲשׂוֹת *Operatus est faciendo*, sive בָּרָא לַעֲשׂוֹת *creavit faciendo*, idem dicis nisi quod ברא significet novum aliquid producere, quod exemplo caret, & ante non fuit. itaque *creavit faciendo*, nihil aliud est quam *de novo fecit.* Observa autem, in phrasi hac Hebræa, verbum antecedens latinè rectè verti adverbialiter, Infinitivum autem לעשות per antecedentis verbi tempus. ut הִפְלִיא לַעֲשׂוֹת *mirabiliter fecit.* הִרְבָּה לַעֲשׂוֹת *male fecit*, הָרַע לַעֲשׂוֹת *multipliciter fecit.* הִרְשִׁיעַ לַעֲשׂוֹת *impiè fecit.* הִגְדִּיל לַעֲשׂוֹת *magnificè fecit.* עָמַל לַעֲשׂוֹת *operosè vel operando effecit.* Sic בָּרָא לַעֲשׂוֹת κτίσας ἐποίησε *creando effecit.* generalius enim est עָשָׂה *fecit* quam בָּרָא *creavit.* Omnis creatio est effectio, sed non omnis effectio creatio. restringitur ergo effectio quum præfigitur ei בָּרָא, sensusque est, effecit per modum creationis. libet addere illud Talmudicum לעולם ילמד אדם עצמו להשכם ולהעריב לעשות צרכיו: Ad verbum, *semper assuefaciat quisque seipsum manicare & vesperare faciendo necessitates suas*, id est, mane & vesperi satisfacere naturæ necessitatibus. Idem obtinet cum aliis etiam Infinivis, ut 1 Sam. 14. vers. 13. אִישׁ מֵיטִיב לְנַגֵּן *vir bene faciens pulsando*, id est, benè pulsans citharam, Psal. 113. 6. הַמַּשְׁפִּילִי לִרְאוֹת *profundans videndo*, id est, profundè videns. הַמַּגְבִּיהִי לָשָׁבֶת *exaltans habitando*

tando, id eſt, altè habitans. & ſexcenta alia, in quibus antecedens verbum aut participium per adverbium, ſequens Infinitivus per præcedentis verbi tempus exponitur.

Verſ. 4. אֵלֶּה תוֹלְדוֹת הַשָּׁמַיִם וְהָאָרֶץ בְּהִבָּרְאָם בְּיוֹם עֲשׂוֹת יְהוָה אֱלֹהִים אֶרֶץ וְשָׁמָיִם׃

5. וְכֹל שִׂיחַ הַשָּׂדֶה טֶרֶם יִהְיֶה בָאָרֶץ וְכָל עֵשֶׂב הַשָּׂדֶה טֶרֶם יִצְמָח כִּי לֹא הִמְטִיר יְהוָה אֱלֹהִים עַל הָאָרֶץ וְאָדָם אַיִן לַעֲבֹד אֶת הָאֲדָמָה׃

6. וְאֵד יַעֲלֶה מִן הָאָרֶץ וְהִשְׁקָה אֶת־כָּל־פְּנֵי הָאֲדָמָה׃

Varias hîc dari interpretationes notum eſt. inter quas minus placet D. Junii, magis autem vulgati, qui ſecutus LXX. ſic habet, *Iſtæ ſunt generationes cœli & terræ, quando creatæ ſunt, in die quo fecit Dominus cœlum & terram, & omne virgultum agri, antequam oriretur in terra, omnemque herbam regionis, priuſquam germinaret &c.* Libet autem examinare, an טֶרֶם in hac conſtructione rectè vertatur *antequam*. Multi Hebræorum, inter quos Aben Eſra, Rambam & R. D. K. volunt ſemper ſignificare קודם ſequente ש, id eſt, *antequam*. Sed quam vim cogantur inferre ea interpretatione multis locis, ut Exod. 9. 30. וְאַתָּה וַעֲבָדֶיךָ יָדַעְתִּי כִּי טֶרֶם תִּירְאוּן. Et 1 Sam. 3. 7. וּשְׁמוּאֵל טֶרֶם יָדַע אֶת־יְהוָה וְטֶרֶם יִגָּלֶה אֵלָיו דְּבַר יי aliiſque locis, vide in radicibus Kimchi. Quum res ipſa indicet hæc per *nondum* explicanda eſſe. *Et tu & ſervi tui novi quod nondum timebitis Jehovam. Et Samuel nondum cognoverat Jehovam, & nondum revelatum fuerat ipſi verbum Domini.* Ideo alii Hebræorum addunt, ſignificare interdum עדיין לא *adhuc non, nondum*. Ego autem exiſtimo, per ſe & propriè ſemper denotare *nondum*: addito autem ב, בְּטֶרֶם ſignificare *antequam*, q. d. *in nondum, quum nondum*. quod & R. Selomoh hîc docet his verbis כל טרם שבמקרא לשון עד לא הוא ואינו לשון קודם *omne* טרם *quod in Scriptura eſt ſignificat nondum, non vero antequam.* quod autem interdum ſimplex טֶרֶם exponatur latinè *antequam*, eſt ex peculiari Hebraiſmo, quando nempe poſitum in primo orationis membro, influit ſuo ſenſu etiam in alterum quod à priori pendet, ut Pſalm. 119. 67. טֶרֶם אֶעֱנֶה אֲנִי שֹׁגֵג *nondum humiliabar, ego errabam*, id eſt, *quum nondum, antequam humiliarer, errabam.* quod ſecundum membrum plerumque per vau incipere ſolet, ſed ita ut vau otioſum fiat, quando טֶרֶם exponitur per *antequam*. ut Eſai. 65. 24. וְהָיָה טֶרֶם יִקְרָאוּ וַאֲנִי אֶעֱנֶה, ad verbum vertere oportet, *Et erit, nondum clamabunt, & ego reſpondebo.* id eſt latinè, *antequam clament, ego reſpondebo.* Sic & in ſecundo orationis membro poſitum verti poteſt per *antequam*, ſed ea lege ut per vau copuletur cum priori membro, & in illud ſic influat, ut vau otioſum fiat quando טֶרֶם exponitur per *antequam*. ut quod latinè dicitur, *ſurrexit, antequam expergiſcerer*, Hebraicè dicam, קָם וְטֶרֶם הֱקִיצֹתִי, *ſurrexit, & nondum experrectus eram.* vides vau copulare in Hebraiſmo, quia טֶרֶם ibi ſignificat *nondum*. Sed in latiniſmo fit otioſum, quia ibi vertitur *antequam*. eodem modo ſi membra invertas, טֶרֶם הֱקִיצֹתִי וְקָם *nondum experrectus eram, & ſurrexerat.* id eſt, *antequam experrectus eram, ſurrexerat.* Quod ſi ergo & in hoc loco Geneſeos טֶרֶם per *antequam* ſit vertendum, non interpretabor ut LXX. & vulgatus, aliique qui eos ſunt ſecuti, ſed vau illud quo quintus verſus incipit otioſum reddo, & ſic verto, *Illæ ſunt Generationes cœli ac terræ, quum crearentur illa, quo die faciebat Dominus Deus cœlum & terram, antequam ullum virgultum agri eſſet in terra, & antequam ulla herba agri germinaret*, quia &c. Sed liceat nobis aliam etiam in hunc locum conjecturam addere. טֶרֶם. accipimus pro *nondum*. Sicut & Jonathan vertit עד כדו לא *hactenus non*. vau autem in וְכֹל שִׂיחַ non pro copulativo habemus, ſed pro retributivo ad בְּהִבָּרְאָם præcedentis verſus, ſic ut latinè vel abundet, vel per *tum* vertatur. plane ut cap. 3. 5. בְּיוֹם אֲכָלְכֶם מִמֶּנּוּ וְנִפְקְחוּ עֵינֵיכֶם *in die quo comederitis de eo, tum aperientur*, (vel ſimpliciter *aperientur*) *oculi veſtri*. Ita hoc loco. *Illæ ſunt generationes cœli & terræ.* Hîc punctum pono, ut ſenſus ſit, Hujuſmodi fuit ratio productionis rerum, qualis jam ſequitur. *Quum crearentur illa, & quo die faciebat Dominus Deus cœlum & terram, ulla ſtirps agri nondum erat in terra, & ulla herba agri nondum germinabat: quia non pluerat Dominus Deus ſuper terram, & homo non erat ad colendum terram. Sed vapor aſcendebat è terra, & irrigabat totam ſuperficiem terræ.* Sequitur deinde Deum feciſſe hominem, & in gratiam hominis plantaſſe Paradiſum, in quo abſque hominum opera, abſque pluviæ auxilio, è terra ſolo vapore rigata produxerit quaſvis arbores & ſtirpes. ad אֵלֶּה *illa*, annotat R. Selomoh, האמורים למעלה *quæ dicta ſunt ſupra.* ut ſenſus ſit, illa quæ capite primo narrata fuerunt continent productionem cœli & terræ. malim ad ſequentia re-

 ferri,

ferri, quibus ratio & modus productionis repetitur & plenius explicatur. Sic enim אֵלֶּה תּוֹלְדוֹת ad sequentem narrationem solet referri. vide Gen. 36. 1. 9. & 37. 2. Ruth. 4. 18. & alibi. Addo בְּהִבָּרְאָם & בְּיוֹם עֲשׂוֹת verti posse per præteritum, *Quum creata essent illa, quo die fecisset Deus cœlum & terram, ulla stirps nondum erat, &c.* quum enim Infinitivus apud Hebræos temporibus non distinguatur, ad omnia tempora referri potest. Sensus est, Eo modo Deus cœlum & terram genuit, ut quum ea jam facta essent, nulla adhuc stirps, nulla herba esset, quia, &c. Sed quia in hisce versibus interpretandis difficultas interpretibus nata videtur, inde quod ἐναντιοφανὲς videatur, quod hîc tempore primæ creationis nulla dicatur fuisse stirps, quia nec pluvia ceciderat, nec homo erat qui terram coleret, capite autem primo dictus fuerit Deus die tertio solo suo verbo effecisse, ut terra herbas & arbores produceret, monemus tria hîc esse vocabula quæ attentionem requirunt, quorum nullum c. 1. exstat. 1. est שִׂיחַ quod virgultum significat, id est virgarum multitudinem ex præcedanea radice, ut eloquium & sermo ex conceptibus, pullulantium. nam & שִׂיחַ eloquium significat. 2. הַשָּׂדֶה, quod non absolute terram, sed terram cultam, & sive sationi, sive pecorum pastui adaptatam denotat. 3. צמח quod *germinare, pullulare* significat, itaque de surculis & stolonibus dicitur, qui ex præcedaneo semine aut radice exsurgunt. Tale nihil fuit in prima creatione, ad quæ pluvia & cultura requiruntur. at herbæ & arbores, de quibus c. 1. non ex semine & radicibus pullularunt, sed ipsæmet fuerunt prima omnium plantarum semina & radices.

Vers. 12. שָׁם הַבְּדֹלַח *Ibi est Bdellium.* Benjamin in Itinerario edit. Leyd. p. 105. describens Katipham ad littus Indicum sitam dicit ושם ימצא הבדולח *& ibi invenitur Bedolach.* quid autem per bedolach intellexerit, ex sequenti descriptione liquere videtur, ובארבע ועשרים בניסן ירד שם מטר על פני המים ומקבלים המטר ההוא ונסגרין ונופלין לתוך קרקע הים ובחצי תשרי באין שם שני בני אדם לקרקע הים בחבלין ומלקטים את השרצים ההם ומוציאין אותם ומבקעין אותם ומוציאין מתוכם אבנים הללו: *vigesimo quarto Nisan* (Martii) *descendit pluvia in superficiem aquarum, quam reptilia colligunt, conclusaque decidunt in maris fundum. Medio deinde Thisri* (Septembris) *duo viri fundum maris funibus subeunt, reptilia illa colligunt, educunt, dissecant, atque inde gemmas istas depromunt.* unde satis liquet, הַבְּדֹלַח Benjamini esse *gemmas*, seu *margaritas*. ad cujus sententiæ confirmationem adscribam verba Kimchii in lib. Rad. והיא אבן יקרה ואומרים שיש יהלים ויש אומרים שהיא אבן לבנה עגולה שנוקבין אותה ומחברין ממנה אבנים ועושין מהן אנק, *Est lapis pretiosus, quem volunt esse adamantem. alii gemmam albam, rotundam, quam perforant, nectuntque inde gemmas, unde torquem faciant.* quæ margaritarum vera est descriptio, certe bdellium nequaquam est.

Vers. 18. אֶעֱשֶׂה לּוֹ עֵזֶר כְּנֶגְדּוֹ Variè exponitur illud כְּנֶגְדּוֹ. adjungamus & nos exercitii gratia, quæ aliquando in mentem venerunt. præsupponimus, נֶגֶד, quod vertitur *coram, ante*, propriè esse nomen substantivum. ut & סָבִיב *circum*, קֶדֶם *ante*, מְאֹד *valde*, & similia multa, quæ per se nomina sunt, & significant, *circuitum, anterioritatem, vires.* Sic נֶגֶד propriè *anterius, anteriorem partem alicujus rei* denotat. unde *incurvavit se super genua sua* לְנֶגֶד אֵלִיָּהוּ *ad anteriora Eliæ.* 2 Reg. 1. 13. *Stant amici mei* מִנֶּגֶד נִגְעִי *ab anterioribus plagæ meæ* Psal. 38. 12. Sic hoc loco, *faciam ei auxilium secundum anteriora ejus*, id est, *quod anterioribus ejus respondeat.* Videtur usum matrimonii respicere. ideoque in sequentibus enarrata brutorum creatione, qua masculis suæ additæ erant femellæ, additur וּלְאָדָם לֹא מָצָא עֵזֶר כְּנֶגְדּוֹ. *homini non invenit auxilium, quod anterioribus ejus responderet*, quo ad propagandam speciem suam uti posset. neque alibi hæc phrasis quam hoc loco invenitur, ubi de marito & uxore agitur. & hoc fortasse voluerunt LXX. quum כְּנֶגְדּוֹ verterunt κατ' αὐτόν & Vulgatus, *simile sibi.* Arbitrati enim sunt, tale hic auxilium intelligi, quod ad usum matrimonii similitudinem, aptitudinem & proportionem haberet. Onkelus verbotenus transtulit כקבליה *secundum anterius ipsius.* Jonathan autem disertis verbis totum hoc ad usum conjugii refert, vertit enim לא תקין דיהי אדם דמיך בלחודוהי אעביד ליה איתא דתהי סמיך בקבליה Id est, *non est rectum ut homo dormiat solus. faciam ei uxorem, quæ erit incumbens in anteriori ejus.* addo Arabem, qui כְּנֶגְדּוֹ vertit קבאלתה قبالته quod aut non intelligo, aut legendum in accusat. קֻבָאלַתַהֻ قُبَالَتَهُ & vertendum *secundum anterius ejus.* ubi porro notandum קבאלה قبالة & קבל قبل Arabibus specialim usurpari de anteriori corporis parte ubi thorax & venter sunt, & opponi דברס دبره id est *tergo.* His addimus, ab Hebræo נֹכַח quod idem est atque נֶגֶד *coram, ante* fieri apud Arabes

bes verbum نكح נכח matrimonium inire, coire. & منكوحة מנכוחה esse *eam cum qua habetur coitus*. Ut autem vulgati versionem, à qua plerique nostrorum discedunt, stabiliamus magis, sciendum כְּנֶגֶד apud Doctores Hebræorum non raro ad *similitudinem* denotandam usurpari. ut in Commentario R. S. I. ad 1. cap. Malach. v. 7. אסור לנו לחלוק מנחה כנגד מנחה חבה כנגר זבח:, id est, *prohibitum est nobis partiri unum munus ut aliud, & unum sacrificium ut aliud.* propriè *munus ad modum muneris, & sacrificium ad modum sacrificii.* Sic solent Rabb. dicere דברה התורה כנגד בני אדם *loquitur lex more hominum*, *ἀνθρωποπάθεια est*. At nihil planius illo R. Levi filii Gersonis, 1 Sam. 17. 4. אין ממנהג השרים והסגנים להלחם כי אם עם השרים והסגנים אשר כנגדם: *non est ex more ducum & capitaneorum pugnare nisi cum ducibus & capitaneis, qui sibi respondent*, id est, sui similibus.

Cap. III.

Vers. 8. לְרוּחַ הַיּוֹם *ad ventum diei.* id est, inquit Raschi, ad eum ventum, unde sol occidit, qui est occidentalis. addit de Adamo & Eva, quod סרחו בעשירית rebellarunt hora decima, id est, duas horas ante occasum solis.

Vers. 17. *Maledicta terra propter te.* Explicat id Raschi, quia nempe maledictas res proferet, veluti, muscas, pulices, formicas, &c. idque eleganti Judæorum proverbio illustrat, ליוצא לתרבות רעה והבריות מקללות שדים שינק מהם: *Si quis prorumpat ad multam malitiam, creaturæ* (vel homines) *maledicunt uberibus quæ suxit.* Terra mater est, cujus uberibus alitur homo. merito itaque terræ maledixit, ob summam malitiam ad quam prorumpere ausus fuit homo.

Vers. 18. קוֹץ וְדַרְדַּר תַּצְמִיחַ לָךְ *Spinam & carduum producet tibi.* addit Raschi קונדס ועכביות *sentes & tribulos.* עכביות vertunt עשבים מרים או טריבולי בלעז *herbæ amaræ, aut tribuli Italici.* videtur esse ab עכב *tardare, impedire.* moram enim tangentibus injiciunt tribuli. tradit porro Raschi præfatas istas herbas comedi ע״י תיקון, *adhibitâ correctione*, nempe boni alicujus condimenti. at quid est דַרְדַּר? Hebr. 6. 8. pro τριβόλους Syrus dixit ܕܪܕܪܐ. ut & Matth. 7. at pro ἀκάνθας ܥܘܣܓܐ. rectè. docet enim Ferrarius ܥܘܣܓܐ esse arborem salici similem, sed spiniferam. quod confirmat Glossarium Syro-Arabicum, dicens esse ܐܝܠܢܐ ܪܡܐ ܐܝܟ ܚܠܦܐ altam ad modum salicis. atque esse العوسج الدرار ويقال الحنك عاقول.

Vers. 23. *Et posuit Deus ad Orientem horti Eden* אֶת הַכְּרֻבִים *Cherubinos.* Angelos intelligi nemo dubitat. Sed unde sic dicti sint, non satis liquet. Volunt Hebræi, כְּרוּב nomen esse figuræ sive imaginis. & omnes quidem Cherubinos apud Mosen puerorum seu adolescentum habuisse figuram, etsi apud Ezechielem animalium habuerint imaginem. Quæ sententia jam pridem apud doctos est recepta. etsi nullum ejus sive apud Mosem, sive apud Salomonem, qui novos Cherubinos fecit, vestigium aut indicium extet. alis depinguntur & faciebus, non expresso quibus. Quodque ab Hebræis adfertur, כ esse similitudinis, & כריב dici quasi כְּרַבְיָא *similis puero* (Chaldæis enim רַבְיָא *puer* est) inepta conjectura est, neque analogiæ Grammatices quadrans. Nobis כרוב idem est, quod transpositis literis רכוב *vehiculum, currus.* Idque probamus. 1. Quia כרוב ponitur pro nubibus, quatenus scilicet iis Deus tanquam curru vehitur. ut Psal. 18. 11. & 2 Sam. 22. 11. וַיִּרְכַּב עַל כְּרוּב *& vectus est super Cherub.* ubi si pro כרוב supponas רכוב, habes id ipsum quod Psal. 104. 30. dicitur, הַשָּׂם עָבִים רְכוּבוֹ *qui ponit nubes currum suum.* 2. Quia Angeli dicuntur passim esse vehiculum Dei. ut Psal. 68. 18. רֶכֶב אֱלֹהִים *currus Dei.* Et Ezech. 10. 1. dicitur cœlum fuisse עַל רֹאשׁ הַכְּרֻבִים *super caput Cherubinorum.* Et v. 17. *Dei gloria stetisse* עַל הַכְּרֻבִים *super Cherubinos.* ut & eodem cap. describuntur cum אוֹפַנִּים *rotis*, ut intelligamus fuisse quasi currus Dei. vide & Zachar. 6. 1. &c. ubi quatuor מַרְכָּבוֹת *currus*, sunt spiritus Dei missi in universam terram. 3. Quia, teste Scindlero, כריב Arabibus est *cymba, navis vectoria*, à vehendo. 4. Quia hoc modo ratio commoda dari posse videtur, cur Ezech. 10. 14. inter Cherubinos, quatuor animalibus designatos, illud quod bovis faciem gerebat (ut ex collatione cum Ezech. 1. 10. liquet) dicatur specialiter habuisse פְּנֵי הַכְּרוּב *faciem Cherub*, quum alterum haberet faciem hominis, tertium Leonis, quartum aquilæ, quia nempe inter quatuor illa solus bos vehiculi loco esse potest, & sessorem admittit.

Cap. IV.

Vers. 1, 2. Nomina filiorum Adami fuerunt קַיִן & הֶבֶל. primus ſic dictus eſt, quaſi *lamentatio*, aut *lamentator*, à forma קִין, unde קִינָה *lamentatio*, pro quo & קַיִן unde pl. קִינִים *lamentationes*, Ezech. 2. 10. Alter, quaſi *vanitas*. Atque ita ipſorum filiorum nominibus commonefecerunt ſe primi parentes commiſſi peccati, unde veluti ex ſcaturigine lamentatio & vanitas emanarunt. Malè ergo Georgius Cedrenus pag. 172. Τὸν πρωτότοκον ὠνόμασε Καΐν, ὅ ἐστι ζῆλος· ὁ καὶ ζηλώσας, ἀνεῖλε τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ Ἄβελ, ὃ ἑρμηνεύεται πένθος· ἐπ' αὐτῷ γὰρ πρώτῳ φονευθέντι ἐπένθησαν οἱ γονεῖς. *Primogenitum nominavit Kaïn, quod eſt Invidia: Invidens enim interemit fratrem ſuum Abel, cujus interpretatio eſt Luctus. ob eum enim primum interemtum luxerunt parentes.* קִנְאָה Hebræis dicitur *invidia*, à קִנֵּא *invidit*; unde קַיִן derivari nequit. luctus dicitur אֵבֶל. at Ἄβελ eſt pro Hebræo הֶבֶל quod vanitatem denotat.

Vers. 7. הֲלֹא אִם תֵּיטִיב שְׂאֵת וְאִם לֹא תֵיטִיב לַפֶּתַח חַטָּאת רֹבֵץ. Perplacent, quæ Doctiſſ. Mercerus ad hæc verba annotavit. Libet tamen novam etiam ſententiam addere. non quod aliis eam præferam, ſed quod & verba & res ſatis aptè eam ferre videantur. *An non, ſive bene offeras, ſive non bene, ad oſtium peccatum cubat?* Quum ſcilicet, indignè ferret Cain, fratris ſacrificium ſuo eſſe prælatum, quod non minus recte ſacrificiorum ritus obſervaſſet fratre, neque quicquam, ſive quo ad rem oblatam, ſive quoad externam offerendi rationem ac ceremoniam, dignius à fratre ac melius profectum eſſet, monet Deus, non eſſe hîc ipſam oblationem reſpiciendam, rectè ne ea, ſecundum legem ſcilicet ceremonialem facta ſit, an ſecus: ſed perſonam offerentem, dedita ne ea ſit peccato, an non. Tu peccatum perpetuo circumfers, illudque in procinctu habes, cubans quippe ante fores. itaque nihil refert, bene ne an malè ſecundum ritus legales offeras. vel optima tua oblatio à peccato vitiatur. Non debebat appetitus tuus ferri ad peccatum, ſed peccati appetitus ad te, ſicut mulieris appetitus ad maritum cui ſubeſt, tuque ei dominari. Eſt autem תֵּיטִיב שְׂאֵת phraſis, ſicut מֵיטְבֵי לֶכֶת Prov. 30. 29. מֵיטִיב נַגֵּן Ezech. 33. 33. Eſa. 23. 16. Pſal. 33. 3. & alibi. poſſet etiam verti, *an non ſive pulchrum quid adferas, ſive non pulchrum, &c.*

Vers. 15. לָכֵן כָּל הֹרֵג קַיִן שִׁבְעָתַיִם יֻקָּם. Duplex hîc occurit difficultas. Prima, quid ſit לָכֵן. Notum eſt, propriè ſignificare *propterea*. atque ita verterunt Pagninus, Junius, Genevenſis, Onkelus, Arabs aliique. ſenſu tamen, niſi fallor, non ſatis convenienti. nulla enim anteceſſit cauſa, unde inferri queat, ſeptuplo vindicandum Cainum, ſi quis eum interfecerit. Melius conveniret, ſi pro וַיֹּאמֶר לוֹ יְהוָֹה legeretur לָכֵן אָמַר לוֹ יְהוָֹה *propterea dixit ei Jehovah*. nempe, quia querebatur Cain, ſe nuſquam locorum à cæde tutum fore, propterea dixit ei Deus, &c. Sed hanc interpretationem verborum poſitio non patitur. Quocirca LXX. Interpretes לָכֵן verterunt, quaſi legiſſent לֹא כֵן, *non ſic*. quod Vulgatus vertit, *nequaquam ita fiet*. mihi לָכֵן hîc eſt aſſeverandi particula, *profecto, utique*. Sicut Jerem. 2. 32. מַה־תֵּיטִבִי דַּרְכֵּךְ לְבַקֵּשׁ אַהֲבָה לָכֵן גַּם אֶת־הָרָעוֹת לִמַּדְתְּ אֶת־דְּרָכָיִךְ׃. *Quid ornares viam tuam, ad quærendum amorem? profecto etiam malitias docuiſti vias tuas.* Jer. 5.2. וְאִם חַי־יְהוָֹה יֹאמֵרוּ לָכֵן לַשֶּׁקֶר יִשָּׁבֵעוּ. *Etſi, vivit Jehova, dicant? profecto mendaciter jurant.* ubi ſanè לָכֵן non videtur aliud, quam aſſeverare poſſe. ut & Oſeæ 2. 16. Zachar. 11. verſ. 7. idem quod אָכֵן. Altera difficultas eſt, cum quo conſtrui debeat verbum יֻקָּם, an cum הֹרֵג an cum קַיִן. Prius amplectuntur plerique Interpretes, etiam Onkelus, qui כל דיקטול קין לשבעא דרין יתפרע מניה, *Omnis qui interfecerit Kaïnum, ad ſeptem generationes ultio ſumetur de eo.* שִׁבְעָתַיִם *ſepties*, accepit pro *in ſeptem generationes*. quod idem dixit Arabs per سبعة اجيال Pertinere tamen יֻקָּם ad Kaïnum patet ex verſ. 24. ubi Lamech dicit, כִּי שִׁבְעָתַיִם יֻקַּם־קָיִן וְלֶמֶךְ שִׁבְעִים וְשִׁבְעָה ubi יֻקָּם non refertur ad perſonam quæ ob illatam à ſe injuriam punitur, ſed quæ ob illatam ſibi injuriam vindicatur. At inquies, ſi ad Kainum refertur, non conſtabit ſibi conſtructio. quia nominativus כָּל־הֹרֵג קַיִן non habebit verbum, cum quo conſtruatur. Id ſcilicet viros doctos intricavit, non tamen ſatis juſta cauſa. ſolent enim Hebræi participium præcedente nomine, ita uſurpare, ſicut Latini ablativos abſolutos, qui exponuntur per *ſi* vel *quum*. Ut 1 Sam. 2. 13. כָּל־אִישׁ זֹבֵחַ זֶבַח וּבָא נַעַר הַכֹּהֵן, *omni viro ſacrificante ſacrificium, veniebat puer ſacerdotis.* id

id eſt, ſi vir ullus ſacrificaret, Quum quis ſacrificabat. 2 Sam. 19. 8. *Juro per Dominum, ſi quis pernoctaverit tecum hac nocte,* אֵינְךָ יוֹצֵא*, te non exeunte*, id eſt, ſi tu non exieris. 2 Reg. 7. 2. הִנֵּה יְהוָה עֹשֶׂה אֲרֻבּוֹת בַּשָּׁמַיִם הֲיִהְיֶה הַדָּבָר הַזֶּה. *Ecce Jehova faciente feneſtras in cælo* (id eſt, ſi faceret) *an fieret res hæc?* vide & Pſal. 141, 7. & alibi. Sic hoc loco, כָּל־ הֹרֵג קַיִן *ullo occidente Caïnum*, id eſt, ſi quis occidit Caïnum. Adeoque totum locum ſic verto, *Et dixit ei Dominus, Profecto ſi quis occidit Kaïnum, ſeptuplo vindicabitur*, nempe Kainus. Senſus non eſt, eum qui occiderit Kaïnum, ſeptuplum puniendum, ſicut vertit Vulgatus Interpres. intelligitur enim procul dubio pœna ſive vindicta talionis, qua cædes cæde punitur. at qui occidiſſet Kainum, ſemel tantum, non ſepties occidi poterat. Sed ſenſus eſt, Kaïnum interfectum ſeptuplo vindicandum, id eſt, cædem illam non in authore tantum, ſed & in poſteris ejus punitum iri, donec ſeptupla vindicta de ea ſumpta fuerit. Nec aliter accipio Onkelum, quum שִׁבְעָתִים vertit לשבעא דרין, nempe ultionem Kaini per ſeptem generationes duraturam, atque ita fore verè ſeptuplam. quod perperam Raſchi aliique Hebræi acceperunt, quaſi demum לסוף שבעה דורות finitis ſeptem generationibus ultio de Kaino ſumenda eſſet. Et quamvis laudem, quod יֻקָּם ad Kaïnum retulerint, non probandum tamen, quod eo pœnam denunciari velint, qua ille ob cædem Abelis ſuo tempore eſſet mulctandus. nam præterquam quod hîc non comminationem, ſed conſolationem Kaino proponat Deus, non exiſtimo יֻקָּם poſſe dici de perſona quæ injuriam intulit, & ob eam punienda eſt, ſed tantum de perſona quæ injuriam accepit, & ob eam vindicanda eſt. Inquirantur omnia loca ubi verbum נקם paſſivè occurit, reperies, niſi fallor, ubique tribui perſonæ pro qua ultio ſumitur, non de qua. etſi fateor prius ponere ſimul poſterius. Sed hîc uſum vocis inveſtigamus. Additur porro, Deum poſuiſſe Kaino ſignum. quod Raſchi exponit, חקק לו אות משמו במצחו *inſculpſit ei literam de nomine ſuo in fronte ejus*. fortaſſis intelligit literam aliquam è nomine יהוה. vel verti poteſt, *de nomine ejus*, ſc. ipſius Kaini.

Vers. 18. *Et Irad* יָלַד *genuit*. Hinc apparet viro etiam interdum hoc verbum tribui in Kal. ut & Pſal. 2. 7. Sic apud Æthopicum Interpretem, Act. 7. 8. de Abrahamo dicitur ולדל ישחק *genuit Iſaacum*.

Vers. 23. כִּי אִישׁ הָרַגְתִּי לְפִצְעִי וְיֶלֶד לְחַבֻּרָתִי׃ Non vidi qui obſcuriſſimum hunc locum melius, meo judicio, intellexerit Onkelo, cujus verba ſunt לָא גַבְרָא קְטֵלִית דִּבְדִילֵיהּ אֲנָא סָבִיל חוֹבִין וְאַף לָא עוּלֵימָא חַבֵּלִית דִּבְדִילֵיהּ יִשְׁתֵּיצֵי זַרְעִי *Non virum occidi, cujus cauſa ego portarem reatum: neque juvenem interemi, cujus cauſa perderetur ſemen meum*. Accepit כִּי interrogativè, *num virum occidi?* quæ affirmativa interrogatio quum negationem valeat, negativè vertit, *non occidi*. Deinde per לְפִצְעִי & לְחַבֻּרָתִי pœnam intellexit, quâ ſe dignum fateretur Lamech, quamque uxores ejus merito metuerent, ſi cædem perpetraſſet, nempe ut & ſibi viciſſim vulnus livorque infligerentur, id eſt, ipſe quoque interficeretur. quod longius paulo traxit Chaldæus, non ſolum ad Lamechi, ſed & ſeminis ejus interitum. Ad verbum verto, *An virum interfeci in vulnus meum, aut puerum in livorem meum?* Id eſt, ulliuſne ego cædis reus ſum, ſive viri, ſive pueri, quod & mihi de vulnere aut cicatrice jure talionis, ſit metuendum? ל in לְפִצְעִי effectum denotat, reique eventum jure metuendum, ſi tale factum præceſſerit, ut in illo Saulis, 1 Sam. 20. 30. בֹחֵר אַתָּה לְבֶן יִשַׁי לְבָשְׁתְּךָ, *eligis tu filium Iſai in ignominiam tuam*. R. Salomo quoque vult כי legi בתמיהה per admirationem, ſive interrogativè, ſed alio ſenſu. quum enim mens ejus ſit, Lamechum verè interfeciſſe, virum, nempe Kainum, & puerum, nempe proprium filium Tubalkain, illum ex inſcitia, quod patri cœco perſuaſerat filius, feram eſſe qui Kainus erat, hunc ex ſubita impatientia, quod iſtius cædis author patri fuiſſet; ſententiam Lamechi eſſe vult, Putatiſne uxores meæ, me virum occidiſſe ea mente ut vulnus illud meum diceretur, puerumque ea mente ut meus livor diceretur? nequaquam: ſed per errorem commiſi utramque cædem, non מֵזִיד, data opera, idque ſtudio intendens. quare mihi adſcribi illa vulnera non debent, ut mea dicerentur. Præfero priorem ſententiam. Qui alias cupit, videat Mercerum.

Cap. V.

Vers. 4. *Genuit Adam filios & filias*. Præter Cain, Abel & Seth Scriptura nullos Adami liberos nominatim exprimit. At in Tarich regum Perſiæ, quod edidit doctiſſ. vir Wilhel. Schickardus memoratur præter

jam

jam dictos filius quidam Adami عبد الحارث *Abdel-harits*. quod nomen flexione omnino est Arabicum, significatque *servum agricolæ*. unde colligendum esset, jam tum Arabicè locutos fuisse patres. quod cum nominibus propriis à Mose recensitis, quippe flexionis purè Hebraicæ, minime quadrat.

Vers. 9. Enos genuit קֵינָן, lxx. Καϊνάν Hic magnus Rex prioris mundi fuisse fertur, cujus sepulchrum Alexandro magno in India monstratum esse, docet Juchasin f. 6. 6.

Vers. 24. *Assumsit Deus Enochum* Jonathan ad hunc locum annotat, Enochum hunc translatum in cœlum vocatum fuisse מיטטרון ספרא רבא *Mitatron Scribam magnum*. An idem is, de quo Elias in Thisbi? ubi מְטַטְרוֹן dicit esse שר הפנים *principem facierum*, id est, Angelum qui perpetuo intuetur faciem summi regis, de quo Exod. 23. 21. scriptum sit כִּי שְׁמִי בְּקִרְבּוֹ *nam nomen meum est in medio ejus*. quia nomen ejus convenit cum nomine Domini ejus. מטטרון enim per Gematriam, tantundem valet atque שַׁדַּי. quandoquidem utrumque numero efficit 314. Quod autem à Cardinali quodam discipulo suo didicisse se ait, מטטור Græcè significare שליח *legatum*, veremur ut rectè edoctus sit. similiter David de Pomis, qui audivisse ait, מטטור in lingua Græca valere שומר *custodem*. Si è Græca lingua origo peregrinæ hujus vocis petenda, conjicerem מְטָטוֹר (legunt enim per chirec, unde inserto Jod est מיטטרון apud Jonathanem) corruptè dictum pro מִסְטוֹר, quod prorsus est Græcum μήστωρ, η pronunciato ut ι. quod solent antiqui & moderni Græci, exponiturque ab Hezychio βουλευτής *consiliarius*, optiméque quadrat Scribæ magno, Principique facierum quia semper Deo adest. nec negari potest quin ט & ס ita sint affines ductibus, ut facile inter se confundi queant. Non est autem prætereundum, hunc Enochum esse, quem Arabes & Muhammedes passim in Alcorano vocant إدْرِيس *Idris*. ab Arabico درس & Hebr. דָּרַשׁ *inquisivit, accuratè & subtiliter indagavit*. quasi *subtilem inquisitorem* dicas. quod & cum notione ὁ μήστωρ non malè quadrat. Hezychius enim non tantum per βουλευτής, sed & per ἐπινοητικός & φρόνιμος interpretatur. fingit autem impostor Mahomed, se istum Idris in quarta sphæra nempe Solis reperisse, quum nempe duodecimo religionis suæ anno, animali simili mulo, nocta una veheretur Mecca Hierosolymam, atque è sacello Hierosolymitano per supremum ejus fornicem in cælum, ubi omnia religionis suæ mysteria ab ipso Deo hausisse, & cœlitus devexisse commentus est. Iter illud المَسْرِي, id est, *nocturna profectio* dicitur. Nox illa vocatur لَيْلَة المِعْرَج *nox ascensionis*. Locus ille sacelli Hierosolymitani, undè in cœlum rapiebatur, الصَخْرة *lapis* dicitur. Fingunt enim, fornice ultrò cedente, transitumque Prophetæ dante, lapidem sine ullo fulcro suspensum in medio foraminis istius aëre libratum hæsisse, atque etiamnum hærere. Ex quo commento alia apud Europæos de sepulchro Muhammedis inter duos magnetes in aëre suspenso fabula ineptè orta est.

Cap. VI.

Vers. 14. וְכָפַרְתָּ אֹתָהּ בַּכֹּפֶר. Arabs وترفقها بزفت *& picabis eam pice.* idem ipsi כֹּפֶר quod זֶפֶת fortassis tamen כֹּפֶר est ea bituminis species, quæ eodem nomine كافور כאפור Kaphura seu camphora Arabibus dicitur, estque resina odorata frigidissimæ qualitatis, ex arbore quæ in summam altitudinem & latitudinem assurgit. qua Orientales in condiendis cadaveribus utuntur. adeoque & oblinendis navibus utilis esse queat. nisi forte obstet, quod majori in pretio habita fuerit, quam ut picis loco navibus allineretur. Unde in historia Saracenica, imperante Omaro, Muslimi Madain, regum Persarum regiam occupantes, dicuntur inter Cosroæ regis thesauros invenisse domum plenam Caphura, qua, quum salem esse Muslimi arbitrarentur, usi fuerunt in pasta subigenda, unde totus panis amarorem contraxerit. de pretio Caphuræ, arboreque ex qua nascitur, vide Tarich p. 184.

Vers. 16. תַּחְתִּיִּם *infima*, quæ sub aliis sint, à תחת *sub*. Hinc in lingua Æthiopica תחות *humilis*. אתחת *humiliavit*, quod Syri ex eadem radice dicunt ܬܚܬܝ תחתי.

Cap. VII.

Vers. 12. *Fuit pluvia super terram* 40. *diebus*, &c. Narrat Juchasin fol. 148. b. tempore Mustalis Ægyptii Caliphæ, post annum Hegiræ 487. h. e. circ. nostr. 1100, prædixisse Genethliacos diluvium, non tamen quale

le

le Noachi. Quod Noachi temporibus omnes 7. planetæ fuissent in signo piscium, jam vero solummodo sex, excepto saturno. atque ita contigisse.

CAP. VIII.

VERS. 4. *Quievit arca super montes* אֲרָרָט. Esse eos in Armenia testatur Josephus 1 Antiq. 4. additque, ἀποβατήριον γὰρ τόπον τοῦτον καλοῦσιν Ἀρμένιοι· ἐκεῖ γὰρ ἀναζωθείσης τῆς λάρνακος ἔτι νῦν οἱ ἐπιχθόνιοι τὰ λείψανα ἐπιδεικνύουσι. Huc pertinent quæ ex Beroso citat, λέγεται δὲ καὶ τοῦ πλοίου ἐν τῇ Ἀρμενίᾳ πρὸς τῷ ὄρει τῶν Κορδυαίων ἔτι μέρος τι εἶναι, καὶ κομίζειν τινὰς τῆς ἀσφάλτου ἀφαιροῦντας· χρῶνται δὲ μάλιστα οἱ ἄνθρωποι τῷ κοφιζομένῳ πρὸς τοὺς ἀποτροπασμούς. Vide & quæ ibid. ex Nicolao Damasceno adfert, qui montem eum βάρις dictum ait. Elmacinus in hist. Sarac. describens res gestas Imperatoris Heraclii vivente Muhammede, ait eum diversatum esse in pago cui nomen Themanim, quem Noah incoluerit, quum ex arca exivisset (dictus procul dubio is pagus ab octonario, quia Noachus octonus ex arca eò descendit. est enim Arabibus ثَمَانِيَة תמניה, Syris ܬܡܢܝܐ תמניא *octo*, ab Hebr. שְׁמֹנָה, atque ascendisse Imperatorem in montem جودى (lege جودي) Gordium ac vidisse locum arcæ. His addantur quæ Benjamin habet in Itinerario בתוך נהר חדקל הוא גזיר בן עמר לרגלי הרי אררט מהלך ד׳ מילין למקום שנחה שם תבת נח אבל עמר בן אלכטאב לקח את התיבה מעל ראש שני ההרים ועשה אותה כנסת לישמעלים: *In medio flumine Tigridis est insula filii Omaris, ad pedes montium Ararat. unde iter est quatuor miliarium ad locum ubi quievit arca Noæ. Sed Omar filius Alcitabi, arcam è cacumine duorum montium desumpsit, atque inde Muhammedanorum Synagogam struxit.* Vides Ararat non procul esse à Tigride, ubi & Gordiæos montes Ptolemæus statuit.

CAP. IX.

VERS. 4. אַךְ בָּשָׂר בְּנַפְשׁוֹ דָמוֹ לֹא תֹאכֵלוּ: Variis interpretationibus hanc quoque libet addere, ut eligatur optima. *Verùm carnem, in cujus cadavere sanguis ejus est, non comedetis.* נפש enim pro *cadavere* interdum sumi patet ex Lev. 19 28. & 21. 1. Agg. 2. 14. & alibi. Jonathan distinguit בנפשו à דמו, ut inter utrumque subintelligatur או *aut.* ait enim prohiberi primo carnem avulsam è vivo animali in quo adhuc anima est. Deinde & carnem avulsam è mactato animali, antequam omnis halitus exierit. posset & sic verti, *verum carnem, pro cujus vita sanguis ejus est, non comedetis.* id est, qui sanguinem suum, qui loco vitæ ejus est, adhuc in se habet. id præ cæteris placet. quia sic omnino exponendus videtur locus parallelus Lev. 17. 14. כִּי נֶפֶשׁ כָּל־בָּשָׂר דָּמוֹ בְנַפְשׁוֹ הוּא quod Pagninus vertit, *quia anima cujusque carnis est sanguis ejus*, qui est *in anima ipsa.* non rectè, nam בְּנַפְשׁוֹ non est *in anima ipsa*, sed *in anima ipsius.* Genevenses, *cum anima ipsius.* obscurè Junius, est *enim anima cujusque carnis, sanguis ejus pro anima ejus est.* quæ vix capio, nisi eundem sensum habeant, quem Tigurinorum versio, *nam anima omnis carnis sanguis ejus* est, *pro anima ejus est.* Ego כִּי נֶפֶשׁ accipio pro nominativo absoluto, & sic verto, *nam ad vitam omnis carnis quod attinet, sanguis ejus pro vita ejus est:* quodque me magis confirmat, est accentus distinctivus major Reviah, qui τὸ בָּשָׂר in pausa retinet, ne cum sequentibus cohæreat. Quid si dicamus, in utroque loco ב in בְּנַפְשׁוֹ facere nominativum. ut non tantum in Arabica sed & in Heb. lingua sæpe fieri ostendimu ad Jud. 18. 1. Sic locus Gen. 9. 4. verteretur, *verum carnem, cujus anima (vita) sanguis ejus* est, *non comedetis.* Et Lev. 17. 14. *nam ad vitam omnis carnis quod attinet, sanguis ejus vita ejus est.* ut idem sit quod eodem versu absque ב repetitur כִּי נֶפֶשׁ כָּל־בָּשָׂר דָּמוֹ. *quia anima omnis carnis sanguis ejus est.*

VERS. 6. כִּי בְּצֶלֶם אֱלֹהִים עָשָׂה אֶת הָאָדָם. *nam ad imaginem Dei fecit hominem* R. Sal. dicit esse מקרא חסר *lectionem defectivam.* plenam עָשָׂה הָעוֹשֶׂה אֶת הָאָדָם *fecit hominem qui fecit*, factor, creator. Alii volunt bis sumi אֱלֹהִים. Neutrum necessarium. sensus enim ex more linguæ simpliciter est, *nam ad imaginem suam fecit Deus hominem.* ut Psal. 10. 2. בְּגַאֲוַת רָשָׁע יִדְלַק עָנִי *In superbia impii persequitur pauperem.* i. impius in superbia sua.

VERS. 20. וַיָּחֶל נֹחַ אִישׁ הָאֲדָמָה וַיִּטַּע כָּרֶם Illud וַיָּחֶל vertitur *& incepit*, derivatum à חלל. potest autem quoque derivari in hiph. à חול, ac verti, *Et permansit Noah vir terræ, & plantavit vineam.* ut significetur eum ante diluvium fuisse agricolam, & post illud in eodem munere perstitisse. Onkelus & Jonathan vertunt per ושרי. quod si punctes וּשְׁרִי, ut fecit D. Buxtorfius, sensus est *& permansit.* id enim verbum hoc apud Chaldæos & Syros in Peal significat. at si pun-

ctes וְשָׁרִי, ut est in Venetis (malim Syrorum more per pathach וְשַׁרִי) sensus est *& incepit.* id enim verbum hoc in Pael significat. & sic malim legere. quia in Peal potius dicitur שְׁרָא per Aleph. in Pael autem semper per Jod שַׁרִי. Arabs quoque sumpsit pro *incepit.* Addit autem fabulam Jonathan, Noachum invenisse vitem quam advexerat fluvius ex horto Eden, eamque plantasse in vineam, & eodem die floruisse ac maturas uvas produxisse, quas expresserit Noachus. R. Selomoh derivat quidem וַיָּחֶל à חלל, sed *prophanandi* significatione, quomodo & alibi sumitur, etiam in Hiphil. dicit enim sensum esse עשה עצמו הולין *fecit seipsum prophanationes*, i. prophanavit seipsum, *quia debuerat occupari initio in plantatione alia.* Et אִישׁ הָאֲדָמָה dicit esse אדוני האדמה *dominum terræ*, ita sensus esset, *& prophanè egit Noah Dominus terræ, quod plantavit vineam.* magis placet Aben Esra, qui dicit ויחל esse מתחלה, i. habere *incipiendi* significationem, & איש האדמה esse יודע עבודת האדמה *qui peritus est culturæ terræ.*

VERS. 26. וַיֹּאמֶר בָּרוּךְ יי אֱלֹהֵי שֵׁם וִיהִי כְנַעַן עֶבֶד לָמוֹ׃ Posteriora illa verba sequenti versu etiam de Japheto dicuntur, & in utroque versu verti solent, *& sit Canaan servus illis.* ut in utroque versu respiciatur ad Semum & Japhetum simul. Quia autem Noachus distincte agit primum de Semo, deinde de Japheto, & distincte utrique subjicit Canaanem, malim in utroque versu singulariter vertere, *Et erit Canaan servus ei*, vel ut habet vulgatus, *ejus.* Onkelus in utroque versu habet לְהוֹן *illis.* ut & Arabs. Jonathan autem in priori ליה *illi*, in posteriori להון *illis.* ut & LXX. in priori αὐτοῦ, in posteriori αὐτῶν. sciendum autem affixum מו plerumque esse pluralis numeri, interdum tamen etiam singularis. ut Psal. 13. v. ult. יָשָׁר יֶחֱזוּ פָנֵימוֹ *rectum vident vultus ejus*, nempe Dei. Esai. 53. 8. מִפֶּשַׁע עַמִּי נֶגַע לָמוֹ *ob prævaricationem populi mei plaga ei*, nempe Christo. Sic Psal. 28. 7. Job. 20. 23.

CAP. X.

VERS. 10. בְּאֶרֶץ שִׁנְעָר. R. Salomon ad Gen. 6. 17. Rationem etymi dat, שננערו שם כל מיתי מבול, *quod excitati & pulsi fuerunt eo versus omnes mortui in diluvio.* Diluvium enim asportasse mortuos Babelem, quod ea admodum depressa sit & profunda. Præcedit in eodem versu וַתְּהִי רֵאשִׁית מַמְלַכְתּוֹ בָּבֶל וְאֶרֶךְ וְאַכַּד וְכַלְנֵה. Pro אַכַּד Jonathan, & Hierosolymitanus habent נְצִיבִין, quam Benjamin in Itinerario p. 61. edit. Leyd. dicit esse עיר גדולה ונחלי מים *civitatem magnam & fluviis abundantem.* Plura vide Tarich. p. 199.

VERS. 22. Inter filios Semi est אֲרָם *Aram*, pater Syrorum, unde Syria אֲרָם quoque dicitur. Quia autem & pater ejus שֵׁם *Semus* eandem potissimum regionem inhabitavit, dicitur Arabibus Syria شام שאם. & in plurali שאמאת شامات Syriæ. sunt enim quatuor, Damascena, Cœlesyria, Interamnis sive Mesopotamia, & Comagena. absolutè tamen شام Damascenam Syriam significat, & speciatim ejus Metropolim Damascum.

VERS. 25. *Et nomen fratris ejus* יָקְטָן *Joctan.* Hunc primi, antiquissimi & genuini Arabes patrem agnoscunt, atque ex eo orti vocantur العرب العاربة *Arabes Arabisantes*, id est puri Arabes. At qui longe post ex Ismaele sunt orti, vocantur العرب المستعربة *Arabes Arabismum affectantes.* Hinc Elmacinus in historia Imperatoris Heraclii sub Omaro dicit واستجلب المستعربة من عسان, quod Cl. Erpenius vertit, *& abduxit milites præsidiarios ex Asana.* verte, *& eduxit Arabes* (nempe secundi ordinis) ex Asana. est & tertium genus Arabum qui vocantur المستعجمين *Barbarizati*, qui ad barbarismum degenerarunt. de quibus omnibus sic Leo Africanus l. 1. c. 19. *Veteres Arabes qui ante Ismaëlitas fuere, ab historiographis Africanis Arabi Araba, hoc est Arabes Arabici (ut sic dicatur) vocitari solent. qui ab Ismaële genus duxisse dicuntur, Arabi Mustaraba, id est, Arabes (ut ita loquar) inarabati, vel Arabes per accidens nominantur, eo quod non sint Arabes nativi. qui ex eo tempore in Africam demigrarunt, eorum idiomate Arabi Mustegeme (quod latinè Arabes barbari sonat) sunt appellati.* Paulo superius autem dixerat, Veteres istos Arabes Arabiam felicem habere, ortumque ducere à Saba (qui שְׁבָא filius Joctan Gen. 10. 28.) qui vero ab Ismaele, Arabiæ desertæ esse incolas, quibus Mahumetici istos longe posthabitos volunt. atque inde maximas semper inter partes istas fuisse controversias de gentis suæ præstantia.

CAP. XI.

VERS. 12. *Arphaxad genuit Selah.* S. Lucas c. 3. v. 36. interſerit hîc Kaïnan. At auctor Tarich, quem edidit Cl. Schickardus, tertium à Semo collocat inter Selach & Eber هود نبي *Hud Prophetam.* adeo ut & ibi Turcis inter Arphaxad & Phaleg perſona una redundet, ut nobis hic apud Lucam. Exiſtimat autem Cl. Schickardus Hudium haberi poſſe pro Euangeliſtæ noſtri Καϊνάν. præſertim quia ſequitur eum عَامِر, quem omnino ex عَابِر depravatum eſſe cenſet, quoniam & pater Pelegi ſtatuitur, & literæ tam parum abludunt. Verum quia hîc ſolæ valent conjecturæ, an non Hud potius idem qui Heber? Quum enim Hebræi dicti quoque fuerint Judæi, هود Hud autem Arabibus ſit *Judæum eſſe*, ab הודה unde יהודה, videtur עבר accepiſſe pro Judæo, quia Judæorum pater; ideoque vocaſſe Hud. cui conjecturæ favet, quod Prophetam eum egiſſe, ubi filio ſuo nomen פֶּלֶג dedit, prædicens fore, ut ejus tempore dividerentur linguæ, & ſepararentur populi. vide R. Sal. ad Gen. 10. 25. Nec ita neceſſe erit mendi culpare authorem Tarich, quaſi عامر pro عابر ſcripſiſſet. عَامِر eſt *habitans*, qui locum aliquem incolit eumque poſſidet, quod ſignificatione non multum abit à קֵינָן *poſſeſſor*, à קנה *poſſedit.* unde idem is cum Καϊνάν dici poſſit.

VERS. 31. וַיָּבֹאוּ עַד חָרָן *Et venerunt ad Haram.* De hoc loco ſic Benjamin in Itiner. edit Leid. pag. 60. ומשם שני ימים להרן הקדמונה ובה כמו עשרין יהודין ושם כנסת עסרא כמו כן ובאותו מקום שהיה שם ביתו של אברהם אבינו אין עליו בנין וישמעלים מכבדי אותו במקום ובאים שם להתפלל *Et inde* (nempe à רקיה Rakia, quæ رقة Rekka Arabibus dicitur) *itinere bidui veni Haranem antiquam, in qua viginti circiter Judæi ſunt, ſimiliterque Synagoga Eſræ. At ubi fuit domus patris noſtri Abrahami, nullum ibi extat ædificium, eumque locum Muhammedani religione colentes, precandi cauſa accedunt.* Collocat procul dubio hunc locum Benjamin in Meſopotamia. an autem ex ſitu quem ei tribuit, ſequatur Edeſſam eſſe, quod Doctiſſ. Interpres voluit, neſcio. Geographus certe Nubienſis, parte ſexta climatis quarti, ubi Meſopotamiæ loca deſcribit, deſtinguit ab Edeſſa. Verba ejus ſunt ومن الرهـا الي حران اثناعشر ميلا *Et à Roha* (quæ eſt Edeſſa) *uſque ad Harram ſunt 12 milliaria.* Conferat, cui lubet, Nubienſem cum Benjamine, videbit utrumque eundem fere huic loco ſitum tribuere.

CAP. XIV.

VERS. 14. וַיָּרֶק אֶת חֲנִיכָיו׃ Plerique vertunt, *& armavit.* malim *& produxit* nempe ex ædibus, quæ adeo evacuabantur. ea enim perpetua hujus verbi eſt ſignificatio. Sic Mal. 3. verſ. 10. וַהֲרִיקֹתִי לָכֶם בְּרָכָה *& depromam, proferam vobis benedictionem*, quaſi evacuaturus meum theſaurum. Lev. 26. verſ. 33. וַהֲרִיקֹתִי חֶרֶב *& proferam gladium*, evacuata vagina. Pſal. 35. 3. הָרֵק חֲנִית *profer lancem*, evacuato ſcilicet armario, non vagina ut plerique volunt. locus enim lanceæ non eſt vagina. Sic hoc loco, *& produxit pueros ſuos à ſe inſtructos*, evacuatis ſcilicet ædibus, quæ anteà iis quaſi repletæ erant. Onkelus tamen habet זריז *expedivit, accinxit.* Jonathan זיין *armavit.* Arabs عدّ *numeravit*, ut habet Vulgatus ex LXX.

VERS. 19. קֹנֵה שָׁמַיִם וָאָרֶץ. LXX. ὃς ἔκτισε τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν. Vulgatus, *qui creavit cælum & terram.* Malim ſane, quam *poſſeſſori cœli & terræ.* Nam קנה prima ſua ſignificatione non eſt *poſſidere, habere, ſed facere ut poſſideas ac habeas*, ſive id fiat pretio, ac tum *emere* valet, ſive opere ac labore, ac tum pro re de qua agitur, *creare* aut *facere* licet vertere. In lingua certe Æthiopica verbum hoc *operari* ſæpe declarat. ut Matth. 9. 38. & 20. 7. 12. Hinc verti poteſt, *Operatori cœli & terræ.* Nec malè ita accipi videtur Zachar. c. 13. verſ. 5. כִּי אָדָם הִקְנַנִי מִנְּעוּרָי *nam homo operari fecit me à juventute mea.*

VERS. 24. בִּלְעָדַי. Variè à variis ſumitur. Judicamus, removendi eſſe particulam, qua dictis non aſſentimur, humaniterque id à nobis repellimus. quod Galli dicunt, *Excuſez moy, pardonnez moy.* Ad verbum, *præter me*, ſup. eſt hoc, id eſt, hoc à me removeo, ut nempe à te ditatus dicar. ſolummodo quod pueri comederunt, &c. id ne reddatur. Sic quoque Geneſ. 41. verſ. 16. Quum Pharao laudaſſet Joſephum, quaſi peritiſſimum ſomniorum interpretem, reſpondet Joſephus, בִּלְעָדָי אֱלֹהִים יַעֲנֶה אֶת־שְׁלוֹם פַּרְעֹה, *removeo id à me, Deus reſpondebit pacem Pharaonis.*

Cap. XV.

Vers. 2. בֶּן מֶשֶׁק בֵּיתִי *filius curæ domus meæ*, id eſt, curator domus meæ. Sic & apud Arabes مشقة משקה *curam* ſignificat. quo ſenſu legere memini, parentes liberos ſuos educare بمشقتهما الجزيلة *cura ſua maxima*. in Catechiſmo Romano Arabico.

Vers. 10. וַיְבַתֵּר אוֹתָם *& diſſecuit ea*. Huc reſpiciunt Hebræi, quum in precibus ſuis dicunt, אנא מלך רחום וחנון זכור והבט לברית בין הבתרים *Obſecro Rex miſericors & gratioſe, recordare & reſpice fœdus inter ſegmenta initum*. In lib. precum Judaicarum. Ex eo ritu eſt, quod apud Arabes verbum قسم ſignificet *partiri*, & *jurare*. quia partitis diſſectiſque animalibus juramenta fœderum adhibebantur.

Cap. XVI.

Vers. 5. חֲמָסִי עָלֶיךָ. Recte Pagninus, *Injuria mea ſuper te*. cujus tamen mens non eſt, ut voluit Junius, injuria, quæ mihi fit, in te recidet. Sed tibi incumbit, tuum eſt eam præſtare. mea injuria eſt tuum debitum, à te præſtandum. Sicut Geneſ. 27. 13. Rebecca dicit Jacobo עָלַי קִלְלָתְךָ בְּנִי *mihi incumbet maledictio tua*, meum ea erit debetum, ego eam præſtabo. Nihil uſitatius eſt Hebræis, quam id quod officii & muneris alicujus eſt, item quod debiti eſt, & quo quis obſtringitur, per על adjuncto affixo perſonæ exprimere. *Tuum eſt me docere*, non aliter Hebraicè dixero quam עליך למדני. talis quoque uſus eſt particulæ עלי apud Arabes. dicunt enim, *redde mihi* ما لي عليك *quod mihi eſt ſuper te*, id eſt, quod mihi debes. Sic Luc. 11. verſ. 7. *Sicut & nos remittimus* لمن لنا عليه *ei ſuper quem nobis eſt*, i. qui nobis debet. Ita hîc apud Moſen, *Tu debitor es injuriæ meæ*. & cap. 27. *Ego debitrix ero maledictionis tuæ, fili*.

Vers. 12. *Et ipſe erit* פֶּרֶא אָדָם *onager homo*, id eſt, *ferus homo*, ut habent Hieronym. & Pagninus. LXX ἄγροικος *agreſtis*. פרא fortaſſis pertinet ad radicem Æthiopicam *exivit*, Marc. 4. 3. hinc פֶּרֶא *onager*, aſinus non domeſticus nec cicur, ſed ferus, qui in agros libere exit, & pro arbitrio vagatur. Sic & פֶּרֶא אָדָם *Sylveſtris homo*, qui ſe domi continere nequit, ſed in ſylvas agroſque exire amat.

Vers. 13. וַתִּקְרָא שֵׁם יְהוָה הַדֹּבֵר אֵלֶיהָ אַתָּה אֵל רֳאִי כִּי אָמְרָה הֲגַם הֲלֹם רָאִיתִי אַחֲרֵי רֹאִי׃ Poſteriora verba varias habent interpretationes. vide notas Vatabli. Novam etiam habet Junius, qui ut alii plerique הֲלֹם accepit pro *hîc*; ſed ut apud Latinos hîc interdum temporis eſt, ita Junius hoc loco vertit per *jam*. dubito an unquam הֲלֹם *hîc* ſignificet, ſed ſemper *huc*. quod ſi ad tempus referre liceret, locum ſic verterem. *an etiam huc uſque vidi poſt videntem me?* negat hæc interogatio, q. d. hactenus mihi non contigit oculis meis proſequi eum qui videt me, novum hoc eſt beneficium, cujus memoriam perpetuam eſſe voluit: quamobrem nomen hoc Deo impoſuit, *Tu es Deus videns me*. Sed quia הֲלֹם cum temporis ſignificatione nuſquam legimus, propriè autem locum denotat, interdum etiam ad rem refertur, ut Jud. 20. 7. *Date verbum & conſilium* הֲלֹם *huc*, ad hanc rem. & Pſal. 73. 11. *propterea revertitur populus ejus* הֲלֹם *huc*, ad hæc verba, *ut dicant, an cognovit. &c.* Hoc etiam loco illud ad rem referrem, & poſt הֲלֹם ponerem interrogationis vel admirationis notam, cum apoſiopeſi quæ in admiratione frequens & elegans eſt. Hoc modo *an etiam huc uſque! vidi poſt videntem me*. quaſi dicat, hui! etiam huc uſque me favore ſuo complexus eſt Deus? datum mihi eſt oculis meis eum qui me videt proſequi. ingens eſt beneficium cujus oblivisci non licet. ideo vocavit eum אַתָּה אֵל רֳאִי. Onkelus, ut quidem habent editiones Veneta & Buxtorfiana, omittit ה interrogativum, & vertit אף אנא שריתי חזיא בתר דאתגלי לי *etiam ego manſi videns poſt eum qui revelatus eſt mihi*. At in triplici Thargum Hanovienſi aliter legitur, ibi enim eſt חברם הכא שריתי חזיא בתר דאתגלי לי *an utique hîc maneo videns poſt eum qui revelatus eſt mihi?* quaſi increpet ſe, quod tam diu ibi hæreat, & non ſtatim ſe ad familiam heri ſui conferat. Buxtorfiana editio punctavit שְׁרֵיתִי *manſi*. at Veneta & Hanovienſis שָׁרֵיתִי *incepi*, quod malim, ut vertatur, *an utique hîc incepi videre poſt eum qui revelatus eſt mihi?* miratur ſtuporem ſuum, quod eo demum in loco Deum viderit, quum jam ante diu ejus providentiam animadvertere debuiſſet. Vel ſecundum

Venetam, *etiam ego incepi videre post eum qui revelatus est mihi.* Id est, non aliis tantum, sed mihi etiam ancillæ vilissimæ concessum jam videre Deum. Jonathan sic transtulit totum versum, *Et gratias egit coram Deo, cujus verbum loquebatur ipsi, & sic dixit: tu es vivens & stabilis, qui vides & non videris: quia dixit, ecce profecto hîc revelata est gloria majestatis Domini post visionem.* Thargum Hierosolymitanum sic habet, *Et gratias egit Hagar, & oravit in nomine verbi Domini, qui revelatus erat super eam: dixit, benedictus tu es Deus permanens omnibus seculis, qui intuitus es meam ignominiam: quia dixit, ecce tantum super me revelatus es, quomodo, postquam revelatus fueris super Saram heram meam.* Arabs omisso etiam ה interrogativo vertit ايضا هنا رايت بعد ناظرني *etiam hîc vidi post videntem me.*

CAP. XVII.

VERS. I. אֲנִי אֵל שַׁדַּי à LXX. interdum vertitur שַׁדַּי ἱκανὸς *sufficiens*, quasi ex ש & די qui sibi & omnibus sufficit. Sæpius autem παντοκράτωρ, quod referri solet ad Hebræum שדד *vastavit*, quia omnipotentia sua quæcunque condidit vastare rursus potest. malim ad Arabicum שדד, quod *confortare, stringere, constringere* significat. ut sit idem quod Syris ܐܚܝܕ ܟܠ אֲחִיד כֹּל *tenens omnia*, πάντα κρατῶν. quo pacto omnipotentem describunt. habet autem vox Arabica etiam *potentiæ* significationem. est enim شدّة שִׁדָּה *vehementia, valor, robur.* & شديد שַׁדִיד *vehemens: gravis, fortis, validus.* atque ita rectè Aquila שַׁדַּי ἀλκιμος. Et fatetur Elias in Thisbi, plerosque interpretes exponere per תקיף ומנצה *fortem & victorem.*

CAP. XVIII.

VERS. 5. וְאֶקְחָה פַת לֶחֶם. Vulg. & Pagninus vertunt, *Et accipiam buccellam panis.* Junius, *frustum panis.* R. D. in lib. Rad. vertit התיכת לחם *sectionem, segmentum panis.* LXX. simpliciter, καὶ λήψομαι ἄρτον, *& accipiam panem.* non arbitror malè, quoad sensum. neque enim per פת frustum panis intelligi arbitror, qualis est buccella, sed panem unum integrum, qui alias כִּכַּר לֶחֶם *tracta panis* dicitur, פת autem vocari ratione totius massæ subactæ, quæ in varias partes discerpta & dispertita, varios panes reddit, quorum quisque פת dicatur. Libet huc referre, quæ Maimonides tractatus ברכות cap. 2. habet: ubi de quinque speciebus agens, unde panis fit, tritico nempe, hordeo, spelta, panico & avena, ait, וחמשה מינין האלו כשהן בשבולין נקראין תבואה בכל מקום ואחר שדשין וזורין אותן נקראו דגן׃ וכשטוחנין אותם ולשין את קמחן ואופין אותן נקראין פת׃, *Quinque species illæ, dum adhuc sunt in spicis, vocantur* תבואה *proventus ubique. postquam autem trituratæ sunt & ventilatæ, vocantur* דגן *frumentum. postquam autem molitæ sunt, farinaque earum subacta & pista, vocantur* פת *panis.* Hinc apud eundem, פת דוחן או פת שאר מיני קטנית *panis ex milio, aut panis è reliquis speciebus leguminum.* neque alio quam ad panem hoc nomen pertinere patet, quia dicunt מה הפרפרת הוא שאדם אוכל עם הפת, *Obsonium est quod quis edit cum pane.* Addo quod in Misnah titulo Berachoth cap. 6. legitur, על פירות הארץ אומר בורא פרי האדמה חוץ מן הפת שעל הפת הוא אומר המוציא לחם מן הארץ *De fructibus terræ recitari solere hæc verba, Creator fructus terræ, excepto pane, de quo dicitur, qui producit panem è terra.*

VERS. 21. אֵרֲדָה נָּא וְאֶרְאֶה הַכְּצַעֲקָתָהּ הַבָּאָה אֵלַי עָשׂוּ כָּלָה וְאִם לֹא אֵדָעָה׃ Quam variè hæc verba accipiantur, videre est ex Junio, qui convenit cum Genevensibus: ex Tigurinis, qui sequuntur Onkelum, ex Pagnino aliisque. vide notas Vatabli. Pagninus ad verbum vertit, *an fecerint consummationem*, quod interpretantur, an fecerint peccata summa, & extrema animadversione digna. Ego interpretarer, an fecerint consummatum & certo deliberatum peccandi consilium, id est, an plene & omnino apud se statuerint, eo quo hactenus fecerunt pede pergere. Sic enim phrasis ea & alibi sumitur. ut Esa. 10. 22. כִּי כָלָה וְנֶחֱרָצָה אֲדֹנָי יְהוִֹה צְבָאוֹת עֹשֶׂה בְּקֶרֶב כָּל הָאָרֶץ. *quia rem consummato consilio decretam & decisam facit Dominus Deus exercituum in medio totius terræ.* Sic 1 Sam. 20.33. וַיֵּדַע יְהוֹנָתָן כִּי כָלָה הִיא מֵעִם אָבִיו לְהָמִית אֶת דָּוִד *Et cognovit Jonathan, quod consummatio esset à patre suo, interficere Davidem*, id est, quod consilium interficiendi Davidem consummatum & firmiter decretum esset à

Saule. vide quæ de voce כָּלָה ad dictum locum Eſaiæ pluribus annotavimus.

CAP. XX.

VERS 16. Verba loci ſic habent, וּלְשָׂרָה אָמַר הִנֵּה נָתַתִּי אֶלֶף כֶּסֶף לְאָחִיךְ הִנֵּה הוּא לָךְ כְּסוּת עֵינַיִם לְכֹל אֲשֶׁר אִתָּךְ וְאֵת כֹּל וְנֹכָחַת׃ Locus hic multos torſit, præſertim poſtrema ejus verba, וְאֵת כֹּל וְנֹכָחַת. Leo Judæ, *& in omnibus erudita fuit.* Notæ Vatabli, *& cum omnibus his erudita fuit*, vel *per hæc omnia*, aut *propter hæc omnia*. כֹּל vertunt *omnia*, & Vatablus præterea addit *hæc*, demonſtrans præcedentia quæ contigerant. Sic & doctiſſimus Amama in cenſura vulgatæ editionis. conſentit quoque Scindlerus, qui, ut & præcedentes, ſuperfluam putat copulam ו præpoſitam ט״ש נֹכָחַת. atque hi omnes ט״ש נֹכָחַת exponunt per tertiam perſonam, quaſi poſitum pro נוֹכְחָה *erudita*, vel *caſtigata fuit*. Sic & Genevenſes. *ainſi fuſt elle reprinſe*. ubi ו vertunt per ita, *ſic* ad marginem tamen annotant poſſe etiam verti, *& elle en fuſt reprinſe*. atque ita verba illa Moſis eſſent non Abimelechi. Alii autem exponunt per ſecundam perſonam, ut ת raphatum ſit pro ת dageſſato, camets ſub כ pro pathach ob accentum ſilluck, pathach vero ſub ח loco ſchevah propter gutturalem, ut לָקַחַתְּ accepiſti, 1 Reg. 14. 3. יָדַעַתְּ noſti. Jer. 50. 24. Unde Genevenſes ad marginem annotant verti quoque poſſe, *& ſois plus adviſée.* Sic vulgatus, *memento te deprehenſam*, id eſt, *reprehenſam eſſe*, habeas te pro reprehenſa. Junius, *atque hæc omnia, ut erudita ſis*, ו vertit per ut. Verba Onkeli ambigua ſunt, ſine punctis ſcripta. Doctiſſ. Buxtorfius punctavit per tertiam perſonam, וְעַל כָּל דַאֲמֶרֶת אִתּוֹכָחַת *& propter omnia quæ dixit reprehenſa fuit.* poſſent autem punctari quoque per ſecundam, וְעַל כָּל דַאֲמַרְתְּ אִתּוֹכַחְתְּ vel אִתּוֹכַחַתְּ. & ſic Fagius legit, vertit enim, *Et in omni eo quod locuta es verax inventa es.* Malim, *& propter omnia quæ locuta es reprehenſa es.* Hoc ſenſu verba ſunt Abimelechi, ut & præcedentia, quod quidem ego malim. Sed וְנֹכַחַת aliter interpretari velim. הוֹכִיחַ enim non tantum pro *redarguere*, id eſt, *increpare*, ſed & ſimpliciter pro *arguere*, id eſt, *argumentis rem aliquam demonſtrare, & animum de ea convincere* ſumitur. ut Gen. 24. 14. אֹתָהּ הוֹכַחְתָּ לְעַבְדְּךָ לְיִצְחָק, *eam argueris ſervo tuo Iſaaco*, id eſt, eam argumento iſto demonſtraveris & conviceris, ſervi tui Iſaaci eſſe. Sic v. 44. הִוא הָאִשָּׁה אֲשֶׁר הוֹכִיחַ יְהוָה לְבֶן אֲדֹנִי *illa ſit uxor, quam argumento hoc docuerit Deus pertinere ad filium Domini mei.* unde & quidam hoc loco וְנֹכַחַת verterunt *& erudita fuit*, ſed alio ſenſu quam vellem. Si enim ad ſecundam perſonam referamus, totum verſum ſic interpretarer. *Et Saræ dixit* (Abimelech) *Ecce dedi mille ſiclos argenti fratri tuo. ecce ille tibi eſt tegumentum oculorum, & omnibus qui tecum ſunt, & apud omnes, & tu certo argumento ea de re edocta*, vel *erudita*, vel *convicta es.* adeo enim Deo charus fuit, ut etiam me regem increpaverit ac terruerit, quod te uxorem ejus vitiare cogitaverim. ex hoc argumento certa eſſe potes, eum verè tibi tegumentum eſſe oculorum, nec tibi tantum ſed & omnibus qui tecum ſunt, & quidem apud omnes, etiam apud fortiſſimos reges. Senſus planus eſt. ſed tamen quia ת non habet dageſch notam ſecundæ perſonæ fœmin. præteriti, malim וְנֹכַחַת accipere in benoni, ut ſit pro וְנֹכַחַת, ſicut בֹּרַחַת *fugiens*, pro בֹּרֶחֶת Gen. 16. 8. ac vertere, *& id argumento conſtat, jam argumento demonſtratum eſt.* Sicut & Gen. 31. 42. אֶת עָנְיִי וְאֶת יְגִיעַ כַּפַּי רָאָה אֱלֹהִים וַיּוֹכַח אָמֶשׁ. quæ verti ſolent, *& afflictionem meam, & laborem manuum mearum vidit Deus, ideo redarguit te heſterna nocte.* malim vertere, *& oſtendit*, vel *demonſtravit*, vel *arguit id heſterna nocte.* fecit ut certo argumento conſtaret, ſe vidiſſe afflictionem meam. ita neque vau per *ideo* reddere, neque pronomen *te* addere opus eſt. vide etiam quomodo hanc vocem vertamus, 2 Reg. 19. 4. Quin & נכחת hoc ſenſu ſubſtantivè invenimus in lib. 2. Epiſtolarum Hebraic. D. Joh. Buxtorfii Epiſt. 9. ubi quidam excuſans muneris quod amico mittebat exiguitatem, dicit ſe non id miſiſſe ob muneris præſtantiam, ſed ut eſſet לנכחת ולעדות כי ברית כרותה ביני ובינך *in argumentum & in teſtimonium, quod fœdus initum ſit inter me & inter te.*

CAP. XXI.

VERS. 11. *Diſplicuit autem hic ſermo valde in oculis Abrahami*, עַל אוֹדֹת בְּנוֹ *propter filium ejus.* Phraſis nota, ejuſque ſenſus clarus. Sed quid tamen propriè ſit אוֹדָה, aut unde dicatur, nemo quod ſciam explicuit,

neque

neque ex lingua Hebræa explicari posse arbitramur. Succurrit hîc, ut & alibi sæpe, lingua Æthiopica, ubi usitatum est verbum אור *obambulavit*, Matth. 12.43. & 22.15. similiter אור *circum* adverbialiter, Marc. 3. 34. ad verbum ergo est, *ob id quod erat circum filium suum*, id est, *filii sui gratia*. Sic 2 Sam. 13. 16. עַל אוֹדוֹתַי וְעַל אוֹדוֹתֶיךָ *ob id quod est circum me*, vel *quod me obambulat & quod te obambulat*, id est, *mei gratia & tui gratia.*

Cap. XXII.

Vers. 9. וַיַּעֲקֹד אֶת יִצְחָק *& ligavit Isaacum*. Huic actioni, tanquam benedictionum fundamento, innitentes Judæi, precantur תראה לפניך עקידת יחיד *aspiciatur coram te constrictio unigeniti*. in lib. precum Judaic. Utinam aliquando detur ipsis dicere תראה לפניך עקידת וזקיפת ומיתת היחיד אדנינו ישוע המשיח *aspiciatur coram te constrictio & crucifixio & mors Unigeniti Domini nostri Jesu Christi.*

Vers 13. וַיַּרְא וְהִנֵּה אַיִל. *Et vidit, & ecce Arietem*. In memoriam hujus arietis loco Isaaci mactati, observant Muhammedani decimum diem ultimi mensis ذو الحجة, quem diem يوم الاضحا *diem sacrificiorum*, vel عيد الاضحا *festum sacrificiorum* appellant, quia tum magno numero oves, arietes & capræ mactantur, pauperibusque distribuuntur. Solennis omnino & magni gaudii est dies, quia præcedenti eum terminatur الحج *peregrinatio*, cujus luctum severamque vivendi rationem excipit decimi diei festivitas & hilaritas.

Vers. 14. וַיִּקְרָא אַבְרָהָם שֵׁם הַמָּקוֹם הַהוּא יְהוָה יִרְאֶה אֲשֶׁר יֵאָמֵר הַיּוֹם בְּהַר יְהוָה יֵרָאֶה׃ Variè vertitur illud אֲשֶׁר יֵאָמֵר. Pagninus *idcirco dicitur*. Tigurini, *quemadmodum dicitur*. Vatablus, *de quo*. Junius, *ex quo*. Sed nihil necesse videtur quo minus propria retineatur significatio, & totus versus sic vertatur. *Et vocavit Abraham nomen loci illius, Dominus providebit. quod dici solet hodie, in monte Domini providebitur*. Significat à temporibus Abrahami ad sua tempora non nihil mutatum fuisse istius loci nomen, & quod ante dici solet *Deus providebit*, id jam dici *in monte Dei providebitur*. Sic vertit Arabs وسمي ابرهيم اسم ذلك الموضع الله ينظر, الذي يقال اليوم في جبل الله يتجلي id est, *Et nominavit Abraham nomen illius loci, Deus videbit, quod dicitur hodie, in monte Domini revelabitur*. Paraphrases Chaldaicæ tam Onkeli, quam Jonathanis & Hierosolymitana commentarios hîc faciunt, verbotenus non exponunt. ideo omittimus.

Vers. 24. וּפִילַגְשׁוֹ וּשְׁמָהּ רְאוּמָה *Et concubinam habebat, & nomen ejus erat Ruma*. וּפִילַגְשׁוֹ pro וּפִילֶגֶשׁ לוֹ *& concubina erat illi.*

Cap. XXIII.

Vers. 10. לְכֹל בָּאֵי שַׁעַר עִירוֹ *Omnibus intrantibus portam civitatis suæ*. Verbum שער Hebræis est *æstimare*. cur inde שער *porta* dicatur, difficile collectu est. In lingua Æthiopica significat *solvere, liberare*. Luc. 13. 12. item *dimittere*. ut quum Christus dicitur populum dimittere, Marc. 6. 36. Et quum Simeon postulat à Deo è vita dimitti, Luc. 2. 29. Hinc rectè שער *porta*, per quam populus, intra mœnia ante detentus & conclusus, liber ac solutus dimittitur.

Cap. XXV.

Vers. 8. Mortuus est Abraham בשיבה טובה *in canitie* aut *senectute bona*. Ad quem locum Drusius ad difficiliora loca Geneseos, Quum senectus per se morbus sit, quid (inquit) vocat bonam senectutem? an maturam & plenam? Id vero quasi improbans, respondet, bonam dici senectutem, quæ iis incommodis minimè obnoxia, quæ ætati illi communiter sunt adjuncta. Sic in annotationibus Vatabli, Bona, id est, quæ aliena erat à malis & incommodis senectutis. Malim simpliciter maturam, plenam, magnam senectutem intelligi, ut Belgicè dicimus, **het is een Man van goeden ouderdom**/ etsi cum multis calamitatibus ipsi conflictandum sit. Merito enim bonum dicitur, quod rei continet perfectionem, etsi alia ex accidenti mala admixta habeat. Senectus sane in benedictione ponitur, & quamvis morbus dicatur, continet tamen vitæ terminum, adeoque ejus perfectionem ad quam naturaliter tendimus omnes. quumque senectus suos habeat gradus, non tam primus ejus bona dicitur senectus quam ultimus, ad quem sane Abraham pervenerat. unde statim sequitur, quasi explicationis vice, quod fuerit זקן ושבע *senex & satur*. Quid quod apud Syros ܛܒ quum adverbiascit, intensionem significat, ac vertitur *magnopere*,

vehementer, *valde*. ut & Belgicè dicimus, **hy is wel schoon** / id est, est valde pulcher. quo quid enim in suo genere provectius & intensius, eo melius. Prouecta itaque ætas, quæ vitæ suæ gradus habet (ut Syriaco vocabulo utar) טב, vehementer, valde, ea טובה bona dicitur.

Vers. 31. מִכְרָה הַיּוֹם אֶת בְּכֹרָתְךָ לִי. In Beresith Rabba fol. 71. legitur, מהר אה אבינו יעקב שנתן נפשו על הבכורה דתנינן עד שלא הוקם המשכן היו הבמות מותרות ועבודה בבכורות משהוקם המשכן נאסרה הבמה ועבודה בכהנים: *Quid causæ fuit, cur pater noster Jacob tantopere appetierit primogenituram? legitur, antequam erectum esset tabernaculum, licitâ fuisse excelsa, & liturgiam penes primogenitos. ex quo autem erectum fuit tabernaculum, prohibitum esse excelsum, & Liturgiam fuisse penes Sacerdotes.*

Cap. XXVI.

Vers. 12. וַיִּמְצָא בַּשָּׁנָה הַהִוא מֵאָה שְׁעָרִים: שְׁעָרִים Vertunt mensuras aut modios. putant autem mensuaam fuisse maximam aridorum, ex qua reliquas minores æstimarent, & in quam cæteræ ingrederentur. Verba sunt Merceri in thes. pagn. ubi sequitur, Tharg. *pro uno centum, quando mensuravit illud.* verba Onkeli sunt, עַל חַד מְאָה בִּדְשַׁעֲרוֹהִי, ubi בִּדְשַׁעֲרוֹהִי non est verbum, ut existimasse videtur Pagninus. id enim forma affixi non patitur. Sed est nomen plurale. ut & in Jonathane בִּדְשַׁעֲרוֹי. Junior Buxtorf. in lexico Chald. vertit, *in mensuris suis*. ad verbum *in eo quod erat mensurarum ejus*, id est, in eo, quod mensuraverat, & severat. quid id sit, explicat R. Selomoh his verbis שאמדוה כמה ראויה לעשות ועשת על אחת שאמדוה מאה id est, *id quod mensuraverant, quantum oporteret facere, fecit de uno quod mensuraverant centum.* Arabs quoque habet ما ية بما مقدر *centum in mensuris*: quicquid sit, discimus inde nihil necesse esse ut מאה שערים sumantur in constructione adject. & substant. sed שְׁעָרִים potest sumi pro בִּשְׁעָרִים. nec tum opus est huic voci affingere significationem mensuræ, quam nusquam alibi habet. vertere enim licet, *& invenit eo anno centum in portis* id est, ejus quod severat invenit centuplum, ipsis judicibus qui in portis sedent testibus, ubi omnia mensurata fuerunt. LXX. verterunt ἑκατοστεύουσαν κριθὴν *centuplum hordeum.* legerunt enim שְׂעֹרִים. quomodo si legeretur, facilis esset sensus. hoc enim nomen non tantum *hordeum*, sed & *mensuras hordei* significat, quum numerus additur. ut Ruth. 3. 15. de Boozo dicitur וַיָּמָד שֵׁשׁ שְׂעֹרִים וַיָּשֶׁת עָלֶיהָ *& mensus est sex mensuras hordei, & imposuit ei.* Ita & hoc loco, *& invenit illo anno* מֵאָה שְׂעֹרִים *centum mensuras hordei.*

Vers. 19. *Repererunt* מַיִם חַיִּים *aquas vivas.* Aben Esra שהם נובעין תמיד *quæ scaturiunt semper.* Onkelus בירא דמיין נבעין *puteum aquarum scaturientium.* At Jer. 2. vertit מבוע דמיין דלא פסק *scaturiginem aquarum quæ non deficit.* Non possum tamen dissimulare, apud Maimonidem חי pro *puro* usurpari. Ut quum in tract. ברכות c. 7. dicit אין נוטלין ידיהן ביין בין חי בין מזוג *non lavant manus suas vino, nec vivo, nec mixto.* Et paulo post in eodem tractatu, *Impletur poculum benedictionis* יין חי *vino vivo. at ubi perventum est ad precationem benedictionis terræ, imponunt ei paululum aquæ, ut suavius sit bibitu.* Vides vivum vinum dici purum, cui nihil aquæ admixtum est. Ita & hîc aquæ vivæ, possint esse puræ ac limpidæ, nullis sordibus turbatæ.

Vers. 29. אִם תַּעֲשֵׂה עִמָּנוּ רָעָה כַּאֲשֶׁר לֹא נְגַעֲנוּךָ וְכַאֲשֶׁר עָשִׂינוּ עִמְּךָ רַק טוֹב וַנְּשַׁלֵּחֲךָ בְּשָׁלוֹם אַתָּה עַתָּה בְּרוּךְ יְהוָה: Difficilis satis est hic versus, & varias habet interpretationes, prout interpretes consulentibus liquebit. Dispiciant eruditi, an אִם non possit hoc loco verti interrogative. & כַּאֲשֶׁר facere primum membrum similitudinis, cujus apodosis sit אַתָּה עַתָּה בְּרוּךְ יְיָ, subintellecto כֵּן redditionis particula, quo nihil Hebræis frequentius. Sensus hic esset. *An facies nobiscum malum? Sicut nos non attigimus te, & sicut fecimus tecum tantummodo bonum, & dimisimus te in pace, sic tu nunc, benedicte Domini.* Aut si אִם jurandi formulam continere velimus, quia versu præcedenti dixerunt, *sit juramentum inter nos*, licebit subintelligere pro more execrationis formulam, & sic vertere: *Si feceris nobiscum malum*, sic tibi faciat Deus & sic addat. *sicut nos non attigimus te, &c.* sic *tu nunc benedicte Domini.* His omnibus præfero eam quæ sequitur. *Si feceris nobis malum, quum nos non tetigerimus te, & quum fecerimus tibi tantummodo bonum, & dimiserimus te in pace, tu nunc sis maledictus Domini.* Hanc versionem sensus ipse extorquere videtur. sic בָּרֵךְ pro *maledi-*

ledicere extat Job. 1. 5. 10. & cap. 2. 5. 9. & 1 Reg. 21. 10. 13.

CAP. XXVIII.

VERS. 11. וַיִּקַּח מֵאַבְנֵי הַמָּקוֹם *Et accepit de lapidibus loci.* non videtur plures lapides, sed de lapidibus istius loci unum quendam ingentem sumpsisse, qui cervicalis loco sibi esset. versu enim 18. dicitur sumpsisse אֶת הָאֶבֶן *lapidem* quem fecerat cervical, eumque posuisse in statuam. Videtur idem esse lapis, de quo in historia Saracenica Elmacinus, ubi de Omaro Hierosolymam ingresso hæc narrat, ثم قال عمر رضي الله عنه للبطريرك عرفني موضعا ابني فيه مسجدا قال له البطريرك عن الصخرة التي كلم الله يعقوب عليها فلما جاء عمر اليها وجد ترابا كثيرا عليها فاخذ عمر من التراب في ثوبه فلما نظر المسلمون عمر قد حمل التراب لم يتاخر احد منهم حتى حمل التراب في ثوبه فتنظفت للوقت فامر عمر ان يبني هنا المسجد في اخرها. *Tum dixit Omar p. m. Patriarchæ, Indica mihi locum, in quo ædificem templum. dixit ei Patriarcha de petra, super qua Jacobum compellaverat Deus. quumque ad eam accessisset Omarus, reperit super eam terræ multum. quocirca accepit de ea terra Omarus veste sua. quod quum Muslimi vidissent, nemo eorum cunctatus est, qui non & ipse terram veste asportarit. atque ita mundata protinus est petra. jussitque Omarus, ut templum ibi strueretur, ad ejus extremum.*

CAP. XXIX.

VERS. 15. *Dixit Laban Jacobo,* הֲכִי אָחִי אַתָּה וַעֲבַדְתַּנִי חִנָּם Jonathan, Vulgatus, Pagninus, Genevenses aliique fere nostrorum interpretum vertunt, *An quia frater meus es, servires mihi gratis?* Ego sic verto, *An non frater meus es? & servires mihi gratis?* sic הֲכִי capiendum etiam Gen. 27. 36. הֲכִי קָרָא שְׁמוֹ יַעֲקֹב *an non vocatur nomen ejus Jacob?* & procul dubio 2 Sam. 23. 19. מִן הַשְּׁלֹשָׁה הֲכִי נִכְבָּד, *ex tribus an non honoratissimus erat?* Sic certe ratio videtur multo melius quadrare. quæ enim causa hujus interrogationis, An quia frater meus es, servires mihi gratis? moris ne erat, ut fratres gratis servirent? aut præcipiebantne id leges? aut suadebat id natura? quin vero, mancipiorum erat gratis servire, non vero liberorum, multo minus fratrum aut cognatorum. itaque ratio validissima est, quandoquidem tu mihi frater es, adeone in te essem injurius, ut gratis servitium exigerem? non faciam, stipulare ipsemet mercedem. Sic LXX. ὅτι γὰρ ἀδελφός μου εἶ, οὐ δουλεύσεις μοι δωρεάν. optimè quoad sensum. sic ergo statuendum הֲ quando jungitur cum כִּי idem esse quod הֲלֹא. כִּי vero quod jungitur cum הֲ non significare *quia*, sed servire simpliciter interrogationi pro particula completiva. ut & apud Syros כֵּי, & apud Græcos ἄρα quorum exempla qui vult, videat Matth. 19. 17. & 25. Luc. 18. 8. & passim.

CAP. XXX.

VERS. 11. וַתֹּאמֶר לֵאָה בָּגָד וַתִּקְרָא אֶת שְׁמוֹ גָּד Hic Jacobi filius omittitur in Tarich, ubi non nisi undecim filii Jacobo tribuuntur, teste doctissimo, nec unquam sine laude nominando Wilhelmo Schickardo p. 33. Quod in Persa, rerum biblicarum imperito, ferri potest: at nequaquam in Judæo Rabbino: Benjaminem dico, qui statuam Rachelis juxta Bethlehem descripturus, dicit esse עשויה מאחת עשרה אבנים למנין בני יעקוב *factam ex undecim lapidibus, pro numero filiorum Jacobi.* Doctissimus interpres Const. l'Empereur transtulit *duodecim lapidibus*, quia mendum deprehendit. at in authore est *undecim.*

VERS. 32. אֶעֱבֹר בְּכָל צֹאנְךָ הַיּוֹם הָסֵר מִשָּׁם כָּל שֶׂה נָקֹד וְטָלוּא וְכָל שֶׂה חוּם בַּכְּבָשִׂים וְטָלוּא וְנָקֹד בָּעִזִּים וְהָיָה שְׂכָרִי׃ Intricata est historia hæc de mercede Jacobi. & non parum ad difficultatem faciunt postrema hujus versus verba וְהָיָה שְׂכָרִי. Constat enim, ex hisce versicoloribus ovium & caprarum, item ex fuscis ovium, quas à grege separavit Laban, nihil cessisse pro mercede Jacobo, quia v. 34. hæc omnia dicuntur tradita in manus filiorum Labanis, Jacobum v. pavisse reliqua. patet item ex v. 37. & sequentibus, ut & ex cap. 31. v. 8. 9. 10. 11. 12. eas demum versicolores pecudes quæ ex relicto apud Jacobum pecore nascebantur, cessisse Jacobo. unde Junius וְהָיָה שְׂכָרִי vertit, *ut* talium posthac *sit merces mea.* Et Vatablus in notis, *eritque merces mea*, quod scilicet nascetur tale. Ego verterem, *tum erit merces mea.* sæpe enim Hebræorum ו latinis per *tum* redditur. Ut sensus sit, Tu Laban remove à grege tuo, primo quicquid ibi agnorum est punctulis respersum & latis maculis interstinctum: deinde quicquid inter oves fuscum est. tertio,

quic-

quicquid inter capras punctulis aut latis maculis est respersum. hoc ubi feceris, tum erit merces mea. Quomodo autem erit? docet id versu sequenti, *testabitur pro me justitia mea in posterum, quia veniet ob mercedem meam coram te.* quæ autem erit merces? *quicquid nec punctulis respersum, aut latis maculis interstinctum inter capras, nec fuscum inter oves inventum fuerit apud me, id furtivum habeatur.* Ergo, postquam tu jam omnia versicoloria & fusca separaveris, quicquid deinde istius coloris nascetur, id meum erit, quæ alterius erunt coloris, tua erunt, quorum si quid penes me inveniatur, furti sit. Ex hoc pacto dicitur Laban v. 34. separasse versicoloria & fusca, ac liberis suis tradidisse, reliquis Jacobum præfectum fuisse pastorem, ex quibus mirum est, plurimas natas esse versicolores & fusca, quum nullæ tales Jacobo relictæ essent. Ita nihil ipsi Laban dedit, sed Deus & justitia mercedem tribuerunt.

CAP. XXXI.

VERS. 19. *Furata est Rachel* אֶת־הַתְּרָפִים *Teraphim, quæ habebat pater ejus.* Non hîc adferam quæ jam ex Hebræis ab aliis sunt de Teraphim allata. non constant sibi ipsi Hebræi. Fortasse Angelorum fuerunt imagines, aut Angelis dicatæ. unde spiritus Angelicus eas subibat, ac consulentibus oracula per eas edebat. ex hac conjectura תרפים mihi idem esset quod שרפים, notissimum Angelorum nomen, mutato ex Syrorum more ש in ת. constat autem ex hoc loco, imagines תרפים è Syria ortum ducere. Videntur autem ex hoc loco, & ex 1. Sam. 19. 13. fuisse Dii penates, qui ad tuendam amplificandamque rem domesticam colerentur. hoc sensu referri posset ad Arab. ترف תרף *uberem & affluentem reddidit.* quam significationem in lingua etiam Æthiopica habet, ubi significat *restare, reliquum esse,* Matth. 14. 20. inde תרף לב *abundantia cordis,* Matth. 12. 34. Hinc forte תרפים *Dii qui rem familiarem abundare faciunt.*

VERS. 20. וַיִּגְנֹב יַעֲקֹב אֶת־לֵב לָבָן *& furatus est Jacob cor Labanis.* sic infra v. 36. vide quæ de his locis annotavimus ad Joh. 10. 24. ubi simili phrasi Judæi dicunt Christo, ἕως πότε τὴν ψυχὴν ἡμῶν αἴρεις, Addimus hoc loco, verti posse, *Et fefellit Jacob mentem Labanis.* eodem sensu quo apud Græcos sæpe κλέπτειν *furari* pro *fallere* usurpatur. ut apud Homerum Il. ξ. de cesto Veneris, ἥτ' ἔκλεψε νόον πύκα περ φρονεόντων, *quæ furata est* (id est fefellit) *mentem etiam prudentissimorum.* eadem omnino phrasis est quæ apud Mosem & apud Johannem. Sic Aristot. Rhetor. 3. οὕτω γὰρ κλέπτεται ὁ ἀκροατής, *sic enim fallitur auditor.* Chrysost. de Sacerd. τῷ σκότει κλαπείς *tenebris deceptus.* Sophocles, εἰ τὴν Αἵμονος φθόγγον συνίημ', ἢ θεοῖς κλέπτομαι; *vocemne Æmonis intelligo, an à Diis decipior?* Apud Suidam, οἱ δὲ τὸ ἀκριβὲς μὴ εἰδότες, ἀλλὰ τῇ πρώτῃ κλαπέντες ὄψει, *qui re accuratè non perspecta, sed primo decepti aspectu.* Eodem sensu posset apud Johannem αἴρεις *tollis* sumi, pro *quousque animam nostram fallis?* Sic גנב דעת *furari mentem,* usurpatur apud Maimonidem in דיעות cap. 2. paragr. 6. אסור לגנוב דעת הבריות ואפילו דעת הכותי *Vetitum est fallere homines, etiam Samaritanos.* ex. gr. si quis ימכור לכותי בשר נבילה במקום בשר שחוטה *vendat Samaritano carnem cadaveris loco carnis mactatæ.*

VERS. 42. אֶת עָנְיִי וְאֶת יְגִיעַ כַּפַּי רָאָה אֱלֹהִים וַיּוֹכַח אָמֶשׁ׃ Omnes nostri postrema verba transferunt, *Et redarguit te heri.* Malim sic vertere, *afflictionem meam & laborem manuum mearum vidit Deus, & probavit hesterna nocte.* verbum enim יכח non tantum תּוֹכָחָה id est *redargutionem,* sed & הוֹכָחָה id est *probationem, demonstrationem significat.* vide lexicon Rabbi Mardochai: & quæ annotavimus in Gen. cap. 20. 16. Fateor quidem R. S. I. in hunc locum quem jam tractamus, ad ויוכח annotare, לשון תוכחה הוא ולא לשון הוכחה, id est, significat *redargutionem* non vero *probationem.* sed quia nullum profert argumentum, nihil impedit quo minus contradicamus לשון הוכחה הוא ולא לשון תוכחה. si enim vertas, *& redarguit,* necesse est addere *te,* quod in Hebræo non est. nunquam autem ellipsis absque necessitate statuenda, quæ hîc sane nulla est, quum optimo ac facillimo sensu vertere liceat, comprobavit se vidisse afflictionem meam. ideo & Chaldæus sine ullo supplemento vertit ואוכח.

VERS. 47. *Vocavit eum Laban* יְגַר שָׂהֲדוּתָא *tumulum testimonii.* Purus est Syriasmus. utraque vox etiam hodie usitata. sed scribunt ܝܓܪ ܣܗܕܘܬܐ ubi notandum, יגר non quemvis acervum, sed lapidum tantum denotare. Ferrarius, *Cumulus, acervus, congeries lapidum, maceria, tumulus.* Plenius Glossarium Syro-Arabicum تل حجارة بغير طين انبار *tumulus lapidum absque luto, acervus.* unde liquet, Ferrarium etiam rectè per *mace-*

maceriam reddidisse. Est enim maceria paries sive lapidum congeries in unum compactorum sine intrita, aut alio ferruminis genere. cujusmodi parietibus vineæ sepiri solent. Esse autem tantum lapidum acervum, ex lingua etiam Æthiopica conjici potest, ubi usitatum est verbum וגר (semper enim primam radicalem Jod in Vau mutant) pro *lapidare*. Matth. 21. 34. & 23. vers. 37.

Cap. XXXV.

Vers. 16. Quæritur quid sit כִּבְרַת הָאָרֶץ. exstat etiam Gen. 48. 7. & 2 Reg. 5. 19. non repeto quæ Doctiss. Mercerus in commentariis in hunc locum fusè ex Hebræorum scriptis profert. Arabs vertit ميل من الارض *milliare terræ*. sed ut rectè annotat Mercerus, Rambam, qui se ea loca invisisse dicit, negat sepulchrum Rachelis miliare à Bethlehem distare. Unde inclinat Mercerus, ut credat minorem esse itineris mensuram. & כ vult esse conjecturæ, non radicale. sed quid tum בְּרַת sit, ex sua sententia non indicat. nos nostram dicemus. nempe esse constructæ formæ à בָּרָה, quod Rabbini dicunt בָּר, Targum בָּרָא, estque idem quod apud Hebr. שָׂדֶה *ager*. ut Gen. 2. 19. כָּל־חַיַּת הַשָּׂדֶה Onkelos & Jonathan כל חיות ברא *omnis bestia agri*. Jam vero שָׂדֶה non tantum in genere significat *agros* sive *rus*, sed & speciali ac stricta significatione *arvum*, sive tantam agri longitudinem, quantam ducendis sulcis arator efficit, ut 1 Sam. 14. 14. כְּבַחֲצִי מַעֲנָה צֶמֶד שָׂדֶה *in dimidio sulci duorum agrorum*. Idem putamus esse בָּרָה stricta sua significatione, nempe unum agrum, unum χωρίον, unum arvum quod quis bobus suis arat. ut כִּבְרַת הָאָרֶץ sit, *circiter agrum terræ*. nec aliud procul dubio voluerunt Onkelos & Tharg. Jeros. quum verterunt כרוב ארעא, quod transferri solet *jugerum terræ*. non malè. ad verbum est *arationem terræ*, à כרב quod Chald. & Syris est *arare*. significatque tantam terræ longitudinem, quantum boves arando efficiunt. unde subit conjectura, fortassis כִּבְרָה per transpositionem literarum dici pro כִּרְבָה, & esse idem quod Chald. כרוב. ita Caph esset radicale. Non possumus non addere interpretationem Jonathanis, quæ sic habet, והוה חוב סוגעי אשון עללתא דארעא, id est, & *erant adhuc multa fundamenta proventuum terræ*. quæ verba Interpres Jonathanis sic explicat, היה עוד רב יסוד התבואה שזורעים לא רחוק מן העיר בדרך שדות של תבואה, id est, *erant adhuc multa fundamenta proventuum, quæ conserebantur non procul ab urbe, in via agrorum proventuum*. Fundamenta proventuum sunt arva. & quia mentionem facit multorum arvorum, videtur quidem כִּבְרַת deduxisse ab Hebræo כַּבִּיר *multus*, vides tamen eum longitudinem spatii æstimasse ex arvis prope urbem. Addo, quod in Concordantiis Hebraicis invenimus, חֶבֶל *funem*, interdum etiam denotare כברת הארץ *tractum terræ*. unde conjicio כברת הארץ esse tantum terræ tractum, quantum unius funis dimensio absolvebat, id est unius agri, arvi aut jugeri spatium, quod cum superioribus non male convenit. nec omittendus Benjamin, qui distantiam sepulchri Rachelis à Bethlehem descripturus, dicit esse קרוב לבית לחם כחצי מיל *propè Bethlehem ad dimidium circiter milliare*. מיל est bis mille cubitorum. igitur כחצי מיל est distantia mille circiter cubitorum, sive mille & quingentorum pedum. cubitus enim est sesqui pes. quod rursus cum longitudine arvi satis bene quadrat. Libet porro quod de sepulchro Rachelis addit, annotare. Ait esse על אם הדרך והמצבה עשויה מאחת עשרה אבנים למנין בני יעקוב ועליה כיפה בנויה על ד׳ עמודים וכל היהודים העוברים חותמים שמם על אבני המצבה, *in bivio, & cippum istum factum esse ex undecim* (duodecim dicendum fuerat) *lapidibus pro numero filiorum Jacobi, & testudine quadam, quæ columnis quatuor innititur, tectum. Judæos autem omnes qui prætereunt, ibi nomina sua in cippi lapidibus exarare.*

Cap. XXXVI.

Vers. 24. Dicit hîc Moses, virum nomine עֲנָה invenisse mulos, quum pasceret in deserto asinos patris. עֲנָה pronunciatur *Ena*. LXX. ἐνάν dixerunt. An non hoc didicerat Homerus, quum Iliad. b. scriberet, ἐξ Ἐνετῶν, ὅθεν ἡμιόνων γένος ἀγροτεράων, *Ex Enetis, unde originem traxit agrestium mulorum genus?* Erat autem Ἔνετοι civitas Paphlagoniæ juxta Pontum, à gente nomen habens, quæ & ipsa Eneti dicebantur. fortassis à nostro hoc Ena, qua primum mulos reperisse scribit Moses.

CAP. XXXVII.

VERS. 10. וַיִּגְעַר בּוֹ אָבִיו *Et increpavit eum pater ejus.* Construitur hoc sensu גער cum ב. propriè enim est, *& clamavit in eum pater ejus.* docente id lingua Æthiopica, ubi גער est *clamare.* vide Marc. 9. 26. & 15. 37.

VERS. 25. וּגְמַלֵּיהֶם נֹשְׂאִים נְכֹאת וּצְרִי וָלֹט Variè accipitur נְכֹאת, sed in eo consentiunt omnes, non esse nomen plurale, sed ת esse radicale, א autem poni pro ו, ut docet R. David in lib. rad. Onkelos vertit שְׁעַף. Jonathan שעוא, quæ ambo *ceram* significant. Sic & R. Nathan Mardochai. qui tamen 2 Reg. 20. 13. dicit esse אוצר נחמד *thesaurum desiderabilem* ut & Jonathan ibi vertit בית גנזיוהי *domum thesaurorum ejus.* R. David. in libro Rad. dicit esse דבר נחמד *rem desiderabilem.* addit autem quosdam exponere per פרי החרוב *fructum siliquæ*, vel fabæ cujusdam græcæ. R. Selomoh dicit כל כנוסי בשמים הרבה *omnes collectiones multorum aromatum*, vocari נכאת. LXX. vertunt θυμιάματα. at 2 Reg. 20. 13. retinent vocem Hebræam νεχωθ. Vulgatus *aromata.* Vatablus tradit, quosdam *opobalsamum* vertere, alios *theriacam.* Junius *myxaria.* quæ prunorum quædam species est. Et causam versionis suæ dat, quia teste Ægineta, Psello, Aëtio & Actuario myxaria Arabibus dicuntur Nuketa, voce Hebrææ admodum affini. Quid hujus rei sit nescimus. sed ex Camos didicimus, apud Arabes نكيث נכית (ת pronunciato ut 15) esse è numero τῶν سواك שׁוּאַךְ, quod nomen generale est quo omnia dentifricia designant, quæ in quotidiano usu sunt apud Arabes. & inter ea maxime æstimantur aromata quædam, quibus non tantum dentes mundantur, sed præcipuè fragrantia halitui oris conciliatur. id ipsum fuisse נְכֹאת plane est verisimile, quia ex Gilead, regione thurifera adferebatur, & una cum opobalsamo & stacte conjungitur. Porro לוט solent vertere *stacte, masticha.* Ita in Bereschit Rabba reddi tradit R. D. Kimchi in libro radicum. ubi tamen addit, alios exponere, esse eam arborem quæ Arabibus שיך בלוט dicitur. vernaculè *castanea.* In voce autem אלון scribit מלך האלונים *regem quercuum*, idque valere שך בלוט, & esse castaneam. scribe & illic שיך בלוט, estque *dominus quercuum.* Arabice enim شيخ est *senex.* deinde *dominus.* بلوط *glandifera arbor.* Junius autem voluit לוט idem esse quod Arabicum לאדן لادن *ladanum*, ob affinitatem literarum. Dictum est autem ladanum à Lada, frutice ex cysthi generibus, quæ verno tempore pingue quiddam & roscidum contrahunt, quod caprarum barbis adhærescit, indeque depexum colatur, cogiturque in offas. id ladanum dicitur. Quid si hic frutex Lada sit propriè Hebræorum לוט? Apud Maimonidem certe in Jud hachasaka, in hilcoth niske mamon cap. 3. paragr. 2. refertur inter ea quibus jumenta vescuntur. ait enim נכנסה בהמה לרשית הניזק ואכלה שומשמים או לוט וכיוצא בהם בשוה דינר משלם דינר: *si intret jumentum in ditionem læsi, ibique ederit sisema aut* לוט *ladam, ac similia, pretio denarii, oportet reddere denarium.* quia autem ex lada colligebatur ladanum, fieri potest ut & hoc fuerit לוט dictum. David de Pomis ait fuisse מין הבשם *speciem aromatis.* Onkelus & Jonathan verterunt לטום.

VERS. 40. שַׂר הַטַּבָּחִים *Præfectus satellitum.* volunt sic dictos, quasi mactatores hominum, quod in fontes animadvertere soleant. In lingua Æthiopica מטבחת est *gladius.* Matth. 10. 34. Act. 16. 27. מטבח *gladii.* Matth. 26. 47. hinc malim טַבָּחִים dici, quasi *gladiatos.*

CAP. XLI.

VERS. 16. בִּלְעָדַי אֱלֹהִים יַעֲנֶה אֶת שְׁלוֹם פַּרְעֹה *Præter me est: Deus respondebit pacem Pharaonis.* Sensus est, non mihi tribuo quod dixisti. à Deo id exspectandum est. Id valere בִּלְעָדַי, atque esse adverbium quo quid à nobis removemus, diximus ad Gen. 14. 24.

VERS. 40. וְעַל פִּיךָ יִשַּׁק כָּל עַמִּי *Et ad os tuum osculabitur omnis populus meus.* Sic Vatablus, Genevenses, Junius, Deodatus, &c. Dubitandum tamen merito videtur, an Principes soleant plebejos ad oris osculum admittere. In amoris testificatione negari nequit, quin id usurpari soleat. unde Proverb. 24. 26. שְׂפָתַיִם יִשָּׁק מֵשִׁיב דְּבָרִים נְכֹחִים, *Labia deosculatur, qui respondet verba recta.* vides suavissimum haberi osculum, quod ad labia fit. verum an id in usum fuerit, ubi subjectio testanda potius, quam amor, in dubium jure vocatur. Hodie certe in Oriente plebs admittitur solum ad strati osculum, cui princeps insidet, vel in quo thronus est collocatus. honoratiores ad osculum Fimbriæ regiæ vestis: quos autem summo honore dignatur, ut aliorum

rum legatos principum, ad osculum manus. nemo ad osculum oris admittitur. Deinde & hoc scrupulum movet, quod verbum נשק semper construitur, cum ל aut cum Accusativo, nunquam alibi cum על. Quibus argumentis procul dubio moti fuere LXX. ut verterent. Καὶ ἐπὶ τῷ στόματί σου ἐπακούσεται πᾶς ὁ λαός μου. Vulgatus. *Et ad oris tui imperium cunctus populus meus obediet:* עַל פִּיךָ acceperunt, sicut Job. 39. 30. אִם עַל פִּיךָ יַגְבִּיהַּ נָשֶׁר, Vulgatus, *An ad præceptum tuum elevabitur aquila?* verum *obediet* non convenit cum יִשַּׁק, Pagninus itaque, *Et ad sermonem tuum armabitur*, &c. à significatione nominis נֶשֶׁק *arma*. Perpendant viri eruditi, an יִשַּׁק non possit haberi pro fut. Niphal à שקק *hac illac discurrere, discursitare*, negociorum curandorum causa. unde est nomen מֶשֶׁק *curatio, procuratio.* Gen. 15. 2. בֶּן מֶשֶׁק בֵּיתִי, *filius curationis domus meæ*, id est procurator meus, qui discursitando procurat omnia negocia domus meæ. Quid ni & ita hoc loco dixerit Pharao Josepho, *Tu eris super domum meam, & secundum os tuum procurabitur totus populus meus.*

CAP. XLIII.

VERS. 9. *Ego fidejubeo pro illo, &c.* Videtur Judas acerrimi animi vir fuisse, quem historicus Josephus rectè vocat δραστήριον ἀνέρα, Antiq. l. 2. c. 3.

CAP. XLV.

VERS. 17. טַעֲנוּ אֶת־בְּעִירְכֶם *Onerate jumenta vestra.* intelligitur specialiter de camelis, quorum usus erat in itineribus conficiendis, & transportandis oneribus. In lingua Arabica بعير בעיר specialiter est *masculus camelorum.* ناقة נאקה fœmella. جمل גמל utrique sexui commune.

CAP. XLVIII.

VERS. 16. הַמַּלְאָךְ *Angelus.* radix est לאך, sed in sacris libris inusitata. in lingua autem Æthiopica usitatissima. significat in prima conjugatione *mittere.* unde de uxore Pilati Matth. 27. 19. לאכת *misit.* In alia conjugatione, cui ת præfigitur, תלאך est *servire.* Matth. 4. 11. & 20. 28. & passim. hinc לאך *servus.* Matth. 20. 26. est ergo מַלְאָךְ *qui ad servitium missus est.* & cum de cælestibus spiritibus dicitur, ipsum etymon denotat λειτουργικὰ πνεύματα, εἰς λειτουργίαν ἀποστελλόμενα. ut divinè interpretatur Apostolus Heb. 1. 14. In dicta Æthiopum lingua מלאך quoque Angelum significat. in plurali מלאכת. sed principem etiam ac præfectum denotat. Pilatus passim pro ἡγεμὼν vocatur מלאך אחזב *præfectus populorum.* Beelsebub מלאכם לאגננת *princeps dæmoniorum.* Sic Marc. 10. 42 οἱ δοκοῦντες ἄρχειν τῶν ἐθνῶν dicuntur מלאכתהם לאחזב *principes populorum.* Sic illud Mal. 3. מַלְאַךְ הַבְּרִית *Angelus fœderis*, accipi potest pro *princeps fœderis*, ita apud Hebræos מלאך המות *angelus mortis* est is quem Paulus Heb. 2. 14. vocat τὸ τοῦ θανάτου κράτος ἔχοντα. qui & ἄρχων τῆς ἐξουσίας τοῦ ἀέρος vocatur Ephes. 2. Ab eadem radice est מְלָאכָה *opus, negocium.* propriè servile, ad quod obeundum quis mittitur.

VERS. 19. Ephraimo benedicens Jacobus, ait *majorem fore Manasse*, וְזַרְעוֹ יִהְיֶה מְלֹא־הַגּוֹיִם. quod Chaldæus vertit, וּבְנוֹהִי יְהוֹן שַׁלִּיטִין בְּעַמְמַיָּא, id est, *filii ejus dominantes erunt in populis.* Græci, τὸ σπέρμα αὐτοῦ ἔσται εἰς πλῆθος ἐθνῶν. Leo Judæ, *erit plenitudo gentium*, ad quam interpretationem Vatablus, Hebraismus est, inquit, variæ gentes, sive multi populi nascentur ex eo. Sic Genevenses, *sa posterité sera pleine abondance de nations.* Sic Junius, *erit multitudo gentium* ac locum citat verè parallelum, Esa. 31. 4. ubi leonis fit mentio, adversus quem oves dilaniantem convocatur מְלֹא רֹעִים, quod vertit, *multitudo pastorum.* ego verterem *plenitudo pastorum*, id est, quotquot adsunt pastores, quicquid pastorum convocari potest. Hæc enim, nisi fallor, ubique est hujus phraseos apud Hebr. vis ut Ps. 24. 1. Domini est terra, וּמְלוֹאָהּ, *& plenitudo ejus*, id est, quicquid in est. Thargum, וּבִרְיָתָהָא *& creaturæ ejus.* Exod. 16. 33. *Sume urnam, & impone* מְלֹא הָעֹמֶר מָן, *quantum capere potest homer Mannæ.* Num. 22. *Si dederit mihi Balac* מְלֹא־בֵיתוֹ כֶּסֶף *quantum capere domus ejus potest argenti.* Sic eo, de quo nunc agimus loco, caperem. *Erit semen Ephraimi*, מְלֹא הַגּוֹיִם, id est, *quantum vel quicquid gens ulla esse potest.* Belgicè diceremus, **Zijn saet sal zijn / al wat Volckeren wesen konnen /** sicut dicimus, **hy is al wat een Man wesen kan /** quod rectè, nisi fallor, Hebraicé diceres וְהוּא מְלֹא אִישׁ. neque enim ex Ephraimo varias gentes ortas esse, ex historia sive sacra

ſive prophana conſtare puto. Druſius ad difficiliora loca Geneſeos, *ſemen ejus erit plenitudo gentium*, ſenſus eſt, inquit, Ejus poſteritas replebitur multis ac variis gentibus. Sic piſces vocantur plenitudo maris, quando mare iis repletur. At hæc mihi convenire non videntur. Si enim piſces dicuntur plenitudo maris, quod mare repleatur illis, non quod illi repleantur mari, poſteritas Ephraimi dicenda quoque erat plenitudo gentium, quod gentes variæ repleantur eâ, non quod ea repleatur variis gentibus. At ſimplicior ſenſus, plenitudo maris, quicquid mare continet. Sic plenitudo gentium, quicquid gentes continent. Nihil deerit Ephraimo eorum quæ gentem ullam beatam reddunt. Apud Arabes ملأ מלא *cœtum* & *congregationem* ſignificat. quod pro Vatablo, Geneveníibus & Junio facit. At pro Chaldæo Interprete facit, quod apud eoſdem ſignificet quoque *primores* ſeu *nobiliores populi*. vide Suratam Joſephi v. 44. & notas Erpenii in eum locum. Hinc rectè vertiſſe Onkelus *& filii ejus dominantes in populis*. Sicut enim ex Juda orti ſunt Reges Judæ, ſic ex Ephraim qui decem tribubus imperarunt. quare eæ paſſim Ephraimi nomine veniunt apud Prophetas. neque impertinens cenſendum, ut per גוים Iſraëlitæ intelligantur. nam & tota gens iſta גוי dicitur Joſ. 3. 17. & 4. 1. Et tribus ejus ac familiæ גויים, Gen. 17. 4. Ezech. 2. 2. & עמים Jud. 5. 14. λαοί Act. 4. 27.

Cap. XLIX.

Vers. 5. שִׁמְעוֹן וְלֵוִי אַחִים כְּלֵי חָמָס מְכֵרֹתֵיהֶם. Pagninus, *Simeon & Levi fratres. arma iniquitatis in habitationibus ipſorum.* quaſi בִּמְגֻרוֹתֵיהֶם. quo & Chaldæus reſpexiſſe videtur, qui vertit *in terra peregrinationis ipſorum.* Junius, *conventionibus ipſorum.* à מכר *vendidit*. Tigurini *Machæræ ipſorum*, quia מְכֵרוֹת & Machæræ literis conveniunt. Si Arabicam ſignificationem ſequi liceret, verterem, *Arma violentiæ ſunt fraudes eorum.* מכר enim Arabibus eſt *fallere*. & non niſi meris fraudibus interemerunt Sichemitas. Arabs vertit الة الظلم فوصنهم *inſtrumentum iniquitatis eſt portus ipſorum*. In lingua Æthiopica מכר eſt *conſultare*, συμβȣλεύσαντες Matth. 1. 19. & 13. 14. & 26. 4. nomen מכר *conſilium* Luc. 23. 51. Hinc potius verterem, *arma violentiæ ſunt conſilia eorum.*

Vers. 10. Vocis שִׁלֹה varia interpretamenta vide in Exerc. Euang. Sculteti lib. 1. c. 4. alii dictum volunt quaſi שֶׁלוֹ *quæ ſunt ei*. alii quaſi שָׁלוּחַ *miſſus*. alii quaſi שַׁי לוֹ *munera ei*. alii quaſi שִׁלְיָתוֹ *ſecundina ejus*. alii à שָׁלָה *tranquillum eſſe*, quaſi *tranquillatorem* dicas, qui tranquillitatis noſtræ ſpiritualis author ſit futurus. in quo poſtremo acquieſcit doctiſſ. Sculterus. At vero ipſa vocis forma & conſonantes evincunt, non tam commodè ex quieſcentibus ultima, quam ex quieſcentibus ſecunda radicem peti. quumque omnes fateri cogantur, inſolitam hanc eſſe in lingua Hebræa, quæ quidem nobis reliqua eſt, dictionem, non gravatè ex lingua Arabica ſubſidium petimus, ubi uſitatum eſt verbum سيل, שיל *fluxit*. & nomen سيل, שיל *fluxus*. سيل دم, שיל דם *profluvium ſanguinis*. & cum affio سيله שילה *fluxus ejus, profluvium ejus*. ſolent enim Arabes pro Hebræo affixo ו adhibere ה, quod & multis in locis Hebraiſmus imitatur. verto ergo, *donec veniat profluvium ejus*, id eſt, ſemen ejus quod ex eo fluxerit. porro יבא שילה, tantundem in numeris continet atque משיח, nempe 358. itaque ſi Gematriæ Hebræorum uſus aliquis eſſe debet, hîc Meſſiam inde eruemus. & per Notaricon, ראשי תיבות ſive initiales literæ trium dictionum יָבֹא שִׁילֹה וְלוֹ formant nomen ſervatoris noſtri יֵשׁוּ Jeſu. quæ quidem parum admodum apud nos valent.

Diſputatur, quid in eodem verſu ſit לוֹ יִקְּהַת עַמִּים. proximè vero acceſſiſſe nobis videntur, qui vertunt *Ejus eſt obedientia populorum*. Derivamus ex radicalium literarum indicatione יקה, radice Hebræis inuſitata, ſed Arabibus uſitatiſſima, qui mutato Jod initiali in Vau, & He finali in Jod, ut ſemper, uſurpant وقي, quod in prima Conjug *cuſtodire*, *tueri* ac *defendere*, ſignificat. at in 5ª توقّي & in 8. اتقّي *timere*, *revereri*. inde & nomen تقية *timor*. abſolutè *timor Dei*, *pietas*, *cultus*. Hinc verto, *Ipſi reverentia populorum*, vel *cultus populorum*. Sic Prov. 30. 17. *Oculus ſubſannans patrem, & contemnens* לִיקְּהַת אִמּוֹ *timorem matris ſuæ*. Ni ſecundus hic locus eſſet poſſemus priorem quoque vertere, *Ejus erit defenſio populorum.*

Vers. 15. *Et inclinavit* שִׁכְמוֹ לִסְבֹּל *humerum ſuum ad portandum*. Liquet ex hoc & aliis plurimis locis, שְׁכֶם ſignificare *humerum*. rationem etymi ſuppeditat lingua Æthiopica, ubi verbum שכם in hiphil ſignificat *imponere*, diciturque de impoſitione oneris in humeros, Matth. 23. 4. שְׁכֶם ergo eſt humerus, cui onera portanda imponuntur.

ANIM.

ANIMADVERSIONES
In loca difficiliora
EXODI.

Cap. I. Vers. 10.

כִּי תִקְרֶאנָה מִלְחָמָה Verto, *quum evenerit nobis bellum.* ut נָה sit affixum Chaldaicum, pro Hebræo, נו. Chaldaismos enim Hebraismo admisceri, non inusitatum est, etiam Mosi. ut הובאת pro הוּבָאָה *adducta est.* Gen. 33. 11. nec mirum quod hîc sit נה per ה, quum apud Chaldæos sit affixum נא per א. notum est enim ex Dan. & Esdra ה pro א passim usurpari in impuriori Chaldaismo.

Cap. III.

Vers. 13. וְאָמְרוּ לִי מַה־שְּׁמוֹ מָה אֹמַר אֲלֵיהֶם. *Et dicent mihi, quodnam est nomen ejus? quid dicam ipsis?* Cabalistæ per secundam Notarici speciem, qua ex סופי תיבות, id est, *finalibus dictionum literis* significativas voces formant, ex finalibus quatuor dictionum לִי מַה שְׁמוֹ מָה literis responsionem quæstioni petunt, nempe nomen Dei, quod quærebat Moses, esse יהוה.

Cap. VII.

Vers. 1. *Ecce posui te* אֱלֹהִים *Deum Pharaoni.* commune hoc nomen est Deo, Judicibus, omnibusque qui timentur, coluntur, & quibus servitur. neque enim Deus sic dicitur ab Hebraico אָלָה *juravit*, quod per nomen ejus sit jurandum. est enim ibi ה quiescens, at in אֱלֹהַּ est ה motum per Mappick. Sed ab Arabico أله אֲלַהַּ *coluit veneratus est*, hinc אֱלֹהַּ *numen venerandum.* Sicut & in lingua Æthiopica Deus אמלך dicitur, à verbo מלך quod ipsis in hiphil est σέβεσθαι *colere* Matth. 15. 9. λατρεύειν *servire*, Luc. 1. 74. nec dubito quin inde Hebræis quoque *rex* מֶלֶךְ dicatur, quasi qui à subditis, veluti terrenum aliquod numen, colitur & servitur.

Cap. X.

Vers. 13. & 19. D. Drusius in locis difficilioribus in Exod. reprehendit LXX. seniores, quod Exod. 10. 13. ventum qui dicitur קָדִים, quo locustæ in terram Ægypti advectæ fuère, verterint νότον *austrum.* Deinde Augustinum Steuchum reprehendit, quod רוּחַ יָם *ventum maris*, quo v. 19. locustæ dicuntur in mare rubrum conjectæ, asserat fuisse Boream. Ventus enim maris, inquit, non est Boreas, sed Occidentalis. Siquidem mare quod magnum vocant & Mediterraneum pro ipso Occidente positum passim invenitur. Quomodo sanè Boreas pelleret locustas quæ in Ægypto in mare rubrum, quum sit ventus adversus? Hæc Drusius. At verò situm Ægypti inspicientibus constat, esse eam mari Mediterraneo Australem, ipsum vero mare ei Septentrionale. mare autem rubrum spectare Eurum versus, id est, non esse Ægypto simpliciter Orientale, sed inter Orientem & Austrum medium. Eurus ergo advexit ranas è mari rubro, Boreas verò, sive è Boreali parte flans ventus repulit eas in mare rubrum: qui ventus ad hoc negocium peragendum non tantum non adversus, sed vel maxime secundus. Boreas enim, qua Occidentem spectat Euro directè adversatur. Fateor quidem mare Mediterraneum passim pro Occidente sumi, at respectu terræ Canaan quæ isti mari est Orientalis, non respectu Ægypti quæ est Australis. itaque רוּחַ יָם respectu Ægypti est Boreas, & hoc quidem loco vergens paululum ad Occidentem. Sicut contra קָדִים hîc est ventus Orientalis, sed vergens multum ad Austrum, & hactenus non male νότος. Quemadmodum & Psal. 78. 26. ventus ille qui advexit coturnices in castra Israëlitarum vocatur simul קדים *Orientalis*, & תֵּימָן *Australis.* quomodo Australis, si fuit Orientalis? quia inter utrumque medius. At Num. 11. 31. dicitur ventus egressus à Domino, & avulsisse coturnices è mari. Non potest intelligi mare rubrum, neque Mediterraneum. erant enim in deserto, cui mare rubrum erat Occidentale: Mediterraneum, partim Occidentale, partim Septentionale. sed intelligitur mare Arabicum sive Persicum, quod tunc ipsis erat partim Orientale, partim Australe, adeoque ventus inde flans, partim קדים, partim תימן.

dicitur

Cap. XII.

Vers. 21. מִשְׁכוּ וּקְחוּ לָכֶם צֹאן Verto, *Ite & accipite vobis ovem*, plura qui vult de hoc usu verbi משך, videat quæ annotavimus ad Jer. 5. 8.

Vers. 22. וּלְקַחְתֶּם אֲגֻדַּת אֵזוֹב *Et accipietis fasciculum hyssopi.* Sic verti solet אזוב ob affinitatem literarum. est tamen hyssopus potius Syrorum & Arabum זוף. Arabs Interpres hoc loco صعتر *origanum* vertit. ut & R. D. Kimchi in libro radicum. est autem origanum folio hyssopo non multum dissimile, teste Dioscoride. alii *parietariam* fuisse volunt vel *rutam murariam*, moti loco 1 Reg. 4. 32. in lingua Æthiopica אזב *mentham* significat. ponitur enim pro ἡδύοσμον Matth. 22. 23. quæ sane herba cum loco, 1 Reg. 4. 32. melius quadrat quam hyssopus. cum enim non fruticescat, neque lignescat, quorum utrumque contingit hyssopo, rectius opponitur cedro, tanquam minima planta altissimæ arbori. quumque nullo negocio, & luxuriosè admodum proveniat Mentha, abundeque propagetur, sic ut eradicari vix possit, ubi semel radices egit, non ineptè etiam è pariete egredi dicitur. eadem quoque herba in fasciculum colligata, aptissima est adspergillis. R. Selomoh ad hunc locum notat, שלשה קלחין קרויין אגודה *tres caules vocantur* אגודה. Maimon scribit c. 3. in Pirke avoth אגודה esse כמה שאוגד אדם בידו אחת *quantum comprehendit homo manu sua una.* Fiebat autem fasciculus hyssopi ex 3. stipitibus, sive caulibus quorum quisque habebat 3. alios ramusculos. Talm. Para cap. 11. מצות אזוב שלשה קלחים ובהם שלשה גבעולים.

Cap. XIV.

Vers. 3. סָגַר עֲלֵיהֶם הַמִּדְבָּר *conclusit eos desertum*, montibus scilicet suis, quos conscendere tanto exercitui difficillimum erat. מִדְבָּר enim non tam à Chaldaica *ducendi* significatione, quod in desertum pecora pastum abducantur, quæ doctorum hactenus fuit sententia, sed ab Æthiopico דבר *mons* deductum puto. Ut enim valles habitatæ fere & fertiles, sic montosa loca inhabitata & inculta esse solent, pecoribus magis pascendis, quam frugibus parandis apta. Hinc Psalm. 107. vers. 38. & alibi, מִדְבָּר *desertum*, & אֲגַם מַיִם *stagnum aquarum* opponuntur. ut enim in vallibus stagnant aquæ, sic arida fere sunt deserta ob montositatem. inde & causa reddi potest, cur Psal. 29. 8. Vox Domini dicatur יחיל *trepidare facere desertum*, quia montosa loca tonitru concutiuntur ut trepident, longe magis quam valles. Item cur 1 Sam. 23. 14. dicatur David mansisse in deserto בַּמְּצָדוֹת *in munitionibus*: quia montosa deserti loca habebant multas munitiones. quamobrem statim additur, *Et mansit in monte in deserto Ziph.* nec ob aliam causam dicitur Johannes Baptista Luc. 1. 80. fuisse ἐν ἐρήμοις *in desertis*, usque ad diem quo patefactus fuit Israëli, nisi quia parentes ejus habitabant ἐν τῇ ὀρεινῇ in montosa regione tribus Judæ v. 39.

Cap. XX.

Vers. 3. *Non habebis Deos alienos* עַל פָּנָי *ad conspectum meum.* hinc colligunt Judæi שאסור לשתף שם שמים ודבר אחר *illicitum esse consociare nomen Dei & rem aliam.*

Cap. XXIII.

Vers. 5. כִּי תִרְאֶה חֲמוֹר שֹׂנַאֲךָ רֹבֵץ תַּחַת מַשָּׂאוֹ וְחָדַלְתָּ מֵעֲזֹב לוֹ עָזֹב תַּעֲזֹב עִמּוֹ׃ Variis in hunc locum interpretationibus præfero sententiam Onkeli, quæ sic habet אֲרֵי תֶחֱזֵי חֲמָרָא דְסָנְאָךְ רְבִיעַ תְּחוֹת טוֹעֲנֵיהּ וְתִתְמְנַע מִלְמִשְׁבַּק לֵיהּ מִשְׁבַּק תִּשְׁבּוֹק מַה דְבִלְבָּךְ עֲלוֹהִי וְתִפְרֵק עִמֵּיהּ׃ id est, *quum videbis asinum osoris tui cubantem sub onere suo, abstine ne relinquas illi*, (aut illum,) *relinquendo relinque quod in corde tuo est contra eum, & disrumpe* (aut libera) *cum eo.* Posteriora textus Hebræi verba, quæ hîc paraphrasticè exponuntur, simpliciter reddo, *relinquendo relinque* quod *contra ipsum* est עִמּוֹ pro אֲשֶׁר עִמּוֹ. Sensus planus est, potius quam relinquas ei, supple onus sub quo jacet, vel relinquas eum, supple sub onere, relinque potius omnino litem quæ cum ipso tibi est. Sic propria & usitata verbi עָזַב significatio retinetur, pro qua Junius habet *deponere.* Pagninus, *auxiliari.* Vulgatus ex LXX. priori loco *pertransire*, posteriori *sublevare.* Vel sic verto, *Quum videbis asinum osoris tui jacentem sub onere, abstine ne relinquas id ipsi. relinquendo ne relinqueres cum ipso?* Id est, cave ne asino ejus relinquas onus sub quo pressum eum vides. adeone immitis esses, ut onus illud cui succumbit, cum ipso relinquens, perire

perire eum ſub eo patereris? vel ſic, *deſine relinquere id ipſi. relinquendo relinque cum ipſo*, vel apud ipſum. Id eſt, dum hoſtis tui aſinum vides ſub onere fatiſcere, cave id illi hoc modo relinquas. operam da ut ſublevetur. ſed ubi ſublevatus fuerit, ne tu onus illud tibi auferas, quia inimici tui eſt, ſed relinque apud aſinum.

Vers. 23. כִּי יֵלֵךְ מַלְאָכִי לְפָנֶיךָ Per Cabaliſticæ artis modum qui תמורה *permutatio* ipſis dicitur, fit tranſpoſitis literis ex מיכאל מלאכי, qui eſt ipſe Chriſtus apud Danielem.

Cap. XXV.

Vers. 10. וְעָשׂוּ אֲרוֹן *Et facite arcam.* in Hebræa lingua אָרָה eſt *carpere, decerpere*, unde etymon arcæ non adeo facile petitur. at in lingua Æthiopica radix hæc. ſignificat *colligere*. Matth. 13. 28. 30. Hinc recte אָרוֹן *arca* in quam res colliguntur aſſervandæ.

Cap. XXVII.

Vers. 3. Inter inſtrumenta altaris referuntur quoque חַיָּעִים. Hieronymus vertit *forcipes*. Pagninus *ſcopas*. Junius *palas*. cum quo convenit R. Salomon, qui laudat Onkelum vertentem מגרפות, quæ dicit eſſe inſtrumenta שנוטל בהם הדשן *quibus aſportatur cinis*, & formam deſcribens ait eſſe כמין כסוי הקדרה של מתכת דק ולו בֵית יָד *ſimile operculo lebetis ex ære fuſili tenui, habenti manubrium.* Ut lubenter huic aſſentiamur, facit lingua Æthiopica, ubi radix יעה, pro quo illi ועי ſignificat *urere, comburere*, Matth. 3. 12. & 13. 40. Erat ergo inſtrumentum quo in comburendis victimis utebantur, quod ardentibus lignis immittebant, quoque ignitos cineres colligebant & auferebant. Arabs vertit مغارفه *cochlearia ejus* ſunt palæ inſtar cochlearium cavæ.

Vers. 18. מֵאָה בָּאַמָּה *centum cubitorum.* Sæpe conſtruitur ſine ב, מֵאָה אַמָּה. ut 1 Reg. 7. 2. Ezech. 40, ſæpe. In Exodo autem aliquoties inveniente ב, quod proprie ſonat *centum in cubito.* ſimilis conſtructio eſt apud Æthiopicum interpretem Luc. 16. 6. מאת במשפרת *centum in menſura*, id eſt, *centum menſuras.*

Cap. XXVIII.

Vers. 4. וּכְתֹנֶת תַּשְׁבֵּץ *& tunicam ocellatam.* quin à כתן ſit Græcum χιτών, dubitari nequit. eſt & inde per tranſpoſitionem literarum Latinorum *tunica.* Æthiopes, mutato ת in ד (ſunt enim literæ ejuſdem & organi & fere pronunciationis) dicunt כדן, quod pro χιτὼν ponitur, Luc. 6. 29. Uſitatum quoque illis eſt verbum ſive radix כדן, ſignificatque *complicare, claudere, tegere*, Luc. 4. 20. In paſſivo תכדן *tegi, amiciri, induere*. Matth. 6. 31. participium כדון *tectum, occultum.* Matth. 6. 4. & 10. 26. Unde colligere eſt, כתנת dici veſtem interiorem, quæ ſub aliis tecta & latens, corpus proximè tegit & claudit. Unde illud Chriſti Lucæ 6. 29. *Si quis tollat tibi* τὸ ἱμάτιον *pallium* (veſtem exteriorem) *etiam* τὸν χιτῶνα *tunicam* (veſtem interiorem) *ne prohibeto.*

De XII. pretioſis Lapidibus pectorali Aharonis appoſitis,

De quibus Exod. 28. verſ. 17, 18, 19, 20. & cap. 39. 10. 11. &c.

I. אֹדֶם. *Rubeni tribuitur.*

Nomen hoc eſt ab אָדַם rubere, rubrum, rufum eſſe. quamobrem lapis hic ſolet verti rubinus, dictus à rubendo, ſicut אֹדֶם ab אָדַם.

Onkelus vertit סַמְקָן, à Chaldaico סְמַק quod ſimiliter ſignificat rubere. Sic & cap. 39. 10. Eodem modo Jonathan hanc vocem vertit, Ezech. 28. 13. Sic & Syrus ܣܘܡܩܐ סוּמָקָא.

Septuaginta ubique vertunt σάρδιον, quod reprehendit in Phyſica Chriſtiana Danæus, quod Sardius non rubeat. Contra tamen Franciſcus Rueus lib. 2. de Gemmis cap. 6. dicit Sardium conſpici colore rubro, verum ſubobſcuro, ut ſi quis imaginetur terram rubricam pellucere quidem, ſed ſubobſcura offundi nubecula. Qui color optimè cum Hebræâ voce אדם conveniret, ſignificat enim ejus generis rubedinem, quæ cum terrâ affinitatem habet, ob id אֲדָמָה dictâ, à rubedine, quia terra vera & intacta rubet.

Quocirca & Pagninus Græcos ſecutus, Sardium vertit. quod Mercerus non improbat, ſed addit eſſe qui putent vernaculè poſſe verti, *un rubin.*

Antonius Reuchlinus in interpretatione concordantiarum Hebraicarum Rabbi Mardochai quoque vertit Sardium, vel inquit Rubin à colore ſic appellatus.

Scindlerus אדם Sardius, à colore ſanguineo.

Sic & Vetus Interpres.

At Leo Judæ, vertit Sardonychen, id eſt, lapidem ex Sardii & ὄνυχος, id eſt, unguis colore mixtum, tanquam carnibus ungue hominum impoſito, & utroque tranſlucido, inquit, Plin. l. 37. c. 6.

Vatablus in notis apud Rob. Steph. impreſſis, ad eam Leonis Judæ verſionem pro Sardonyche ponit Sardium. In editione vero Commeliniana, ubi nova verſio habet Sardium, Notæ habent, Hebræos hanc gemmam vulgo Rubinum exponere, idque convenire cum etymo vocis Hebrææ אֹדֶם & Chaldææ סַמְקָן.

Gallica verſio habet, *Sardoine*, id eſt, Sardium.

Belgica noſtra, een *Sardix*.

Junius, Pyropus, de qua Ovid. 2. Metam. flammas imitante pyropo: eſt enim gemma flammæ colorem referens.

Danæus in Phyſ. Chriſt. vult eſſe Aodem, noſtratibus dictam Eſpinellam, quæ quidem Rubini ſit ſpecies, eaque lucida & ignea: ſed rubino ipſo tenerior, minuſque ſolida & vivida: ideoque recte Rubeni ſit attributa, utpote quæ iſto ſplendoris imminuti genere ei ſit ſimillima.

Elias Hutterus, Apocal. 21. 20. lapidem, qui ibi Græcè dicitur σάρδιος, vertit אֹדֶם.

Videtur itaque retinenda Belgica verſio, utpote quæ non tantum cum deſcriptione Sardii à Rueo tradita, ſed & cum plurimorum, eorumque probatiſſimorum authorum ſententia, & cum ipſius Rubenis conditione optime convenit. habuit enim aliquid rubens & ſplendidum, quippe primogenitus, at habuit idem terream quandam obſcuritatem, quatenus terrenis cupiditatibus primogenituræ ſplendorem fœdavit:

Arabs vertit احمر אחמר. ab حمر חמר rubere. non à vini rubri colore. vinum enim quodvis, non rubrum tantum, خمر חמר Arabibus dicitur, per ח punctatum, quod alterius eſt radicis, & à fermentatione ſic dicitur, non à rubore.

Lapis II. פִּטְדָה. *Schimeonis tribus*.

Vetus Interpres vertit Topaſium, vocabulo Ebræo conveniente, ſi literas invertas.

Similiter 70. τοπάζιον, cujus & mentio eſt Apocal. 21.

Hanc verſionem ſequuntur, Leo Judæ, Pagninus, Junius. Unde & pro τοπάζιον Apoc. 21. 20. apud Hutterum in verſione Hebraicâ eſt פִּטְדָה.

Rabbi D. Kimchi dicit eſſe lapidem pretioſum viridem.

Quo cum convenit Chaldaica interpretatio Onkeli & Jonathanis qui ubique vertunt יַרְקָן à יַרְקָא quod virorem ſignificat.

Rectè id Topazio tribuitur, de qua Plinius lib. 37. c. 8. Egregia Topazio gloria eſt, ſuo virenti genere. Et ſpeciem Topazii facit Praſoidem, ſic dictam quod tota ejus ſimilitudo ad porri ſuccum dirigatur. ut ſunt verba Plinii dicto loco.

Non eſt itaque audiendus Danæus, qui Topaſium lucentem quidem eſſe dicit & tranſparentem, verum non viridis ſed crocei coloris. Eſt quidem ſpecies quædam Topazii, dicta Chryſopraſius, cui croceus color tribui poteſt, quum Plinius citato loco dicat, eam paululum declinare à Topazio in aurum: ſed nec huic omnis viror denegari poteſt, quum Plinius addat, hanc & ipſam porri ſuccum referre, ut & ipſum etymon docet.

Sunt tamen qui Smaragdum malint vertere. Pagninus citat Rabbi Jonam qui dicat פִּטְדָה Arabica lingua dici זְמֵּרָד Smaragdum. Ubi Mercerus & Cevallerius, citantes locum Jobi 28. 19. ubi mentio fit פִּטְדַת כּוּשׁ, Vertunt Smaragdum Æthiopiæ, vel Topazium Æthiopiæ. addunt tamen ſe malle Smaragdum, quia Plinius teſtatur Smaragdum & acriter virere & creſcere in Æthiopia. lib. 37. c. 5. Unde & Scindlerus Smaragdum vertit.

Etſi primum in Topazon (inſula Toglodytarum in mari rubro) inventi ſint, atque inde Topazii dicti. Plinius. Tamen quia Plinius Scyticos Smaragdos Æthiopicis præfert, & de Topaziis quoque dicit, eos circa Alabaſtrum Thebaidis oppidum naſci, quæ regio eſt Ægypti Æthiopiæ contermina, nihil obſtat, cur non פִּטְדַת כּוּשׁ etiam de Topazio accipiamus.

Cui ſententiæ favet convenientia inter Topazium & Simeonem cui פִּטְדָה divinitus eſt attributa. Plinius enim lib. 37. c. 8. dicit Topazium, etſi egregiam habeat virenti ſuo colore gloriam, ſolam tamen nobilium gemmarum limam ſentire & uſu atteri. Ita & Simeon, etſi egregiam habuerit gloriam, quippe ſecundus Jacobi filius. multum tamen quaſi limâ attenuatus & attritus fuit eâ patris maledictione, quâ moribundus prædixit fore ut in Jacobo diſpergeretur, propter cædem in Sichemitas patratam. Gen. 49. 7.

Itaque nulla cauſa videtur, cur Belgica noſtra verſio hîc mutetur, quæ habet, *Topaſer*.

Syrus vertit ܙܪܓܐ זַרְגָּא, qui lapis eſt cæſio

sio colore fulgens. est enim زرق זָרַג splenduit. ac peculiariter de oculo cæsio dicitur, cui subviridis simul & igneus color inest. cum Topazio convenit.

Arabs vertit اخضر אחצר, quod propriè adjectivum est, & viride significat.

LAPIS III. בָּרֶקֶת. *Levi tribus.*

Onkelos Exod. 28. & Jonathan Ezech. 28. servantes etymon Hebræum, vertunt בָּרְקָן. à בָּרָק fulgur, fulgetrum. est itaque lapis fulguris coruscationem imitans. similiter Syrus ܒܪܩܐ בָּרְקָא.

Quidam Smaragdum vertunt, ut, Septuaginta. Vetus Interpres. Leo Judæ. Nova versio in editione Commeliniana, Exod. 28. habet Carbunculum. at Ezech. 28. habet Smaragdum. Tremell. & Jun. Smaragdum.

Nec videtur etymon multum repugnare. nam σμάραγδος, quod & μάραγδος, Athenæo à splendore dictus est, à μαίρω unde μαρμαίρω rutilo, splendeo.

Alii tamen Carbunculum malunt vertere. Certe Onkelos & Jonathan per בָּרְקָן non intellexerunt Smaragdum. Ambo enim alium lapidem נֹפֶךְ à Mose dictum, vertunt אִיזְמַרַגְדִּין Smaragdum.

Pagninus ait, se quidem secutum Hieronymum vertisse Smaragdum, sed colorem non quadrare: quod Smaragdus sit viridis, בָּרֶקֶת autem, teste Rabbi D. Kimchi, sit flavi coloris ut aurum, propterea quod ut aurum splendeat ac fulgeat. Alios Hebræos carbunculum exponere. Se Chrysolithum intelligere, qui colorem habet aureum, & ardentes emittit scintillas instar fulguris. Addit tamen, aurifices Chrysolithum vocare qui est subviridis coloris.

Sane Plinius lib. 37. c. 9. Chrysolithos inter Jaspidum genera recenset. Jaspis autem viret. Et quamvis tradat, Æthiopiam mittere Chrysolithos aureo colore translucentes, & optimas esse quæ in collatione aurum albicare quadam argenti facie cogunt: vim tamen fulgurandi iis non tribuit.

Mercerus & Cevallerius annotant, Carbunculum esse videri. quibus accedit Scindlerus. Item Danæus, cujus verba annotare, operæ pretium est. Malè, inquit, meo judicio בָּרֶקֶת vertitur Smaragdus. etsi enim à splendore vocatus est: tamen Smaragdi splendor coruscationi fulguris minime similis est, ut ipse aspectus indicat. Melius igitur Carbunculus nominatur. Est enim carbunculus Rubini species ea, quæ omnium pulcherrima & præstantissima est, & lucem tanquam fulgetri nobis eum procul intuentibus jaculatur, adeo ut in media nocte & tenebris etiam luceat, & velut Sol quidam illustret sibi vicina loca.

Hæc gemma nomen Levi habuit, quia in ea tribu & familia splendor maximus totius Israëlitici populi positus fuit: siquidem munus Sacerdotale illi Tribui specialiter demandatum consideres. Hactenus Danæus.

Hinc est quod & Hutterus eum lapidem qui Apoc. 21. dicitur χαλκηδὼν verterit בָּרֶקֶת. Nam Chalcedonius (qui mutato r in l dicitur Plinio Karchedonius) inter carbunculi species à Plinio refertur.

Dubitari quoque posset, an non vox carbunculi ab Hebræâ aut Chaldæâ voce derivetur. בָּרְקָן enim transpositis literis facit קַרְבָּן inde carbunculus.

Malim itaque eorum sententiam sequi, qui Carbunculum vertunt. nec tamen Belgicam versionem, quæ habet *Smaragde*, insectari velim, quum gravissimis authoribus, tum antiquis, tum recentioribus nitatur. Galli quoque habent *Esmeraude*. Josephus quoque testatur Smaragdum fuisse primi ordinis tertium lapidem.

Arabs vertit اصفر, quod proprie adjectivum est, *flavum* significans. est & ubi *pallidum* vertitur. gemmam ergo denotat, flavedine ad pallorem vergente præditam. qui vere fulguris est color.

LAPIS IV. נֹפֶךְ. *Jehudæ tribus.*

Rabbi quidam Haggaon, citante Aben Esra, sentiebat lapidem hunc esse nigrum, & referebat vocabulum ad פּוּךְ stibium, fucus: adeo ut נ in נֹפֶךְ esset addititium sive Heemanticum. Id rectum esse negat Aben Ezra, sentiens נ esse radicale, & esse vocabulum formæ אֹדֶם. Dubito tamen uter rectè. quum certum sit, ipsum פּוּךְ pro lapide pretioso sumi, 1 Paralip. 29. 2. & Esai. 54. 11.

Rabbi David Kimchi quoque testatur נֹפֶךְ esse lapidem nigrum. vide libr. Radicum.

Onkelus & Jonathan vertunt אִזְמַרַגְדִּין Smaragdum.

Nova editio Commeliniana Smaragdum quoque vertit Exod. 28. At Carbunculum. Ezech. 28.

Scindlerus, Smaragdum. Sic Hutterus pro σμάραγδος habet נֹפֶךְ Apoc. 21. Junius Chry-

sopra-

ſopraſum: de quo Danæus ait, ipſe malim Smaragdum. eſt enim Chryſopraſus Gemma quæ ſpeciem auri à viridi colore tenuiter diluti habet, id eſt, Chryſopraſus croceo viridique colore tinctus eſt, & lucem habet ſubnigricantem. Smaragdus igitur quum totus viridis ſit coloris, ejuſque lucidi, lucet, & micat, & ſplendorem ſuum egregiè retinet. Itaque Judæ nomen inſcriptum habuit. Hæc Danæus. quibus addi poſſunt quæ de Smaragdo Plinius teſtatur, l. 37. c. 5. Nullius, inquit, coloris aſpectus jucundior eſt. nam herbas quoque virentes frondeſque avidè ſpectamus: Smaragdos verò tanto libentius, quia nihil omnino viridius comparatum illis viret. præterea ſoli gemmarum contuitu oculos implent ac ſatiant. quin & ab intentione aliâ obſcurata, aſpectu Smaragdi recreatur acies. Quæ ad tribum Judæ, ob Chriſtum in eâ natum, optimè quadrant.

Alii interpretantur carbunculum: ut Vetus Interpres ſive Hieronymus, Pagninus, qui ſe Hieronymum ſaltem in prima editione ſequutum eſſe dicit. Leo Judæ. Joſephus. Genevenſes. omnes ſecuti 70. Interpretes, qui verterunt ἄνθρακα carbunculum. qua voce & affinem vocem פּוּךְ verterunt, Eſai. 54. 11.

Verſio noſtra Belgica habet, **een** *Rubijn.* nec mirum, quum Rubinus à Carbunculo differat ſolummodo ut genus à ſpecie. Unde & Mercerus in notis ad theſaurum Pagnini dicit quoſdam putare נֹפֶךְ Rubinum eſſe. ſimiliter Antonius Reuchlinus ad dictionarium Rabbi Mardochai.

Si quis ergo præcedentem lapidem בָּרֶקֶת verterit Smaragdum, hunc vertet Carbunculum aut Rubinum. ſin præcedentem Carbunculum, hunc vertet Smaragdum aut Rubinum. Habent enim ſinguli horum lapidum, quo præſtantiam tribus Judæ denotare poſſint.

Syrus vertit ܟܘܚܠܐ צְדִידָא. quod propriè colorem ſtibii denotat. hîc ergo gemmam coloris ſtibii. unde liquet eum נֹפֶךְ pro פּוּךְ accepiſſe. Sic & Arabs كحلي כחלי, quod ejuſdem eſt ſignificationis.

LAPIS V. סַפִּיר. *Danis tribus.*

Hic lapis tum ab Onkelo, Exod. 28. tum à Jonathane Ezech. 28. vertitur שַׁבְזִיז vel שַׁבְזִיז, quod interpretantur Sapphirum.

Docti Hebræorum de hoc lapide variant. Aben Eſra attribuit Rabbi Haggaon, quod album lapidem eſſe dixerit (forte cryſtallum) ſed improbat id: ipſe verò rubeum eſſe vult. Rabbi David Kimchi docet, quoſdam Hebræorum in Midras putaſſe eſſe Adamantem.

Davidis Kimchi verba in lib. Rad. hæc ſunt. In Midraſch factum extat de homine quodam qui Romam iverat ut סַפִּיר emeret. accipiens autem dixit, eâ lege capiam ut probem illum. cum impoſuiſſet incudi & percuſſiſſet malleo, fracta eſt incus & diviſus eſt malleus, at סַפִּיר manſit in loco ſuo. Et ſecundum hanc expoſitionem eſſet lapis qui dicitur Adamas, atque is eſt albus. Addit tamen ſecundum quoſdam eſſe lapidem qui vernaculè dicitur Sapphir. Ad quas ſententias Mercerus annotat, analogiam aliarum linguarum quæ ex Hebræo fonte nomen hoc deduxerunt, eos convincere.

Septuaginta verterunt σάπφειρος. Sic & Joſephus. Vulgatus, Leo Judæ, Junius, Genevenſes. Item Lexica Scindleri, Pagnini, Buxtorfii & aliorum habent Sapphirus.

De Sapphiris Plinius, eſſe cæruleas, raroque cum purpura. Optimas apud Medos, nuſquam tamen perlucidas. lib. 37. c. 9.

Rueus autem lib. 2. de gemmis cap. 2. plenius. Sapphiri, inquit, cæleſti colore conſpicui ſunt: eæque ſupremam ſibi majeſtatem vendicant, quæ ſereniſſimi vernique cæli colorem efferentes cæruleæ conſpiciuntur, & ceu transfuſas nubeculas (immixtâ etiamnum levi quadam purpurâ) repræſentant, ut videlicet Sulphuris primum accenſi colorem referant, aureis inſuper punctis colluceant, ſcintillentque, ita tamen ut viſus aciem materiei craſſitie retundant, ut & admotarum rerum imaginem ſpeculi inſtar minime reddant. Hæc Rueus. De aureis iſtis punctis quibus Sapphirus optima collucet, docet & Plinius citato loco. Cum quo pulchrè conveniunt verba Jobi c. 28. 6. Dari terram, cujus lapides ſint locus Sapphiri, cui Sapphiro ſint עַפְרֹת זָהָב pulveres auri, id eſt, punctula auri inſtar pulviſculorum aſperſa.

ספיר eſt lapis valde politus. Hinc Thren. 4. 7. de Naziræis qui olim erant corpore politiſſimo dicitur סַפִּיר גִּזְרָתָם, id eſt, exciſio ſive polities eorum erat Sapphirina.

Syrus vertit ܣܦܝܠܐ סַפִּילָא, mutato ר in ל.

Arabs مها מהא de qua voce Raphelengius, مها idem quod بلور Gloſſ. ubi additur Onicinus. legitur pro ספיר & תרשיש alii Chryſolithus. hactenus Raphel.

Lapis VI. יָהֲלֹם. *Napthali.*

Onkelos vertit סַבְהֲלוֹם. Sic & Jonathan Ezech. 28. quæ vox, ut & Hebræa derivatur ab הָלַם *contundere*, vertuntque adamantem.

Aben Ezra dicit, quod חָכָם גָּדוֹל הַסְּפָרַדִי dixit, יָהֲלֹם esse eum lapidem qui dicitur אלמס, quod ille frangat omnes lapides, & perforet הבדלח bdellium, & derivari ab הולם significante פַּעַם id est ictum, contusionem. י autem esse Heemant. ut in יִצְהָר oleum.

Alii volunt sic dictum adamantem per antiphrasin, quod minime frangi aut contundi ipse queat. Unde & Græcis ἀδάμας ab α particula privativa & δαμάω, sive δαμάζω domo. atque eodem videtur spectare vox Chaldaica סַבְהֲלוֹם, quasi composita à defectivo נְסַב tulit, accepit, & הָלַם contudit, quod adamas accipere & ferre possit contusiones.

Septuaginta verterunt ἴασπις. Hos secuti Josephus, Hieronymus, Pagninus, Genevenses in textu: at in margine habent, Diamant.

Leo Judæ habet, Adamas. At Vatablus in notis addit, vel Jaspis: in editione Stephani. Sic Pagninus in thesauro; dicit, Jaspis, vel Adamas: ubi nota Merceri probat Adamantem, quod ejus duritia indomita cum etymo vocis Hebrææ יָהֲלֹם conveniat.

Junius Adamantem vertit.

Sic Scindlerus. Antonius Reuchlinus. Buxtorfius.

Munsterus in dictionario habet, Jaspis. & addit Judæos crystallum vertere.

Belgica nostra versio habet, *Diamant*. Optimè, malim quam Jaspis,

1. Quia vox Jaspis melius quadrat ultimo lapidi qui יָשְׁפֵה dicitur.

2. Quia Hebræa vox יָהֲלֹם, id est, lapis qui fert contundi, & Græca vox ἀδάμας, id est, lapis qui ictibus domari non potest, significatione conveniunt.

3. Quia hic lapis Naphtali tribuitur. Naphtali autem à luctâ dictus est. cum enim ex ancilla sua Bilha hunc filium nacta esset Rachel, dixit, נַפְתּוּלֵי אֱלֹהִים נִפְתַּלְתִּי עִם אֲחוֹתִי גַּם יָכֹלְתִּי *luctationibus Dei luctata sum cum sorore mea, etiam prævalui.* Id optimè exprimit adamas, qui si luctetur cum reliquis lapidibus, semper prævalet, omnes enim incidit & atterit, ipse autem ab alio non atteritur, nisi adamantem adamanti affrices. Et huc referri posse videntur verba benedictionis Naphtali datæ, Gen.49.21. Naphtali אַיָּלָה שְׁלֻחָה *cerva emissa.* quæ nempe celeritate sua periculum evadit: ita & Naphtali pericula persecutionum sit evasurus, sicut adamas pericula affrictus aliorum lapidum, imo ipsius mallei contusionis. atque ita idem erit יהלום quod שמיר.

Syrus vertit ܢܩܥܬܐ נְקָעְתָא. fortassis ab usitato ipsis nomine ܢܩܥܐ נְקָעָא *foveæ*. quod sit lapis foveas faciens. atque ita conveniret cum Arabico אל מאס, de quo supra Aben Esra, qui bdellium perforat.

Arabs vertit بهرمان בהרמאן.

Lapis VII. לֶשֶׁם. *Gad.*

Onkelus vertit קַנְכִּירֵי. quæ vox videtur græca, & lapidem designare qui Græcis dicitur κεγχρίτης. à κέγχρος milium, quod sit lapis velut milii granis sparsus, ut ait Plin. l. 37. c. 11.

Nisi forte קַנְכִּירֵי. mutato ק in l sit Lyncurius, qui aliis Ligurius dicitur. Sic sane לֶשֶׁם Septuaginta verterunt λιγύριον & hos imitati Hieronymus, Josephus, Pagninus, Leo Judæ, Genevenses, Danæus, Scindlerus Ligurium vel Lyncurium vertunt.

De hoc Plinius l. 37. c. 3. Volunt, inquit, authores hanc gemmam esse, factam ex lyncis urina, sed quam egestam bestia protinus terra operiat, quia eam hominum usui invideat, esse autem qualem in igneis succinis colorem, scalpique: nec folia tantum aut stramenta ad se rapere, sed æris etiam ac ferri laminas: quod Diocles quidem & Theophrastus credidit: Ego falsum id totum arbitror, nec visam in ævo nostro gemmam ullam eâ appellatione. Hæc Plinius.

De eodem Danæus, Lyncurius, inquit, lapis est cinericii coloris, candidioris tamen & lucidi. Stellina à nostris vulgo dictus, ut quidam putant, quod stellæ variè sparsæ in hoc lapide cernantur. hic in acetum conjectus graditur, tanquam tanti acoris vulnus fugiens. Hæc Danæus.

Junius vertit Cyanum, quam gemmam Plinius l. 37. c. 9. dicit esse colore cæruleo, & inesse ei aliquando aureum pulverem. Rueus scribit libro 2. de gemmis c. 21. Cyanum esse eum lapidem quem vulgares Azur aut Lazuli vocant, non absimilem esse substantiâ Jaspidi, colore cæruleo: probari aureo pulvere conspersam: unde & stellatum lapidem dici,

quod ſtellis ſimiliter lumini expoſitus aureo pulvere ſcintillet. Hæc Rueus. Videtur ergo Cyanus non multum differre à Lyncurio, ſi modo rectè ſentiat Danæus Lyncurium eſſe eum lapidem quem Stellinam vulgo vocant.

Rectè itaque Belgica verſio, **een** *Lyncurer.*

Syrus vertit ܩܢܟܢܘܢ קַנְכְּנוֹן, quod à Græco Κεγχείτης deſumtum videtur.

Arabs جزع גזע. Raphelengius dicit, in Gloſſario verti Achates.

Lapis VIII. שְׁבוֹ. *Aſcher.*

Onkelos vertit טַרְקְיָא Exod. 28. 19. & 39. 12. Jonathan ibidem habet טַרְקִין. videtur omnino eſſe lapis Turcicus, *Turkoiſe.*

Septuaginta verterunt ἀχάτης, quos ſecuti Joſephus, Hieronymus, Pagninus, Leo Judæ, Genevenſes, Danæus, Junius, Scindlerus, Munſterus, Antonius Reuchlinus, Buxtorfius. Sic & Belgica verſio, *Achat.* Nihil eſt cur mutetur.

Derivatur Hebræa vox שְׁבוֹ, à שָׁבָה captivari. fortaſſe quod Achates ſub manu artificis facile captivetur, quum nullus ſit ex pretioſis lapidibus qui facilius ſculpturas & effigies admittat quam Achates.

David Kimchi in libro Rad. ſcribit eſſe lapidem qui Arabicè dicitur אל סבג. Sic Scindlerus ſcribit אל סבג eſſe שְׁבוֹ, ſed latinam interpretationem non addit.

Syrus vertit ܩܪܟܕܢܐ קַרְכְּדְנָא Carchedonius. Carbunculos Garamanticos Carchedonios dictos eſſe, teſtatur Plinius lib. 37. c. 7. propter opulentiam Carthaginis magnæ. eſt enim Καρχηδὼν Carthago. Ibidem apud Plinium Archelaus ait, Carchedonios nigrioris aſpectus eſſe, ſed igne, vel ſole, & inclinatione acrius quam cæteros excitari. Eoſdem umbrante tecto purpureos videri ſub cælo flammeos, contra radios ſolis & ſcintillare, ceras ſignantibus his liqueſcere, quamvis in opaco.

Arabs reddidit سبج סבג.

Lapis IX. אַחְלָמָה. *Iſſachar.*

Aben Ezra ex Sapiente magno Hiſpano refert hanc vocem ad verbum חָלַם quatenus ſignificat ſomniare, præpoſito א heemantico. quia quiſquis hunc lapidem in digito geſtat, ſemper videat ſomnia. Idem Scindlerus in ſuo lexico. ſed addit eſſe lapidem qui confortet cor, adeoque refert hanc vocem ad verbum חָלַם quatenus ſignificat valere, ſanum ac fortem eſſe. ac reddit Amethyſtum.

Danæus in Phyſicâ Chriſtiana ſimiliter pro Amethyſto ſumit, eumque à ſomniando ab Hebræis dictum ait, ſed aliâ de cauſa, quod Lemurum timorem & vana inſomnia depellere credatur. Ac propterea à Græcis ἀμέθυςον dictum, quod mira quadam vi fumos vini in cerebrum tendentes retrahat vel diſſipet, atque ita ebrietatem cohibeat, cui eſt inimiciſſimus: unde ebrioſorum hominum furioſa inſomnia ſanet & tollat. Et ea quidem Ariſtotelis fuit mens.

Plinius autem ἀμέθυςον dictum vult, non ab ebrietate, ſed à μέθυ quatenus vinum ſignificat, quia amethyſtus gemma eſt quæ ad vini colorem accedens, priuſquam eum deguſtet, in violam deſinat.

Onkelos vocem Hebræam אַחְלָמָה vertit עֵין עֶגְלָא oculum vituli, fortaſſe quia amethyſtus conſtans colore partim vineo partim violaceo, vituli oculum referat.

Amethyſtum, vertunt Septuaginta, Joſephus, Hieronymus, Pagninus, Leo Judæ, Genevenſes, Junius, Danæus, & Lexicographi præcipui. Itaque & rectè hîc noſtra verſio, Amethiſt.

Syrus tranſtulit ܥܝܢ ܥܓܠܐ עֵין עֶגְלָא oculus vituli, ſecutus Onkelum, de quo ſupra.

Arabs فيروزج פירוזג. At Raphel ait فيروزج פירוזג poni pro פטדה. فاروزج פארוזג autem pro אחלמה. Gloſſ. Jaſpis. ſecus eſt in Arabe Erpenii.

Lapis X. תַּרְשִׁישׁ. *Zebulun.*

Vocem תַּרְשִׁישׁ aliquando pro mari ſumi, ſive Oceano ſive Mediterraneo, ex variis Pſalmorum locis conſtat, ubi navium Tharſis mentio fit. Hinc eſt quod Onkelus Exod. 28. Et Jonathan Ezech. 28. hunc lapidem verterunt כְּרוּם יַמָּא. Syrus vocem Hebræam expreſſit. Incertum autem quid כְּרוּם ſit, an idem quod אִכְּרוּם Chaldæis fuligo, quaſi dicas fuliginem maris. an idem quod כֶּרֶם vinea, quaſi maris quidam viror inſtar vineæ. Certum tamen eſt velle eos, lapidem hunc eſſe coloris marini. Quam ſententiam ſecuti Junius, Buxtorfius, Danæus, verterunt תַּרְשִׁישׁ Beryllum Thalaſſium, qui Belgicè dicitur, **een water-ſapphir.**

Alii

Alii vertunt Hyacinthum, ut Leo Judæ, & Hutterus qui Apocal. 21. pro ὑάκινθ☉ habet תַּרְשִׁישׁ. quibus favet R. D. Kimchi in libro radicum ſcribens, תַּרְשִׁישׁ eſſe lapidem cujus color inclinat ad hyacinthum. ſic & Symmachus vertit.

Plerique vertunt Chryſolithum: ſic Septuaginta, Joſephus, Hieronymus, Aquila, Pagninus, Genevenſes, Scindlerus.

Et convenit nomini Hebræo תַּרְשִׁישׁ deſcriptio Chryſolithi quæ eſt apud Rueum de gemmis lib. 2. cap. 7. ſelectiſſimarum, inquit eſt, India nutrix, quæ quadantenus cæruleæ ſunt, marinæ aquæ virorem præ ſe ferentes, at aurum in collatione quadam veluti argenti facie cogant albicare.

Mercerus in notis ad theſ. Pagn. ſuper hac voce ſcribit, quoſdam velle eſſe lapidem cærulei coloris qui vulgò Turcicus dicatur, non abſonante nomine, idque à mari. Quibus addo, quæ Rueus l. de gemmis 2. c. 18. ſcribit de Turcoide. Indica, inquit, Turcois ex herbaceo, cyaneo quodam lacteſcente nitore gratiam init non vulgarem. Colorem præbet, ceu in cæruleum ex viridi lacteum quiddam perfuſum imagineris. Hæc verba verè maris colorem depingunt. Quocirca eam ſententiam ſecuta noſtra Belgica verſio, interpretata eſt, een Turkis.

Sive igitur Beryllum thalaſſium, ſive Chryſolithum, ſive Turcoidem interpretemur, non recedimus à vi vocis Hebrææ, quum tres illi lapides marinum colorem referant. Longius recedit color Hyacinthi, cujus tres ſpecies facit Rueus l. 2. cap. 12. Prima ad rubrum inclinat, & igni purpuraſcit. Secunda, è fulvo croceum repræſentat. Tertia è fulvo ad cæruleum vergens, ſapphirini inde nomen habet. Si quis hyacinthus תַּרְשִׁישׁ dicendus ſit, tertius hîc erit.

Cant. 5. 13. refertur hic lapis inter eos qui annulis aureis inſeruntur.

Ezech. 1. 16. ſpecies rotarum quæ erant juxta quatuor animalia, colori hujus lapidis comparatur. ad ſignificandum, res inferiores, & terreſtres, quæ rotarum inſtar volvuntur per quatuor mundi cardines, & ab Angelis adminiſtrantur, vanas eſſe & fluctuantes inſtar maris, cujus colorem refert Thalaſſius.

Arabs pro תַּרְשִׁישׁ habet ازرق אזרק, quod propriè adjectivum eſt, glaucum vel cæruleum ſignificans. fuit ergo ipſi lapis cærulei coloris.

Lapis XI. שֹׁהַם. *Joſeph.*

Onkelos in Exodum & Jonathan in Ezech. vertunt בּוּרְלָה id eſt Beryllus, ut quidem vocum convenientia innuit.

De Beryllo Plinius l. 37. cap. 5. probatiſſimi, inquit, ſunt ex iis qui viriditatem puri maris imitantur. In quam ſententiam & Rueus, Beryllus, inquit, una eſt ex virentibus lucidiſque gemmis. Probatiſſimæ ſunt quæ limpidi maris virorem proximè referunt.

Syrus vertit ܒܪܘܠܐ בְּרוּלָא Arabs بلور בלור quod inverſis literis idem eſt quod ברול.

At Aben Ezra in commentario in 28. caput Exodi ſcribit שֹׁהַם eſſe lapidem album, qui Aramicè בּוּרְלָה dicitur, Arabicè בלאר quam vocem Arabicam Scindlerus vertit, Beryllum, cryſtallum. Alii vertere malunt onychem vel onychinum, id eſt lapidem qui candorem habeat unguis humani.

Sane vocem Hebræam שֹׁהַם plerique onychem interpretantur: ut Joſephus, Hieronymus, Pagninus, Leo Judæ, Genevenſes, Antonius Reuchlinus, Munſterus, Scindlerus.

Septuaginta hîc ſibi non conſtant. Gen. 2. 12. pro שֹׁהַם eſt λίθ☉ πράσιν☉. Exod. 28. 9. Et 35, 25. Et 39, 5. eſt σμάραγδ☉. Ezech. 28, 13. eſt σάπφειρ☉. Exod. 35, 8. eſt λίθ☉ σάρδι☉. Job. 28, 16. eſt ὄνυξ. Exod. 28, 20. eſt βηρύλλιον. lapidem autem qui ſequitur, יָשְׁפֵה dictum, vertunt ὀνύχιον. niſi dicamus tranſpoſitas eſſe voces, & ὀνύχιον pertinere ad שֹׁהַם, βηρύλλιον verò ad יָשְׁפֵה. quomodo Joſephus & Hieronymus habent Onychinum, & Beryllum. ſimiliter Genevenſes, *un* Onyx & *un* Beril; qui ad marginem diſerte ajunt ſe in horum lapidum expoſitione ſequi Joſephum & 70. interpretes.

Hutterus Apocal. 21. pro σαρδόνυξ habet שֹׁהַם. & ſic Hebræam vocem in Dictionario ſuo vertit Buxtorfius.

Junius longius recedens vertit Sardium, qui teſte Rueo rubeus eſt.

Belgica verſio antiquiſſimos probatiſſimoſque autores ſecuta habet, Onich: in quo nihil mutandum. quum & Hebræi dicant שֹׁהַם eſſe candidum lapidem.

Lapis XII. יָשְׁפֵה. *Benjamin.*

Onkelus in cap. 28. Exodi vertit פַּנְטֵירִי. Jonathan in cap. 28. Ezech. פַּנְתְּרִין. Jaſpidem vertit

vertit Junior Buxtorfius, ut & vocem similem אַפִּנְטוֹר quæ extat in Chaldaicâ paraphrasi Cantic. 5, 14. à panthera bestia, quia Jaspis instar pantheræ maculis notatus est.

Ipsa vox Hebræa literis suis indicat non alium intelligi lapidem quâm qui ab illa Jaspis dicitur.

Septuaginta Exod. 28. 20. Et 39, 11. verterunt ὀνύχιον. nec adeo mirum, cum Plinius l. 37. cap. 9. de Jaspidum generibus, mentionem gemmæ faciat quæ Jasponyx vocatur.

Quidam vertunt Beryllum. ut Josephus, Hieronymus, Genevenses, & quæ in Bibliis Vatabli editionis Commelinianæ est nova versio.

At Jaspidem vertunt, Leo Judæ, Junius, Pagninus in thesauro, Danæus, Buxtorfius, Scindlerus, qui addit etiam Arabicè dici יסף. Unde dubitari amplius non potest quin idem lapis sit qui Hebr. יָשְׁפֵה, Arabicè יַסף, Græcè ἴασπις, Lat. Jaspis dicitur. Syrus sane Apoc. 21. 19. ἴασπις reddit per ܐܣܦܝܣ אספיס. Rectè ergo Belgica versio, Jaspis.

Syrus in Exodo retinet Hebræam dictionem plane ut est.

Arabs يسف ישף.

Vers. 37. פְּתִיל תְּכֵלֶת *Filum hyacinthinum.* Rectè ajunt Hebræi, פתיל non tantum esse חוט *filum*, sed חוט כפול ושזור וטווי *filum conduplicatum, contortum & netum.* est enim פתל *nere*, in lingua Æthiopica, Matth. 6. 28. In Hebræis Bibliis non nisi metaphoricè reperitur, in Niphal & Hithpaël, pro *luctari*, & *contortum perversumque esse.* ubi obiter notandum, נִפְתָּלִים *contortos* melius reddi quam *distortos.* neque enim eos denotat, qui à recta via distorquentur & pervertuntur, sed qui ab omni simplicitate alieni, intricata habent, & quasi nendo contorta consilia.

Cap. XXX.

Vers. 18. כִּיּוֹר נְחֹשֶׁת *labrum æneum* à figura rotunda sic dictum videtur. est enim Arabibus كور כּוּר *quicquid rotundum est.*

Vers. 28. וְאֶת־כִּיּוֹר וְאֶת־כַּנּוֹ Junius, *Et labrum & scapum ejus.* Pagninus, secutus τοῖς LXX. *& basin ejus.* ut & 1 Reg. 7. 29. וְעַל הַשְּׁלַבִּים כֵּן מִמָּעַל vertit *Et super prominentias erat basis desuper.* Junius, *fulcrum.* Malim utroque in loco *tegmen operculum* reddere. Nam 1 Reg. 7. 27. *Basis* מְכֹנָה dicitur, & plane erat aliud quam כֵּן, ut inspicienti liquet. fuit enim מְכֹנָה infra, at כֵּן fuit מִמַּעַל *supra.* Est ubi כַּנּוֹ, כֵּן pro *dignitate* sumitur, in qua quis constitutus tegumento est & protectioni aliis. sic sumitur Gen. 40. 13. & 41. 13. Et Dan. 11. v. 7. 20. 21. 38. Nam & apud Arabes verbum כַּן (ad quod nemo negabit formam כַּנּוֹ melius quam ad כון referri) metaphoricè protegere & defendere significat.

Cap. XXXI.

Vers. 15. שַׁבַּת שַׁבָּתוֹן *Sabbathum Sabbathi*, id est, *maximum Sabbathum*, quod alias Hebræi vocant השבת החמורה *Sabbathum grave.* ut in illo Rabbi Josis Galilæi, in Talmud libro נשים: גדולה היא המילה שהיא דוחה את השבת החמורה, *magna est circumcisio, quippe quæ pellat grave Sabbathum*, id est, cui septimi diei quies cedere debet, sic ut opus ejus & exercitium admittere teneatur, etsi hujus Sabbathi quies tanti sit momenti, tamque severè imperata, ut alia Sabbatha leve quid præ hoc esse videantur.

Vers. 16. וְשָׁמְרוּ בְנֵי יִשְׂרָאֵל אֶת הַשַּׁבָּת לַעֲשׂוֹת אֶת הַשַּׁבָּת לְדֹרֹתָם בְּרִית עוֹלָם. difficultatem aliquam parit illud לַעֲשׂוֹת, quod alii vertunt *observando*, alii *celebrando.* ac ברית עולם vertunt per ablativum *fœdere perpetuo*, id est, לִבְרִית עוֹלָם, quod legitur Gen. 17. 7. 13, 18. & alibi. Nos cum Onkelo Arabeque interprete לעשות propria significatione accipimus, ac ברית עולם eodem casu quo אֶת הַשַּׁבָּת nempe Accusativo. vertimus, *Et observabunt filii Israel Sabbathum, faciendo Sabbathum in generationibus suis esse fœdus perpetuum*, id est, faciendo ut nunquam interrumpatur, sed sit æternum fœdus per omnes ipsorum generationes.

Cap. XXXII.

Vers. 22. *Tu nosti populum hunc* כִּי בְרָע הוּא *quod malus sit.* Beth simpliciter hîc Nominativum designat. quod ut in Arabismo, ita & in Ebraismo usitatissimum esse, multis locis alibi probamus. vide Exod. 33. 19. Deut. 28. 62. Job. 18. 8. Psal. 55. 19. & 68. 5. Ecclesi. 7. 12. Esa. 26. 4. & 40. 10. Oseæ 13. 9. 1 Reg. 13. vers. ult. 1 Chron. 7. 23. Et 9. 33. Esdr. 3. 3.

Cap.

CAP. XXXIII.

VERS. 18. הַרְאֵנִי נָא אֶת־כְּבֹדֶךָ: Quærit Maimonides, quid hac petitione intenderit Moses? Responsum tale dat, in הלכות יסודי התורה cap. 1. ביקש לידע אמתת המצאו של הקב״ה עד שיהיה ידוע בלבו כמו ידיעת אחד מן האנשים שראה פניו ונתחקקה צורתו בלבו שנמצא אותו האיש נפרד בדעתו משאר האנשים׃ כך ביקש משה רבינו להיות מציאות הקב״ה נפרדת בלבו משאר מציאת הנמצאים עד שידע אמתת המצאו כאשר היא׃ והשיבו ברוך הוא שאין כוח בדעת האדם החי שהוא מחובר מגוף ונפש להשיג אמתת דבר זה על בוריו׃ והודיעו ברוך הוא מא שלא ידע אדם לפניו ולא ידע לאחריו׃ עד שהשיג באמתת המצאו דבר שנפרד הקב״ה בדעתו משאר הנמצאים׃ כמו שיפרד אחד מן האנשים שראה אחוריו והשיג כל גופו ומלבושו בדעתו משאר גופי האנשים׃ Id est, *quæsivit veritatem essentiæ Dei eousque nosse, ut cognitum eum in corde haberet, non aliter quam hunc illumve hominem noverat, cujus faciem vidisset, cujusque formam menti insculptam haberet. existit enim vir iste separatus in mente ejus ab omnibus reliquis hominibus. Sic quæsivit Moses, ut essentia Dei separata existeret in mente ejus à reliquis essentiis entium, sic ut nosset veritatem essentiæ ejus, qualis est. At respondit ei Deus, longe esse supra mentem viventis hominis, quippe qui ex corpore & anima compositus sit, assequi veritatem hujus rei, prout se habet in sua puritate. Manifestavit ei tamen, quod nec quisquam hominum novit ante eum, nec sciet quisquam post eum, adeo ut de veritate essentiæ ejus assecutus sit aliquid, quo discretus fuit Deus in mente ejus à reliquis entibus. eo scilicet modo, quo quis, cujus tergum vidisset, cujusque corpus & vestem cognovisset, discretus in mente ejus esset à reliquorum hominum corporibus.*

VERS. 19. *Et respondit, Ego præterire faciam omne bonum meum ante faciem tuam,* וְקָרָאתִי בְשֵׁם יְהוָה לְפָנֶיךָ, verto, *Et clamabo, nomen Jehovæ est ante te.* id est, ne te incogitantem & non animadvertentem transeam, monebo te clamore meo, nomen meum esse coram te. atque ita factum cap. seq. v. 6. Est autem mihi hîc Beth in בשם nota nominativi casus, ut supra cap. 32. 22.

CAP. XXXIV.

VERS. 6, 7. וַיַּעֲבֹר יְהוָה עַל־פָּנָיו וַיִּקְרָא יְהוָה יְהוָה אֵל רַחוּם וְחַנּוּן אֶרֶךְ אַפַּיִם וְרַב־חֶסֶד וֶאֱמֶת: נֹצֵר חֶסֶד לָאֲלָפִים נֹשֵׂא עָוֹן וָפֶשַׁע וְחַטָּאָה וְנַקֵּה לֹא יְנַקֶּה פֹּקֵד עֲוֹן אָבוֹת עַל־בָּנִים וְעַל־בְּנֵי בָנִים עַל־שִׁלֵּשִׁים וְעַל־רִבֵּעִים: Solent Interpretes illa verba וְנַקֵּה לֹא יְנַקֶּה interpretari, *& nullo modo dimittet impunè*, vel *nequaquam habebit innocentem.* adeo ut iis verbis, sicut & sequentibus justitia Dei declaretur in puniendis hominum peccatis: sicut verbis præcedentibus misericordia ejus in iis condonandis, ut sciamus Deum non tantum esse misericordem, sed & justum: nec omnibus condonare, sed quosdam nocentes habere & severè punire. Verum hoc esse non nego. sed an huic loco congruat, nonnunquam dubitavi. quia quum capite præcedenti vers. 19. dixisset Deus, *faciam ut ante te transeat* כָּל־טוּבִי *omnis bonitas mea*, jam transiens ipse Deus erumpit in descriptionem bonitatis suæ, quam sex præclaris epithetis amplificat, & præsertim peccatorum remissioni insistit. cui statim subjicere, Deum nequaquam dimittere homines impunitos, neque habere eos pro innocentibus, minus congruum videtur. nisi exprimantur personæ, quas punire magis quam peccata condonare amat. hinc dubitare subiit, totum hunc locum ad bonitatem Dei pertinere, & verbum נקה aliter hîc exponendum. quod ut doceamus, monendus est lector, verbum illud prima & propria sua significatione valere *vacuum esse.* quod deinde variis objectis applicatur. ut 1. Vacuum esse â crimine; id est innocentem esse. unde דַּם נָקִי *sanguinis hominis innocentis.* 2. Vacuum esse à reatu & pœna, i. impunem esse. ut Jer. 25, 29. וְאַתֶּם הִנָּקֵה תִנָּקוּ לֹא תִנָּקוּ *an vos ullo modo impunes essetis? non eritis impunes.* 3. Vacuum esse à damno, i. illæsum esse. ut Num. 5, 19. הִנָּקִי מִמֵּי הַמָּרִים *sis illæsa ab aquis amaris.* 4. Vacuum esse à sordibus, i. mundum esse. ut Joël 4, 13. וְנִקֵּיתִי דָּמָם לֹא נִקֵּיתִי *& mundabo sanguinem eorum,* quem *non mundaveram.* 5. Vacuum esse ab obligatione, i. liberum & immunem esse. ut Gen. 24, 8. וְנִקִּיתָ מִשְּׁבֻעָתִי זֹאת *immunis eris ab hoc meo juramento.* 6. Vacuum esse à militia, i. exemptum à militandi necessitate. ut Deut. 24, 5. De eo qui recens uxorem duxisset, lex erat ut in militiam

non proficisceretur. נָקִי יִהְיֶה לְבֵיתוֹ שָׁנָה אֶחָת *exemptus erit in domo sua annum unum.* 7. Vacuum esse à labore, id est, inde eximi. ut 1 Reg. 15, 22. convocavit Rex universum Judam, ut tollerent lapides & ligna urbis Ramah, וְאֵין נָקִי *nemo inde erat exemptus.* 8. Vacuum esse à cibo. unde Amos 4, 6. *dabo vobis* נִקְיוֹן שִׁנַּיִם *vacuitatem dentium*, i. ut non habeant in quo occupentur. 9. Vacuum esse à viris, incolis, opibus, vita, omnique bono, i. vastari & succidi. ut Jes. 3. 25. וְנִקָּתָה לָאָרֶץ תֵּשֵׁב *& vacua in terra sedebit*, i. prorsus desolata. sic Zachar. 5, 3. כָּל-הַגֹּנֵב נִקָּה וְכָל-הַנִּשְׁבָּע נִקָּה, *omnis furans evacuabitur, & omnis jurans evacuabitur*, i. prorsus succidetur. Ita & hoc loco, de quo agimus, expono. *Dominus est Deus misericors, gratiosus*, &c. וְנַקֵּה לֹא יְנַקֶּה *& evacuando non evacuabit, visitans peccata patrum in filios & in filios filiorum in tertianos & quartanos.* i. tanta est ejus misericordia, ut etiam quando succenset & punit non tamen prorsus succidat. visitat quidem peccata patrum in filios, sed in tertiam solummodo & quartam progeniem. quæ interpretatio tanto magis allubescit, quia Num. 14, 18. quum murmurantem & in Ægyptum reditum cogitantem populum Deus internecioni devovere minaretur, Moses hæc ipsa verba irato Deo opponit, ut eum bonitatis suæ, quam ipse Deus sibi asscripserat, commonefaceret. *Tu*, inquit, *dixisti*, *Jehova est longanimis, multæ misericordiæ, condonans iniquitatem & prævaricationem, & evacuando non evacuabit, visitans*, &c. q. d. tunc populum hunc exterminio deleres? quid fieret bonitate tua quam tibi ipsi tribuisti? si punire cupis, noli tamen prorsus eos evacuare & succidere. si horum peccata in liberos etiam vindicare cupis, fiat in tertiam & quartam usque progeniem, sed noli prorsus delere. id enim virtutibus tuæ bonitatis repugnat. Hanc interpretationem confirmat parallelus locus Jer. 30. 11. & 46, 28. ubi Deus inter gentes & populum suum discrimen statuens, dicit, *faciam consummationem inter omnes gentes ad quas dispersi te. verum tecum non faciam consummationem, sed castigabo te* לַמִּשְׁפָּט *ad judicium*, i. moderatè, וְנַקֵּה לֹא אֲנַקֶּךָּ, quæ Pagninus vertit, *Et succidendo non succidam te.* i. inquit Vatablus, *non tollam te prorsus è medio.* alibi, inquit, *neutiquam te ad purum putum excoquam.* nec attingit quidem interpretationem eorum qui vertunt, *nequaquam te habebo impunem.* quam doctissimus Mercerus in thesauro Pagnini merito rejicit, quia manifesta hîc est oppositio inter clementiam qua erga suos, & severitatem qua erga hostes usurus esset. Unde Jonathan optime vertit, *adducam super te castigationes ad docendum te, verum* בדין חסוך *in jure cohibitionis*, i. sic ut *cohibeam me* ושיצאה לא אשיצנך *& perdendo non perdam te.* Ego verba Hebræa ad verbum verto, *castigabo te ad judicium, & evacuando non evacuabo te.*

Vers. 35. Dicitur Mosis facies הִקְרִין, Vulgatus *cornuta facta.* rectè Græci δεδόξασαι ἡ ὄψις. ut & Apostolus per δόξαν exponit 2 Corinth. 3. 7. sic in historia Saracenica Elmacini, ut & passim alibi Alexander Magnus cognominatur ذو القرنين *habens duo cornua*, i. duplicem gloriam, ob imperium Orientis & Occidentis.

ANIMADVERSIONES
In loca difficiliora
LEVITICI.

Cap. II. Vers. 2.

וְהִקְטִיר הַכֹּהֵן אֶת־אַזְכָּרָתָהּ Quidam vertunt, *Et adolevit sacerdos odorem ejus.* alii, *memoriale odoramentum ejus.* quod rectum non putamus. Nam quod juvari se existimant loco Hos. 14. 8. ubi זִכְרוֹ כְּיֵין לְבָנוֹן vertitur à multis, *Odor ejus sicut vinum Libani:* frustra est, quum verus sensus sit, memoriam Israëlis non minus fore gratam & jucundam, quam vinum Libani. Alii *suffimentum memoriale.* atque ita pugillum istum, quem sacerdos de Mincha tollebat adolendum Domino, dictum volunt, quod in memoriam referret Deo vel offerentem, vel Mincham cujus pars erat. Nos sic dictum putamus, quod spectaret ad cultum Dei, & commemorationem laudis ejus. quæ sententia lucem accipit ex Arabismo, ubi ذِكْر quod ejusdem est radicis & significationis cum אַזְכָּרָה, peculiari quadam & absoluta significatione denotat *celebrationem Dei*, quæ sive interna sive externa commemoratione fit in cultu divino, adeoque ipsum cultum Dei. Sic in Proverbiis Alis legitur, ذَنْبٌ وَاحِدٌ كَثِيرٌ وَذِكْرٌ وَأَلْفُ طَاعَةٍ قَلِيلٌ *delictum unum multum est: at commemoratio*

tio (i. cultus vel celebratio Dei) *& mille obedientiæ parum ſunt*. Item in hiſtoria Tamerlanis dicitur ipſe receſſiſſe مِنْ ذِكْرِ ٱلرَّحْمَانِ *à cultu Dei*, id eſt profanus fuiſſe. Sic hoc loco אַזְכָּרָתָהּ, eſt ea Minchæ pars, quæ ad cultum & commemorationem ſive celebrationem nominis divini pertinebat. reliqua enim pars non in cultum, ſed in uſum ſacerdotum cedebat. ſic v. 9. *Et tollet ſacerdos de Mincha* אֶת אַזְכָּרָתָהּ *eam ejus partem quæ commemorationi nominis divini eſt dicata*. ſimiliter c. 24. 8. thus, quod panibus propoſitionis imponi jubetur, dicitur fore panibus לְאַזְכָּרָה *in celebrationem Dei*, additurque explicationis gratia, אִשֶּׁה לַיהוָה *ignitum Domino*. quia panes ipſi cedebant ſacerdotibus, at thus illud adolebatur Deo, in laudem nominis ejus. quam interpretationem non parum fulcit, quod verbum זכר in conjugatione hiphil (ex qua nomen אַזְכָּרָה procul dubio derivatur) pro *celebrare* accipitur. ut 1 Chron. 16. 4. ubi Levitæ dicuntur conſtituti לְהַזְכִּיר וּלְהַלֵּל וּלְהוֹדוֹת *ad commemorandum, & ad laudandum, & ad gratias agendas*. Nec tantum in gratiarum actione uſurpatur, ubi beneficia accepta commemorantur, ſed & in invocatione, ubi miſericordis, potentis atque unici adjutoris Dei nomen commemoratur. quo ſenſu Pſalmi 38. & 70. dicuntur facti לְהַזְכִּיר *ad commemorandum*, nempe ſolum Deum eſſe ſuis in ſummis etiam anguſtiis unicum perfugium.

CAP. III.

VERS. 9. לְעֻמַּת הֶעָצֶה יְסִירֶנָּה *E regione ſpinæ dorſi removebit eam*. Spinam dorſi עָצֶה dictam putamus, quaſi coſtarum & totius trunci clauſuram. עָצָה enim *claudere* ſignificat, ſemel in Hebræis, nempe Prov. 16. 30. ſæpe autem apud Æthiopicum N. Teſt. Interpretem. ut Matth. 6. 6. Et 23. 13. & alibi.

CAP. V.

VERS. 17. ואם נפש כי תֶחֱטָא וְעָשְׂתָה אַחַת מִכָּל־מִצְוֹת יְהוָה אֲשֶׁר לֹא תֵעָשֶׂינָה וְלֹא יָדַע וְאָשֵׁם וְנָשָׂא עֲוֹנוֹ׃ Particula כִּי difficilem ſatis efficit verſus hujus conſtructionem, quæ à variis variè, à nobis hoc modo redditur. *Et ſi quis ſit, quum peccaret & faceret unum ex omnibus præceptis Domini, quæ non ſunt facienda, qui id ignoravit, reus erit, & portabit iniquitatem ſuam: Et adducet arietem* &c. quæ ſequuntur proximo verſu. vel ſic: *Et ſi quis, quia peccaverit, & fecerit unum ex præceptis Domini quæ non ſunt facienda, & neſciverit, reus ſit, ac portet iniquitatem ſuam, Adducet arietem* &c. Porro præcepta quæ non ſunt facienda, ſunt prohibita, quæ Deus præcepit ut non fierent, quæ Rabbini, fortaſſis ex hoc loco, vocarunt מצות לא תעשה quorum qui quicquam facit, proculdubio peccat. At D. Junius אַחַת מִכָּל־מִצְוֹת vertit, præter ullum mandatorum Jehovæ eorum quæ non ſunt facienda: quod quomodo cum verbis & mente textus conveniat, ego ſane non video. Nam ſicut facere præter ea præcepta quæ facienda ſunt, vitii eſt: ita facere præter ea præcepta quæ non ſunt facienda, virtutis eſt. præceptum enim hîc non ſumitur pro ipſa præceptione, quæ ſemper facienda eſt: ſed pro re præcepto comprehenſa, quæ aut mandata eſt, & tum facienda, aut prohibita, ac tum nequaquam facienda. Videtur Junius reſpexiſſe ipſam præceptionem: & cum dixit, *mandatorum Jehovæ eorum quæ* &c. non eſſe adjectivum & ſubſtantivum, ſed ſenſum eſſe, qui fecerit præter ullum mandatorum Jehovæ earum rerum, vel de iis rebus quæ non ſunt faciendæ. quod cum verbis textus non arbitror convenire.

CAP. XI.

VERS. 7. והחזיר *& porcum*. Hoc animal tantopere execrantur Judæi, ut & à nomine abhorrentes, illud דבר אחר *rem aliam* vocent. de quo vide Eliam in Thisbi. Hinc forte ortum, quod in lingua Æthiopica *porci* אחרו dicantur, Matth. 7. 6. Et 8. 30. Vau finale pluralem numerum facit, ut & alias in ea lingua. Porro ſi pro חזיר. tranſpoſitis literis legas חירז, habes Græcum χοῖρος.

CAP. XVI.

VERS. 4. וּבְמִצְנֶפֶת בַּד יִצְנֹף *Et vitta linea obvolvet ſe*. יִצְנֹף propriè activum eſt, ut ex Eſa. 22. 18. liquet. hîc autem reciprocam habet ſignificationem, qualis eſt in hithpaël. tale eſt præcedens יַחְגֹּר *accinget ſe*. eſt autem מִצְנֶפֶת *tiara*, ambiens extremum caput. In Targum Hieroſolymitano Num. 15. 38. צִנְפַּן aut צִנְפַּת ſunt *oræ*, *extremitates*, & in Æthiopico N. Teſtamenti Interprete צלמת צנף

 tene-

tenebræ exteriores, Matth. 8. 12. Et אפסי ארץ מדר *extremitates terræ*, Matth. 12. 42.

Vers. 30. *Nam hoc die expiabit vos*, &c. Rab. Mikotsi ad præceptum negat. secundum, peccatorum gradus hoc modo distinguit, ex Talmude Tract. יום, capite אחרון. *si quis transgessus fuerit præceptum affirmativum, ac resipuerit,* אינו זז מהשם *non recessit à Deo. nam scriptum est* (Jer. 3. 14.) *revertimini filii aversi, sanabo aversiones vestras. Si vero transgressus fuerit præceptum negativum ac resipuerit, resipiscentia* תולה *suspendit* (i. non absolvit) *sed dies expiationis id expiat, quia dicitur, Nam die hoc expiabit vos. Quod si transgressio mereatur* כריתות *eliminationem* ומיתות בית דין *aut capitalia supplicia domus Judicii* (nempe lapidationem, combustionem, strangulationem, & decapitationem) *resipiscentia & dies Expiationis non absolvunt, sed castigationes id purgant, quia scriptum est* (Psal. 89.) *Et visitabo virga prævaricationes eorum & plagis iniquitates eorum. Verum quicunque reus fuerit* חלול השם *profanati nominis divini, nec resipiscentia, nec dies expiationis, nec castigationes id absolvunt, sed sola mors; quia legitur* (Esa. 22. 14.) *si expiabitur iniquitas hæc donec moriamini.* Ineptissima sunt hæc omnia, & huic nostro loco repugnantia, ubi expressè Deus dicit, fore ut die Expiationum *omnia ipsorum peccata* expientur.

Cap. XVIII.

Vers. 5. *Custodite præcepta mea & judicia mea, quæ qui fecerit homo, vivet in illis.* Pessimè hinc colligunt Judæi, כשיעמור כותי ויאנוס את ישראל לעבור על אחת מכל מצות האמורות בתורה או יהרגנו יעבור ואל יהרג שנאמר במצות אשר יעשה אותם האדם וחי בהם וחי בהם ולא שימות בהם׃ ואם מת ולא עבר הרי זה מתחייב בנפשו׃ Id est, *si quis Ethnicus coëgerit Israëlitam transgredi præceptum aliquod ex iis quæ in lege sunt mandata, alioqui occisurus eum, transgredietur, neque patietur se occidi. Dictum est enim, In præceptis quæ faciet homo, & vivet in eis. Dicitur, vivet in eis, non autem, morietur in eis, quod si moriatur, & non transgrediatur, ecce reus est in animam suam.* Mens Dei non est, vitam corporalem promittere, quæ unquam præstationi legis sit anteferenda, sed legem præcipere, cujus præstationi omnia, etiam vita terrena sint postponenda, quia tum demum vera vita potietur homo, ubi contemtis omnibus, & ne vitæ quidem ratione habita, legi Dei morem gesserit. Libet autem addere, quas exceptiones adferant Hebræi. Primo excipiunt Idololatriam, Incestum, & Homicidium. ibi moriendum potius docent, quam transgrediendum. Secundo, si Ethnicus cogens Israëlitam spectet suum commodum, Ex. gr. si cogat eum Sabbatho domum sibi struere, aut cibum suum coquere, aut Judæam se sibi prostituere, ibi transgredi potius oportet quam mori. sed si hoc intendat solum ut Judæus transgrediatur legem, mori satius est quam transgredi, si decem præsentes sint Israëlitæ. contra, si cum Ethnico solus sit. Tertio, tempore publicæ persecutionis, qua legem aut ullum ejus præceptum abolere decernitur, qualem persecutionem Nebucadnetsar publicavit, mori potius quam transgredi oportet, sive decem adsint Israelitæ, sive solus sit cum Ethnico. de his videat qui vult Maimonidem in יסודי התורה cap. 5. Et in Talmud tractatu Sanhedrim, cap. בן סורר ומורה.

Vers. 9. & 11. *Nuditatem sororis tuæ, filiæ patris tui, aut filiæ matris tuæ,* מוֹלֶדֶת בַּיִת או מוֹלֶדֶת חוץ *natæ domi* (ex legitimo matrimonio) *aut natæ foris* (ex illegitimo) *non revelabis nuditatem earum.* quæritur, quomodo differat à v. 11. *Nuditatem filiæ uxoris patris tui,* מוֹלֶדֶת אָבִיךָ *natæ ex patre tuo, quæ soror tua est, non revelabis nuditatem ejus.* sunt qui ad differentiam aliquam constituendam volunt v. 11. prohiberi conjugium privigni cum privigna, & per מוֹלֶדֶת אָבִיךָ non intelligi natam ex patre, sed affinitate patri per matrimonium junctum. Id phrasis Hebræa non fert, quæ procul dubio postulat, ut מוֹלֶדֶת accipiatur v. 11. sicut v. 9. Differentiam nos hanc statuimus. Versu 9. agitur de filio secundarum nuptiarum, cui prohibetur conjugium cum dimidia sorore ex primis nuptiis, sive ea sit filia patris, id est, quam pater ex defuncta conjuge, sive filia matris, id est, quam mater ejus ex defuncto marito susceperit. At v. 11. agitur de filio primarum nuptiarum, cui prohibetur conjugium, non cum privigna, sed cum dimidia sorore ex secundis nuptiis, quam noverca ejus patri ipsius peperit, quæ ideo vocatur *filia uxoris patris tui,* id est novercæ (nam uxor patris apud Hebræos descriptio est novercæ) sed sic ut eadem dicatur *nata ex patre tuo*, ut ne privigna intelligatur. Ergo, inquies, v. 11. vetatur conjugium fratris cum sorore, quæ ex eodem

eodem patre est, non ex eadem matre. At v. 9. idem vetatur. quia prohibetur ibi vir detegere nuditatem filiæ patris sui. Ergo idem per ταυτολογίαν repetitur. Respondeo: etsi unum ex altero sequatur, non tamen esse prorsus idem. quum enim filius secundarum nuptiarum defunctam patris ex primis nuptiis uxorem non possit novercam suam dicere, sed eam tantum quam pater secundis nuptiis duxit, discrimen hîc aliquod merito statuitur. Quoniam enim secundarum nuptiarum filius dicere potuisset, hæc filia, quam pater meus ex priore conjugio suscepit, ex tali matre est, quam ego nec lege naturæ, nec civili lege matrem unquam agnovi, quippe ante me natum defunctam, Ergo licitum mihi est ejus conjugium: vetat id Deus v. 9. fieri, quia, inquit, est patris tui filia: At quoniam primarum nuptiarum filius regerere potuisset, matrem quidem sibi novercam lege civili dici, aliter tamen secum, quam cum filio secundarum nuptiarum rem habere. huic cum sorore prioris conjugii interdictum esse matrimonium, quod hæc illum necessario ætate vinceret, se vero sororem posterioris conjugii ætate superare: vetat Deus v. 11. & hoc conjugium, ob eandem causam ob quam prius, quia nata patris tui est, tuaque soror.

CAP. XIX.

VERS. 12. וְלֹא תִשָּׁבְעוּ בִשְׁמִי לַשָּׁקֶר וְחִלַּלְתָּ אֶת־שֵׁם אֱלֹהֶיךָ Variè vertitur illud Vau in וְחִלַּלְתָּ. Junius, *sic prophanaveris.* Pagninus & Vulgatus, *neque polluas*, repetito ex præcedenti membro לֹא. quod necessarium ducit Vatablus, nisi inquit particulam *ita* subaudire malis, hoc modo, *&* ita *polluas.* Genevenses, *nam profanares.* Non videtur mihi aliunde melius hæc locutio quam ex Arabismo illustrari, ubi copula ف præcedente particula prohibendi exponitur per *ne*, *ut ne*, Exemplum à Th. Erpenio in rudimentis Gramm. datur لَا تَضْرِبْ زَيْدًا فَيَغْضَبَ, *ne verbera Zeidum, & irascetur* id est, *ne irascatur.* huic addimus ex Prov. Arab. Centuria 1. prov. 10. لَا تَسْبَحْ فِي ٱلْمَاءِ ٱلْبَارِدَةِ فَتَهْلَكَ *ne nata in aqua frigida & peribis.* id est, *ne pereas.* Ibid. Prov. 11. لَا تَظْلِمْ أَحَدًا فَتَتْرُكَ ٱلْبِرَّ *nemini injuriam facias, & abjicies justitiam*, id est *ne abjicias.* sic passim. Eundem plane hîc puto esse Hebraismum, *Et ne jurate in nomine meo ad mendacium, & pollues nomen Dei tui*, id est, *ne polluas.*

VERS. 17. *Non habebis fratrem tuum odio in corde tuo.* Excipit R. Mikotsi ad præcept. Negat. 5. *Si quis in transgressione deprehensus, sæpiusque admonitus non paruerit neque à peccato suo discesserit,* מותר לשנאותו *licitum est odio habere eum.*

Quod autem sequitur, *Corripiendo corripies socium tuum,* וְלֹא תִשָּׂא עָלָיו חֵטְא *& non elevabis super ipsum peccatum*, exponit לא תוכיחנו בדברים קשים עד שיהיו פניו משתנות כי כל המלבין פני חבירו ברבים אין לו חלק לעולם הבא: *Non corripies eum duris verbis, adeo ut vultus ejus immutetur* (id est erubescat) *quicunque enim pudefacit proximum suum inter multos, non habet sortem in futuro seculo.* Addit tamen, *si privata correptione non converterit se, pudefac eum inter multos, publica peccatum ejus coram ipso, conviciare, maledic ei donec in melius convertatur, quemadmodum Prophetæ fecerunt Israëli.* Vult ergo, per *Et non elevabis super ipsum peccatum* intelligi privatam correptionem, de qua Matth. 18. 15. *argue eum inter te & ipsum solum.* tum enim peccatum proximi deprimitur & tegitur. at quum palam fit, elevatur quasi super ipsum peccatum.

VERS. 19. Ter in hoc versu occurrit כִּלְאַיִם, nec videtur aliud significare quàm duas diversas species inter se mixtas, sive animalium, sive herbarum, sive lanificiorum. unde dictum sit, non facile est conjicere. apud Arabes كَلَأٌ כלא de herbis tantum dicitur, significatque sylvestres, ut بقل hortenses, sive olera. Ut in historia Saracenica Elmacini, dicitur inter thesauros regis Persarum Cosroæ inventum à Muslimis tapetum sericum, tam affabre factum, ut ejus margo referret terram المزروعة بقولا وكلاء consitam herbis hortensibus & sylvestribus.

VERS. 28. וְשֶׂרֶט לָנֶפֶשׁ לֹא תִתְּנוּ בִּבְשַׂרְכֶם וּכְתֹבֶת קַעֲקַע לֹא תִתְּנוּ בָּכֶם:

שֶׂרֶט est *laniatio quæ fiebat unguibus* כתבת קעקע *incisura quæ fiebat scalpro.* quod & התגודד dicitur Deut. 14. 1. & alibi. vide notas Dionysii Vossii in Maimonidem de Idololatria p. 170. etsi Maimonides paragrapho sequenti dicat, fieri השרט vel ביד manu, vel בכלי instrumento.

Cap. XX.

Vers. 2. *Quicunque dederit de ſemine ſuo* לַמֹּלֶךְ *Molocho*, dicitur fuiſſe idolum Ammonitarum 1 Reg. 11. 5. At ex hoc loco liquet, notum fuiſſe Iſraëlitis etiam in deſerto, quum ex Ægypto egreſſi eſſent. Ægyptii ſic vocant *Martem*. Septem enim planetæ hæc apud ipſos habent nomina, Πιρη *Sol*. Πιιζ *Luna*. Ρηφαν *Saturnus*. Πιζευς *Iupiter*. Μολοχ *Mars*. Σουροθ *Venus*. Πιερμης *Mercurius*.

Cap. XXI.

Vers. 20. *Aut gibboſus*, אוֹ דַק Hieronymus *aut lippus*. Lxx. ἢ ἔφηλος ὀφθαλμοὺς, *aut maculam inſtar clavi in oculis habens*. Raſchi שיש לו בעיניו דוק *qui habent in oculo velum*, id eſt pelliculam: à ſignificatione nominis דוֹק, quod pro *aulæo*, vel *velo* ſumitur Eſa. 40. 22. Rabbi David דַק pro ſubſtantivo habet, & conſtruens cum ſequentibus אוֹ דַק תְּבַלֻּל בְּעֵינוֹ vertit *in cujus oculo ſive tegumentum eſt ſive ſuffuſio*. Ut idem omnino ſit quod דַק, quod exponit per קרום *pellis obducta*. Incerta hæc ſunt omnia. quare Junius vertere maluit, *aut Gracilis*. quod neſcio an rei ſatis conveniat. vix enim cauſa reddatur, cur gracilitas potius ineptum quempiam reddat ad Sacerdotium, quam obeſitas. nec veriſimile videtur, eundem qui ob gracilitatem primum arceretur à Sacerdotio, admiſſum fuiſſe ubi habitior fieret, nec remotum denuo fuiſſe eundem, ſi ex morbo gracilis denuo & attenuatus redderetur. Exprimere fortaſſis voluit Aben Eſram, juxta quem, referente Cl. Buxtorfio in Lexico, דַק hoc loco eſt *gracilis*, *gracili corpore præditus*. At nos Aben-Eſram aliter capimus. verba ejus ſunt דק כמשמעו להיות דק קצר קומה id eſt, דק *propria ſua ſignificatione accipitur*, *ut ſit* דק *brevis ſtatura*. optimè, ſic enim Exod. 16. 14. manna dicitur fuiſſe דַק *minutum & parvum quid*, hinc דַק hoc loco eſt, *qui non juſtæ ſed diminutæ eſt ſtaturæ*, nanus aut ad nanum accedens, puerilis potius quam virilis ſtaturæ. unde in lingua Æthiopica דק *puer* eſt, pro παιδίον ponitur Mat. 19. 13. & in Pl. דקיק pro παιδία & ποῖ paſſim.

Cap. XXII.

Vers. 32. לֹא תְחַלְּלוּ אֶת־שֵׁם קָדְשִׁי *non profanabitis nomen ſanctum meum*. De hoc peccato pronunciant Judæi, כל מי שיש בידו חילול השם תשובה ויום הכפורים ויסורים תולים ומ יתה ממרקת: *Quicunque reus eſt profanati nominis divini*, *hunc nec converſio*, *nec dies expiationis*, *nec caſtigationes abſolvunt*, *ſed morte purgari neceſſe eſt*.

Cap. XXIV.

Vers. 11. *Et maledixit filius mulieris Iſraëlitidis* אֶת־הַשֵּׁם *nomini*. Jonathan reddidit שמא רבא ויקירא, *nomini magno & glorioſo*. Intelligunt Hebræi ineffabile Dei nomen יהוה. pro quo Rabbini ſemper dicunt הַשֵּׁם, cum ה Emphatico, ſine quo Elias in Thisbi docet non uſurpari abſolutè, quaſi dicas *illud nomen*. uſurpatur tamen ſine ה Levit. 24. 16. כַּגֵּר כָּאֶזְרָח בְּנָקְבוֹ שֵׁם יוּמָת. vocatur שם המיוחד *nomen appropriatum*, quo propriè eſſentia Dei exprimitur. item שם המפורש *nomen expoſitum*, quando ſcilicet, ut ſcribitur profertur ſeu enunciatur. Expreſſum dicunt ab hoc maledico, qui propterea ejus ſceleris pœnas dederit. & regulam hanc addunt, אין מגדף חייב סקילה עד שפרש את השם המיוחד פי בכתיבתו. *Nullus maledicus reus eſt lapidationis*, *donec expreſſerit nomen Dei proprium*, *id eſt*, *ſicut ſe habet in Scriptura ſua*. Quin & eò venit ſuperſtitio, ut in Sanhedrim cap. 7. legatur, *Qui maledicit patri ſuo & matri ſuæ*, *non ſit reus*, *niſi quum maledixerit ipſis per nomen Tetragammaton* quod eſt שם המיוחד *ſi maledicat* בכנוי *per cognomen proprium*, *men*, (utpote חנון, רחום, צבאות, שדי, &c.) R. *Meir ipſum condemnat*, *at ſapientes abſolvunt*.

Cap. XXV.

Vers. 36. וְלֹא תִקַּח מֵאִתּוֹ נֶשֶׁךְ וְתַרְבִּית *Non accipies ab eo uſuram & ſuperabundantiam*. נשך de uſura pecuniæ. תרבית & מרבית de uſura fructuum & ciborum. vide Salmaſ. de uſuris pag. 615.

ANIMADVERSIONES

In loca difficiliora

NUMERORUM.

Cap. VI. Vers. 4.

מֵחַרְצַנִּים וְעַד זָג לֹא יֹאכֵל Verti ſolet, *ab acinis uſque ad corticem non comedet*. ſic. R. D. Kimchi

Kimchi in lib. Radicum. ſic & Raſchi, cujus verba ſunt זג'הם קליפות הרצנים' הם הגרעינים: שמבחוץ שהחרצנים בתוכם כענבל בזוג, id eſt הרצנים *ſunt grana* ſive acini: זג *ſunt cortices exteriores, in quorum medio ſunt acini, veluti malleus in exteriori campanæ.* זוג vult eſſe exterius campanæ, unde colligit זג quoque eſſe exterius uvæ. at mihi זוג non externa ſuperficies, ſed ipſum corpus campanæ eſt, intra cujus cavitatem ענבל malleus pendet. Itaque non repudio quod Aben Eſra monet, המפרשים אמרו הרצנים חיצונים וזג פנימין *Interpretes ajunt* חרצנים *eſſe exteriora*, זג *interiora.* etſi addat, alios contrario modo exponere. Non mirum Interpretes variare, quum neutra harum vocum alibi reperiatur. puto זג idem eſſe quod in lingua Æthiopica סג *corpus, caro.* Paſſim enim pro σάρξ & σῶμα ponitur. verto, *à pelliculis uſque ad carnem non comedet*, id eſt, neque exteriorem uvæ corticem, neque interiorem ejus medullam quæ calcando exprimi ſolet. caro ea vocatur, ſicut carnem piſcium dixit Apoſt. 1 Cor. 15. Quod autem pro ז in Æthiopico ſit ס, non eſt quod quenquam turbet. facile enim illi frequenter ז ס ש ץ permutant, quippe ejuſdem fere pronunciationis literas. talia pro Hebræo זרח *oriri*, סרק pro שער *pilus*, צגר. pro Arabico זין *ornavit*, כני, mutato ז in ס, & tranſpoſitis porro Jod & Nun. pro Hebræo שבע *ſaturari*, סגב. mutatis ש in ס, & ע in ג, ut ſupra, ac tranſpoſitis porro literis.

CAP. VII.

VERS. 3. *Et offerebant principes, ſex* עֶגְלֹת צָב *plauſtra camerata, vel operta.* quæ abſolutè צַבִּים dicuntur Eſa. 66. 21. & diſtincta ab equis & curribus, colliguntur fuiſſe vehicula quædam ſingularia, quas lecticas dicimus, Gallicè *lictiere.* Cur autem צב *camerationem* vel *operimentum* vertant neſcio, niſi quod ſic conjectarint viri eruditi. In lingua enim Hebræa nihil eſt quod id firmet. In Æthiopica autem צבב eſt *anguſtus*, Matth. 7. 13. Hinc עֶגְלֹת צָב, & abſolutè צַבִּים dici poſſunt *plauſtra anguſtiæ*, ſeu anguſta plauſtra, uni homini deportando adaptata, quales ſunt lecticæ principum. unde & hîc apud Moſen plauſtra illa Principibus tribuuntur.

CAP. IX.

VERS. 20. וְיֵשׁ אֲשֶׁר יִהְיֶה הֶעָנָן עַל הַמִּשְׁכָּן יָמִים מִסְפָּר Video apud Interpretes paſſim verti, *Et quando eſſet nubes diebus paucis* (vel *diebus aliquot*) *ſuper tabernaculum*, Non repugno. quum certum ſit מִסְפָּר ſæpe paucitatem denotare. ſed ſcrupulum non nihil movet, quod in ea conſtructione antecedens nomen formam regiminis habere ſoleat. ut מְתֵי מִסְפָּר *viri pauci* Gen. 34. 29. Deut. 4. 27. אַנְשֵׁי מִסְפָּר *homines pauci* Ezech. 12. שְׁנוֹת מִסְפָּר *anni pauci* Job. 16. 22. Ita hîc dicendum erat יְמֵי מִסְפָּר *dies numeri*, id eſt, pauci. at יָמִים מִסְפָּר ſicut alia eſt conſtructio, ita & aliud denotare arbitror. nempe יָמִים hîc *annum* denotare, ut abſque ullo dubio infra v. 22. ubi de eadem hac materia agitur, & dicitur nubes morata ſuper tabernaculum, אוֹ יֹמַיִם אוֹ חֹדֶשׁ אוֹ יָמִים *aut biduum, aut menſem, aut annum.* & יָמִים מִסְפָּר eſſe conſtructionem, qualis eſt in שְׁנָתַיִם יָמִים 2 Sam. 14. pro בְּיָמִים *duos annos in* vel *cum diebus*, id eſt duos annos integros, omnibus ſuis diebus conſtantes. ita hîc יָמִים מִסְפָּר pro בְּמִסְפָּר *annum in numero*, vel *cum numero* id eſt annum integrum, toto ſuo numero conſtantem. Aliter Chaldaica Paraprasis quæ Jonathani tribuitur, cujus non poſſum verba non recenſere, ואית זמן דהוי ענן יקרא יומין דמנין הנון שבעתי יומי שבעתא על משכנא: id eſt, *Et erat tempus, quod fuit nubes gloriæ diebus numeri (illi ſunt ſeptem dies ſeptimanæ) ſuper tabernaculum.* Per dies ergo numeri intellexit tot dies, quot ſimplici numero perfecto continentur; ſunt autem illi nec plures nec pauciores ſeptem: nam infra ſeptem non eſt completus dierum numerus. ultra ſeptem non eſt ſimplex numerus, ſed repetuntur dies Septimanæ. pro וְיֵשׁ אֲשֶׁר יִהְיֶה rectè vertas, *& aliquando erat*, ad verbum, *& erat quod eſſet*, id eſt interdum erat. Sic Onkelus ואית דהוי, quod uſitatiſſima Chaldæis phraſi ſignificat, *& aliquando fuit.* plenius autem Jonathan ואית זמן דהוי *& erat tempus quod eſſet.*

CAP. XI.

VERS. 1. וַיְהִי הָעָם כְּמִתְאֹנְנִים *Et factus eſt populus ſicut qui interno cum dolore gemunt.* Sic enim in Miſnah Sanhedr. c. 6. §. 6. diſtinguuntur inter ſe מתאבלין ואוננין, quod illi ſint qui externis veſtium geſtuumque ſignis luctum produnt, hi qui in corde premunt. שאין אנינות אלא בלב, *quia luctus ille qui dicitur* אנינות *non eſt niſi in corde.*

CAP.

Cap. XII.

Vers. 1. Dicitur Moses duxisse אֵשֶׁת הַכּוּשִׁית *uxorem Æthiopissam.* Quod doctissimi Hebræorum referunt ad Sipporam Midianitidem, quam sic dictam volunt, quod Midianitarum regio Æthiopiæ Orientali vicina esset. ubi per Æthiopiam Orientalem non videntur intellexisse Æthiopiam in Oriente sitam, sed ejus quæ in Africa sita est Orientalem plagam. quæ tamen ipsa vicina Midianitidi non erat, quum Ægyptus interjaceret. At dubium non est, quin & Oriens suos habuerit Æthiopas. sic enim Herodotus in Polymnia fol. ed. H. St. 258. Τῶν μὲν δὴ ὑπὲρ Αἰγύπτου Αἰθιόπων καὶ Ἀραβίων ἦρχε Ἀρσάμης: οἱ δὲ ἀπ' ἡλίου ἀνατολέων Αἰθίοπες (διξοὶ γὰρ δὴ ἐστρατεύοντο) προσετετάχατο τοῖσι Ἰνδοῖσι, *Æthiopibus quidem qui sunt ultra Ægyptum, & Arabibus præerat Arsames: qui vero ab ortu Solis erant Æthiopes (bifariam enim militabant) ordinati erant cum Indis.* Junguntur Africani Æthiopes cum Arabibus, quippe vicinis. Orientales vero Æthiopes cum Indis, quippe & illis vicinis. quod causæ esse videtur, cur Jer. 13. 23. an mutabit הַכּוּשִׁי *Æthiops* pellem suam? Jonathan verterit הנדואה *Indus.* quia, sicut Midianitis dici potuit Æthiopissa ob vicinitatem cum Æthiopia Africana, sic & Indus dici potuit Æthiops, ob vicinitatem cum Æthiopia Asiatica. Benjamin eam collocare videtur circa fluvium גוזן Gosan in Perside, vel prope Persidem: quum ait, Judæos ad Gosan habitantes in prælium proficisci לארץ כוש *ad terram Æthiopum.* Similiter in Itinerario Eldadi de Danitis refertur, quod in initio regni Jeroboami, cum Judæis pugnare detrectantes, היו עולין בנהר פישון נוסעים על הגמלים וחונים עד שהגיעו לארץ כוש *ascendebant per flumen Phison* (Gangem) *proficiscentes super Camelis & castrametantes donec ad regionem Æthiopum pervenirent.* Sunt qui regionem quæ כות in Scripturis dicitur, unde colonias in Samariam misit Salmanasser, volunt esse כוש Æthiopiam Asiaticam. Hebræorum enim ש mutatur Syris & Chaldæis in ת, ut pro שלש *tres*, תלת. quod ipsum tamen in fine pronuntiatur ut S. Nam & Hebræi תפלות pronunciant tephillos. Sed & idem Benjamin Itinerarii sui Ed. Leydensis pag. 105 Haoulam memorat, quam ait esse תחלת מלכות עובדי השמש והם בני כוש והם חוזין בכוכבים וכלם שחורין *initium regni eorum qui Solem colunt, suntque è posteris Cusch, astrologiæ addicti, omnesque atri.* quantum ex descriptione apparet, videtur Insulam Zeilam innuere in mari Indico.

Vers. 14. יָרֹק יָרַק *spuendo inspuisset.* Recte ajunt viri eruditi convenire cum רקק. alioqui non invenitur amplius in Scriptura. Sed apud Æthiopicum Interpretem, ורק (mutata prima radicali Jod in Vau, quod ut Arabibus, ita & Æthiopibus in more est quale est ורח pro ירח *luna*) pro *spuit* usitatum est. ut Matth. 27. 30. & alibi.

Cap. XIII.

Vers. 17. וַיִּקְרָא מֹשֶׁה לְהוֹשֵׁעַ בִּן־נוּן יְהוֹשֻׁעַ Ridiculum est, quod in Talmud Tractatu Sanhedrim cap. ultimo, legitur, יוד שנטלתי משרי עומד וצווח כמה שנים' עד שבא יהושע והוספתי לו שנא' ויקרא מושה &c. translationem eam factam volunt, ne ulla legis litera periisse videatur. ne jota quidem.

Cap. XIV.

Vers. 13. וַיֹּאמֶר מֹשֶׁה אֶל יְהוָה וְשָׁמְעוּ מִצְרַיִם כִּי הֶעֱלִיתָ בְכֹחֲךָ אֶת הָעָם הַזֶּה מִקִּרְבּוֹ:

Vers. 14. וְאָמְרוּ אֶל יוֹשֵׁב הָאָרֶץ הַזֹּאת שָׁמְעוּ כִּי אַתָּה יי בְּקֶרֶב הָעָם הַזֶּה אֲשֶׁר עַיִן בְּעַיִן נִרְאָה אַתָּה יי וַעֲנָנְךָ עֹמֵד עֲלֵיהֶם וּבְעַמּוּד עָנָן אַתָּה הֹלֵךְ לִפְנֵיהֶם יוֹמָם וּבְעַמּוּד אֵשׁ לָיְלָה:

Vers. 15. וְהֵמַתָּה אֶת הָעָם הַזֶּה כְּאִישׁ אֶחָד וְאָמְרוּ הַגּוֹיִם &c.

Non tam difficilis est horum verborum sensus, quam dispositio & constructio. unde non eodem ab omnibus modo exponuntur. Nos sic capimus, *Et dixit Moses ad Dominum: audient Ægyptii, (quia adscendere fecisti robore tuo populum hunc è medio eorum)* vers. 14. *Et dicent ad habitatores terræ hujus, audivisse se, te Dominum in medio populi hujus eum fuisse, qui oculo ad oculum conspectus fuit, te Dominum & nubem tuam stetisse supra eos, & in columna nubis ivisse te ante eos interdiu, & in columna ignis noctu:* vers. 15. *Et interfecisse te populum hunc, tanquam virum unum. Et dicent* (vel quare dicent) *gentes* &c. נִרְאָה Benoni esse pro נִרְאָה vult R. D. K. alius præteriti tertiam personam pro secunda. alii subintelligi כְּבוֹדְךָ *gloria tua.* sed nihil horum necesse est, si quam adhibuimus interpretationem, quam præce-

præcedens אֲשֶׁר satis arguit, sequamur. porro וְאָמְרוּ שָׁמְעוּ *dicent audiverunt*, pro *dicent audivisse*, phrasi non insolenti, nec admodum obscura.

VERS. 44. וַיַּעְפִּלוּ לַעֲלוֹת אֶל רֹאשׁ הָהָר Pagninus, *& conati sunt ascendere.* Vatablus, *& corroboraverunt* (nempe cor suum) *ad ascendendum.* nescio qua uterque authoritate. Junius, *& contenderunt in altum ut ascenderent.* à nomine עֹפֶל, quod *clivum* significare creditur. Nos recurrimus ad linguam Arabicam, ubi غفل עָפַל significat proprie, *mentem à re aliqua aut persona avertere, subducere & subtrahere.* hinc *negligere, parvi facere, contemnere.* Hinc vertimus, *At neglexistis* (nempe monitum supra vobis datum) *ascendendo in verticem montis.* idem prorsus est quod Deut. 1. 41. וַתָּהִינוּ לַעֲלֹת הָהָרָה. vide notas nostras in eum locum. neque aliter accipimus illud Habac. 2. 4. הִנֵּה עֻפְּלָה לֹא יָשְׁרָה נַפְשׁוֹ בּוֹ vide & in istum locum observationes nostras.

CAP. XVI.

VERS. 1. קֹרַח hîc dicitur nepos קְהָת. Hinc orta fabula, fuisse hunc capite calvum, quia קָרְחָה *calvitiem* significat. quodque parentibus dentes hebetarit, à קָהָה *stupefecit.* vide in Sanhedr. cap. ultimo. ubi porro factum hoc Korachi jam detestandum fuisse dicitur, ut narrent, עלו שמש וירח לזבול' אמרו לפניו' רבונו של עולם' אם אתה עושה דין לבן עמרם נצא' ואם לאו לא נצא' עד שזורק בהם חיצים: *Ascenderunt Sol & Luna in habitaculum* (Dei) *dixeruntque coram eo: Domine mundi, si facis judicium filio Amram* (Mosi) *exibimus. sin minus, non exibimus, donec dispergas in eos sagittas.*

VERS. 14. *An oculos hominum illorum* תְּנַקֵּר *effodies?* Matth. 18. 9. μονόφθαλμος Æthiopicus Interpres habet נקיר.

CAP. XVII.

VERS. 13. כֹּל הַקָּרֵב הַקָּרֵב אֶל מִשְׁכַּן יְהוָה יָמוּת הַאִם תַּמְנוּ לִגְוֹעַ: Quidam volunt הַאִם poni pro הֲלֹא & vertunt, *an non consumpti sumus expirando?* alii pro simplici *an* capiunt, vel *nunquid. nunquid consumemur expirando?* nos ad majorem emphasin iterari interrogationem putamus, an an consumemur expirando? Belgicè, **sullen/ sullen wy alle sterbende vergaen?** sicut Job. 6. 14. הַאִם אֵין עֶזְרָתִי בִי, *an an non est auxilium meum penes me?* vel potius אִם hîc valet *certe.* ut alibi sæpe. vide quæ annotavimus ad Jer. 31. 20.

CAP. XX.

VERS. 19. רַק אֵין דָּבָר בְּרַגְלַי אֶעֱבֹרָה Verto, *Profecto non est verbum, pedibus meis transibo.* id est, quod promitto, non est verbum, non in verbo consistit, sed re ipsa præstabo. transibo terram tuam pedibus meis, sine mora, sine nocumento. vel, *solummodo non est verbum,* id est, non verbum modo est, quod dico, sed re comprobabo. דָּבָר hîc est, quod דְּבַר שְׂפָתַיִם 2 Reg. 18. 20.

CAP. XXIII.

VERS. 3. *Dixit autem Balaam ad Balac: Consiste apud holocaustum tuum, & ibo; si forte occurrat Jehovah in occursum mihi: & quicquid ostenderit mihi, nunciabo tibi.* וַיֵּלֶךְ שֶׁפִי. Quidam secuti Onkelum vertunt, *Et ivit solus.* alii, *& ivit fracto vel mærenti animo.* Quod Rabbi Jehudæ tribuit Kimchi in libro Radicum, ex שֻׁפּוּ עַצְמוֹתָיו *confracta sunt ossa ejus*, Job. 33. 21. Vulgatus *velociter.* Kimchi, quem Junius aliique plurimi sequuntur, *& ivit in clivum.* Nos contra, *in vallem*, seu *planiciem.* Cum enim à Balaco in locum excelsum seu montem esset constitutus, ubi sacrificium paraverat, ut liquet ex cap. præced. vers. 41. res ipsa postulat, ut abiturus inde in occursum Domino, in vallem abiisse dicatur. Favet huic interpretationi lingua Syriaca, ubi שְׁפָיָא est *planities.* שַׁפִּי *complanavit.* שְׁפִיָא *planus, æqualis, rectus.* hinc Luc. 3. 5. pro *& erunt tortuosa* εἰς ὁδοὺς λείας? *in viam rectam*, Syrus habet לַשְׁפִיָא, quod apud Esa. 40. 4. est לְמִישׁוֹר *in rectum planumque locum.* Hinc LXX. וַיֵּלֶךְ שֶׁפִי vertunt, καὶ ἐπορεύθη εὐθεῖαν *& profectus est rectâ*, rectâ viâ, plana via. Quin & David de Pomis in Dictionario suo tradit, apud Rabbinos שָׁפָה esse קלקל *lævigare.* & שפוי esse שוה *æquale.* Neque hîc tantum, sed & alibi plurale שְׁפָיִים, quod ex conjectura magis, quam ex certa vocis significatione, *clivos & loca eminentia* vertunt, planities ac convalles rectè verti existimo. vide quæ annotamus

ad Esa. 41. 18. Et 49. 9. Jerem. 4. 11. & alibi.

CAP. XXVI.

VERS. 21. Sicut Hezron & Hamul filii Pheres, nepotes Judæ, abnepotes Jacobi, soli inter omnes ejus abnepotes referuntur in numerum 70. animarum, quæ è femore Jacobi egressæ, cum eo in Ægyptum intrarunt, Gen. 46. vers. 12. etsi iidem illi, ut ex serie temporum liquido colligi potest, nondum nati essent, nempe, ut supplerent locum duorum nepotum Jacobi, filiorum Judæ Er & Onan, jam defunctorum. Ita & hîc quum in reliquis tribubus, veluti Rubenis, Simeonis, &c. non nepotes sed soli filii constituant Principes familiarum, in sola tribu Judæ, non modo filii ejus Sela, Pheres & Zerah, sed & nepotes ex Pheres Hesron & Hamul Principes familiarum Judæ constituuntur, quippe filiis ejus accensiti.

CAP. XXXII.

VERS. 41. וַיִּלְכֹּד אֶת־חַוֹּתֵיהֶם *& cepit villas eorum.* apud Arabes حَيّ חַי, vel cum articulo ٱلْحَيّ est vicus tuguriorum, in orbem quasi castra dispositorum, ubi simul degunt, præsertim qui ejusdem sunt familiæ. Ita enim solent singulæ pene Arabum majores familiæ singulos vicos constituere. Unde & pro tribu seu familia, ejusmodi vicum habitante sibique vindicante, accipitur. Sicut & apud Hebræos חַיָּה pro *cætu & caterva* sumitur. Utramque significationem exhibet Tograi in hoc disticho

إِنِّي أُرِيدُ طُرُوقَ ٱلْحَيِّ مِنْ إِضَمٍ
وَقَدْ حَمَاهُ رُمَاةُ ٱلْحَيِّ مِنْ ثُعَلِ

Utique ego peto vias pagi Edomitici,
Quem jam dudum defenderunt sagittarii familiæ ex filiis Tuel.

non dubium est, quin idem hîc sit חַוָּה.

ANIMADVERSIONES

In loca difficiliora

DEUTERONOMII.

CAP. I. VERS. 41.

וַתָּהִינוּ לַעֲלוֹת הָהָרָה. Verto, *Et facile duxistis ascendere in montem.* vel faciles vos præbuistis. quod non male Pagninus, *Et parati fuistis.* sensus est, quasi nulla in eo esset difficultas, promptissimos vos ostendistis. Confirmat id lingua Arabica, ubi verbum quiescens media vau הָוַן vel הָאן usitatum est pro *facile esse.* nomen הָוֶן quicquid factu vel toleratu facile est. Inde in Proverbiis Ali زَوَالُ ٱلْعِلْمِ أَهْوَنُ مِنْ مَوْتِ ٱلْعُلَمَاءِ *defectus scientiæ toleratu facilior est morte doctorum.* rursus عَارُ ٱلْفَقْرِ أَهْوَنُ مِنْ عَارِ ٱلْغِنَى *opprobrium Paupertatis facilius est opprobrio divitiarum.* Addo tamen, in 4 conjugatione أَهَانَ, quæ Hebræorum Hiphil respondet, usitatum esse hoc verbum pro *vile ducere, spernere, contemnere.* Hinc rectè etiam vertas, *& comtemsistis, ascendendo in montem.* jusserat enim v. præcedenti, ut reversi proficiscerentur rursus in desertum versus mare rubrum. Jam queritur, eos renuisse & contempsisse illud monitum, ascendendo in montem ut pugnarent adversus Amalec, iisque devictis recta pergerent ad terram promissam. confer cum Num. 14. 44.

CAP. III.

VERS. 7. כָּל עִיר מְתִם *Omnem civitatem hominum,* alibi plenè scribitur מְתִים. ut Psal. 17. 14. &c. Singulare apud sacros Scriptores non extat. in lingua autem Æthiopica usitatum est. ut Mat. 1. 19. Ἰωσὴφ ὁ ἀνὴρ αὐτῆς, Æthiopicus Interpres יוֹסֵף מְתָה.

VERS. 17. תַּחַת אַשְׁדֹּת הַפִּסְגָּה מִזְרָחָה. Varias in loci hujus denominationem sententias examinare non lubet. sed solummodo an ex Benjaminis Itinerario locus hic lucem quandam accipere queat, quod vir quidam doctissimus sentit. Verba ejus sunt ומשם ה' פרסאות לטיבריה היושבת על הירדן הנקרא ים כנרת ושם נופל הירדן ושופך ים המלח אל ארץ הככר והוא המקום הנקרא אשדות הפסגה ונופל בים סדום הוא ים המלח:, id est, *hinc* (sc. Sipuriâ) *quinque confectis parasangis Tiberiadem veni, Iardeni imminentem, ubi Iarden dicitur mare Genezareth, magnoque fluens impetu effundit mare salis in terram planitiei. Hic est locus qui alias dicitur decursus collis. nam egressus Iarden irruit in mare Sodomæ sive mare salis.* At magna hîc est sacræ historiæ ignorantia. Nam 1. Moses hoc versu tradit, אשדות הפסגה *decursus collis* contineri in גְּבוּל מִכִּנֶּרֶת וְעַד יָם הַמֶּלַח

הָעֲרָבָה יָם הַמֶּלַח *tractu à mari Genezareth ad mare planitei, quod eſt mare ſalſum.* ſic ut inter ſtagnum Genezareth & mare ſalſum decurſus collis interjaceant. At contra inter Tiberiadem & mare ſalſum ſtagnum Genezareth interjacet. Ergo decurſus collis non ſunt ad Tiberiadem. 2. Moſes dicit decurſus collis eſſe מִכִּנֶּרֶת מִזְרָחָה *à ſtagno Genezaret Orientem verſus.* at Tiberias eſt ad Occidentem ejuſdem ſtagni. 3. Moſes docet Decurſus collis fuiſſe Amorrhæorum. Tiberias autem fuit in terra Canaan. 4. Decurſus collis, ut ex Moſe liquet, & ex Joſ. 13. 20. dati fuerunt Rubenitis in hæreditatem עבר הירדן *trans Jordanem.* Tiberias autem pertinuit ad tribum Zebulon cis Jordanem. Aſſentior ergo potius Mappæ Judaicæ, quæ אשדות הפסגה facit urbem trans Jordanem inter Genezareth & mare ſalſum, ſupra ערבות מואב *campeſtria Moab,* inter duos montes ראש הפסגה & ראש הפעור. quum enim אֲשֵׁדוֹת *Declivia &* עֲרָבָה *planities* paſſim inter ſe opponantur, mons autem ille ex quo Moſes univerſam terram promiſſam proſpexit פִּסְגָּה dicatur, non immerito ſtatuitur, אשדות הפסגה eſſe declivitates montis Piſga. eſt autem mons iſte בִּשְׂדֵה מוֹאָב *in in agro Moab,* Num. 21. 20. juxta Peor. Deut. 3. 27. 29. unde profecti ſunt in campeſtria Moab, Num. 22. 1. videnturque ea loca inter ea eſſe, quæ Amorrhæi Moabitis ademerant, Num. 21. 28, 29. Moſes deinde Amorrhæis.

Cap. VI.

Vers. 4. שמע ישראל &c. De hoc legitur in libro precum Judaicarum, אשרינו שאנו משכימים ומעריבים ערב ובוקר ואומרים פעמים בכל יום שמע ישראל יי״ אלהינו יי״ אחד *Beati nos, qui mane & veſperi dicimus bis quotidie, Audi Iſraël, Dominus Deus noſter Dominus unus eſt.* Ob hanc confeſſionem gloriantur, ſe eſſe אום המיחדים שמו, *gentem quæ nomen Dei unicum faciat,* vel unicum prædicet: quia nempe abnegata Deorum pluralitate, cujus criminis & nos Chriſtianos falſò inſimulant, bis de die canunt, *Dominus Deus noſter Dominus unus eſt.*

Vers. 7. וְשִׁנַּנְתָּם לְבָנֶיךָ *& acues ea filiis tuis,* ſicut חדד, quod Hebræis *acuere* ſignificat, Arabibus valet *cudere*, ita & שנן, quod Hebræis pariter & Arabibus *acuere* valet, pro *cudere* quoque apud Arabes ſumitur, quia cudendo ferrum acuitur. ut in illo proverbio سن الحديد بينما هو حمي *acue* (id eſt cude) *dum calet, ferrum.* Sicut ergo cudere eſt, crebris mallei ictibus ferrum adaptare, ita hic ſenſus eſt, crebis admonitionum quaſi ictibus hæc mea præcepta aptabis & infiges tuis liberis, rectè igitur hoc verbo, התמדה id eſt *jugem actionem* denotari volunt Hebræi. verum metaphora deſumpta, non à crebra actione qua gladius ad cotem acuitur, ut plerique volunt, ſed qua repetitis mallei ictibus ferrum aptatur.

Vers. 5. *Et diliges Dom. Deum tuum* בְּכָל־לְבָבְךָ וּבְכָל־נַפְשְׁךָ וּבְכָל־מְאֹדֶךָ: *in omni corde tuo, & in omni anima tua, & in omnibus viribus tuis.* Id Talmudici in miſnah titulo Berachoth cap. 9. ſic interpretantur, בְּכָל־לְבָבְךָ בשני יצריך ביצר טוב וביצר רע. וּבְכָל־נַפְשְׁךָ אפילו הוא נוטל את נפשך: וּבְכָל־מְאֹדֶךָ בכל ממונך: דבר אחר בכל מאדך בכל מדה ומדה שהוא מודד לך הוי מודה לו במאד מאד: id eſt, *In omni corde tuo, ſignificat utraque tua concupiſcentia, bonâ & mala. Et in omni anima tua, id eſt, etſi Deus auferret tibi animam tuam. Et in omnibus viribus tuis, id eſt, omnibus opibus tuis. aut alio ſenſu, quamcunque tibi menſuram admetiatur, gratias ei age maximopere.* Hinc colligunt, חייב אדם לברך על הרעה כשם שהוא מברך אל הטובה: *debere hominem benedicere Deo ob malum, non aliter quam ob bonum.*

Vers. 16. *Non tentabis Dominum &c.* Id R. Mikotſi exponit, שלא יאמר אדם אעשה מצוה זו ואראה אם אתברך ולא יהיה אדם כעבדים המשמשין את הרב על מנת לקבל פרס ואם לא יקבלו פרס מתחרטין: id eſt, *non oportere ut quiſquam dicat, Faciam præceptum hoc, & videbo an benedictio mihi inde futura ſit neque enim decet eſſe hominem ſervorum inſtar qui ſerviunt ea lege ut mercedem conſequantur, quam ſi non obtinent, pœnitentia ducuntur.*

Vers. 21. *Et eduxit nos Dominus manu forti.* Quum hæc verba nocte Paſchali in Haggadah ſua referunt Judæi, ſic in ea commentantur: ויוציאנו יי״ ממצרים לא על ידי מלאך לא על ידי שרף ולא על ידי שליח אלא הקב״ה בכבודו שנאמר ועברתי בארץ מצרים בלילה הזה והכיתי כל בכור בארץ מצרים מאדם ועד בהמה ובכל אלהי מצרים אעשה שפטים אני יי״: *Et eduxit nos Dominus ex Ægypto, non per manus Angeli, neque manus Seraphi, neque per manus Legati, ſed*

ipse Deus gloriâ suâ. sic enim legitur, Exod. 12. 12. *Transibo per terram Ægypti nocte hac, & percutiam omnem primogenitum in terra Ægypti ab homine ad brutum, & in omnes Deos Ægypti exercebo judicia, Ego Dominus.* Laudamus hanc Judæorum sententiam. cui tamen repugnare videntur illa Numer. 20. 16. *Misit Angelum, & eduxit nos ex Ægypto.* At nos ea facile conciliamus, qui Angelum hunc unigenitum Dei filium, D. nostrum Jesum Christum fuisse ex Apostolo 1. Cor. 10. didicimus. qui cum sit verus Jehovah, rectè Iehovah per se ipsum, suamque gloriam Israëlitas ex Ægypto eduxisse dicitur. Quod autem additur ביד חזקה *manu forti,* ובזרוע נטויה *& brachio extenso,* prius referunt ibidem ad pestem, quam Deus immisit Ægyptiis, alterum ad gladium quo primogenitos interemit. Manus enim Domini ad pestem refertur Exod. 9. v. 3. Brachium extensum ad gladium 1 Par. 21. v. 17.

Cap. VIII.

Vers. 8. *Terram frumenti & hordei & vitis & ficus & malogranati, terram olivæ olei,* וּדְבָשׁ *& mellis.* Maimonides tract. ברכות c. 8. explicat, ודבש זה הוא דבש תמרים *mel hoc est mel dactylorum.* Vult enim septem מינין species terrâ nascentium eo versu recenseri, quò mel apum referri nequit. sic 2. Par. 31. 5. dicuntur filii Israël multiplicasse primitias frumenti, vini, olei, וּדְבָשׁ *& mellis.* Intelligunt Hebræi omnes mellis palmarum sive dactylorum. quò pertinet id quod Cl. Erpenius ad Proverbiorum Arabic. Centuriam 1. pr. 40. annotavit, Medicos Arabes *mel dactylorum* absolute דבש دبس vocare.

Cap. XII.

Vers. 32. לֹא תֹסֵף עָלָיו וְלֹא תִגְרַע מִמֶּנּוּ Numerant Hebræi 248. præcepta affirmativa, 365. negativa, quæ Mosi in monte Sinai tradita affirmant. His alia quædam deinde accessisse ajunt à Prophetis & Sapientibus instituta, de quibus, & quomodo pro additamento legis habenda non sint, vide in Maimonidis Misnah Thorah, statim post enumerata præcepta.

Cap. XXI.

Vers. 18. שֹׁפְטִים וְשֹׁטְרִים תִּתֶּן־לְךָ. *Judices & præfectos statues tibi in omnibus civitatibus tuis.* Hanc legem Josephus sic explicat: *Imperent in singulis civitatibus septemviri, virtute & justitiæ studio eminentes. unicuique vero Principi duoviri ministri dentur ex tribu Levi.* Septemviri illi erant שופטים *Judices,* ministri illi duo שוטרים, præfecti, quasi satellites, qui causas ad Judices deferrent, & sententias Judicum exequerentur. Lxx. vocant γραμματοεισαγωγεῖς, de quibus quid conjectet Augustinus, vide de civit. Dei l. 18. cap. 39. videntur fuisse introductores litium & causarum. de quibus vide Sigonium de Rep. Hebr. l. 7. cap. 7. qui etiam duos illos ministros, quosque cuique Principi datos voluit Josephus, existimat fuisse Scribas, quos ex tribu Levi desumptos fuisse patet ex 1 Paral.

Cap. XX.

Vers. 19. וְאֹתוֹ לֹא תִכְרֹת כִּי הָאָדָם עֵץ הַשָּׂדֶה לָבֹא מִפָּנֶיךָ בַּמָּצוֹר: Difficilis locus est, quique Interpretes mire torquet. non pigebit nostram etiam adferre conjecturam, quam tamen nemini probatam volumus. sic vertimus. *Et eam non succides: quia, ô homo, arborem agri oportet venire à conspectu tuo in obsidionem.* causas reddit, cur arbores quæ extra urbem sunt succidi non debeant. prima fuit, quia edere inde, adeoque vivere oporteat. altera jam est: quia instar hostium resistere atque oppugnare ipsos nequeunt, sed cum extra urbem in agris sint, statim ab ipso conspectu ipsorum veniunt, imo necesse est veniant in obsidionem. ל in לָבֹא sumo, sicut Esth. 9. 1. וְדָתוֹ לְהֵעָשׂוֹת *& legem ejus fieri oportet.* Et Psal. 62. 10. בְּמֹאזְנַיִם לַעֲלוֹת הֵמָּה מֵהֶבֶל יָחַד *in statera oportet adscendere eos præ vanitate pariter.* Hebraismus est usitatissimus. porro ה in הָאָדָם est quale in הָאוֹיֵב תַּמּוּ חֳרָבוֹת לָנֶצַח, *ô inimice, finitæ sunt desolationes in æternum.* Psal. 9. 7. ad quod R. D. Kimchi ההה״א ה״א הקריאה *He illud est he vocativum.*

Cap. XXI.

Vers. 3. *Vaccam, qua non factum est opus,* אֲשֶׁר לֹא מָשְׁכָה בְּעֹל verto, *quæ non ivit in jugo.* qui plura vult de hoc usu verbi משך, videat quæ annotavimus ad Jerem. 5. 8. plene legimus apud R. S. Jarchi ad Prov. 22. 25. ubi ait, משוך את עצמך אלבית המדרש *trahe*

trahe te ipſum (i. transfer te, ito) *ad ſacram ſcholam.*

VERS. 13. וּבְעַלְתָּהּ *& ages viri munus erga eam.* In lingua Æthiopica בעל *nuptiæ* ſunt Matth. 13. 22. Et 22. 8.

VERS. 17. Nam primogenitum filium exoſæ agnoſcet, ut det ei פִּי שְׁנַיִם בְּכֹל אֲשֶׁר יִמָּצֵא לוֹ *portionem duplicem in omni quod invenietur ei.* Intelligitur autem de bonis non maternis, ſed paternis tantum: iiſque tempore mortis à patre poſſeſſis, non autem poſt mortem hæreditate aut alia ratione poſſidendis. deque iis quæ moriens in poteſtate ſua habebat, non autem quæ aliorum fidei commiſſa eſſent. vide apud Joh. Seldenum de Succeſſionibus ad leges Ebræorum cap. 6. Quia autem cauſa hujus prærogativæ erat, כִּי הוּא רֵאשִׁית אוֹנוֹ *Quia ipſe erat principium virtutis ejus*, videndum diligenter, quinam hîc primogeniti haberentur. neque enim quicunque primogeniti eſſent ratione ſanctitatis, qua Deo à nativitate conſecrati, pretio redimendi erant, iidem quoque ratione prærogativæ duplicis portionis primogeniti cenſebantur. vide ibid. cap. 7. Pertinetque jus duplicis portionis ad ſolos filios, non filias. niſi neptis ſit ex filio primogenito defuncto, illa enim in patris hæreditatem ſuccedit. Ibid. cap. 8.

CAP. XXII.

VERS. 9. לֹא תִזְרַע כַּרְמְךָ כִּלְאָיִם פֶּן תִּקְדַּשׁ הַמְלֵאָה הַזֶּרַע אֲשֶׁר תִּזְרַע וּתְבוּאַת הַכָּרֶם׃ Obſcurus revera locus eſt, quem ſic explicamus. *Ne conſerito vineam tuam duobus generibus: ne ſanctum ſit plenum illud* (totum, univerſum illud, quicquid in illo ſemente eſt) *tum ſemen quod ſeris, tum proventus vineæ.* Debebant enim omnium frugum primitiæ Deo offerri, quæ confuſis ſpeciebus offerri non poterant. Erat autem tota meſſis, tota vindemia, הַמְלֵאָה *plena*, quanta quanta erat, ſoli Deo ſancta, nec cuiquam inde frui licebat donec primitiæ ac decimæ oblatæ eſſent: poſt quarum demum oblationem communis populo fiebat frugum uſurpatio. Itaque ſenſum non intervertit Chaldæus, quique eum ſunt ſecuti, quum פֶּן תִּקְדַּשׁ verterunt, *ne polluatur*, quod enim ſoli Deo ſanctum erat, pollutum erat populo: nec prius populo ſanctificabatur, quam permiſſu Dei communis ejus uſus factus eſſet.

VERS. 26. *Nam quemadmodum inſurgat quis in proximum ſuum*, וּרְצָחוֹ נֶפֶשׁ *& occiderit eum anima, ſic eſt res hæc.* Hinc apud Maimonidem in יסודי התורה cap. 5. עריות הוקשו לנפשות *ſtupra & inceſtus accomparantur animabus.* id eſt, qui ſtuprum intulit, perinde fecit atque ſi quem vita orbaverit.

CAP. XXIII.

VERS. 2. *Non ingrediatur* מַמְזֵר *in cætum Domini.* quid ממזר ſit, vide apud Seldenum de Succeſſionibus p. 13.

CAP. XXIV.

VERS. 10. *Non intrabis domum ejus* לַעֲבֹט עֲבֹטוֹ verti ſolet, *ut capias pignus ejus.* Malim *ut oppigneretur pignus ejus.* etſi ſenſus ſit idem. hoc tantum moneo, עבט in Kal eſſe intranſitivum, ut ex Deut. 15. 6. liquet. in hiphil fit tranſitivum, ut ex eodem loco apparet. quomodo autem hæc ſignificatio cum angariandi ſignificatione, quam verbum hoc in lingua Æthiopica obtinet, conveniat, vide ad Joël. 2. 7.

CAP. XXVI.

VERS. 17. אַתָּה אֶת־יְהוָה הֶאֱמַרְתָּ הַיּוֹם. Item v. 18. וַיהוָה הֶאֱמִירְךָ הַיּוֹם. Non repeto quæ ad hunc locum alii attulêre. Moneo tantum, in lingua Æthiopica אמר eſſe *ſcire, noſſe.* ut Matth. 6. 32. Et 7. 23. Et 9. 13. & alibi. In tranſitiva conjugatione, *fecit ſcire, docuit, ſignificavit, profeſſus eſt.* unde & תאמרת *ſignum*, Matth. 12. 38. non malè ea hîc quadrat ſignificatio, *Tu Jehovam profeſſus es hodie, quod ſit tibi in Deum, quodque iturus ſis in viis ejus* &c. *Et Jehova profeſſus eſt te hodie, quod ſis ei in populum peculii*, &c. Sic in verſione Æthiopica Matth. 7. 23. pro τότε ὁμολογήσω αὐτοῖς, legitur אאמרומו *profitebor ipſis*, Nunquam novi vos.

CAP. XXVIII.

VERS. 62. וְנִשְׁאַרְתֶּם בִּמְתֵי מְעָט Præ omnibus placet vulgatus, qui vertit, *Et remanebitis pauci numero.* ad verbum *viri paucitatis.* rectè per nominativum vertit. ב enim ſæpe pleonaſticè nominativum denotare, vel ſeptem aliis locis probamus in notis ad Pſal. 68. verſ. 5. ad Eſa. 26. 4. Et c. 40. 10. ut & ex Arabica lingua.

Vers. 40. זֵיתִים יִהְיוּ לְךָ בְּכָל גְּבוּלֶךָ וְשֶׁמֶן לֹא תָסוּךְ כִּי יִשַּׁל זֵיתֶךָ Volunt omnes יִשַּׁל esse fut. Kal. à נָשַׁל. ac vertunt plerique, *quia defluet oliva tua.* sic etiam Onkelos, ארי יתרון זיתך *quia defluent oleæ tuæ.* Arabs eodem modo. quia autem נָשַׁל passim transitivum est, maluit Junius & alii ellipticam esse orationem, & vertunt, *quia dejiciet oleas oliva tua.* at quidni יִשַּׁל possit esse fut. Niphal, à themate שָׁלַל *spoliavit*, sicut יִסַּב à סָבַב? ut vertatur, *quia spoliabitur oliva tua.*

Cap. XXIX.

Vers. 18. *Ne forte sit inter vos vir, aut mulier, aut familia, aut tribus.* Familia מִשְׁפָּחָה dicitur unde autem sic denominetur, ex Hebræa lingua sciri nequit, ubi radix est inusitata. In Æthiopicâ usitatissimum verbum est שפח pro *extendere.* Matth. 8, 3. שפחת פנות εὐρύχωρος ὁδὸς *spatiosa, extensa via*, Matth. 7. 13. hinc משפחה *familia*, quasi è viro & muliere prima generis extensio. quamobrem & hîc apud Mosem virum ac mulierem excipit familia, familiam tribus.

Vers. 19. לְמַעַן סְפוֹת הָרָוָה אֶת הַצְּמֵאָה Quia adjectiva sunt הָרָוָה & הַצְּמֵאָה videtur substantivum aliquod subintelligendum. dispiciant eruditi, an non commodè subintelligi possit ארץ terra. ut הָרָוָה sit *terra irrigua.* idem quod הָרְוָיָה Psal. 66. 12. & הַצְּמֵאָה *terra siticulosa & arida.* quæ vocatur אֶרֶץ צִיָּה וְצָמָא Ezech. 19. 13. notum autem est passim in S. S. animum miserum anxiumque & consolationis avidum conferri cum אֶרֶץ עֲיֵפָה, *terra sitiente* Psal. 143. 6. quod idem est quod הַצְּמֵאָה. contra felicem, lætum, & solatio abundantem cum גַּן רָוֶה *horto irriguo*, Jerem. 31. 12. Hinc natum possit esse proverbium, *Addere irriguam cum siticulosa*, id est dolorem gaudio, metum spe, anxietatem solatio aliquo temperare. Id huic loco apprime videtur appositum. Minabatur Deus profanis peccatoribus magnam malorum congeriem, ac uno verbo הָאָלָה *execrationem.* id eos tristes, sollicitos, anxios, egentes reddebat, verè similes terræ aridæ & sitienti. cui malo ut mederentur, fingebant aliquod solatium, dicentes שָׁלוֹם יִהְיֶה לִי *pax erit mihi.* cui persuasioni cum fidem adhiberent, fiebant instar terræ irriguæ. Hoc, inquit Deus, si quis fecerit, *Si quis, ubi audit verba execrationis hujus, benedixerit sibi in corde suo, dicens, pax erit mihi quando in malitia cordis mei ambulo, ut addat irriguam cum siticulosa,* id est ut animum suum minis meis miserum persuasione pacis soletur ac confirmet, *nolet ei Deus parcere*, &c. Quod si tamen הָרָוָה & הַצְּמֵאָה sunt adjectiva, per Enallagen posita pro substantivis abstractis, verti posset ad verbum, *Ut addat ebria sitientem.* quod Vulgatus dixit, *Ut assumat ebria sitientem*, id est ebrietas sitim. Nolo sensum esse, ut addatur ebrietas siti, sed sitis ebrietati. si quis enim adeo sit ebrietati addictus, ut quum potus restinguere debeat sitim, jam bene ebrius cupiat addi sibi sitim, quo magis detur potare, is revera desperatus potator sit dicendus. Ita, inquit Deus, si quis jam abundans & quasi ebrius peccatis, minisque meis obrutus, pacem sibi tamen persuadeat, quo avidius peccet, & novam peccandi sitim addat præcedenti ebrietati, is desperatæ est malitiæ, cui misericors esse non potero. Non addo hîc Chaldæi Interpretis sententiam, quia alienior videtur. Arabis præterire nequeo, qui vertit سلام يكون لي لان في حساب قلبي انا امضي بسبب ان ازيد الريانة علي العطشانة *pax erit mihi, quia in cogitationibus cordis mei ambulo, ut addam ebrietatem ad sitim.* ספות per primam personam exponit. Mentem ejus esse puto. Non est quod mihi metuam. vivo enim ex animi mei arbitrio, ut non tantum sitim mearum voluptatum expleam, & sed ebrietatem addam, id est, immoderatissimam luxuriam. Magis placet præcedens sententia. Paucis autem visum quoque est exponere cur quod præcedit בִּשְׁרִירוּת לִבִּי non verterim, *in cogitatione cordis mei*, quod præter Chaldæum & Arabem plerique etiam nostrorum faciunt, sed *in malitia*, aut ut Vulgatus, *in pravitate cordis mei.* Lxx. ἐν ἀποπλανήσει τῆς καρδίας μου. alibi tamen per ἐνθύμημα & ἐπιτήδευμα. verterunt. optimè autem Jerem. 11. 8. per σκολιότητι. causæ cur id maxime probem, sunt. Primo, quia non laudo eos qui hoc nomen ad radicem שור *contemplari* referunt, ac propterea שררות vertunt *contemplationem.* forma indicat esse ex geminantibus secundam. Deinde, quia etsi radix שרר usitata non sit in Bibliis, usitatissima tamen est Arabibus, quibus significat *malum esse.* שריר *malus* שרה *malitia.* nec dubium esse potest, quin malitiæ significatio passim locis magis conveniat quam cogitationis. Ita שֹׁרְרַי *hostes mei* apud Davidem, non tam sunt *contemplatores, speculatores, observatores mei*, quam *malitiosi mei*,

mei, qui mihi male volunt, qui se malè erga me gerunt. Fateor tamen, si ex lingua Æthiopica subsidium petere velimus, שרר ibi esse *fundare*, Matth. 7. 25. sicut ergo apud Hebræos à יָסַד *fundavit* fit נוסד *consultavit*, *consilium cepit*, ita à שרר *fundavit* rectè fit שררות *consilium*. quod adeo LXX. Interpres rectè per ἐπιτήδευμα vertissent. nec negari potest, quin *ambulare in consilio cordis* optimum, ubicunque hæc phrasis occurrit, sensum exhibeat.

VERS. 15. עָבִיתָ *incrassatus es*. In lingua Æthiopica significat עבי *superbire*, *elatum esse*, ut Luc. 1. 51. אל יעביו *qui elati sunt*, τοὺς ὑπερηφάνους. in hiphil μεγαλύνειν *magnificare*. Luc. 1. v. 46. ὑψοῦν *exaltare*. Ibid. vers. 52. תעבית ὑπερηφανία Marc. 7. 22.

VERS. 28. גוֹי אֹבַד עֵצוֹת הֵמָּה *gens periens consiliis illi sunt*, fatuitatis arguuntur. cujus explicatio additur, וְאֵין בָּהֶם תְּבוּנָה *neque est in ipsis intelligentia*. ubi non inutile erit monere, אבד in lingua Æthiopica *stultum* denotare. ut Matth. 5. 22. *si quis dixerit* μωρέ *fatue*, Æthiopicus אבד. ita & hîc non malè vertatur, *Gens stulta consiliis hi sunt*, *neque est in ipsis intelligentia*. sic & Jerem. 4. 9. יֹאבַד לֵב הַמֶּלֶךְ *peribit cor regis*, id est stultescet cor regis.

VERS. 36. כִּי יִרְאֶה כִּי אָזְלַת יָד וְאֶפֶס עָצוּר וְעָזוּב non repeto quæ ex Hebræorum Scriptis de עָצוּר & עָזוּב Pagninus in Thes. suo eruditè profert. nec quam variè hæc nostri interpretati sint. quisque quod aptissimum putavit conjectavit potius quam docuit. Non parum fortassis accedet lucis, si quomodo hæc vocabula Arabibus usurpentur explicemus. Ex Lexico Elgeuri habemus אֶלְעֻזָּאב العُزَّاب (אֶל in hac lingua articulum tantum facit, ut ה emphat.) esse اَلَّذِينَ لَا أَزْوَاجَ لَهُم *quibus non sunt conjuges*, dicique de viris & fœminis. Item אַלְעַזַב العَزَب esse اَلَّذِي لَا أَهْلَ لَهُ *cui non est familia*. substantivum esse אַלְעֻזְבָה العُزْبَة vel אַלְעֻזוּבָה العُزُوبَة *celibatus*. & dici aliquem ad tempus תַעַזַּב تَعَزَّب *cælibem fuisse*, qui deinde תַאַהַּל تَأَهَّل *familiam accipit*. Diximus de עָזוּב. huic jam directè opponi עָצוּר, patet ex Camos, qui dicit כַּרִים אַלְעַצַר كَرِيمُ العَصْر esse idem quod كَرِيمُ النَّسَب *venerandus progenie*, qui magnam familiam habet. & אַעְצַר أَعْصَر esse idem quod אַבוּ קַבִילָה ابو قَبِيلَة *pater familias*. Ita & apud Hebræos עָצוּר puto esse, *qui conjugatus familiam habet*. contra עָזוּב *qui cælebs familiam non habet*. nec abeunt hæc longè à significationibus Hebræis. עָצוּר est qui vinculo matrimonii uxori ac liberis astrictus concluditur ac coërcetur intra familiam. ab עָצַר *claudere*, *concludere*, *coërcere*. contra עָזוּב qui nec uxori nec liberis astrictus sibi relinquitur suæque libertati. ab עָזַב relinquere. Sensus ergo loci erit, *quum videbit abiisse potentiam*, *& defecisse conjugatum & cælibem*, vel patrem familias & cælibem. Sic in Libro Regum, *excindam Achabo mingentem ad parietes*, *patremfamilias & cælibem*. bene hæc tria conjunguntur. mingens enim ad parietem, ut 1 Sam. 25, 34. docemus, sunt parvuli. atque ita tribus hisce nominibus comprehenduntur omnes omnis ætatis homines.

CAP. XXXIII.

VERS. 3. וְהֵם תֻּכּוּ לְרַגְלֶךָ: Quam variè hæc exponantur, videre est in Thesauro Pagnini. Plurimi à תָּוֶךְ *medio* derivant, aut certe à radice תָּכָה, sed quæ significationem habeat nominis תָּוֶךְ. unde vertunt, *Et illi medii erunt inter pedes tuos*. vel, ut Junius, *ipsi medii inserantur pedibus tuis*. alii *adjunxerunt se*, vel *conjuncti sunt pedibus suis*. forma conjugationis indicat esse à themate תָּכָה quod etsi alibi in Scriptura non reperiatur, apud Arabes tamen est usitatissimum significatione *accumbendi*, diciturque, de convivis mensæ accumbentibus. Eodem sensu hîc capimus. Non aliter enim discipuli olim accumbebant pedibus doctorum, quam convivæ mensæ. vertimus itaque, *Et illi accubuerunt pedibus tuis*, vel *accumbent*.

CAP. XXXIV.

VERS. 11. וְלֹא קָם נָבִיא עוֹד בְּיִשְׂרָאֵל כְּמֹשֶׁה אֲשֶׁר יְדָעוֹ יְהוָה פָּנִים אֶל פָּנִים: Video omnes Interpretes fere consentire, ut vertant, *quem novit Dominus facie ad faciem*. Itaque repugnare non audeo. veruntamen, quia nihil sin-

singulare est Deum aliquem nosse familiariter: nec alibi, quod sciam, id in Scriptura tribuatur Deo respectu nostri, sed semper nobis respectu Dei, utpote quibus & hoc tanquam summum promittitur beneficium, quod aliquando eum visuri sumus facie ad faciem, non verebimur profiteri, non repugnare phrasin quo minus vertamus, *qui novit Dominum facie ad faciem*: ut affixum in יְדָעוֹ referatur ad sequens substantivum יְהוָה, & sit pleonasticum. quod non tantum apud Chaldæos & Syros ita usitatum est ut nihil magis, sed & in Scriptura non est rarum. ut Exod. 2.6. וַתִּרְאֵהוּ אֶת הַיֶּלֶד *& vidit puerum*. superfluum est הו, relatum ad sequens substantivum. sic Num. 23.22. בְּנוֹ צִפּוֹר *filii Tsippor*, quod aliquoties in ea historia repetitur. Deut. 32.43. וְכִפֶּר אַדְמָתוֹ עַמּוֹ *& expiabit terram populi sui*. ut verterunt Lxx. & vulgatus. Psal. 64. 9. וַיַּכְשִׁילֻהוּ עָלֵימוֹ לְשׁוֹנָם *& impingere facient super se linguam suam*. הו refertur ad sequens לְשׁוֹנָם pleonasticè. ac quod ad locum attinet quem tractamus, Onkelus eo quem dicimus sensu transtulit די אתגלי ליה יי אפין באפין, id est, *cui revelatus est Dominus facie ad faciem*, id est, qui vidit Dominum facie ad faciem.

ANIMADVERSIONES

In loca difficiliora

LIBRI JOSUÆ.

CAP. IV. VERS. 3.

שְׂאוּ־לָכֶם מִזֶּה מִתּוֹךְ הַיַּרְדֵּן מִמַּצַּב רַגְלֵי הַכֹּהֲנִים הָכִין שְׁתֵּים־עֶשְׂרֵה אֲבָנִים. Difficultatem parit Infinitivus הָכִין. Nova versio, in quam commentatus est Vatablus, construit cum præcedenti הכהנים, & vertit, *Tollite vobis hinc, è medio Jarden, è loco ubi stant pedes Sacerdotum præparatorum, duodecim lapides*. Notæ Vatabli ad *præparatorum*, ubi consistunt pede fixo. sic fere Junius, qui connectens cum רגלי הכהנים vertit, *ex ipso loco ubi stant sacerdotum pedes firmi*. Repugnat hisce interpretationibus accentus Zakeph katon in הַכֹּהֲנִים, postulans ut הכין cum sequentibus construatur. Hinc Lxx. ἑτοίμους δώδεκα λίθους, *paratos duodecim lapides*. Vulgatus, *duodecim durissimos lapides*. Malè expresserunt Infinitivum הָכִין, quem vertimus, *rectificando*, vel firmando, *duodecim lapides*, id est, recto firmove, sive exacto numero duodecim, non plures nec pauciores. Belgicè, **essen twaelf steenen**. Gallicè, justement douze pierres.

VERS. 19. וַיַּחֲנוּ בַּגִּלְגָּל בִּקְצֵה מִזְרַח יְרִיחוֹ Vulgatus, *Et castrametati sunt in Gilgalis contra Orientalem plagam Jericho*. Alii, *ad partem Orientalem*. Alii, *in extremitate Orientali*: eodem sensu. Junius, *in extremitate*, ad *Orientem Jericho*. forma constructa in בִּקְצֵה non fert illud comma post *in extremitate*. Ad verbum verto, *In extremitate Orientis Jericho*. ubi *in extremitate* non videtur terminum aut partem terræ denotare, quæ fuerit absolutè Orientalis Jerichunti, sed limitationem seu modificationem ipsius Orientis, ne intelligamus Gilgalem sitam fuisse absoluté ad Orientem Jerichuntis, sed in extrema declinatione Orientalis plagæ, qua desinit in Boream. Liquet enim ex mappa terræ sanctæ, Gilgalem ad Boream magis Jerichuntis quam ad Orientem sitam esse, verè in ea Orientis parte, quæ extrema est ad Boream.

CAP. V.

VERS. 12. וַיִּשְׁבֹּת מָן *Et cessavit man*. factum id volunt die Sabbathi. ex collatione hujus loci cum Gen. 2. 2. ubi eadem forma וַיִּשְׁבֹּת reperitur. quod argumentandi genus בנין אב Judæis dicitur, estque è 13. modis tertius, quibus literas interpretantur. de hoc tempore quo cessavit man, vide in Tractatu Talmud Kiddušchin, Pag. 38. edit. Ven.

VERS. 13. וַיַּרְא וְהִנֵּה אִישׁ עֹמֵד לְנֶגְדּוֹ Maimonides in יסודי התורה cap. 2. tradit decem genera Angelorum dignitate discrepancem, quorum infimum ait vocari אישים *viros*, atque de iis addit, והם המלאכים המדברים עם הנביאים ונראים להם במראה הנבואה לפיכך נקראו אישים שמעלתם קרובה ממעלת דעת בני אדם:, *Hi sunt Angeli qui loquuntur cum Prophetis, iisque apparent in visione Prophetiæ. atque ob eam causam vocantur Viri, quia dignitas eorum proximè accedit ad dignitatem mentis humanæ*. Deinde cap. 4. ejusdem tractatus, quum egisset de materia sublunarium, quam ex 4. Elementis motu cælestis sphæræ componi dicit, addit והאל נותן לכל גולם וגולם צורה ראויה לו על ידי מלאך העשירי, שהוא הצורה הנקראת אישים:, *Deus dat unicuique materiæ convenientem sibi formam, idque*

que opera decimi Angeli, id est ejus formæ quæ vocatur אישים *Viri.*

CAP. VI.

VERS. 17. וְרַק אַתֶּם שִׁמְרוּ מִהַחֵרֶם פֶּן תַּחֲרִימוּ וּלְקַחְתֶּם מִן הַחֵרֶם &c. Variant Interpretes, quid sit פֶּן תַּחֲרִימוּ. Junius, *ne efficiatis vos anathema, accipientes de isto anathemate. Vos* non est in textu. Sic & Genevenses. Tigurini, *ne forte vastantes capiatis de Hærem.* Pagninus, *ne forte contingatis aliquid de anathemate, & tollatis de anathemate.* similiter fere vulgatus. LXX. μήποτε ἐνθυμηθέντες ὑμεῖς λάβητε ἀπὸ τοῦ ἀναθέματος. Optimè autem Chaldæus verbotenus transtulit דלמא תחרמן ותסבון מן חרמא *ne devoveatis, & accipiatis de re devota*, id est, ne postquam devoveritis, accipiatis de iis quæ devoveritis: ne simul & devoveatis, & tamen de iis capiatis. utrumque enim consistere non poterat. pugnantia erant, Deo omnia devovere, & tamen in privatum usum aliquid convertere. aut non erat res devovenda, aut cum devota esset, ab ea abstinendum erat. cavete ergo, inquit, ab anathemate, ne duo contraria faciatis: ne & devoveatis, & tamen inde capiatis. in hoc postmodum peccatum esse ostendit. nam vers. 20. dicit וַיַּחֲרִימוּ אֶת כָּל־אֲשֶׁר בָּעִיר, & tamen Achan inde cepit.

CAP VIII.

VERS. 13. וַיָּשִׂימוּ הָעָם אֶת כָּל־הַמַּחֲנֶה אֲשֶׁר מִצְּפוֹן לָעִיר וְאֶת עֲקֵבוֹ מִיָּם לָעִיר &c. וַיָּשִׂימוּ Non opus est vertere, *propius accessit, vel appropinquavit*, ut Pagninus & Vatablus. Neque *admovit*, ut Junius. quum vertere liceat, meo quidem judicio, *Et disposuerunt.* Quum enim compositis careant Hebræi, simplicibus non raro pro compositis utuntur. ut שׂוּם sit *ponere*, & *disponere.* unde Mercerus in ea radice rectè tradit, generaliter significare *ponere arte, cura, ordine.* deinde עָקֵב pro *insidiatore* hîc non accipio, ut Chladæus, Genevenses, Pagninus, Vatablus, aliique faciunt. etsi enim verbum עָקַב & quædam inde derivata *astutiæ, fraudulentiæ* ac *supplantationis* significationem habeant, nusquam tamen עקב *insidiatorem* denotat, sed ubique *calcaneum*, aut *finem.* Itaque versum sic reddo. *Et disposuit populus tota castra, quæ ad Aquilonem civitatis erant, & extremitatem eorum ad Occidentem civitatis.* Id est, quum ad Septentrionalem partem consedissent, tota castra ibi ita disposuerunt, vel eo ordine collocarunt, ut extremitate sua ad Occidentalem urbis plagam pertingerent, quò insidiatores à Josua missos antea narraverat. atque ita rectè LXX. Καὶ ἔταξεν ὁ λαὸς πᾶσαν τὴν παρεμβολὴν, ἣ ἦν ἀπὸ βορρᾶ τῇ πόλει, καὶ τὰ ἔσχατα αὐτῆς θάλασσαν τῆς πόλεως. Et nervosissimè Vulgatus, *Omnis vero reliquus exercitus ad Aquilonem aciem dirigebat, ita ut novissimi multitudinis Occidentalem plagam urbis attingerent.* Etsi à verbis recesserit, sensum doctissimè expressit.

CAP. XI.

VERS. 13. רַק כָּל־הֶעָרִים הָעֹמְדוֹת עַל תִּלָּם לֹא שְׂרָפָם יִשְׂרָאֵל Plerique secuti Chaldæum vertunt, *quæ adhuc stabant in robore suo.* id est, quæ non fuerant dirutæ in ipsa expugnatione. Junius, *quæ manserunt cum aggere suo*, id est, inquit, quæ obsidionem quidem exspectarunt, sed antequam aggeres vi dejicerentur, se dediderunt. ex lege Deut. 20. 10. Cur ergo Hatsor hîc excipitur? illa ne se ut reliquæ dediderat, antequam aggeres vi dejicerentur, & tamen contra legem incensa fuit? Imo nulla harum urbium quæ hîc memorantur dedidisse se videntur, sed omnes vi expugnatæ. unde & reges earum atque incolas omnes peremit Josua. Et v. 19. disertis verbis dicitur, nullam fuisse urbem quæ pacem fecerit cum Israëlitis præter Gibeonitas. idque à Deo profectum, qui induraverit cor eorum in occursum belli cum Israël ut deleret eos. Quæritur, quare has urbes vi expugnatas non incenderit populus Israël, ut antea factum Jericho & Hay? respondet, quia erant עֹמְדוֹת עַל תִּלָּם id est, ut verterunt Tigurini, *stantes in tumulis suis*, aut potius *in tumulo suo.* eam versionem probamus, sed non eo sensu quem versioni isti Vatablus in annotationibus attribuit. *stabant in tumulo suo*, id est inquit, ut sitæ erant. id cum præcedentibus conveniret versionibus, nempe non incensas fuisse eas urbes quæ in expugnatione non fuerunt dirutæ, sed manserunt ut sitæ erant in suis tumulis. Vulgatus simpliciter vertit, *quæ erant in collibus & tumulis sitæ.* videtur pro עַל תִּלָּם legisse עַל תִּלִם, quod poneretur pro תִּלִים per defectum י pluralis numeri. quod & alibi non est insolens. Et fateor, si hoc modo legeretur, omnino planum fore

sensum. Sed nihil cogit nos recedere ab usitata lectione. Nam, *quæ stabant in tumulo suo*, sensus est, quæque in tumulo suo, **elck op synen eygen heuvel**. ubi comparationem institui arbitror inter has urbes, & eas quarum incendium antea fuit memoratum, nempe Jericho & Hay, præter quas aliæ, quod sciam, incensæ antea non fuerant. Duæ autem istæ urbes non erant עֹמְדוֹת עַל תִּלִּים *sitæ super clivos*, sed בְּעֲרָבָה in *campestri*, aut בִּשְׁפֵלָה in humili loco. non erat montosum territorium Jerichuntis, sed planum, depressum, ideoque magis irriguum quam reliqua terra Canaan. unde Luc. 10. 30. quidam dicitur descendisse Hierosolyma Jerichuntem. quia territorium Hierosolymæ editius erat territorio Jerichuntes. Quum ergo pleræque urbes terræ sanctæ in clivis ac tumulis sitæ essent, pepercit iis populus, neque conflagravit eas, una Hatsora excepta, cujus cum Jerichunte & Hay in plano sitis communis fuit fortuna.

CAP. XXIII.

VERS. 2. *Et vocavit Josua totum Israëlem. seniores ejus* &c. Quatuor erant in unaquaque urbe gradus Officiorum 1. הַזְּקֵנִים *senes*, vel *senatus*. 2. רָאשֵׁי אָבוֹת *capita patrum*, seu familiarum. 3. הַשּׁוֹפְטִים *Judices*, qui jus dicebant. 4. הַשּׁוֹטְרִים *Apparitores*, qui res judicatas exequebantur, & baculo ac loro populum ad obedientiam atque officia adigebant.

ANIMADVERSIONES
In loca difficiliora
LIBRI JUDICUM.

CAP. I. VERS. 14.

וַיְהִי בְּבוֹאָהּ Pagninus, *fuit autem quum pergeret illa*. Hieronym. *pergeret in itinere*. Malim cum Junio, *quum conventura esset*, nempe cum marito cui data erat. vel ut Lxx. ἐν τῷ εἰσπορεύεσθαι αὐτὴν *quum ingressura esset illa*, sc. ad maritum suum. Sequitur, *persuasit ei ut peteret à patre suo agrum*. Deinde additur, וַתִּצְנַח מֵעַל הַחֲמוֹר. verbum hoc invenitur etiam Jud. 4. 21. sed significatione, quæ, ut Interpretes quidem acceperunt, huc non quadrat. itaque uterque locus per conjecturam variè est expositus. Et hîc quidem Lxx. Καὶ ἐγόγγυζεν ἐπάνω τοῦ ὑποζυγίου. quod Hieronymus reddidit, *Et suspiravit sedens in asino*. Pagninus, *Et descendit de asino*. Junius, *desiliit*. Targum ואתרכינת *& cecidit*. R. David lib. Rad. vult utroque in loco significare נעיצה *excussionem*, ut sensus sit, Dejecit se tanta vi de asino in terram, quasi excussa in terram fuisset. In hisce conjecturis videndum, an lingua Æthiopica certius quid suppeditet, ubi verbum צנח frequens & usitatum est, atque adhibetur pro μένειν *manere* Matth. 15. v. 32. Marc. 8. v. 2. pro προσδοκᾶν *exspectare*, Luc. 1. 21. quod & μένειν apud Græcos sæpe significat. Hinc verto, *Et exspectavit insidens asino*, ad verbum *de super asinum*. Sensus est, Quum ingressura esset ad maritum, persuasit ei, ut, antequam convenirent, agrum à Patre suo postularet. quod ut protinus effectum daretur, mansit super asinum, exspectans rei istius successum. Unde quum causæ aliquid subesse pater facile colligeret, cur filia non descenderet, nec ad maritum introiret, rogavit quid ei esset. Optimè autem & alteri loco convenit significatio Æthiopica, *Infixit clavum in tempus ejus* וַתִּצְנַח בָּאָרֶץ *& mansit in terra*, nempe clavus. id est, tanta vi transverberavit clavo tempus, ut in terra hæserit.

CAP. IV.

VERS. 6. לֵךְ וּמָשַׁכְתָּ בְּהַר תָּבוֹר verto, *i, & progredere in montem Thabor*. de hoc usu verbi משך qui plura vult, videat quæ annotavimus ad Jerem. 5. 8.

CAP. V.

VERS. 11. שָׁם יְתַנּוּ צִדְקוֹת יְהוָה Junius, *Illic confabulentur de justis operibus Jehovæ*. Pagninus, *Illic narrent justitias Domini*. sic plerique. Nos subsidium petimus ex Arabismo, ubi ab Hebræo שָׁנָה *iterare*, unde est שְׁנַיִם *duo*, mutato pro more ש in ת fit ثني תני verbum, quod in secunda conjugatione, id est, eadem quæ hîc occurit, nempe Piel, significat *celebrare*, *laudare*, *gratias agere*, quia qui primus dedit beneficium, obstrinxit accipientem ad secundas partes, quæ sunt gratiarum actionis. hinc & nomen ثَنَاءٌ est *laudatio*, *gratiarum actio*. ut in egregio illo Imperatoris

toris Ali dicto قَضَاءُ الرَّجُلِ عَلَى مُعْطِيهِ مُسْتَزِيدٌ ad verbum, *laudatio viri super datorem suum additionem petit:* Id est, Qui laudibus prosequitur datorem suum, eo ipso novi beneficii additionem postulat. Ita & hic verto, *Ibi laudent justitias Domini.* Nec aliter hoc verbum infra interpretor c. 11. v 40. vide ibi.

Vers. 21. נַחַל קִישׁוֹן גְּרָפָם.

גָּרַף volunt propriè esse *convolvit.* à nomine, אֶגְרוֹף *pugnus*, quasi manum convolutam dicas. hinc Pagninus, *Torrens Kison scopavit eos.* Junius *everrit eos.* quia everrere, est scopis sordes convolvere. Hieronymus, *traxit cadavera eorum.* non rejicio. nam Æthiopicè גרף *rete*, *sagena* est, Matth. 13. 47. hinc vertas licet, *retis instar traxit* seu *abstulit eos.* plus opis adfert lingua Syriaca, ubi usitatissimum est hoc verbum, & pro שטף *inundare* ponitur Cant. 8. 7. Isa. 10. 22. *trahere*, *detrahere*, *è loco extrahere* significat. unde & pro חשף *haurire* usurpatur apud Syrum Isa. 30. 14.

Vers. 26. יָדָהּ לַיָּתֵד תִּשְׁלַחְנָה וִימִינָהּ לְהַלְמוּת עֲמֵלִים׃ De hoc loco videatur thesaurus Pagnini, ubi variæ Hebræorum adferuntur sententiæ, ubi & doctissimus Mercerus adfert suam. Nos hîc addemus quoque nostram, nempe תִּשְׁלַחְנָה poni pro תְּשַׁלְּחֶנָּה, nec dubitare nos, quin si textus sacer vocalibus careret, ita legendum esset. Ad verbum itaque sonat, *Manum suam ad clavum misit eam*, id est, *misit*, pleonasmo affixi Hebræis usitatissimo. Belgicè verterem, **Hare eene handt sondt sy nae eenen nagel / ende haere rechterhandt nae eenen hamer van werck-lieden.**

Cap. VIII.

Vers. 16. וַיֹּדַע בָּהֶם אֵת אַנְשֵׁי סֻכּוֹת *Et perdidit iis viros Succoth.* sic verbum יָדַע sumitur etiam, Prov. 10. 9. Et 14. 34. Et Ezech. 19. 7.

Vers. 19. חַי יְהוָה Maimonides in יסודי התורה cap. 2. quærit cur non dicatur חֵי יְהוָה, sicut חֵי נַפְשְׁךָ & חֵי פַרְעֹה. Respondet causam esse, שאין הבורא והייו שנים כמו חיי הגופים החיים או כחיי המלאכים, *quia Creator & vita ejus non sunt duo, quemadmodum vita viventium corporum & Angelorum.* In his enim, inquit, vita est aliquid חוץ מהם *præter ipsos*, similiter scientia, sic ut aliud sit Pharao, aliud vita ejus, aliud scientia ejus, at in Deo, הוא ודעתו והייו אחד מכל צד ומכל פינה ימכל דרך ייחוד *Ipse*, *& scientia ejus*, *& vita unum sunt undiquaque*, *& omnibus modis*, *& omni ratione unitatis.*

Cap. IX.

Vers. 9. אֲשֶׁר בִּי יְכַבְּדוּ אֱלֹהִים וַאֲנָשִׁים Rectè videntur interpretati LXX, ὧ ἐν ἐμοὶ ἐδόξασεν ὁ θεὸς καὶ οἱ ἄνθρωποι, *quam in me glorificavit Deus & homines.* verto pressius, *quam in me honorant* (laudant, magni faciunt, prædicant) *Deus & homines*, vel Dii & homines.

Vers. 46. *Et intrarunt* אֶל צְרִיחַ בֵּית אֵל בְּרִית *in turrem domus Dei Berith.* alii *in arcem* alii *in propugnaculum.* R. D. Kimchi, & R. Levi vertunt מגדל *turrem*, quasi locum elevatum, unde speculator exclamat. à צרח *clamavit.* Æthiopicè nomen צרח ἀνώγεον *cœnaculum* significat, Marc. 14. 14. 15. conclave nempe in editiori domus parte. Nec quicquam repugnat, quo minus etiam hoc loco אַנְשֵׁי מִגְדַּל שְׁכֶם *viri turris Sichem*, quum à turri sua essent ob captam urbem exclusi, dicantur confugisse *ad cœnaculum domus Dei Berith*, ut ibi tanquam in sacro asylo tuti essent. sic & 1 Sam. 13. 6. quum dicuntur Israëlitæ præ metu se abdidisse בַּצְּרִחִים וּבַבֹּרוֹת verti potest, *in anogeis & in cisternis.*

Cap. X.

Vers. 11. וַיֹּאמֶר יְהוָה אֶל־בְּנֵי יִשְׂרָאֵל הֲלֹא מִמִּצְרַיִם וּמִן־הָאֱמֹרִי וּמִן בְּנֵי עַמּוֹן וּמִן פְּלִשְׁתִּים׃

Vers. 12. וְצִידוֹנִים וַעֲמָלֵק וּמָעוֹן לָחֲצוּ אֶתְכֶם וַתִּצְעֲקוּ אֵלַי וָאוֹשִׁיעָה אֶתְכֶם מִיָּדָם׃

Pagninus vertit. vers. 11. Dixit autem Jehovah ad filios Israël, *Nonne ab Ægyptiis, & Æmorrhæo, & filiis Ammon & Pelisthin*, vers. 12. *Præterea Sidonii, & Amalec & Maonitæ oppresserunt vos & clamastis ad me, salvosque feci vos de manu eorum.* Obscuritatem habet hæc versio. quam ut tolleret doctiss. Vatablus, in fine v. 11. ellipsin statuit verbi הוֹשַׁעְתִּיכֶם *liberavi vos*, *servavi vos.* Quod supplementum ut effugerent Trem. & Jun. sic transtulerunt. vers. 11. *Sed dixit Jehova Israëlitis. An non ex Ægyptiis, & ex Æmorrhæis, & ex Hammonitis & ex Phelistæis*, vers. 12. *Tsidoniis quoque & Amalekitis, & indigenis opprimentibus vos, quum clamaretis ad me, tum servavi vos è*

manu eorum? לְחֲצוּ præteritum vertunt per partic. *opprimentibus*, quasi אֲשֶׁר לְחֲצוּ *qui opprimebant*. Deinde מִמִּצְרַיִם quod est in initio verſ. 11. conſtrui volunt cum וָאוֹשִׁיעָה in fine verſ. 12. quam conſtructionem duriſſimam reddunt quæ intercedunt. Facilius multo, & meo judicio rectius Lxx. quos Vulgatus, Tigurini & noſtra vulgata Belgica ſequuntur, מִמִּצְרַיִם וּמִן הָאֱמֹרִי & quæ ſequuntur acceperunt pro periphraſi nominativorum. *an non Ægyptii, & Emorrhæi, & filii Ammon, & Philiſtæi, & Tſidonii, & Amalekitæ & Maonitæ oppreſſerunt vos, & clamaſtis ad me, & ſervavi vos è manu eorum?* Nihil eſt Arabibus uſitatius, quam ut מִן *ex* nominativum formet. Sed & apud Hebræos idem reperire alibi eſt. ut in Pirke Aboth cap. 4. dicit R. Jannai אין בידינו משלות רשעים ואף לא מיסורי הצדיקים: *Non eſt in manibus noſtris neque proſperitas impiorum, neque caſtigationes juſtorum.* Id eſt, nos nihil hîc poſſumus, itaque neque noſtrum eſt quicquam hîc carpere. ſi quis tamen in hoc noſtro loco מִן velit valere *ex*, preſſius ſic vertat, *An non ex Ægyptiis, & ex Emorrhæis, & ex filiis Ammon, & ex Philiſtæis, & Tſidoniis & Amalekitis, & Maonitis oppreſſerunt vos, & clamaſtis ad me* &c? notandum enim מִן *ex* apud Hebræos ſæpe eſſe particulam partitivam. ut quum Hebræi dicunt מהם עשירין ומהם רשים, *ex iis divites, & ex iis pauperes*, id eſt quidam eorum ſunt divites, quidam pauperes. quæ phraſis & in N. Teſt. frequens eſt, ut Matth. 23. verſ. 34. καὶ ἐξ αὐτῶν μαστιγώσετε, καὶ ἐξ αὐτῶν ἀποκτενεῖτε. ubi & Syrus ܡܢܗܘܢ & Arabs منهم *ex ipſis*, id eſt *quoſdam eorum*. eſt enim ea phraſis omnibus linguis Orientalibus uſitatiſſima. Itaque *ex Ægyptiis & ex Emorrhæis* ſunt hoc loco exercitus Ægyptiorum & Emorrhæorum, qui ex iſtis gentibus conſcripti Judæos oppreſſerunt. quod nos Belgicè ad verbum optimè efferimus, **Hebbender niet vande Egyptenaren / ende vande Amoriters / ende vanden kinderen Ammon / ende vande Philisteen / ende Tsidoniers ende Amalekiters / ende Maoniters u verdrucket / ende ghy hebt tot my geroepen / ende ick hebbe u uyt haer hant verlosset?**

Cap. XI.

Vers. 40. *Annuatim ibant filiæ Iſraël* לְתַנּוֹת לְבַת יִפְתָּח Junius, *ad confabulandum cum filia Iephtæ.* Pagninus, *ad alloquendum filiam* &c. Alii, *ad conſolandum.* Lxx. & Vulgatus, *ad plangendum.* Nos, *ad laudandum filiam Jephtæ.* quomodo & ſupra cap. 5. v. 11. hoc verbum tranſtulimus, & ex Arabiſmo ſignificationem probavimus. ſic itaque ſentimus. Non mactatam fuiſſe, ſed, ut ex verſu præcedente ſatis liquet, perpetuæ virginitati devotam, qua in re longè major filiæ fuit laus quam patris. quum enim ille votum temere effutiiſſet, cujus eum mox ita pœnituit, ut conſpecta filia & ſuam & ipſius ſortem miſerè lugeret, illa pluſquam virili animo conſolata patrem, & victoriam Reipubl. gratulata, voti paterni incommodum fortiter ſuſcepit. quo nomine, quum & egregias ediſſet virtutes, & univerſam ſibi Rempubl. non parum obſtrinxiſſet, merito factum eſt חֹק *ſtatutum* in Iſraële, ut quotannis exirent filiæ, & debitas heroinæ iſti laudes celebrarent: ſive id coram ipſa Iephtæ filia factum ſit, ſive in alio publico loco: ſive dum ſuperſtes fuit, ſive etiam poſt obitum.

Cap. XVI.

Vers. 3. וַיֶּאֱחֹז בְּדַלְתוֹת שַׁעַר הָעִיר וּבִשְׁתֵּי הַמְּזוּזוֹת וַיִּסָּעֵם עִם הַבְּרִיחַ Pagninus & Junius וַיִּסָּעֵם ſumpſerunt pro וַיִּסַּע עִמָּם *& profectus eſt cum iis*, ſecuti Kimchium qui in commentario ita expoſuit. nam inquit verbum hoc in Kal nunquam eſt יוצא *tranſitivum*, ſed עומד *intranſitivum*. quomodo & infra v. 14. וַיִּסַּע אֶת הַיְתַד הָאֶרֶג exponit, *& profectus eſt cum paxillo texturæ*. niſi forte, inquit, in duobus his locis ſit tranſitivum. quod nobis ſane ſimplicius & ſenſui convenientius videtur. ut & Eſa. 23,20. בַּל יִסַּע יְתֵדֹתָיו *non removebit*, ſupple quiſpiam *clavos ejus*, i. non removebuntur clavi ejus. Ita in hoc loco Simſonis, *& removit*, vel *ſuſtulit eas cum vecte.* item v. 14. *Et ſuſtulit paxillum texturæ.* quomodo rectè Lxx. in primo loco habent καὶ ἀνεβάστασεν αὐτὰς in altero, καὶ ἐξέσπασεν αὐτοὺς. quod Genevenſes, Tigurini, aliique ſecuti ſunt. Exiſtimamus ergo נָסַע primaria ſignificatione eſſe tranſitivum, ac ſignificare *tollere, removere, auferre.* idem quod apud Arabes نزع, permutatis ס & ז, ejuſdem organi & fere ſoni literis. deinde *auferre pedes è loco, proficiſci.* prorſus ut apud Chald. נטל. quod primo *levare, elevare, tollere:* deinde *tollere è loco, proficiſci* ſignificat. qua voce & hîc uſus eſt de Simſone Jonathan וּנְטַלִינִין *& ſuſtulit illas.* ut & v. 14. ונטל ית אכסן דגרדאין *& ſuſtulit jugum textorum.*

VERS. 29. וַיִּלְפֹּת שִׁמְשׁוֹן אֶת שְׁנֵי עַמּוּדֵי הַתָּוֶךְ אֲשֶׁר הַבַּיִת נָכוֹן עֲלֵיהֶם וַיִּסָּמֵךְ עֲלֵיהֶם אֶחָד בִּימִינוֹ וְאֶחָד בִּשְׂמֹאלוֹ: Difficultatem hîc parit verbum לפת cujus incerta est significatio. R. Dav. in lib. rad. vertit per נָטָה & עִוֵּת *inclinare & pervertere*. & in comment. dicit habere significationem ההפוך והנטיה *subversionis & inclinationis*. cum eo convenit R. Levi, qui וַיִּלְפֹּת vertit וְהִטָּה. R. Mardochai dicit significare בעתה *terrorem*. Schindlerus secutus Kimchium, inclinasse & subvertisse columnas, deinde utraque manu ipsis innixus fuisse. at longe melius, sensu id postulante, Jonathan אחד *tenuit*. LXX. περιέλαβεν Vulgatus *apprehendit*, Junius & Pagninus *complexus est*. Mihi dubium non est quin verbum hoc *tenere* significet, non hîc tantum sed & Rut. 3, 8. & Job. 6. 18. quibus tantum in locis reperitur. vide quæ ibi annotavimus. R. S. Jarchi nobiscum est, qui dicit significare אחז אינבו"צא בלעז *comprehendere*, embrasser vernaculè.

CAP. XVII.

VERS. 3. וַיָּשֶׁב אֶת אֶלֶף וּמֵאָה כֶסֶף לְאִמּוֹ וַתֹּאמֶר אִמּוֹ הַקְדֵּשׁ הִקְדַּשְׁתִּי אֶת הַכֶּסֶף לַיהוָה מִיָּדִי לִבְנִי לַעֲשׂוֹת פֶּסֶל וּמַסֵּכָה וְעַתָּה אֲשִׁיבֶנּוּ לָךְ: Nihil hic difficile, nisi quod obscuritatem quandam parit מִיָּדִי לִבְנִי. Tremel. & Junius existimarunt ellipsin hîc latere, quam supplerunt, dimissura *è manu mea filio meo*. Si ellipsis quædam est, puto solummodo esse verbi substantivi. *è manu mea filii mei* est, *ad faciendum sculptile & idolum: & nunc restituo illud tibi*. eo sensu ל solet usurpari Hebræis. ut quum dicunt לְךָ זאת *tuum hoc est*. לי זאת *meum hoc est*, sic hoc loco מִיָּדִי לִבְנִי *è manu mea filii mei est*. id est, me datrice ad filium meum pertinet. itaque tanquam tuum tibi id reddo. sed quum, ut omni furti crimine se liberaret, recipere id nollet, sequitur v. 4. וַיָּשֶׁב אֶת הַכֶּסֶף לְאִמּוֹ, quod verto, *sed restituit* argentum matri suæ. ut nihil opus sit cum D. Drusio duplicem hîc restitutionem statuere, sed solummodo quod nolens argentum recipere, in prima restitutione perrexerit.

VERS. 10. Dabo tibi decem argenteos annuatim, וְעֵרֶךְ בְּגָדִים LXX. καὶ ζεῦγος ἱματίων. ut & Jonathan וזוג לבושין, *& par vestium*. Hieron. *& duplicem vestem*, intelligunt plerique, æstivam & hyemalem. quasi *ordinem vestium* dicas, quia ordinatio hominis in vestibus duplex est una ad æstatem, altera ad hyemem. Junius, *Synthesin vestium*, tam ad usum proprium, quam ad ministerium. Vides convenire Interpretes, binitatem hîc indicari. quod probo: sed cur ea עֵרֶךְ dicatur, nondum satis, quod sciam, explicatum. fortasse lucem præbebit lingua Æthiopica, ubi ערך pro *socio* atque *amico* usurpatur, Matth. 11. 18. Est ergo ערך בגדים *societas vestium*, non una tantum, sed & altera socia. ut & sanè verbum ערך apud Hebræos paritatem includit. significat enim *comparare*, *equiparare*, quod fit in rei æstimatione, item alterum alteri adaptare, aptè consociare, quod fit in aciei dispositione.

CAP. XVIII.

VERS. 1. בַּיָּמִים הָהֵם אֵין מֶלֶךְ בְּיִשְׂרָאֵל וּבַיָּמִים הָהֵם שֵׁבֶט הַדָּנִי מְבַקֶּשׁ-לוֹ נַחֲלָה לָשֶׁבֶת כִּי לֹא נָפְלָה-לוֹ עַד הַיּוֹם הַהוּא בְּתוֹךְ שִׁבְטֵי יִשְׂרָאֵל בְּנַחֲלָה: Difficultatem habet hîc versus, quod contra historiæ fidem negari videatur tribui Dan assignata hæreditas. Ideo Junius & Tremell. לֹא נָפְלָה לוֹ verterunt, *non* satis *ceciderat ei*. quod quidem ex Jos. 19, 47. verum esse satis patet. sed dura tamen est & inusitata ellipsis, ubi absolutè dicitur, *non ceciderat*, subintelligere, *non satis ceciderat*. nos sic conciliamus. שֵׁבֶט non semper integram tribum, sed interdum unius tribus familiam designare, & idem valere quod מִשְׁפָּחָה. ut Jud. 20, 12. dicuntur שִׁבְטֵי יִשְׂרָאֵל misisse legatos בְּכָל שִׁבְטֵי בִנְיָמִן *in omnes familias Benjamin*. sic Esa. 19, 13. וְהִתְעוּ אֶת מִצְרַיִם פִּנַּת שְׁבָטֶיהָ *& seduxerunt Ægyptum præcipui familiarum ejus*. Ita hoc loco, *In diebus illis familia Danitica quærebat sibi possessionem ad habitandum. quia non ceciderat ei ad hunc diem in medio tribuum Israëlis possessio*. Quum enim ex historia Josuæ constet, tribui Dan sortem accidisse minorem quam par erat, non est mirum, familiam quandam, & fortasse ex majoribus, fuisse, quæ possessionem adhuc nullam invenisset, sed quasi precario inter alios habitasset. certe versu 11. dicuntur exiisse sexcenti solummodo viri, & exiisse מִמִּשְׁפַּחַת הַדָּנִי *è familia Danitica*. iidemque vocantur שֵׁבֶט הַדָּנִי vers. 29. At v. 18. vocantur simul שֵׁבֶט & מִשְׁפָּחָה. ajunt enim præstare Sacerdoti Michæ ut tribui & familiæ, id est, totius tribus familiæ sacerdos quam unius viri domui. Observetur porro, de tribu nunquam dici שֵׁבֶט הַדָּנִי, sed semper שֵׁבֶט דָּן aut מַטֵּה דָן. at הַדָּנִי de eo dici-

dicitur, quod a tribu ista denominatur. ut Iud. 13, 2. dicitur Manoah fuisse מִמִּשְׁפַּחַת הַדָּנִי. ut & hoc nostro cap v. 11. sexcenti illi dicuntur profecti מִמִּשְׁפַּחַת הַדָּנִי *è familia Danitarum:* non sunt omnes Danitæ constituentes tribum, sed eorum familia quædam. sic שֵׁבֶט הַדָּנִי non sunt Danitæ in genere, sed eorum quædam prosapia. Unde & Jonathan vertit שִׁבְטָא דְבֵית דָּן *tribus domus Dan.* non est ipsa domus, id est, posteritas Dan in genere, sed ejus minor quædam tribus, sive familia. quocirca pro מַטֵּה דָן nunquam vertet שִׁבְטָא דְבֵית דָּן, sed שִׁבְטָא דְדָן, ibi enim de tribu agitur quæ totum patrem refert unde orta est. at שִׁבְטָא דְבֵית דָּן istius posteritatis partem aliquam tantum notat. Porro נָפְלָה בְנַחֲלָה significat quidem alibi cadere in hæreditatem, sed tum aliud nomen antecedit, à quo verbum נפל regatur. ut Num. 34. 2. זֹאת הָאָרֶץ אֲשֶׁר תִּפֹּל לָכֶם בְּנַחֲלָה *hæc est terra quæ cadet vobis in hæreditatem.* Sed quum hoc loco nullum nomen antecedat, aut subintelligendum erit אֶרֶץ, ut sensus sit, nulla terra ceciderat ipsis in hæreditatem. aut approbanda erit versio τῶν LXX. qui nulla habita ratione literæ ב acceperunt בְּנַחֲלָה pro נַחֲלָה in nomin. casu, & verterunt οὐκ ἐνέπεσεν αὐτῇ κληρονομία. quod Vulgatus, Pagninus, nostraque vulgata Belgica secuti sunt. Rejicit id D. Drusius. nos autem nequaquam id rejiciendum putamus. Nam, ut ab Arabibus incipiamus, usitatissimum ipsis est, nominativum per ב describere. sic dicunt اذا كنت بمومن *ego sum in credente*, id est *credens, fidelis.* انتم كنتم بمومنين *vos estis in credentibus*, id est, *credentes.* Idque non tantum in prædicato, ut in dictis phrasibus, sed etiam in subjecto. ut Luc. 5, 12. واذا برجل ملو برصا, *& ecce in viro repleto lepra.* i. ecce vir repletus lepra. sic Actor. 3, 2. فاذا برجل مقعد من بطن امه *& ecce in viro claudo ab utero matris suæ.* id est, *ecce vir claudus.* Nec pauca ejusmodi loca in Hebraismo observasse videmur, quæ non nisi per coactionem aliter commodè explicari possunt. quæ quidem jam semel huc congerere visum fuit. Deut. 28, vers. 62. וְנִשְׁאַרְתֶּם בִּמְתֵי מְעָט *& reliqui eritis viri pauci.* Oseæ 13. כִּי בִי בְעֶזְרֶךָ *quia in me est auxilium tuum.* Job. 18. v. 8. שֻׁלַּח בְּרֶשֶׁת בְּרַגְלָיו *missum est rete in pedes ejus.* Psal. 68, 5. כִּי בְיָהּ שְׁמוֹ *nam Jehova est nomen ejus.* Psal. 55, 19. בְרַבִּים הָיוּ עִמָּדִי *multi fuerunt mecum.* Exod. 32, 22. אַתָּה יָדַעְתָּ אֶת הָעָם כִּי בְרָע הוּא, *tu nosti hunc populum, quod malus sit.* Esa. 26, 4. כִּי בְּיָהּ יְהוָה צוּר עוֹלָמִים *quia Dominus Jehova est rupes æterna.* Esa. 40, 10. הִנֵּה אֲדֹנָי יְהוִה בְּחָזָק יָבוֹא *ecce Dominus Jehova fortis veniet.* Eccl. 7, 12. כִּי בְּצֵל הַחָכְמָה בְּצֵל הַכָּסֶף *quia umbra est sapientia, umbra est pecunia.* id est, utraque protectio est. 1 Reg. 13, 33. וַיְהִי בַּדָּבָר הַזֶּה לְחַטַּאת בֵּית יָרָבְעָם: *& fuit res hæc in peccatum domus Ieroboami.* Sic in Capitulis patrum p. 52. edit. Fagianæ, R. Eleazar dicit, *Da ei de suo, quoniam tu & quæcumque habes illius sunt.* deinde addit וְכֵן בְּדָוִד הוּא אוֹמֵר *& sic David ipse dicit, Quoniam ex te sunt omnia, & de manu tua tribuimus tibi.* adde Esdr. 3, 3. כִּי בְאֵימָה עֲלֵיהֶם מֵעַמֵּי הָאֲרָצוֹת *quia terror erat super eos à populis terrarum.* 1 Paral. 7, 23. כִּי בְרָעָה הָיְתָה בְּבֵיתוֹ *quia adversitas erat in familia ejus.* 1 Paral. 9, 33. כִּי יוֹמָם וָלַיְלָה עֲלֵיהֶם בַּמְּלָאכָה *qui interdiu & noctu incumbebat ipsis opus.*

VERS. 7. וַיֵּלְכוּ חֲמֵשֶׁת הָאֲנָשִׁים וַיָּבֹאוּ לָיְשָׁה וַיִּרְאוּ אֶת הָעָם אֲשֶׁר בְּקִרְבָּהּ יוֹשֶׁבֶת לָבֶטַח כְּמִשְׁפַּט צִדֹנִים שֹׁקֵט וּבֹטֵחַ וְאֵין מַכְלִים דָּבָר בָּאָרֶץ יוֹרֵשׁ עֶצֶר &c. Multa hîc sunt ubi variant Interpretes. Primò, quidam יוֹשֶׁבֶת referunt ad urbem, & vertunt, *Et viderunt populum qui erat in medio ejus (sitæ in securitate secundum morem Sidoniorum) quietum & securum* &c. sic Junius & Genevenses. quæ parenthesis quia durior aliis videbatur, maluerunt יוֹשֶׁבֶת referre ad præcedens הָעָם per enallagen generis. quia etsi genere referatur ad urbem, sensu tamen ad populum pertineat. vertuntque, *Et viderunt populum, qui erat in medio ejus, habitantem confidenter juxta morem Sidoniorum, quietum & confidentem.* sed & hoc durum est, de הָעָם dici יוֹשֶׁבֶת fœminino genere, & statim de eodem שֹׁקֵט וּבֹטֵחַ masculino. & si יוֹשֶׁבֶת לָבֶטַח *ad populum pertinet*, quorsum de eodem statim additur וּבֹטֵחַ, quod idem est cum priori? fateor tamen, me hoc potius amplexurum, quam quod habet Junius. nam duo loca citat Kimchius ubi עָם fœmin. construitur. Jer. 8. 5. Exod. 5. 16. cui & tertius addi potest Jes. 26. 20. Quid si dicamus, nec יוֹשֶׁבֶת nec שֹׁקֵט esse accusativos, qui regantur à verbo וַיִּרְאוּ, sed primo in genere narrari,

quin-

quinque istos viros intrasse in urbem & conspexisse populum in ea. deinde qualis status fuerit tum urbis, tum populi. de urbe quidem, sita erat securè secundum morem Sidoniorum. de populo, quiescebat & confidebat. adeo ut ipsa generis diversitas indicet ellipsin, quæ restituta facilem reddit sensum. sic verto. *Et abierunt quinque illi viri, & venerunt in Laisch, & conspexerunt populum in ea.* Hæc *sita erat securè juxta morem Sidoniorum:* ille *quietus erat & securus.* Sed major difficultas in sequentibus. nomen עֶצֶר non nisi hoc loco exstat. verbum עָצַר duo potissimum significat. 1. *claudere, concludere, detinere.* 2. *regnare, imperare.* Hinc nomen hoc aliter ab aliis exponitur. à prima significatione יוֹרֵשׁ עֶצֶר à Jonathane vertitur יָרוּתִין וְעִירִין (sic enim punctandum, non יְרוּתִין וְעִירִין) *hæredes parvuli sunt* ut vertit Kimchius, qui nempe domi adhuc concluduntur & continentur. adeoque limites suos propugnare nequeunt. Tamen R. Selomoh videtur זעירין sumsisse pro *paucis.* vertit enim יורשים מועטים *hæredes pauci sunt,* qui si occidantur, non restabunt, qui pugnent adversus invadentes hæreditatem. Vulgatus, *magnarumque opum.* ad populum refert, qui sicut erat quietus & securus, ita erat יוֹרֵשׁ עֶצֶר *possidens opes domi conclusas.* unde LXX. κληρονόμος θησαυροῦ. R. D. K. ab alia significatione vertit *hæres imperii.* quod plerique modernorum sequuntur. sed quomodo וְאֵין מַכְלִים דָּבָר בָּאָרֶץ יוֹרֵשׁ עֶצֶר inter se construenda sint, magna est dissensio. plerique דָּבָר sumunt pro בְּדָבָר *in ulla re.* & quum jam quærendus sit accusativus qui verbo transitivo מַכְלִים respondeat, subintelligunt eum, hoc modo, *non erat qui pudefaceret eos in re ulla in terra.* nos accusativum subintelligere necesse non arbitramur. quum דָּבָר possit esse accus. & vertere liceat, *nec erat qui pudefaceret quicquam in terra.* id est noceret ulli rei in terra. sicut 1 Sam. 25. 7. לֹא הֶכְלַמְנוּם *non pudefecimus eos.* i. non læsimus eos, non fœdavimus eos. quomodo rectè hîc habet Jonathan ולית דמנזק פתגמא בארעא *& non erat qui læderet quicquam in terra.* Quod autem sequitur, יוֹרֵשׁ עֶצֶר quidam sic connectunt, ut ex præcedenti membro repetant אַיִן. *non erat qui læderet quicquam in terra,* nec *qui hæres esset regni.* quod minus durum esset si יוֹרֵשׁ haberet ו copulam, in quam præcedens negatio influeret. ut 2 Reg. 7. 10. הִנֵּה אֵין שָׁם אִישׁ וְקוֹל אָדָם *non est ibi vir neque vox hominis.* Genevenses, omissa negatione, vertunt, *d'autant qu'ils estoyent libres de toute ancienneté,* id est, quia liberi erant ab omni antiquitate. cujus vix vestigium ullum in textu apparet. Videant eruditi, an non omissa negatione, vertere liceat, *hæreditate habebat imperium,* nempe populus ille tranquillus & securus. non electitium, quod turbare sæpe Rempubl. solet, sed hæreditarium erat regnum, idque securitatem populi augebat. Posses etiam, omisso commate יוֹרֵשׁ עֶצֶר conjungere cum מַכְלִים, hoc modo, *& non lædebat quicquam in terra hæres imperii,* aut possidens imperium. ipse populus in se erat tranquillus. regem quoque habebat æquum & pacatum, qui sic imperium possideret, ut nullius bona læderet. neque erat ipsis res cum quoquam alieno, itaque nec aliunde infestabantur. undiquaque ergo ab omni metu erant liberi, ut facile ab Israëlitis inopinato invadi possent. Non video cur hoc rejici debeat, quum nec sensus, nec verborum constructio, nec ipsi accentus repugnent. Nec verisimile est quod vult Kimchius, Laischæ urbi præclaræ, & ad confluentem Jordanis sitæ defuisse regem. quod enim eodem hoc cap. dicitur, non fuisse regem in terra, de ea terra intelligendum quæ parebat Israëlitis. Tyrus vero & Sidon, adeoque Laischa, reliquæque urbes quæ ab Israëlitis occupatæ nondum erant, suos habuere & retinuere Reges. præsertim quæ metropoles erant, & peculiarem populum faciebant. qualem Laischam fuisse, ex ipsa descriptione luculenter apparet. Non est autem dissimulanda sententia R. Levi, qui vult, habuisse quidem hunc populum Principem, sed talem qui hæreditate imperium à patre non accepisset. ejusmodi autem Principem non libenter se periculo exponere pro conservatione populi, quia non est ejus & seminis ejus. adeoque non habuisse eos Principem, qui pudefaceret quicquam in terra, id est, inquit, increpatione pudefaceret peccantes. sane hoc verbum pro *increpare, prohibere,* utpote quo pudor incutitur, sumitur Ruth. 2. 15. Et sic Junius videtur accepisse, quum vertit, *nec esse quemquam qui de re ulla pudefaceret in ea terra hæredem imperii.* ambigua versio est, cujus verba sic construenda videntur, nec esse quenquam hæredem imperii qui &c. si quis הכלים eo sensu hîc sumendum putet, malim vertere, *& non erat pudefaciens* (reprehendens) *quicquam in terra*

ra poſſeſſor imperii. aliter etiam מכלים interpretatur R. Selomoh. non fuiſſe quemquam qui negando ſubſidium, & fratrem inopem vacuum dimittendo, pudore eum ſuffunderet. quia nemo adeo egenus fuerit, ut proximo indigeret. quamobrem idem eſſe quod infra v. 10. dicitur מָקוֹם אֲשֶׁר אֵין שָׁם מַחְסוֹר כל דבר אשר בארץ׃. minus rectè, meo judicio.

Cap. XIX.

Vers. 12. לֹא נָסוּר אֶל עִיר נָכְרִי אֲשֶׁר לֹא מִבְּנֵי יִשְׂרָאֵל הֵנָּה Senſus hîc ſatis perſpicuus. turbavit tamen Interpretes, quod poſt עִיר לֹא ſingulare ſequatur הֵנָּה plurale. Jonathan לא נזור לקרתא בני עממיא דלא מבני ישראל אנון, *ne declinemus ad civitatem filiorum populorum, qui non ſunt è filiis Iſraël.* הֵנָּה ſumſit pro הֵמָּה per enallagen generis, & retulit ad נָכְרִי collectivè ſumptum. quod Tigurini ſunt ſecuti. & quoad ſenſum Vulgatus. Genevenſes quoque הֵנָּה ſumunt pro הֵמָּה, & porro אֲשֶׁר pro אֲשֶׁר שָׁם, *ubi non ſunt ex filiis Iſraël*, i. ubi filii Iſraël non ſunt, la ou il n'y a point d'enfans d'Iſraël. minus bene ſi verba textus ſpectes, etſi ſenſus non differat. Junius, *non divertemus ad* ullam *civitatem alienigenæ*, ex iis, *quæ non ſunt filiorum Iſraëlis.* Pagninus, *Ne divertamus ad* ullam *urbem alienigenarum, quæ non eſt de filiis Iſraël.* Melius quam Junius נָכְרִי ſumpſit collectivè, & pluraliter vertit *alienigenarum.* ſed quare הֵנָּה plurale ſumpſit pro ſingulari הִיא, quum עִיר quoque collectivè ſumi & poſſit & debeat, ac tum plurale הֵנָּה fœminino genere ei optimè reſpondeat? ſic verto, *Ne ſecedamus ad civitates alienigenarum, quæ ex filiis Iſraëlis non ſunt.* nihil hîc eſſe arbitror, ubi quoad conſtructionem quiſquam ſe torqueat. conſtructio eadem eſt quæ occurrit 1 Sam. 17. 28. עַל מִי נָטַשְׁתָּ מְעַט הַצֹּאן הָהֵנָּה *apud quem reliquiſti pauculas oves haſce?*

Cap. XX.

Vers. 16. *Et quiſque fundâ jaciebat lapidem in capillum*, וְלֹא יַחֲטִיא *neque aberrabat.* hinc propriam verbi חטא ſignificationem petunt, quod ſit *aberrare à ſcopo*, vel à recta via. & חֵטְא propriè *peccatum ex errore commiſſum* deſignare. Non poſſum non monere lectorem, verbum חטא in lingua Æthiopica valere *deſtitui, carere, non habere, non invenire aut aſſequi.* ut Matth. 18. 25. μὴ ἔχοντος δὲ αὐτοῦ ἀποδοῦναι, Æthiopicus vertit וחטיאו ויפדי *& quum non haberet quod ſolveret.* ſic Luc. 5. 19. *quum non inveniſſent qua ipſum inferrent*, dixit id Æthiopicus per חטא hinc rectè deducitur חֵטְא *peccatum* defectus, carentia juſtitiæ legalis: eſtque generalis notio, omnia omnino peccata, etiam originale, complectens. quando quis ſcilicet non habet, nec in eo invenitur, quod cum lege Dei convenit. Nec dubium eſt, quin fruſtra ſit quod monet Kimchi, חטא pueritiæ tribui, quando cognitio hominis adhuc imperfecta eſt. ultra vigeſimum autem annum, quando peccant ſcienter & contumaciter פֶּשַׁע dici. Notum enim eſt in omni ætate, & de omni peccato dici חטא, etiam de blaſphemia in Deum Lev. 24. 15. omne פשע eſt חטא, ſed non omne חטא eſt פשע. Inde etiam ratio dari poteſt, cur in Piel חִטֵּא ſignificet *mundare*, *purgare à peccato*, *expiare.* eſt enim propriè, facere ut perſona vel res peccato atque immunditie careat. Et ut ad noſtrum ולא יחטיא veniamus, ſenſus eſt, *non committebat defectum*, id eſt non faciebat ut ſagitta deficeret à ſcopo, vel ſcopo careret.

Vers. 33. *Et inſidiæ Iſraëlis prodierunt è loco ſuo*, מִמַּעֲרֵה גָבַע. Junius, *poſt denudationem Gibeæ.* מִן *a* pro *poſt*, more Latinorum. quod ſatis eſt Hebræis inſolens. Pagninus, *è gramineto Gibeæ.* ſecutus Kimchium, cujus Commentarium, qui vult, videat. R. Levi, *è valle Gibeæ.* vertit enim per עמק. Jonathan ממישר גבעתה *è planicie Gibeæ.* id eſt è loco campeſtri, non montoſo, ſed plano, & quaſi nudo. verbum enim ערה propriè *nudare* ſignificat. ſtabilit autem non parum hanc interpretationem, quod in lingua Æthiopica hoc verbum *complanare* ſignificat. ut Marc. 1. 3. εὐθείας ποιεῖτε, Æthiopicus Interpres habet עריו. Et Luc. 3. 5. pro *& erunt* αἱ τραχεῖαι εἰς ὁδοὺς λείας *viæ aſperæ in leves* ſive *planas*, habet ויערי פנות מבאש *& planam faciet viam aſperam.* Et in ea conjugatione quæ apud Arabes decima eſt, אשתעריכומו משלין ponitur pro ἴσους ἡμῖν αὐτοὺς ἐποίησας, *æquales eos feciſtis nobis*, Matth. 20. 12. ſignificat ergo in iſta lingua ערה *rectum*, *planum*, *æquale facere.* nec deeſſe in Hebraiſmo loca, ubi eadem ſignificatio commodiſſime adhibeatur, in obſervationibus noſtris ad Pſal. 137. 7. Eſa. 22. 6. Sophon. 2. 14. dicemus.

Vers. 37. וַיִּמְשֹׁךְ הָאֹרֵב וַיַּךְ אֶת־כָּל־הָעִיר, verto, *Et progressus est insidiator, & percussit* &c. de hoc usu verbi משך qui plura cupit, videat quæ annotavimus ad Jer. 5. 8.

ANIMADVERSIONES

In loca difficiliora

LIBRI RUTH.

Cap. II. Vers. 2.

אֵלְכָה־נָּא הַשָּׂדֶה וַאֲלַקֳטָה בַשִּׁבֳּלִים Junius, Pagninus, Vulgatus, *& colligam spicas*. Genevenses, *quasdam spicas*. videntur sic exprimere voluisse illud ב quod in Hebræo adjungitur. Lxx. ἐν σάχυσι. Chaldæus בשבולין *in spicis*, *inter spicas*. quomodo & ego vertendum censeo. & non intelligi spicas, quas ipsa collectura sit, sed quæ in manipulos coactæ erant, inter quas collectura esset. ut manifestum ex vers. 7. ubi præfectus messorum, referens Ruthæ verba, dixisse eam ait, אֲלַקֳטָה־נָא וְאָסַפְתִּי בָעֳמָרִים אַחֲרֵי הַקּוֹצְרִים, *colligam obsecro & congregem inter manipulos post messores*.

Sequitur in eodem versu, וַתָּבוֹא וַתַּעֲמוֹד מֵאָז הַבֹּקֶר וְעַד עַתָּה זֶה שִׁבְתָּהּ הַבַּיִת מְעָט Video plerosque interpretes per הַבַּיִת intelligere domum Ruthæ sive Naomi in qua degebat. ut sensus sit, eam in quærendo per spicilegium victu adeo esse sedulam, ut vix paululum domi suæ desideat. idque inde patere, quia jam à summo mane ad hoc usque tempus in agro perstiterat. vide Vulgatum, Genevenses, notas Vatabli, aliosque. unde & Junius habet, *Accedens perstitit, ex quo fuit mane, usque adhuc, modo sedit paulisper domi suæ*. illud *suæ* non est in textu. Existimo intelligi potius domum quæ ad Boozi prædium pertinebat, in quam se Rutha ad pauxillulum temporis receperat, sive quod lassa esset, sive quod & Messores à labore quiescerent, & in qua eam Boos adveniens sedentem repererit. id procul dubio sensit Aben Esra, qui בַּיִת hoc loco pro סוכה positum dicit, id est pro tugurio & tentorio, quod in agris figi solebat. Itaque sic verto, *Et venit & mansit ab ipso mane usque ad nunc, jam sedere ipsam* (id est, quod jam sedet) *in domo paululum* miratus erat Boos quod peregrinam puellam in tugurio, aut domo prædii sui sedentem videret. rogaverat quænam esset. respondet præfectus messorum, esse Rutham nurum Naoni, quæ à mane usque hoc tempus spicas collegisset, donec se jam paululum in tentorium recepisset.

Vers. 15. וְגַם שֹׁל תָּשֹׁלּוּ לָהּ מִן הַצְּבָתִים Ad verbum verto, *Etiam spoliando spoliate ei è manipulis*. Quum enim decimæ è manipulis dandæ essent, debebant omnes justam habere magnitudinem & pondus. Vos, inquit, ne jam id curate, sed quasi per spolium & rapinam auferte liberè hinc inde aliquid de manipulis jam factis, & faciendos minores facite quam oporteat, ut ei relinquatis quæ colligere queat. Belgicè verterem, **ende oock ontrooft vryelijck voor haer uyt de schooven.**

Cap. III.

Vers. 8. וַיְהִי בַּחֲצִי הַלַּיְלָה וַיֶּחֱרַד הָאִישׁ וַיִּלָּפֵת וְהִנֵּה אִשָּׁה שֹׁכֶבֶת מַרְגְּלֹתָיו׃ Variè hîc exponitur וַיִּלָּפֵת Lxx. καὶ ἐταράχθη. Vulgatus, *& conturbatus est*. Conveniunt cum Chaldæo, qui periphrasticè vertit ורתת ואתרכיך כלפתא בשריה מן רתיתא *& tremuit & emollita est instar rapæ caro ejus præ tremore*. לֶפֶת Rabbinis, לִפְתָּא Chaldæis, לפתה Arabibus *rapa* est. putatur ergo Hebræis לפת esse mollescere instar rapæ ex metu. quod cum Jud. 16. 29. & Job. 6. 18. ubi idem hoc verbum occurrit, prorsus non convenit. Tigurini, *& quum contrectasset, ecce mulier jacebat* &c. activè exposuerunt, quum tamen sit passivum in Niphal. Junius, qui Jud. 16. 29. exposuit in Kal, *complexus est*, hîc haber, *& huc illuc se verteret*. ab Aben Esra id habet, qui vertit נהפך מצד אל צד *vertit se de latere in latus* Genevenses, *& il se retira*, id est & contrahebat se, membra nempe sua ad se colligens timentium more. David Kimchi וַיִּנָּטֶה *& inclinavit se*, ut & Pagninus vertit, nempe consideraturus, quid rei esset. At Rabbi Salomon, qui Jud. 16. 29. secutus Jonathanem & ipsum loci sensum verterat לפת per אחז, hîc eodem modo vertit, ita tamen ut brachiorum complexum eo denotari velit. citans enim in dicta historia Samsonis hunc locum, dicit וַיִּלָּפֵת esse נאחז בזרועות האשה *detentus fuit brachiis mulieris*. similiter in comment. ad hunc ipsum locum docet sensum esse, quod quum præ metu vociferari voluerit Boos,

Rutha tenuerit eum, & brachiis eum circumplexa fuerit. Ego ut in libro Jud. ita & hîc *tenendi* significationem retinendam puto, sed alio sensu quam Jarchius. verto, *& detentus fuit*, sc. muliere pedibus ejus incumbente, non brachiis suis eum amplexante. *expavit*, inquit. unde? *quod detineretur*. unde vero detinebatur? *ecce mulier cubabat ad pedes ejus*, quæ sc. pondere suo stragulam constringeret & comprimeret, ne pedes liberè movere posset. aut forte ipsis pedibus ejus incumbebat. vide porro de verbo לפת quæ observavimus ad Jud. 16. 29. & Job. 6. vers. 18.

VERS. 12. וְעַתָּה כִּי אָמְנָם כִּי אם גֹּאֵל אָנֹכִי וְגַם יֵשׁ גֹּאֵל קָרוֹב מִמֶּנִּי׃ Pagninus, *nunc igitur* fateor *verum esse quod cognatus sum: est tamen* alius *cognatus propinquior me*. ad quam versionem Vatablus, vertere potes ut nihil subaudias, & כִּי priore loco positum redundet, *jam igitur verum est quod* &c. sic habent Genevenses & Tigurini, in quibus tamen hoc ipsum non probat. quum enim neglecto כִּי vertissent, *Nunc itaque verum est quod ego sum vindex*, annotavit, sub. agnosco quod verum est quod redemptor sive propinquus sum. Junius hoc modo, *Nunc inquam, quia verum* est, *etsi vindex ego* sum, *tamen præterea esse vindicem propinquiorem me*. durius illud אָמְנָם construitur cum fine versus, intervenientibus *etsi vindex ego sum*. & porro observandum in omnibus quas adduxi versionibus אָמְנָם sumi pro *vero* sive *veritate*, quasi nomen sit, quum ubique adverbium sit *verè*. Aberit, ni fallor, omnis difficultas, si utrumque כִּי exponamus per *quamvis*, *etiamsi*. quod & alibi fieri, ex lexicis videre est. hoc modo, *Et nunc etsi verè, etsi vindex sim, tamen est vindex propinquior me*. Vel prius כִּי sit tantum confirmativum *utique*, *certè*. quod frequens est, estque illud ἦ μήν quod à Lxx. pro כִּי positum Gen. 22. 17. citatur ab Apost. ad Hebr. 6. 14. alterum כִּי אם sit *etiamsi*. neque enim, quod τὸ קרי indicat, אם hîc superfluum puto, sed una cum כִּי facere *etiamsi*, sicut 1 Sam. 14. 41. כִּי אם יֶשְׁנוֹ בְּיוֹנָתָן בְּנִי *etsi esset in Jonathan filio meo*. ita hoc loco, *Et nunc utique verè, etsi vindex ego sim, tamen est vindex propinquior me*. Addimus & Drusii versionem, *Et nunc, quia verè, licet vindex ego sim, tamen est vindex propinquior me. Pernocta hac nocte* &c.

CAP. IV.

VERS. 5. וַיֹּאמֶר בֹּעַז בְּיוֹם־קְנוֹתְךָ הַשָּׂדֶה מִיַּד נָעֳמִי וּמֵאֵת רוּת הַמּוֹאֲבִיָּה אֵשֶׁת־הַמֵּת קָנִיתִי לְהָקִים שֵׁם הַמֵּת עַל נַחֲלָתוֹ *Et dixit Boos, quo die acquisieris agrum è manu Naomi, etiam à Rutha Moabitide uxore mortui acquisieris, ad suscitandum nomen defuncti super hæreditatem ejus*. sic Genevenses. & non displicet. ex eo enim quod ab uxore defuncti agrum hæreditarium emeret, eam quoque ipsam acquirere sibi in uxorem subintelligebatur, ut defuncti nomen conservaretur. neque enim aliter in vendendo agro illa acquievisset, nisi & ipsa in uxorem caperetur. inquit R. Selomoh. quod quia plerique apertè hîc significandum, non tacitè innuendum fuisse censent, à verbis non nihil recesserunt, ut sensum eum innuerent. vide Lxx. Vulgatum, Chaldæum, aliosque. Tigurini ad eum sensum inveniendum, מֵאֵת acceperunt pro simplici אֵת. verterunt enim, *Eodem die quo agellum possederis de manu Naëmi, possidebis & Ruth. Moabitidem uxorem defuncti*. quam interpretationem Drusius quoque se præoptare dicit. At potest, ni fallor, absque ulla textus coactione, idem sensus inveniri. Hoc modo, *Et dixit Boos, quo die acquisieris agrum è manu Naomi, & à Rutha Moabitide, uxorem defuncti acquisieris, ad suscitandum nomen defuncti super hæreditatem*. id est, eo ipso quod non tantum à Naomi, sed ab uxore defuncti hunc agrum tibi comparabis, scito te & eam ipsam tuam facere, ut &c. Et hæc quidem secundum τὸ קרי, quod legi vult קָנִיתָ. at τὸ כתיב est קָנִיתִי quod sic verto, *Et dixit Booz, quo die acquiris agrum è manu Naomi, etiam à Rutha Moabitide uxore defuncti acquirerem, ad suscitandum nomen defuncti* &c. vel, *& à Rutha Moabitide, uxorem defuncti acquirerem, ad* &c. id est, quum acquiris defuncti agrum, si essem qui es, aut si ex me quæras quid in ea re egomet facturus essem, uxorem quoque defuncti ducerem. Ita capio Aben Esram, qui τὸ כְּתִיב proponens, dicit sensum esse בֵּן אקנה אני, quod verto, *sic acquirerem ego*.

ANIM-

ANIMADVERSIONES

In loca difficiliora

I. SAMUELIS.

CAP. I. VERS. I.

Samuel Propheta filius fuit Elkanæ. Itaque author Tarich regum Perſiæ ineptè eum facit filium cujuſdam Uſairi, itidem Prophetæ.

VERS. 6. *Et irritabat eam inimica ejus etiam irâ*, בַּעֲבוּר הַרְעִמָהּ Vulgatus, *In tantum ut exprobraret*. non ſatis bene. Pagninus, *propterea quod ad iram provocaret eam.* Vatablus, *ut triſtitia*, vel mœrore, *afficeret eam.* Junius, *ut commoveret eam.* Nos, *ut murmurare*, vel *conqueri faceret eam*, quod Dominus concluſiſſet vulvam ejus. Sic Syris ܪܘܥܡܐ רוּעֲמָא *μομφὴ querela*, *murmuratio.* Col. 3. 13. Et apud Chaldæum Paraphraſten pro Hebr. נָלוֹן paſſim eſt אתרעם *murmuravit.* ſignificat enim רַעַם *murmur ac ſtrepitum edere*, non tantum qualis eſt nubium tonantium, ſed etiam qualis eſt maris tempeſtate commoti, Pſal. 96. 11. Ergo & qualis eſt hominis conquerentis, & ſtatum ſuum deplorantis.

CAP. II.

VERS. 5. *Saturi, pane conducti ſunt, & famelici deſierunt.* ſequitur עַד עֲקָרָה יָלְדָה שִׁבְעָה Junius, *adeo ut ſterilis peperit ſeptem.* Alii, *donec ſterilis.* Sed quia particulæ *donec* & *adeo ut* referuntur ad præcedentia, partus autem liberorum cum ſaturitate non cohæreat, malo novam hîc ſententiam addi, quam verto, *uſque ad ſterilem peperit ſeptem*, id eſt, ipſa etiam ſterilis, quæ ſpem conceptus nullam habebat, peperit ſeptem. Ita & alibi עַד *uſque ad* pro *etiam* ponitur, quando rei auxeſin ſignificat. tale eſt illud 1 Sam. 18. 4. *Et exuit Jonathan pallium quod erat ſupra ſe & dedit illud Davidi, & veſtes ſuas* וְעַד חַרְבּוֹ וְעַד קַשְׁתּוֹ וְעַד חֲגֹרוֹ׃ *& uſque ad gladium ſuum, & uſque ad arcum ſuum, & uſque ad cingulum ſuum.* id eſt, & ipſum etiam gladium & ipſum etiam arcum, & ipſum etiam cingulum ſuum.

VERS. 27. &c. הֲנִגְלֹה נִגְלֵיתִי לְבֵית אָבִיךָ Tota hîc difficultas oritur ex הֲ, quod propriè ſimplicem interrogationem notat, quæ apud Hebræos negare ſolet, quum ſenſus hîc affirmationem poſtulare videatur. Ideo Junius ſimplicem interrogationem retinere volens, adjecit dictionem *ideo*, vertitque, *an ideo plane meipſum revelavi?* ſenſu quidem commodo, ſed inuſitato ſupplemento & nimis libero. Diſpiciant eruditi, an non interrogatio hæc exprimere queat affectum pœnitentis. *revelandone revelavi me domui patris tui?* q. d. tuæ ne familiæ meipſum revelavi; adeone inconſideratus fui, ut tam ingratæ familiæ meipſum patefecerim? atque hoc forte voluit R. Joſeph Kimchi, teſte Filio Davide, quum dixit eſſe ה״א התמיהה *he admirationis* vel *ſtuporis*, quaſi ipſe Deus admiretur & ſtupeat, ſe huic familiæ tanta beneficia præſtitiſſe, ubi obiter notandum, doctiſſimum Druſium in Commentariis in hunc locum illud ה״א התמיהה apud Kimchium non rectè vertere *He interrogandi*, ut nec quum adfert ſententiam Rabbi Levi. verbum enim תָּמַהּ apud Hebr. ut & apud Syros *admirari* ſignificat. unde תְּמִיהָה, Syr. תְּמָהָא *admiratio.* R. Levi autem rejiciens He admirationis, vult eſſe הא האמתות *He verificativum*, ſed tamen per modum interrogandi, ut in illo loco Abrahami, Gen. 17, 17. הַלְּבֶן מֵאָה שָׁנָה יִוָּלֵד *an nato centum annos naſcetur filius?* id eſt certè naſcetur. Sic hoc loco, *An revelando revelavi me?* id eſt certè revelavi me. durum id eſt, & fortaſſis inuſitatum. ſic enim non ſimplici interrogatione, ſed addita negatione affirmare ſolent Hebræi. nec dubium eſt, quin interrogatio illa Abrahami admirantis potius ſit, ſibi jam ſeni filium adhuc naſciturum. Non nego tamen ה hîc eſſe האמתות *verificationis*, ſed abſque vi interrogandi. cujuſmodi duo alia profero loca, Unum ex 1 Reg. 16, 31. וַיְהִי הֲנָקֵל לֶכְתּוֹ בְּחַטֹּאות, *& fuit certe leve ipſum ambulare in peccatis Jeroboami.* alterum ex Prov. 24, 28. אַל תְּהִי עֵד חִנָּם בְּרֵעֶךָ וַהֲפִתִּיתָ בִּשְׂפָתֶיךָ׃ *Ne ſis teſtis immerito in proximum tuum: Nam certè falleres labiis tuis.* videtur in tribus hiſce locis ה cum chateph-patach eodem modo ſe habere, & aut augere affirmationem, aut plane otioſum eſſe, quod in hiſce locis viſum eſt τοῖς Lxx. & Chaldæis paraphraſtis. Ad ſententiæ hujus confirmationem vide quæ pluribus obſervavimus ad Jer. 7. 9. & 31, 20. Video autem Vulgatum, Tigurinos, Pagninum, Genevenſes, alioſque

que הֲנִגְלֹה sumere pro הֲלֹא נִגְלָה *an non revelando revelavi me?* sic & Mercerus explicat ad Job. 20, 4. ubi הֲזֹאת יָדַעְתָּ ex hoc loco Sam. sumit pro הֲלֹא *an non hoc nosti?* commodo sane sensu. quamvis & simpliciter verti possit, ut transtulit Junius, *an hoc nosti?* id est, non nosti, itaque necesse est te id à me doceri. nolim tamen id simpliciter rejici. invenio enim & הֲ pro הֲלֹא positum 2 Sam, 23, 19. מִן הַשְּׁלשָׁה הֲכִי נִכְבָּד *ex tribus an non erat gloriosissimus?* interrogationem negantem inaffirmationem mutavit Jona. מן גבריא הוא יקיר *heroum fuit honoratissimus.* quomodo & rectè vertitur Gen. 27. 36. הֲכִי קָרָא שְׁמוֹ יַעֲקֹב *an non vocatur nomen ejus Jacob?* Hîc iterum negantem interrogationem eleganti affimatione idem expressit יאות קרא שמיה יעקוב *pulchrè vocatur nomen ejus Jacob.* neque enim cogitandum, כִּי quod cum ה conjungitur, hîc efficere negationem. subservit solummodo interrogationi. Sed הֲ ponitur pro הֲלֹא. sicut & quidam id interpretantur 1 Reg. 16. 31. וַיְהִי הֲנָקֵל לֶכְתּוֹ בְּחַטֹּאות יָרָבְעָם *& fuit, an non leve erat ambulare ipsum in peccatis Jeroboami?* Id sane fateor, loco nostro 1 Sam. 2. quem tractamus, optimè convenire. & quamvis negationem subintelligere durum videatur, monemus tamen in Arabismo idem accidere, ubi هَلْ & أَفَ & أَوَ quæ propriè valent, *an?* non raro significant *an non?* quorum testimonia ex Alcorano in adversariis nostris observata habemus, ipso etiam D. Golio consentiente, qui procul dubio omnium Europæorum Arabismi est peritissimus. vide quæ annotavimus de isto הֲ ad Jer. 3. 9.

Cap. III.

Vers. 13. &c. בַּעֲוֹן אֲשֶׁר יָדַע כִּי מְקַלְלִים לָהֶם. Lxx. Junius, Pagninus, Genevenses & alii, *Ob iniquitatem quam novit, quod turpiter sibi egerunt filii ejus, nec coërcuit eos.* At sic dicendum fuerat בְּעָוֹן אֲשֶׁר יָדַע in forma absoluta. At בַּעֲוֹן in forma constructa indicat vertendum esse *ob iniquitatem quod noverat filios suos turpiter agere, nec tamen &c.* ut bene habet Vulgata nostra Belgica versio. Idem voluit Vulgatus Latinus, *ob iniquitatem, eo quod noverat.* id est ob iniquitatem eo consistentem, quod noverat &c. propriè *ob iniquitatem ejus quod noverat.* Potest tamen quoque verti, *Ob iniquitatem ejus rei quam novit, quod turpiter egerint filii sui, nec tamen corripuit eos.* atque hoc melius convenit cum Reviah supra יָדַע. & cum אשר quod tum propriam pronominis significationem retinet. alioqui secundum priorem nostram interpretationem valuisset conjunctionem כִּי *quod.*

Cap. IV.

Vers. 4. יֹשֵׁב הַכְּרֻבִים Jonathan דשכינתיה שריא עיל מן כרוביא *cujus Majestas habitabat super Cherubim*, Lxx. quoque, Vulgatus & Pagninus, *sedentis super Cherubim.* At præterquam quod phrasis illud *super* non satis ferat, non arbitror in universa Scriptura dici Deum sedisse super Cherubim, neque fuisse quicquam in sancto sanctorum, quod id adumbrarit. Arca vocatur scabellum pedum ejus, Psal. 99. 5. & alibi. sedes, nec ipsi erant Cherubini, nec spatium supra eos, sed vacuum illud intra ipsorum alas. quod satis apertè colligi videtur ex Exod. 25. 22. Et Num. 7. 89. ubi Deus dicitur allocutus Mosem מֵעַל אָרוֹן *desuper arca* מִבֵּין שְׁנֵי הַכְּרֻבִים *è medio duorum Cherubinorum.* adeo ut duo Cherubini sedem Dei inter utrumque comprehensam complecterentur, & umbraculi more ambirent. ob quam causam 2 Sam. 6. 2. Vulgatus & Pagninus maluerunt *sedentis* inter *Cherubim.* sed quia phrasis Hebræa nec illud *inter* satis fert, dispiciatur an non rectè verti queat, *habitantis Cherubinos.* sicut יֹשֵׁב אֹהֶל *habitans tentorium*, Gen. 4. 20. יוֹשֵׁב אֶרֶץ *habitans terram*, Gen. 50. 11. יוֹשֵׁב הָהָר וְהַנֶּגֶב. *habitans montana & meridionalia.* Jud. 1. 9. יוֹשֵׁב צִיּוֹן *habitans Tsionem*, de Deo, Psal. 9. 12. sic & Cherubinos inhabitasse non male dicitur Deus, quandoquidem Deum in medio eorum sedentem tugurii instar sunt complexi, arcâ scabelli vicem præbente.

Cap. V.

Vers. 4. *Et ambæ palmæ manuum ejus abscissæ* אֶל הַמִּפְתָּן *in limine.* Hebræi vertunt, האסקופה התחתונה *limen inferius.* Targum quoque סקופתא, ab Hebræo שקף *intueri, aspicere.* Ingressurus enim domum, intuetur limen, quippe introductorium in domum.

Cap.

Cap. VI.

Vers. 4. *Nam plaga una est* לְכֻלָּם וּלְסַרְנֵיכֶם *omnibus, & Satrapis vestris.* Omnibus, id est, toti populo. Quidam, *omnibus vobis*, quasi לְכֻלְּכֶם. Ubi observandum, particulam כל non raro jungi affixo tertiæ personæ, & absolutè significare *omnes*, etiam quando ad eos refertur, quos quis in secunda persona alloquitur. ut Michæ. 1. 2. שִׁמְעוּ עַמִּים כֻּלָּם *audite populi omnes.* propriè *omnes illi*, pro *omnes vos*. Idem legitur 1 Reg. 22. 28.

Vers. 11. וְאֵת הָאַרְגַּז *& capsam.* fortasse derivatur ab Æthiopico רגז *perfodit*, Matth. 27. 50. ab effossione & excavatione quæ est in capsa.

Cap. VII.

Vers. 9. טְלֵה חָלָב אֶחָד Hîc, & Esa. 40. 11. ac 65. 25. quibus in locis nomen טלה invenitur, solet per *agnum* exponi, ut & R. Nathan per כבש, Targum per אמרא reddit. ex genere ovium. Rabbini sic vocant arietem in Zodiaco. est autem aries mas ovium. Æthiopicè autem est ex genere caprarum. ponitur enim pro *hædis* Matth. 25. 32. 33.

Cap. IX.

Vers. 24. הִנֵּה הַנִּשְׁאָר שִׂים לְפָנֶיךָ אֱכֹל כִּי לַמּוֹעֵד שָׁמוּר לְךָ לֵאמֹר הָעָם קָרָאתִי Adeo difficilis hic locus visus est Rabbi Levi, alioqui accurato satis interpreti, ut הָעָם קָרָאתִי putaverit verba esse Saulis. quasi Samuel ei dixerit, Ede, quia hoc ipso tempore anno proximo exspectabis & præstolaberis regnum, & dices, populum vocavi. quod certe alienum est. Vulgatus, *de industria servatum est tibi, quando populum vocavi.* לֵאמֹר *quando* vertit, aut plane omisit. Junius *in hoc tempus reservatum fuit tibi*, ex quo *dixi populum invitavi.* id est, inquit in notis, ex quo coquo inddixi, ut convivium invitatis pararet. sic & Genevenses, nisi quod לֵאמֹר sumpserunt pro *concludere secum & statuere.* non videtur id congruere. quia ratio hîc continetur, quare armum reservari jussisset, nempe quia coquo dixerat, עָם קָרָאתִי. quod ad triginta illos invitatos pertinere non potest. Ideo Vatablus rectè observat עָם hîc significare alios quam triginta. præter triginta invitavit & alios. sed quum illi alii duo tantum fuerint, Saul cum servo, quæritur quomodo illi עָם vocari possint. hîc lux aliqua adferenda est. עָם non tantum de tota gente, aut magna multitudine dicitur, sed etiam de paucis. imo unus aliquis indoctus & plebejus vocatur Rabbinis עַם הָאָרֶץ *populus terræ.* ex Arabismo autem id lucem longe maximam capit, ubi قوم קוּם quod propriè *populum*, *plebem* denotat, simpliciter pro *hominibus*, pro *quibusdam*, imo pro *uno aliquo* usurpatur ut Luc. 9. 27. pro εἰσί τινες τῶν ὧδε ἑστηκότων Arabs dixit هاهنا قوها قيام *hîc populus stat.* Ita hoc loco verterem, *Ede, quia ad hoc statutum tempus servatum tibi est, quum dicerem, quosdam invitavi.* id est, præter eos qui invitati sunt ab iis qui sacrificia offerunt, ego etiam quosdam invitavi, quibus hunc armum reservari volo. neque enim sacrificium hoc fuit quale 1 Sam. 16. ubi ipse Samuel Bethlehemum profectus sacrificat Deo, & Isai cum tota familia invitat. sed fuit hoc populi sacrificium publicum, ut v. 12. docetur, cui Sam. aderat ut precibus sacrificium sanctificaret. itaque non tam ipse populum, quam ipsum populus invitavit. adeo ut extraordinarium quid esset, quod præter invitatos à populo ipse etiam quosdam invitarit. nec dissimulandum est, eodem fere sensu usurpari דּוֹר *generationem* Prov. 30. 11. דּוֹר יְקַלֵּל אָבִיו *generatio maledicit patri suo*, id est, quidam maledicunt, sunt qui maledicunt. vide & v. 12, 13, 14. Addo, sicut de קוּם Arabum diximus, ita & Syris אֱנָשָׁא *homines & hominem*, *quosdam & quendam* denotare. similiter in lingua Æthiopica שבא. Juvat & lingua Persica, ubi گروه populus usitatissimum est pro quibusdam. ut Matth. 16. 14. quidam dicunt te esse Johannem گروهي يوحنا populus Johannem. ut autem עָם hîc de duobus dicitur, ita de tribus 2 Reg. 18. 36. ubi וְהֶחֱרִישׁוּ הָעָם verto, *& siluerunt viri*, nempe tres illi quos Ezechias ad Rabsake ablegaverat. Porro quod in initio versus est שׁוֹק וְהֶעָלֶיהָ. perpendatur, rectè ne Junius, *armum & quæ hærebant ei*, ut & vulgata Belgica **een schouder met dat daer aenhanght.** an vero melius Hebræi, *crus & quod supra illud est* nempe femur, ut & Jonathan habet ית שקא וירכיה *crus & femur ejus.* de quo plura habes in lexico Pagnini ex comment. Dav. Kimchi in nomine שׁוֹק.

CAP. XIV.

VERS. 14. Dicitur Jonathan percussisse circiter viginti viros כְּבַחֲצִי מַעֲנָה צֶמֶד שָׂדֶה, Junius, *ferme in dimidio jugero*, id est boum *jugatorum actu*. מַעֲנָה *jugerum* vertit. malim cum Kimchio *sulcum* intelligere, id est חקו *lineam* quam arator ducit bobus ea mensura quam vult. Jonathan rectè vocat מהלך תוריא *itionem boum*. per sulcum enim boves arando eunt. R. Selomoh dicit esse תלם המחרישה שקורין ריוא בלעז, *sulcum arationis quem vocat rive gallicè*. Nec aliter sensit R. Levi. confirmat id origo vocis. est enim מַעֲנָה propriè depressio terræ quam facit aratrum. ab עָנָה *deprimi*. idem est quod מַעֲנִית Psal. 129. 3. ubi procul dubio *sulcum* notat. sed quid est צֶמֶד שָׂדֶה? Junius, boum *jugatorum actu*. vix intelligo. vocem שָׂדֶה non expressit. cur illud actu adhibuerit nescio. Kimchius dicit שָׂדֶה poni pro בְּשָׂדֶה. צֶמֶד autem esse צֶמֶד בָּקָר. & sic Jonathan פדן תוריא בחקלא *paris boum in agro*. quæ translatio quoque est Pagnini. sunt hæc obscurissima. nec ad rem facit illud *in agro*. unde Junius, simul & Vulgatus studio videntur omisisse. reliqua Vulgatus per periphrasin exposuit, quo intelligi possent, nempe, in media parte jugeris quod par boum in die arare consuevit. in qua expositione video R. Selomonem, & R. Levi cum Kimchio & Jonathane consentire. sed vide quam multa hîc ponantur, 1. צֶמֶד esse *par boum*. 2. par boum hîc poni pro spatio quod par boum arant uno die. 3. שָׂדֶה poni pro בְּשָׂדֶה. quas meras esse conjecturas quivis videt. rectè docet R. Selomoh, fortitudinem Jonathanis eo potissimum nomine hîc commendari, quod in tam exiguo spatio, ubi sibi invicem tam vicini essent hostes, & alter alteri auxiliares facile manus ferre posset, tam multi ceciderint. sed an non amplum satis spatium videtur, si in longitudine dimidium sulci capias, in latitudine vero quantum par boum uno die arare potest? adeone mirum viginti ibi viros cecidisse? ego longè contractius spatium fuisse arbitror. צֶמֶד simpliciter *par* significat, & geminat rem cui adjungitur צֶמֶד בָּקָר *par boum*. צֶמֶד פָּרָשִׁים *par equitum*. Esa. 21. 9. צֶמֶד חֲמֹרִים *par asinorum*. Jud. 19. 3. ita hoc loco צֶמֶד שָׂדֶה *par agrorum*. quid autem hîc ager est? docet id quod præcessit מַעֲנָה *sulcus*, nempe esse id quod ducendo sulcos efficit agricola, quod nostrates agricolæ eadem notione **een acker** vocant, nempe longum illum pulvillum qui ab initio unde sulcus inchoatur, ad finem arvi ubi desinit inter duos sulcos protenditur. cujusmodi agellos multos interdum in uno arvo efficit agricola, prout plures aut pauciores ducit sulcos. ita exiguum admodum fuerit spacium, sc. in longitudine dimidii sulci, in latitudine duorum agellorum. Belgicè significanter dicimus, **ontrent in een halve vore van twee ackers**. Quod si quis majus spacium designari existimet, sentiat שָׂדֶה esse quod nostrates dicunt **een gemet landts** / tum צֶמֶד שָׂדֶה erunt **twee ghemeten landts** / i. jugerum. & simpliciter licebit vertere, ferme in dimidio sulci jugeri.

CAP. XVII.

VERS. 3. וְיִשְׂרָאֵל עוֹמְדִים אֶל הָהָר *Et Israëlitæ stabant in monte*. Quæritur, quomodo in monte, quum v. præced. dicantur castra metati in valle quercus? Ait Cl. Martyr, Davidem K. respondere, *castra quidem fuisse in monte, sed acies omnia complevisse usque ad vallem*. Contrarium sonant verba Kimchii, quæ sic habent, כל המחנה חנו בעמק האלה ועורכי מלחמה עלו אל ההר לקראת הפלשתים: *universa castra jacebant in valle quercus, sed ordines acierum adscenderant in montem adversus Philistæos*. Locus ergo castrorum in valle erat. sed qui ad congrediendum cum Philistæis missi erant, in monte acies instruxerant, ideo עוֹמְדִים *stantes in monte* dicuntur.

VERS. 4. וַיֵּצֵא אִישׁ הַבֵּנַיִם Jonathan, *Et exivit vir* מביניהון *è medio ipsorum*. juxta quam sententiam *vir medietatum* diceretur, quod è medio Philistæorum exiret. Id jejunum. Junius, *quidam duellator*, qui inter duos singularem pugnam decerni postulabat. At Hebræi, inter quos Kimchius, Rabbi Esaias, & Jarchius, sic dictum volunt, quod esset יוצא יום יום בין שתי המערכות *exiens quotidie inter duo castra*. Videtur autem præ cæteris Jarchius id optimè exprimere, quum eum designari ait, qui esset גבור ליצא ממערכתו לעמוד בין שתי המערכות: *potestate præditus exeundi ex acie sua, ut staret inter duos exercitus*. q. d. non erat vir aciei, qui aliorum militum instar aciei suæ ordinem tenere, ab eaque non digredi deberet, quive aliorum ducum instar aciem suam ducere cogeretur, sed erat vir medietatum, cui procul ab acie sua deflectere,

ctere, seque inter duo castra sistere se liceret.

Vers. 5. וְשִׁרְיוֹן קַשְׂקַשִּׂים *& lorica squamata.* R. Salomoh interpretatur, מין קשקשות דגים עשויין מברזל נופלין על גבי השריון קשקשת לכל נקב: *habens squamas in morem piscium, factas è ferro, ac superficiei loricæ incumbentes, unicuique scilicet foramini squamam.* Quod clarius explicat R. Esaias, כמו קשקשת שהיא סגורה על הדג ואין ריוח בין קשקשת לקשקשת כך היה עשוי שריונו שלא היה עשוי נקבים נקבים שיוכל להכנס החץ בתוך הנקב אלא קלפה בתוך היתה נופלת בין טבעת לטבעת לסתום הנקבים: *quemadmodum squamæ piscis clausæ sunt, ut nullum inter eas sit interstitium, ita lorica ejus erat constructa. neque enim foraminibus constabat, per quæ transitus patuisset sagittæ. sed lamina ferrea sita erat inter annulum & annulum, quæ foramina obstrueret.* Idem videtur voluisse Interpres Syrus, quum vertit ܫܪܝܢܐ ܕܬܣܐ *lorica laminata.* Kimchius autem præter annulos laminam nullam agnoscere videtur, quæ foramina obturaret: sed ipsos annulos, squamarum instar, ita fuisse intertextos, ut foramina nulla paterent. Verba ejus sunt, כי כל טבעת וטבעת של שריון תלויה כמין קשקשת לסתום נקב הטבעות כדי שלא יבוא חץ בתוך הטבעות *nam quisque annulus loricæ suspensus erat in modum squamæ ad obstruendum foramen annulorum, ne per eos transiret sagitta.* Atque id videtur voluisse Vulgatus, quum *lorica hamata* dixit, & Lxx. θώραξ ἁλυσιδωτός *lorica concatenata.* Quæ Græcorum verba Commentator Syrus reddidit per ܒܪܬ ܚܕܝܐ ܫܫܠܬܢܝܬܐ, ad verbum, *filia pectoris* (lorica) *catenata.* Quod sequitur, *Pondus loricæ fuisse quinquies mille siclorum*, Commentator Syrus dicit fuisse ܡܬܩܠܗ ܕܫܪܝܢܐ ܗܘܐ ܪ̈ܒܘ ܙܘܙܝܢ ܕܥܒܕܝܢ ܬܡܢܝܢ ܘܬܠܬ ܠܝܛܪ̈ܝܢ ܒܒܒܠܝܬܐ ܘܐܪܒܥ ܐܘܢܩܝܣ *decies mille drachmas, quæ faciunt octoginta tres libras Babylonicas & quatuòr uncias.* ut & v. 7. *sexcentos siclos ferri* dicit esse ܡܬܩܠܗ ܥܣܪ ܠܝܛܪ̈ܝܢ ܒܒܒܠܝܬܐ *decem libras Babylonicas.* & unumquemque siclum facere ܬܪܝܢ ܙܘܙܐ *duas drachmas.* quod de siclo communi verum est. sacer siquidem quatuor faciebat drachmas. R. Salomoh hîc annotat, כל השקלים האמורים בנביאים מנים *omnes siclos in Prophetis memoratos esse minas.* Cum quo convenit quod Drusius in præteritis Pag. 186. annotat, Aben-Melechum in Jer. 32. 9. observare, הכסף הוא סלעים *argenteos nummos esse siclos*, & השקלים הם מנים *siclos esse minas.* Et pro עשרים כסף *viginti argenteis* quibus venditus fuit Joseph, apud Josephum esse μνῶν εἴκοσι.

Vers. 20. וַיָּבֹא הַמַּעְגָּלָה וְהַחַיִל הַיֹּצֵא אֶל הַמַּעֲרָכָה וְהֵרֵעוּ בַּמִּלְחָמָה: Plerique nostrorum Interpretum secuti Chaldæum Paraphrasten vertunt ac si scriptum esset וְהַחַיִל יֹצֵא *& exercitus exibat.* Sed alia est constructio in וְהַחַיִל הַיֹּצֵא, quæ postulare videtur, ut vertamus, *Et venit ad ambitum plaustrorum, & exercitum qui exibat ad aciem, & vociferabantur in bello.* præiverunt Lxx. & Vulgatus, quos vide. Aut vertere licet, *Et venit ad ambitum plaustrorum, & exercitus exiens ad aciem vociferabatur in bello.* ut ו in וְהֵרֵעוּ non copulet aliam enunciationem, sed sit superfluum, copulans solummodo prædicatum cum subjecto, à quo interjectis aliquot dictionibus distabat. quo nihil est in lingua Hebræa usitatius ut 1 Sam. 25. 27. וְעַתָּה הַבְּרָכָה הַזֹּאת אֲשֶׁר הֵבִיא שִׁפְחָתְךָ לַאדֹנִי וְנִתְּנָה לַנְּעָרִים id est, *Et nunc benedictio hæc, quam adduxit ancilla tua domino meo, detur pueris.* ut rectè transtulit Pagninus. neque enim rectam puto interpretationem Tremellii & Junii, *Jam vero hoc donum illud est, quod adduxit ancilla tua Domino meo, ut detur pueris.* sic enim phrasis Hebræa postulabat, ut adjectivum, idque sine ה emphatico, præcederet substantivum, & diceretur, ועתה זאת הַבְּרָכָה. id rectè vertitur, *Et nunc hæc est benedictio*, vel, *hoc est munus.* sed non rectè sic verti videtur, וְעַתָּה הַבְּרָכָה הַזֹּאת.

Vers. 40. וַיִּבְחַר לוֹ חֲמִשָּׁה חַלֻּקֵי אֲבָנִים מִן הַנַּחַל Non alibi quam hoc loco invenitur חַלֻּקֵי itaque ex sensu loci conjiciendum quid hîc potissimum conveniat, quum verbum חָלַק duo significet, *partiri*, & *mollem, lævem, glabrum esse.* posteriorem significationem omnes quos vidi Interpretes hîc sequuntur. & quidam volunt esse adjectivum, quod ad verbum vertas, *quinque læves lapidum*, id est lævissimos lapidum. alii substantivum, quod vertitur, *quinque lævitates lapidum*, per hypallagen, pro *quinque lapides lævitatum*; id est, quinque lapides lævissimos. Nemo non videt hæc esse

esse duriuscula. præterquam quod læves, glabri lapides, & ut Genevenses vertunt *bien unis*, undiquaque bene politi non tam ad hanc rem apti videntur, quam asperi, dirupti, & acutas habentes prominentias, qui longè facilius & certius fronti infiguntur. non video cur non primam potius verbi significationem sequamur, & vertamus, *Elegit sibi quinque partes lapidum è torrente.* non integros lapides, sed partes, utpote quæ jam utiliores ipsi erant. ut idem sit atque חֲמִשָּׁה חֶלְקֵי אֲבָנִים, quomodo & legi posset si punctis textus destitueretur. aut vertamus, *quinque divisiones lapidum*, id est *quinque divisos lapides.* ut חִלּוּק non tam sit *pars*, quam *partitio*, *divisio.* Affinis huic est locus Esa. 57, 6. quamvis puncta non prorsus conveniant. בְּחַלְּקֵי־נַחַל חֶלְקֵךְ הֵם הֵם גּוֹרָלֵךְ גַּם לָהֶם שָׁפַכְתְּ נֶסֶךְ הֶעֱלִית מִנְחָה Hîc etiam vertere solent, *in lævitatibus torrentis portio tua.* & per lævitates intelligunt lævos lapides, unde Junius, *inter lævos lapillos torrentis pars tua.* at quid Idololatris cum lævibus lapillis? præsertim quod additur, *etiam illis fudisti libamen, obtulisti munus.* an & lapillis torrentis sacrificare solent? Id Junio non videbatur. ideo לָהֶם vertit quasi בָּהֶם *in illis fundis libamen.* Ego בְּחַלְּקֵי נַחַל verto, *in divisionibus torrentis*, id est rivis in quos torrens se dividit, qui eadem notione Psal. 1. vocantur פַּלְגֵי מַיִם *divisiones aquarum.* Flumina autem & rivos pro Diis habere, iisque litare frequens erat idololatris. Nam ut arbores non tantum Diis sacrabantur, sed & ipsæ tanquam numina colebantur, eodem modo & fluvii, quamobrem præcedenti versu Prophæta עֵץ & נְחָלִים conjunxit. Nec aliter capio Vulgatum Interpretem, qui vertit, *In partibus torrentis pars tua.* partes torrentis sunt rivi, seu fluvii minores qui ex majori oriuntur. נַחַל enim non tantum est Græcorum χείμαῤῥος, sed & ποταμός.

Cap. XIX.

Vers. 20. וַיַּרְא אֶת לַהֲקַת הַנְּבִיאִים *& viderunt cœtum Prophetarum.* להקת volunt esse quasi קהלת transpositis literis. quia radix קהל non להק usitata est. non refragor. Inutile tamen non erit moneri, in lingua Æthiopica verbum להק usitatum esse pro *crescere.* ut Matth. 6. 28. Et 13. 30. deinde dici etiam de eo qui major altero est natu, & ætate prior. Matt. 22, 25. unde & מלהקת הזב sunt πρεσβύτεροι τοῦ λαοῦ *seniores populi.* Hinc להקת הנביאים posses vertere, vel *magnum numerum Prophetarum*, quasi incrementum Prophetarum. dicas, vel *senatum, presbyterium Prophetarum.* Nam Seniores dici Prophetas non magis mirum, quam Lxx. illos Bibliorum Interpretes, Lxx. seniores vulgo dici.

Cap. XX.

Vers. 9. וַיֹּאמֶר יְהוֹנָתָן חָלִילָה לָּךְ כִּי אִם יָדֹעַ אֵדַע כִּי כָלְתָה הָרָעָה מֵעִם אָבִי לָבוֹא עָלֶיךָ וְלֹא אֹתָהּ אַגִּיד לָךְ: Constructio hîc aliquam difficultatem parit. Vulgatus & Pagninus vau illud in וְלֹא אֹתָהּ superfluum faciunt. Junius interrogativum esse vult. R. David, & R. Selomoh, ut plenum sensum exhibeant, sic versum enarrant, *absit tibi, ut suspectum hac in re me haberes, quod scirem malum, & non indicarem tibi.* R. Levi hoc modo, *absit tibi ut suspectum me habeas hac in re, quod vellem te mori per manum patris mei. nam pro certo, si cognovero plene definitum esse malum à patre meo ut eveniat tibi, indicabo tibi ut effugias.* quæ enarratio sensum quidem exhibet perspicuum, sed non demit scrupulos qui in textu sunt, omittit enim R. Levi negativam particulam quæ est in וְלֹא אֹתָהּ. ab his omnibus dissentiunt Lxx. & Jonathan, quorum interpretatio omnino mihi arridet. verba Hebræa ad verbum verterunt, hoc modo. *Et dixit Ionathan, absit tibi. quia si certo cognovero consummatum esse malum à patre meo ut eveniat tibi, & non indicavero illud tibi*, supple, sic faciat mihi Deus & sic addat. אם particula jurandi est, quæ primam conditionatæ propositionis partem ponit, alteram qua execratio continetur, subticere solet. Id simplicissimum & ἐμφατικώτατον hoc loco esse arbitror.

Cap. XXII.

Vers. 8 וְאֵין חֹלֶה מִכֶּם עָלַי *Nec est qui ægrotet ex vobis super me.* id est, ut vertunt plerique, *qui doleat super me.* non gravatè verto, *qui sollicitus sit de me.* hoc enim volebat Saul, ut solliciti rem suam curarent, sibique adeo, (quod statim additur) revelarent Davidis negocia. In lingua Æthiopica חלה aut חלי (solent enim ה quiescens Hebræorum mutare in Jod) significat *sollicitum esse*, *sollicitè cogitare.* ut Mat. 6. 28. *de vestimento quid μεριμνᾶτε solliciti estis?* Æthiopicus interpres תחליו. & nomen חלין *sollicitudines*, Marc. 4. 19. sollicitudines certe animum ægrum reddunt.

dunt. Eſt autem in eadem lingua ab eadem radice Hebræa verbum חלו, mutato ה in Vau, quod ſimiliter ipſis frequens, & ſignificat *triſtem eſſe*, *lugere*. Matth. 5. 4. Et 9. 15. Marc. 16. 10. & alibi. id cum priori doctiſſimorum Interpretum mente convenit. præferimus tamen alterum.

CAP. XXV.

VERS. 15. וְלֹא פָקַדְנוּ מְאוּמָה *neque deſideravimus*, ſive *amiſimus quicquam*. verbum פקד interdum חסרון *defectum* ſignificat. unde in lingua Æthiopica pro *egere* uſurpatur. ut Mat. 3. 14. ἐγὼ χρείαν ἔχω ὑπό σε βαπτισθῆναι, Interpres Æthiopicus habet אנא אפקד אמחבך אטמק.

VERS. 34. מַשְׁתִּין בְּקִיר. שתן inquit R. David in libr. Rad. ſignificat הטלת מי רגלים *ejectionem aquarum pedum*, id eſt, urinæ redditionem. unde ſtatutum Hebræorum, לא ישתין בצד כותלו של חבירו אלא אכ״ הרחיק ממנו שלושה טפחים. *nemo mingat ad parietem proximi ſui, niſi poſtquam receſſit ab eo tribus palmis*. Eſt autem inquit משתין בקיר canis, cujus mos eſt ad parietem mingere. Sed cum hæc phraſis non niſi in excidiis uſurpetur, uſitata ne ea eſt ſævitia, ut devictis hoſtibus etiam in canes ſæviatur? Præſtat, inquit Mercerus, virum intelligere. Nam fœmina ad parietem non mingit. At inquam, neque viri in Oriente. Europæis quidem is mos eſt, qui veſtes ad id aptatas habent, ſed non Aſiaticis, qui veſtes geſtant talares & quamvis ſub iis habeant quoque femoralia, non tamen ad uſum membri virilis aperta ſunt ut Europæis, ſed crumenæ inſtar contrahuntur & laxantur. quibus laxatis & demiſſis, ſubſidunt viri inſtar mulierum, ut ſub veſtium talarium latebra, quibus pedes teguntur, honeſtè lotium reddant. ut à doctiſſimo viro, harumque rerum oculato teſte, D. Golio, quem ſemper honoris cauſa nomino, habemus. & antiquam eam eſſe veſtiendi rationem, ex Scriptura liquido conſtat. quare & R. David in libr. radicum, explicans quid ſit 1 Sam. 24. v. 4. לְהָסֵךְ אֶת־רַגְלָיו *ad tegendum pedes ſuos*, dicit eſſe להשתין מים *ad mingendum aquas*. etſi alii Hebræorum vertant להפנות נקבים גדולים, quod alvi purgationem denotat. atq; inde fortaſſis lotium Hebræis dicitur מֵי הָרַגְלַיִם *aqua pedum*, quia dum ita ſubſidunt, inter pedes emittitur. Itaque maximè nobis probatur ſententia Scindleri, qui משתין בקיר dicit ſignificare ætatem puerilem, quam non pudet ad parietem mingere. Ita ſenſus eſſet, & optimè quadrat, non relictus fuiſſet Davidi in poſteram lucem ullus parvulus. nulli, ne parvulis quidem pepercìſſem. Sic 1 Reg. 14, 10. *Succidam Jeroboamo mingentem ad parietem*, id eſt omnes parvulos. Deus eſt qui loquitur, cui longe convenientius tribuitur vindicta in liberos Jeroboami, etiam qui teneræ ſunt ætatis, quam ut in ipſos canes ſæviturus dicatur. præſertim quum addatur עצור ועזוב *patrem familias & cælibem*, quæ ſic explicanda eſſe plenius oſtendimus ex Arabiſmo, Deut. 32, 36. ſic omnes ætates comprehenduntur, ut doceat ſe nemine parſurum. Jonathan משתין בקיר exponit ידע מדע *ſcientem ſcientiam*. quod quum R. David in lib. Rad. non intelligeret, exiſtimavit Jonathanem verba Hebræa accepiſſe quaſi haberetur מֵשִׁית בְּקִיר *ponentem in pariete*, ſc. בקירות הלב *in parietibus cordis*. quod quam alienum ſit, nemo non videt. Exiſtimamus potius Jonathanem, ut nos, intellexiſſe parvulum, non infantem qui omni rationis uſu adhuc deſtituitur, ſed qui ſcientia valere incipit, ut & veſtes talares attollere, & ad parietem mingere ſciat.

CAP. XXVI.

VERS. 20. *Et nunc ne cadat ſanguis meus in terram* מִנֶּגֶד פְּנֵי יְהוָה rectè videtur vertiſſe Vulgatus, *coram Domino*. vide de מִנֶּגֶד quæ obſervavimus ad Prov. 14,7.

ANIMADVERSIONES

In loca difficiliora

II. SAMUELIS.

CAP. I. VERS. 10.

וְאֶצְעָדָה אֲשֶׁר עַל זְרֹעוֹ *Et armillam quæ erat ſuper brachium ejus*. non ergo pedum erat, ſed brachiorum ornamentum. itaque non habet etymon ab Hebræo צעד *incedere*. fortaſſe eſt ab Æthiopico צער *albus*, Matth. 5. 36. Et 17. 2. atque in verbo, *albus fuit*, Marc. 9. 3. in hiphil *dealbavit*, ibidem. hinc fortaſſe אצעדה *armilla*, quæ albis candentibuſque gemmis niteat.

CAP. II.

VERS. 6. *Et nunc faciat Dominus benignitatem vobiscum*, וְגַם אָנֹכִי אֶעֱשֶׂה אִתְּכֶם הַטּוֹבָה הַזֹּאת אֲשֶׁר עֲשִׂיתֶם הַדָּבָר הַזֶּה׃ *Et etiam ego faciam vobiscum bonum hoc, quia fecistis verbum hoc.* הַטּוֹבָה הַזֹּאת refertur ab aliis ad id quod a Deo optaverat. ſicut benignitatem vobis precor à Deo, ſic & ego eandem præſtabo vobis. Ab aliis ad id quod Jabeſitæ præſtiterant Sauli. eſtque ipſis זאת *tale*. Ego vobis tale bonum præſtabo, quale vos regi veſtro Sauli. Videant eruditi, an non ſimplicius & clarius הזאת referatur ad præſens beneficium legationis, de quo verſu præcedenti, & אֶעֱשֶׂה vertatur per præſens, ut alibi paſſim, *Et ego etiam facio vobiſcum bonum hoc* (quod nempe legatis meis vos ſaluto, vos laudo, bene vobis precor, meamque operam vobis offero) *quia feciſtis rem hanc.*

VERS. 27. וַיֹּאמֶר יוֹאָב חַי הָאֱלֹהִים כִּי לוּלֵא דִּבַּרְתָּ כִּי אָז מֵהַבֹּקֶר נַעֲלָה הָעָם אִישׁ מֵאַחֲרֵי אָחִיו׃ Duas interpretationes habet R. Selomoh. prima eſt לוּלֵא poni pro לוּ *ſi.* hanc ſecutus eſt Vulgatus. & fateor ſenſum eſſe ſimpliciſſimum, eoque modo hunc verſum cum præcedenti optime cohærere. ſed quum ſæpe inveniatur לוּלֵא, nuſquam alibi pro *ſi* exſtat. & repugnat compoſitio. ſit enim ex לו *ſi* & לא *non.* Altera eſt, *niſi locutus fuiſſes*, (ſcil. quod dixiſti ſupra verſ. 14. ſurgant pueri & ludant) *jam inde à mane aſcendiſſet populus quiſque à tergo fratrum ſuorum.* ſic Kimchi, ſic R. Levi. ſic Genevenſes, Vatablus & plerique noſtrorum interpretum. Vix tamen impetrare à nobis poſſumus, ut aſſentiamur. Etſi enim verba illa Abneris occaſio fuerint prælii inchoandi, non tamen cauſa belli fuerunt. nam antequam ea verba prolata eſſent, jam utrinque convenerant exercitus. nec veriſimile eſt, etſi verba ea tacita fuiſſent, alterutrum ſtatim diſceſſurum fuiſſe. Adde quod hujus verſus cum præcedenti cohærentia palam indicare videtur, reſpicere Joabum poſtrema illa verba Abneris, quibus ſtragem omnimodam præſentiſcens pacem petierat. Mihi videtur לוּלֵא abruptam facere orationem, qualis Pſal. 27. 13. לוּלֵא הֶאֱמַנְתִּי לִרְאוֹת בְּטוּב יְהוָה בְּאֶרֶץ חַיִּים׃ *niſi credidiſſem videre bonitatem Domini in terra viventium*, ſup. periiſſem. Ita hoc loco, *niſi locutus fuiſſes*, ſup. periiſſetis. quod eo minus durum eſt, quia præcedit juramentum חַי אֱלֹהִים *vivit Deus.* ea autem eſt jurandi apud Hebræos perpetua fere ratio, ut poſita prima conditionatæ propoſitionis parte, altera ſubticeatur, quæ execrationem aut comminationem in ſe continet. D. Junius ex conſuetudine jurandi hîc quoque ellipſin agnovit. quocirca quamvis & ipſe Rabbinorum quos dixi ſententiam ſequatur, nempe לוּלֵא דִבַּרְתָּ pertinere ad verſ. 14. vertit tamen, *vivit Dominus, niſi locutus fuiſſes*, nihil feciſſemus. id eſt, niſi tu verbis tuis nos provocaſſes, nos quieviſſemus. ſed conſiderent eruditi, an non inſolens ſit Hebræis, in jurandi formulis ſubticere alterum membrum, quando in eo bonum continetur. Nos totum verſum ſic transferimus. *Et dixit Joab, vivit Deus, quod niſi locutus fuiſſes, periiſſetis omnes. alioqui jam à matutino tempore abductus fuiſſet populus ne alter alterum perſequeretur.* vel, *certè jam à matutino tempore abductus fuiſſet*, ſi nempe verbulum pacis, ut nunc facis, locutus fuiſſes. כִּי pro *certè* uſitatum eſt.

CAP. III.

VERS. 8. הֲרֹאשׁ כֶּלֶב־אָנֹכִי אֲשֶׁר לִיהוּדָה Quidam ראשׁ *caput* ſynecdochicè ſumunt pro *perſona.* Junius, *an perſona canina ſum? qui fuerim Judæ?* ubi vides quoque אֲשֶׁר referri ad perſonam Abneris. alii ראשׁ. metaph. accipiunt pro *præfecto*, & כֶּלֶב collectivè pro *canibus.* & אֲשֶׁר ad כלב referunt. ut ſenſus ſit, *an præfectus canum ſum, qui ad Judam pertinent?* quaſi diceret, etſi nulla alia cura quam canum mihi commiſſa eſſet, quod viliſſimum eſt munus: & quidem canum qui ad tribum Judæ pertinent, quam tu odio habes, poſſeſne vilius me habere? ſic R. Selomoh, & R. David. & ex iis Vatablus. alii ſimpliciter *caput canis* pro membro accipientes, rem viliſſimam eo denotari volunt. ſed operæ pretium eſt obſervare aliam interpretationem quam ex notatione accentuum profert R. Selomoh. *Secundum puncta;* inquit, *quia accentus eſt ſub* ראשׁ, *&* כֶּלֶב־אָנֹכִי *per Maccaph inter ſe cohærent, interpretatio* τοῦ ראשׁ *hæc eſt, an vellem eſſe caput in domo tua? melius mihi eſt ſim canis & plebejus in domo Davidis.* hoc vult, ni fallor, ראשׁ כֶּלֶב non rectè conjungi tanquam duo ſubſtantiva in regimine Genitivi, quia tum arctiſſimè cohærere debebant. quum tamen quadantenus in pronunciatione divellantur, quia ראשׁ habet accen-

centum paschta Regium valentem ὑποσίγμλον, & כֶּלֶב per Makkaph arctissimè copulatur cum sequente אָנֹכִי. quæ observatio, etsi non faciat ut amplectar sententiam Jarchii, utpote duriorem, facit tamen ut alia suggeratur interpretatio. *an caput* sum? *canis sum qui sit Jehudæ.* id est, egone tibi tanquam caput, tanquam Princeps honoror? potius ut canem qui è tribu Juda sit me habes. si quis autem non tam accuratè accentuum rationem habendam esse arbitretur, præsertim quum Kimchius, Jonathan & Lxx. eos hîc non observarint, perpendat mecum, an non אֲשֶׁר, quod procul dubio hîc obscuritatem non exiguam parit, aliter accipi possit. neque enim semper pronomen est, sed sæpe adverbium aut conjunctio. exponitur, *si, ut, eo quod.* &c. observavi quoque non paucis in locis auxesin, majoremque assertionem & affirmationem denotare, & valere, *etiam, imo, imo etiam, quin imo, imo vero.* ut 1 Sam. 15. 20. אֲשֶׁר שָׁמַעְתִּי *imo vero auscultavi.* Psal. 10. 6. אֲשֶׁר לֹא בְרָע *imo etiam non in malo* ero Psal. 95. 11. אֲשֶׁר נִשְׁבַּעְתִּי בְאַפִּי *imo etiam juravi in ira mea.* Psal. 144. 12. אֲשֶׁר בָּנֵינוּ כִּנְטִעִים מְגֻדָּלִים *imo etiam filii nostri sint tanquam plantæ crescentes.* Esa. 8. 20. אִם לֹא יֹאמְרוּ כַּדָּבָר הַזֶּה אֲשֶׁר אֵין לוֹ שָׁחַר׃ *si non dixerint secundum verbum hoc, etiam non* erit *ulli eorum aurora.* Hab. 3. 16. אֲשֶׁר אָנוּחַ *imo vero quiescam.* sic hoc loco הֲרֹאשׁ כֶּלֶב־אָנֹכִי אֲשֶׁר לִיהוּדָה׃ *an caput canis ero? imo etiam Jehudæ?* **soudt ick een honts hooft zijn? selfs oock by Juda?** id est, adeone tibi despectui essem, ut non tibi tantum, sed & hostibus tuis Judæis pro capite canis haberer?

Vers. 13. *Non videbis faciem meam,* כִּי אִם לִפְנֵי הֲבִיאֲךָ Difficultatem Interpretibus magnam peperit illud לִפְנֵי. quæ prorsus tollitur, si consideremus particulam istam non tantum tempus, sed & locum ac situm, & in genere cujusvis rei præsentis repræsentationem denotare, idem quod ἐνώπιον *coram, in conspectu.* quasi græcè dicas, εἰ μὴ ἐνώπιον τοῦ προσάγειν σε, *nisi coram adducere te Michal,* id est, nisi hoc præsens, coram & in conspectu sit, te adducere Michal filiam Saulis, id est, nisi simul adducas, & cum te ipsum sistes, sistas etiam filiam Saulis, efficiasque ut ejus adductio coram fit.

Cap. IV.

Vers. 4. נְכֵה רַגְלָיִם *percussus pedibus,* vel læsus pedibus. à verbo נכה, quod in Kal Hebræis quidem est inusitatum, at Syris ܢܟܐ נְכָא, & Æthiopibus נכי est usitatissimum, ac *lædere* significat.

Cap. V.

Vers. 6. לֹא תָבוֹא הֵנָּה כִּי אִם הֱסִירְךָ הָעִוְרִים וְהַפִּסְחִים לֵאמֹר לֹא יָבוֹא דָוִד הֵנָּה׃ Plerique interpretum הֱסִירְךָ pro Infinitivo habent, & vertunt, *non intrabis huc, nisi removeris cæcos & claudos,* &c. repugnat tamen analogia Grammatices. vocales enim volunt sit præteritum, quia chateph segol natum est propter affixum ex tsere. sine affixo enim esset הֵסִיר, sicut הֱסִירָהּ *removit eam.* 2 Paral. 15. 16. at in Infinit. est הָסִיר, unde cum affixo fit הֲסִירְךָ sicut עַד הֲסִירְכֶם הַחֵרֶם *donec removeritis anathema,* Jos. 7. 13. & לַהֲסִירָהּ *ut removeam eam.* Jer. 32. 31. Fateor quidem Jonathanem in Infinit. quoque vertisse, באעדיותך *quum removeris tu.* non mirum, quum certum sit eum omnia sine punctis legisse, & textus vocales Infinitivi etiam admittat. Fateor quoque Salomonem Jarchi, Kimchium, & R. Levi eodem modo vertisse. nec id mirum, quia fabulæ cogebant. Somniant enim hos cæcos & claudos fuisse duas imagines, quarum una cæca retulerit Isaacum, cujus oculi in senectute caligabant: altera clauda Jacobum, qui uno femore claudicabat. Has imagines in ore gestasse fœdus quod Abrahamus cum Abimelecho ejusque posteris iniit, de noxa non inferenda. prohibitum eo vi juramenti fuisse Davidem, arcem Tsionis quæ ad posteros Abimelechi, ut ajunt, pertinebat, invadere, donec captis imaginibus iisque remotis fœdus primum aboleretur. & alia plura quæ apud Rabbinos istos legere est. Aben Esra tamen, contemptis istis fabulis, pro præterito habuit, & sensum esse vult, si moveris te ad bellum, ipsi etiam claudi & cæci impedient te, ne huc intres. hoc apud Kimchium legitur. sic LXX. οὐκ εἰσελεύσῃ ὧδε, διότι ἀντέστησαν οἱ χωλοὶ καὶ οἱ τυφλοὶ, λέγοντες, οὐκ εἰσελεύσεται Δαυὶδ ὧδε. Rectè. nos pressius paulò sic vertimus. *non intrabis huc, verum removebit te quisque cæcorum & claudorum, dicentium, non intrabit David huc.* Vidit &

Junius הֲסִירְךָ præteritum esse. sed quia singulare est, adeoque ab עִוְרִים numero differt, sic exposuit. *Non es* vivus *huc venturus, sed quum* quis *sustulerit te, cæcis ipsis & claudis dicentibus; non est venturus David huc.* Miror si hoc cuiquam placere potest. usitatum est Hebræis verbum singul. construere cum nomine plur. quod distributivè exponendum. ut Jes. 14. 32 וּמַה־יַּעֲנֶה מַלְאֲכֵי גוֹי *& quid dicent legati gentium?* vel, *quid dicet quisque legatorum?* accurata satis hîc est Vulgata nostra Belgica, nisi quod in fine versus non nihil mutandum.

Cap. VI.

Vers. 2. *Ut abducerent inde* אֲרוֹן הָאֱלֹהִים *arcam Dei,* אֲשֶׁר נִקְרָא שֵׁם שֵׁם יְהוָה צְבָאוֹת יֹשֵׁב הַכְּרֻבִים עָלָיו׃ Pagninus, *super quam invocatur nomen, nomen* inquam *Jehovæ exercituum sedentis* inter *Cherubim,* qui sunt *supra eam.* sic quoque fere LXX. & Vulgatus. At vero אשר נקרא שם non potest verti, *super quam invocatur nomen,* nisi addas hoc quod versum claudit עליו. quæ constructio admitti potest, ea lege ut Interpres illud עליו non reddat rursus in fine. quod perperam fecere quos dixi. rectè omisit Junius. sed על pro *ad, juxta* accepit. vertit enim, *ad quam invocatur nomen.* credo, ut occureret iis qui ex hoc loco inferunt, ipsi arcæ tribui nomen Jehovæ, adeoque non esse solius Dei proprium. at nihil videtur necesse. Etsi enim vertas, *super quam invocatur nomen,* non infert phrasis, arcam vocatam fuisse nomine Jehovæ, sed de nomine Jehovæ. ut ex simili phrasi liquet Esa. 4. 1. & alibi. Porro observandum, Pagninum & Junium, utrumque שֵׁם accepisse pro proprio Dei nomine, quemadmodum accipitur Lev. 24. 11. 16. At R. Salomon, & R. D. Kimchi prius שם appellativè accipiunt, hoc modo, *Cujus vocatur nomen, nomen Jehovæ exercituum sedentis in Cherubim supra eam.* Secundum hanc acceptionem, עליו *supra eam* non referrem ad *sendentis in Cherubim,* sed, subintellecto verbo substantivo, ad *nomen Jehovæ exercituum,* hoc modo, *Cujus vocatur nomen, Nomen Jehovæ exercituum sedentis in Cherubim* est *supra eam.* Sic nomen arcæ non est ipsum nomen Jehovæ, sed quod nomen Jehovæ sit supra eam. juxta hanc interpretationem, אשר esset pro לאשר. verum simplicissima, & maximè genuina constructio est, si שאר non ad ארון *arcam,* sed ad אלהים *Deum* referatur, ac vertamus, *qui vocatur Nomen, Nomen Jehovæ exercituum sedentis in Cherubim supra eam.* Egregia hæc est arcæ commendatio, quod sit arca istius Dei, qui quum sit incomprehensibilis & indefinibilis essentiæ, vocatur absolute *Nomen,* & quidem nomen Jehovæ Exercituum, quique sedeat in Cherubim supra arcam.

Vers. 13. שׁוֹר וּמְרִיא Junius, *boves & pinguia* sacrificia. At 1 Reg. 1. 9. צֹאן וּבָקָר וּמְרִיא *pecudibus ac bobus, iisque pinguibus.* sic v. 19. בָּקָר וּמְרִיא וְצֹאן *bobus iisque pinguibus, & pecudibus.* Malim מְרִיא distingui à צאן & בָּקָר, ut hæc oves & boves communes designent, illud animalia singulari cura pinguefacta ac saginata, sive oves sint, sive boves, sive alterius speciei. R. David Kimchi in libr. Rad. ait, מְרִיא esse מִין מִמִּינֵי חבקר הגדלים *speciem ex speciebus boum majoribus.* hinc Pagninus *bubalum* vertit. Alios vero ait asserere, sic dici המפוטמים שבבהמות *saginata animalia.* atque id firmamentum accipere ex Rabbinis, apud quos המראה est *saginatio.* sic R. Nathan dicit significare שומן ופטום *pinguedinem & saginationem.* David de Pomis ait esse צאן מרושן באבום ׃אם שור אם שה או בהמה אחרת *pecus pinguefactum in præsepi: sive bos sit, sive agnus, sive bestia alia.* Sic LXX. Interpretes Ezech. 39. 18. מְרִיאֵי בָשָׁן vertunt ἐσιτευμένοι *pinguefacti.* At Esa. 11. 6. וּמְרִיא καὶ ταῦρος. alibi, ut 2 Sam. 6. 13. 1 Reg. 1. 9. & 19. & 25. Esa. 1. 11. verterunt ἄρνας *agnos.* fortassis quia מריא inversis literis est אמר, quod Chaldæis ac Syris *agnum* denotat.

Vers. 14. *Et David* מְכַרְכֵּר *saltabat.* extat & vers. 16. vertitur ita per conjecturam, sensu loci id suadente. quamvis LXX. ad pulsationem fidium retulerint. pro priori interpretatione facit Syriacum ܟܪܟܐ, Ferrarius, *exultatio, gaudium.* Glossarium Syro-Arabicum reddit Syriacè per ܚܕܘܬܐ, Arabicè per سرور *gaudium.* hinc geminatum כַּרְכֵּר *gavisus est, subsiliit.*

Vers. 19. וְאֶשְׁפָּר אֶחָד Vulg. *Et assaturam bubulæ carnis unam.* videtur compositum esse ex אש *ignis* & פר *bos,* quasi *ignitum bovis* dicas. alii vertunt, *& frustum unum carnis,* vel *& portionem amplam,* quasi pulchram dicas, à שפר *placuit, pulcher fuit.* Antiqui Hebræi, volunt esse ex tribus vocabulis compositum, אחד משׁשה בפר *una ex sexta bovis.* quia in sex partes generaliores olim mactatum animal

animal videbatur, teste Talmud in Pesachim cap. 2. fol. 36. ut hodie in quatuor. Commodum itaque videtur, ut una istarum partium hîc intelligatur. sed potius quam ex tribus istis vocabulis compositum satis inconcinnè admittam, malim ad Æthiopicum שפר referre, quod ibi *metiri* significat, ut est Matth. 7. 2. משפרת *mensura*, ibid. & 23. 32. hinc verti possit, *& dimensam* sacrificii *partem unam.* quantum nempe unius sextæ partis, in quas sacrificium æqualiter dividi solebat, mensura continebat

Cap. VII.

Vers. 22. וְלַעֲשׂוֹת לָכֶם הַגְּדוּלָּה וְנֹרָאוֹת לְאַרְצֶךָ מִפְּנֵי עַמְּךָ אֲשֶׁר פָּדִיתָ לְּךָ מִמִּצְרַיִם גּוֹיִם וֵאלֹהָיו Variæ admodum sunt in hunc locum expositiones. Junii est R. Selomonis Jarchi. Pagnini est Dav. Kimchii. vide & notas Vatabli, ubi variæ enumerantur, quæ omnes ex commentario Kimchii petitæ sunt. nos iis non repetitis, nostram quoque addemus. omnis difficultas oritur ex duabus ultimis vocibus גּוֹיִם וֵאלֹהָיו, nempe quo referantur & unde regantur. Nos referimus ad præcedens לְאַרְצֶךָ, & dicimus intelligi gentes & Deos terræ Canaan. idque probamus ex 1 Paral. 17. 21. ubi eadem materia tractatur, & dicitur Deus *fecisse sibi nomen magnificum & mirabile, expellendo à facie populi sui quem redemerat ex Ægypto gentes.* ubi per גוים non possunt aliæ gentes intelligi, quam quas è terra Canaan in gratiam populi sui ejecerat. Ita & hoc loco, *Gentes & Dii ejus*, id est terræ tuæ. affixum וֵאלֹהָיו refero ad לְאַרְצֶךָ. est enim אֶרֶץ communis generis. quod ex lexicis disci potest, & exempla passim obvia. sed unde גּוֹיִם וֵאלֹהָיו reguntur? à ל quod in לְאַרְצֶךָ. est. ut sensus & vera constructio sit, *Et ad faciendum tibi magnificentiam, & terribilia terræ tuæ, gentibus & Diis ejus, propter populum tuum quem redemisti tibi ex Ægypto.* quod sensu plane convenit cum dicto loco 1 Paral. 17. quum enim terribilia dicitur fecisse terræ suæ, gentibus & Diis ejus, idem est ac si è terra sua gentes & deos ejus ejecisse dicatur, idque in gratiam populi sui quem ex Ægypto liberaverat. Porro rectè David hanc ipsam gentem, suo tempore viventem, ex Ægypto redemptam dicit. Nam, ut ait Maimonides in הלכות חמץ ומצה, cap. 7. בכל דור ודור חייב אדם להראות את עצמו כאלו הוא בעצמו יצא עתה משעבוד מצרים *tenetur quivis quovis seculo ita se componere, ac si ipsemet jamjam è servitute Ægypti exivisset.* Porro לָכֶם *vobis* video ab Interpretibus referri ad Israëlitas, durâ admodum sententiâ, quum res ipsa postulet ut eodem referatur quò sequentia affixa, nempe ad Deum, cui & hîc affixum plurale, deinde affixum singulare eodem jure & æquè rectè convenit, ac in initio hujus versus ipsi verbum plurale & affixum singulare in una eademque constructione fuère attributa, quum dictum fuit הָלְכוּ אֱלֹהִים לִפְדּוֹת לוֹ לְעָם. Itaque sicut הָלְכוּ אֱלֹהִים nemo dubitat vertere, *ivit Deus*: sic לַעֲשׂוֹת לָכֶם non dubitamus vertere, *ad faciendum tibi.*

Cap. VIII.

Vers. 3. *Et percussit David* אֶת הֲדַדְעֶזֶר *Hadad-Eser.* Hunc Benjamin in Itinerario vocat צינצן הדרעזר *Tsintsan Hadar-Eser.* vocatur & 1 Chr. 18. v. 3. & sequentibus Hadar-Eser. in Scriptura enim Hebraica ד & ר facile commeant. Sed unde habeat, quod idem prænomine Tsinthan dictus fuerit, ignoro. Multo magis, quod eundem hunc metu Davidis profugum, in Italia Puteolos condidisse affirmet. Commentum procul dubio est Judaicum, ut Italiam quoque triumphorum Davidis regis sui testem faciant. Venia tamen id dignum, si cum altero illo de Romulo conferatur. verba ejus sunt, ומשם ילך אדם דרך חמשה עשר מילין תחת ההרים הוא הבנין אשר בנה רומודוס המלך שבנה רומה הכל עשה מפני פחד דוד מלך ישראל ויואב שר צבאו: id est, *Hinc* (Puteolis) *ire licet itinere quindecim milliarium sub montibus. cujus structuræ author est Rex Romulus, qui Romam condidit: Hæcque omnia fecit metu Davidis regis Israël, & Ioabi exercitus ejus præfecti.* quo commento nihil ignorantius audaciusve dici potuit. quum constet Romulum in tempora regis Ezechiæ incidisse adeoque trecentis circiter annis Davide posteriorem fuisse.

Cap. X.

Vers. 18. *Et fugerunt Syri à facie Israëlis, & occidit David ex Syris* שְׁבַע מֵאוֹת רֶכֶב וְאַרְבָּעִים אֶלֶף פָּרָשִׁים *700 currus, 40000 equitum.* At 1 Chron. 19. 18. recensentur 7000 currus & *40000 peditum.* Quæ ut Junius conciliet, pro septingentis curribus dicit, *septingentorum currum* equites. & pro *quadraginta equitum*

dicit *quadraginta* peditum *millia*. ſubſtituta voce peditum pro equitum. quod quis ferat? Nos ſeptingentos currus intelligimus præſtantiores, ſub quibus minores comprehendebantur uſque ad 4000. ſub equitibus intelligi quoque putamus immixtos illis pedites. Exercitus enim nec ſolis equitibus, nec ſolis peditibus conſtat, ſed his illis immixtis. propterea hîc quadraginta millia equitum, ibi peditum dici cæſa, id eſt, quadraginta millia virorum, tum equitum tum peditum.

Cap. XIII.

Vers. 16. וַתֹּאמֶר לוֹ אַל אוֹדוֹת הָרָעָה הַגְּדוֹלָה הַזֹּאת מֵאַחֶרֶת אֲשֶׁר עָשִׂיתָ עִמִּי לְשַׁלְּחֵנִי׃ Non puto phraſin Hebraicam pati verſionem Pagnini, quæ & Vulgati & LXX. *ob hanc cauſam malum majus eſt hoc quam aliud quod feciſti mecum, emittendo me.* quia in ea phraſi adjectivum nec ה Emphaticum habere debebat, nec poſt ſuum ſubſtantivum collocandum fuiſſet, ſed dicendum גְּדוֹלָה הָרָעָה הַזֹּאת מֵאַחֶרֶת. Puto recte ſic verti, *Non ſunt cauſæ mali hujus majoris altero quo me affeciſti, quod me emittas.* ſic fere Tremellius & Junius.

Cap. XVI.

Vers. 10. וַיֹּאמֶר הַמֶּלֶךְ מַה־לִּי וְלָכֶם בְּנֵי צְרֻיָה כִּי יְקַלֵּל וכי יְהוָה אָמַר לוֹ קַלֵּל אֶת דָּוִד &c. כֹּה קרי τò est כִּי. כתיב τò ומִי יֹאמַר est כדין ילטט quod ſecutus eſt Jonathan, qui vertit *ſic maledicat*. Ita & Genevenſes. obſcurum hoc eſt. Ideo R. Jeſchaja lucem daturus dicit ſenſum eſſe, ſic ego acquieſco ut maledicat. ſed nec ibi illud *ſic* multum ad rem facit. quare Tigurini fut. יְקַלֵּל non imperativè ſed indicativè verterunt, *maledicit ſic, quia Dominus dixit ei.* hoc perſpicuum. tamen longe melius quadrat τò כתיב, quod quidam noſtrorum interpretum ſequuntur. ſed nec ibi conveniunt. Pagninus, *Quid mihi & vobis filii Seruja, ſi maledicat? nam Dominus dixit ei* &c. Junius, *quid mihi vobiſcum filii Seruja? ſi maledicit atque ſi Jehova edixit ei, maledic Davidi, ecquis dicat, quare ſic facis?* Efficacius eſt, ſi יְקַלֵּל imperativè vertatur, & כִּי quod antecedit augeat ſolummodo id quod dicitur. qui paſſim iſtius particulæ uſus eſt. ut Jeſ. 7, 9. אִם לֹא תַאֲמִינוּ כִּי לֹא תֵאָמֵנוּ *ſi non credetis, enimvero non firmabimini.* 1 Sam. 14, 41. אִם יֶשְׁנוֹ בְּיוֹנָתָן בְּנִי כִּי מוֹת יָמוּת *ſi eſt in Jonathane filio meo, enimvero moriendo morietur.* Geneſ. 45, 26. עוֹד יוֹסֵף חַי וְכִי הוּא מֹשֵׁל בְּכָל אֶרֶץ מִצְרָיִם *adhuc Joſeph vivit, & enimvero ipſe dominatur in totam terram Ægypti.* Ita hoc loco verto, *Et dixit Rex, quid mihi vobiſcum filii Seruja? enimvero maledicat: etenim Deus dixit ei, maledic* &c. τò קרי Notat Vau in וכִי redundare, & ſimpliciter legendum כִּי malim rurſus τò כתיב. auget cauſalitatem. ſicut apud Latinos paulo efficacius eſt *etenim* quam *enim*. & apud Belgas **want oock**/ quam ſimpliciter **want**. Belgicè verterem. **Ende de Koningh seyde/ wat hebbe ick met u te doen kinderen Seruja? dat hy doch vloecke. want oock de Heere heeft tot hem geseyt/ vloeckt, etc.**

Vers. 12. קרי τò אוּלַי יִרְאֶה יְהוָה בְּעֵונִי est בְּעֵינִי. *Fortaſſis intuebitur Deus oculum meum.* quod quia obſcuriſſimum eſt, Jonathan ſic enarravit, מאים גלי קדם יי דמעת עיני *fortaſſis manifeſtata eſt coram Deo lacryma oculi mei.* ſic & R. Selomoh. R. Levi longe aliter, אולי ישגיח השם בעבור עיני *fortaſſis ſpectabit Deus propter oculum meum*, id eſt, inquit, propterea quod oculus meus videt illos contemptus, & ego fero eos Dei cauſa. R. David etiam aliter. בְּעֵינִי inquit, id eſt בְּעִנְיָנִי, *fortaſſis Deus intuebitur negocium meum*, vel *ſtatum* ſeu *conditionem meam in qua ſum.* ſic, inquit, Rabbinis uſurpatur עין. ut quum dicunt מעין כל ברכה וברכה, id eſt inquit מעניין. Hui quanto facilius & ſimplicius eſt τò כתיב nempe בְּעוֹנִי. LXX. εἴπως ἴδη τὴν ταπείνωσίν μου. Vulgatus, *ſi forte reſpiciat Dominus afflictionem meam.* Junius, *fortaſſe reſpiciet Jehova ad afflictionem meam.* ſic Pagninus, Tigurini, Genevenſes. omnes addunt *meam*, ac ſi in Hebræo eſſet בְּעָנְיִי. quum abſque affixo ſit בְּעוֹנִי. eſtque ἐμφατικώτερον, *fortaſſe Deus reſpiciet afflictionem*, **misschien sal de Heere de verdrukinge aensien.** ſic enim generalis ſententiæ vim habet, Deus reſpiciet afflictionem.

Cap. XVII.

Vers. 3. וְאָשִׁיבָה כָל־הָעָם אֵלֶיךָ כְּשׁוּב הַכֹּל הָאִישׁ אֲשֶׁר אַתָּה מְבַקֵּשׁ כָּל־הָעָם יִהְיֶה שָׁלוֹם׃ הַכֹּל per Zakeph gadol diſtinguitur, ne cohæreat cum ſequenti הָאִישׁ. neque licet, neglecto iſto accentu, vertere, *cum revertitur omnis vir quem tu quæris*, ſic enim dicendum fuerat כָּל־הָאִישׁ, non הַכֹּל הָאִישׁ. ſicut bis in

hoc

hoc verſu dicitur כָּל־הָעָם *omnis populus*. quia ſicut apud Arabes & Syros, ita & apud Hebræos כֹּל ſubſtantivè uſurpatur, regitque alterum ſubſtantivum in genitivo. nec tum ה Emphaticum ante ſe admittit. Jonathan vertit ואתיב כל עמא לותך יתובון כולהון בתר דיתקטל גברא דאת בעי כל העם יהי שלם׃ *& reducam omnem populum ad te: revertentur omnes: poſtquam occiſus fuerit vir quem tu quæris, omnis populus erit pax.* R. D. Kimchi dicit Jonathanem vertiſſe כד יְתובון כולהון *quum revertentur omnes*. id cum textu convenit. Kimchius totum verſum ſic enarrat. כְּשׁוּב הַכֹּל. id eſt, inquit, *ſicut revertitur omnis res quam vult homo reducere ad ſe, tam facile erit mihi reducere ad te omnem populum.* הָאִישׁ אֲשֶׁר אַתָּה מְבַקֵּשׁ id eſt inquit, *poſtquam ego occidero virum cujus malum tu quæris, id eſt Davidem, ſicut dixerat, percutiam regem ſolum.* R. Selomoh dicit eſſe מקרא קצר id eſt ſermonem abbreviatum & ellipticum, quem ſic ſupplet, *vir quem tu quæris*, ſup. *fiet de eo petitio tua & occidetur*. ab his verſionibus non multum differt Pagninus. Sed non ſunt fingendæ tantæ ellipſes, ubi alia ratio iniri poteſt. præ omnibus arridet R. Levi, qui ſic hæc enarrat. *Hac via reducam totum Iſraëlem in univerſum ad te. quia quum percuſſero virum quem tu quæris, erit quaſi reverterentur omnes. nam interfectio Davidis trahet ſecum, quod revertetur totus Iſraël ad te. Hinc fiet quod non perdes populum qui tecum eſt, nec qui cum Davide eſt, ſed erit totus populus pax abſque bello. quia poſt mortem ejus non oportebit eſſe ullum prorſus bellum hac de re.* Itaque כְּשׁוּב הַכֹּל הָאִישׁ אֲשֶׁר אַתָּה מְבַקֵּשׁ ſic ſimpliciter licet vertere, *quaſi reverſio omnium, eſt vir quem tu quæris.* id ſecuti ſunt Genevenſes. & malim quam quod habet Junius, *quaſi reſtitutio rerum omnium eſt is quem tu quæris.* nam reſtitutio הָשִׁיב potius diceretur in Hiphil. שׁוּב autem Kal eſt. & הַכֹּל ad perſonas referendum potius de quibus hîc agitur quam ad res. Experiamur aliter. הָאִישׁ generaliter ſumi poteſt pro *quilibet*. ſic enim ſæpe capitur, etiam cum ה Emphatico. ut Pſal. 1. אַשְׁרֵי הָאִישׁ אֲשֶׁר לֹא הָלַךְ *beatus vir*, i. quilibet, *qui non ambulat*. Ita hoc loco, *Et reducam totum populum ad te. quum revertuntur omnes, quilibet quem tu quæris, totus populus, erit ſalvus.*

Cap. XVIII.

Vers. 5. לְאַט־לִי לַנַּעַר לְאַבְשָׁלוֹם Jonathan אסתמרו לי בעולמא *cavete vobis mihi in adoleſcente*. LXX. Φείσασθέ μοι τοῦ παιδαρίου *parcite mihi puerulo*. Vulgatus, *Servate mihi puerum*. R. Selomoh. *ſi occurerit vobis in bello* חמלו לו *parcite ei*. Ex his nondum liquet quomodo τὸ לְאַט acceperint. plerique adverbialiter accipiunt pro *leniter*, aut *quietè*. tum neceſſario ſtatuenda eſt ellipſis. ſic R. David. לאט & בנחת *quietè*. quod porro ſic enarrat, *quaſi dicat, ne intrate in indignationem & iram, ad percutiendum eum quemadmodum dignus eſt: ſervate eum propter me.* R. Jeſaia eleganter ſic enarrat התנהגו לאט בעבורי לנער ולא תכבידו עלו מלחמה כי אם לתופשו חי׃ *gerite vos leniter propter me erga puerum, & ne aggravate contra ipſum bellum, niſi ut prehendatis eum vivum.* Id Pagninus ſecutus eſt. Junius relicta ellipſi, *Leniter propter me erga puerum.* Conſiderent eruditi, an לְאַט non poſſit haberi pro Imperativo à לָאַט *obvolvit, texit.* ut ſenſus ſit, *Tege mihi puerum Abſalomum.* alloquaturque Joabum tanquam præcipuum ducem præſentibus Abiſai & Ithai. ita ſane ſentire videtur R. Levi, qui ſic enarrat, הסתיר בעבורי לזה הנער שתמלט אותו אם יבוא לידך *abſconde propter me hunc puerum, ut evadere eum facias, ſi venerit in manum tuam.* Videturque ſententia hæc ſtabiliri repetitione verborum Davidis, quam facit quidam infra verſ. 12. שִׁמְרוּ־מִי בַּנַּעַר בְּאַבְשָׁלוֹם *obſervate, quis in puerum in Abſalomum* ſup. involaturus ſit, & ab ejus vi potegite ipſum. ſic ſane ea vertit Arias Montanus. neque aliter R. David שמרו מי בנער, id eſt inquit מי יגע בנער *quis attinget puerum? quaſi dicat, obſervate ne quis tangat eum.* Atque ita Pagninus, *cavete ne quis tangat puerum Abſolom*, ſenſum potius quam verba ſecutus. R. Levi, habita ratione accentus Makkaph מִי conjungit cum præcedenti שִׁמְרוּ, non cum ſequentibus verbis. שמרו מי שיהיה מכם שלא ישלח ידו בנער באבשלום *Cavete quiſquis veſtrum eſt, ne mittat manum ſuam in puerum in Abſolonem.* id ſecutus eſt Junius quum vertit, *Obſervate quicunque eſtis de puero de Abſalomo.* Poteſt & hoc modo commodè verti, *Cavete quicunque in puerum in Abſalomum*, ſup. inciditis. Ita R. Selomoh. ſenſum enim eſſe dicit כל מי שיבוא לידו ישמרנו,

in

in cujuscunque manum venerit, servet eum. Sed optima est sententia R. Levi & Junii, quam attulimus, ut שִׁמְרוּ־מִי sit, *observate quicunque estis.* sicut infra vers. 22. & 23. יְהִי מָה *sit quicquid sit.*

VERS. 20. וְהַיּוֹם הַזֶּה לֹא תְבַשֵּׂר כִּי עַל־כִּי עַל־כֵּן בֶּן־הַמֶּלֶךְ קרי *τό* בֶּן־הַמֶּלֶךְ מֵת׃ est. R. David & R. Selomoh dicunt עַל כֵּן valere hîc עַל אֲשֶׁר *propterea quod.* Exempla hîc non proferunt. fatemur tamen sic usurpari Num. 10.3. Num. 14.43. & alibi. R. Jesaia quoque dicit valere עַל אשר. & similem locum allaturus, profert ex Gen. 19.8. כִּי עַל־כֵּן בָּאוּ בְּצֵל קֹרָתִי qui locus non est parallelus. ibi enim על כן tantum valet *propterea.* quæ propria est & frequentissima significatio harum particularum. sed ea hîc locum non habet. sed nec prior significatio. unde LXX. ὅτι ὑὸς τοῦ βασιλέως τέθνηκε. Vulgatus, *filius enim regis est mortuus.* Pagninus, *eo quod filius Regis mortuus est.* sic Junius, Tigurini, Genevenses. qui omnes neglexerunt עַל כֵּן & simpliciter verterunt כִּי בֶן־הַמֶּלֶךְ מֵת Rabbini, qui illud negligi noluerunt, coacti sunt multa per ellipsin subintelligere. R. Selomoh, *nam propterea quod filius regis mortuus est, ideo non bonum tibi est hoc nuncium.* R. David, כֵּן inquit קרי *est non* כתיב. *sed* קרי *propius ad rem accedit. quasi dixisset, nam propterea quod filius regis mortuus est, tu non es aptus ut annuncies.* & addit in illo כֵּן mysticum quid esse. *quia* על כן ועל יושר מרת שמרד באביו *juxta rectum & juxta æquum mortuus est, quia rebellavit in patrem.* Ambages sunt & tricæ, quæ solummodo ex τῷ קרי oriuntur. quanto facilius & simplicius est τό כתיב, כִּי עַל בֶּן־מֶלֶךְ מֵת verto, *hoc die non annunciabis, quia de filio regis mortuo, sup.* annunciares. neque enim Interpretes nostros supra memoratos laudo, qui illud עַל prorsus prætererunt.

CAP. XIX.

VERS. 31. וַיַּעֲבֹר אֶת־הַמֶּלֶךְ הַיַּרְדֵּן לְשַׁלְּחוֹ אֶת־הַיַּרְדֵּן קרי *τό* אֶת בַּיַּרְדֵּן est quamvis ut ait Kimchi שניהם קרובים *ambo parum differunt* & neutrum explicat, etsi utrumque satis difficile. prætereuntur quoque à R. Selomone, R. Levi, & R. Jesaia. quod miror. Vulgatus, *traduxit Regem Jordanem. paratus etiam ultra fluvium prosequi eum.* Pagninus, *transiit cum rege Jordanem, ut transmitteret eum ultra Jarden.* Junius, *quare trajecit cum rege Jardenem, prosequendo eum per Jardenem.* Assequi conatus est *τό* כתיב quod & ego retinendum censeo, sed paulo aliter expono. אֶת non raro sumitur pro מֵאֵת *à, ab.* ut Gen. 4.1. קָנִיתִי אִישׁ אֶת יְהוָה *acquisivi virum à Domino.* Gen. 49.25. מֵאֵל אָבִיךָ וְיַעְזְרֶךָּ וְאֵת שַׁדַּי וִיבָרְכֶךָּ *à Deo patris tui, & juvabit te, & ab omnipotente & benedicet tibi.* Mich. 3.8. אָנֹכִי מָלֵאתִי כֹחַ אֶת־רוּחַ יְהוָה *ego repletus sum robore à Spiritu Domini.* qui alia ab his loca velit, videat Thes. Pagnini. Ita & hîc exponimus. *Et transiit cum rege Jordanem, ut dimitteret eum ab in Jordane.* id est transiit fluvium cum rege eo animo, ut non longius quam ad ulteriorem ripam procederet, ibique ab illa ripa quæ in Jordane est eum dimitteret, & ab eo discederet.

VERS. 40. וַיַּעֲבֹר הַמֶּלֶךְ הַגִּלְגָּלָה וְכִמְהָן עָבַר עִמּוֹ וְכָל־עַם יְהוּדָה וַיַּעֲבִירוּ אֶת הַמֶּלֶךְ׃ Secundum *τό* כתיב legendum esset וַיַּעֲבִירוּ hîc scrupulum invenerunt Mazorethæ, quia tum non aliter quam sic verti posse putabant, *Et transivit rex in Gilgal, & Cimhan transivit cum eo, & totus populus Juda, & transire fecerunt regem.* unde sequeretur totum populum Juda fuisse ante ultra Jordanem, & cum rege transiisse cis Jordanem, quod falsum esse patet ex v. 16. ubi dicuntur venisse tantum Gilgalem quod erat cis Jordanem, ut facerent Regem transire Jordanem. hanc ob causam Mazorethæ adhibuerunt monstrosam hanc punctationem וַיַּעֲבִירוּ, ut legeretur הֶעֱבִירוּ, atque ita difficultas ista evaderetur. Junius tamen *τό* כתיב retinere maluit. sed quum in eundem scrupulum incidisset, alia ratione evadere conatus est, nempe si *τό* עָבַר non sumeret pro actione regis qua Jordanem transiit, sed qua jam transgressus progressus est, & Cimhan totusque Juda progredientem deduxerunt. vertit enim, *Deinde progresso rege Gilgalem, & Cimhane progrediente cum eo, quum totus populus Jehudæ prosequerentur regem.* & in margine, *porgredi facerent regem.* Nos neutrum probamus, & miramur tum Mazorethas, tum D. Junium in τῷ כתיב quicquam scrupuli invenisse. est sane, si vau in וַיַּעֲבִירוּ debeat esse copulativum. at quid necesse? quum ex usitatissimo Hebraismo possit esse, & sit revera hoc loco retributivum. & וְכָל־עַם יְהוּדָה sint nominativi absoluti, Hebræis similiter usitatissimi. hoc sensu, *Et transiit Rex Gilgalem,* &

& Cimhan transiit cum eo. & totus populus Iehudæ (id est, & ad totum populum Jehudæ quod attinet) *transire fecerunt regem.* ita τὸ כתיב plane idem est quod τὸ קרי nec opus est aut textui mendum tribuere, aut ullam circa eum difficultatem movere, quæ tam monstrosæ punctationis causa sit. narrantur enim hîc filii Judæ id fecisse, ad quod faciendum versu 16. venisse dicti erant. recte itaque vertit Pagninus non tantum secundum τὸ קרי sed etiam secundum τὸ כתיב. *Transivit vero Rex in Gilgal, & Cimhan cum eo. universus autem populus Jehudæ traduxerunt regem.* Tale vau exstat Gen. 22. vers. 6. בַּיּוֹם הַשְּׁלִישִׁי וַיִּשָּׂא אַבְרָהָם *die tertio elevavit Abraham oculos suos* &c. sic 2 Sam. 20. 12. כַּאֲשֶׁר רָאָה כָּל־הַבָּא עָלָיו וְעָמָד: ad verbum, *quando vidit* scil. vir quidam, *omnis veniens ad eum & stetit*, id est, quod attinet ad omnem venientem, eum stare, id est simpliciter, omnem venientem ad eum stare. sic 1 Reg. 12. 17. וּבְנֵי יִשְׂרָאֵל הַיֹּשְׁבִים בְּעָרֵי יְהוּדָה וַיִּמְלֹךְ עֲלֵיהֶם רְחַבְעָם, *Et ad filios Israël quod attinet qui habitabant in urbibus Iudæ, regnavit super eos Rechabeam.* id est, super filios Israël qui &c. regnavit &c.

Cap. XXI.

Vers. 20. &c. וַתְּהִי עוֹד מִלְחָמָה בְּגַת וַיְהִי אִישׁ מָדִין τὸ קרי est אִישׁ מָדוֹן *vir litis*, id est, rixosus, contentiosus. minus bene, nec ad rem multum pertinens. describitur enim vir mira corporis forma, qui senos in singulis manibus ac pedibus digitos habuisse dicitur. τὸ כתיב est אִישׁ מִדִּין *vir mensurarum*, quod plurale est formæ Chaldaicæ, qualia sunt רָצִין *cursores*, 1 Reg. 11, 13. מַלְכִין *reges* Prov. 31, 3. עִיִּין *acervi* Mich. 3, 12. & alia compluria. idem hoc plurale extat Jer. 13, 25. *Hæc sors tua*, מִדַּיִךְ *mensurarum tuarum.* sicut ergo 1 Paral. 11, 23. Ægyptius quidam dicitur אִישׁ מִדָּה *vir mensuræ*, id est procerus. ita hoc loco Philistæus dicitur אִישׁ מִדִּין *vir mensurarum*, id est valde procerus. Recte itaque Vulgatus *vir excelsus.* Pagninus, *vir* magnæ *mensuræ.* accepit in singulari numero. ut & Junius, qui in margine habet, *vir mensuræ.* at si τὸ קרי sequaris, מָדוֹן non *mensuram*, sed *litem* significat. sin τὸ כתיב, quod hîc procul dubio rectum est, id plurale est. quomodo recte vertit Jonathan גבר דמשחן *vir mensurarum.*

Cap XXII.

Vers. 36. וַעֲנֹתְךָ תַּרְבֵּנִי Quomodo Thargum & Rabbi David, aliique Rabbinorum id exponant, vide in thesauro Pagnini. addimus solummodo, secundum Grammaticam עֲנוֹת esse Infinitivum, ac verti posse, *& exaudire tuum* (exauditio tua) *multiplicat me.* vel si ב subintelligere volumus, *& exauditione tua multiplicas me.* etsi enim Psalm 18, 35. sit עַנְוַתְךָ תַרְבֵּנִי *mansuetudo tua multiplicat me.* non sequitur tamen, idem hîc esse עֲנֹתְךָ quod ibi עַנְוַתְךָ. certum enim est consulto hîc quædam una solum litera mutata esse, ut aliud significent. Ex. gr. Psal. 18, v. 11. est וַיֵּדֶא עַל כַּנְפֵי רוּחַ *& volavit super alas venti.* hîc vero וַיֵּרָא *& conspectus est.* illic. v. 12. est חֶשְׁכַת מַיִם *tenebræ aquarum.* hîc חַשְׁרַת מַיִם *colligatio aquarum.* & alia similia.

Cap. XXIII.

Vers. 3. אָמַר אֱלֹהֵי יִשְׂרָאֵל לִי דִבֶּר צוּר יִשְׂרָאֵל מוֹשֵׁל בָּאָדָם צַדִּיק מוֹשֵׁל יִרְאַת אֱלֹהִים:
Vers. 4. וּכְאוֹר בֹּקֶר יִזְרַח שָׁמֶשׁ בֹּקֶר לֹא עָבוֹת מִנֹּגַהּ מִמָּטָר דֶּשֶׁא מֵאָרֶץ:
Vers. 5. כִּי לֹא כֵן בֵּיתִי עִם אֵל כִּי בְרִית עוֹלָם שָׂם לִי עֲרוּכָה בַכֹּל וּשְׁמֻרָה כִּי כָל יִשְׁעִי וְכָל־חֵפֶץ כִּי לֹא יַצְמִיחַ:

Est hic ex difficillimis Scripturæ locis, in quem varias aliorum interpretationes allegare, & cur ab iis dissentiamus declarare brevitatis causa omittimus. Minime omnium placet Junius. Maximè verò Genevenses. Libet tamen & nostram in obscurissimum hunc locum sententiam eruditis expendendam proferre. Sic totum vertimus.

Vers. 3. *Dixit Deus Israëlis: de me locuta est rupes Israëlis, dominatur inter homines justus, dominatur* in *timore Dei.*

Vers. 4. *Et sicut luce matutina oritur sol; sicut tempus matutinum* est *absque nubibus, præ splendore: sicut è pluvia existit herba tenera à terra:*

Vers. 5. *Utique non sic* est *domus mea apud Deum, quia fœdus æternum posuit mihi, dispositum in omnibus & custoditum: etsi omnem salutem meam & omnem voluntatem, etsi* inquam, *progerminare non faciat.* vel, *utique progerminare non faciat.*

Mentem nostram sic explanamus. Quum versu primo proposuisset excellentem suum

statum, tum ob dignitatem regiam, tum ob donum propheticum, utrumque membrum sequentibus plenius elucidat. Et donum quidem Propheticum v. 2. dignitatem vero regiam reliquis. Et versu quidem tertio declarat, publica se Dei sententia promulgatum fuisse regem justum ac Dei timentem. vers. autem 4.& 5. prædicat stabilitatem & perpetuitatem regni sui, quam amplificat per comparationem, cujus primum membrum est v. 4. teste כ similitudinis in וּכְאוֹר. alterum est vers. 5. teste כֵּן ἀποδοτικῶς. instituitur autem comparatio cum tribus rebus naturalibus, quæ gratissimæ quidem sunt hominibus, & insignia benificia continent, sed non sunt constantes neque stabiles: nihil est in illis עֲרוּכָה בַכֹּל וּשְׁמֻרָה ordinatum ubique & in suo ordine firmiter custoditum. Nam quod ad solem attinet, oritur luce matutina, sed idem occidit rursus sub vesperam. deinde quod attinet serenitatem auroræ, solet ea quidem primo splendoris ortu discutere nubes, sed quum jam aliquandiu sol supra horizontem adscendit, redeunt nubes, aut succedunt aliæ quæ cælum obscurant & contristant. Tertio quod ad teneram herbam attinet quæ per pluviam è terra progerminat, læta ea est & utilis, sed quæ tamen subito flaccessit. Non sic, inquit, est domus mea coram Deo, æternum ea fœdus habet, in quo est aliquid עֲרוּכָה בַכֹּל וּשְׁמֻרָה quod ubique rectè ordinatum est, & in eo ordine custoditur. Nec obstat, quod jam jam omnem meam salutem, & omnem meam voluntatem non faciat progerminare. etsi mihi meæque familiæ adversi quid contingat, manet tamen semper illud quod in fœdere Dei mecum inito est עֲרוּכָה וּשְׁמוּרָה. Observandum autem in vers. 4. כ illud similitudinis, etsi semel tantum ponatur, tamen עומד במקום שלשה *stat loco trium*, ut loqui solet Kimchius. id est ter repeti debet, secundum tria comparationis membra. prius כִּי vers. 5. accipio pro *utique*. sæpe enim est non causale. sed confirmativum, ut in illustri loco Gen. 22, 17. כִּי בָרֵךְ אֲבָרֶכְךָ ubi LXX. habent ἦ μὴν, quod & Paulus allegat Hebr. 6. quæ non jurandi ut quidam volunt, sed confirmandi particula est. Tertium כִּי ejusdem versus verto *etsi*, quod & alibi sæpe valet. de quo vide Thesaur. Pagnini.

VERS. 6. 7. וּבְלִיַּעַל כְּקוֹץ מֻנָד כֻּלָּהֶם כִּי לֹא בְיָד יִקָּחוּ׃ וְאִישׁ יִגַּע בָּהֶם יִמָּלֵא בַרְזֶל וְעֵץ חֲנִית *Et* (viri) *belial sicut spinæ quæ removentur, omnes (erunt:) quia manu non possunt capi. Et vir* qui *attingit eas* (vel, & si quis attingit eas) *replebitur ferro & ligno hastæ*. יִמָּלֵא non verto cum Vulgato *armabitur*, nec cum Junio *munitur*. sive quis enim excîdere velit spinas, ferrum quidem & lignum securis adhibere, non autem hastæ solet: sive manum suam munire, ne attingendo lædatur, neutiquam hastæ ferro ac ligno uti consuevit. sed sensum esse puto, spinas non pati se capi. si quis attingere velit, spinarum aculeos infigi manui, eique inhærentes replere facta vulnera, non aliter quam ferrum lignumque hastæ, per corpus alicujus transverberata, illud opplent. imitantur enim acumina spinarum mucronem ferri hastæ. & quando spinæ altè infiguntur, non aliter se res habet, quam ubi non solum ferri mucro, sed & cum ferro ipsum hastæ lignum transadigitur.

VERS. 9. בְּחָרְפָם בַּפְּלִשְׁתִּים Quidam vertunt, *quum conviciis afficerent Philistæos*. At חֵרֵף alibi non construitur cum ב objecti. sed semper cum accusativo, expressâ ejus notâ אֶת, vel subintellecta. Semel cum ל 2 Paralip. 32, 17. Alii vertunt, *ad contemnendum* (scilicet animam suam) *inter Philistæos*. ut Jud. 5. 18. זְבֻלֻן עַם חֵרֵף נַפְשׁוֹ לָמוּת *Sebulum populus exposuit animam suam morti*. Addimus, verti etiam posse, *cum convitiis afficerent ipsos inter Philisthæos*, id est passivè, cum convitiis afficerentur inter Philisthæos. sic enim & alibi sæpe Infinitivus Piel activus vertitur passivè, ut Exod. 9. 16. וּלְמַעַן סַפֵּר שְׁמִי בְּכָל־הָאָרֶץ *& ut narrent nomen meum in tota terra*, id est, ut narretur nomen meum.

ANIMADVERSIONES

In loca difficiliora

I. REGUM.

CAP. II. VERS. 22.

וְלוֹ וּלְאֶבְיָתָר הַכֹּהֵן וּלְיוֹאָב בֶּן־צְרוּיָה׃ Vide in hunc locum interpretationes, Vulgati, Junii, Genevensium, Pagnini, Vatabli. quorum nemo phrasin Hebræam animadvertit. ut nec R. Levi, qui sensum esse putat, *& ipsius* supple potius est regnare, quia me major natu est. *& Abjatharis* sup. potius est sacerdotio fungi, quia patres ejus eo functi sunt. *& Joabi* sup. potius

potius est imperio exercitus fungi, quia jam dudum functus est. Optime phrasin Hebr. intellexerunt Jonathan & LXX. sic enim Jonathan, הלא בעצה הוו הוא ואביתר כהנא ויואב בר צרויה, *an non in consilio fuerunt ipse & Abjathar sacerdos & Joab filius Serujah?* LXX. paulo planius, Καὶ αὐτῷ Ἀβιαθὰρ ὁ ἱερεὺς, καὶ αὐτῷ Ἰωὰβ ὁ ἀρχιστράτηγος ἑταῖρος. Usitata phrasis est in N. Testam. τί ἐμοὶ καὶ σοί; Hebraismus est מה לי ולך *quid mihi & tibi.* אין לי ולך *non est mihi & tibi.* id est nihil mihi tecum rei, nulla mihi tecum communio neque societas. sic hoc loco, *Et ipsi & Abjathari sacerdoti, & Joabo filio Serujæ.* Id est, ipsi cum Abjathare & Joabo res est. Socii sunt & communia consilia habent. Ita R. David docet indicasse regem his verbis. Abjatharem & Joabum, qui manus Adoniæ roboraverant, hoc ipsi consilium dedisse. Non male verterunt Tigurini, *Et habet à se Abjatharum sacerdotem & Ioabum filium Serujæ.* ad quam versionem sic notavit Vatablus, Hebr. *& illi est* [consilium] *& Abjathari sacerdoti & Ioabo filio Serujæ.* putavit in Hebræo ellipsin esse vocis עצה *consilium.* quia phrasin non intellexit. unde & pejus quod addit, vertendum potius, [pete] *illi* inquam [regnum] *& Abjatharo sacerdoti & Ioabo filio Serujæ.*

Cap. VI.

Vers. 16: וַיִּבֶן לוֹ מִבַּיִת לִדְבִיר לְקֹדֶשׁ הַקֳּדָשִׁים: *Et struxit illi* (sc. domui aut templo) *intrinsecus Oraculum, in Sanctum Sanctorum*, vel per appositionem, *Sanctum Sanctorum*, id est, quod esset Sanctum Sanctorum: ut utrumque ל in לִדְבִיר & לְקֹדֶשׁ sit accusativi casus, ut alibi sæpe, idem quod particula אֵת. quod & Syris usitatissimum. Genevenses ל in לוֹ pro accusativo acceperunt, vertentes, *Et ædificavit illud intrinsecus in adytum*, scilicet *in sanctum sanctorum.* sed malim prius. ut sit idem quod v. 19. repetitur.

Vers. 20. וַיְצַף מִזְבֵּחַ אָרֶז Genevenses, Junius, Recens Belgica versio, & alii vertunt: *obduxit etiam altare cedrinum*, sc. auro. At tum in forma constructa dicendum fuerat מִזְבַּח אָרֶז. Melius ergo Vetus Lat. Interpres, *sed & altare vestivit cedro.*

Cap. VIII.

Vers. 65. Dicitur Salomo *celebrasse festum, septem diebus, & septem diebus, quatuordecim diebus.* nempe septem dies dedit dedicationi altaris, & alios septem festo Tabernaculorum, ut exponitur 2 Paralip. 7. 9. antecesserunt autem dies dedicationis altaris, non vero sunt secuti dies festi Tabernaculorum, cum 2 Paral. 7. 10. dicatur rex populum dimisisse vigesimo tertio die mensis. Necesse est itaque septem dies dedicationis altaris incepisse à septimo mensis inclusivè usque ad decimum quintum exclusivè, non relato in numerum hunc die decimo, quia in eum peculiare festum, nempe Expiationum, incidebat, quod sub pœna excisionis negligi vetuerat Deus, Levit. 23, 27, 28. 29. Quod autem 1 Reg. 8. 66. dicatur Salomo dimisisse populum octavo die, nempe festi Tabernaculorum, qui incidebat in vigesimum secundum mensis, quoniam vigesimus quintus erat primus festi, Lev. 23. 34. At 2 Paral. 7. 10. dicatur dimisisse populum vigesimo tertio die, rectè à viris doctis sic conciliatur, quod sub finem diei 22 veniam abeundi dederit, proximo die autem demum discesserint, quia octavus festi erat עֲצֶרֶת *dies detentionis*, quo abeundum non erat, Lev. 23. 36. totus ille dies Deo dandus erat. itaque omnibus sacris peractis, sub finem diei rectè dimisit rex populum, qui postridie abiit.

Cap. X.

Vers. 1. וּמַלְכַּת־שְׁבָא שֹׁמַעַת אֶת־שֵׁמַע שְׁלֹמֹה לְשֵׁם יְהוָה Varie vertitur illud לְשֵׁם יְהוָה. Junius, *famam Selomonis & nominis Jehovæ.* secutus fere LXX. Vulgatus & Pagninus *in nomine Domini.* Tigurini, *ex nomine Domini.* Genevenses, *à cause du nom de l'Eternel*, i. *propter nomen Domini.* sicut R. Levi, לְשֵׁם id est, inquit, בעבור שם *propter nomen*, quia omnis sapientia Salomonis à Deo erat. Malim, *in gloriam Dei.* nomen pro gloria usitatum. sic quoque R. Levi quod finis sapientiæ & operum Salomonis esset gloria Dei. sic & R. David, qui hoc additum ait, quia Genethliacorum & astrologorum disciplinæ prophanæ quibus student non spectant gloriam Dei. Salomonis autem sapientia secus. Quid si hîc vox יְהוָה sumatur sicut Psal. 104. 16. עֲצֵי יְהוָה *arbores Domini*, i. proceræ & excelsæ. & nomen אֵל Psal. 80. אַרְזֵי אֵל *cedri Dei*, i. excelsæ. & Psal. 36. 6. *justitia tua sicut* הַרְרֵי אֵל *montes Dei*, i. altissimi. & Psal. 68. 16. הַר אֱלֹהִים הַר בָּשָׁן *mons maximus est mons Basan.* Ita hoc loco, *Et regina Sabæ audiens rumorem Salomonis ad*

nomen magnum, vel nominis magni id eſt, audiens de Salomone rumorem ſpargi, non vulgaris ſed celeberrimi & divini cujuſdam nominis. Nam & latinè divinum dicimus quod magnum eſt & ſupra vulgus.

VERS. 28. ומוצא הסוסים אשר לשלמה ממצרים ומקוה סחרי המלך יקחו מקוה במחיר:

VERS. 29. ותעלה ותצא מרכבה ממצרים בשש מאות כסף וסוס בחמשים ומאה וכן לכל מלכי החתים ולמלכי ארם בידם יצאו:

Varias in hunc locum interpretationes recenſere omittimus, ſuo ſtudio inquirat eas curioſus & diligens lector. Nos noſtram tantum ſententiam adferemus. ſic vertimus, *Et ad exitum equorum, qui Salomonis* erat, *ex Ægypto, & netum quod attinet, mercatores Regis accipiebant netum precio. Et aſcendebat exibatque currus ex Ægypto ſexcentis argenteis, & equus quinquaginta & centum. atque ita ad omnes reges Hittæorum & ad reges Syriæ per eos educebant.* ומוצא & ומקוה habemus pro nominativis abſolutis, apud Hebræos uſitatiſſimis, qui Latinis enarrantur per *quod attinet*. & de ומקוה quidem monuit R. Selomoh dictionem eſſe עומדת בעצמה ואינה דבוקה לאחרידם *quæ ſtet per ſe & non cohæreat cum ſequentibus*. quia nempe notatur accentu diſtinctivo regio Zakeph gadol. optimè meo judicio. per מקוה autem cum R. Levi intelligimus בגדי שש *veſtes byſſinas*. nam inquit, ſicut filum dicitur תקוה, ita quod ex filis texitur dicitur מקוה. Rem ſic capimus. Pharaonem dediſſe genero ſuo Salomoni poteſtatem in omnes equos & currus qui neta byſſina, quibus abundabat Ægyptus, inde eveherent. Salomonem autem ſuis mercatoribus id privilegii dediſſe, ut ipſis ſolis neta illa evehere liceret, ſic tamen ut pro ea poteſtate certum pretium Regi penderent. Id pretium quantum fuerit, ſequenti verſu indicatur. currus mercibus onuſtus pendebat ſexcentos argenteos. equus centum quinquaginta. unde diſcimus inquit R. David, currum fuiſſe ארבעה סוסים *quatuor equorum.* quamobrem Vulgatus מרכבה vertit *quadriga*. atque ita penſitatis vectigalibus evehebantur merces ad reges Hittæorum & Syriæ, ſed non niſi per mercatores regios, utpote in quorum manibus & poteſtate omnia neta erant. unde בידם Jonathan vertit ברעות הון *per voluntatem eorum*. R. Levi & R. David ברשותם *per licentiam, per poteſtatem eorum.* rectè. alias ביד ſimpliciter eſt *per*. & miniſterium denotat. Non eſt autem diſſimulandum לכל מלכי החתים ולמלכי ארם à Vulgato & Pagnino verti per nominativos, *Et omnes reges Hittæorum & Reges Syriæ educebant.* Nemo id ipſis vitio vertat. Nam ſicut antehac monuimus & monebimus ſæpe, præpoſitionem ב non raro facere nominativum, idem de præpoſitione ל habendum. ſicut & utriuſque pleonaſmus apud Arabes eſt frequentiſſimus. hujus exempla qui in Hebraiſmo petit, videat Deut. 24. 5. Joſ. 10. 21. Eſa. 32. 1. 1 Paral. 3. 2. 2 Paral. 23. 6. Job. 16. 21. 2 Sam. 16. 2. 2 Sam. 17. 16. 2 Reg. 7. 2. Hîc tamen fateor non adeo urgere locum. poteſt enim יצאו imperſonaliter exponi, ſubintellecto אנשים. **men bracht upt.** *educebantur merces ad reges.*

CAP. XIV.

VERS. 14. והקים יהוה לו מלך על ישראל אשר יכרית את־בית ירבעם זה היום ומה גם עתה:

Jonathan vertit, ויקים ייקדמוהי מלכא על ישראל דישיצי ית בירת ירבעם מן דקיים יומא דין ואף דאיתיליד מכבן ולהלא: *Et ſuſcitabit Dominus ante ſe regem ſuper Iſraël, qui perdet domum Jeroboami quæ vivit die hoc, & etiam quæ naſcitura eſt ex hinc & deinceps.* Ubi obiter obſervandum, peſſimè in Venetis punctari מן דקיים *ex quo vivit*. quum ſenſus poſtulet מן דקיים *quæ vivit*. miror non correctum in Baſileenſi. porro זה היום acceperunt pro אשר חיים, *excidet domum Jeroboami quæ hoc die eſt*. ſic enim זה & alibi ſumitur, ut Job. 19. 19. Pſal. 104. 8. Pſal. 74. 2. Prov. 23. 22. & ומה גם עתה pro מעתה *& quæ etiam deinceps futura eſt.* ad eandem plane ſententiam R. Selomoh, & R. Levi. At R. David ומה צרה זו גם עתה dicit poni pro ומה גם עתה, *& quid anguſtia hæc etiam nunc?* id eſt levis eſt anguſtia hæc. nam magis magiſque evenient anguſtiæ Iſraëli. Noſtri fere Interpretes ab his ſententiis abeunt. præ cæteris autem mihi potiſſimum arridet Genevenſium, qui latinè ſic habent, *Et ſuſcitabit ſibi Dominus regem ſuper Iſraël, qui excidet domum Jeroboami die illo. & quid? etiam jam jam* זה היום vertunt *die illo*, quo nempe Deus regem ſibi alium ſuſcitabit. ſic & Kimchius זה היום שיקום אותו המלך, *illo die quo exſurget rex iſte.* ומה

ver-

vertunt *& quid?* finita ibi interrogatione. nec repugnat Hebræa lectio. מֶה enim notatur Tiphcha accentu regio distinctivo qui vocem suspendit. ideo & גַּם habet dagesch lene, quia præcedens מֶה in illud non influit. alioqui literæ בגדכפת in initio dictionis sunt raphatæ, quando præcedens dictio terminatur in aliqua literarum אהוי, quæ mollitie sua in eas influat. quod si ea terminatio adjunctum habeat accentum regium quo suspendatur, ne statim ejus pronunciatio cum sequenti coëat, fiunt prædictæ sex literæ dagessatæ. Fateor tamen me dubitare, an זֶה הַיּוֹם rectè vertatur, *illo die*. id enim Hebræi per הוּא demonstrant potius quam per זֶה. הוּא enim est *ille* demonstrans remotius. זֶה *hic* demonstrans propinquius. deinde *illo die*, & *hoc die* non solent Hebræi dicere הוּא הַיּוֹם neque זֶה הַיּוֹם, sed הַיּוֹם הַהוּא & הַיּוֹם הַזֶּה postposito pronomine. At זֶה hoc modo tempori præpositum, solet & ipsum fieri adverbium temporis, & significare *jam*. ut Gen. 31. 38. זֶה אַרְבָּעִים שָׁנָה *Jam quadraginta annis* sic & hoc loco verterem, *qui excidet domum Ieroboami jam hoc die & quid? etiam nunc*. id est hac hora, hoc momento. Hyperbolen esse puto, qua plus dicitur quam est. ad denotandum, non brevi tantum fore hoc excidium, sed & tam certum quasi hoc ipso die, hoc ipso momento futurum esset.

Cap. XVI.

Vers. 31. וַיְהִי הֲנָקֵל לֶכְתּוֹ בְּחַטֹּאות יָרָבְעָם בֶּן־נְבָט וַיִּקַּח אִשָּׁה אֶת־אִיזֶבֶל Nihil hîc difficile est, nisi illud הֲ in הֲנָקֵל. Jonathan simpliciter omisit והוא שיט בעינוהי למיזל בחובי ירבעם *& fuit contemptibile in oculis ejus ambulare in peccatis Ieroboami*. sic alii. Kimchius, &c. אם היה בעיניו נקל ללכת. *an erat in oculis ejus leve ambulare in peccatis Ieroboami?* Responsio est, erat leve: idque ostendit operibus suis, nam duxit etiam uxorem ex gentibus, ut peccaret magis & coleret Baal. sed quia interrogatio affirmativa solet negare apud Hebræos, ut contra negativa affirmare, quod hoc loco sensus omnino postulat, maluerunt alii הֲ habere pro הֲלֹא, & vertere, *nonne leve erat ambulare ipsum?* id est, sane leve erat. Vide quæ pluribus ad hunc & similia loca observavimus, 1 Sam. 2. 27.

Cap. XVIII.

Vers. 5. אוּלַי נִמְצָא חָצִיר וּנְחַיֶּה סוּס וָפֶרֶד וְלוֹא נַכְרִית מִן־בְּהֵמָה: מִן בְּהֵמָה est τὸ כתיב. מֵהַבְּהֵמָה, τὸ קרי. perinde est, quamvis mallem τὸ כתיב, absque הֵ״א הידיעה, quia nomen hîc rectè indefinitè sumitur. Difficultatem autem Interpretibus peperit illud מִן. Pagninus, *neque privemus* urbem *jumentis*. sic fere R. David. at *urbem* non est in Hebræo. & הכרית non significat *privare*. Ideo Vatablus annotat, in Hebræo esse, *& non exscindamus nos à jumentis*. sic R. Levi. quod & Junius secutus est in marginalibus notis, additque esse hypallagen. At in Hebræo non est *nos*. verbum enim hiphil est non Hithpaël. In textu Junius perspicuitatis causa habet, *& non sinamus exscindi nobis jumenta*. verba id propriè non sonant. Genevenses, *Et non orbabimus plane* territorium *bestiis*. nihilo melius quam Pagninus. Multo melius Jonathan ad verbum vertit, ולא נפסוק מבעירא *& non exscindemus ex jumentis*, id est ulla jumenta. sensus est, si gramen reperire non possumus, necesse erit magnam jumentorum partem occidere, si vel paucula servata volumus. quod si gramen comparari potest, omnia poterunt ali, nec ulla cædere cogemur. notum est מִן apud Hebræos partitivè sæpe accipi. ut & in N. Test. θανατώσουσι ἐξ ὑμῶν. *quosdam vestrum occident*. LXX. etsi vim particulæ partitivæ non expresserint, non malè verterunt, καὶ οὐκ ἐξολοθρευθήσεται ἀφ' ἡμῶν κτηνῶν. *& non perdantur à nobis jumenta*. id est, *& ne perdamus jumenta*, sive non subministrando ipsis alimenta, sive cædendo ea, quia quo alamus non habebimus. Belgicè verterem, **ende dat wy niet uyt en roeyen een deel beesten.** R. Selomoh rectè, ולא תכרת כל בהמתנו ממנו *& non exscindantur ulla jumenta nostra à nobis*. ergo מִן בְּהֵמָה est *ulla jumenta*.

Cap. XIX.

Vers. 21. וּבִכְלִי הַבָּקָר בִּשְּׁלָם הַבָּשָׂר וַיִּתֵּן לָעָם וַיֹּאכֵלוּ Junius, *& instrumento boum coxit illorum carnem*. sic & Tigurini. quod dicendum fuerat בִּשֵּׁל בְּשָׂרָם. Pagninus, *coxit eis carnes*. quasi בִּשֵּׁל לָהֶם sicut alibi נְתַתַּנִי pro נָתַתָּ לִי. sic Jonathan, Jarchius, R. Levi & Kimchius. *eis* nempe populo cujus mentio sequitur. Vulgatus simpliciter, *coxit carnes*.

quod & Vatablus probat, & affixum inquit redundare videtur. Id nobis simplicissimum videtur. ut בָּשָׂר dicamus collectivè sumi, ideoque affixum plurale ante se habere. & quia affixum nomen suum antecedit, ideo pleonasticum est, *coxit eas carnes*, i. coxit carnes. qua phrasi nihil apud Syros usitatius est. neque insolens est in Hebraismo. ut Exod. 2. 6. וַתִּרְאֵהוּ אֶת־הַיֶּלֶד *& vidit eum puerum*, id est simpliciter *vidit puerum*. Num. 23. 22. בְּנוֹ צִפֹּר *fili Tsippor*. qui plura vult, videat Psal. 64. 9. Deut. 32. 43. Exod. 35. 5. Jer. 9. 15. Job. 33. 20. Prov. 14. 13. 1 Sam. 21. 13. Hab. 1. 11. 2 Sam. 14. 6.

Cap. XXI.

Vers. 13. וַיְעִדֻהוּ אַנְשֵׁי הַבְּלִיַּעַל אֶת־נָבוֹת Vertunt, *Et testati sunt contra eum viri nefarii, contra Nabothum.* conjungere licet וַיְעִדֻהוּ אֶת־נָבוֹת ac verterem *& testati sunt contra Nabothum.* ut pleonasmus sit affixi, nomen ad quod refertur antecedentis. quale est illud Exod. 2. 6. וַתִּרְאֵהוּ אֶת הַיֶּלֶד *& vidit puerum*. plura exempla sunt. Psal. 64. 9. Num. 23. 22. Deut. 32. 43. Exod. 35. 5. Jer. 9. 15. Job. 33. 20. & alibi sæpe. vide supra 1 Reg. 19. 21. nec quicquam Syris usitatius. Fuit autem hîc Naboth מוּמָם. sic enim in Misnah vocatur, qui falsis testibus oppressus, innocens luit.

ANIMADVERSIONES

In loca difficiliora

II. REGUM.

Cap. I. Vers. 3.

&c. הֲמִבְּלִי אֵין־אֱלֹהִים בְּיִשְׂרָאֵל אַתֶּם הֹלְכִים Duplex hîc est negatio בְּלִי & אֵין. utramque ut exprimeret Pagninus, vertit *Nonne, quia non est Deus in Israël, proficiscimini* &c. quod probat Vatablus in Notis. videntur הֲ quod præponitur ת״ס מִבְּלִי junxisse cum אֵין, ut הַאֵין sit *nonne*, & מִבְּלִי *quia non.* at vero הַאֵין non est idem quod הֲלֹא, neque potest simpliciter verti *an non*, sed verti debet *an non est*, quia אֵין semper verbum substantivum in se includit. Hinc Junius, Tigurini, Genevenses, Vulgatus, LXX. Jonathan & alii, simplici negatione efferunt, *an propterea quod non est Deus in Israële, vos itis?* vel *an non est Deus in Israël, quod vos itis?* Doctissimus Mercerus qui ad Job. 6, v, 13. hunc locum obiter explicat, dicit duas negationes magis affirmare. ego contra senserim magis negare, non hîc tantum sed ubique, neque esse latinismum illum in lingua Hebræa admittendum, duas negationes affirmare. de quo pluribus contra sententiam Merceri agimus ad Eccles. cap. 3, v. 11. Ad hunc locum quod attinet, iterari negationem putamus ad majorem emphasin, ideoque utramque negationem versione exprimendam esse, ne de emphasi quicquam pereat. hoc modo, *An, propterea quod non est, non est Deus in Israël, vos itis* &c. Belgicè, **is het om datter gheen Godt sy / gheen Godt in Israel / dat ghy gaet / etc.** q. d. Vos hoc vestro itinere palam facitis vos sentire, non esse, nequaquam esse Deum in Israële: deesse, omnino deesse Deum Israëli. videtis intendi negationem, non affirmationem.

Cap. III.

Vers. 24. וַיָּבֹאוּ אֶל מַחֲנֵה יִשְׂרָאֵל וַיָּקֻמוּ יִשְׂרָאֵל וַיַּכּוּ אֶת־מוֹאָב וַיָּנֻסוּ מִפְּנֵיהֶם וַיַּבּוּ־בָהּ וְהַכּוֹת אֶת מוֹאָב: וַיַּכּוּ בָהּ ד״ס קרי est וַיַּכּוּ בָהּ. quod superfluum hîc videtur, quia immediatè fere præcessit וַיַּכּוּ אֶת מוֹאָב, & immediate rursus sequitur וְהַכּוֹת אֶת מוֹאָב. Rabbi Levi dicit sensum esse, & percusserunt eos isthic loci ubi castra erant, deinde consenserunt inter se percutere Moabitas etiam in locis ipsorum. Junius in margine ad verbum *& percusserunt in ea, etiam percutiendo Moabitas*, quibus in textu hunc sensum dat, *& perrexerunt percutere Moabitas etiam in ipsa regione eorum.* כתיב ת״ס est ויבו; estque plane insolens. R. David dicit se sensum ei non invenire nisi ponatur pro וַיָּבֹא permutatis א & ו. malim relinquere literam ו. & legere וַיָּבוֹ pro וַיָּבוֹא per apocopen א״ל, sicut in Hiphil per eandem apocopen quater occurrit מֵבִי pro מֵבִיא. scilicet 1 Reg. 21, 21. 2 Sam. 5, 2. Jer. 19, 15. & 39, 16. & bis אָבִי. Mich. 1, 15. & 1 Reg. 21, 29. sensus est *& ingressus est*, nempe יִשְׂרָאֵל *Israel*, id est ingressi sunt Israëlitæ, בָהּ in eam, nempe terram Moabitarum in quam fugerant. affixum respicit nomen אֶרֶץ, non quod præcesserat, sed quod ex necessitate ipsius rei mente

te tenebatur, quod satis in hac lingua frequens est. quum enim fugisse dicti essent, id est, in terram suam fuga se recepisse, in eam quoque Israëlitæ qui fugientes insequebantur ingressi sunt. Fuit quum יָבֹו putaremus præteritum Kal esse, formæ סַבּוֹ à radice יבב, cujus fut. ex Piel occurrit Jud. 5, 28. estque in eadem conjugatione Syris usitatissimum pro *clangere tuba in bello.* & verteremus, *& vociferati sunt in ea*, sup. terra, vel in eo loco, *& percusserunt Moabitas*, quum nempe eos fugam capere viderent, vocibus ac tubis se mutuo ad insequendum & reliquos trucidandos incitarunt. tum legendum esset וַיָּבוֹ. puncta enim quæ in textu sunt, in gratiam τȣ̃ Keri adjuncta fuisse certum est. sed magis arridet prior sententia, quam & LXX. secuti sunt, quum verterunt, καὶ εἰσῆλθον εἰσπορευόμενοι. omiserunt affixum בָהּ. R. Levi fœmininum illud refert ad τὸ מַחֲנֶה quod interdum fœminini generis est. ut sensus sit. eos cæcidisse Moabitas primo in suis castris ad quæ Moabitæ dicti sunt accessisse, deinde in ipsis terminis Moabitidis quo fugerant. R. David dicit, Mazoram tradere בָהּ poni pro בָם, ut & Hoseæ 9, 2. sed neutro in loco id necesse est.

CAP. IV.

VERS. 7. *Vende oleum, & persolve debitum tuum* sequitur deinde וְאַתְּ בָּנַיִכִי תִּחְיִי בַּנּוֹתָר׃, quæ dura est locutio. Nam primo, *& tu, filii tui*, pro *& tu & filii tui* durum est ἀσύνδετον deinde inusitata constructio est, post dua nomina, quorum prius est singulare fœmin. alterum plur. mascul. sequi verbum singulare quod cum remotiori genere & numero conveniat. unde & LXX habent ζήσεσθε, quasi תִּחְיוּ, ut & Vulgatus *vivite*. Junius בָּנַיִכִי accepit pro עִם בָּנַיִכִי. vertit enim, *tu vero cum filiis tuis vivito è reliquo.* si textus sacer punctis careret, pro וְאַתְּ legerem וְאֵרת, sic enim omnia sunt facilia, *Et cum filiis tuis vivito è reliquo.* quamvis res hæc parvi sit monenti, quum sensus sibi constet.

CAP. V.

VERS. 3. אָז יֶאֱסֹף אֹתוֹ מִצָּרַעְתּוֹ׃. *tunc colligeret eum à lepra sua.* eadem phrasis est v. 6. & 7. at vers. 11. simpliciter est וְאָסַף הַמְּצֹרָע *& colligeret leprosum.* id est restitueret, sanaret. ad quæ Vatablus annotat, quosdam scribere אסף venire significatione *curandi & sanandi*; quod qui sanatur, retrahatur, sive eripiatur è morbo. alios, quod qui curati sunt à lepra, recolligantur revocenturque in societatem aliorum. quæ R. Selomonis est sententia. & Davidis Kimchii. sicut Num. 12, 14. jussit Deus, ut Maria soror Mosis leprosa concluderetur septem dies extra castra, וְאַחַר תֵּאָסֵף *& postmodum recolligetur.* & populus non est profectus עַד הֵאָסֵף מִרְיָם *donec colligeretur Mirjam.* R. Levi aliam adfert causam. dicit sanationem lepræ vocari collectionem, quia lepra facit ex uno multa. nam dominante calore putrido infirmatur valde calor naturalis, qui compingit membra animantium, & reddit ea unum. unde reperies in leproso nonnunquam decidere membra. quamobrem hîc de sanatione leprosi dicit, revertetur caro tua & mundaberis. quia leprosus non habet carnen suam. neque enim in ea est id quod carnem ejus compingit sive colligat. Hæc ille.

VERS. 18. לַדָּבָר הַזֶּה יִסְלַח יְהוָה לְעַבְדֶּךָ בְּבוֹא אֲדֹנִי בֵית רִמּוֹן לְהִשְׁתַּחֲוֹת שָׁמָּה וְהוּא נִשְׁעָן עַל יָדִי וְהִשְׁתַּחֲוֵיתִי בֵּית רִמֹּן בְּהִשְׁתַּחֲוָיָתִי בֵּית רִמֹּן יִסְלַח־נָא־יְהוָה לְעַבְדְּךָ בַּדָּבָר הַזֶּה׃ Non habet hic locus magnam difficultatem. Nescio cur Dominus Junius verterit. *Quum ingreditur Dominus meus ædes Rimmonis ut incurvet se ibi (nam is nititur manu mea) si incurvavero me in æde Rimmonis, Hoc incurvare meum in æde Rimmonis condonet quæso Jehova servo tuo, in hac re.* Non opus est ista parenthesi. neque וְהוּא vertere, *nam is.* neque וְהִשְׁתַּחֲוֵיתִי *si incurvavero me.* Existimo vau in וְהוּא non esse hîc copulativum, sed retributivum ad literam bachlam in בְּבוֹא. communis ea phrasis est, ut Gen. 3, 5. בְּיוֹם אֲכָלְכֶם מִמֶּנּוּ וְנִפְקְחוּ עֵינֵיכֶם *in die quo edetis de ea, aperiertur oculi vestri.* Ita hîc verterem, *quum intrat dominus meus ædem Rimmon, ad adorandum ibi, ipse innititur manui meæ, & incurvo me in æde Rimmonis. quando incurvo me in æde Rimmonis, ignoscat obsecro dominus servo tuo in re hac.*

CAP. VII.

VERS. 7. וַיָּנוּסוּ אֶל־נַפְשָׁם׃ Pro עַל נַפְשָׁם. sicut Gen. 19, v, 17. הִמָּלֵט עַל נַפְשֶׁךָ *evade propter animam tuam.* id est, ad tuendam vitam tuam. sic hoc loco, *& fugerunt propter animam suam.* אֶל pro עַל frequens est. qui vult, videat Thes. Pagn. Recte Jonathan

than לשיזבא נפשיהון *ad servandas animas suas.*

CAP. VIII.

VERS. 11. וַיַּעֲמֵד אֶת פָּנָיו וַיָּשֶׂם עַד בֹּשׁ וַיֵּבְךְּ אִישׁ הָאֱלֹהִים׃ R. Selomoh & R. Levi ויעמד את פניו sumunt pro continuit & coërcuit vultum suum à fletu. quod secutus est Junius & Genevenses At Rabbi David pro constituere in altero latere, ne ab Hazaële conspiceretur, quia continere se à lacrymis volebat. Id Vatablus sequitur. atque ita intellexit Jonathan, qui vertit ואסחר ית אפוהי ואוריך עד סגי ובכא נביא דיי׃ *& vertit faciem suam, & prolongavit usque multum, & flevit Propheta Domini.* Deinde וַיָּשֶׂם *& posuit*, sup. manus suas super faciem, inquiunt R Levi & R. David. At Rabbi Salomon, posuit cor suum ut constanter se contineret. Ego simpliciter verterem, *Et stare fecit vultum suum, & posuit ad pudorem usque, & flevit vir Dei.* Id est, stato, immoto, & fixo vultu intuitus est Hazaëlem donec pudorem ipsi incuteret, & sibi lacrymas eliceret. sic fere Tigurini, *Porro vir Dei firmata facie sua stetit, donec pudesieret, nam flevit.* habent & Genevenses id in notis.

CAP. IX.

VERS. 4. וַיֵּלֶךְ הַנַּעַר הַנַּעַר הַנָּבִיא Jonathan ואזל עולמא תלמידא דנביא *& abiit adolescens discipulus Prophetæ.* Vulgatus, *puer Prophetæ.* sic omnes fere nostri Interpretes הַנַּעַר הַנָּבִיא sint duo substantiva in regimine Genitivi. Ita & R. Selomoh, qui per Prophetam hîc vult intelligi ipsum Elisæum. quod non est verisimile. At LXX. acceperunt per appositionem τὸ παιδάριον ὁ προφήτης. sic quoque verterem, *& abiit adolescens, adolescens Propheta,* Etsi enim v. 1. dicitur fuisse unus ex filiis Prophetarum, hoc tamen loco idem rectè vocatur Propheta, quia vocatus à Deo Prophetæ munere jam actu fungebatur. Et quamvis fatear non desse exempla ejusmodi constructionis, ubi substantivum regens alterum substant. in Gen. casu habet ante se ה notificativum, non tamen eo veniendum est, nisi urgente necessitate. est enim præter genium linguæ, docentibus Grammaticis, limitari ac restringi substantivum prius per alterum quod genitivi locum tenet, ideoque id ipsum ה demonstrativo seu notificativo non egere. Ita & R. David accipit in commentariis. addit tamen quoque sententiam Jonathanis, quam ut passim ita & hîc sequitur R. Selomoh.

VERS. 13. וַיְמַהֲרוּ וַיִּקְחוּ אִישׁ בִּגְדוֹ וַיָּשִׂימוּ תַחְתָּיו אֶל גֶּרֶם הַמַּעֲלוֹת׃ Non hîc repeto quæ de אֶל גֶּרֶם הַמַּעֲלוֹת Pagninus in thesauro suo eruditè, ut omnia, habet. Solummodo addo, versionem Pagnini, *in fastigio graduum*, esse Kimchii in commentariis, ubi dicit sensum esse אל המעלה העליונה *ad gradum supremum.* Sequuntur id quoque Junius & Genevenses, aliique, nescio tamen quo fundamento. גֶּרֶם enim *os* ossis significat. Arabibus *corpus.* sed quid hoc ad *fastigium?* Fateor quidem R. David de Pomis in dictionibus externis גְּרַם exponere per עליון. sed velim allatum locum. hactenus enim probationem desidero. In libro Radicum Kimchius aliter exponit. dicit enim אֶל גֶּרֶם הַמַּעֲלוֹת esse אל עצם המעלות id est inquit אל מעלות עצמן *ad ipsosmet gradus.* Non video quenquam nostrorum interpretum id amplecti. mihi tamen maximè arridet. 1. Quia עֶצֶם & גֶּרֶם sunt synonyma. ambo significant *os.* inde עֶצֶם denotat substantiam rei, adeoque ipsam rem. cur non ergo idem valeat & גֶּרֶם ? 2. quia apud Chaldæos גרמא sumitur pro *ipsare*, ut apud Heb. עצם· ut Job. 2, 5. וְגַע אֶל עַצְמוֹ *& attinge illum ipsum.* Chaldæus vertit וקריב לגרמיה 3. Quia sic rectè indicatur, quantopere festinarint honorem regium Jehu exhibere non exspectarunt donec in plateas venissent, sed antequam è loco sublimi, ubi principes convenerant, descendissent, ad ipsos gradus vestes suas ipsi straverunt. Non videtur autem celandum, apud Arabes جرم גְּרְם, teste Geuhari non tantum significare الجسد אַלְגַּשַׁד *corpus*, ut diximus supra, sed & القطع אַלְקַטַע *sectionem*, & القسم אַלְקַשַׁם *partem.* quo sensu hîc vertere possemus, *& posuerunt sub eo in aliquo graduum*, aut *super aliquem ex gradibus.* posito אֶל pro עַל ut sæpe. atque ex hac significatione est, quod Gen. 49, 14. יִשָּׂשכָר חֲמֹר גֶּרֶם vertatur à Rabbi Jonah per שבור· *Issachar est asinus fractus.* Nec dubito, quin ut apud Arabes, ita & apud Hebræos verbum גָּרַם non sit specialiter *exossare*, sed in genere *frangere, scindere.* quod optimè omnibus locis congruit, ubi hæc vox invenitur. Et ea significatione hoc ipso in loco usus est R. Selomoh. quum enim secutus Jonathanem dixisset גֶּרֶם hîc esse *horologium*, addit esse לשון פגם והגרמה, *significatione fractionis*

ctionis & scissionis. arbitror, quia horologium frangit ac scindit diei tempus in horas, semihoras & quadrantes.

Vers. 15. אַל יֵצֵא פָלִיט מִן הָעִיר לָלֶכֶת לְגִיד בְּיִזְרְעֶאל׃ Rationem punctationis quæ est in לגיד non capio. vocales enim ad τὸ כתיב non pertinere certum est. sed nec τῷ קרי quadrare videntur. Hîc enim post scheva mobile sequitur dagesch forte, non sic in Keri. hîc ג habet sub se patach. at in Keri ante se. hic י habet sub se chirec, at in Keri ante se, & ipsum quiescit. itaque secundum τὸ Keri punctandum erat לְגִּיד pro לְהַגִּיד. sicut 2 Reg. 12, 12. scribitur הַמְּפַקְּדִים pro הַמְפַקְּדִים. sed non alia lectione opus est, quam quæ est τῷ כתיב, nempe ut legatur לְגִּיד pro לְהַגִּיד, sicut alibi est לַשְׁמִיעַ pro לְהַשְׁמִיעַ & sexcenta alia. ut לָאוֹר pro לְהָאוֹר. לָדִין pro לְהָדִין.

Vers. 25. כִּי זְכֹר אֲנִי וָאַתָּה אֵת רֹכְבִים צְמָדִים אַחֲרֵי אַחְאָב אָבִיו וַיהוָה נָשָׂא, &c. Junius, *Nam recordare, me & te pariter equitantibus binis post Achabum patrem ejus, Jehovam protulisse* &c. sic Genevenses, Tigurini, aliique secuti Jonathanem, R. Selomonem, Davidem Kimchium, LXX. & Vulgatum. sed quomodo in ea interpretatione locum habet particula אֵת? explicat id R. David in commentariis his verbis ומלת את ר"ל עם כלאמר אני עמך ואתה עמי היינו רוכבים צמרים *particula* אֵת *significat cum, quasi diceret, ego tecum & tu mecum fuimus equitantes bini.* Admodum durum id est. Longe elegantius meo judicio R. Levi, qui mentem Jehu sic edisserit ר"ל שאני ואתה היינו יחד את רוכבים אחרים מחוברים והולכים אחרי אחאב אביו׃ *vult dicere, ego & tu eramus pariter cum aliis qui equitabant juncti, & ibant post Achabum patrem ejus.* Id secutus Vatablus optime vertit, *Ego & tu* eramus, *cum iis qui equitabant bini post Achabum patrem ejus.* non extant hæc in Commeliniana editione, sed in notis ad versionem Tigurinorum apud Rob. Steph. editis. Sensus est, solere Achabum satellitibus stipatim incedere, sed qui per paria bini eum sequerentur. cum quibus, inquit Jehu, tu & ego aliquando etiam incedebamus, & tum Deus protulit &c. quæ deinde sequuntur.

Cap. X.

Vers. 25. *Dixit Jehu* לָרָצִים וְלַשָּׁלִשִׁים *cursoribus & tribunis, intrate & percutite eos, ne quisquam exeat: & percusserunt eos ore gladii.* sequitur, וַיַּשְׁלִכוּ הָרָצִים וְהַשָּׁלִשִׁים Junius, *tum abjecerunt cursores & tribuni* eos. addidit eos, nempe interfectos. Nova Belgica versio, *& abjecerunt cursores & tribunos*, ut non intelligantur cursores & tribuni, quibus Jehu præceperat ut interficerent, sed alii, interfecti. Sequitur, וַיֵּלְכוּ עַד עִיר בֵּית הַבָּעַל, Junius, *deinde perrexerunt in ædem Baalis* per *civitatem quamque.* quod cum constructione Hebræa conciliari nequaquam posse videtur, quæ simpliciter sonat, ut habet Vulgatus, *& iverunt in civitatem templi Baal.* Nos vertimus, *Et proripuerunt se cursores & tribuni*, nempe è domo Baalis in Samaria, ubi occiderunt omnes ministros Baalis, *& iverunt ad civitatem domus Baalis*, quæ nempe vicina erat Samariæ, ubi templum peculiare habebat Baal. וַיַּשְׁלִכוּ, vertimus, *& proripuerunt se*, quasi projecerunt se cum impetu & festinatione. Græcè ad verbum, ἐπέβαλον, eodem sensu quo Marci 14. 27. ἐπιβαλὼν ἔκλαιε, *& proripiens se*, nempe ex aula Caiphæ, *flevit.* quod ex hoc Ebraismo ad verbum rectè dicas, וּמַשְׁלִיךְ בָּכָה. Eadem fere Metaphora, qua Esth. 6. 12. de Hamana dicitur וְהָמָן נִדְחַף אֶל בֵּיתוֹ *& Haman impulit se*, id est festinanter proripuit se, *domum suam.*

Cap. XI.

Vers. 5. צִוָּם לֵאמֹר זֶה הַדָּבָר אֲשֶׁר תַּעֲשׂוּן הַשְּׁלִשִׁית מִכֶּם בָּאֵי הַשַּׁבָּת וְשֹׁמְרֵי מִשְׁמֶרֶת בֵּית הַמֶּלֶךְ׃

Vers. 6. וְהַשְּׁלִשִׁית בְּשַׁעַר סוּר וְהַשְּׁלִשִׁית בַּשַּׁעַר אַחַר הָרָצִים וּשְׁמַרְתֶּם אֶת מִשְׁמֶרֶת הַבַּיִת מַסָּח׃

Vers. 7. וּשְׁתֵּי הַיָּדוֹת בָּכֶם כֹּל יֹצְאֵי הַשַּׁבָּת וְשָׁמְרוּ אֶת מִשְׁמֶרֶת בֵּית יְהוָה אֶל הַמֶּלֶךְ׃

R. Selomoh vult, eos qui intrabant in Sabbathum sive in Septimanam divisos fuisse in tres ordines, quorum primus domui regis, alter portæ Sur, tertius portæ post cursores servandæ destinatus fuerit. His deinde adjungi vers. 7. omnes qui exibant è Sabbatho. Hanc sententiam fere sequitur D. Junius, & Genevenses. At R. Levi & R. David volunt tres tantum in universum fuisse ordines, quorum primus constiterit iis qui intrabant in Sabbathum, neque omnibus, sed media eorum parte, quia & alia ipsis negocia in templo peragenda erant.

ideoque dici הַשְּׁלִשִׁית מִכֶּם *tertia pars erit ex vobis*, non omnes vos, qui intratis in Sabbathum. reliquos duos ordines constitisse iis qui exibant è Sabbatho, & quidem omnibus, quia nulla ipsis amplius in templo negocia incumbebant. idque indicari vers. 7. qui explicationis causa additus sit versui 6. ad docendum, unde duo illi posteriores ordines essent desumendi, nempe ex iis qui exibant è Sabbatho. Ea sententia mihi maxime probabilis videtur. præter tres enim, alii non memorantur 2 Chron. 23. 5. quum enim duo posteriores ordines qui vers. 6 memorantur portæ Sur & portæ post cursores præficiantur, quæ non aliæ erant quam templi portæ, iidem omnino videntur fuisse cum שְׁתֵּי הַיָּדוֹת de quibus vers. 7. quibus eadem cura demandatur, ut custodiant domum Jehovæ, neque peculiaris quidam locus ipsis assignatur. Quod si alii fuerunt à prioribus, non video quorsum & hi dispescantur in שְׁתֵּי יָדוֹת *duas partes*, quum statim addatur, omnibus qui exibant è Sabbatho injunctum fuisse ut templum custodirent. Quod enim D. Junius alio sensu hæc explicet, nempe, *Et vobis vero omnibus exituris Sabbatho binæ laterales custodiæ, quum observaverint observationem domus Jehovæ, adsunto regi*, nescio an probandum sit. quod enim יָדוֹת vertat *laterales custodias*, ut & יָדַיִם vers. 16. absque patrono credo facit & absque necessitate. quodque וְשָׁמְרוּ verterit *quum observaverint*, satis durum videtur in hoc contextu. unde & in fine versus ellipsin verbi substantivi & quidem Imperativi coactus fuit statuere, אֶל הַמֶּלֶךְ *ad regem* sup. sunto, i. regi adsunto. Malim simpliciter vertere, *& custodiant custodiam domus Jehovæ ad regem*, id est, quà Athalia cum suis ad regem venire posset. vel *pro rege*, i. pro conservatione regis, aut *propter regem*. sumpto אֶל pro עַל. quod frequenter fieri, ex Thes. Pagn. discere potest qui ignorat. Porro מַסָּח in fine vers. 6. variè accipitur. LXX. Vulgatus & Tigurini habuerunt pro nomine proprio, fortassis pro domicilio aliquo, quod templo annexum dicereretur Massah. sed neque aliunde vestigium hujus appellationis apparet, neque videtur id, nisi fallor, admittere constructio Hebræa. si enim מַסָּח proprium esset, non dicerent per appositionem הַבַּיִת מַסָּח, sed per regimen Genit. בֵּית מַסָּח. sicut בֵּית חֹרוֹן. sicut נְהַר פְּרָת *fluvius Euphrates*. נְהַר גּוֹזָן *fluvius Gosan*. הַר בָּשָׁן *Mons Basan*. & similia multa, per regimen genitivi. R. Levi vult fuisse locum in templo quem perruperant filii Athaliæ, de quo 2 Chron. 24. 7. & ut constet sibi constructio, dicit poni pro הַבַּיִת בֵּית מַסָּח *custodiam domus, domus Massah*. quasi dicas, domus avulsionis, & destructionis. Plerique appellativè sumunt, & מַסָּח capiunt pro מִמַּסָּח. Jonathan ותטרון ית מטרת ביתא מדאשתלי, quæ & ipsa verba variè vertuntur. Scindlerus, *Et custodite custodiam domus ne relinquat*. Junior Buxtorf. in lexico Chald. *ne spernatur*, aut *contumelia ipsi inferatur*. malim, *ab eo qui deliquit*. id est, attendite diligenter custodiæ templi, ne in hoc tumultu quem Athalia excitabit, aut illa aut alius quisquam qui deliquit *&* impurus est domum Dei intret & polluat. est enim אשתלי *peccare delinquere*. R. David in Commentariis duas alias interpretationes dat. prima est, *custodite custodiam domus* à *divulsione* seu *destructione*. id est inquit, sic custodite ne quisquam vestrum ordinem excubiarum disturbet, aliò discursitando, sed servate ordinem & manete juncti in excubiis agendis. sicut Exod. 19. v. 21. Deus dicit אַל יֶהֶרְסוּ *ne destruant ad Deum*, violando nempe terminum ipsis præscriptum, quo ad Deum perrumpant. Id sequitur Vatablus. videtur & Pagninus, qui vertit, à *desertione*. Alia est, ut מַסָּח sumatur pro מַסָּח הַדַּעַת *translatione mentis*, & sensus sit, ita custodite domum Dei, ut mens vestra ad alias res non transferatur, sed tota huic rei invigilet. sic & R. Selomoh. sic etiam Scindlerus. eamque phrasin usitatam esse Rabbinis, tradit idem David in libro Rad. At D. Buxtorfius in lex. Hebr. tertiam etiam sententiam Kimchio in Commentariis tribuit, quod nempe *ab evulsione* esset, ne aliqua evulsio, ruptura aut damnum domui inferatur. quod nec in comment. nec in lib. Rad. invenio. sed utrobique duas quas dixi. Fateor tamen, si מַסָּח vertendum sit, *ab evulsione*, me sententiam eam à Buxtorf. citatam libentius amplecti, quam quas è Kimchio protuli. Junius vertit, ab *irruptione*, ne quis irrumpens periculum crearet regi. At מַסָּח *irruptionem* non significat, sed *amotionem*, *avulsionem*, *evulsionem*. Vides lector, Interpretes fere in eo consentire, subintelligendam hîc esse præpositionem. At מִן subintelligere rarum est & durum. usitatissimum autem subintelligere ב. ita & hîc velim. & מַסָּח sit pro בְּמַסָּח, *amotione*, *avulsione*. id est, custodietis custodiam domus, amoventes & avellentes inde qui aut sanctum locum polluere, aut regi ad-

ver-

versari vellent. Hoc est quod Jonathan dixit, custodietis ab eo qui deliquit, id est amovendo eos qui deliquerunt, & indigni sunt qui sacrum locum pedibus tangant. hinc fortassis in lingua Æthiopica est נצח (permutatis ס & ץ quod illis est frequentissimum, quia ejusdem sunt pronunciationis: sicut & סחק ipsis est irridere, quod Hebræi צחק) *purgare, mundare*, quasi evellere & removere sordes. Matth. 3.12. נצוחן *mundi*. Matth. 5.8. Quod si ita מַסָּח absolutè sit *admotio immuditierum, mundatio*, totum locum sic vertere liceret.

Vers. 5. Et præcepit ipsis dicendo: Hæc est res quam facietis. *Tertia pars* erit *ex vobis qui intratis in Sabbathum, & custodientes* erunt *custodiam domus regis*.

Vers. 6. *Et tertia pars* erit *in porta Sur, & tertia in porta post cursores, & custodietis custodiam domus mundatione*.

Vers. 7. *Et duæ illæ partes inter vos* erunt *omnes qui exeunt Sabbatho, & custodient custodiam domus Jehovæ ad regem*, vel propter regem, vel juxta regem. Si quis autem ante מַסָּח repetere velit quod præcessit משמרת, quomodo Kimchius sane hæc construit, non illubenter vertam ad verbum, *custodite custodiam domus*, custodiam *diruptionis*, id est ut Buxtorfius verterat, ne quis rupturam aut damnum domui inferat. fatentur enim Hebræi verbum נסח significare הרס ונתיצה *destructionem & demolitionem*. ut & in lingua Æthiopica נצח (sed aliis ח & ץ, quam supra: habent enim utriusque literæ duas formas, sed pronunciationis fere ejusdem) significat ῥήσσειν *rumpere, dirumpere*, Matth. 7. 6. Marc. 9. 18.

Cap. XII.

Vers. 4. וַיֹּאמֶר יְהוֹאָשׁ אֶל הַכֹּהֲנִים כֹּל כֶּסֶף הַקֳּדָשִׁים אֲשֶׁר יוּבָא עַל בֵּית יְהוָה כֶּסֶף עוֹבֵר אִישׁ כֶּסֶף נַפְשׁוֹת עֶרְכּוֹ כָּל־כֶּסֶף אֲשֶׁר יַעֲלֶה עַל לֶב־אִישׁ לְהָבִיא בֵּית יְהוָה׃

Hic locus cum quatuor sequentibus versibus obscurior mihi semper visus est. nescio an perinde aliis. si tamen forte alicui, sententiam nostram aperire visum est. Duo sacerdotibus imperavit Rex Joas, primum, ut una cum Levitis totam terram peragrarent, & ab universo populo pecunias exposcerent, quibus templum restaurari posset. ut ex 2 Par. 24. 5. apparet. quas autem pecunias poscerent hîc docetur, 1. Argentum transeuntis, id est dimidium sicli quod quisque in vicesimum ætatis annum veniens, & per numerationem eam transiens ex lege pendere, & in domum Dei ferre tenebatur. 2. Argentum æstimationis animarum, id est quod cuique sacerdos dandum assignabat, ut ab eo quod vovisset voto liberaretur. de quo Lev. 27. 3. Quod quisque voluntariè Domino offerebat. Alterum Regis mandatum erat, ut istius pecuniæ administrandæ, & templi per eam reparandi cura Sacerdotibus incumberet. quod hîc v. 6. indicatur, quum dicit יִקְחוּ לָהֶם הַכֹּהֲנִים *accipiant sibi sacerdotes quisque à noto suo*, observetur illud לָהֶם *sibi*, וְהֵם יְחַזְּקוּ *& ipsi reparent labes domus*, nempe eâ pecuniâ quæ ipsorum potestati relicta erat. Quod cum ex sententia Regis non successisset, quia Levitæ in colligendis istis pecuniis pigri fuerant, ut dicto loco Paralip. docetur, rescindit rex utrumque institutum, ut nec Sacerdotes deinceps pecuniam à populo per collectam caperent, nec ipsis cura reparandi templi incumberet. ideoque si quam nacti essent pecuniam, iis traderent quibus ea cura mandaretur. utrumque id habes hîc v. 8. Et in utroque acquiescunt sacerdotes v. 9. ut nec ipsi argentum caperent, nec templum instaurarent. alia itaque initur ratio. arca capitur, in quam ipse populus pecuniam quam sacerdotes antea jussi erant colligere deferret. deque deferenda edictum per totum regnum publicatur. ut est 2 Chron. 24. 9. Et ubi jam satis allatum videbatur, cura istius pecuniæ non datur sacerdotibus, sed præsente summo Sacerdote & Scriba Regis traditur τοῖς עוֹשֵׂי הַמְּלָאכָה *iis qui faciebant opus*, & quidem τοῖς הַמֻּפְקָדִים בֵּית יְהוָה *qui præfecti erant domui Dei*, ut ejus instaurationem curarent: qui eam inter fabros distribuerunt, nulla cuiquam reddita ratione. Porro versus quem attulimus paulo plenius examinandus est. Variè enim à variis vertitur, quia difficilem satis habet constructionem, quæ nescio an ab Interpretibus rectè sit animadversa. sic vertimus, *Et dixit Joas ad Sacerdotes: omne argentum sacrorum quod inferendum est in domum Jehovæ*, nempe *argentum transeuntis: viri, cujus taxatio est argentum animarum: omne argentum quod ascendit in cor cujusque ut inferat in domum Domini*, sensus completur v. sequenti, *Capiant sibi sacerdotes quisque à noto suo*. Cur autem sic vertamus, ratio reddenda est. Et primo quidem אֲשֶׁר יוּבָא non vertimus, *quod infertur*, neque *quod inferetur*, sed *quod inferendum est*, quia ex 2 Paral. 24. 5. patet, non voluisse regem ut

exspectarent sacerdotes, donec populus pecuniam eam in domum Dei ferret, sed ut ipsimet omnes tribus permearent, & eam colligerent. Unde & hîc dicitur, *Capiant sibi sacerdotes pecuniam quisque à noto suo.* non debuerunt ergo exspectare donec Hierosolymam ferretur, sed ipsimet quisque notum suum accedere debuerunt & ab iis capere. Deinde quod de difficili constructione diximus pertinet ad אִ֚ישׁ כֶּסֶף נַפְשׁוֹת עֶרְכּוֹ. ubi observari volumus, sicut præcedens עוֹבֵר per Zakeph-Katon distinguitur à sequenti אִ֚ישׁ, ut sciamus per comma hæc distinguenda, ita אִ֚ישׁ per Zakeph-gadol distingui à sequentibus כֶּסֶף נַפְשׁוֹת עֶרְכּוֹ ne & hæc absque interveniente commate conjungantur. itaque si ex priori membro repetas כֶּסֶף quod pertinet primo ad עוֹבֵר deinde ad אִישׁ, sic ad verbum vertendum erit, argentum *viri, argentum animarum taxatio ejus.* notus Hebraismus, pro *cujus taxatio est argentum animarum.* id est, cujus taxatio est talis summa pecuniæ, qua animæ a voto quo se obstrinxerunt liberantur. ubi monendus lector נַפְשׁוֹת poni pro נְפָשׁוֹת per Enallagen status constructi pro absoluto. quod & alibi sæpe fit. nam quocunque modo sumatur, נַפְשׁוֹת non potest regere sequens עֶרְכּוֹ in genitivo casu. Testibus omnibus, quos vidi, interpretibus. Genevensium versio non potest ullo modo verbis textus aptari, etsi non negem eos sensum bene assecutos. Junius habet, *pecuniam æstimationis animarum cujusque*, id Hebraicè est כֶּסֶף עֶרֶךְ נַפְשׁוֹת אִישׁ. Pagninus *pecuniam personalem æstimationis cujusque*, id est כֶּסֶף נַפְשׁוֹת עֶרֶךְ אִישׁ. vides utrumque non tantum varie transponere verba, sed & omittere affixum quod est in עֶרְכּוֹ. Cur autem pecunia illa, qua qui voverat Deo taxabatur à sacerdote, vocetur כֶּסֶף נְפָשׁוֹת, habes Lev. 27. 2. ubi Deus dicit Mosi, אִישׁ כִּי יַפְלִיא נֶדֶר בְּעֶרְכְּךָ נְפָשֹׁת לַיהוָֹה *quando vir separaverit votum, per taxationem tuam animæ sunt Domini.* id est, qui voto tenentur, & à te taxantur, vi istius taxationis animæ ipsorum Dei sunt, & non fiunt sui juris, nisi persoluta pecunia qua à te taxati sunt, tunc iterum redemptæ sunt animæ, id est vita ipsorum.

Cap. XIII.

Vers. 16. הַרְכֵּב יָדְךָ עַל הַקֶּשֶׁת וַיַּרְכֵּב *Fac vehi manum tuam super arcum, & fecit eam vehi.* id est, superimpone arcui, & superimposuit. Vel, *adjunge manum tuam arcui, & adjunxit*, ex Syrorum usu, apud quos רכב est *jungi, componi.* in Aphel, *jungere, componere.* non dubito autem quin Syriaca illa, & quæ Arabum est, significatio sit ab *inveniendi* significatione, quam in lingua Æthiopica verbum hoc habet. ubi enim res rem invenit, jungitur ei. Neque eo sensu male accipiuntur verba Prophetæ, *Fac inveniri manum tuam super arcum: & fecit eam inveniri*, sensu eodem cum superioribus.

Cap. XVI.

Vers. 17. וַיְקַצֵּץ הַמֶּלֶךְ אָחָז אֶת־הַמִּסְגְּרוֹת הַמְּכוֹנוֹת וַיְּסַר מֵעֲלֵיהֶם וְאֶת הַכִּיֹּר. Tò כתיב est וְאֶת־הַכִּיֹּר. tò קרי autem absque vau אֶת־הַכִּיֹּר, quod omnes quas vidi interpretationes sequuntur. & fateor sequendum esse, quando legitur מֵעֲלֵיהֶם. in qua lectione consentiunt quinque editiones quas habeo, & inter eas Plantiniana anni שׁכ״ו לק. Exemplar tamen Planinianum quod habeo anni ש״מ לק legit מַעֲלֵיהֶם, quod est pro מַה עֲלֵיהֶם, sicut מַזֶּה pro מַה־זֶּה. Exod. 4. 2. מָהֶם pro מַה הֵם Ezech. 8. 6. מַלָּכֶם pro מַה־לָּכֶם. Jes. 3. 15. Hoc modo servaretur τὸ Kethib, & optimum sensum daret. *Et succidit rex Achaz clausuras basium, & removit quod supra eas erat, & conchas.* constat enim ex 1 Reg. 7. 29. non tantum conchas, sed leones, boves ac cherubinos fuisse עַל הַמִּסְגְּרוֹת *super clausuras.* itaque verè hîc diceretur, removit quod super clausuras erat, nempe boves, leones & cherubinos, & deinde etiam conchas.

Cap. XVII.

Vers. 6. וַיֹּשֶׁב אוֹתָם בַּחְלַח וּבְחָבוֹר נְהַר גּוֹזָן וְעָרֵי מָדָי. Hæc Benjamin in Itinerario ita citat, quasi scriptum esset ויגלם בלחלח וחבור הרי גוזן הרי מדי: malè לחלח scripsit pro חלח, & הרי גוזן pro נהר גוזן, *montes* pro *fluvio* & הרי מדי pro ערי, *montes* pro *urbibus.* primus error ortus est ex malè accepto loco 1 Chron.

1 Chron. 5. 26. ubi extat וַיְבִיאֵם לַחְלַח. perperam fecit ל radicale, præfigendo præpositionem ב. quum ipsum ל præpositionis vice ibi fungatur. loci nomen est חלח. unde præfixis præpositionibus ב aut ל, לַחְלַח & בַּחְלַח.

VERS. 13. וַיָּעַד יְהוָה בְּיִשְׂרָאֵל וּבִיהוּדָה בְּיַד כָּל־נְבִיאֵי כָּל־חֹזֶה. קרי τὸ כָּל־נְבִיאֵי est quod quidam in statu regiminis accipiunt, iidemque חֹזֶה accipiunt abstractè pro *visione*. ut sensus sit, *per manum omnium Prophetarum uniuscujusque visionis*. sic Junius & Genevenses, secuti Jonathanem qui habet ביד כל ספר כל מילף *per manum omnis scribæ omnis doctrinæ*. sic & R. Selomoh tradit חֹזֶה hîc poni pro חזון. additque יש הוזה שהוא שם דבר, *interdum* חֹזֶה *est nomen abstractum*, & probat ex Jes. 28. 15. וְעִם שְׁאוֹל עָשִׂינוּ חֹזֶה & *cum sepulchro fecimus visionem*. Junius tamen ibi per שם תואר *nomen concretum* exposuit, *& cum sepulchro egimus cautum*, i. egimus viros providos & circumspectos. malim חֹזֶה esse vocativum, *Et cum sepulchro egimus ô videns*. ut verba sint quibus alloquantur & rideant Prophetam à quo moniti & de instantibus periculis certiores facti fuerant. Non existimamus ergo חֹזֶה unquam *visionem* significare, sed tantum *videntem*. Et qui hoc nobiscum statuunt, absolutè sumunt נְבִיאֵי, quamvis formæ sit constructæ, per enallagen. sic R. D. in Commentariis. sic & R. Levi, qui dicit poni pro בְּיַד כָּל־נְבִיאִים וְכָל־חוֹזֶה *per manum omnium Prophetarum & omnis videntis*. id secutus est Pagninus. sed non dubito, quin longe rectius sit τὸ כתיב, quod R. David in Commentariis dicit esse וְכָל־נְבִיאוֹ, & dicit sensum esse ביד כל שהיה נביאו לא נביאי השקר *per omnem qui fuit Propheta ejus, non per Prophetas mendaces*. נְבִיאוֹ & חֹזֶה collectivè sumuntur. verterem ergo, *per manum omnium Prophetarum suorum, omnium videntium*, reservarem ἀσυνδέτον utpote ἐμφατικώτερον, & affectum indignantis ac conquerentis melius exprimens. posset etiam τὸ כתיב legi נְבִיאָו pro נְבִיאָיו.

CAP. XVIII.

VERS. 20. אָמַרְתָּ אַךְ דְּבַר שְׂפָתַיִם עֵצָה וּגְבוּרָה לַמִּלְחָמָה. R. David in Comment. tradit, Aben Esram hæc hoc sensu interpretatum, *Dixisti viris tuis, habere te consilium & potentiam. sed verbum labiorum est, id est potentia tua tantum in sermone est.* Eodem sensu & Jonathan. quod & Junius fere est secutus. R. Moses Kimchi per verbum labiorum intelligebat orationem, ut sensus esset, Ezechiam precibus suis fisum esse, inde sibi consilium & auxilium ad bellum suppeditatum iri. R. Levi per verbum labiorum intelligit eloquentiam, ut sensus sit, dixisse Ezechiam, eloquentiam suam sibi fore consilium & potentiam ad bellum, qua prævalere possit & removere à se hostem. id Pagninus & Vatablus sequuntur. Vehementer arridet sententia Aben Esræ, *Dixisti, sed verbum labiorum est, consilium & potentia* adsunt *ad bellum*. Nec displicent Genevenses, *Dicis tantum verbum labiorum: consilium & potentia* requiruntur *ad bellum*. Sed ut omnia tentemus, quid si אָמַרְתָּ vertamus per Imperativum? sæpe enim præteritum usurpatur pro utroque futuro; cujus infinita sunt exempla. Hoc modo. *Dic: utique sermo labiorum* est *consilium & fortitudo ad bellum*. Id est, quæ est hæc fiducia quæ tibi tantum animum addit? dic, narra id. & dic in gratiam tuorum. Nam equidem sermo labiorum, id est oratio ducis consilium & fortitudinem ad bellum subministrat. itaque si tibi spei quicquam est, sermone labiorum tuorum adde consilium & robur militibus tuis. non male cohæret cum fine præcedentis versus: nec cum iis quæ finiunt hunc ipsum versum. Nolim tamen anteferri præcedentibus sententiis.

VERS. 27. *Ut bibant* שֵׁינֵיהֶם *urinas suas*. In lingua Æthiopica est radix שין pro *spumare* Marc. 9. 18. hinc fortassis שין *urina*, quasi totius corporis, sive alimenti spuma.

VERS. 31. עֲשׂוּ אִתִּי בְרָכָה *Facite mecum benedictionem*. Chaldæus per benedictionem *pacem* intelligit. alii *fœdus* reddunt. quorum neutrum, quod sciam, vocabulo eo comprehenditur. pro *munere* & *dono* usitatum est. hinc Junius, *transigite mecum munere*. laudo: sed phrasis plenius explicanda est, ne quis existimet, עשה significare *transigere*, & ברכה poni pro בברכה. Notandum igitur, *facere cum aliquo* in Hebraismo esse *facere* alicui, sic ut את vel עם *cum*, notet dativum personæ cui aliquid fit. ut Gen. 20. 9. *Opera non facienda* עָשִׂיתָ עִמָּדִי *fecisti mecum*, id est mihi. 2. Sam. 13. 16. *Majus hoc malum est altero quod*, עָשִׂיתָ עִמִּי *fecisti mecum*, pro *mihi*, id est, quo me affecisti. Deut. 20, 12. וְעָשְׂתָה עִמְּךָ מִלְחָמָה *& fecerit tecum* (tibi) *bellum*, id

id est affecerit te bello. Zach. 1, 6. *Secundum opera nostra* כֵּן עָשָׂה אִתָּנוּ *sic fecit nobiscum*, nobis. Obvia ubique phrasis est, עָשָׂה עִמָּדִי חֶסֶד *fecit mecum* (id est, mihi) *misericordiam*, pro affecit me misericordia. Similiter itaque עֲשׂוּ אִתִּי בְרָכָה *facite mecum munus*, id est, afficite me munere, atque ita exite ad me, vosque mihi tradite.

Vers. 36. וְהֶחֱרִישׁוּ הָעָם *Et siluerunt viri.* non verto *populus.* quia de tribus tantum dicitur, Eliakim, Sebna, & Soach. Quin & de duobus tantum dicitur עָם 1 Sam. 8. 24. ad quem locum vide quæ annotavimus.

Cap. XIX.

Vers. 4. אוּלַי יִשְׁמַע יְהוָה אֱלֹהֶיךָ אֵת כָּל־דִּבְרֵי רַב־שָׁקֵה אֲשֶׁר שְׁלָחוֹ מֶלֶךְ אַשּׁוּר אֲדֹנָיו לְחָרֵף אֱלֹהִים חַי וְהוֹכִיחַ בַּדְּבָרִים אֲשֶׁר שָׁמַע יְהוָה אֱלֹהֶיךָ. Interpretes sumunt illud הוֹכִיחַ pro *arguere*, i. *redarguere* & *increpare.* Idque bifariam. alii enim ad Sennacheribum referunt, qui petulantibus verbis Deum & Ezechiam increpaverat & incesserat. qui sensus sane non est incommodus. nam eodem sensu versu præcedente dixit יוֹם צָרָה וְתוֹכֵחָה וּנְאָצָה הַיּוֹם הַזֶּה *dies angustiæ, & increpationis & irritationis est dies hic.* quod rectè observavit R. Levi. Id secuti sunt LXX. Vulgatus, Pagninus, Tigurini &c. alii vero ad Deum referunt, optante Ezechia, ut Deus redarguat illa verba quæ Sennacherib elocutus erat. Sic Junius, *& arguat verba ista quæ audierit Jehova Deus tuus.* sic Jonathan ויעביד פורענותא על כל פתגמי *& faciet vindictam de omnibus verbis* &c. R. David in Comment. utramque sententiam adfert Liceat nobis tertiam addere sententiam. ut nempe הוֹכִיחַ hîc sumatur pro *arguere*, id est *argumento ostendere* & *demonstrare.* quomodo sæpe sumi docuimus in וְנֹכַחַת Gen. 20, 16. sic verto, *Fortasse audiet Jehova Deus tuus omnia verba Rabsaces, quem misit Rex Assyriæ dominus ejus ad afficiendum probro Deum vivum, & probavit verbis quæ audivit Jehova Deus tuus.* Sic R. Selomoh accepit, qui הוכיח hoc loco vertit Gallicè אישפרוביר esprouver *probare.* utque se magis explicet, dicit sensum esse, הראה פנים לדבריו שהצליח בכל אשר הלך id est, *ostendit vultum verbis suis, quia prosper fuit ubicunque ivit.* id est, Deum conviтiis proscindere ausus est, idque non clam, sed palam verbis suis vultum & impudentiam probavit, ostendit, demonstravit, utpote qui nihil metueret, quia omnia ex voto successerunt. Miror si id cuiquam displicet.

Cap. XXI.

Vers. 13. *Et extendam super Jerusalem lineam Samariæ* ומשקלת בית אחאב *& perpendiculum Achabi.* Videtur phrasis indicare, fabri potius quam libratoris instrumentum hîc tradi. alioqui verbum שקל de libratione tantum dicitur, qua pondus rei æstimatur. In lingua autem Æthiopica de quavis re pendente dicitur, præsertim in ea conjugatione cui ת præponunt, pro κρέμαται ponitur Matth. 22. 40. & in prima conjugatione שקל *crucifigere, ligno appendere.* hinc & מִשְׁקֹלֶת *perpendiculum* derivari potest, instrumentum appendens habens pondus, quo rectitudo aut planities rei exploratur.

Eod. vers. וּמָחִיתִי אֶת יְרוּשָׁלִַם כַּאֲשֶׁר יִמְחֶה אֶת הַצַּלַּחַת. *Et abstergam Jerusalem, sicuti abstergit quis scutellam.* מחה alibi *delere*, alibi *abstergere* vertitur. arbitror generalem ejus, quæ ubique locum habet, significationem esse *evellere*, quam in lingua Æthiopica obtinet. Nam Mat. 12. 1. dicitur apud Æthiopicum Interpretem de discipulis qui vellebant spicas. & cap 13, 29. de servis qui vetantur eradicare atque evellere zizania. tale est illud Gen. 7, 4. אֶמְחֶה *evellam, eradicabo, omnem hominem de superficie terræ.* hinc abstergendi significatio, qua evelluntur sordes. sensus est, evellam Hierosolymam, sicut quis evellit sordes scutellæ ubi eam polit & nitidam reddit.

Cap. XXII.

Vers. 18. כֹּה אָמַר יְהוָה אֱלֹהֵי יִשְׂרָאֵל הַדְּבָרִים אֲשֶׁר שָׁמָעְתָּ:

Vers. 19. יַעַן רַךְ לְבָבְךָ וַתִּכָּנַע &c. וְגַם אָנֹכִי שָׁמַעְתִּי נְאֻם יְהוָה

Turbavit multum Interpretes constructio illorum verborum הַדְּבָרִים אֲשֶׁר שָׁמָעְתָּ. Pagninus, *Verba quæ audisti: Verum emollitum est cor tuum* &c. absque ullo sensu. Ideo Vatablus hoc modo supplet, *verba quæ audisti*, eventura quidem erant, *verum emollitum est cor tuum.* Magna est ellipsis, & יַעַן non benè vertitur *verum.* est enim particula causalis significans *quia.* Hoc ut vitaret Junius, maluit אֲשֶׁר non habere pro pronomine, sed pro particula, & trajectionem hîc statuere, pro אֲשֶׁר שָׁמַעְתָּ הדברים

הַדְּבָרִים *quod audivisti verba ista, Quia mollitus est animus tuus, & demisisti te* &c. *ideo etiam ego audivi, dictum Jehovæ.* Tigurini majori etiam libertate usi verterunt, *quandoquidem propter verba quæ audisti emollitum est cor tuum,* quasi in Hebræo esset יַעַן עַל הַדְּבָרִים אֲשֶׁר שָׁמַעְתָּ רַךְ לְבָבְךָ. Sed nihil difficultatis est, si ex usitatissimo Hebraismo dicamus הַדְּבָרִים constituere nominativum absolutum, qui Latinè explicatur per *quod attinet.* hoc modo, *quod attinet ad verba quæ audivisti, quia emollitum est cor tuum & demisisti te* &c. *etiam ego audivi, inquit Dominus.* quam phrasin Genevenses optimè assecuti sunt. Et Jonathan verbotenus expressit Hebræa, quia Chaldaismus ut & Syriasmus eandem agnoscit phrasin. Nec alia est qua Lucas utitur Luc. 21, 6. ταῦτα ἃ θεωρεῖτε, ἐλεύσονται ἡμέραι &c. non rectè Dom. Beza., *Hæccine spectatis?* nullum enim hîc interrogationis vestigium est. sed ταῦτα facit nominat. absolutum, hoc modo, *quod attinet ad hæc quæ videtis, venient dies* &c. Ideo & Syrus voces Græcas verbotenus expressit, quia Syriasmum continent. sic enim habet, ܗܠܝܢ ܕܚܙܝܢ ܐܢܬܘܢ: ܢܐܬܘܢ ܝܘܡܬܐ *hæc quæ videtis, venient dies.* id est, quod attinet ad hæc quæ videtis. non ut habet Tremellius, *hæc sunt, quæ spectatis vos?* Melius Boderianus in interlineari versione, *hæc quæ spectantes estis, venient dies.* relicto Hebraismo.

ANIMADVERSIONES

In loca difficiliora

I. PARALIPOMENON.

CAP. XVI. VERS. 42.

וְעִמָּהֶם הֵימָן וִידוּתוּן חֲצֹצְרוֹת וּמְצִלְתַּיִם.
Verti solet, *Et cum illis* inquam erant *Heman & Jeduthun* cum *tubis & tintinnabulis.* Cur hoc sequi non possim facit, primò, quod versu præcedenti jam dictum fuit, Hemanum & Juduthunem fuisse cum illis de quibus, versibus 38, 39, 40. nec ulla causa videtur, cur idem hîc repetatur. secundò, quia ante חֲצֹצְרוֹת non est vau *&*, vel עִם *cum.* Verto itaque, *Et cum illis, Hemane & Jeduthune,* erant *tubæ & tintinnabula.* Affixum הֶם non refero ad antecedens, ut solent plerunque affixa, sed habeo pro pronomine demonstrativo, quod ad sequens referatur, sicut Dan. 7. 24. מִנַּהּ מַלְכוּתָא עֲשַׂר מַלְכִין יְקֻמוּן *Ex illo regno decem reges surgent.* Et Esdr. 5. vers. 3. בֵּהּ זִמְנָא *illo tempore.*

CAP. XXVIII.

VERS. 17. לִכְפוֹרֵי זָהָב וְלִכְפוֹרֵי כֶסֶף *pro crateribus aureis & pro crateribus argenteis.* alii *pro pelvibus.* alii aliter. Æthiopicus Interpres Matth. 5, 15. pro *Modio* dixit כפר, Et Marc. 8. 19, pro *cophinis* in plurali אכפר. unde liquet, isthoc nomine vas indicari quo aut panis, aut farina, aut aqua, aut vinum, similiave continentur, & quasi conteguntur. à verbo כפר quod propria & generali sua significatione tegere significat, inde ad varios rectionis modos refertur, quales sunt picis obductio, peccatorum expiatio, beneficiorum aut religionis negatio, & similia.

ANIMADVERSIONES

In loca difficiliora

II. PARALIPOMENON.

CAP. XXII. VERS. 2.

בֶּן אַרְבָּעִים וּשְׁתַּיִם שָׁנָה אֲחַזְיָהוּ בְמָלְכוֹ:
Verti solet: *Filius quadraginta & duorum annorum erat Achazia, quum inciperet regnare.* At 2 Reg. 8. 26. dicitur tantum fuisse annorum 22. hoc inexplicabilem peperit difficultatem. In notis Vatabli hæc instituitur conciliatio: quod natus annos 22. cœperit regnare vivente adhuc patre, & cum patre, qui annos regnaverit viginti octo. mortuo autem patre cœperit regnare solus, anno ætatis 42. ita cum patre regnasset annos viginti. At repugnat diserte locus 2 Reg. 8. 17. ubi Joram pater ejus dicitur octo solummodo annis regnasse. Junius ergo per trajectionem conciliare voluit: sed quæ manifestam vim Hebræo textui infert. quia quod in principio versus construitur cum Achazia, ad Omri refert, cujus in fine versus mentio. Malim potius rotundè fateri, inexplicabilem, & tamen sine periculo, hanc nobis esse difficultatem: quia deficientibus annalibus latent nos circumstantiæ, quarum cognitio facilem redderet solutionem. Libet tamen aliquid tentare. Ambigua phrasis est, quæ hîc occurrit. Etsi enim in libris Re-

gum

gum & Chronicorum passim significare fatear, eum tot vel tot annos fuisse natum quum inciperet regnare, est tamen ubi aliter accipi debeat. ut 1 Sam. 13. 1. בֶּן־שָׁנָה שָׁאוּל בְּמָלְכוֹ. ubi sensus esse nequit, Unum annum fuisse natum Saulum quum inciperet regnare. fuit enim jam adultus, à pastoritia ad regnum vocatus. sed sensus est, unum regni annum fuisse exactum, quum inauguratio, de qua cap. præcedenti, repeteretur. aut quum delectum militum faceret, de quo v. seq. itaque vertendum, *filius anni erat Saul in regno suo.* Hinc & hoc loco, quamvis non omnino eodem sensu, vertimus, *Filius quadraginta & duorum annorum erat Achasia dum regnaret:* id est, spatium regni ejus extendit se usque ad quadragesimum secundum ætatis ejus annum. Etsi enim vivus annum tantum unum regnaverit, asscribendi tamen quoque sunt ipsius regno, primum sex anni Matris ejus Athaliæ, quibus extincto semine regio mulier præter fas regnavit. deinde 13. anni filii ejus Joasi, qui ab ætatis anno septimo, quo inauguratus fuit, usque ad vigesimum, quo majorennis demum factus est & regno aptus, fluxerunt. qui 20 anni, (nempe unus quo Achasia, sex quibus Athalia regnavit, 13. quibus minorennis fuit Joas) si addantur viginti duobus annis, quos natus erat Achasia quum regnum adiret, habemus 42 annos, tum demum exactos, quum Joas ipsemet regnum administraret. adeo ut tam diu Achasiæ regnum durasse, non immerito dicatur.

Cap. XXVIII.

Vers. 10. הֲלֹא רַק־אַתֶּם עִמָּכֶם אֲשָׁמוֹת לַיהוָה אֱלֹהֵיכֶם׃. Post אַתֶּם subaudio אֲשֶׁר, & verto, *an non profecto vos estis, quibuscum reatus sunt apud Dominum Deum vestrum?* אֲשֶׁר עִמָּכֶם præcedente אַתֶּם significat, *quibuscum.* sicut Esa. 49. v. 3. post אַתָּה, quod sequitur אֲשֶׁר בְּךָ אֶתְפָּאָר vertendum, *in quo glorior.* vide quæ ibi annotavimus.

ANIMADVERSIONES

In loca difficiliora

NEHEMIÆ.

Cap. I. Vers. 7.

חֲבֹל חָבַלְנוּ לָךְ וְלֹא שָׁמַרְנוּ אֶת־הַמִּצְוֹת׃ חָבַל non tantum in Piel, sed & in Kal videtur usurpari pro *corrumpere.* vide Zachar. 11. 7. 14. & Job. 34. 31. hanc & hoc loco significationem plerique interpretum, etiam Hebræorum sequuntur. Rectè autem R. Selomoh eos rejicit, qui חֲבֹל pro Infinitivo habent, & vertunt *corrumpendo corrupimus.* sic enim non per Chateph-patach, sed per Camets dicendum fuisset חָבֹל חָבַלְנוּ. at ut hîc punctatur, est, inquit, שם דבר *nomen substantivum.* Hinc Vatablus in notis, Pagninus in thesauro, Buxtorf. in lexico, vertunt *corruptione corrupimus tibi.* חֲבֹל quasi בַּחֲבֹל. & quum jam desit accusativus patiens, Vatablus secutus Aben-Esram subintelligit, *præcepta tua.* Pagninus. *opera nostra.* Buxtorfius, *nos.* Scindlerus, ne quicquam desit, passive vertit, *corrumpendo corrupti sumus tibi.* At nihil his opus, si ex R. Selomone discamus, idem esse quod Dan. 6. 22. dicitur, *etiam coram te Rex,* חֲבוּלָה לָא עַבְדֵית *corruptionem non feci,* id est, in te non peccavi. ita hoc loco ipsum חֲבֹל est accusativi casus, & vertitur, *corruptionem corrupimus tibi,* id est corruptionem commisimus tibi. hoc enim sensu Hebræi ejusdem significationis verbum nomini subjicere solent. ut Ezech. 18. 12. גְּזֵלוֹת גָּזָל *rapinas rapuit,* i. commisit. Id simplicissimum videtur, si *corrumpendi* significatio retinenda. sed quia verbum חָבַל in Kal plerunque est *pignerari,* & nomen חֲבֹל quod sæpe occurrit, nunquam pro *corruptione,* sed semper pro *pignore* accipitur, Hinc Genevenses, *omnino debitores fecimus nos tibi.* Et Junius, *obstrinximus nos ipsos tibi.* q. d. *pignerando pigneravimus nos tibi.* id est, quasi dato pignore obstrinximus nos tibi. At vero חָבַל nunquam significat *dare pignus,* sed *accipere.* Etsi enim R. David in libro Rad. dandi significationem tribuat loco Job. 24. 9. וְעַל עָנִי יַחְבֹּלוּ, melius tamen vertitur, *Et super pauperem* (vel

(vel de paupere) *pignus accipiunt*. Dubito tamen, an non D. Junius vertens *nexu obstrinximus nos*, respexerit significationem *funis*, quæ est in nomine חֶבֶל, quasi dicas, *tanquam fune alligavimus nos tibi.* quod non laudo. Ego usitatissimam & nominis & verbi significationem retinendam arbitror, & phrasin hanc eodem modo hîc exponendam, quo Ezech. 18. 16. חֲבֹל לֹא חָבָל *pignus ne pigneretur*. i. accipiat. sic & hoc loco חֲבֹל חָבַלְנוּ לָךְ *pignus pignerati sumus tibi*, i. accepimus à te, *& non servavimus mandata.* ut sensus sit, mandata tua, tanquam amoris tui pignora, à te accepimus, & tamen non servavimus ea.

Cap. II.

Vers. 13. וָאֱהִי שֹׂבֵר בְּחוֹמוֹת יְרוּשָׁלַםִ אֲשֶׁר הֵם פְּרוּצִים. Aben Esra, R. David in lib. Rad. Concordantiæ Hebrææ, Pagninus, Scindlerus aliique scribunt שֹׂבֵר per סין. unico tantum puncto in sinistro cornu. & petita significatione à Chaldæis & Syris, ubi סְבַר est Hebræorum חָשַׁב *cogitavit*, *consideravit*, vertunt, *& fui considerans muros Ierusalem.* sic LXX. Vulgatus, aliique fere omnes Interpretes. Meæ tamen editiones, sex numero, habent שֹׁבֵר per schin. & sic legit R. Selomoh, qui sensum hoc modo enarrat, והייתי פורץ בחומה והחומה היתה נוחה להפילה ולפרוץ בה לפי שהיתה שרופה באש, id est, *Et rupturas feci in muro, facileque erat murum disjicere & rupturas in eo facere, quia igne ustus erat.* Erant jam muri פְּרוּצִים *disrupti*, non plane diruti, erant solummodo in iis פרצות *rupturæ*, Gallicè des bresches. exivit autem Nehemias cum suis ut plures rupturas faceret. ob eam causam noctu clam exivit, ut id tuto & absque impedimento facere posset. causam reddit idem Rabbi, ut postridie Judæi visis istis rupturis novis, accenderentur magis, & in uno consentirent consilio cum Nehemia muros restaurandi. idem ad versum 15. dicendum. quam sententiam, meo quidem judicio, non immerito secutus est Junius. Atque hinc melius ratio intelligitur, cur reversus nihil horum quæ fecerat antistitibus aut cuipiam ex populo indicaverit. si enim solummodo muros contemplatus fuisset, nulla ratio videtur, cur hoc tam pertinaciter siluisset.

Cap. III.

Vers. 8. וַיַּעַזְבוּ יְרוּשָׁלַםִ עַד הַחוֹמָה הָרְחָבָה׃. Junius propria retenta significatione verbi vertit, *Reliquerunt autem Jerusalem, quaquaversum murus latus erat.* sic & Tigurini, ac Genevenses. nisi quod עַד verterint *usque ad*. id potius significat, quam quaquaversum. Hanc autem sententiam quia alii Interpretes loco vix aptare potuerunt, variis conjecturis usi sunt. Arias Montanus, *& extenderunt.* Pagninus & Vatablus ad Tigur. versionem, *instaurarunt*. secuti Kimchium qui in lib. Rad. vult significare בנין וחזוק *ædificationem* & *instaurationem*. Aben Esra vult significationem peti ex Rabbinico מעזיבה, quod David de Pomis vertit *pavimentum*, id quod Italicè vocatur terraccio. Atque ita sensus esset, *& pavimento straverunt Jerusalem usque ad murum latissimum*, id est, totam urbem etiam quo usque murus latissimè patet. Nec inde abit R. Selomoh, qui sensum esse dicit, *& impleverunt Jerusalem terra usque ad murum latissimum, ut instaurarent eam.* verba ejus sunt וימלאוה עפר *& impleverunt eam pulvere*, ad pavimentum nempe. Videtur & optimè hæc significatio quadrare infra cap. 4. vers. 2. ubi irridens Judæorum incæptum opus dicit מָה הַיְּהוּדִים הָאֲמֵלָלִים עֹשִׂים הֲיַעַזְבוּ לָהֶם הֲיִזְבָּחוּ הַיְכַלּוּ בַיּוֹם, id est, *Quid Judæi illi imbecilles faciunt? an pavimentum sternent sibi? an sacrificabunt? an perficient hoc ipso die?* Videtur ridere eorum diligentiam & sedulum conatum, quasi illo ipso die, & pavimentum jacturi, & sacrificia in templo oblaturi, & omnia perfecturi essent. id est, & inchoaturi & confecturi simul. Est ea & hoc loco Aben Esræ sententia. Nec ineptè sic interpreteris locum Jerem. 49. 25. אֵיךְ לֹא עֻזְּבָה עִיר תְּהִלָּה *quomodo non est pavimento strata civitas laudata?* id est, quî fit quod civitas quæ hactenus laudibus celebrata fuit, jam etiam pavimento careat?

Vers. 27. אַחֲרָי הֶחֱזִיק חֲנַנְיָא. Mazorethæ annotarunt hîc & versu sequenti pro אַחֲרָי legendum אַחֲרָיו *post eum* ut sæpe in hoc capite. Id vulgo Interpretes sequuntur. At Junius כתיב retinens, agnovit in eo affixum primæ personæ, vertitque utroque versu, *post me instauravit Chananja.* Sed neque loco id convenire videtur, quia per totum caput operatores sibi eo ordine subjiciuntur, ut quum unus dicitur instaurasse post alterum, alter ille præ-

cedenti versu nominatim expressus fuerit. At versu 26. nulla Nehemiæ facta mentio. itaque ineptè vers. 27. diceret, post me instauravit Chanania. Neque Grammaticæ convenit. Nam *post me* scribendum אַחֲרַי per pathach, ut Jer. 3. 12. Jes. 43. 10. quod demum in pausa mutatur in Camets, ut Num. 14. 24. Num. 32. 11. quod hîc locum non habet. quin & infra cap. 4. v. 23. legitur אַחֲרַי *post me*, per pathach, etiam cum accentu distinctivo Zakeph. Nos quoque τὸ כתיב rectum & retinendum putamus, sed vocem credimus esse Chaldaicam sive Syriacam, cujusmodi in hoc libro post captivitatem scripto inveniri mirum non est. Syris אַחֲרַי emphaticè אַחֲרָיָא est, *posterior*, *postremus*. ut sensus sit, *posterior instauravit Chanania*. posterior nempe eo qui ante nominatus fuerat. id est post eum. atque ita τὸ כתיב sensu convenit cum קרי. Ejusdem formæ est cum עִלָּיָא *excelsus*, Dan. 3. 31. Et 4. 31. quod in forma simplici facit עִלָּי. Nec laudandi Mazorethæ qui legendum putarunt עִלָּאָה, quapropter textum punctarunt עִלָּיָא. est enim τὸ כתיב purè Syriacum, apud quos עִלָּיָא est עֶלְיוֹן *excelsus*. sic Dan. 3. 40. רְבִיעָאָה *quartum* lege רְבִיעָיָא, purè Syriacum est. cujus masculinum formæ simplicis est רְבִיעָי *quartus*.

Cap. IV.

Vers. 8. וַיִּקְשְׁרוּ כֻלָּם יַחְדָּיו לָבוֹא לְהִלָּחֵם בִּירוּשָׁלָם וְלַעֲשׂוֹת לוֹ תוֹעָה׃ לו refertur à Genevensibus ad urbem Jerusalem. videtur & à Junio, per Enallagen generis. Aben Esra refert ad Nehemiam, aut ad populum Judæorum. R. Selomoh quoque ad Nehemiam. תועה autem refertur ab Aben Esra ad consilii inopiam, qua quis nescit quid agat, sicut qui in errore est quid agat nescit. R. Selomoh exponit per קלקול והשחתה *destructionem & corruptionem*. alii *insidias*. alii, *vagationem & palationem*. Maxime arrident Genevenses, qui sumserunt pro *aberratione à scopo & instituto*. ut sensus sit, *Et conspirarunt omnes pariter, ut venirent ad oppugnandum Jerusalem, & faciendum ei aberrationem*, id est, ut Nehemiam facerent aberrare & longe abesse ab instituto. Fortassis לו distributivè posset accipi de unoquoque Judæorum. Dubitavi aliquando, an non ad Sanaballatum referri posset, qui caput erat conspiratorum, aut distributivè ad unumquemque illorum conspiratorum. & ultima illa verba conjungi cum versu seq. וַנִּתְפַּלֵּל אֶל אֱלֹהֵינוּ, hoc modo, *sed ad faciendum unicuique eorum aberrationem, Oravimus ad Deum nostrum.* id est, ad efficiendum ut quisque eorum spe conspirationis frustraretur, ad Deum nostrum nos convertimus, ita vau in וַנִּתְפַּלֵּל non esset copulativum, sed retributivum.

Vers. 12. וַיְהִי כַּאֲשֶׁר בָּאוּ הַיְּהוּדִים הַיֹּשְׁבִים אֶצְלָם וַיֹּאמְרוּ לָנוּ עֶשֶׂר פְּעָמִים מִכָּל־הַמְּקֹמוֹת אֲשֶׁר תָּשׁוּבוּ עָלֵינוּ. Volunt Interpretes, Judæos hoc versu monere amicè Nehemiam de insidiis & conspiratione hostium. unde difficillima oritur & varia admodum postremæ partis interpretatio. Maximè arrident Genevenses & Junius. Nec displicet Pagninus, qui Aben Esræ sententiam expressit, quam ex Commentariis ejus Vatablus in notis magis illustrat. sed quia & apud illos coactus potius videtur sensus, quam ut perspicuè eliciatur, aliam explorabimus viam, quam examinari tantum, non probari statim volumus. De Judæis hîc agi putamus, qui non dabant cum reliquis operam restaurationi urbis, sed erant, ut hîc dicitur, יֹשְׁבִים אֶצְלָם habitantes apud Sanaballatum & reliquos Judæorum literas misisse ad Tobiam, vicissimque ab eo accepisse. Imo multos Judæorum juramento ipsi obstrictos fuisse, quia gener Sechaniæ erat, & virtutes ejus prædicasse. De iisdem his versum hunc sic interpretor, *Et fuit quum venissent Judæi qui habitabant apud eos, dixerunt nobis decem vicibus, Ex omnibus locis utique revertimini ad nos.* Id est, vos fratres nostri qui jam Sanaballato, Tobiæ reliquisque invisi estis, quibusque necem intentant, ad nos undiquaque revertimini, qui pacem cum ipsis colimus, ut eadem nobiscum pace fruamini. vel, *ex omnibus locis utique revertimini propter nos*, i. nostra causa, in nostri gratiam ab omnibus locis quo ad restaurandam urbem confluxistis, revertimini quisque ad sua, ut rabiem hostium evadatis. Ita tacitè augebant periculum quod ab hostibus imminebat, & simulata amicitia qua fratrum saluti consulere videbantur, animos eorum labefactabant. quod autem אֲשֶׁר pro particula Emphatica sumamus, & per *utique* vertamus, non absque exemplo factum. ut 1 Sam. 15. 20. אֲשֶׁר שָׁמַעְתִּי *utique audivi*. Esa. 8. 20. אֲשֶׁר אֵין לוֹ שָׁחַר *utique non est ei aurora*. vide & Psal. 10. 6. Psal. 95. 11. Habac. 3. 16. Psal. 144. 12. 2 Sam. 3. 8. quibus omnibus in locis optimè eo sensu nobis accipi videtur. sumitur etiam sæpe

sæpe pro, *ut*. Ex. gr. Nehem. 2. 5. אֲשֶׁר תִּשְׁלָחֵנִי *ut mittas me*. Deut. 4. 40. אֲשֶׁר יִיטַב לְךָ *ut bene sit tibi*. Ita & hoc loco sumi queat, *Ex omnibus locis*, supp. venimus, *ut revertamini ad nos*.

Vers. 23. אֵין אֲנַחְנוּ פֹשְׁטִים בְּגָדֵינוּ אִישׁ שִׁלְחוֹ הַמָּיִם׃ Difficillimum hîc est membrum ultimum. Aben Esræ & Kimchii sententias habes in notis Vatabli. Est tamen apud Aben Esram & alia sententia, etsi eam minus probet. nempe שִׁלְחוֹ hîc esse חַרְבּוֹ *gladius ejus*, ut & Junius vertit, & sensum esse, *Non exuebant vestes suas, etiam arma sua non deponebant. quia quum irent ad convivium noctu, arma sua in manibus habebant*. videtur מַיִם Synecdochicè pro *convivio* accepisse. R. Selomoh vult אֵין ante אֲנַחְנוּ subintelligi rursus ante אִישׁ ut sensus sit, *nemo nostrum exuebat vestes ad cubandum, aut ad lavandum eas in aquis*. שִׁלְחוֹ inquit idem est quod הפשטתו *exutio ejus*. Hoc sensu ad verbum vertas, *Non exuebamus nos vestes nostras, nullius exutio erat ad aquas*. quod plane contrarium est versioni Pagnini, *Non exuebamus vestimentum nostrum quisque deponebat illud* ad *aquas*. Junius peculiarem habet sententiam, & acutam: *Non exuturi sumus vestes nostras: cuique gladius suus & aqua* esto. id est, singuli armis & cibario instructi compareant. Nec prætereunda est Tigurinorum versio, *Nos vestes nostras non exuebamus, ne mejendi quidem gratia*. מַיִם acceperunt pro מימי הרגלים *aquis pedum*, *lotio*. quomodo & 1 Sam. 26. accipiendum arbitror, ubi ad lectum Saulis dicitur fuisse צַפַּחַת מַיִם *scutula aquarum*, i. matula. In eo Tigurinis assentior. quod autem verterint, *Non exuebamus vestes nostras, ne mejendi quidem gratia*, non assentior. quin sensum esse arbitror, vestes nostras non exuebamus, nisi quod quisque eas demitteret mejendi gratia. שִׁלְחוֹ est Infinitivus Kal cum affixo, à שָׁלַח. sicut שִׁכְבוֹ à שָׁכַב. אִישׁ שִׁלְחוֹ *vir missio ejus*, Hebraismus est pro *viri missio*. sicut in Psalmis יְהוָה כִּסְאוֹ *Jehovah thronus ejus*, i. *Jehovæ thronus*. ad verbum ergo vertas, *Non exuebamus vestes nostras: viri missio* erat *lotium*. obscura locutio, sed tanto honestior. sensus est, si quis mitteret à se vestem, in causa erat necessitas reddendi lotii. Cujus ratio ex antiquo Orientalium ritu, qui etiamnum apud eos obtinet, petenda est. sub veste talari, quam subcingunt, gestant מכנסים *femoralia*, sed non quæ antrorsum ad reddendam urinam aperta sint, ut apud Europæos, verum lata admodum, quæ crumenæ instar contrahi possunt ad lumbos & inde rursus laxari. Quum ergo urget lotium, laxant & demittunt femoralia, ac mulierum instar subsidentes, tectis pedibus sub veste talari honestè mejunt. potest autem & שִׁלְחוֹ præteritum esse Piel pro שִׁלְּחוֹ, abjecto dagesch ob literam schevatam. affixum potest referri ad בְּגָדִים, unde factum sit singulare, quia in lotio non omnes, sed una vestis, ut diximus, demittebatur. atque ita, sumpto הַמַּיִם pro לְהַמַּיִם vertere possis, *Non exuebamus vestes nostras, quisque demittebat aliquam earum* ad *lotium*. sed quia שִׁלְחוֹ componi etiam potest ex שֶׁלַח *telum, gladius*, experiamur an non verti queat, *cujusque gladius* in *lotio*. i. etiam in lotio reddendo quisque gladium suum tenebat. Id fortassis simplicissimum.

Cap. V.

Vers. 2. וְיֵשׁ אֲשֶׁר אֹמְרִים בָּנֵינוּ וּבְנֹתֵינוּ אֲנַחְנוּ רַבִּים וְנִקְחָה דָגָן וְנֹאכְלָה וְנִחְיֶה׃ Pagninus vertit, *Erant enim qui dicerent, Cum filiis nostris & filiabus nostris sumus multi: accipiamus igitur frumentum & edamus & vivamus*. videtur pro supplicatione accepisse, qua frumentum petierint dono ut haberent cum numerosa familia unde viverent. at id non erat adversus legem. Vatablus addit, *accipiamus* pretio. at nec id adversabatur legi. Ideo Vulgatus, quem & Junius sequitur, addit, *accipiamus* pretio eorum. Id jam legi adversum, liberos cum frumento permutare. & vehementer culpandi divites, quod sua inhumanitate eo pauperes adigerent. In ea sententia est & R. Selomoh. sequuntur & Genevenses, sed alio tamen modo. אֲנַחְנוּ רַבִּים *nos multi*, sumunt pro רַבִּים מִמֶּנּוּ *multi nostrum*, & subintelligentes עֹרְבִים *oppigneramus*, sic vertunt, *Et erant qui dicerent, multi nostrum filios nostros & filias nostras* oppigneramus, *ut accipiamus frumentum, & comedamus & vivamus*. Sed nihil his opus, si modo animadvertamus verbum לקח sæpe esse *auferre*, *vi capere & eripere*. capere sive datum sive non datum sit. ut Jos. 11, 23. וַיִּקַּח *& cepit Iosua omnem terram*. Gen. 5, 22. *Et non ille, quia* לָקַח *abstulit eum Dominus*. 2 Reg. 2, 5. *an non nosti quod hodie* לֹקֵחַ *aufert Dominus Dominum tuum à capite tuo?* Inde & nomen מַלְקוֹחַ *præda* quæ vi capitur. Ex hoc sensu locum quoque hunc vertas, *Et erant qui dice-*

dicerent, filii nostri & filiæ nostræ & *nos multi sumus, auferamus frumentum, & comedamus & vivamus.* de furto & rapina consultabant, ut haberent unde cum numerosa familia viverent. Nec aliter intellexit Aben Esra, quum sensum esse dicit ונקחה דגן מאשר נמצא, *capiamus frumentum undecunque poterimus*, nec obstat, quod sequenti versu וְנִקְחָה דָגָן simpliciter accipiendum sit, pro *ut accipiamus frumentum*, sc. datum. variat enim phraseos significatio pro diversa materia. Ut autem omnia tentemus, si רַבִּים sumentur pro רֹבִים, atque hoc significationem caperet à nomine מַרְבִּית vel תַּרְבִּית *fænus, usura*, expeditissimus esset sensus, *Et erant qui dicerent, Filios nostros & filias nostras nos fænori damus, ut accipiamus frumentum & edamus, & vivamus.* cui firmando facit, quod apud Chaldæos רְבָא id significat, unde in Paël est רַבִּי *fænus accipere ab aliquo, usura gravare.* Deut. 23, 20. Id si doctis gratum esset, aut aliunde stabiliri magis posset, mihi sane vehementer arrideret. fateor enim locum hunc, si modo ex verbis id commodè elici queat, de oppigneratione filiorum potius quam de furto intelligendum. nam & vers. 5. repetitur querela, quod filii ipsorum & filiæ ad egestati subveniendum servi & ancillæ facti essent. Expendatur locus Psal. 44. vers. 13. וְלֹא רִבִּיתָ בִּמְחִירֵיהֶם an non ex significatione Chaldaica optimè vertatur, *Et non accepisti usarum in pretiis eorum.* hinc ferme concluderem, sicut in Piel רִבָּה significat *usuram capere*, unde & Rabb. רִבִּית *usura*, sic in Kal רָבָה esse *usuræ dare.* Et sicut רָבָה & רַבַב præcipua sua multiplicandi significatione conveniunt, ita & in hac usuræ significatione convenire. hinc אֲנַחְנוּ רַבִּים valere, *usuræ damus. ut* רַבִּים sit participium, vel nomen participiale. sicut plerique Gramatici à סָבַב participium formant סַב, plur. סַבִּים. quale est גִּבֹּרִים חַתִּים *fortes franguntur* 1 Sam. 2, 4.

Vers. 13. וְנַעַרְתִּי חָצְנִי Pagninus, *Excussi vestimentum meum.* testatur enim R. D. Kimchi in lib. Rad. quosdam Hebræorum exponere כנף הבגד *oram vestimenti.* sic R. Nathan in Concordantiis. At Esa. 49. 22. & Psal. 129. 7. (alibi enim non reperitur) exponit per זרוע *brachium.* R. David & hîc ita exponit. quem secutus Junius vertit, *Lacertum meum excussi.* præfero Hieronymum, *sinum meum excussi.* ut & Psal. 129. 7. *Non implevit* חִצְנוֹ Hieron. *sinum suum.* τ̀ κόλπον αὐτȣ̃. Esa. 49. v. 22. *Adferent filios tuos* בְחֹצֶן Hieron *in ulnis.* rectè pluraliter *in ulnis.* est enim חֹצֶן non *brachium*, nec *ulna*, sed ambarum ulnarum complexus, quem sinum dicimus. LXX. ἐν κόλπῳ. sic & Æthiopicus Interpres pro ἐδέξατο εἰς τὰς ἀγκάλας αὐτȣ̃ Luc. 2. 28. & pro ἐναγκαλισάμενος Marc. 9. 36. Et 10. 16. dixit אנבר וסרת חצנו *collocavit in sinu suo*, id est in complexu ulnarum suarum. unde & in hiphil est apud eum verbum אחצן pro *lactare*, quasi *sinum præbere* infanti. per se autem intelligitur, *Excussi sinum meum*, metonymicè dici pro vestimentum sinus mei.

Cap. VII.

Vers. 3. *Ne aperiantur portæ usque ad calorem diei*, וְעַד הֵם עוֹמְדִים יָגִיפוּ הַדְּלָתוֹת וֶאֱחֹזוּ, difficilem hunc locum, quique plurimas habet doctorum virorum interpretationes, sic reddo: *& usque dum ipsi adstantes claudant fores, continete*, vel tenete, nempe adstantes, ne apertis foribus relictis discedant. ea vos instruo potestate, ut quoscunque astantes habeatis, cogere ad claudendas portas possitis, & donec id fecerint detinere. Vau in ואחזו vacat, & nihil nisi emphasim denotat, quasi Latinè dicas, *vel continete*, Belgicè **houtse selfs staende.** quo sensu Latinè quoque non malè vertas, *etiam continete.*

Cap. VIII.

Vers. 6. וַיְבָרֶךְ עֶזְרָא אֶת־יְהוָה הָאֱלֹהִים הַגָּדוֹל. *Et benedixit Esra Domino Deo maximo.* quæritur in Talmud in codice Joma. quid est, *Maximo?* Respondit Raf, Magnificavit eum per שם המפורש.

ANIMADVERSIONES
In loca difficiliora
ESDRÆ.

Cap. I. Vers. 1.

De כורש Syro, vide apud Schickardum in Tarich. Pag. 45.

CAP. II.

VERS. 62. אֵלֶּה בִּקְשׁוּ כְתָבָם הַמִּתְיַחְשִׂים וְלֹא נִמְצָאוּ. Constructio hujus loci difficilis visa fuit Interpretibus, & in diversas eos traxit sententias. Junius, *Isti quæsiverunt quisque scripturam suam qui suum genus prædicabant, sed non inventæ sunt.* At vero הִתְיַחֵשׂ non significat *genus suum prædicare*, sed *in genealogia recenseri.* quod de his qui genus suum non inveniebant dici nequit. Præterea נִמְצָאוּ refert ad כְתָבָם, quasi כְּתָב hîc collectivè sumeretur, *quæsiverunt scripturas suas* (id enim sibi vult, quod vertit *quisque scripturam suam*) *& non sunt inventæ.* Vulgatus, *Hi quæsierunt scripturam genealogiæ suæ & non invenerunt.* Voces Hebrææ id non ferunt. Pagninus, *Hi quæsierunt scripturam suam*, id est *genealogias*, *& non sunt inventi.* nec hoc textus Hebræus fert. הַמִּתְיַחְשִׂים enim non sunt *genealogiæ*, sed *recensiti in genealogia.* Genevenses, *Illi quæsiverunt suam recensionem, inquirentes genealogiam suam, & non sunt inventi.* At הִתְיַחֵשׂ non est *inquirere genealogiam.* Tigurini, *Hi quæsierunt scriptum suum, ut sese in familiam aliquam insererent.* at neque *ut* in textu est. nec verbum significat *in familiam sese inserere.* Itaque Vatablus versionem eam corrigens, הַמִּתְיַחְשִׂים accipit in genitivo, *Hi quærebant scriptum suum, eorum qui per genealogias descripti erant*, vel *quorum genealogia descripta erat.* Id omnibus præcedentibus versionibus anteferrem. videtur tamen alia melior dari posse. si enim animadvertamus ad accentum distinctivum Reviah, quo vox אֵלֶּה in principio distinguitur, dicemus non cohærere cum sequenti בִּקְשׁוּ, quasi illi ipsi quæsierint suum catalogum, sed quum genus suum indicare non possent, הַמִּתְיַחְשִׂים id est illi quorum genealogia extabat, qui jam recensiti erant in genealogia sacerdotali, quæsiverunt כְתָבָם illorum recensionem, nec sunt inventi. אֵלֶּה autem est nominativus absolutus, qui Latinè vertitur, *ad illos quod attinet, quæsiverunt recensionem eorum ii qui jam erant recensiti in genealogia, & non sunt inventi.* Id nisi in mentem venisset, prætulissem reliquis omnibus versionem τῶν LXX. Οὗτοι ὧν ἐζήτησαν τὴν γραφὴν αὐτῶν οἱ γενεαλογοῦντες, καὶ οὐχ εὑρέθησαν. *Hi* supp. sunt, *quorum inquisiverunt scripturam recensores genealogiarum* (malim οἱ γενεαλογούμενοι qui in genealogia recensebantur) *& non sunt inventi.*

CAP. III.

VERS. 3. וַיָּכִינוּ הַמִּזְבֵּחַ עַל מְכוֹנֹתָיו כִּי בְּאֵימָה עֲלֵיהֶם מֵעַמֵּי הָאֲרָצוֹת׃ Difficultatem parit illud ב in כִּי בְּאֵימָה, & in varias sententias traxit Interpretes. Vatablus per ellipses sensum supplet, *quia* id fecerunt *ob timorem* qui erat *super eos.* Aben Esra contra videtur pleonasmum statuere voculæ כִּי. nam כִּי בְּאֵימָה vertit simpliciter בעבור אימה. sic totam sententiam vertas, *Et pararunt altare super bases suas, propter timorem* qui erat *super eos à populis terrarum.* Sed nihil his opus, si simpliciter dicamus ב in בְּאֵימָה formare nominativum, ut apud Arabes. cujus & ex Hebraismo plurima exempla adduximus ad Jud. 18. 1. ad vocem בְּנַחֲלָה. Secundum hanc phrasin hîc verto, *& pararunt altare super bases suas, quia terror erat super eos à populis terrarum.*

VERS. 7. כְּרִשְׁיוֹן כֹּרֶשׁ *Secundum potestatem Cyri*, id est à Cyro datam. non extat nomen amplius. apud Syros aliud significat, nempe *querimoniam* & *reprehensionem.* ut & רשא *conquestus est.* Hîc tamen procul dubio idem est quod apud Rabbinos רשות *potestas, facultas, licentia.* apud eosdem רשאי *qui potestatem faciendi habet*, הרשה *potestatem dedit.* Lingua Æthiopica radicem exhibet. ibi enim רשי est *facere*, vide Matth. 4. 19. Et 5. 36. Et 20. 21. &c. hinc רשיון *facultas, faciendi potestas.* & הרשה. *fecit facere*, id est fecit ut alius facere posset, potestatem faciendi fecit.

VERS. 10. לְהַלֵּל אֶת־יְהוָה עַל־יְדֵי דָּוִיד מֶלֶךְ יִשְׂרָאֵל׃ *Ad laudandum Dominum per manus Davidis* &c. sic Vulgatus & Pagninus. malim, *juxta manus Davidis.* vel *ad manus*, id est ductu Davidis. quod explicatur Nehem. 12. v. 36. per בִּכְלֵי שִׁיר דָּוִיד *instrumentis canticorum Davidis.* Enarratur autem in Liturgia Judæorum, quænam Davidis cantica soliti fuerint Levitæ, stante Templo, singulis septimanæ diebus canere. Nempe, primo die Psal. 24. *Domini est terra & plenitudo ejus, orbis habitabilis & qui in eo habitant* &c. secundo die, Psal. 48. *Magnus est Dominus & laudatus admodum in civitate Dei nostri, monte sanctitatis ejus*, &c. Tertio die, Psal. 82. *Deus stat, in medio Deorum* &c. Quarto, Psal. 94. *Deus ultionum Dominus* &c. Quinto, Psal. 81. *Canite Deo robori nostro* &c. Sexto, Psal. 93. *Dominus regnat, gloriam induit*, &c. Septimo, id est Sabbathi die, Psal. 92. *Psalmus cantici ad diem Sabbathi* &c.

Cap. IV.

Vers. 7. ארתחששתא Propius autem Græcum Ἀρταξέρξης derivantur à Persico آرتشير Ard-schir, quod Persice *farinam & lac* significat. quo nomine Primus Longimanus à Persarum Magis fuit appellatus, cujus nomen Persicè erat Bagman *Daras-dast*, i. *Longimanus*. vide Schickardum in Tarich. Pag. 22. & 48.

Vers. 12. יְדִיעַ לֶהֱוֵא לְמַלְכָּא Recte vertitur ab Interpretibus, *notum sit Regi*. quia nempe sensus sic cogit. Veruntamen Lexicographi & Grammatici existimant לֶהֱוֵא esse Infinitivum, cum ל ex literis בכלם. unde & Arias Montanus ad marginem annotavit propriè valere *ad existendum*, q. d. necessarium est ad existendum notum, id est, ut sit notum Regi. quod quia nonnullis in locis videmus offendiculo esse Interpretibus, dum Infinitivum illum quantum fieri potest exprimere conantur, mentem nostram de ea voce hîc aperire visum est. Non credimus esse Infinitivum. Primo, quia ibi secundum analogiam debebat dici לְמֶהֱוֵא. Secundo, quia variatur per numeros, ut לֶהֱוֺן Dan. 2. 43. quod plurale masculinum est, & quod ipsum variatur etiam per genus, ut לֶהֱוְיָן Dan. 5. 17. quod plurale fœmininum est. Infinitivo autem nec numerus nec genus convenit. quod enim doctiss. Buxtorfius in Lexico & Gram. Chald. tradit לֶהֱוֺן dici pro לֶהֱוְיהוֹן, & לֶהֱוְיָן pro לֶהֱוְיָנָן nimis anomalum est & coactum. Nos futurum esse existimamus, idque per unam tantum anomaliam, posito ל pro נ, in tertia singulari masculina, & tertia plurali utriusque generis. Quibus tribus in locis Syri ex literis Ethan adhibent Nun, ut & passim Paraphrastæ, præsertim posteriores. priores autem יוד. Cur ita statuamus hæ movent rationes. Primo, quia flectitur in plurali per modum futuri quiescentium ultima. est enim לֶהֱוֺן formæ יִגְלוֹן *revelabunt illæ*. & לֶהֱוְיָן formæ יִגְלְיָן *revelabunt illæ*. quod enim vocales varient, est ob gutturalem הֵא. Secundo, quia Lamed illud non nisi tribus illis in locis adhibetur, ubi Syri Nun Ethan, Chaldæi Jod vel Nun usurpant. ut לֶהֱוֵא pro נֶהֱוֵא aut יֶהֱוֵא. לֶהֱוֺן pro נֶהֱוֺן aut יֶהֱוֺן. לֶהֱוְיָן pro נֶהֱוְיָן aut יֶהֱוְיָן neque aliter tres hæ futuri personæ, in iis quæ apud Dan. Esdr. & Nehem. Chaldaica sunt, reperiuntur. Tertio, quia sicut futurum apud Hebræos & Chaldæos interdum imperat, interdum futuri propriè dicti significationem obtinet, ita לֶהֱוֵא utroque sensu usurpatur, & non alio. Imperat hoc versu, & sequenti יְדִיעַ לֶהֱוֵא *notum sit*. Et cap. 6. 9. לֶהֱוֵא מִתְיְהֵב *sit datum*, *detur*. sic Dan. 5. 17. מַתְּנָתָךְ לָךְ לֶהֱוְיָן *dona tua tibi sunto*. Futurum propriè dictum significat, Dan. 2. 43. מִתְעָרְבִין לֶהֱוֺן *commixta erunt*, *commiscebuntur*, וְלָא דָבְקִין לֶהֱוֺן *& non cohærentes erunt*. Esdr. 7. 24. וְכָל דִּי לָא לֶהֱוֵא עָבֵד דָּתָא *& omnis qui non erit faciens legem*, דִּינָא לֶהֱוֵא מִתְעֲבֵד *judicium fiat de eo*. hîc rursus imperat. Examinentur omnia loca, nuspiam credo illud ל usum literæ בכלם habere deprehendetur. Quarto, Quia regitur à דִּי *ut*, quæ particula futurum postulat. ut Esdr. 7. 13. דִּי יְהָךְ *ut eat*. vide Syntaxin Buxtorfii. sic דִּי לֶהֱוֺן מְקָרְבִין *ut sint offerentes*. Esdr. 6. 10. דִּי לֶהֱוֺן דָּאְנִין *ut sint judicantes*. Esdr. 7. 23. sic & in Talmud, tractatu Horajoth. cap. 3. Quum Simeoni Principi in Synagogam intranti omnes assurgerent, eodemque deinde honore Assessores ejus intrantes afficerentur, ægrè paritatem istam ferens Princeps dixit: בעינא דלהוי היכירא בין דילי לדילהו, *volo ut sit discrimen inter me & istos*, pro דְּנֶהֱוֵי. Nec est quod quisquam miretur hanc literarum Nun & Lamed permutationem. sunt enim ejusdem organi, utpote linguales ambæ. adeoque facile & sæpe permutantur. ut pro אַלְמָנָה, Chaldæi dicunt אַרְמְלָא *vidua*. à נְתַן *dedit*, Syri formant נֶתֶל *dabit*, sicut & apud Nehemiam notum est pro eodem accipi לִשְׁכָּה & נִשְׁכָּה *cubiculum* & in plurale לְשָׁכוֹת & נְשָׁכוֹת *cubicula* In Targ. לִדְנָה & נִדְנָה *vagina*. quod Hebr. est צֶלֶם *imago*, *idolum*, Arab. est صنم.

Vers. 13. מִנְדָּה בְלוֹ וַהֲלָךְ לָא יִנְתְּנוּן Junius, *Canonem veterem & vectigal non daturos*. מִנְדָּה pro מִדָּה ponitur, at apparet infra ex vers. 20. resoluto dagesch in nun, quod apud Esdram & Dan. frequens est. בְּלוֹ autem convenire cum מִנְדָּה tanquam adjectivum cum substantivo, non est verisimile, nec Grammatica patrocinatur. Ideo R. Selomoh potius existimat, tria ista nomina esse מיני מסים וכסף גלגלת *species tributorum & census capitalis*. sic & Aben Esra tradit esse שמות המס למלך *nomina tributi regis*. Et quidem מִנְדָּה peti מן רכוש *ex facultatibus*. בְּלוֹ autem esse מס המדינות *tributum provinciale*. הֲלָךְ vero esse מכס ההולכים דרך המלך *vectigal eorum qui eunt*

eunt per viam regis. Id plerique interpretes sequuntur. non possumus autem hîc præterire, מרד quod Hebr. *metiri* est, Arab. esse *extendere.* cujus & in Hebraismo usum esse alibi ostendimus. hinc si derivetur מִדָּה, erit generalis census qui in omnes & singula capita universim se extendit. tributum quod ex omnium facultatibus petitur, ut dixit Aben Esra. adeoque Latius patebit quam בְּלוֹ & הֲלָךְ. & ab illa extensione מִדָּה dicetur. addimus quoque בְּלוֹ non incommodè ab Arab. verbo בלו deduci, quod *probare, tentare,* & in passivo *probari; malo aliquo affici & affligi* significat. unde בליה *adversitas, afflictio.* quemadmodum & in S. S. passim afflictiones πειρασμοὶ dicuntur. inde בְּלוֹ *tributum,* quod sit afflictio populi, & onus quo premitur. præsertim provincialia tributa, quæ hac voce denotari voluit Aben Esra, quæ integra provincia ad bella gerenda aliaque magna præstanda subministare regi cogitur.

VERS. 14. כְּעַן כָּל־קֳבֵל דִּי־מְלַח הֵיכְלָא מְלַחְנָא וְעַרְוַת מַלְכָּא לָא אֲרִיךְ לַנָא לְמֶחֱזֵא עַל־דְּנָה שְׁלַחְנָה וְהוֹדַעְנָא לְמַלְכָּא׃ Aben Esra vult מלח hîc esse לשון בטול. Raschi, לשון חורבן ושממון, i. significare *vastationem* & *desolationem.* sicut Jer. 17,6. אֶרֶץ מְלֵחָה *terra desolata.* Et Es. 51,6. Cœli sicut fumus נִמְלָחוּ *evanescent, interibunt.* ut sensus sit, *Nunc, propterea quod vastationem templi in animam induximus & ignominiam Regis non decet nos videre, propterea misimus & notum fecimus Regi.* Favet huic interpretationi lingua Æthiopica in qua מלח est *perdere vastare.* Hinc Matth. 5, 29. *Si offenderit te oculus tuus dexter,* מלחו pro ἔξελε αὐτὸν; *erue, perde ac destrue eum.* proprie tamen eruere significat, dicitur enim etiam de gladio qui extrahitur è vagina, Matth. 26, Matth. 26, 21 sed magis placent, qui salis significationem, utpote vulgarem magis, retinent. Vatablus, *propterea quod sale palatii saliti sumus,* quod est, ut Junius bene interpretatur, *propterea quod salarium ex regis palatio percipimus.* i. ex palatio vivimus & alimur. Imo apud Arabes מלח ملح etiam *cibare* significat. Elgeuri, מלחת מלחת الماشية ملح אלמשיה מלח vertit per اطعمت אטעמת *cibavi jumenta cibatione.* Ita & hoc loco possemus vertere, *propterea quod cibatione palatii cibamur.* Sed & apud Arabes مَلُحَ מַלֻחַ significat *pulchrum esse.* مَلِيحٌ מַלִיח *pulcher.* مِلْحٌ מִלְחַ & مَلُوحٌ מַלוּח & مَلَاحَةٌ מַלַאחַה *pulchritudo.* Hac quoque significatione non male hîc verti posset, *propterea quod pulchritudine palatii pulchri sumus.* id est, quia tum demum bene nobis est, ubi aulæ tuæ bene est. non potuimus non te hac de re certiorem facere.

VERS. 15. *Civitas hæc est civitas rebellis, & nocet regibus & urbibus* וְאֶשְׁתַּדּוּר עָבְדִין בְּגַוַּהּ Aben Esra, *& missionem faciunt in medio ejus,* donorum nempe quæ inde mittuntur ad eos qui suppetias ipsis ferunt. à Chaldaico שְׁדַר *misit.* At Raschi dicit אֶשְׁתַּדּוּר significare מרד *rebellionem.* Unde Pagninus, *& defectionem faciunt in medio ejus.* Vatablus *seditionem.* Junius, *conspirationem.* Vulgatus, *& bella concitant in ea.* quod maximè probamus. nam & in Arabica lingua ita usurpatur verbum شدر שדר cum daleth punctato. tradit enim Elgeuri in quinta conjugatione تَشَدَّرَ תַּשַׁדַּר esse تَهَيَّأَ لِلْقِتَالِ תַּהַיַּא לִלְקִתַאל *accinxit se ad bellum.* Unde rectè hoc loco vertatur *& apparatus bellicos faciunt in medio ejus.* ibi bella parant, ibi se ad bella accingunt. addit etiam, nomen التَّشَدُّرُ אַלְתַּשַׁדֻּר significare الوَعِيدُ אַלְוַעִיד *minas.* quod & hîc malè non quadrat, *& minas faciunt in medio ejus.* ibi omnibus regibus & populis minantur.

CAP. V.

VERS. 1. וְהִתְנַבִּי חַגַּי נְבִיאָה וּזְכַרְיָה בַר עִדּוֹא נְבִיַּאיָּא עַל יְהוּדָיֵא דִּי בִיהוּד וּבִירוּשְׁלֶם בְּשֻׁם אֱלָהּ יִשְׂרָאֵל עֲלֵיהוֹן׃ עַל à plerisque sumitur cum R. Selomone pro אֶל *ad.* Junius pro ל dativi casus accepit. Malim usitatiori significatione vertere *contra.* Patet enim ex utriusque Prophetæ scriptis, præsertim vero Haggæi, culpasse eos desidiam Judæorum, & tum promissionibus tum minis ursisse ut inceptam templi instaurationem resumerent & perficerent. Obtemperarunt objurgationi Salathiel & Josua. unde hîc vers. 2. dicuntur surrexisse, &c. Ultimum membrum variè transfertur, & variis ellipsibus. Tigurini, *in nomine Dei Israëlis* prophetantes *eis.* Junius, mandantes *eis.* Genevenses, qui miserat ipsos *ad eos.* Vatablus, qui erat *super eos,* vel *cum eis,* alii, inquit, quod invocatum erat *super eos.* Vulgatus עֲלֵיהוֹן prorsus omittit. nos sine ellipsi totum locum sic verti posse arbitramur. *Et prophetavit Haggæus Propheta & Zacharias filius*

lius Iddo prophetæ contra Judæos qui erant in Judæa & Hierosolymis, contra eos in nomine Dei Israëlis. Fuit quum putaremus, sicut apud Rabbinos משום & עַל שום significat *ob causam, propter*, idem hîc posse significare בְּשֵׁם *ob causam Dei Israëlis super eos*, id est *quia Deus Israëlis* erat *super eos*, ideo prophetarunt contra Judæos, ut eos ad restaurandum templum cogerent. sed præferimus priorem interpretationem.

Vers. 8. וַעֲבִידְתָּא דָךְ אָסְפַּרְנָא מִתְעַבְדָא. Sequitur eadem vox Esr. 6, 8. nec videtur אָסְפַּרְנָא aliud utroque in loco significare posse quam *cito, celeriter*. Junior Buxtorf. derivat ab Heb. ספר *numerare*, quasi *numerò* dicas. Habet id Drusius quæst. 34. l. 3. ubi & ex Plauto tria adfert loca, ubi *numerò* pro celeriter usurpatur. Fortassis rectius ab Arab. ספר *proficisci, tendere, in itinere progredi*. ut sit quasi progredienter, cum progressu, absque mora, sicut qui proficiscitur & semper ulterius tendit.

Cap. VI.

Vers. 3. בֵּית אֱלָהָא בִירוּשְׁלֶם בַּיְתָא יִתְבְּנֵא אֲתַר דִּי דָבְחִין דִּבְחִין. Pagninus & Tigurini בֵּית sumunt pro עַל בֵּית, *posuit edictum* de *domo Dei in Jerusalem, Domus ipsa reædificetur. atque ita initium edicti esset à verbis* בַּיְתָא יִתְבְּנֵא. Vatablus addit, quosdam qui edictum inchoant à בֵּית אֱלָהָא vertere, *Domus Dei in Jerusalem, domus* inquam *ædificetur*. Junius, *Domus Dei Jeruschelemi intus ædificator* intus, i. intra mœnia urbis. durum id videtur. præterquam quod בַּיְתָא apud Chaldæos nunquam, quod sciam, idem valet quod בַּיְתָה aut מִבַּיִת apud Hebræos *intrinsecus*: id enim dicunt מִלְּגוֹ, מִגּוֹ, לְגוֹ, בְּגוֹ. Genevenses בֵּית אֱלָהָא acceperunt pro nominat. absoluto, hoc modo: *Quod attinet ad domum Dei in Ierusalem, domus illa ædificetur*. non hercle malè. Multo sane melius, meo judicio, quam R. Selomoh, qui sensum esse dicit בבית אלהיו בירושלם מה יהא עליו הבית יבנה, id est, nisi fallor, *In domo Dei sui in Ierusalem id super quod erit domus ædificetur*. addamus & nostram mentem. ad verbum vertimus, *domus Dei in Ierusalem domus ædificetur*. Id est, quæ antehac domus non est, ædificetur ut rursus domus fiat. priori loco vocatur בֵּית אֱלָהָא, non quod domus esset, sed quod fuisset, & quod locus ille Deo sacer esset. posteriori loco dicit בַּיְתָא יִתְבְּנֵא, quia volebat ut per ædificationem domus rursus fieret, adeoque reipsa fieret quod jam nomine tenus tantum erat. ut paucis dicam, בַּיְתָא quod Genevenses habent pro subjecto enunciationis, sive nominativo ante verbum, nos habemus pro prædicato sive nominativo post verbum. Nollemus tamen cum ipsis multum certare. quia placet eorum sententia. Porro quod sequitur אֲתַר דִּי דָבְחִין דִּבְחִין Pagninus & Vatablus vertunt, quæ est (vel erit) *locus* in *quo sacrificant* (vel sacrificabant) *sacrificia*. Tigurini, *In loco ubi sacrificent*. Junius & Genevenses, *ut sit locus ubi sacrificent*. At nihil his opus. etsi enim אֲתַר propriè *locum* significat Chaldæis & Syris, sequente tamen דִּי apud Syros ܕ, idem est quod Hebræis אֲשֶׁר שָׁם *ubi*. exempli gr. Matth. 6. vers. 19. ܐܝܟܐ ܕܣܣܐ ܘܐܟܠܐ ܡܚܒܠܝܢ אֲתַר דְּסָסָא וַאכְלָא מְחַבְּלִין *ubi tinea & erosio corrumpunt*. idem est quod in eadem sententia v. sequ. dicitur אֵיכָא דִּ. sic dicunt לְאַתַר דְּ ܠܐܬܪ ܕ pro *quò, quocunque*. Itaque hoc loco simpliciter vertendum est, *ubi sacrificent sacrificia*. Sequitur in eodem versu וְאֻשּׁוֹהִי מְסוֹבְלִין quæ optimè videntur vertisse Genevenses, ut & Buxtorf. in suo lexico, *& fundamenta ejus sint portantia*, i. firma ut magnum onus portare possint. Nisi fortasse magis placeat significatio Arabum, apud quos סבל est *extendere, expandere, diffundere*. ut sensus sit, fundamenta ne sint contracta, sed latè expansa & diffusa. nam, ut statim additur, altitudo domus debet esse cubitorum sexaginta, & latitudo totidem. fundamentum ergo amplum & extensum requiritur.

Vers. 7. שְׁבֻקוּ לַעֲבִידַת בֵּית אֱלָהָא דָךְ פַּחַת יְהוּדָיֵא וּלְשָׂבֵי יְהוּדָיֵא בֵּית אֱלָהָא דָךְ יִבְנוֹן עַל אַתְרֵהּ. Junius, Genevenses & Tigurini ל in לְשָׂבֵי accipiunt pro nota nominat. casus, ut sensus sit, *dux Iudæorum & seniores Iudæorum* (sic malim, quam ut Junius, reduces Judæorum) *domum Dei hujus ædificent in loco suo*. Non nego quin ל aliquando id valeat, quod variis locis possem demonstrare. sed tamen eo non est veniendum, nisi urgeat necessitas. Aben Esra dicit למ״ד in לעבידת stare pro duobus, & pertinere etiam ad פַּחַת. sic vertendum esset, *sinite effectionem domus Dei hujus, & ducem Iudæorum & seniores Iudæorum: domum Dei hujus ædificent super locum suum*. Malim tamen

men ל in לַעֲבִידַת esse accusativi casus, at in לְשָׂבֵי dativi, atque idem subintelligi in præcedente פַּחַת. quod obscuritatem nullam habet. quum enim sensu conveniant, facile intellectu est etiam constructione convenire. Hinc verterem, *Permittite effectionem domus Dei hujus, principi Iudæorum & senioribus Iudæorum: domum Dei hujus ædificent super locum suum.* Id sane simplicius & facilius, quam quod habet R. Selomoh, qui פַּחַת יְהוּדָיֵא sumit collectivè, & adhibita ellipsi sensum esse dicit, שלטוני היהודים יעשו דבר זה *præfecti Iudæorum faciant rem hanc.* deinde וּלְשָׂבֵי יְהוּדָיֵא id est inquit ולזקני היהודים אני מצוה *& senioribus Iudæorum ego præcipio.*

Vers. 8. וּמִנִּי שִׂים טְעֵם ... וְנִפְקְתָא תֶּהֱוֵא מִתְיַהֲבָא לְגֻבְרַיָּא אִלֵּךְ דִּי לָא לְבַטָּלָא׃. Aben Esra vertit, *Expensæ dentur viris illis qui non cessabunt ab opere suo.* לְבַטָּלָא Infinitivus est, & quidem conjugationis Piel, ubi hoc verbum non *cessare* sed *facere cessare*, *interrumpere*, *irritum reddere* & *abolere significat.* neutrum observavit Aben Esra. Vulgatus, *ne impediatur opus.* sic & Junius. & in eandem fere sententiam Pagninus & Genevenses, *ne faciant cessare*, supple eos qui ædificant templum, ut exponit Vatablus. Hi omnes דִּי sumunt pro *ut*, quo sensu non arbitror inveniri cum Infinitivo, sed quidem cum futuro. deinde לְבַטָּלָא referunt ad structores templi, vel ad ipsam structuram, cum potius ad expensas quas Rex erogari jubet referendum putem. ut autem mentem nostram expediamus, sciendum est particulam separatam דִּי apud Chaldæos idem valere quod inseparabile דְ apud Syros, quod extra controversiam est. sicut ergo דְלָא apud Syros significat *absque*, *sine*, E. gr. 1 Petr. 3. 1. דְלָא עֶמְלָא *absque labore.* & cap. 4. v. 9. דְלָא רְטָנָא *absque murmure.* sic דִּי לָא apud Chaldæos. Quo sensu hoc loco verto, *Expensæ dentur viris illis absque cessare faciendo*, sive absque interrumpendo, absque obstaculo aut impeditione. ut non malè sensum expresserint Tigurini, qui verterunt, *Nec quisquam impediat.* Idem observandum arbitror versu sequ. ubi omnia necessaria, vitulos, arietes, agnos subministrari vult sacerdotibus, item triticum, salem, vinum & oleum. quæ omnia dari ipsis jubet singulis diebus, דִּי לָא שָׁלוּ quod verto, *absque cessatione.* aut ut Tigurini, *absque ulla cunctatione.* Melius sane quam Junius, *error ne committitor.* nam quocunque modo sumatur, דִּי לָא non potest esse prohibendi. Pagninus, *ut nullus sit error.* דִּי accepit pro *ut*, quod durum est quum nullum exprimitur verbum. Aben Esra vertit בְּלָא דיחוי *absque oppositione.* idem enim est דִּי לָא sive דְלָא Chald. & Syr. quod בְּלֹא Hebræorum. sic cap. 7. v. 22. quum præscripsisset, quantum argenti, tritici, vini, & olei dandum esset Esdræ, addit Rex, וּמְלַח דִּי לָא כְתָב. quod verto, *& sal absque præscriptione.* Pagninus, *& sal quod non scriptum est.* Vatablus, *& salis quantum non scriptum est.* quod Junius secutus est. Tigurini, *sal vero non scribatur.* qui omnes verterunt, ac si כְּתָב verbum esset, quum nomen sit. quod si dicas, eos phrasim Chaldaicam accepisse, ac si ad verbum vertas, *& sal cujus non sit scriptio.* Resp. id Chaldæos dicturos וּמְלַח דִּי לָא כְתָב לֵהּ, aut potius דִּי לֵית כְּתָב לֵהּ. pronomine enim דִּי nunquam utuntur, ut nec Hebræi אֲשֶׁר, in casu obliquo, nisi sequenti nomini aut verbo addatur affixum. Itaque דִּי לָא simpliciter est *absque*. ut & Vulgatus hîc rectè habet, *Et sal absque mensura.* quod quum non intelligeret Junius Dan. 2. 45. ubi agitur de lapide qui excidebatur è monte דִּי לָא בִידַיִן *absque per manus*, vertit, *qui non est in ullis manibus.* perperam meo judicio.

Vers. 11. יִתְנְסַח אָע מִן בַּיְתֵהּ וּזְקִיף יִתְמְחֵא עֲלֹהִי׃. Video plerosque Interpretes locum hunc de suspendio intelligere. יִתְמְחֵא ex Hebraica vocis significatione sumunt pro *deleri, exterminari.* quod quia suspendio hoc loco factum volunt, quidam etiam verterunt *suspendatur.* & זְקִיף ad lignum referunt, ut sensus sit, erigatur lignum & suspendatur ad illud. quæ sententia est Aben Esræ. At constructio id permittere non videtur. quod vel ex Pagnino patet, qui ad verbum vertit, *Diruatur lignum è domo ejus & erectum suspendatur in eo.* vides *erectum* carere sua constructione. Ideo R. Selomoh זְקִיף ad personam potius retulit, sensum enim esse dicit והעומד יהרס על העץ *& stans destruatur ad lignum.* sic LXX. Καὶ ὠρθωμένος παγήσεται ἐπ' αὐτοῦ. Nec video cur non יִתְמְחֵא. Chaldaica potius *verberandi* significatione accipiatur, ut locus de virgarum plagis accipiatur potius quam de suspendio. sic Scindlerus, *& erectus cædatur in eo.* id est, erectus una cum ligno, virgarum plagis cædatur ad illud. Ita moris est, ut delinquentes erecti ad palum, cædantur: quod enim inter Judæos, is qui virgis dignus

 esset,

esset, לא עומד ולא יושב אלא מוטה *non stans neque sedens, sed inclinatus* cæderetur, ut est in Talmud tractatu מכות, id ad politiam Judaicam pertinebat, & ex lege eruebatur Deuter. 25. vers. 2. ubi lex dicit וְהִפִּילוֹ הַשֹּׁפֵט & *faciet judex ut posternatur ille*. Id Persis aliisque gentibus in more positum non erat. Quod si cui videatur majus supplicium quam virgarum hîc à Rege innui, & necessario exterminii pœnam hîc esse intelligendam, quia additur statim, *Et domus ejus sterquilinium fiet*, facile inducor ut credam, aliud etiam mortis genus quam suspendii hoc loco innui. nempe ut עֲלֹהִי & יִתְמְחֵא & זְקִיף referantur ad lignum, autem ad personam delinquentem. & sensus sit, *lignum elevatum percutiatur super ipsum*. id est, ipse palus sursum elevatus infigatur ictibus corpori ejus, ut à summo capite transadigatur per ipsos nates. ideo dixit עֲלוֹהִי, quia à summo corpore incipiebant. quæ crudelis admodum mors erat, & Orientalibus satis usitata. Hoc sensu commodè accipi potest Vulgatus, qui vertit, *tollatur lignum de domo ejus, & erigatur & configatur in eo*, nempe ipsum lignum, ipse palus, ipsa sudes. optimè.

VERS. 17. *Et obtulerunt ad dedicationem domus Dei hujus boves centum*, &c. לְחַטָּיָא עַל כָּל־יִשְׂרָאֵל קרי τὸ vult יוד abundare, & in fine deesse הא, legique לְהַטָּאָה. hinc Genevenses, *pro peccato, pro toto Israële*. Pagninus, *In sacrificium pro peccato, pro toto Israële*. Junius, *In peccata: pro toto Israële*. videtur τὸ כתיב elegisse, & legisse לְחַטָּיָא quod plurale emphaticum esse potest à simplici חֲטִין, sed utrumque inusitatum puto. Ego quoque τὸ כתיב prætulerim, sed velim legere לְחַטָּא, quod mihi Infinitivus est conjugationis secundæ, sive Paël apud Chaldæos. א in fine servile est, characteristicum Infinitivi hujus conjugationis. pro quo quidem alibi in hoc libro, ut & apud Nehem. & Dan. solet esse ה, sed has literas, præsertim ubi serviles sunt inter se passim permutari, non aliunde magis quam ex iisdem libris constat. In toto autem Targum א usitatius est unde מְלַכַּפָּרָא *ab expiando*. Lev. 16. 20. לְמַלָּלָא *ad loquendum*. Obad. 12. Porro יוד ante א, est pro א ultima radicali. quod non in hac tantum conjugatione, sed & in reliquis perpetuum est apud Syros, quando ad radicales à fine aliquid accedit: & in Chaldaismo non raro idem occurrit. ut לְהַשְׁנָיָה *mutare*. Dan. 6. v. 8. לְהַחֲוָיָה *indicare* Ibid. Ex Infinitivo itaque hoc loco verto, *ad expiandum pro toto Israële*. quod quoad sensum non male verterunt Tigurini, *pro expiatione totius Israëlis*.

CAP. VII.

VERS. 26. קרי τὸ הֵן לְמוֹת הֵן לִשְׁרֹשׁוּ est לִשְׁרֹשִׁי, per apocopen Chaldæis in hisce usitatam pro לִשְׁרְשִׁיה *ad eradicationem*. τὸ כתיב est, meo quidem judicio לְשָׁרָשׁוּ, similiter per apocopen pro לְשָׁרָשׁוּת, sicut נְוָלוּ *sterquilinium* pro נְוָלוּת Esdr. 9, v. 11. est autem infinitivus Chaldaicus secundæ conjugationis Paël, formæ לְאַפְּרוּתְהָא לְשֵׁיזָבוּתָךְ *liberare te*. Dan. 6, 20. *ad perdendum eam*. Ezech. 13, 20. בְּכַפָּרוּתָךְ *in expiando te* Exod 29, 36. sic hoc loco לְשָׁרָשׁוּ *ad eradicandum, ad eradicationem*. Id rectum puto. Pagninus vertit, *ad eradicationem ejus*. id est לְשָׁרְשׁוֹ *ad eradicandum eum*. quod purè Hebræum est, & sic legendum arbitrarer, si textus hic Hebræus esset. sed quia Chaldaicus est, prius כתיב præferrem. Quid autem sibi velit, videndum. Clariss. Buxtorfius in lexico Hebræo-Chald. dicit Aben Esram exponere, *ad eradicationem ex hoc mundo*. In Commentariis id non reperio. ibi enim exponit להיות נעקר משרשו *ut sit eradicatus è radice sua*, id est inquit מגורש מנחלתו *expulsus ex hæreditate sua*. additque, sapientes piæ memoriæ dicere, quid est לִשְׁרוֹשִׁי? est הרדפה *persecutio, exilium*, sed apud R. Selomonem invenio, quod vir doctissimus Aben Esræ adscribit. verba ejus sunt אם לעקרו מן העולם אותו ואת זרעו ואת משפחתו לשרושי דישראצינר בלע״ז: id est, *sive ad eradicandum eum è mundo, illum & semen ejus & familiam ejus, est autem* לשרושי *desraciner vernaculè*. hactenus ille. Si per eradicare è mundo, idem intellexit quod Psal. 52, 7. est וְשֵׁרֶשְׁךָ מֵאֶרֶץ חַיִּים *& eradicabit te è terra viventium*, non videtur id loco convenire, quia expressè contradistinguitur hîc supplicio mortis. rectius Aben Esra dixit, esse expulsionem ex hæreditate. existimo eradicationem hîc esse supplicium, quale fere apud Hebræos erat tertia excommunicatio, quæ שַׁמַּתָּא dicebatur, eratque proscriptio, (verba sunt Clar. Buxt. in instit. epistolari) qua reus omnibus humanæ societatis juribus, legibus, officiis & commerciis exclusus, judicio divino committebatur, & ad extremam desolatio-
nem

nem condemnabatur. qui apud Romanos aqua & igni interdicebantur.

Cap. VIII.

Vers. 17. לְדַבֵּר אֶל־אִדּוֹ אָחִיו הַנְּתוּנִים בְּכָסִפְיָא הַמָּקוֹם Pagninus, *quæ loquerentur ad Iddo & fratrem ejus Nethinim*, id est, qui ambo erant Nethinæi. Sententia ea est Aben Esræ, quam & Genevenses secuti sunt. At vero Iddo iste in principio hujus versus vocatur הָרֹאשׁ *princeps*, nempe Levitarum, & miserat ad eum Esdras, ut ipsius authoritate & jussu Levitæ, quos in comitatu suo desiderabat Esdras v. 15. ad se mitterentur. quod & versus 18. factum testatur. Id Nethinæis tribui non potest, ut qui non præsides Levitarum, sed eorum, ministri erant. teste versu 20. Quod quum procul dubio viderit Junius, accepit הַנְּתִינִים pro וְהַנְּתִינִים, vertitque, *quibus alloquerentur Iddonem, Achivum & Nethinæos*: quod mihi necessarium videtur, si τὸ קרי servetur. At nequaquam, si τὸ כתיב. In quam sententiam juvat adscribere interpretationem R. Selomonis, לדבר בשליחותי אל אדו ואחיו שהם נתונים ומושבים בכספיא, id est, *ad loquendum per legationem meam ad Iddonem & Achivum, qui sunt positi & collocati in Caspia.* Id mihi expeditissimum videtur. Addit tamen הנתינים esse sicut הנתונים, & ideo scribi per vau. quo innuere mihi videtur, perinde esse legasne הַנְּתִינִים an הַנְּתוּנִים. quia nempe illud Hebrææ formæ est, hoc Chaldaicæ ejusdem significationis. quod enim Hebræi in Paul dicunt נָתוּן, Chaldæi in Peil dicunt נְתִין. adeo ut, quamvis servetur τὸ קרי הַנְּתִינִים, velit esse participium, non autem designare Nethinæos. Porro est & ipse in sententia, quam expressit Junius, אָחִיו esse שם אדם *nomen viri*. Tradit quoque Aben Esra, dicere quosdam esse nomen proprium fratris Iddonis aut propinqui ejus. At non necesse est. multo minus, ut cum LXX. Vulgato & Tigurinis legamus אֶחָיו *fratres ejus*. simpliciter enim verti potest, *ad loquendum ad Iddonem, & fratrem ejus, qui constituti erant in Caspia loco.*

Vers. 26. וּכְלֵי כֶסֶף מֵאָה לְכִכָּרִים Tigurini, Genevenses & Junius, *Et vasa argentea centum talentorum*. i. quorum pondus faceret centum talenta. sic & Vatablus. addit tamen, alios distinguere post centum, tanquam fuerint centum vasa argentea, & unumquodque vas appenderit centum talenta (lege. unum talentum: sensu ipsius authoris id omnino postulante. sequitur enim statim) q. d. vasa argentea centum, totidem talentorum. Est ea sententia R. Selomonis & Aben Esræ. Hujus verba sunt, ככר בכל כלי *talentum in unoquoque vase*. Illius autem, כאילו אמר וכלי כסף למשקל ככרים מאה, id est, *quasi dixisset, & vasa argentea, juxta pondus talentorum, centum.* quæ interpretatio phrasi Hebrææ maxime accommoda videtur. Nam *centum talentorum* diceretur מְאַת כִּכָּרִים, non לְכִכָּרִים. Itaque verterem, *& vasa argentea centum, juxta talenta.* vel secundum talenta. id enim præpositionem ל sæpe valere variis exemplis probari potest. ut Gen. 1, 21. *Et omnem volucrem* לְמִינֵהוּ *secundum speciem suam.* sic Num. 1, 3. *recensebitis eos* לְצִבְאֹתָם *secundum exercitus eorum.* Penitius tamen rem consideranti, in mentem venit ל hîc posse accipi pro nota genitivi casus. מֵאָה enim dupliciter substantivis jungitur, nempe vel in statu absoluto, per modum adjectivi & substantivi, ut בְּמֵאָה כִּכַּר *centum talentis.* 2 Chron. 25, 6. vel in statu constructo, per modum duorum substantivorum quorum prius regit alterum in genitivo casu. Ibid. 9. לִמְאַת הַכִּכָּר *de centum talentis.* & Gen. 5, 3. מְאַת שָׁנָה *centum annis.* ita hoc loco statuere possemus מֵאָה לְכִכָּרִים esse pro מְאַת כִּכָּרִים. sicut מִזְמוֹרִים לְדָוִד & מִזְמוֹרֵי דָוִד idem est, *Psalmi Davidis*. Id non displicet. nec jam aspernor priorem illam doctissimorum virorum interpretationem.

Cap. IX.

Vers. 1. &c. כְּתוֹעֲבֹתֵיהֶם לַכְּנַעֲנִי הַחִתִּי הַפְּרִזִּי Difficultatem parit כְּתוֹעֲבֹתֵיהֶם. Pagninus & Vatablus (quod præsertim ex notis ejus in versionem Tigurinorum apparet) legerunt בְּתוֹעֲבֹתֵיהֶם, ut & LXX. ἐν τοῖς βδελύγμασιν αὐτῶν. *in abominationibus ipsorum.* Exemplaria tamen habent Caph non Beth. Porro Pagninus per Ellipsin loco succurrit, *In abominationibus illorum, Cananæorum, Hittæorum, Perissæorum* &c. supp. sunt abominationes eorum. quod supplementum necessarium ducit Vatablus ad perficiendam sententiam. Tigurini aliter supplent, quum *juxta abominationes eorum* fecerunt, nempe *Chananæorum* &c. Junius simplicius vertit, *secundum abominationes illorum Cananæorum, Hittæorum* &c. ut affixum הֵם non sit relativum ad aliquod nomen antecedens, sed quasi demonstrativum

pronomen referendum ad sequentia. rectè sed tum sciendum, in ejusmodi constructione, quando nempe affixum non habet antecedens ad quod referatur, sed ad sequentia pertinet, illud ex usu Chaldaico & Syriaco redundare. cujus multa etiam in Hebraismo exempla vide in notis nostris ad Esth. 7, 5. Itaque simpliciter vertendum, *Secundum abominationes Cananæorum, Hittæorum, Pherisæorum* &c. Nec turbet te, quod inter affixum הֶם & sequens nomen intervenit præpositio לְ. ea enim hic præpositio non est, sed genitivi usum habet, pro Syriaco דְ. ut cum Matth. 27, 42. dicitur אֶן מַלְכָּה הוּ דִיסְרָיֵל. *si rex ejus est Israëlis.* i. si rex est Israëlis. & v. seq. בְּרֵה אֶנָא דַאלָהָא. *filius ejus sum Dei.* i. filius sum Dei.

Vers. 13. כִּי אַתָּה אֱלֹהֵינוּ חָשַׂכְתָּ לְמַטָּה מֵעֲוֹנֵנוּ וְנָתַתָּה לָּנוּ פְּלֵיטָה כָּזֹאת׃ R. David in lib. Rad. sensum esse dicit מנעת מעונינו מלתתנו למטה ומלגמלנו כעונינו, id est *cohibuisti* (abstinuisti) *à peccatis nostris, ne poneres nos deorsum & ne redderes nobis secundum iniquitates nostras.* Id secutus est Pagninus, qui לְמַטָּה sumsit pro מִלְמַטָּה, quod durius est. *cohibuisti ne deorsum*, supp. essemus. Tigurini, *pepercisti ne nos deprimeres* מֵעֲוֹנֵנוּ *propter iniquitates nostras.* מִן in מֵעֲוֹנֵנוּ causaliter acceperunt, quod usitatum. R. David supra accepit pro *a, ab.* Aben Esra partitivè, quod quoque usitatum כ sic enim vertit, מנעת וחשבת מכתוב מקצת עונינו בספר זכרון והנחתם למטה לארץ כטעם ותשליך במצולות ים כל חטאתם, id est, *cohibuisti & retinuisti ne scriberes quasdam iniquitates nostras in libro memoriæ, & collocasti eas infra terram, eodem sensu quo dicitur* Mich. 7. 19. *Et projicies in profundum maris omnia peccata eorum.* Ad verbum vertas, *Quum tu Deus noster cohibueris deorsum quasdam iniquitates nostras.* Non multum inde recedit R. Selomoh, cujus verba sunt מנעת מעונותינו עד למטה שנפחת עונינו על כפרת גלותינו, id est, *cohibuisti ex peccatis nostris* (i. quædam peccata nostra) *deorsum usque: quia difflasti iniquitates nostras pro expiatione captivitatis nostræ.* Addit tamen & aliam sententiam, ubi מִן in מֵעֲוֹנֵנוּ sumitur comparativè. מנעת עצמך מלגבות ממנו כל עונינו וגבית ממנו למטה מן העונות ולא פרעת ממנו ככל חטאתינו, id est, *cohibuisti ipsum ne exigeres à nobis omnes iniquitates, sed exegisti à nobis infra præ iniquitatibus* (i. minus quam eæ merebantur) *& non ultus es nos secundum omnia peccata nostra.* hanc sententiam Junius & Genevenses secuti sunt. His addimus & nostram. *Quum tu Deus noster cohibueris te deorsum ab inquitate nostra, & dederis nobis evasionem hanc.* Dicitur passim Deus *surgere*, quum patientiæ suæ pertæsus ad vindictam se accingit. ubi ergo iram cohibet, & à vindicta abstinet, rectè dicitur *cohibere se deorsum*, ne videlicet surgat ad ultionem. חָשַׂךְ non tantum est *cohibere*, sed & *cohibere se.* ut Prov. 21, 26. Jes. 58, 1. quod si pro לְמַטָּה legeretur לְמַטֶּה, sensus esset, *quum tu Deus noster cohibueris virgam ab iniquitate nostra.*

Vers. 16. יְהוָה אֱלֹהֵי יִשְׂרָאֵל צַדִּיק אַתָּה כִּי נִשְׁאַרְנוּ פְלֵיטָה כְּהַיּוֹם הַזֶּה הִנְנוּ לְפָנֶיךָ בְּאַשְׁמָתֵינוּ כִּי אֵין לַעֲמוֹד לְפָנֶיךָ עַל זֹאת׃ Junius, *Jehovah Deus Israëlis, justus es quod facti simus residui sicut est hodierno die: ecce nos coram te in reatibus nostris, quamvis non sit consistendum coram te cum hoc.* prius. כִּי accepit pro causali particula *quòd, quia, quoniam.* ac si in eo Esdras profiteretur Dei justitiam, quod plurimos eorum jure interemisset, paucos vero quosdam sua misericordia residuos fecisset. Eadem reliquorum Interpretum quos vidi mens videtur. Mihi placeret magis כִּי accipere pro temporis particula, ut alibi sæpe, & per *quum* vertere. ut in sequentibus partim misericordia Dei exponatur, qua residuum aliquod præter merita ipsis fecerat, partim ingratitudo ipsorum, quod nacti tantam misericordiam, novorum rursus peccatorum rei essent coram Deo, quorum nempe in initio hujus cap. facta mentio. unde inferat justum esse Deum, qui etiamnum puniat, nec posse se eo nomine consistere coram ipso. Totum versum sic reddo. *Jehovah Deus Israëlis, justus es. quum relicti simus evasio (residuum) sicut est die hoc, ecce sumus coram te in reatibus nostris. utique non potest stari coram te propter hoc* q. d. nimis est hæc detestanda ingratitudo, quod quum tuo beneficio pauculi evaserimus, hi ipsi tamen coram te in reatu denuo deprehendantur.

Cap. X.

Vers. 2. וְעַתָּה יֵשׁ־מִקְוֶה לְיִשְׂרָאֵל עַל זֹאת׃ R. Selomonis & Aben Esræ interpretationes habes in notis Vatabli. מִקְוֶה pro *spe* accipiunt. ut & Lxx. Pagninus. Junius. Tigurini. Genevenses. at Vulgatus, *pœnitentiam* vertit. minus benè. Considerent eruditi, an מִקְוֶה non respiciat quod præcedenti versu dictum fuit, quod

quod congregati essent ad Esdram magno cœtu, viri, fœminæ & nati. ut מִקְוֶה hîc quoque sit *congregatio*. sicut מִקְוֵה מַיִם *congregatio aquarum*. Exod. 7. 19. verterem, *Et nunc est congregatio Israëlis super hac re*. id est, Israël super hac re nunc congregatus est coram Deo, ut fœdus cum eo pangamus, & uxores alienigenas dimittamus, quod sequitur v. seq.

Vers. 10. *Vos prævaricati estis*, וַתֹּשִׁיבוּ נָשִׁים נָכְרִיּוֹת. LXX. ad verbum, καὶ ἐκαθίσατε γυναῖκας ἀλλοτρίας *& sedere fecistis mulieres alienas*. Junius *quod consociastis domo mulieres* &c. Hieronymus ac Pagninus simpliciter, *quod duxistis*. De qua interpretatione ne quis dubitet, monemus phrasim hanc, quæ semel tantum in Hebraica Scriptura occurrit, apud Æthiopicum N. Test. Interpretem esse usitatissimam. ab eadem enim radice, & in eadem conjugatione hiphil אושב (sic enim formant illi hiphil pro הושיב) ponitur pro γαμεῖν *ducere uxorem*, Matth. 5. 32. Et 19. vers. 9. 10. Et 22. vers. 25. Et alibi sæpe. significat propriè *collocare sibi, & facere secum habitare*.

Vers. 14. עַד לְהָשִׁיב חֲרוֹן אַף־אֱלֹהֵינוּ מִמֶּנּוּ עַד לַדָּבָר הַזֶּה׃. Variè admodum exponuntur posteriora verba, עַד לַדָּבָר הַזֶּה. LXX. περὶ τοῦ ῥήματος τούτου. Vulgatus *super peccato hoc*. Nihil tale significat Hebræorum עַד. Ideo Vatablus vertit, *donec avertamus æstum iræ Dei nostri à nobis usque ad hanc rem*. id est, inquit, à peccatis nostris usque ad nostram resipiscentiam. nescio an cuiquam sapere possit. Tigurini, *quantum ad hanc rem attinet*. Junius & Genevenses, *usque dum hæc res confecta sit*. Ego verterem, *usque ad rem hanc*, supple esse. id est, quamdiu, vel dum res hæc est. non dubito quin respiciatur ad versum præcedentem, ubi dixerant, dimissionem uxorum peregrinarum & liberorum ex ipsis susceptorum non esse opus unius diei aut duorum. consistant ergo, inquiunt, principes populi in urbibus nostris, & quicunque peregrinas habent uxores, accedant ad eos, cum Senioribus cujusque civitatis & judicibus ejus, donec avertant iram Dei nostri à nobis, atque in eo versentur dum res hæc est, dum negocium hoc durat, & in eo agendum aliquid restat. Sensus satis planus videtur. nec aliter capio Aben Esram, qui dicit עַד hîc significare, sicut Job. 1. 18. עַד זֶה מְדַבֵּר *adhuc hic loquens*, i. dum hîc adhuc loquebatur. sic hoc loco עַד לַדָּבָר הַזֶּה *adhuc res hæc*, i. dum adhuc res hæc est. & ut sciamus, quomodo cum præcedentibus cohæreat, docet sensum esse, עוד יעמדו השרים בעבור הענין הזה, id est, *adhuc maneant principes propter negocium hoc*. Mens est, quamdiu in hoc negocio adhuc aliquid agendum restat, maneant tandiu principes propter illud, donec plene iram Dei à nobis averterint. Est autem עַד לַדָּבָר הַזֶּה idem quod עַד הַדָּבָר הַזֶּה sicut cap. 9. vers. 7. עַד לַשָּׁמָיִם *usque ad cœlos*; idem quod עַד הַשָּׁמַיִם.

Vers. 44. וַיֵּשׁ מֵהֶם נָשִׁים וַיָּשִׂימוּ בָּנִים. Junius, *Et erant* quibusdam *ex istis uxores, unde susceperant liberos*. quasi in textu esset וַיֵּשׁ לַאֲנָשִׁים מֵהֶם נָשִׁים אֲשֶׁר מֵהֶן הֵשִׂימוּ בָּנִים. Genevenses, *Et erant ex illis qui susceperant filios ex istis uxoribus*. quasi textus esset וַיֵּשׁ מֵהֶם וַיָּשִׂימוּ בָּנִים מֵאֵלֶּה הַנָּשִׁים Existimarunt מֵהֶם & וַיָּשִׂימוּ non posse ad נָשִׁים referri, quod genere ab eo discrepent. At nihil magis tritum in hac lingua quam generum confusio. ut Exod. 1. 21. וַיַּעַשׂ לָהֶם בָּתִּים. de obstetricibus dicitur. Optimè ergo hunc locum vertit Vulgatus, *& fuerunt ex eis mulieres quæ pepererant filios*. porro שׂוּם sæpe est *efficere ut res sit*. ut Ezech. 19. 5. וַתִּקַּח אֶחָד מִגֻּרֶיהָ כְּפִיר שָׂמָתְהוּ *& accepit unum è catulis suis, leunculum posuit eum*, id est, effecit ut leunculus, major catulo fieret. Esa. 28. 15. *posuimus mendacium spem nostram*, id est effecimus. Jes. 5. 20. *ponentes tenebras in lucem*, id est, ex tenebris facientes lucem. Sic hoc loco, *ponere filios* est facere ut sint.

ANIMADVERSIONES

In loca difficiliora

LIBRI ESTHER.

Cap. I. Vers. I.

אֲחַשְׁוֵרוֹשׁ *Assuerus*. vox Persica est آخشور אֲחַשְׁוֹר significans *Majestate præditum*. est enim ipsis אֲחַשׁ آخش (ut à lexicographis Persicis redditur) قيمت وارز *dignitas* seu *Majestas & honor* seu *pretium* ور autem nominibus abstractis affixum facit concretum, & possessorem alicujus rei designat, ut Hebræis בַּעַל, Arabibus ذو sic dicunt נַאנוּר جانور *animam* habens

habens animal. نامور נָאמוּר *nomen habens, celebris,* رنجور רַנְגוּר *afflictionem habens, afflictus.* Similiter ergo آخشور *dignitatem, principatum habens, princeps.*

Vers. 3. הַפַּרְתְּמִים. Rabbi Salomoh Jarchi dicit, sic Persicè dici השולטנים *præfectos.* derivari potest à Persico بار בַּאר vel פַּאר (eodem enim charactere effertur Persis b. & p. ut & nostrum Paulus scribitur per p. (باولوس) quod inter alia significat *altus, magnus.* unde dicunt بار خدا *summus Deus, Deus Opt. Max.* deinde à دم דם *Spiritus,* ut باردم vel بردم eliso Eliph, quod Persis est usitatissimum, in *magnus Spiritu, magnanimus, magnificus.* pro quo Hebræi, mutato ד in affinem literam ת dixerint פַּרְתַּם. plurale פַּרְתְּמִים.

Vers. 22. לִהְיוֹת כָּל־אִישׁ שֹׂרֵר בְּבֵיתוֹ וּמְדַבֵּר כִּלְשׁוֹן עַמּוֹ. Videntur viri ex ignavia uxoribus tantum passim concessisse, ut si peregrini idiomatis uxorem quis duxisset, ejus linguam cum ipsa in familiam introduci pateretur. id jam edicto regio corrigitur, ut & hac in parte viris authoritas restituatur: sic acceperunt optimè, meo judicio, Genevenses, qui & doctissimas adjecerunt notas. Quia tamen Vulgatus, Vatablus, Tigurini, Junius aliique alium hîc sensum quærunt, quam quem ipsa verba simpliciter præ se ferunt, visum fuit Hebræorum sententias addere, quas ad amussim Genevenses sunt secuti. Chaldæus, אזדהרו למהוי כל גבר מסרבן על איתתיה וכפי לה למהוי ממללא כלישן גברא וכממלל עמיה *moniti estote, ut sit omnis vir dominans super uxorem suam, & cogat eam loqui secundum linguam viri, & secundum sermonem populi ejus.* R. Selomoh להיות כופה את אשתו ללמד את לשונו אם היא בת לשון אחרת: i. *ut cogat uxorem discere linguam suam, si est filia linguæ alienæ.* R. Aben Esra, ולא ישנה ממנהג אנשי לשונו אפילו לדבר בלשון אחרת id est, *& non mutet à consueto more virorum linguæ suæ, saltem ad loquendum linguâ alienâ.* D. Drusius lib. 11. cap. x. Observationum, vult proverbialem esse locutionem, *loquatur secundum linguam populi sui,* pro, vivere more patrio, & servare consuetudinem gentis suæ. idque verbis Aben Esræ firmari existimat.

Cap. II.

Vers. 9. וַיְשַׁנֶּהָ וְאֶת נַעֲרוֹתֶיהָ לְטוֹב בֵּית הַנָּשִׁים: Variè hæc vertuntur. Vatablus duas sententias quæ potissimæ sunt profert. Prima est, *Mutavit eam & puellas ejus in meliorem partem domus mulierum,* i. relicto & mutato pristino domicilio, transtulit eam una cum puellis in præstantiorem partem totius gynæcei. Altera est, *& mutavit eam & puellas ejus in melius in domo mulierum,* i. in meliorem habitum: hoc est, reddidit eas formosiores & elegantiores in gynæceo. posteriorem sequuntur Chaldæus, Aben Esra, Vulgatus, & ex recentioribus non pauci. Prior tamen mihi simplicissima videtur, & confirmatur usu verbi שַׁנִּי apud Syros, ubi in hac ipsa conjugatione qua hic habemus, significat interdum absolutè *migrare,* quasi *mutare locum,* interdum transitivè *facere, migrare, transferre.* posterioris exempla quædam dabimus. Act. 7. 4. ܫܢܝܗ ܐܠܗܐ ܠܐܪܥܐ ܗܕܐ שַׁנְּיֵהּ אַלָהָא לְאַרְעָא הָדָא *transtulit eum Deus in terram hanc,* μετῴκισεν αὐτόν. Ibid. v. 47. ܐܫܢܝܟܘܢ ܠܗܠ ܡܢ ܒܒܠ אֲשַׁנֵּיכוֹן לְהַל מִן בָּבֶל *transferam vos ultra Babel.* μετοικιῶ ὑμᾶς. Ibid. vers. 16. ܘܐܫܬܢܝ ܠܫܟܝܡ וְאִשְׁתַּנִּי לְשְׁכֶם *& translatus est in Sichem* μετετέθη. Ita & hîc apud Estheram simpliciter verterem, *Et transtulit eam & puellas ejus in optimum domus mulierum.* Scriptus est hic liber post captivitatem Babylonicam, vel in ea, quum jam lingua Chaldaica, quæ eadem est cum Syriaca, invaluisset.

Cap. III.

Vers. 11. אֲחַשְׁדַּרְפְּנֵי הַמֶּלֶךְ. Persica vox est, significans *majestatis janitores.* Nam آخش אָחַשׁ (ut diximus ad Esth. 1. v. 1.) *pretium, honorem, dignitatem, Majestatem* significat. دربان vel دريان vel דַּרְבָּאן vel דַּרְפָּאן (utroque enim modo, nempe b Arabico & Persico scribitur) usitatissimè *Januæ custodem, janitorem* denotat. à דַּר *janua* (quam Belgæ affini voce **deure** dicunt. habent enim Germani & Belgæ infinitas voces cum Persis communes) & بان *custos.* Itaque אחשדרפאן, & eliso א (quod Persis est communissimum. sic enim

enim dicunt דָהָאן & דָהָן *os, oris.* רָאה & רַה *via* &c.) אחשדרפן *Majestatis janitor.* Inde terminatione Hebræorum plurali fit אחשדרפנים.

CAP. V.

VERS. 13. וְכָל־זֶה אֵינֶנּוּ שֹׁוֶה לִי Pagninus, *hæc omnia non prosunt mihi.* sic & Junius, secuti Kimchium. Magis arrident LXX, Καὶ ταῦτά μοι οὐκ ἀρέσκει. *Omnia hæc mihi non placent*, q. d. non sunt paria, similia, æqualia animo meo. Præ omnibus tamen probatur Chaldæus, qui vertit כל דא ליתיה טימא לותי *totum hoc non est pretium apud me*, id est nullius pretii mihi est, quamdiu Mardocheum video in porta regis sedentem. sic R. Selomoh אני חש לכל הכבוד אשר לי, *ego non curo omnem gloriam quæ est mihi.* Sensum Vulgatus per periphrasin optimè expressit, *Et quum hæc omnia habeam, nihil me habere puto.* quæ interpretatio paululum illustranda est, & hic locus cum aliis conferendus. Existimamus שָׁוָה idem esse quod עָרַךְ. unde Psal. 89, 7. *quis in cælo* יַעֲרֹךְ *accomparabitur domino?* Targ. habet משתוי. sicut ergo עָרַךְ primo significat *assimilari, comparari*, deinde per comparationem cum alio *æstimari* & *taxari*. unde הֶעֱרִיךְ *æstimare.* עֵרֶךְ *æstimatio, taxatio.* sic & שָׁוָה, quod primario significat *in similitudine, paritate & æqualitate poni*, deinde, meo quidem judicio, significat *ita cum altero conferri, ut & æstimatio ejus fiat.* ut Prov. 3, 13. לֹא יִשְׁווּ בָהּ *non sunt conferenda cum ea*, vel *non sunt æstimanda ad eam.* sic interpretor illud Esth. 7, 4. אֵין הַצָּר שֹׁוֶה בְּנֵזֶק הַמֶּלֶךְ *non est hostis æstimandus ad damnum regis.* id est, tantum ex cæde Judæorum damnum capiet Rex, ut ad illud nequaquam æstimandus, nec ullius pretii habendus sit hostis qui istius cædis author est. Nec aliter hanc vocem accipiendam arbitror Job. 33, 26. חָטָאתִי וְיָשָׁר הֶעֱוֵיתִי וְלֹא שָׁוָה לִי quæ sic verto, *Peccavi, & rectum perverti, & non fuit æstimatus mihi.* יָשָׁר non sumo abstractè pro יוֹשֶׁר, sed concretè pro persona justa. fatetur se eam pervertisse, id est perverse cum ea egisse, eamque, prout merebatur justitia, non æstimasse. Ita & hunc Estheræ locum verterem, *Et omnia hæc non æstimantur mihi.* non habent pretium, valorem, dignitatem apud me. nam & שוה apud Chaldæos & Rabbinos significat *dignum esse, valere.*

CAP. VI.

VERS. 7. וַיֹּאמֶר הָמָן אֶל־הַמֶּלֶךְ אִישׁ אֲשֶׁר הַמֶּלֶךְ חָפֵץ בִּיקָרוֹ׃

VERS. 8. יָבִיאוּ לְבוּשׁ מַלְכוּת אֲשֶׁר לָבַשׁ בּוֹ הַמֶּלֶךְ וְסוּס אֲשֶׁר רָכַב עָלָיו הַמֶּלֶךְ וַאֲשֶׁר נִתַּן כֶּתֶר מַלְכוּת בְּרֹאשׁוֹ׃

Nihil necesse est אִישׁ accipere pro לְאִישׁ, quod fecit Junius, qui vertit, *Viro cujus Rex delectatur honore, adferant indumentum regium.* alii aliter. turbavit enim non paucos hæc phrasis, quæ tamen Hebræis satis usitata est, ut nempe אִישׁ faciat nominativum absolutum, & vertatur, *Quod attinet ad virum, cujus honore Rex delectatur: Adferant vestimentum regium quo rex induitur* &c. Rectè id expresserunt Genevenses. Sed majorem difficultatem finxerunt sibi Interpretes in ultimis verbis v. 8. וַאֲשֶׁר נִתַּן כֶּתֶר מַלְכוּת בְּרֹאשׁוֹ. quia pertinaciter voluerunt de corona agi quæ capiti viri imponenda esset, quum phrasis Hebræa cogat de corona intelligi quæ regii equi capiti imponi solet. sicut enim de equo dixit אֲשֶׁר עָלָיו *super quem vehitur rex*, ita de eodem dicit וַאֲשֶׁר בְּרֹאשׁוֹ *& in cujus capite ponitur corona regni.* Adfert hanc interpretationem Vatablus ex quodam Hebræorum. Aben Esram puto innui. cujus verba sunt, ונכון בע״ני שוי״ו בראשו שב אל הסוס כי יש סוס של מלך שישימו כתר מלכות בראשו כאשר ירכב עליו המלך, id est, *rectum mihi videtur, ut vau in* בְּרֹאשׁוֹ *referatur ad equum, quia equus regis est, cujus capiti coronam regiam imponebant, quum rex veheretur eo.* addo Chaldæum, qui sic habet וסוסא די רכב עלוי מלכא ביומא דעל למלכותא ודי אתיהב כלילא דמלכותא ברישיה׃, id est, *& equum super quem vectus fuit rex quo die intravit in regnum, & in cujus capite data fuit corona regni.* Rectè hunc sensum approbat Vatablus, neque alius verbis Hebræis dari potest, nisi vis iis inferatur. Et rectè idem observavit, non fieri postea amplius mentionem coronæ. nam v. sequenti repetitur mentio eorum quæ proferenda putabat Haman, nempe vestimenti regii & equi, non autem coronæ. quia ea solummodo ad descriptionem equi regii pertinuerat. Quod enim observat R. Selomoh, omitti prudenter ab Hamane iteratam commemorationem coronæ, quod jam percepisset ejus mentionem ægrè à Rege ferri, ut quam

quam sibi soli propriam esse vellet, merito ab Aben Esra rejicitur, & frivolum est.

Vers. 4. וְאִלּוּ לַעֲבָדִים וְלִשְׁפָחוֹת נִמְכַּרְנוּ הֶחֱרַשְׁתִּי כִּי אֵין הַצָּר שֹׁוֶה בְּנֵזֶק הַמֶּלֶךְ׃. Difficile satis hic est כִּי אֵין &c. Junius, *quum nihil hostis ipse proponat sibi, ad* avertendum *damnum regis.* Id mihi alienum videtur. quamvis secutus videatur R. Selomonem, qui hæc vertit, כי אֵין הצר חושש בנזק המלך *quia non est hostis sollicitus de damno regis*, non curat damnum regis. sic fere Tigurini, sed paulo tamen planius, *verum hostis non supputat damnum regis.* Pagninus, Vatablus, Genevenses, *quamvis hostis non possit compensare damnum regis.* כִּי vertunt *quamvis.* Valet id & alibi. Sed & non raro ponitur pro כי אם *verum, sed,* ut hoc loco Tigurini habent. sic Gen. 45. 8. *non vos me misistis huc,* כִּי *sed Dominus.* Ita hoc loco verterem, *sed non est hostis æstimandus* (vel æquiparandus) *ad damnum regis.* verba ejus sunt אין האויב שוה שיבוא נזק למלך *non est hostis dignus ut eveniat damnum regi.* Sensus est, si statuisset solum hostis noster vendere nos in servos & ancillas, tacuissem, quia damnum hoc non adeo magnum fuisset regi. sed quum nos interimere omnes statuerit, damnum hoc regi tantum foret, ut hostis noster omni sua dignitate & opibus ad id æstimari non possit, nec dignus sit in cujus gratiam tanto damno rex afficiatur. itaque in gratiam ejus non tacebo, sed in regis gratiam ad avertendum ab eo damnum aperte loquar. Non possum & aliam interpretationem, quæ apud Aben Esram est quamque primo loco habet, tacere. dicit הַצָּר esse שם id est nomen abstractum, & poni pro הַצָּרָה *angustia:* sicut Psal. 119, 142. צַר־וּמָצוֹק מְצָאוּנִי *angustia & oppressio invenerunt me.* est tamen ibi cum patach. fortassis quia sequitur Makkaph, alioqui futurum cum Kamets. at cum Kamets habes Psal. 4, 2. בַּצָּר *in angustia dilatasti me.* sensus ergo, inquit, est, si solummodo in servos & ancillas venderemur, tacerem, quia angustia ea quæ eveniret nobis nullius à nobis æstimaretur, etsi nihil ea gravius esse possit post occisionem, quia Rex non existimaret se magnopere damno affectum. Hoc sensu sic omnia vertas, *Et si in servos & ancillas venderemur, tacuissem, quia non esset angustia ea æstimanda pro damno regis.* Miror si id non sapit.

Cap. VII.

Vers. 5. מִי הוּא זֶה וְאֵי־זֶה הוּא אֲשֶׁר־מְלָאוֹ לִבּוֹ לַעֲשׂוֹת כֵּן׃. Quatuor modis hæc exponi possunt, pro diversa constructione. Primus modus est, *quis is est & ubi is est,* אֲשֶׁר לִבּוֹ *cujus cor implevit ipsum, ut faciat sic?* Ita Pagninus. Secundus, אֲשֶׁר מְלָאוֹ *quem implevit cor ejus.* sic Genevenses & Junius. Tertius, si אֲשֶׁר sumatur pro conjunctione, vertetur, *quòd impleverit eum cor ejus.* sic Scindlerus. Quartus est, si מְלָאוֹ dicatur habere affixum pleonasticum pertinens ad sequens nomen לִבּוֹ, quo Syris nihil usitatius, neque insolens est in Hebraismo. exempla qui cupit videat Exod. 2, 6. Psal. 64, 9. Num. 23, 22. Deut. 32, 43. Exod. 35, 5. Jer. 9, 15. Job. 33, 23. Prov. 14, 13. 1 Sam. 21, 13. 2 Sam. 14, 6. 2. Reg. 16, 15. Hab. 1, 11. Esdr. 9, 2. &c. Secundum quam constructionem verto. *Quis hic est, & ubi est, qui implevit cor suum ad faciendum sic?* id est, qui seipsum tam audacem fecit ut hoc tentet. Atque ita eadem phrasis est qua Lucas utitur Act. 5, 3. In historia Ananiæ, Διὰ τί ἐπλήρωσεν ὁ Σατανᾶς τὴν καρδίαν σου. *quare implevit Satanas cor tuum, ut mentireris* &c. id est, quare te adeo audacem reddidit, ut non verearis in Spiritum S. mentiri? Syrus vertit ܡܢܳܐ ܕܡܰܠܝܳܐ ܣܳܛܳܢܳܐ ܒܠܶܒܳܟ *quid est quod ita implevit Satanas in corde tuo.* eadem phrasis est, qua Joh. 11, 19. Phil. 2, 1. 1 Thess. 2, 11. utitur pro *consolari.* adeo ut *replere in corde alicujus* sit apud Syrum, animum ejus erigere, sive id fiat consolando, sive audaciam suggerendo. utrobique enim cor spiritibus repletur. qua de re pluribus agimus in Notis nostris ad difficiliora loca Nov. Testam. Syriaci, ad Phil. 2, 1. quia in explicatione phraseos istius Syriacæ ab Interpretibus & Lexicographis, quos quidem vidi, variamus. Chaldæus hoc loco, אֲשֶׁר מְלָאוֹ לִבּוֹ vertit די אמלכניה לבביה *cui consuluit cor ejus.* vel, *cujus cor consuluit ipsi.* puto phrasin Hebræam plus dicere.

Cap. VIII.

Vers. 10. *Et misit literas per cursores equorum,* רֹכְבֵי הָרֶכֶשׁ הָאֲחַשְׁתְּרָנִים בְּנֵי הָרַמָּכִים. Rectè Junius רוֹכְבֵי הָרֶכֶשׁ vertit, *equitantes in equis angariis.* Syris enim ܪܶܟܫܳܐ est *equus,* in

in genere. at quum hic, ut & 1 Regum 4. 28. contradistinguatur equis, per סוסים recte *equi quivis*, per רֶכֶשׁ equi celeres intelliguntur. At in cæteris multum hallucinatus est vir doctissimus, quum vertit, *regios cursores, natos angariis*. Laudandi qui verterunt, *mulos, filios equarum*. apud Persas enim *mulus* dicitur in singulari استر אשתר, in plur. استرها אשתרהא vel استران אשתראן. hinc addita solummodo terminatione plurali Hebræorum, & inserta in principio gutturali ח, fit אחשתרנים. porro רמך *equam* esse, ex lingua Arabica liquido constat, ubi الفرس אלפרש est *equus*, الرمك אלרמך *equa*.

ANIMADVERSIONES

In loca difficiliora

LIBRI JOB.

CAP. I. VERS. I.

Quis Jobus fuerit & è qua stirpe prognatus multum dubitatur. Schickardus tradit, à Persis in Tarich eum constitui filium Esavi, qui filius erat Isaaci.

VERS. 4. &c. וְהָלְכוּ בָנָיו וְעָשׂוּ מִשְׁתֶּה בֵּית אִישׁ יוֹמוֹ. Junius. *Euntes autem filii ejus faciebant convivium domi suæ quisque die sua*. בֵּית accepit pro בֵּיתָם. Pagninus simplicius, *in domo cujusque die suo*. Belgicè, **In een yegelicks huys op sijnen dagh.** omnes, quos vidi, acceperunt אִישׁ distributivè pro *unusquisque*, & יוֹמוֹ pro בְּיוֹמוֹ *in die suo*. potius existimo אִישׁ יוֹמוֹ phrasin esse sive constructionem, qualis est. איש תואר *vir formæ*. אִישׁ אֲדָמָה *vir terræ*. sic בֵּית אִישׁ יוֹמוֹ verto, *in domo viri diei suæ*. id est ex phrasi Hebraica, in domo ejus cujus dies erat fratres convivio excipere. singulis sua dies assignata erat. cujus jam illuxerat dies, ut convivium pararet, vocabatur אִישׁ יוֹמוֹ *vir diei suæ*. Belgicè ergo sic verterem, **Ende sijne kinderen sijn ghegaen / ende hebben een maeltijdt ghemaeckt in het huys des ghenen wiens dagh het was.** sic intellexit procul dubio Chaldæus, qui verbotenus transtulit, ואזלין בנוי ועבדין שירותא בית גבר יומיה:, quæ aliter exponi non debent quam, *Et ibant filii ejus, & faciebant convivium in domo viri diei suæ*.

VERS. 14. *Boves arabant, & asinæ pascebantur* עַל יְדֵיהֶם Pagninus, *in locis suis*, ut הם referatur ad asinas. sicut Aben Esra על מקומם הם recte. nam & Num. 2. 17. dicuntur Israëlitæ profecti secundum ordinem suorum castrorum, אִישׁ עַל יָדוֹ לְדִגְלֵיהֶם *quisque in loco suo secundum vexilla sua*. At LXX. Vulgatus, Junius, aliique הֵם retulerunt ad boves, ac verterunt *juxta* vel *secundum eos*. recte & illud. Nam eo sensu על יד sæpe sumitur, vide 2 Sam. 15. 18. Jud. 11. 26. 2 Chron. 17. 15. & sequentibus.

CAP. III.

VERS. 8. יִקְּבֻהוּ אֹרְרֵי יוֹם הָעֲתִידִים עֹרֵר לִוְיָתָן:. Non pauci Chaldæum secuti לִוְיָתָן vertunt *luctum suum*. ut ן fit pro ם per Enallagen generis, & לִוְיָה sumatur pro *luctu*, qua significatione nusquam alibi, quod sciam, reperitur, ne apud Syros quidem, unde hanc significationem peti vult doctiss. Mercerus. Nos assentimur iis qui *Leviathanem* vertunt. Porro omnes omnino ni fallor, interpretes עֹרֵר accipiunt pro Infinitivo, & vertunt, *qui parati sunt excitare Leviathanem* (alii *luctum suum.*) quamvis autem hic omnes consentiant, nolim succensere mihi eruditos, si palam profitear, non existimare me ferre id purum Hebraismum, ut nec Chaldaismum nec Syriasmum, quæ linguæ omnes postulant, ut tali constructione Infinitivus ante se ל habeat, & dicatur הָעֲתִידִים לְעֹרֵר לִוְיָתָן. quod nemo, sat scio, Hebraicè peritus mihi negabit. עֹרֵר itaque pro Imperativo habeo. ac propterea הָעֲתִידִים accentu Reviah notatum putem, ut sciamus, dictionem eam non ita statim cum sequentibus conjungendam, quin cum interpunctione aliqua pronuncietur. Itaque totum versum sic reddo, *Maledicant ei execratores diei: eos qui parati sunt, excita Leviathan*. Per Leviathanem serpentem intelligo cum multis viris doctis Diabolum. per אֹרְרֵי יוֹם rabidos homines, qui in semetipsos feri, & in ipsum solem furentes, lucem suam execrantur. Optat Jobus ut execratores hi suæ etiam nativitatis diem conviciis proscindant. nec sufficit eos jam ad id paratos esse. compellat Satanam ut eos jam paratos magis etiam furore suo excitet.

CAP. IV.

VERS. 6. הֲלֹא יִרְאָתְךָ כִּסְלָתֶךָ תִּקְוָתְךָ וְתֹם דְּרָכֶיךָ׃. Plerique Interpretes volunt in posteriori versus parte transpositionem esse, ac positum pro וְתֹם דְּרָכֶיךָ תִּקְוָתֶךָ. vertunt, *an non timor tuus fiducia tua? & integritas viarum tuarum spes tua erat?* sed durior videtur illa transpositio, præsertim quia תִּקְוָתְךָ accentu Reviah, quasi commate à sequentibus distinguitur. Unde multi Hebræorum, quibus accedit Mercerus, ו in וְתֹם abundare volunt, ac simpliciter vertunt, *spes tua integritas viarum tuarum.* Sed & illud durum ac fortassis inusitatum, quia vau hîc neque narrationem inchoat, neque in eo orationis membro ponitur, quod retributivum sit ad præcedens. in quibus duobus casibus vau frequenter abundat apud Hebræos. neque parallelum est quod citant ex Job. 3. 11. מִבֶּטֶן יָצָאתִי וְאֶגְוָע׃ quod in notis Merceri vertitur, *ab utero egressus expirabam.* Vau ibi verè copulativum est: nam ex priori versus membro repetere oportet לָמָּה לֹא, & vertere, quare non *ex utero egressus sum & expiravi?* Causa autem cur aut vocum transpositionem, aut redundantiam copulæ ו statuerint, est, quia versum duabus distinctis enunciationibus constare voluerunt. Nos hîc unam tantum, sed compositam, duobus subjectis per trajectionem à se disjunctis, ac duobus prædicatis per asyndeton conjunctis constantem statuimus, ac sic ad verbum vertimus, *An non timor tuus* (vel pietas tua) *fiducia tua, spes tua* erat, *& integritas viarum tuarum?* Si subjecta conjungere velis, sic dispones, *an non pietas tua & integritas viarum tuarum fiducia tua, spes tua* erat? Belgicè sic verto, **Was niet uwe Godtvreesentheyt uw' vertrouwen / uwe hope / ende de oprechtigheydt uwer weghen?** non admodum obscurè. planius tamen sic, **Uw' vertrouwen / uwe hope / Was het niet uwe Godtvreesentheydt ende de oprechtigheydt uwer weghen?** q. d. visus tibi quidem fuisti timens Dei, ac viis integer, ac magnam inde de Deo spem conceperas. sed jam te falsum vides, quia sincera non fuit pietas. verè enim pii sic non pereunt. quod deinceps probare annititur.

VERS. 14. פַּחַד קְרָאַנִי וּרְעָדָה וְרֹב עַצְמוֹתַי הִפְחִיד׃. רֹב quidam sumunt adverbialiter pro בְּרֹב *in multitudine*, id est *plurimum*, ut vertit Junius. LXX. μεγάλως. alii accipiunt pro nomine, sed per multitudinem intelligunt universalitatem. unde Vulgatus, *omnia ossa mea.* Tigurini *quantum est ossium meorum.* sic & Genevenses, & Vulgata nostra Belgica, & Beza. Sed multitudo propriè non dicit universalitatem, quin contra in universalitate magnam solummodo partem. unde apud Rabbinos בְּרֹב non significat *semper*, sed *plerumque* quomodo in versum primum primi Psalmi R. D. K. dicit השכיבה לישן ברוב *cubatio ad dormiendum plerumque est.* Ita hîc verterem, *Et pleraque ossa mea terrefecit.* Rectè Mercerus, *Et multitudinem*, id est magnam partem *ossium meorum.*

VERS. 18, 19. הֵן בַּעֲבָדָיו לֹא יַאֲמִין וּבְמַלְאָכָיו יָשִׂים תָּהֳלָה׃
אַף שֹׁכְנֵי בָתֵּי חֹמֶר אֲשֶׁר בֶּעָפָר יְסוֹדָם יְדַכְּאוּם לִפְנֵי עָשׁ׃

Video omnes interpretes אַף sumere pro אַף כִּי & sicut duæ istæ particulæ simul junctæ interdum exponuntur *quanto magis*, interdum *quanto minus*, ita & simplex אַף hoc loco ab aliis priori, ab aliis posteriori sensu acceptum. Qui ad finem versus 18 illud אַף referunt, vertunt *quanto magis. Et in angelis suis poneret stultitiam: quanto magis in iis qui inhabitant* &c. שֹׁכְנֵי sumunt pro בְּשֹׁכְנֵי. Qui vero ad initium versus 18. id referunt, ut Junius & Genevenses, vertunt, *quanto minus. Ecce servis suis non crederet: quanto minus iis qui inhabitant* &c. Pagninus quoque vertit, *quanto magis.* sed si consideres quomodo cum versu 18. conjungat, videbis sensum potius requirere *quanto minus.* Tigurini, ut cum versu 18. rectè conjungerent, pluscula inseruerunt. *Quanto magis* à perfectione absunt *qui domos luteas incolunt.* sed tanto hîc labore opus non videtur. אַף nusquam alibi pro אַף כִּי sumitur. nolim & hîc, sed pro *etiam*, ut ubique. nec quicquam ex præcedenti versu repetere, aut per ellipsin subintelligere necesse est. versus enim plenus est, hoc sensu, *Ecce servis suis non fideret, & in Angelis suis poneret stultitiam. Etiam qui inhabitant domos luteas, quorum fundamentum est in pulvere, contererent eos* (i. contererentur) *ante tineam.* Non frustra dixit *etiam.* Quum enim Angelis imperfectionem aliquam respectu Dei tribuisset, hominibus longè majorem, & verè miseriam per illud *etiam* attribuit. In angelis, inquit, Deus si vellet inveniret quod requireret, & stultitiam aliquam de ipsis prædicare posset. sed hominum

num longè miserior est conditio, etiam conteri possent ante tineam. Belgicè sic verterem, **Siet op syne dienst-knechten soude hy hem niet vertrouwen / ende synen Engelen soude hy dwaesheydt opleggen. Oock soudemen de gene die in leeme huysen woonen / welckers grondvestinghe in het stoff is / verpletteren in teghenwoordigheyt van een motte.** Quid sit לִפְנֵי עָשׁ non vidi qui melius exponerent doctissimo Mercero. sensum esse vult, homines conteri posse ab ipsa tinea, ut vertit Vulgatus: utpote quos Deus quasi stiterit coram tinea, tanquam potestati ejus traditos. Sed considerent eruditi, an non simplicius sit, si *ante tineam* sumamus pro *in præsentia tineæ*, ut sensus sit, hominem ipsa tinea esse miseriorem, quum contingere possit ut homo conteratur præsente atque in vita manente & quasi conspiciente tinea. cujus rei in bellis ac præliis documenta luculenta sunt, ubi interfecto hero, tinea quæ in vestibus hæret superstes interdum manet. Genevenses לִפְנֵי sumserunt pro לְקֻבַּת, sensu non incommodo, modo usus eum probare queat, de quo multum dubito.

Cap. V.

Vers. 5. &c. אֲשֶׁר קְצִירוֹ רָעֵב יֹאכֵל. Variè vertitur illud אֲשֶׁר. Junius, *Nam ejus messem famelicus comedit.* Tigurini, *ut ejus messem famelicus devoret.* Alii *cujus messem famelicus*, &c. Alii *ejus messem famelicus* &c. abundante prorsus אֲשֶׁר. verti posset *certè*, ut sit confirmativum, sicut 1 Sam. 15. 20. Psal. 10. 6. Psal. 95. 11. Esa. 8. 20. Habac. 3. 16. ut sensus sit, *Certè messem ejus famelicus comedet.* Malo tamen vertere, *Quod ipsius messis est, famelicus comedet.* id est, ut verterunt LXX. ἃ ἐθέρισε, *quæ messuit.* ut אֲשֶׁר non ad personam, sed ad rem referatur.

Vers. 7. אָדָם לְעָמָל יוּלָּד וּבְנֵי־רֶשֶׁף יַגְבִּיהוּ עוּף׃. Plerique vertunt, *Homo ad molestiam nascitur, quemadmodum scintillæ elevant se ad volandum*, vel ut Mercerus, *attollunt volatum.* ו inquit hoc loco est adæquationis, ut passim in Proverbiis. nescio tamen an simile exemplum proferri queat. ו quidem sæpe in Proverbiis adæquationis, sed ita ut in secundo similitudinis membro positum significet *sic*, & faciat illud retributivum ad prius, quod passim τῷ Vau munus est. non vero ut prius similitudinis membrum formet, & significet *sicut.* Omitto, non adeo aptam videri hoc loco hanc similitudinem, neque facile homini adaptari posse. Ego ו pro copula habeo, & sic verto. *Quia homo ad molestiam nascitur, & scintillæ in altum evolare eum facerent.* Solet ignis quæ levia sunt sursum secum rapere. si quæ autem sunt levissima, solæ scintillæ ad id sufficiunt. Miseriam ergo hominis declaraturus, dicit, nasci eum ad molestiam, & tantæ esse levitatis & vanitatis, ut vel solæ scintillæ eum abripere, & sursum quasi volando auferre queant. *Exaltarent volare* pro *in altum facerent volare*, Hebraismus notus est.

Vers. 12. *Dissipat cogitationes callidorum. & non facient manus eorum* תּוּשִׁיָּה, Hieronymus *quod cœperant.* Pagninus, *quod decreverant.* Junius *quicquam.* Rabbi Levi ait, hoc nomen significare נימוס וסדור *ordinationem & dispositionem*, sive eam lex proponat, sive cogitatio eam formet. posterius esse hujus loci. Aben Esra ad radicem יש refert. K. David in lib. Rad. vult Jod esse tertiam radicalem pro ה, ut radix sit ישה, cujus tamen nullam significationem adfert, quia Hebræis est inusitata. Monemus in lingua Æthiopica verbum ושי esse usitatissimum, significare βλαστάνειν *germinare.* Marc. 4. 27. adde literas heemanticas, fiet inde תושיה, quod mihi quidem per *sapientiam*, videtur omnibus in locis rectè verti, quæ quasi prima est & præcipua mentis progerminatio. hinc hoc loco verterem, *Et non facient manus eorum sapientiam*, id est, Deus ita dissipat eorum cogitationes, ut nihil manibus suis sapienter efficere queant. potest & תושיה sumi pro בתושיה *in sapientia*, id est sapienter, eodem sensu.

Vers. 16. וַיֹּשַׁע מֵחֶרֶב מִפִּיהֶם וּמִיַּד חָזָק אֶבְיוֹן׃. Optimè Vulgatus מֵחֶרֶב מִפִּיהֶם vertit, *à gladio oris eorum.* מִן enim apud Hebræos, sicut particula **van** apud Belgas. sæpe genitivum format. vide thesaurum Buxtorfii pag. 333. Belgicè verterem, **Ende hy bewaert de arme uyt het sweert van haeren mont / ende uyt de handt des stercken.** potest etiam אֲשֶׁר subintelligi, ut sit pro מֵחֶרֶב אֲשֶׁר מִפִּיהֶם.

Vers. 24. *Et cognosces pacem esse in tabernaculo tuo, & visitabis habitaculum tuum*, וְלֹא תֶחֱטָא Pagninus, *& non peccabis.* Junius, *si non peccabis.* malim, *& non frustraberis*, id est, quum visitabis habitaculum tuum, ejusque statum perlustrabis, non invenies te destitutum & rebus necessariis carentem, sed abundè potius instructum. vide quæ ad Jud. 20. 16. annotavimus, ubi חטא proprie *defectum & carentiam* significare ex lingua Æthiopica docuimus, atque inde ad peccatum rectè trans-

transferri, quod nihil est nisi defectus & carentia justitiæ legalis.

Vers. 26. תָּבוֹא בְכֶלַח אֱלֵי קָבֶר Vertunt, *Intrabis in senectute in sepulchrum.* כֶּלַח *senectutem* vertunt, solo hoc loco adducti, qui eam interpretationem postulare videtur. Hieronymus tamen vertit *in abundantia.* occurrit & Job. 30. 2. ubi longè incertior est ejus significatio. Monemus in lingua Æthiopica usitatam esse radicem כלח pro *clamare* Marc. 10. 47, 48. Luc. 1. 42. Dispiciant viri eruditi, an verti hinc possit, *Ingredieris cum clamore in sepulchrum*, id est cum acclamatione & applausu aliorum, *sicut ascendit acervus frugum tempore suo.* quum enim acervi frugum tempore suo in horreum colliguntur, magna solet esse gaudiorum acclamatio. confer cum Job. 30. 2.

Cap. VI.

Vers. 10. *Et esset adhuc consolatio mea*, וַאֲסַלְּדָה בְחִילָה לֹא יַחְמוֹל verto, *Et supplex orarem in cruciatu immiti*, propriè *non parcente*, vel *non miserente.* nec refert, quod חִילָה & יַחְמוֹל *genere discrepent.* est enim Enallage generis frequentissima Hebræis, & passim obvia. nec est fœmininum חִילָה aliud quam masculinum חִיל. porro סלד Rabbinis est *orare, suppliciter rogare*, teste Buxtorfio in Lexico. Rabbi Joseph vertit התחזק *corroborare se.* quod etiam hîc quadrat.

Vers. 13. 14. הַאִם אֵין עֶזְרָתִי בִי וְתֻשִׁיָּה נִדְּחָה מִמֶּנִּי׃
לַמָּס מֵרֵעֵהוּ חָסֶד וְיִרְאַת שַׁדַּי יַעֲזוֹב׃

Omitto varias aliorum in hos versus interpretationes. meam solummodo, ut à viris doctis expendatur, addo. sic verto, *An si non est auxilium meum in me, & consilium expulsum est à me, Liquescenti amicus ejus convitium* erit? *& timorem omnipotentis deseret?* Dixerat versibus præcedentibus, defecisse sibi vires, utpote quæ nec lapideæ sint nec æreæ. At vero inquit, an quia penes me nec auxilium est quo me juvem, an propterea decet amicum, timoris Dei adeo oblivisci, ut homini misero ac liquescenti non tantum non ferat opem, sed etiam sit convitio? quærit id hîc generali sententia, sed sibi id contigisse queritur versibus sequentibus. video interpretes מ in מֵרֵעֵהוּ habere pro præpositione, ego hîc & alibi ubi occurrit hæc forma, pro heemantico habeo, ut מֵרֵעַ sit *amicus.* Belgice sic verto: **Indien (vel om dat) mijne hulpe niet en is by my / ende alle raet verdreven is van my / sal (daerom) aen den genen die versmelten synen vrient tot eenen hoon syn: ende sal hy de vreese des Almachtigen verlaten:** Experiamur aliter. sunt qui עֶזְרָה hîc sumant pro apologia, pro materia qua seipsum adversus calumnias defendere ac tueri possit. Eo sensu אם, quod ante accepimus conditionaliter, possemus interrogativè capere, ut הַאִם sit iteratio interrogationis ad majorem emphasin. quomodo capimus Num. 17. 13. הַאִם תַּמְנוּ לִגְוֹעַ *an an consumemur expirando?* Ita hoc loco, *An an non est defensio mea penes me? & sapientia expulsa est à me? An liquescenti amicus ejus opprobrio* erit? *& timorem omnipotentis deseret?* Sensus erit, etsi vires non habeat lapideas aut æreas quibus manui Dei resistat, habere se tamen & materiam penes se & sapientiam qua se adversus impactas calumnias defendat. injuriam sibi factam ab Eliphazo quod se ita accusaverit ac si nihil haberet quo se tueretur. non decere hoc amicum, ut miserum ac liquescentem hominem ejusmodi conviciis perstringat, atque eo modo palam faciat, se timore Dei destitutum. præ cæteris tamen arridet, quod ad Jer. 31. 20. pluribus annotavimus, ut אם sumatur pro *certe, utique.* & vertatur, *an utique non est defensio mea in me?* vide isthic.

Vers. 18. יִלָּפְתוּ אָרְחוֹת דַּרְכָּם יַעֲלוּ בַתֹּהוּ וְיֹאבֵדוּ׃. Verto, *detinentur viatores* in *via sua: ascendunt frustra & pereunt.* cohæret sensu cum duobus versibus sequentibus, ubi plenius vana spes viatorum, quam de torrentibus illis conceperant exprimitur. אָרְחוֹת hîc sumo, ut à plerisque versu sequenti. לפת autem habere tenendi significationem, vide in Notis nostris ad Jud. 16. 29. Et Ruth. 3. 8.

Vers. 26. הַלְהוֹכַח מִלִּים תַּחְשֹׁבוּ וּלְרוּחַ אִמְרֵי נֹאָשׁ׃. Junius, *An reprehendere verba cogitatis, & ventilare sermones* hominis *animo abjectissimi?* Acutè sanè & appositè, nec scio an quis melius possit. quia tamen רוּחַ nusquam alibi verbum est, nec pro *ventilare* alibi sumitur, quid si vau in posteriori membro, ut alibi sæpe, abundare hîc dicamus, & hemistichium illud sic vertamus, *An reprehendere verba cogitatis? in ventum sunt sermones desperati.* Id est, an vos, præteritis & non ponderatis rebus, verba tantum mea carpere & arguere vultis? cogitandum erat desperatos homines inconsideratè multa loqui, quæ

quæ vi doloris extorquentur potius invitis, quam ut à ratione proficiſcantur. itaque non ſunt eorum ſermones multum penſitandi, ſed ut in ventum proferuntur, ſic pro vento habendi ſunt. Quod ſi אִמְרֵי נֹאָשׁ ad ſocios Jobi referamus, ſic licebit vertere, *An ad redarguendum excogitatis verba? In ventum* ſunt *ſermones deſperati* vel *deſperationis*. Id eſt, quorſum vos tanto ſtudio & conatu copiam atque elegantiam verborum excogitatis, ſolummodo ad redarguendum? homines eſtis deſperati, & ſermones veſtri deſperationis ſunt, quibus me non conſolari, ſed tantum arguere adeoque ad deſperationem adigere conamini. tales ſermones in ventum, i. inutiles ſunt ac fruſtranei. eo ſenſu videtur accepiſſe Vulgatus. alii alias habent interpretationes, quas diligens indagator inquiret.

Vers. 4. אִם שָׁכַבְתִּי וְאָמַרְתִּי מָתַי אָקוּם וּמִדַּד־עָרֶב וְשָׂבַעְתִּי נְדֻדִים עֲדֵי נָשֶׁף: מִדַּד Variè ab Interpretibus accipitur, nos hîc Arabicam ejus verbi ſignificationem facillimam & certiſſimam arbitramur, apud quos מדד *extendere, in longum producere*, quaſi *menſuram augere* ſignificat. Hinc verſum hunc ſic vertimus. *Quum decubui, dico quando ſurgam? ſed extendit* (ſup. Deus) *veſperam, & ſatur agitationibus uſque ad crepuſculum.* id eſt, lectus qui ægro corpori ſolatium adferret, tædio mihi eſt. vix decubui, quum optem ſurgere. ſed quo id magis opto, tanto magis extendi videtur & produci veſpera, adeo ut totus jactationibus & quaſi per lectum vagationibus defatiger, antequam crepuſculum matutinum aſſequor. Nec velim quemquam exiſtimare ſignificationem hanc Arabicam linguæ Hebrææ planè eſſe inuſitatam. Nam. 1 Reg. 17, 21. habes וַיִּתְמֹדֵד עַל הַיֶּלֶד שָׁלֹשׁ פְּעָמִים *& extendit ſe ſupra puerum tribus vicibus*. quod Belgicè ad verbum rectè dicimus **hy heeft ſich uytghemeten over het kint.** id eſt totam menſuram ſui corporis expandit.

Vers. 15. וַתִּבְחַר מַחֲנָק נַפְשִׁי מָוֶת מֵעַצְמֹתָי. Belgica noſtra verſio habet, **Dat mijn ziele wenſchet ghehangen te zijn / ende mijn beenen de doot.** Quod non incommodum habet ſenſum, nec uſque adeo à verbis alienum, ſi מ in מֵעַצְמֹתָי ſumas pro nota genitivi, quod ſatis frequens eſt. tum enim licebit vertere, Et eligit ſtrangulationem anima mea, mortem oſſium meorum. Belgicè, **Mijne ziele kieſt gehangen te ſijn / dat mijne beenderen geſtorven waeren.** Sed videtur accentus Reviah ſuper מָוֶת facere pro iis qui vertunt *præ oſſibus meis*, id eſt, mori mallet, quam putida hæc oſſa diutius circumferre.

Vers. 16. מָאַסְתִּי לֹא לְעוֹלָם אֶחְיֶה חֲדַל מִמֶּנִּי כִּי דֶבֶל יָמָי:. Non rejicio ſententiam eorum qui מָאַסְתִּי volunt abſolutè poni, ut ſit apoſiopeſis hominis indignantis, & vitæ ſuæ pertæſi. *Aſpernatus ſum*, ſup. vitam meam. Sed quia hic verſus non tam videtur eſſe indignantis, quam precantis, & miſeriam ſuam Deo proponentis, ut plaga paululum mitigetur, diſquirant eruditi, an non vertere liceat, *Diſſolutus ſum, non vivam in æternum: deſiſte à me, quia vanitas ſunt dies mei.* ſicut ſupra v. 5. עוֹרִי רָגַע וַיִּמָּאֵס *cutis mea diſrupta eſt & diſsoluta eſt.* ut utrobique מָאַס ponatur pro מָסַס. ſicut יִמָּאֲסוּ liqueſiant. Pſ. 58, 8.

Cap. VIII.

Vers. 8. וְכוֹנֵן לְחֵקֶר אֲבוֹתָם:. Plerique vertunt, *& para*, vel *diſpone* (ſupp. te ipſum, aut mentem tuam) *ad inquiſitionem patrum eorum*. maximè arridet Vulgatus, *& diligenter inveſtiga patrum memoriam.* ad verbum, *Et rectifica inquiſitionem patrum eorum*, id eſt, *rectè inquire patres eorum.* Belgicè, **ondersoeckt te dege /** (vel **ten rechten**) **haere vaders.**

Vers. 16. עַל גַּל שָׁרָשָׁיו יְסֻבָּכוּ בֵּית אֲבָנִים יֶחֱזֶה:. Sic verto, *Super acervum lapidum radices ejus implicantur: inter lapides proſpectat.* q. d. incredibilis eſt ejus proſperitas, & ſupra fidem augmentum capit. quis credat plantam ſuper acervum lapidum poſitam penetrare eum poſſe atque ibi radices diffundere ſub lapidibus, ibique implicari? fac autem eam ibi diffundi, quis credat poſſe eam per lapides aſſurgere, progerminare, & foras proſpectare, quum lapidibus obruenda & ſuffocanda videretur? Ea tamen eſt ad tempus felicitas impiorum ut & ſuper acervum lapidum radices agant, & per medios lapides promineant ac proſpectent. Belgicè verterem, **Op eenen ſteen-hoop vlechten haer ſijne wortelen door malkanderen / ende tuſſchen de ſteenen komt hy door-kijcken.**

Cap. IX.

Vers. 9. עֹשֶׂה עָשׁ כְּסִיל וְכִימָה. Lxx. עָשׁ vertunt πλειάδα. Hieronymus ac plerique alii *Arcturum*, plauſtrum nempe 7 ſtellarum, ex ſententia Aben Eſræ. At Kimchi in lib. Rad. dicit eſſe זנב טלה caudam *arietis*

tis. ſic definiunt Talmudici Cod. Berachoth cap. 9. fol. 58. In lingua Æthiopica עָשׁ *piſcis* eſt, Mat, 7. 10. & paſſim. itaque fortaſſis & hîc ſignum piſcis ſignificat.

VERS. 26. חָלְפוּ עִם אֳנִיּוֹת אֵבֶה Chaldæus vertit. חלפין עם אלפיא דטעינין מגדיא: quod Vulgatus vertit, *Petranſierunt quaſi naves poma portantes.* Exiſtimat Scindlerus eos אֵבֶה accepiſſe pro אֵב *fructus.* At non dubito, quin Chaldæus ſaltem אֵבֶה propria ſua ſignificatione acceperit pro *deſiderio*, & explicuerit quid ſint *naves deſiderii*, nempe quæ res deſiderabiles & pretioſas vehunt, qualia ſunt poma inter arborum fructus. certe מגדיא proprie *res laudabiles, deſiderabiles & præſtantes* ſignificat. Hinc ex conſequenti intelligi poſſunt naves celeres. quo enim res vehunt præſtantiores, eo urgentur magis ut cito divendant.

CAP. X.

VERS. 17. תְּחַדֵּשׁ עֵדֶיךָ נֶגְדִּי וְתֶרֶב כַּעַשְׂךָ עִמָּדִי חֲלִיפוֹת וְצָבָא עִמִּי: Nihil hîc difficile eſt præter illud חֲלִיפוֹת. quod jungi ſolet cum ſequenti וְצָבָא, & vertitur à D. Junio, *vices & exercitus ſunt contra me*, id eſt, inquit, velut copiæ aliæ aliis ſuccedentes oppugnant me. Elegantiſſimo ſane & efficaciſſimo ſenſu, quem Mercerus doctiſſimis notis illuſtravit. Sed conſiderent eruditi, an חֲלִיפוֹת non poſſit etiam jungi præcedentibus, etſi per antecedens Athnah ab iis diſtinguatur. poteſt enim hîc nihil niſi comma valere: neque ſemper ejus exacta ratio, præſertim in libris poëticis, habenda. quod paſſim circa hunc & alios accentus in hoc libro Mercerus obſervat. Sic verto, *Innovas teſtes tuos contra me, & multiplicas iram tuam adverſus me, per vices, & exercitus eſt contra me.* Perpetuum ferè eſt in hoc libro, ut ſecundum verſus membrum ſit explicatio prioris. ita hîc fieri arbitror. quidnam ſunt *teſtes tui?* eſt *indignatio tua* quid eſt *innovare?* eſt *multiplicare per vices*, ſubinde per vices repetere. quid eſt נֶגְדִּי? eſt עִמָּדִי. inde ſequitur, quia tu teſtes tuos contra me crebro innovas, & iram per vices multiplicas, totum exercitum contra me inſtructum eſſe. Belgicè verterem, **Ghy vernieuwt uwe ghetuyghen tegen my / ende vermenighvuldicht uwe gramſchap tegen my / met verwiſſelingen / ende daer is een leger teghen my.** Nolim plane illud Athnah negligi, Emphaſin enim hîc habet ſi ſaltem vim commatis obtineat.

CAP. XI.

VERS. 6. וְיַגֶּד-לְךָ תַּעֲלֻמוֹת חָכְמָה כִּי כִפְלַיִם לְתוּשִׁיָּה וְדַע כִּי יַשֶּׁה לְךָ אֱלוֹהַּ מֵעֲוֺנֶךָ: Variis in hunc locum interpretationibus hanc etiam licebit addere. *Et indicaret tibi occulta ſapientiæ, quia duplicia ſapientiæ* ſunt ei. *& ſcito, quod exactionem facit tibi Deus de iniquitate tua.* תוּשִׁיָּה ſæpe pro *ſapientia* ſumitur. c. 6, 13. infra 12, 16. Prov. 2, 7. Et 3, 21. Ita hoc loco idem puto eſſe תוּשִׁיָּה quod præcedens חָכְמָה, & cauſam reddi, cur Deus occulta ſapientiæ, quæ ipſe ignoret, ipſi ſit revelaturus, quia penes eum duplum ſapientiæ eſt. ל in לְתוּשִׁיָּה pro genitivo habeo. Mercerus pro dativo, & תוּשִׁיָּה ad *eſſentiam, rationem, ſive inſtitutum Dei refert.* ſi ipſam eſſentiam ſeu naturam Dei denotat, commodus & facilis ſenſus eſt, *quia duplicia* ſunt iſti *eſſentiæ.* **want dat weſen heeft dobbel.** *revelavit tibi Deus occulta ſapientiæ,* quare? *quia duplum* (ſcilicet ſapientiæ.) *habet iſta eſsentia.* Plerique verſum hunc ſic capiunt, ac ſi Sophar clementiam juſtitiæ divinæ prædicaret, qua minores pœnas à Jobo exegiſſet quam meritus eſſet, & duplo majores irrogaret, ſi jure vellet agere. itaque nihil habere, quod de rigore Dei conquereretur. Sed non tam videtur querelas ejus compeſcere, quam jactantiam retundere, qua ſe juſtum gloriatus fuerat. neque ipſi affirmanti, hîc credendum eſſe. aliter ſtatutum iri, ſi ad Dei judicium recurratur. Rationes in hoc verſu duæ proponuntur. Prima à Dei ſapientia. ſi tu peccata tua ignoras, aut diſſimulas, utinam Deus tecum ageret. is arcana ſapientiæ tibi revelaret, ut qui duplo te ſapientior eſt. Altera ab ipſa pœna jam irrogata, *ſcito Deum tibi jam exactionem facere de iniquitate tua.* quid tu gloriaris de juſtitia? Deus & ſuâ ſapientiâ penetrat peccata, & ſuâ pœnâ jam ea demonſtravit.

VERS. 10. אִם יַחֲלֹף וְיַסְגִּיר וְיַקְהִיל וּמִי יְשִׁיבֶנּוּ. Non placent aliorum verſiones quas vidi. Fortaſſis nec mea placebit doctis, dicam tamen ſententiam meam. ſic verto, *Si tranſeat & concludat, colliget, & quis reddere faciet eum?* Vau in וְיַקְהִיל non copulativum, ſed redditivum eſſe volo. idque præcedens Athnah innuere videtur & ſenſum reddit valde perſpicuum. Metaphora deſumpta videtur à venatoribus, qui ubi prædam retibus concluſerunt, colligunt eam & ſuæ poteſtatis faciunt. Deus eſt potentiſſimus venator, qui ubi hoſtes ſuos retibus

conclusit, sic eos colligit, ut à nemine ad redditionem cogi queat. Porro *si transeat*. non est *si prætereat*, sed *si accedat*. חלף enim mutationem significat, vel status, quando res de statu uno transit in alterum, vel loci, quando quis è loco ubi erat transit id est accedit ad eum quo tendit. quomodo & παρέρχεσθαι sæpe in N.T. accipi in Commentariis nostris docuimus.

Vers. 11. וְאִישׁ נָבוּב יִלָּבֵב וְעַיִר פֶּרֶא אָדָם יִוָּלֵד׃. Verto, *Et an vir vacuus cordatus habebetur? cum pullus asini, onager omnis homo nascatur?* עַיִר פֶּרֶא exponi solet, *pullus onagri*, forma constructa, cum עַיִר sit forma absoluta. cum in constructa dicendum fuisset עִיר ut בֵּית à בַּיִת, & חֵיל à חַיִל. aut certe עִיר, ut עירה *pullum suum* Gen. 49. 11. quæsiverat versu præcedenti, *Cum Deus videat iniquitatem an non animadverteret?* hinc sequitur, si Deus animadvertit, an vir vacuus vera sapientia, qualis est omnis improbus, haberetur cordatus? non potest fieri, cum homo, nihil amplius habens quam quod à nativitate asportavit, dicendus sit natus pullus asini, onager.

Vers. 13. אִם אַתָּה הֲכִינוֹתָ לִבֶּךָ וּפָרַשְׂתָּ אֵלָיו כַּפֶּךָ׃. Omnes, quos vidi, Interpretes volunt ו in וּפָרַשְׂתָּ esse copulativum, quod non exiguam interpretationi addit difficultatem & obscuritatem, quam ut tolleret Mercerus, dicit quæ versu sequenti adduntur, אִם אָוֶן בְּיָדְךָ הַרְחִיקֵהוּ *si iniquitas est in manu tua, amove eam*, poni pro *& amoveris eam*, quomodo vertit Beza & Genevenses, conditione, inquit Mercerus, mutata in parænesin. Sed nihil his opus, si dicamus vau illud esse retributivum ad præcedentem conditionem, adeoque Latinè abundare. sic verto, *Si tu rectificasti cor tuum, expande ad eum manus tuas, si iniquitas in manu tua* est, *amove eam, & ne habitet in tentoriis tuis perversitas. Quia tunc efferes faciem tuam ex macula, & eris constitutus, & non timebis*. Vides omnia optimè fluere. Nec tantum sensus hanc expositionem postulat, sed & innuit translatio accentus in וּפָרַשְׂתָּ ex penultima in ultimam. docent enim Grammatici, quando ו secundis ac primis personis præteriti præfixum ex Milhel facit Milra, verti significationem præteriti in futuri, sive primi sive secundi. hîc primi, id est Imperativi.

Vers. 17. וּמִצָּהֳרַיִם יָקוּם חָלֶד תָּעֻפָה כַּבֹּקֶר תִּהְיֶה. Perplacet Mercerus, *Et præ meridie exurget tempus* (malim *ætas*), *si obscureris, tanquam mane eris*. Belgicè, **Ende den tijt uwes levens sal klaerder als den middagh oprijsen. Woꝛt ghy verduystert / ghy sult sijn als den moꝛgenstont.** vel תעפה & תהיה sunt tertiæ personæ fœm. gen. pro neutro sive absoluto. *quum obscurum erit, tanquam mane erit.*

Cap. XII.

Vers. 4. שְׂחֹק לְרֵעֵהוּ אֶהְיֶה קֹרֵא לֶאֱלוֹהַּ וַיַּעֲנֵהוּ שְׂחוֹק צַדִּיק תָּמִים. Difficilis hic versus est. consulat interpretes, qui videre vult quam variè hæc accipiantur. item Notas Vatabli ac Merceri. Qui optimè vertunt, ellipsin statuunt in principio, quam Mercerus ita supplet, כְּמוֹ שֶׁהוּא שְׂחֹק, sicut qui *risui est amico suo sum, qui Deum invocat & exaudit eum. risui est justus perfectus*, nihil difficultatis esset, si pro שְׂחֹק scriberetur שָׂחֹק, *irrisus amico suo sum ego*, **Ick ben eenen die van sijnen vꝛiendt bespottet is.** eodem tamen redit, si per metonymiam dicas שְׂחֹק positum pro שָׂחוּק accidens pro subjecto. Quia autem hîc generalem disputationem de statu justorum & impiorum aggreditur Jobus, & ipse hic versus generali sententia clauditur, qua pius derisioni esse traditur, optimum foret si totus versus generalem sententiam contineret. Examinent eruditi, an non id futurum sit, si לְרֵעֵהוּ sumamus pro לַאֲשֶׁר רֵעֵהוּ, & sic vertamus, *Derisioni est cui amicus sum, qui invocat Deum & exaudit eum: derisioni est justus integer*. Jobus non erat amicus nisi piis, qui ut ipse addit, invocabant Deum & exaudiebantur. perinde ergo est, ac si dixisset, derisioni pius est. Atque ita posterius membrum pro more eandem habet sententiam cum priore.

Vers. 5. לַפִּיד בּוּז לְעַשְׁתּוּת שַׁאֲנָן נָכוֹן לְמוֹעֲדֵי רָגֶל. Quod hîc magno Mercero placuit, quodque Pagninus, Junius & Genevenses sunt secuti, mihi quoque perplacet. est enim & simplex & sensui convenientissimum. si tamen מוֹעֲדֵי rectius pro Benoni accipitur quam pro nomine, sic verti posset, *Titio est contemptus cogitationi tranquilli, rectus, vacillantibus pede*. Opponuntur rectus, quique pede vacillant. ille est vir pius recto pede incedens. hi sunt impii & hypocritæ, qui curvos gressus faciunt. Sicut ergo, inquit, titio contemnitur à cogitatione hominis prosperi, ac felici rerum successu luxuriante, ita vir rectus contemnitur ab iis

qui pedibus nutant, qui recto pede non ambulant. Nihil hîc mihi durum aut detortum videtur, nihil quod non antecedentibus & consequentibus rectè quadret. Posset quoque לעשתות verti *nitori*, ut causam comprehendat, cur felices contemnant titionem, quia sc. nihil nisi nitorem crepant, cum quo titio parum convenit. Et eo sensu fortassis לפיד melius vertatur *fax* vel *tæda*. ut mens sit, sicut tæda, etsi insignem luce sua usum inter homines habeat, contemnitur tamen ab iis qui rerum affluentia turgidi, nihil nisi nitorem & speciem sectantur, quippe quam fax crasso fumi sui atrore deturpat, ita & vir rectus, etsi pietate sua plurimum mundo prosit, despectui tamen est iis quorum pedes in via Dei non sunt rectè constituti.

Vers. 6. ישליו אהלים לשדדים ובטחות למרגיזי אל לאשר הביא אלוה בידו׃. Varias aliorum interpretationes proferre hîc nihil attinet, quarum præcipuas apud Mercerum invenire est. omnis difficultas in fine hæret versus, ubi nos hanc damus interpretationem, quam perpendi solummodo, non teneri volumus. *Tranquilla sunt tentoria vastatoribus, & securitates concitantibus Deum, in eos quos introduxit Deus in manum suam.* Pios dicitur Deus gestare in manibus suis, quasi in eas ab ipso Deo introductos. In hos impii Deum concitant, ut bellis & ærumnis eos frangat. His tamen, inquit, qui Deum in nos concitant, felicius omnia succedunt, quam ipsis piis. alludit fortassis ad se & amicos suos. ipsum Deus tanquam peculium in manum suam introduxerat. in ipsum amici Deum concitabant. sibi tamen male, ipsi bene erat. Potest & לאשר non ad personas, sed ad res referri, quomodo Mercerus, possit, inquit, לאשר sumi pro *Propter quæ, propter ea quæ adduxit Deus in manum ejus* (enallage numeri) pro *eorum* q. d. irritant Deum confidenter ob summam felicitatem quam largitur Deus. malim, *irritantibus Deum per ea quæ adduxit Deus manu sua.* q. d. qui ipsius Dei bonis, quæ propria sua manu attulit abutuntur, ad ipsum irritandum **Vreedsaem syn de tenten der verwoesters / ende gerustigheden syn by die gene die Godt vertoornen / door die dingen die God met syn hant heeft aengebracht.** Id maxime arridet. Quamvis adhuc fluctuat animus. In mentem venit, quod ambas allatas sententias spernere cogit, Primam, quia Hebraismus postulabat ut id diceretur לאשר הביאו אלה בידו. Alteram, quia dicendum eo sensu fuerat, לאשר הביאן, aut הביא אותן, aut simili modo. אשר enim in obliquis casibus affixum post se requirit. In quem adeo Hebraismum Merceri quoque, aliorumque doctissimorum Interpretum versiones impingunt. Phrasis indicat, אשר hîc esse Nominativum. hinc verto, *Ei qui adduxit Deum in manum suam.* Idololatrarum descriptio est, quorum Dii idola sunt, quibusque adeo nil familiarius, quam ut Deum suum manu gestent. qua impietate etsi nulla detur gravior, quæque magis supremum irritet numen, tamen & his, inquit Jobus, sunt בטחות. Hîc pedem figo.

Vers. 20. מסיר שפה לנאמנים. Verto, *Aufert labium iis quibus creditur*, id est, qui fide digni habentur, qui quæcunque dicunt fidem inveniunt, adeo persuadere hominibus eloquentia sua & authoritate possunt. sæpe נאמן significat eum qui fidus habetur, cui aliquid concreditur. Sic 1 Sam. 3. vers. 20. *Et cognovit omnis Israël à Dan usque ad Beersebah,* כי נאמן שמואל לנביא ליי *quod fidus habitus esset Samuel*, id est, concreditum ei esset â Deo, *ut esset Propheta Domino.* Sic Num. 12. 7. בכל ביתי נאמן הוא *in tota mea domo concreditus est ille*, id est tota mea domus illi est concredita.

Vers. 22. ויוצא לאור צלמות *Et eduxit in lucem umbram mortis.* componunt ex צל *umbra*, & מות *Mors.* quæ compositiones Hebræis rarissimæ sunt. Quod si legeretur צלמות, posset מ esse radicale, & simpliciter *tenebras* significare, à radice צלם, quæ in lingua Æthiopica *obtenebrari* significat, Matth. 24. 29. & 27. 45. & nomen צלמת *tenebræ*, Matth. 6. 23. prout & sane hîc apud Jobum צלמות opponitur לאור, *ut tenebræ luci.* apud Arabes quoque, mutato צ in ظ punctatum, quod ipsis frequens est, usurpatur radix ظلم, pro *obscurari, obtenebrescere.*

Cap. XIV.

Vers. 6. שעה מעליו ויחדל עד ירצה כשכיר יומו׃. Rectè Mercerus laudat Vulgatum, qui vertit, *Recede paululum ab eo, ut quiescat, donec optata veniat sicut mercenarii dies ejus.* Ad verbum verto, *Averte vultum ab illo, & quiescat, donec gratum habeat tanquam mercenarius diem suum.* id est ex consequenti, *donec compleverit diem suum,* ut verterunt Mercerus, Junius & Genevenses.

Sicut

Sicut enim mercenarius acceptum habet diem, quum ad finem perductus est, quo merces datur solatium laboris: sic gratus homini est mortis dies, quum tempus vitæ naturæ ordini assignatum completum est. Unde Propheta Psal. 102. *Ne fac me ascendere in medio dierum meorum.* Id deprecatur quoque hoc loco, Jobus, atque optat, ut præstituto naturæ tempore tanquam grato & accepto die mori sibi detur. Velim tamen ipsius vocis Hebrææ significationem tanquam maximè emphaticam retineri, ac Belgicè verti, **Keert u aenghesicht van hem af/ ende dat hy ruste/ tot dat hy behaghen hebbe als eenen dagh-looner in synen dagh.** sensum bene expressit vulgata nostra Belgica.

VERS. 8, 9. *Si senescit in terra radix ejus, & in pulvere moriatur truncus ejus, Ab odore aquæ efflorescet, & faciet ramum* כְּמוֹ נָטַע Junius, *velut planta.* Tigurini, *ut plantæ solent.* Pagninus, *ut planta* novella, quod & Mercerus probat. Habuerunt נָטַע pro nomine, ut camets propter silluc sit pro segol, pro נֶטַע *planta.* Ego pro verbo habeo, & verto, *quasi plantasset*, sup. אִישׁ *quis*, id est ex more Hebræorum impersonaliter. *quasi plantatus esset*, **als of men het gheplant hadde.** hinc LXX. ὡς νεόφυτον, *quasi de novo plantatum esset.* Vulgatus, *quasi cum primum plantatum est.* Hoc vult Jobus, arborem etiam jam morituram vi aquarum protrudere novum surculum, qui progerminat non aliter quam si denuo plantatus esset, quum tamen sua sponte ex radice demortuæ pullulaverit.

VERS. 11, 12. אָזְלוּ־מַיִם מִנִּי־יָם וְנָהָר יֶחֱרַב וְיָבֵשׁ: וְאִישׁ שָׁכַב וְלֹא יָקוּם &c. Annotabimus solummodo, quod ad restituendam Belgicam nostram versionem facere videtur. Habet ea, **Ghelijk als een water uyt-loopt uyt der Zee/ ende als eenen vliet verloopt ende verdrooght/ soo is een mensche/ wanneer hy hem leyt/ ende en sal niet opstaen.** videndum hic, meliusne יָם vertatur **de Zee/ an een Zee.** diversum enim id facit sensum. Si priori modo, ut habet nostro versio, intelligitur mare illud quod κατ' ἐξοχὴν tale dicitur, nempe Oceanus, de quo Eccl. 1. 7. unde aquæ fluviorum exire dicuntur. ad quem locum versio nostra respexisse videtur, unde & ad marginem annotatus reperitur. sed non videtur ex mente versionis nostræ similitudo quadrare. quum enim, ut tradit Ecclesiastes, aquæ quæ ex mari exeunt, eo denuo redeant, non rectè dixit versio nostra, *sicut aquæ exeunt ex mari*, **uyt de see/** *ita decumbit homo & non surgit.* similitudo hæc postularet potius, ita decumbit homo, & denuo surgit, sicut aquæ exeunt ex mari & redeunt. At vero ex loco Ecclesiastis concludi potest, si aquæ maris penitus deficiant, fore ut & flumina quæ inde originem trahunt, deficiant. Sic quadrabit similitudo, si vertas, **(Ghelijck als) wanneer de wateren wech gaen uyt de Zee/ de rivieren vergaen ende verdrooghen/ Alsoo wanneer de mensche ontslaept/ hy en sal niet opstaen.** Quod si יָם vertatur **een Zee/** indefinitè sumitur pro quovis mari. Sunt autem plurima maria, inter quæ & lacus referuntur, qui interdum prorsus exsiccantur. Hoc sensu verterem, **(Ghelijck als) de wateren vergaen uyt een Zee/ ende een riviere gaet uyt ende verdrooght/ Alsoo ontslaept de mensche/ ende hy en sal niet opstaen.** Hæc versio maxime arridet, & genuina videtur.

VERS. 14. אִם יָמוּת גֶּבֶר הֲיִחְיֶה כָּל־יְמֵי צְבָאִי אֲיַחֵל עַד בּוֹא חֲלִיפָתִי:

VERS. 15. תִּקְרָא וְאָנֹכִי אֶעֱנֶךָּ לְמַעֲשֵׂה יָדֶיךָ תִכְסֹף:

VERS. 16. כִּי־עַתָּה צְעָדַי תִּסְפּוֹר לֹא תִשְׁמוֹר עַל חַטָּאתִי:

VERS. 17. חָתֻם בִּצְרוֹר פִּשְׁעִי וַתִּטְפֹּל עַל עֲוֹנִי:

VERS. 18. וְאוּלָם הַר נוֹפֵל יִבּוֹל וְצוּר יֶעְתַּק מִמְּקוֹמוֹ:

VERS. 19. אֲבָנִים שָׁחֲקוּ מַיִם תִּשְׁטֹף סְפִיחֶיהָ עֲפַר אָרֶץ וְתִקְוַת אֱנוֹשׁ הֶאֱבַדְתָּ:

Omissis aliorum interpretationibus, totum hunc textum sic expono.

VERS. 14. *Quum moritur homo, an vivet? omnibus diebus militiæ meæ sperabo, donec veniat mutatio mea.*

VERS. 15. *Voca, & ego respondebo tibi. opus manuum tuarum concupisce.*

VERS. 16. *Quum nunc gressus meos numeras; ne observa peccatum meum.*

VERS. 17. *Obsignata est in fasciculo prævaricatio mea, & consuisti super iniquitatem meam.*

VERS. 18. *Attamen mons cadens defluere potest, & rupes transferri potest è loco suo.*

VERS. 19. *Lapides comminuunt aquæ: pulvis terræ inundat sponte nascentia ejus. Et spem hominis perderes?*

Hæc omnia ad spem facere puto, qua se in tentatione fulcit. atque ita inter se conne-

cto. Dixerat in fine versus 13. *pone mihi statutum tempus, & recordare mei.* Hinc spes oritur. Homine, inquit, mortuo abjecta spes est, nam non reviviscet. At ego dum durant dies militiæ sperabo, donec mutetur hæc mea calamitas. Tu domine voca me, ego respondebo. solummodo memor sis me esse manuum tuarum opus, & aliquo saltem operis tui desiderio atque amore tenearis. Aggrederis jam omnes gressus meos dinumerare ac supputare. non recuso, solummodo ne observa peccatum meum. non frustra id peto. quantum enim ex pœna tua colligo, sentio obsignatam esse & in fasciculo consutam iniquitatem meam. nondum tamen omnis spes evanuit. contingunt sæpe insperata & quæ factu videbantur impossibilia. Montes cadunt & defluunt. rupes è locis suis transferuntur. lapides aquarum guttis excavantur. & quod non nisi diluvio aquarum fieri posse videretur, id ipse pulvis terræ interdum præstat: inundat ea quæ terra nascuntur. tu ergo qui hæc insperata facis, spem hominis eluderes? adeone firmiter obsignata essent mea peccata, ut mihi in te speranti remitti non possent? quum & montes diffluere, & rupes dimoveri, & lapides aquis cavari, & fruges terræ pulvere inundari possint? Et ut magis Deum permoveat, sequentibus versibus exponit, quam sit miser status hominis, qui spe sua delusus morte præripitur. *Prævales ei in æternum & abit. mutat vultum suum, & demittis eum. Honorantur liberi ejus, & nescit* &c. porro תִּשְׁטֹף secuti Rambam jungimus cum עפר הארץ, sic ut constructione conveniat cum ארץ. Hebraicè enim quum duo nomina diversorum generum junguntur, satis est verbum cum alterutro convenire. ut 1 Sam. 2. 4. קֶשֶׁת גִּבֹּרִים חַתִּים *arcus fortium fractus est*, propriè *fracti sunt.*

Cap. XV.

Vers. 7. הֲרִאישׁוֹן אָדָם תִּוָּלֵד וְלִפְנֵי גְבָעוֹת חוֹלָלְתָּ׃. Verti solet *an primus homo natus es?* id est, primus hominum. sic ut רִאשׁוֹן אָדָם. simul jungantur tanquam adjectivum & substantivum, ac duo nominativi ante verbum. atque ita comparatio instituatur inter Jobum & alios homines ante ipsum natos. q. d. an tu magis sapientia & experientia vales omnibus qui fuerunt ante te? an tu primus homo es, qui huc usque vixeris, adeoque omnium eorum seculorum experientiam habeas? sed considerent eruditi, an non sic potius substantivum adjectivo præmittendum fuerat, & dicendum, הֶאָדָם רִאשׁוֹן תִּוָּלֵד. mihi sane videtur ראשון esse nominativus ante verbum. & non tam comparationem institui inter Jobum & reliquos homines, quam inter eum & reliquas omnes creaturas. *an primus nascebaris homo?* primus, nempe omnium creaturarum. an antequam ullæ creaturæ essent, homo natus es? ideo addit, *& ante colles formatus es?* posterius membrum pro more explicat prius. sensus est, an te Deo parem facere cupis? an ab æterno fuisti homo natus, ut dicere posses te primum fuisse, antequam colles essent? adeoque divinamne tibi sapientiam arrogare cupis? ideo addit, *Num arcanum Dei audivisti?* Belgicè ergo non verterem, ut nostra habet versio sine interpunctione, **Zijt ghy de eerste mensche gheboren** / sed cum interpunctione, **zijt ghy de eerste / mensche gheboren?** an tu primus, homo natus es? id est. quum tu homo nascereris, an primus eras? an nullæ aliæ erant creaturæ? dic ergo te Deum esse, qui passim se vocat הָרִאשׁוֹן *primum illum.*

Vers. 22. לֹא יַאֲמִין שׁוּב מִנִּי חֹשֶׁךְ וְצָפוּ הוּא אֱלֵי חָרֶב׃. Difficultatem parit illud וְצָפוּ quod ajunt esse Paul Kal, pro וְצָפוּי, quia statim sequitur הוּא ac vertunt, *& expectatus est*, vel *prospectus, spectatus est ad gladium*, sive *à gladio*, id est, nihil aliud opinione sua spectat, neque expectat quam gladium. At vero secundum Grammaticam צָפוּ nihil aliud est quam præteritum Kal, formæ גָּלוּ. Juvat itaque experiri, an secundum analogiam Grammatices commodus sensus hîc inveniri possit. dicimus צָפוּ non construi cum הוּא, sed absolutè poni & impersonaliter, subintellecto אֲנָשִׁים, quod nomen non exprimitur neque hîc neque alibi, quia verbum impersonaliter usurpatur. וְצָפוּ *& observant*, id est secundum usitatissimum Hebraismum, quum observant, quum quis observat, quum speculando res observatur, **als men der op let** / הוּא אֱלֵי חָרֶב *est in gladio*, **hy is al int sweerdt.** nempe opinione sua, metu suo. adeo impius male sibi conscius formidat, ut si quis eum speculetur & observet, agniturus sit eum jam in gladium incidisse, quum longe adhuc à gladio absit. Belgicè totum versum hic reddo, **hy en gelooft niet dat hy uyt de duysternisse weder keren sal: ende soo men der op let / hy is al in sweert.** aut potius **hy is al aent sweert.** est ad gladium, id est, adest gladio, videtur sibi adesse. אֱלֵי enim *ad* potius quam *in* denotat.

CAP. XVI.

VERS. 10. פָּעֲרוּ עָלַי בְּפִיהֶם בְּחֶרְפָּה הִכּוּ לְחָיָי יַחַד עָלַי יִתְמַלָּאוּן׃ Nihil hîc difficultatem habet, nisi יַחַד עָלַי יִתְמַלָּאוּן, quod plerique, qui optimè verterunt, transferunt *pariter contra me congregantur.* sic & Mercerus, qui addit, verbum מלא interdum pro *congregare* sumitur. quod non simpliciter admittendum puto, sed semper retinendam significationem plenitudinis, quæ huic verbo propria est, & vertendum *congregare cum plenitudine, pleno numero congregare.* ad congregandi significationem probandam profert Mercerus locum Esa. 31. 4. מְלֹא רֹעִים *cætus pastorum* qui adversus leonem congregantur. at longe melius vertitur, *plenitudo pastorum*, id est non simpliciter multi pastores, sed numerus omnium pastorum qui adsunt, quotquot ex illo tractu adversus leonem convocari possunt. addit & aliàs ita sumi, nempe pro congregatione. si ullus locus eo facit, videtur esse locus Jer. 51. 11. וּמִלְאוּ שְׁלָטִים ubi Junius, *cogite utentes umbonibus.* Melius Pagninus, *congregate scuta.* Genevenses, *plena manu apprehendite scuta.* Vatablus, *Implete clypeos*, id est inquit, tegite corpora vestra clypeis. Ego, *implete clypeos*, id est, pleno numero eos proferte, quotquot necessarii sunt ad vestram defensionem. ut eadem phrasis sit, quæ est. 1 Sam. 18. v. 27. *Et* adduxit David præputia eorum וַיְמַלְאוּם לַמֶּלֶךְ *& impleverunt ea regi*, id est pleno numero annumerarunt, ut nullum deesset. ita hoc loco יַחַד עָלַי יִתְמַלָּאוּן *pariter contra me impleverunt se*, id est pleno numero congregarunt se. Incidit autem & alius verbi מלא usus, de quo lector monendus videtur. Esth. 7. 5. dicit Assuerus de Hamano, מִי הוּא זֶה אֲשֶׁר מְלָאוֹ לִבּוֹ לַעֲשׂוֹת כֵּן *quis est hic quem implevit cor ejus ad faciendum sic?* id est quis tantos spiritus sumsit, & tam audax evasit? In audacia enim cor spiritibus impletur, inflatur ac turgescit. Unde & apud Syros usitata phrasis, *implere in corde*, quod nunc in bonam partem sumitur, nunc in malam. In bonam partem significat *consolari*, quasi dicas, cor per dolorem spiritibus evacuatum, novis spiritibus per consolationem replere. sic Joh. 11. 19. dicuntur Judæorum multi venisse ad Martham & Mariam דְּנְמַלּוֹן בְּלִבְהֵין *ut implerent in corde eorum*, i. ut consolarentur eas. vide & 1 Thess. 2. 11. In malam partem significat *audacem reddere.* ut Act. 5. 3. מָנוּ דְּהָכַנָא מְלָא סָטָנָא בְּלִבָּךְ *quid est quod sic implevit Satanas in corde tuo?* quod Lucas dixit, τί ἐπλήρωσε ὁ Σατανᾶς τὴν καρδίαν σου? hoc est, quid te adeo tumidum ac audacem reddidit? Considerent eruditi, an non idem sit quod hîc vult Jobus, *pariter contra me impleverunt sese*, nempe tumore cordis & audacia, qua adeo repleti fuere, ut nec os nec manus continere potuerint, sed os adversum me distenderint, & manibus probrosè maxillas meas cæciderint, ut cor suum in me quasi evacuarent.

VERS. 15. שַׂק תָּפַרְתִּי עֲלֵי גִלְדִּי וְעֹלַלְתִּי בֶעָפָר קַרְנִי׃ Variè admodum exponitur posterius membrum, quia עוֹלֵל alibi *facere*, & *racemare* significat, quorum neutrum hîc quadrat. sane neutrum quadrat, si עוֹלַלְתִּי referimus ad sequens קַרְנִי. sed prior significatio quadrat, si referas ad præcedens שַׂק, una cum תָּפַרְתִּי, & sic exponas, *Saccum consui super cutem meam, & feci, in pulvere cornu meo existente.* Belgicè, **Eenen sack hebbe ick over mijnе huyt t'samen genaeyt/ ende ghemaeckt/ mijnen hooren zijnde in 't stoff.** Vel ex significatione Syra & Chaldaica, *Et intrare feci in pulverem cornu meum.* עלל enim *intrare*. quod simplicissimum est, & hoc loco apprime congruum.

VERS. 21. וְיוֹכַח לְגֶבֶר עִם אֱלוֹהַּ וּבֶן אָדָם לְרֵעֵהוּ. Chaldæus, LXX. Vulgatus ac plerique alii interpretes sic fere vertunt. *Utinam disputaret vir cum Deo, sicut filius hominis cum sodali suo.* Ita vau primi membri sumitur pro *utinam*, secundi membri pro *sicut.* ל primi membri redundat, aut nominativum denotat. secundi membri sumitur pro עִם, ut לְרֵעֵהוּ sit pro עִם רֵעֵהוּ sicut dixerat עִם אֱלוֹהַּ. Fateor ל in quibusdam locis nominativum designare, sed eo tamen veniendum non est nisi urgente necessitate. Ideo Junius vertit, *Ut disceptet causam viri cum Deo, sicut filius hominis causam amici sui.* utrumq; ל voluit esse Genitivi, subintellecto alio substantivo רִיב Videmur sine ulla anomalia, aut ellipsi, sic ad verbum vertere posse. *& arguet virum apud Deum, & filius hominis sodalem suum.* לְגֶבֶר & לְרֵעֵהוּ reguntur in accusativo à verbo יוֹכַח, sicut Esa. 2, 4. וְהוֹכִיחַ לְעַמִּים רַבִּים *& redarguet populos multos.* quam phrasin habes quoque cap. 11, v. 4. Mich. 4, v. 3. Prov. 9, 7. & alibi *Deus redarguet apud Deum*, id est apud se, repetito nomine loco pronominis.

quo nihil usitatius. sensus est, Deus arguet virum apud se, & homo quoque arguet sodalem suum apud Deum. Sic connecto cum antecedenti & sequenti versu. dixerat amicos suos sibi non esse consolatores, sed irrisores, quò ergo confugiendum? *ad Deum stillat oculus meus.* sed qua spe? comparebimus ambo coram Deo, ibi & Deus hominem, & homo proximum suum arguet. cur hac spe se solatur? *quia pauci anni venient, quum viam qua non revertar ambulabo.*

Cap. XVII.

Vers. 5. לְחֵלֶק יַגִּיד רֵעִים וְעֵינֵי בָנָיו תִּכְלֶינָה׃ Qui *ad blanditias* (vel per blanditias) *nunciat amicis, etiam oculi filiorum ejus consumentur.* placet admodum. Junius longè aliter, nec tamen contemnendè, Incumbere *adulationi indicat amicos: oculos vero deditorum ei defecturos.* Moneo solummodo, si cui sensus iste placet, nihil opus esse addere in principio illud *Incumbere.* ל enim non semper valet dativum, sed interdum etiam nominativum, ac pleonasticè redundat quomodo plerique supra c. 16, v. 21. capiunt וְיוֹכַח לְגֶבֶר עִם אֱלוֹהַּ *utinam argueret homo cum Deo.* quamvis nos aliter locum istum exposuerimus. sed manifestus locus est Esa. 32. vers. 1. וּלְשָׂרִים לְמִשְׁפָּט יָשֹׂרוּ *& principes in jure dominabuntur.* Plura loca qui vult videat 1 Par. 3, 2. Deut. 24, 5. Jos. 10. v. 21. 2 Par. 23. 6. Ita hîc verti potest, *Adulatio indicabit amicos & oculi deditorum ei consumentur.*

Vers. 12. לַיְלָה לְיוֹם יָשִׂימוּ אוֹר קָרוֹב מִפְּנֵי חֹשֶׁךְ. Variè hæc vertuntur. non probo eos qui אוֹר קָרוֹב immediatè ita conjungunt, ut non habeant rationem accentus Reviah quo אוֹר distinguitur à sequenti adjectivo. quod Pagninus fecit & Junius. Nos ad verbum sic reddimus, *Noctem in diem ponunt: lux, propinqua est à facie tenebrarum.* id est parum abest à facie tenebrarum, adeo vicina est & affinis tenebris, ut faciem, vultum, speciem tenebrarum habere videatur. ita enim hîc sumo פְּנֵי חֹשֶׁךְ pro specie, figura, & apparentia, ut sic dicam, quam tenebræ præ se ferunt. Nox, ergo inquit, mihi in diem vertitur, quia nempe ob curas insomnem transigo. vicissim dies non aliter fere quam nox apparet, Belgicè, **De nacht maken se my tot dach. het licht / is niet verre van de gedaente der duysternisse.** Rabbi Salomon, quem sequitur Mercerus, vult קָרוֹב *propinquus* hîc idem esse quod *brevis*, ut sensus sit, *& lux brevis est propter tenebras.* probat significationem ex Job. 20, 5. & Deut. 32, 17. sed neuter locus videtur convenire, quia in iis non est simpliciter קָרוֹב, sed מִקָּרוֹב. apud Jobum *lætitia impiorum* dicitur esse מִקָּרוֹב *de propinquo*, supp. tempore, vel per genitivum *propinqui temporis.* מִן enim Genitivum interdum valet apud Hebræos. quod Belgicè melius exprimimus, **de blydtschap der goddeloosen is van eenen aenstaenden tyt.** cujus enim duratio non est temporis in longum duraturi, sed proximè instantis, id certe breve est. at id non per simplex קָרוֹב, sed per מִקָּרוֹב exprimitur. res quæ est מִקָּרוֹב brevis dicitur. Locus Deuteronomii minus etiam huc facere videtur. accusantur quod coluerint אֱלֹהִים חֲדָשִׁים מִקָּרֹב בָּאוּ *Deos novos qui è propinquo venerunt*, id est qui non à remoto tempore, ab æternitate fuerunt, sed à tempore propinquo & vicino demum orti sunt. vides melius propinquitatis quam brevitatis significationem ibi convenire. Et fortassis מִקָּרוֹב ad locum potius ibi pertinet quam ad tempus, ut innuantur Dii, quos Abrahamus, Isaacus & Jacobus non coluerant in locis ubi habitarant, sed qui jam recens & noviter ex vicinis locis allati erant. unde in eodem versu dicit אֱלֹהִים לֹא יְדָעוּם *Deos quos non noverant.*

Vers. 16. בַּדֵּי שְׁאֹל תֵּרַדְנָה אִם יַחַד עַל עָפָר נָחַת׃ Quam variæ sint hujus loci expositiones, videbit qui Interpretes consulere velit. Ego ב in בַּדֵּי servile arbitror, & quia notatur cum patach sequente dagesch, דֵּי non est particula completiva, ut בַּדֵּי sit idem quod בְּדֵי *in*, sed nomen est constructum à דַּי *sufficientia.* itaque דֵּי שְׁאֹל verto *sufficientiam sepulchri*, id est totam sepulchri capacitatem, qua capit quantum capere potest. sicut Deut. 15, 8. *dabis ei mutuum* דֵּי מַחְסֹרוֹ *sufficientiam indigentiæ ejus*, significat totam indigentiæ latitudinem, quæ comprehendit quicquid ad eam supplendam requiritur. Totum locum verto, *In sufficientiam* (sive *capacitatem*) *sepulchri descendent, quando pariter ad pulverem descensus* erit, sive *descendemus*, non male sensum expressit Vulgatus, quum בַּדֵּי שְׁאֹל vertit, *in profundissimum infernum*, sic ut infernus sive sepulchrum spes meas plene & sufficienter comprehendat. rectè etiam Chaldæus, לְבֵי קְבוּרְתָּא *in domum sepulchri*, domus est capacitas. Illud autem נָחַת Lxx. verterunt καταβησόμεθα, legerunt nempe נֵחַת

des-

descendemus, in fut. Kal. qui sensus sane est facillimus & planissimus, ut mens Jobi sit, omnes meæ spes plene in sepulchrum descendent. sic ut sepulchro sufficiant, & ipsum sepulchrum iis quasi expleatur. idque fiet, quando vos amici mei, qui jam mihi graves estis, & ego vobiscum pariter in pulverem descendemus. Non ignoro autem בַּדֵּי si ב sit servile continere in se ה Emphaticum, atque id esse præter analogiam linguæ Hebrææ in nominibus construentibus, sed primo id factum arbitror, ut distinguatur à בְּדֵי quod simpliciter valet *in*. deinde respondeo, non pauca etiam alibi extare exempla ubi eadem hæc anomalia committitur, vide Gen. 31, 23. Gen. 2, 9. Jer. 25, 20. Jud. 16, vers. 14. 1 Reg. 14, vers. 24. Jos. 3, vers. 14. 2 Reg. 16, 17.

CAP. XVIII.

VERS. 2. עַד אָנָה תְּשִׂימוּן קִנְצֵי לְמִלִּין תָּבִינוּ וְאַחַר נְדַבֵּר׃. Primam versus partem Pagninus benè verterat, *Quousque ponetis fines sermonibus?* sic & Mercerus. sed sensum interpretaturus addit, q. d. *quando tandem loquendi finem facietis?* quomodo Genevenses ac vulgata nostra versio habent. quod mihi verbis ita dispositis plane à sensu alienum, imo contrarium fere videtur. עַד אָנָה non potest significare *quando*, sed *quousque*, *quamdiu*. quod si addas negationem, & dicas *quousque non ponetis finem sermonibus*, idem est ac si dicas, *quando tandem ponetis finem*. sed quum sublata negatione dicis, *quousque ponetis finem sermonibus*, perinde est ac si dicas, *quando tandem incipietis loqui*, *quamdiu abstinebitis à loquendo?* Hoc sensu verba hæc Bildadi ad duos ejus socios refero, quos increpet, quod sermonibus Jobi velut obstupefacti hæreant, & non statim responsionem regerant. quum ergo inquit, vos videamini loquendi finem facere, *attendite*, *postea nos loquemur*. Non nego tamen quin prima verba ad impositionem silentii facere queant. sed tum aliter distinguendum & vertendum esset, nempe hoc modo, *Usque quo? ponite finem sermonibus: animadvertite*, *& post loquemur*. Belgicè, **Tot hoe lange noch? maeckt een eynde van spreken: merket op / ende daer na sullen wy spreken.** hunc puto esse genuinum sensum loci, sive is jam ad socios, sive, quod malim, ad Jobum cum suis pertineat. variæ enim hîc sunt sententiæ, de quibus Mercerum consule.

VERS. 14. יִנָּתֵק מֵאָהֳלוֹ מִבְטַחוֹ וְתַצְעִדֵהוּ לְמֶלֶךְ בַּלָּהוֹת׃

VERS. 15. תִּשְׁכּוֹן בְּאָהֳלוֹ מִבְּלִי לוֹ יְזֹרֶה עַל נָוֵהוּ גָפְרִית׃

Multum torserunt interpretes duo illa futura. וְתַצְעִדֵהוּ in v. 14. & תִּשְׁכּוֹן in v. 15. Omnes quos vidi habent pro tertiis personis fœminini generis. quamobrem ellipses statuere necesse fuit, quas alii has, alii alias inventant. Nos utrumque pro secundis personis masculini generis habemus, & in primo statuimus apostrophen ad Deum, in altero ad aliquem præsentium. Sic vertimus:

VERS. 14. *Evelletur è tentorio ejus fiducia ejus*, *& incedere facies* (Deus sc.) *eum ad regem terrorum.*

VERS. 15. *Habitabis in tentorio ejus quia non est ejus.* (id est, si habitaveris) *spargetur supra habitaculum ejus sulphur.* Belgicè Hebraismum illum melius exprimimus. **Gaet ghy woonen in syne tente om datse syne niet en is / sulpher sal verspreydt worden over syne hutte.** Videntur hæc optimè cohærere. quum enim v. 14. dixisset, fore ut impius cum omni sua fiducia è tabernaculo suo evelleretur, & in mortem detruderetur, docet v. 15. tantam incumbere domicilio impii maledictionem ut ipso extincto non sit cuiquam tutum in ædes ejus succedere. & ut indicaret se id cum fiducia asserere, compellat præsentes: tu, inquit, quisquis nostrum hîs es, si inhabitaveris ipsius domicilium, quia ipse inde avulsus est, adeoque non est amplius ipsius. experieris tamen sulphure conspergi. non possumus præterire, תִּשְׁכּוֹן à Genevensibus impersonaliter verti. on habitera **men sal wonen** / *habitabitur*. nescio an id alibi usitatum sit. fieri tamen potest ut liceat, quia & apud Syros ejusmodi futura & præterita fœminini generis tert. pers. impersonaliter usurpari video, sed, quod notari velim, solummodo in impersonalibus rerum, ubi nos Belgæ utimur particula **het** / **het sal regenen** / **het sal geschieden** / *pluet*, *fiet*. ibi enim fœmininum genus vim neutrius habet, quod in re subintelligitur. Non vero in Impersonalibus personarum, ubi utimur vocùla **men** / **men sal spelen.** ibi enim neque neutrum, neque fœmininum loco neutrius locum habet, quia actio ad personas refertur. verbi gratia 2 Thess. 3, 13. לָא תִּמַאן לְכוֹן *ne molestum sit vobis*, **dat het u niet te veel sy.** sic Ps. 95, 10. אַרְבְּעִין שְׁנִין מֵאנַת לִי בְּדָרָא הוּ *quadraginta annis tæduit me generationis hujus.* **veerticʜ jaeren heeft het my verdroten van dit geslachte.**

te. vides utrumque impersonale rei esse non personæ ubi Galli uterentur suo *il* non suo *on.* itaque locutio hæc huic loco Jobi non quadrat, etsi probari posset alibi apud Hebræos ut apud Syros usurpari.

Cap. XIX.

Vers. 3. זֶה עֶשֶׂר פְּעָמִים תַּכְלִימוּנִי׃ *Jam decies pudefecistis me.* Id est, pluries. sicut Apocal. 2. 10. *Habebitis afflictiones decem diebus*, id est multis. Usitatum est Scripturæ, pro aliquammulto numero denarium usurpare. Talia sunt, Mat. 25. 1. *Simile est regnum cœlorum decem virginibus.* Luc. 15, 8. *Si quæ mulier, drachmas habens decem* &c, Et 19, 13. *Vocatis autem decem servis suis dedit eis decem minas.* Ex hoc usu legimus apud Maimonidem in יסודי התורה cap. 5. המחלל את השם אם היה בעשרה מישראל הדי זה חלל את השם ברבים׃ *qui profanat nomen Dei, si id contingat præsentibus decem Israëlitis, ecce is profanavit nomen Dei inter multos.*

Vers. 26. וְאַחַר עוֹרִי נִקְּפוּ זֹאת וּמִבְּשָׂרִי אֶחֱזֶה אֱלוֹהַּ׃

Vers. 27. אֲשֶׁר אֲנִי אֶחֱזֶה־לִּי וְעֵינַי רָאוּ וְלֹא זָר כָּלוּ כִלְיֹתַי בְּחֵקִי׃

Vers. 26. *Et post cutem meam facient sequi hoc, quod ex carne mea videbo Deum.*

Vers. 27. *Quem ego videbo mihi, & oculi mei videbunt, & non alienus: consumuntur desiderio renes mei in sinu meo* (i. vehementer desiderant, apprimè concupiscunt.) verbum כָּלָה interdum significat *vehementer desiderare*, ut desiderio quasi consumaris & deficias. ut Psal. 119. 82. כָּלוּ עֵינַי לְאִמְרָתֶךָ *consumuntur oculi mei ad verbum tuum*, id est summo ejus desiderio tenentur. ut & v. antecedenti כָּלְתָה נַפְשִׁי לִתְשׁוּעָתְךָ *consumta est anima mea ad salutem tuam*, id est tanto ejus desiderio tenetur, ut fere deficiat. sic & Psal. 84. v. 3. Quod autem נִקְּפוּ vertam *sequi facient*, nemo miretur. facio id ex Chaldaismo, ubi נקף est *sequi, adhærere.* Piel *facere sequi.* unde & ex Hiphil est מַקַּף accentus sic dictus q. *copulator*, faciens duas dictiones cohærere. nemo autem spero negabit, plurimos in hoc libro occurrere Chaldaismos. porro. נִקְּפוּ præteritum ponitur pro futuro, sicut quod sequitur רָאוּ. quod usitatum. sed monendum quoque nos נִקְּפוּ *facient adhærere* impersonaliter capere, quod similiter usitatum: sicut in Evangelio, *repetent animam tuam abs te.* Sic autem cum præcedenti versu hos connecto. Vos ludificamini me quasi gratia Dei penitus excidissem. non dubitabo tamen spem meam in ipsum profiteri. *Scio redemtorem meum vivere, & postremum super terram perstiturum.* Sed quid hoc te solatur Jobe, quod redemtor tuus superstes maneat, si tu interis? Omnino me solatur. Nam postquam hæc mea cutis corrosa fuerit, facient redemtor meus ejusque ministri ut hoc sequatur, quod ex carne mea visurus sum Deum. at quem Deum? quem ego visurus sum mihi, in meum bonum, & oculi mei videbunt, id est egomet hisce meis oculis, non alius à me. ac tanto hujus visionis desiderio tenentur renes mei, ut vere deficiant ac consumantur in sinu meo. Belgicè omnia sic transfero:

Vers. 25. **Ick weet dat mijne verlosser leeft / ende dat hy de laetste sal staen op der aerden.**

Vers. 26. **Nae mijne huyt salmen dit doen volgen / dat ick uyt mijne huyt Godt sal sien.**

Vers. 27. **Den welcken ick sien sal voor my / ende mijne ooghen sullen hem sien ende niet een vremde. mijne nieren vergaen van verlangen in mijnen schoot.**

Quod autem nos vertimus, *Et post cutem meam facient sequi hoc*, optime quoad sensum vertit Chaldæus ומן בתר דאתפח משכי תהי דא ומבסרי אחמי תוב אלהא׃, *Et postquam adempta erit* (cessare facta erit) *cutis mea, fiet hoc, & ex carne mea videbo rursus Deum.* ubi succurrit זאת *hoc* referri posse ad præcedentem versum, nempe quod Redemtor meus postremus perstiturus sit super terram, hoc fiet, hoc facient sequi postquam cutis mea ademta vel consumta fuerit. quem sensum si sequimur, ut sane sequi malim, non opus erit quæ sequuntur, nempe וּמִבְּשָׂרִי אֶחֱזֶה אֱלוֹהַּ vertere, *quod ex carne mea visurus sum Deum*, sed simpliciter, *& ex carne mea videbo Deum.* ut sensus sit, hoc fiet, & quando fit, *videbo* Deum.

Vers. 28. כִּי תֹאמְרוּ מַה נִּרְדָּף־לוֹ וְשֹׁרֶשׁ דָּבָר נִמְצָא בִי׃ Non rejicio eos qui vertunt, *Quin dicere debebatis, quid persequimur illum? quum radix rei inveniatur in me.* sensum habet commodum. Utile tamen est experiri, an & alia detur commoda interpretatio. expendatur à doctis hæc. *Quando diceretis* (vel etsi diceretis) *quam persequemur eum! tamen*

men radix verbi invenitur (vel invenietur) *in me*. Versibus præcedentibus spem suam professus erat de resurrectione sua & videndo Deo. Addit jam, nullis ipsorum minis evelli sibi hanc spem posse, Etsi diceretis, ô quam nos persequemur eum, radix tamen verbi illius divini, sive divinæ promissionis qua nitor, invenitur & semper invenietur in me. Ita omnem spem superandi se ipsis adimit. atque optimè addit versum sequentem quo statim metum ipsis incutit. sic habet versus sequens, גּוּרוּ לָכֶם מִפְּנֵי חֶרֶב כִּי חֵמָה עֲוֹנוֹת חָרֶב לְמַעַן תֵּדְעוּן שַׁדּוּן׃. Multi per חֵמָה intelligunt iram amicorum Jobi qua in eum exarserant. Ita si capiatur, non displicet Pagninus qui vertit, *Quia ira* est ex *iniquitatibus gladii*, id est quæ pœnam gladii merentur. vel, est inter iniquitates gladii, ut subintelligatur ב pro בַּעֲוֹנוֹת. fortassis etiam verti posset, *Nam ira est magna iniquitas gladii*. plurale interdum magnitudinem rei solummodo indicat. ut Prov. 9. vers. 1. חָכְמוֹת בָּנְתָה *summa sapientia ædificavit*. Psal. 73. *Ego eram* בְּהֵמוֹת *magna bestia*. & similia alia. sic hoc loco עֲוֹנוֹת *magna iniquitas*. Alii vero חֵמָה referunt ad iram Dei. unde Junius, *Nam æstum iræ excitant iniquitates cruentæ*. Malim eo sensu totum versum sic reddere, *Timete vobis à gladio. quia ira, ô iniquitates, gladius est: ut sciatis esse judicium*. explicat quem gladium dicat, nempe iram Dei: illa verè gladius est. dumque iram hanc proponit, non tam ipsos quam ipsorum iniquitates compellat, tum ut ipsis parcat magis. tum ut doceat iram Dei non tam in homines, quam in iniquitates ferri. posses etiam subintelligere ל pro לַעֲוֹנוֹת & vertere, *quia ira iniquitatibus gladius* est, quo nempe puniuntur iniquitates. atque is sensus accommodari potest vulgatæ nostræ versioni Belgicæ. **Vreeset u lieden voor het sweert. want het sweert is de toorne over de misdaet.** Malim inverti dictiones, **want de toorne is het sweert over de misdaeden.** videtur חֵמָה עֲוֹנוֹת accepisse pro חֲמַת עֲוֹנוֹת per enallagen status, ut *ira peccatorum* sit ira per peccatum accensa. illa ira gladius est. quæ enallage etiam est apud Esa. 42. 25. *Et effudit super eum* חֵמָה אַפּוֹ pro חֲמַת אַפּוֹ *ardorem iræ suæ*. quamvis alii velint positum pro בְּאַפּוֹ *ardorem in ira sua*.

CAP. XX.

VERS. 4. הֲזֹאת יָדַעְתָּ מִנִּי עַד מִנִּי שִׂים אָדָם עֲלֵי אָרֶץ׃. D. Mercerus vult הֲזֹאת idem esse quod הֲלֹא זֹאת *an non nosti?* sic verterunt Pagninus, Genevenses, Tigurini, Vulgata nostra Belgica, aliique. ut sensus sit, aut nosti hoc, aut nosse certe debebas interrogatio enim negativa affirmat. Sed non facile eò veniendum censeo, ut negativa particula subintelligatur, utpote quæ unica nota est qua affirmans propositio à negante discernatur. Hîc certe nihil necesse est, nec impedit quo minus ad verbum vertamus, *An hoc scivisti à seculo, à quo positus est homo super terram?* Id est rem hanc, quam nempe sequenti versu proponit, quæ ab omnibus seculis fuit, ex quo creati fuerunt homines, an tu eam rem nosti? Interrogatio affirmativa negat, id est, tu revera non nosti, tu hîc ignarus es, ideoque à nobis instruendus. Chaldæus negationem nullam addidit, nec aliter exponendus est quam exposuimus, pressit enim vestigia textus.

VERS. 11. עַצְמוֹתָיו מָלְאוּ עֲלוּמָיו וְעִמּוֹ עַל עָפָר תִּשְׁכָּב׃. Non displicent Vulgatus & Genevenses, qui תִּשְׁכָּב referunt ad עַצְמוֹתָיו. sæpe enim nomen plurale jungitur verbo singulari, subintellecta distributione, *Ossa ejus plena sunt adolescentiis ejus, & cum ipso super pulverem jacebunt*, propriè jacebit unumquodque eorum. An non & sic verti posset? *Ossa ejus plena sunt occultis ejus, & quod cum ipso est, super pulverem jacebit*. ut ante עִמּוֹ subintelligatur אֲשֶׁר, quod quum sit hîc neutrius generis, pro quo Hebræi utuntur fœminino, propterea respondere ei fœmininum תִּשְׁכָּב. sensus esset, Occulta peccata habet impius, quæ ossa ejus penetrant, & replent, & tam tenaciter adhærent, ut id quod cum ipso est, quod apud eum absconditum est, etiam super pulverem in sepulchro cubiturum sit.

VERS. 16. *Occidet eum lingua* אֶפְעֶה *viperæ*. LXX. ὄφεως *Serpentis*. hoc rectè. Nam & Matth. 23. 33. pro ὄφεις in plurali, Æthiopicus Interpres habet אפעת.

VERS. 18. מֵשִׁיב יָגָע וְלֹא יִבְלָע כְּחֵיל תְּמוּרָתוֹ וְלֹא יַעֲלֹס׃. *Restituit parta, & non absorbebit: secundum opes immutationis suæ, & non exultabit*. Ita fere Mercerus. sed quod nos vertimus *immutationis*, ipse cum Pagnino vertit *permutationis*, & alium omnino sensum tribuit

buit quam nos. Vult enim, impium opes rapina partas restituere iis quos diripuit, aut aliis sane, adeoque ipsummet eas non absorbere sive iis frui. & quidem restituere eas *secundum opes permutationis suæ*, id est, inquit, juxta mensuram opum quas rapuit, vice rerum jam mutata, ut cum alios ante spoliasset, ipse jam spolietur. ut duplex ibi sit permutatio, una qua aliorum statum mutavit, eos spoliando, altera qua jam ipsius status prosper mutatur in adversum. Nos de restitutione opum direptarum, qua ex divite pauper rursus fit impius, actum putamus versibus tribus præcedentibus, cum quibus hunc sic jungimus. Ubi depauperatus est, novo labore restituit sibi parta, novas facultates מֵשִׁיב redire quasi facit, sed nec eas absorbebit, i. neque fruetur. & quidem restituit eas sibi *secundum opes immutationis suæ*, id secundum eam opum mensuram quam habebat ante quum status ejus felix immutaretur, quum ex divite pauper factus esset. at quamvis ad eam mensuram sibi restituat, neque sic exultabit. primum membrum Chaldæus videtur intellexisse ut nos, posterius aliter. Sic habet, מתיב לאות הורנא ולא יגמר כדעתריה מתיהב שחלופיה ולא ידוץ: id est, *Reducit laborem alium, sed non perficiet, sicut cujus divitiæ dantur loco ipsius, & non exultabit.* quod sic capio, alio labore alias facultates consequi parat, sed non perficiet: sicut qui divitias comparat quæ pro ipso dandæ sunt, ut iis tanquam captivus è carcere liberari queat. Sequitur versus 19. כִּי רִצַּץ עָזַב דַּלִּים בַּיִת גָּזַל וְלֹא יִבְנֵהוּ׃ ubi nihil habeo quod ad aliorum interpretationes addam, nisi quod כִּי hîc verti etiam possit, *quando*, ac tum vau in וְלֹא esse retributivum, adeoque sensu abundare. hoc modo, quando confregit, dereliquit tenues, domum rapuit, non ædificabit eam. **Als hy verbroken/ de arme verlaten/ een huys gheroost heeft/ hy en salt niet optimmeren.** sic & כִּי versu sequenti sumi potest, qui sic habet כִּי לֹא יָדַע שָׁלֵו בְּבִטְנוֹ בַּחֲמוּדוֹ לֹא יְמַלֵּט qui versus præter varias aliorum interpretationes sic etiam verti potest. *Quando non novit* (vel etsi non novit) *tranquillum in ventre suo, pro desiderio suo non pariet.* Id est, quando omni conatu res suas aget, instar parturientis mulieris quæ in ventre suo nihil tranquilli sentit, sed omnia turbata, non pariet tamen ex animi sententia. Existimo tribus hisce quos hic tractavimus versibus describi irritum impii conatum, quo se à Deo dejectum, (de quo v. 15, 16, 17.) restituere enititur. Belgicè, **wanneer hy schoon van geen stilte en weet in synen buyck/ hy en sal evenwel nae syne begeerte niet baren.** מלט in piel & hiphil pro *parere* etiam alibi sumitur.

VERS. 25. שָׁלַף וַיֵּצֵא מִגֵּוָה וּבָרָק מִמְּרֹרָתוֹ יְהַלֵּךְ עָלָיו אֵמִים׃ Variè hîc versus redditur. Non assentimur iis qui hîc de ense agi existimant, qui dicatur exire מִגֵּוָה *ex corpore*, id est ex vagina. & præcedens שָׁלַף vertunt intransitivè *emergit*. conatur eam quidem significationem probare Mercerus ex Psal. 129. 6. sed aliter locum eum accipiendum esse, ostendimus in nostris in eum observationibus. Nos hîc גֵּוָה referimus cum Junio & Genevensibus ad corpus ejus qui vulneratur. sed neque cum Genevensibus שָׁלַף sumimus intransitivè de telo everberato quod exeat è corpore & felle impii, id est corpus & fel ejus trajiciat, neque cum Junio intelligimus de eo qui gladium stringit, & corpus ac fel impii confodit, sed ad ipsum impium referimus, qui transverberatus arcu æneo, ut versu præcedenti dictum fuit, שָׁלַף *extrahit* illud telum quo transverberatus est, וַיֵּצֵא מִגֵּוָה *& exit è corpore*, nempe telum illud ab eo extractum, וּבָרָק מִמְּרֹרָתוֹ *& acies è felle ejus.* at ne sic quidem impius liberatus est, sed יְהַלֵּךְ *abit*, עָלָיו אֵמִים *super ipsum terroribus*, sup. existentibus. Sensus ergo est, Impium læsum arcu æreo obnixè omnia facere ut extrahendo telum se servet: at ne sic quidem eum salvum esse. quamvis enim telum è corpore & felle jam exierit, discedit miser, terroribus undiquaque oppressus.

VERS. 29. זֶה חֵלֶק אָדָם רָשָׁע מֵאֱלֹהִים וְנַחֲלַת אִמְרוֹ מֵאֵל. Nihil hîc difficile est, nisi quod scrupulum aliquem doctis moveat illud אִמְרוֹ, dum alii, ut Mercerus, illud passivè accipiunt de verbo quod à Deo dictum est adversus impium, alii activè de verbo quod impius prolocutus est adversus Deum: alii etiam per *elevationem* vertunt. disquirendum damus eruditis, an non אֵמֶר sive אֹמֶר, & דָּבָר & מִלָּה quæ tria synonyma sunt, interdum absolutè posita in malum sumantur pro *verbo insolenti & superbo.* de דָּבָר locus est Esa. 58. 13. *ne facias vias tuas, ne invenias desiderium tuum,* וְדַבֵּר דָּבָר *neque loquaris verbum* insolens sc. & superbum quo contemnatur Deus, & profanetur Sabbathum. de מִלָּה est locus Job. 15. 13. *quod responset in Deum spiritus tuus*, & proferat

ferat ex ore tuo מִלִּין *sermones*, verba insolentia in Deum & superba. idem hoc loco videtur valere וְנַחֲלַת אִמְרוֹ מֵאֵל *& hæreditas superbi sermonis ejus à Deo*. certe הֶאֱמִיר in hiphil est *exaltare*. & in hitphaël הִתְאַמֵּר *exaltare se*, *gloriari*. unde non mirum si אֹמֶר vel אֵמֶר superbiæ aliquam significationem admixtam habeat.

Cap. XXI.

Vers. 4. הֶאָנֹכִי לְאָדָם שִׂיחִי וְאִם־מַדּוּעַ לֹא תִקְצַר רוּחִי׃. Difficilis versus est, quem Pagninus sic transtulit, *An ego ad hominem sermonem meum? quod si, quare non angustiis afficeretur spiritus meus?* Ita fere & Genevenses, nisi quod מַדּוּעַ non rectè verterint comment. *quomodo*, pro quare. sensus est, *quod si* supp. ita est, quod non ad hominem sed ad Deum dirigitur sermo meus, quare non inde arctaretur spiritus meus? verum virgula, Maccaph, qua אִם cum מַדּוּעַ in unam dictionem pronunciatione copulatur, non permittit ea sensu ac pronunciatione ita divelli, ut comma interveniat. neque accentus Reviah super מַדּוּעַ permittit eam dictionem cum sequentibus ita connecti. In utrumque peccavit etiam doctiss. Mercerus, qui alioqui egregium format sensum, אִם sumit non conditionaliter sed interrogativè, & ἀσυνδέτως junctum τῷ מַדּוּעַ connectit utrumque cum לֹא תִקְצַר. Hoc modo. *An mihi ad hominem querela mea? & an, quare non arctaretur spiritus meus?* quod Belgicè optime efferimus, **Hebbe ick mijne klachte tot een mensche? ende en soude/ waerom en soude mijnen geest niet benauwet zijn?** Eleganter, ut dixi, sed violato tamen jure duorum istorum accentuum. quamvis de Reviah non essem sollicitus, quum constet eum in hoc libro ut & alibi jus suum non semper obtinere. Sed de Makkaph sollicitus sum magis. Junius utrumque accentum observavit melius, & aptè satis vertit omnia. Sed quid obest etiam alia tentare? ל in לְאָדָם potest esse genitivi nota. ה in הֶאָנֹכִי non necesse est sit interrogativum, potest esse vocativum, vel exclamativum valens ô. ut Mich. 2. 7. הֶאָמוּר בֵּית יַעֲקֹב *ô quæ dicta est domus Jacobi*. & Psal. 9, 8. הָאוֹיֵב *ô inimice*. & alibi sæpe. Ita hoc loco, *ô Ego, hominis est querela mea. & si est, quare, nonne arctaretur spiritus meus?* **Of my/ mijne klachte is eenes menschen. ende soo der reden is waerom/ soude mijnen geest niet benauwet wesen?** Petierat ab amicis præcedenti versu, ut se quiritantem patienter ferrent. rationes cur id facere debeant nunc addit: Primo, quum lamentor, & quiritor, nihil facio nisi quod hominis est. Secundo, magnæ sunt & justæ causæ quare cogar lamentari. an ergo inquit spiritus meus non redigeretur in angustias, quum & homo sim & magnæ causæ me premant? videntur non malè cohærere. quod doctiores discutient.

Vers. 20. יִרְאוּ עֵינָיו כִּידוֹ. Exponunt per conjecturam, *Videbunt oculi ejus interfectionem suam*, vel calamitatem suam, vel perniciem suam, vel alio quodam affini vocabulo interitum denotante. R. Nathan, & R. D. K. exponunt per אידו *calamitatem suam*. non extat alibi in Scriptura. neque ejus radix. At in lingua Æthiopica usitatissima est radix כיד pro *καταπατεῖν conculcare*. Matth. 5. 13. Et 7. 6. Inde & מכיד *scabellum*, quod pedibus calcatur. Matth. 5. 35. & מכיאד *torcular*, ubi calcantur uvæ. Matth. 21. 33. Jam firmata est conjectura doctissimorum virorum. propriè sonat, *Videbunt, oculi ejus conculcationem sui*.

Vers. 21. וּמִסְפַּר חֳדָשָׁיו חֻצָּצוּ. Multi vertunt, *& numerus mensium ejus dimidiati sunt*, mutuantes significationem ab affini verbo חצה. *dimidiavit*. Alii, *interrupti, concisi, truncati sunt*: ex sensu id conjicientes, quia verbum hoc alibi non occurrit. Ex lingua autem Æthiopica dubium omne tollitur, ubi חצץ usitatissimum est pro *parvum esse*. vide apud Æthiopicum Interpretem Matth. 2. 6. & 5. 19. unde & nomen חצוצן הימנות *parvi fide* Matth. 8. 26. In dagessata conjugatione est *parvum facere, abbreviare, truncare*. sensus ergo est, *Et numerus mensium ejus parvus factus est*. constructio autem est, qualis 1 Sam. 2. 4. קֶשֶׁת גִּבּוֹרִים חַתִּים *arcus fortium fracti sunt*, pro fractus est. vel pro, fortes cum arcu suo fracti sunt. Ita hîc, menses ejus numero suo decurtati sunt. Ab eodem porro verbo est, apud Hebræos nomen חָצָץ *calculus, scrupulus*: non à concîdendo aut conterendo sic dictus, ut hactenus creditum fuit, sed à parvitate. est enim minimus lapillus. Æthiopicè חוץ *arena*. etiam à parvitate sic dicta.

Vers. 33. וְאַחֲרָיו כָּל־אָדָם יִמְשׁוֹךְ. *Et post eum omnes homines ibant*. de hoc usu verbi משך qui plura cupit, videat quæ annotavimus ad Jer. 8. 5.

Cap. XXII.

Vers. II. אוֹ חֹשֶׁךְ לֹא תִרְאֶה וְשִׁפְעַת מַיִם תְּכַסֶּךָּ׃. Variæ dantur interpretationes, inter quas vulgata nostra Belgica minime ſpernenda, **ſoudet ghy de duyſterniſſe niet ſien / ende de watervloet u niet bedecken?** *An tenebras non videres? & inundatio aquarum te non tegeret?* In ſecundo membro repetitur ἀπὸ κοινοῦ לֹא *non* quod erat in primo membro. rectè id & inuſitatè. Sed omiſit particulam אוֹ, quæ variè hîc ut & alibi à variis exponitur. nos hîc pro *ô* exclamandi particula accipimus, quomodo non tantum Syris eſt uſitatiſſima, ſed & à nobis ita capitur Mal. 2. v. ult. Ezech. 21. 10. 2 Sam. 18. 13. vide quæ pluribus de illo אוֹ annotavimus ad Eſa. 27. 5. *ô tenebras non videres? & copia aquarum te non tegeret?* Id eſt, ô tu Impie, qui omnes eas iniquitates perpetraſti quæ v. 5, 6, 7, 8, 9. deſcriptæ ſunt, an tu tenebras calamitatum non videres, neque abundantibus miſeriarum aquis tegereris? licet etiam per *tenebras* intelligere ignorantiam & cæcitatem: item per copiam aquarum denſam nubem quæ mentem veluti obvelat, eo ſenſu ſic verto: *ô tenebræ! non vides? & copia aquarum obtegit te?* hoc cum antecedentibus & ſequentibus optimè cohæret. enarraverat ingentia Jobi ſcelera. addiderat, eum propterea circumdari laqueis, & ſubitis pavoribus terreri. tuebatur tamen Jobus juſtitiam ſuam atque innocentiam. ô inquit, quantæ tenebræ! an non vides te ſcelerum tuorum pœnas dare? an adeo te denſæ aquæ obnubilarunt, ut non videas te palam à Deo reum agi? Ideo pergit Eliphas ſequentibus verſibus providentiam Dei atque omniſcientiam defendere, quam Jobus ipſius quidem mente negare videbatur, ac ſi Deus nube tectus peccata ipſius non obſervaſſet. hoc mihi videtur ſimpliciſſimum. Sequens verſus ſic habet, הֲלֹא אֱלוֹהַּ גֹּבַהּ שָׁמָיִם וּרְאֵה רֹאשׁ כּוֹכָבִים כִּי רָמּוּ׃ plerique volunt eſſe verba Jobi, quæ ab Eliphazo per mimeſin proferantur, ac vertunt, *An non Deus eſt in altitudine cælorum? Et vide caput ſtellarum quod altæ ſunt.* q. d. diſtantia qua Deus ſupra ſtellas altiſſimis cælis inſidens à nobis remotus eſt, impedit quo minus facta noſtra exactè teneat. Dubito an id rectè. quia ſequenti demum v. verba Jobi apertè recenſentur per וְאָמַרְתָּ *& dixiſti.* Itaque malim hîc verba Eliphazi continere, qua adverſus blaſphemiam quam ſequentibus verſibus Jobo tribuit, aptitudinem Dei aſſerat cognoſcendi è cælo quæcunque in terris committuntur. Et ſic verbo transfero, *An non Deus eſt ſummitas cælorum? quin ecce, caput eſt ſtellarum, etſi altæ ſint.*

Cap. XXIV.

Vers. I. מַדּוּעַ מִשַּׁדַּי לֹא נִצְפְּנוּ עִתִּים וְיֹדְעָיו לֹא חָזוּ יָמָיו׃. *Quare ab omnipotente non ſunt abſcondita tempora, & noſcentes ipſum non vident dies ejus?* Cl. vir Joh. Cochus hunc ſenſum eſſe vult, & valde appoſitè: Quare, quum Deo non ſint occulta tempora, & rerum gerendarum articuli, nihilominus tamen, qui norunt ipſum, non vident dies ejus, hoc eſt publica judicia? Atque ita theſis illius capitis in eo verſu erit: quod non obſtante ſcientia & providentia Dei, publica tamen judica, quæ Deus exerceat, etiam à noſcentibus ipſum non animadvertantur. dies Dei ſumuntur, ſicut 1 Cor. 4. 3. ἡμέρα ἀνθρωπίνη pro judicio humano.

Cap. XXVI.

Vers. II. עַמּוּדֵי שָׁמַיִם יְרוֹפָפוּ וְיִתְמְהוּ מִגַּעֲרָתוֹ׃. R. S. I. ad v. 6. c. 1. Gen. refert hæc ad primum & ſecundum diem creationis. ירופפו commoti & concuſſi hac illac fuere cœli primo die creationis, quia erant לחים humidi, & fluentis inſtar aquæ. at ſecundo die יתמהו obſtupuerunt, increpante Deo & dicente, fiat הרקיע firmamentum. tum conſtiterunt & ſolidi facti ſunt, inſtar viri qui increpitus ac territus conſiſtit.

Cap. XXVII.

Vers. II. אוֹרֶה אֶתְכֶם בְּיַד אֵל. Junius, *Docebo vos in plaga* Dei *fortis* verſans. quod neſcio an cuipiam arridere poſſit. Vulgatus, *docebo vos per manum Dei*, id eſt, Dei ductu & auxilio. Pagninus LXX. ſecutus, *Docebo vos* quæ ſunt *in manu Dei.* quia nempe ſequitur, אֲשֶׁר עִם שַׁדַּי לֹא אֲכַחֵד *quod eſt apud omnipotentem non celabo.* Nos potius vertimus, *Docebo vos de manu Dei*, id eſt, manum Dei, ea quæ Deus agit, vel rationem qua manus ejus ſolet agere. eadem constructio eſt, quæ Prov. 4. 11. בְּדֶרֶךְ חָכְמָה הֹרֵתִיךָ, *de via ſapientiæ docebo te.* quod Vulgatus rectè, *Viam ſapientiæ monſtrabo tibi.* & LXX. ὁδοὺς σοφίας διδάσκω σε.

Cap. XXVIII.

Vers. 4. פָּרַץ נַחַל מֵעִם גָּר הַנִּשְׁכָּחִים מִנִּי רָגֶל דַּלּוּ מֵאֱנוֹשׁ נָעוּ׃ Nemo hîc interpretum consentit, adeo omnes sensum aliquem conjectant. si cui ridere libeat, legat R. Selomonem, qui de Sodomitis narrabit, qui viatores in lecto collocare solerent. quo si essent longiores, amputabant pedes: si breviores, distendebant eos & prolongabant, donec credo lectum æquarent. Difficultatem magnam parit illud מֵעִם גָּר. R. Selomoh dicit esse ממקום נובע ונוגר *è loco scaturiente & fluente*. & Aben Esra גָּר esse מוגר *effusus, defluens*. quasi esset à themate נגר *fluere, effundi*. quod & Chaldæus voluisse videtur, qui vertit מן אתרא דמזלח מרוביא *ex loco qui fluit canalibus*. R. Levi dicit מֵעִם גָּר esse מִמָּקוֹם שהיה גר בו האדם *è loco in quo commorabatur homo*. plerique nostrum גָּר pro *accola* sumunt, & varii variè sensum capiunt vide Mercerum, Junium & alios. Nos ex Arabica lingua huic loco lucem mutuamus. גָּר enim, quod Arabes pronunciant g. molli, ut Galli *un gibet*, *vicinum esse illis* significat, quasi *prope commorari*. Hebræis enim pro *commorari* usitatum est. Ita hîc verto, *Erumpit torrens è vicino* sup. loco. id est, dum fossores eruendis metallis occupantur, subito è vicino aliquo loco erumpit torrens qui eos obruit. aut convenit cum Arabico עָוֹר. quod etsi litera differat, pronunciatione tamen non differt. nam Arabicum ע cum puncto superimposito ejusdem pronunciationis est cum Hebræo ג unde non raro hæ literæ permutantur. ut quod Hebræi dicunt אֶגְרוֹף *pugnus*, Arabes עָרף *pugillus*. significat autem עוֹר *profundum esse*. עָאר *profunditas*, *caverna*. Ita sensus esset, *erumpit fons è profundo*. id est, dum profunde admodum fodiunt, ut omnes metalli venas exhauriant, erumpunt è profundo interdum torrentes. Sed quid est הַנִּשְׁכָּחִים מִנִּי רָגֶל Doctissimi interpretum referunt ad מַיִם *aquas*, quas subintelligunt, utpote in נַחַל comprehensas. & volunt aquas dici oblivioni traditas à pede, quæ ob profunditatem transiri non possunt. at ita ipsa potius terra quam fossores in mineris pedibus calcare solebant, jam autem propter aquas amplius non possunt, diceretur oblivioni tradita à pedibus, quam aqua quæ pedibus calcari apta non est. Nos id ad ipsos fossores referimus. & his verbis terrorem & consternationem exprimi existimamus, qua propter erumpentem torrentem corripiuntur. sicut Ps. 76. 6. de hostibus Dei consternatis dicitur לֹא מָצְאוּ כָל־אַנְשֵׁי חַיִל יְדֵיהֶם *non invenerunt ulli viri fortitudinis manus suas*, quasi scilicet obliti earum, quia præ formidine pugnare non poterant: ita hoc loco, qui præ formidine fugere non poterant, dicuntur oblivioni traditi à pedibus. de his dicitur, quod דַּלּוּ *attenuantur*, spiritu *exhauriuntur*, & מֵאֱנוֹשׁ נָעוּ *ex hominibus migrant*. אֱנוֹשׁ mihi hic collectivum est, & pro genere humano accipio. Sensus est, quando fons subito è profundo aut è loco vicino erumpit, si quis adeo non percellitur, quin pedes in officio continere queat, iisque oblivioni non esse, is fuga celeri consulere vitæ suæ potest. sed qui adeo expavescunt, ut à propriis pedibus oblivioni tradantur, attenuantur prorsus, & ex hominum consortio migrant. Non possumus tamen dissimulare, דָּלַל à quibusdam hîc sumi significatione affinis vocis דָּלָה pro *extrahi*, *elevari* ut & Esa. 38. 14. דַּלּוּ עֵינַי לַמָּרוֹם *elevati sunt oculi mei in altum*: etsi alii aliter. Eam significationem si & huc transferas, sic vertes, *Qui oblivioni traduntur à pedibus*, *extrahuntur ab hominibus*, *discedunt*. id est, qui præ stupore ipsimet pedibus suis fugere è fodinis nequeunt, extrahuntur inde opera hominum, & sic demum movent se ac discedunt, alioqui immoti præ metu. Non possum non interpretationem Chaldaicam adjungere, quæ non alium sensum habere videtur. תקף נחלא מן אתרא די מזלח מרוביא דמתנשין מן למעבר רגלא אודקפו מבני נשא אטלטלו׃ *Invalescit torrens è loco qui fluit canalibus*, *qui oblivioni traduntur quo minus transeat pes*, *elevantur à filiis hominis*, *migrant*. Has nostras conjecturas visum est aliorum conjecturis addere.

Vers. 26. *Dum faceret ipse pluviæ statutum*, וְדֶרֶךְ לַחֲזִיז קֹלוֹת. tribus in locis reperitur חזיז, hîc, Job. 38, 25. & Zachar. 10. 1. Ubique variant LXX. Interpretes, & Hieronymus, ut quid hæc vox sibi voluerit, ignorasse omnino videantur. Nostri *coruscationem* vertere solent, respicientes affine verbum חזה *vidit*. sicut הגיג ab הגה. Junius quoque hîc *fulgetrum*, at in aliis duobus locis *nimbum*. Hebræi quoque variant. R. Nathan ait esse ברק או ענן *fulgur aut nubem*. R. D. Kimchi vult esse *fulgura* quæ præcedunt tonitru. addit tamen, priscos Rabbinos exponere per *nubem*, cujus quinque ajunt esse nomina, אד עב ענן נשיא חזיז. id nos rectum esse putamus, & חֲזִיז קֹלוֹת vertimus *nubem to-*

nantem, sed quæ tamen simul pluviam, quod fieri solet, effundat. quamobrem omnibus locis supra dictis חזיז cum pluvia conjungitur. non gravatè referimus ad Æthiopicum חזז, quod in hiphil אחזז est ποτίζειν *potum dare.* Matth. 27. 48. ut sit nubes irrigans terram.

Cap. XXX.

Vers. 2. *Etiam potentia manuum eorum quorsum mihi?* עָלֵימוֹ אָבַד כָּלַח. Vertunt, *super eos periit senium*, i. miseriores fuerunt quam ut senectutem præ fame atque egestate attingere potuerint. Junius, *in illis perierat senium*, id est inquit, totam vitam usque ad senium inanem consumserant. Utrumque satis coactè, nisi fallor. & כֶּלַח *senium* verti, ex mera conjectura est, quam præbet locus Job. 5. 26. vide quæ isthic observavimus. & nunc eadem vestigia sequentes vertimus, *ad ipsos periisset clamor*, id est frustra ipsos inclamassem, ad quid enim mihi profuisset potentia manuum ipsorum, quæ mea longe erat inferior?

Vers. 3. בְּחֶסֶר וּבְכָפָן גַּלְמוּד הַעֹרְקִים צִיָּה אֶמֶשׁ שׁוֹאָה וּמְשֹׁאָה׃. Verto, *Qui ob egestatem & famem solitarii fugiebant in desertum, heri in vastum ac devastatum locum.* lego quasi ab הערקים versus inciperet. & ציה ac שואה accipio pro לציה & לשואה. Sensus est, eos nuper admodum in tanta fuisse rerum omnium penuria, ut vel heri dici queant confugisse ad deserta, quæsituri quo vitam tolerarent. ערק pro *fugere* Syriacum est. apud Æthiopicum N. Test. Interpretem ערק reperio pro γυμνὸς *nudus* Matth. 25. v. 36. Marc. 14. 51, 52. עראק pro κενὸς *vacuus, inanis*, Marc. 12. 3. Luc. 1. 53. quæ & hîc commodum sensum habere queant, si ציה & שואה accipiamus pro בציה & בשואה. præferimus tamen priorem interpretationem.

Cap. XXXI.

Vers. 3. *Nonne exitium iniquo*, וְנֵכֶר לְפֹעֲלֵי אָוֶן. Hieronymus, *Et alienatio operantibus iniquitatem?* Pagninus, *Et insuetum quid.* Junius, *& monstrosum.* quam interpretationem ex lingua Æthiopica stabilire libet, ubi invenio primum in hiphil אנכר pro *agnovit*, Marc. 5. 29. deinde, nomen נכיר pro *alienis*, Matth. 17. 25. quæ duæ significationes apud Hebræos quoque sunt obviæ. deinde dicitur de re aliena, insueta & prodigiosa quæ mentem alienare, stuporemque & admirationem parere solet. ut נכר יארת *mirabile est* Matth. 21. 42. מנכר τὰ θαυμάσια *stupenda, miranda.* Matth. 21. v. 15. & verbum אנכרו ἐξεπλήσσοντο *obstupuerunt*, Matth. 19. 25. Ita ergo & hîc apud Jobum rectè vertas, *Et stupendum quid operatoribus iniquitatis*, id est pœna quæ stuporem omnibus incutiat.

Vers. 9. אִם נִפְתָּה לִבִּי עַל אִשָּׁה. *Si seductum est cor meum super mulierem.* LXX. εἰ ἐξηκολούθησεν ἡ καρδία μου γυναικί, *Si secutum est cor meum mulierem*, nempe concupiscentia sua. ubi non possumus non monere, פתח in lingua Æthiopica significare *concupiscere.* ut Matth. 5. 28. ubi eadem res agitur, quam Jobus tractat: *si quis adspexerit mulierem* πρὸς τὸ ἐπιθυμῆσαι αὐτῆς, Æthiopicus ויפתוה *& concupiscat eam.* Idem procul dubio vult Jobus, *si concupiscentia illectum fuit cor meum ad mulierem.* rectè dicit Rabbi Nathan in Concordantiis, hoc verbum significare נטיה *inclinationem.*

Cap. XXXV.

Vers. 15. וְעַתָּה כִּי אַיִן פָּקַד אַפּוֹ וְלֹא יָדַע בַּפַּשׁ מְאֹד. Laudo doctiss. Junium, qui אין non construxit cum פקד, est enim id omnino præter usum & genium linguæ. rectè vertit, *Nunc autem quia nihil istorum est.* aut simplicius, *quia id non est, visitavit ira ejus.* reliqua verto, *neque curavit prosperitatem admodum.* proprie, non novit de prosperitate, aut non consideravit in prosperitatem, id est non curavit eam. quo sensu dicitur *non novi vos.* Sensus est, quia non perpendit Jobus, quæ de sanctitate Dei, justoque ejus in peccatores judicio dicta sunt, ideo visitavit eum ira Dei, neque eum omnis prosperitas in qua Jobus hactenus vixit, prohibuit aut impediit, quippe quam Deus neutiquam curavit. Porro פש *prosperitatem* verto. propriè *sanitatem, pinguedinem, & bonam habitudinem* significat. ut ex iis quæ ad Hab. 1. 8. Jer. 50. 11. & Mal. 3. 20. annotavimus, liquere potest.

Cap. XXXVI.

Vers. 27. כִּי יְגָרַע נִטְפֵי מָיִם יָזֹקּוּ מָטָר לְאֵדוֹ׃. *Quum abscindit stillas aquarum, colliquant pluviam in vaporem suum.* Id est, quum Deus nubem solvens, abscindit ab ea & resecat guttas aquarum, aquæ istæ colliquant, i. resolvunt pluviam in vaporem suum unde orta erat. oritur enim pluvia ex ascendentibus vaporibus,

ribus, & rursus in eosdem resolvitur. adeo ut perpetua hic sit reciprocatio. vapores terræ ac maris superiora petentes gignunt nubem, quæ deinde in pluviam soluta reddit terræ ac mari vapores quos hauserat.

VERS. 28. אֲשֶׁר יִזְּלוּ שְׁחָקִים יִרְעֲפוּ עֲלֵי אָדָם רָב׃ *Quia diffluunt nubes, stillant super homines multos.* causam tradit istius liquationis, qua pluvia in vaporem suum resolvitur. quia nempe nubes non manent solidum & compactum corpus, sed solutæ diffluunt, & fiunt tanquam נֹזְלִים *fluenta*, quum nempe stillant super homines, eosque non paucos, sed multos, ut plurimi sint admirandi hujus operis spectatores & testes.

VERS. 29. אַף אִם יָבִין מִפְרְשֵׂי עָב תְּשֻׁאוֹת סֻכָּתוֹ׃ *Etiam, an quis intelliget expansiones nubis, fragores tentorii ejus.* facile id est. LXX. תשׁאות verterunt ἰσότητα. à שָׁוָה *æqualem esse.* Sensum sane exhibet elegantem, atque eo sensu verterem, *æquationes tentorii ejus.* sensus esset, quisquamne capere queat, quomodo extendatur nubes, atque in ea Deus tentorium quasi sibi æquet, id est, æqualiter cohærentibus sibi partibus expandat? est enim nubes instar fornicis summa æqualitate camerati.

VERS. 30. הֵן פָּרַשׂ עָלָיו אוֹרוֹ וְשָׁרְשֵׁי הַיָּם כִּסָּה׃ *Ecce expandit super eam* (nubem) *lumen suum, & radices maris tegit.* Id est, ubi nubem expandit, radios quoque solares qui tempore sereno terram recta feriunt, sed per nubem repercutiuntur, super convexam nubis partem expandit. atque ita fit, ut loco radiorum solarium qui antea sua luce terram mareque penetrabant, nubes densa ipsas profunditates maris operiat.

VERS. 31. כִּי בָם יָדִין עַמִּים יִתֶּן אֹכֶל לְמַכְבִּיר׃ *Quia per ea judicat populos: dat cibum in abundantia.* per ea scilicet quod expandit nubem, & supra nubem lucem, & per nubem operit mare, per hæc partim judicat, i. punit populos, quia ex nubibus oriuntur tempestates aliæque aëris inclementiæ. partim beneficiis afficit, dum cibum abunde suppeditat, per pluvias scilicet quæ è nubibus in terram effunduntur.

VERS. 32. עַל כַּפַּיִם כִּסָּה אוֹר וַיְצַו עָלֶיהָ בְמַפְגִּיעַ׃ *Super curvaturas* (nubium) *tegit solem, & præcipit contra eum per occurrens.* אור pro *sole* accipio. sicut & supra cap. 31. vers. 26. אִם אֶרְאֶה אוֹר כִּי יָהֵל וְיָרֵחַ יָקָר הֹלֵךְ *si vidi solem cum splenderet, & lunam pretiosè incedentem.* itaque nihil miri est, quod affixum ejus in עָלֶיהָ sit fœmin. gen. quia ratio habetur Synonymorum חַרְסָה & חַמָּה, שֶׁמֶשׁ quæ propriè solem denotant, & fœminina sunt. כַּפַּיִם ad nubes refero, quia de iis hactenus actum, & qui propriè curvaturas significat, quales in unaquaque nube duæ sunt, convexa & concava. Sensus est, quum natura sua feratur ad illustrandos homines, impedit eum Deus, quasi adversus eum præceptum dat per occurrentem nubem.

VERS. 33. יַגִּיד עָלָיו רֵעוֹ מִקְנֶה אַף עַל עוֹלֶה׃ *Indicat de eo cogitationem ejus pecus, etiam de ascendente.* רֵעַ non tantum socium vel amicum, sed & cogitationem significat. ut Psal. 139. 2, 17. Sensus est, ipsum pecus indicare de eo, i. de Deo cogitationem ejus de nube, non tantum jam formata, sed etiam adhuc ascendente, quæ adhuc est in fieri, quidnam ea facere in animo habeat, pluviasne mittere, an tempestates ciere. præsentiscunt id pecora. quo pertinet quod Aben Esra observavit, ad dextram cubantes oves pluviam portendere. quorum accuratissimos fuisse observatores Patriarchas non est dubium, utpote qui non tantum rerum physicarum fuerint peritissimi sed & toti in pecuaria occupati. Sunt qui עוֹלֶה sumunt pro עוֹלָה, quod non tantum *holocaustum* sed & iniquitatem denotat, idem quod עַוְלָה. eo sensu verterem, *Indicat de eo cogitationem ejus pecus, etiam contra iniquitatem.* id est, pecus præsentiscens aëris mutationem & nubium effecta, prænunciat quo animo Deus sit etiam adversus perversitatem hominum, ac quibus pœnis eam sit ulturus.

CAP. XXXVII.

VERS. 4. וְלֹא יְעַקְּבֵם כִּי יִשָּׁמַע קוֹלוֹ. Variis in hunc locum interpretationibus libet hanc etiam conjecturam addere. In lingua Æthiopica עקב significat *custodire.* Matth. 4. 6. עקב *custodia, cura.* Matth. 9. 12. Hinc verti posset, *Et non custodiet eos* (supple איש quisquam) *quum audietur vox ejus.* id est, nemo illius hominis opera tonitru Dei effugere potest. Si cui hoc minus placet, videat an ex usu linguæ Syriacæ, ubi verbum hoc *investigare* & *indagare* denotat, commodiorem interpretationem nancifcatur, *Et non investigabit ea quisquam, etsi audiatur vox ejus.* Id est, קוֹל גְּאוֹנוֹ *vox Majestatis ejus* in tonitru tam

tam est admiranda & arcana, ut quamvis audiatur vox ejus, nemo tamen aut vocem aut Majestatem ejus investigare queat. Hoc voluisse videtur Vulgatus, quum vertit, *Et non investigabitur, quum audita fuerit vox ejus.*

Vers. 16. הֲתֵדַע עַל מִפְלְשֵׂי עָב. Pagninus, *An nosti differentias nubium?* Secutus est Kimchium, & R. Nathanem in Concordantiis, qui idem esse volunt, ac מפרשי עב, permutatis ר & ל. Addit autem Kimchius in libro radicum, alios accipere pro משקלי עב libramentis nubium, à פלס *librare*, permutatis ס & ש, ejusdem pronunciationis literis. id secutus est Junius, neque rejicimus. At neque rejiciendus Hieronymus, qui vertit, *An nosti semitas nubium?* In lingua Æthiopica usitatum est verbum פלש pro *migrare*, Matth. 8. 34. & nomen פלשת pro μετοικεσία *migratio* Matth. 1. Hinc ergo מפלשי עב sunt motus nubium, quibus migrant de loco in locum, quas semitas non malè dixit Hieronymus.

ANIMADVERSIONES

In loca difficiliora

PSALMORUM DAVIDIS.

Psal. I Vers. 1.

רְשָׁעִים *Impiorum.* eos ita dictos vult R. D. K. ab *inquietudine*, quod admodum avidè ac sollicitè noctes diesque per fas & nefas ad divitias adspirent. quia alibi שקט *quiescere*, & רשע inter se opponuntur, Job. 34. 1 Sam. 14. & alibi. in lingua Æthiopica רשע est *oblivisci.* vide Matth. 16. 5. Hinc רשעים dicti esse possent *impii*, quasi שְׁכֵחֵי אֵל *obliviscentes Dei.* qua denominatione sæpe veniunt. ut Job. 8. 13. Psal. 9. 18. Et 50. 22.

Vers. 3. עַל פַּלְגֵי מָיִם *ad rivos aquarum.* In lingua Æthiopica פלג non *rivulum* tantum, sed & ipsum *fluvium* denotat. dicitur enim de Jordane, Matth. 3. 6. Atque ita Psal. 65. 10. פֶּלֶג אֱלֹהִים reddi potest, *fluvius Dei.*

Psal. III.

Vers. 3. Finitur versus hic voce סֶלָה *selah.* de qua vide Genebrardi notas in hunc versum. ubi inter cætera tradit, Thalmudistas, Chaldæum, Jeronymum, Aquilam pro asseverandi genere habere, quo jam dicta æterna esse pronuncientur, *in æternum, in secula, semper.* addo, interpretationi huic favere, quod in clausulis librorum, quæ in pium votum exeunt, adjicere solent Hebræi, אָמֵן נֶצַח סֶלָה וָעֶד, *Amen in æternum, in sempiternum, & in secula.* quod abbreviatè scribunt אנס"ו. vides idem esse נצח & סלה & עד. dici tamen posset, & in voto isto Judaico, & ubicunque occurrit in Scriptura, propriè τέλος *finem* significare. atque inde esse, quod sicut לָנֶצַח passim vertunt LXX. Interpretes εἰς τέλος, ita & סֶלָה Habac. 3. 12. similiter verterint. Nec aliunde esse quod in Psalmis διάψαλμα reddiderint, quam Græcam vocem Suidas ἐναλλαγὴν μέλους, alii commutationem metri, alii pausationem spiritus, alii alterius sensus exordium, alii rhythmi distinctionem, alii cujusdam Musicæ varietatis exordium esse docuerunt. teste Hieronymo in Epist. ad Marcellam. quæ omnia finis quandam connotationem habent, ut sensus sit, finiri ibi cantum, aut rhythmum, novumque esse inchoandum.

Vers. 7. אֲשֶׁר סָבִיב שָׁתוּ עָלָי. עָלַי solet verti, *adversus me.* & post שָׁתוּ *posuerunt*, subintelligi מַחֲנֵיהֶם *castra sua.* malo עָלַי vertere *super me*, & subintelligere יְדֵיהֶם *manus suas.* sic LXX. τῶν κύκλῳ συνεπιτιθεμένων μοι, *qui circumcirca simul ponunt super me*, vel *imponunt mihi*, sup. manus suas, id est, adoriuntur vel invadunt me. eodem prorsus sensu & phrasi, qua Lucas dixit, Act. 18. 10. οὐδεὶς ἐπιθήσεταί σοι, τοῦ κακῶσαί σε, *nemo imponet tibi*, sup. manus, i. invadet te, *ut malefaciat tibi.* est & apud probatos authores ἐπιτίθεσθαι usitatum pro *aggredi, invadere, adoriri.*

Psal. IV.

Vers. 1. לַמְנַצֵּחַ עַל הַנְגִינוֹת. Rabbi David, Aben Esra, & Raschi volunt, intelligi eum qui cantoribus præesset, ut cantum eorum regeret. ita sane verbum נצח accipitur 2 Par. 2. 2. 18. Et 34. 13. Et 1. Paral. 23. 4. & alibi. Non

Non est tamen contemnendum, quod antiquiores Rabbini, teste R. D. K. tradiderunt, hunc Psalmum decantarum esse בשלשה מיני שבח *tribus generibus laudis*, nempe בניצוח בניגון ובמזמור. unde liquet ניצוח esse speciem laudis. Estque magistris usitatissimum, verbum נצח usurpare inter verba, quæ celebrationem nominis divini exprimunt. Sic in Haggadah Paschatis (teste Maimonide in Misnah Thorah in נוסח ההגדה) solent dicere אנו חייבים להודות להלל לשבח לפאר לרומם לגדל ולהדר ולנצח למי שעשה לנו ולאבותינו את כל הנסים האלו. ubi vides cumulari verba, quæ laudem Dei continent, atque inter ea לְנַצֵּחַ referri. quo respexit, teste Aben Esra, R. Haggaon, qui hunc Psalmum à Davide cantori cuidam traditum volebat, לנגן אותו תמיד כמו לנצח *ad psallendum eum jugiter, quasi in æternum*. secundum hanc sententiam, ניצוח erit species laudis, qua indesinenter & perpetuo nomen Dei celebratur. ex usu vocis נֶצַח, quo *æternitatem* denotat. Sed malim alium vocis usum respici, quo *robur, potentiam, victoriam* significat, ipsique Deo tribuitur 1 Sam. 15. 29. quia robore suo omnia vincit. ut ניצוח sit genus laudis, quo robur Dei, nulli cedens, omnia superans, decantatur. ita verbum hoc usurpari arbitror 1 Paral. 15. 21. ubi inter varia Cantorum officia recensentur quoque qui constituti erant לנצח, *ad illud laudum genus tractandum, quo vincens Dei virtus extollitur*. prudentissimè Vulgatus, *canebant epinicion*, i. carmen quo victorem Deum celebrabant. Nec aliud voluere LXX. quum reddidere, τοῦ ἐνισχῦσαι, *ad roborandum*. carmine enim Deum roborat, qui robur ejus prædicat. sicut eum sanctificat, qui sanctum eum prædicat. Ita מנצח erit *Cantor*, cui epinicion Dei decantare injunctum erat.

Vers. 4. וּדְעוּ כִּי יְהוָֹה הִפְלָה חָסִיד לוֹ. *Et cognoscite quod Jehova separavit sanctum sibi*. LXX. חסיד passim rectè vertunt ὅσιος *sanctus, pius*. R. D. Kimchi in hunc locum והחסיד הוא מי שעושה טובה עם חבירו לפנים משורת הדין: *Dicitur* חסיד *qui exercet beneficentiam in proximum suum, antequam jure id debet*. At Maimonides in Commentario ad Pirke Aboth, החסיד הוא האיש החכם כשיוסיף במעלה רוצה לומר במעלות המדות עד שיטה אל הקצה האחד מעט ויהיו מעשיו מרובין מחכמתו ומפני זה נקרא חסיד לתוספתו כי ההפלגה בדבר יקרא חסד תהיה ההפלגה ההיא בטוב או ברע: *Dicitur* חסיד *vir sapiens, qui crescit in virtute, nempe in virtutibus moralibus, adeo ut inclinet paululum in alterum extremum, sintque opera ejus plura sapientiâ ejus. propterea vocatur* חסיד *ob incrementum ejus. nam excellentia in re aliqua vocatur* חסד, *sive excellentia illa sit in bono sive in malo.*

Psal. V.

Vers. 4. בֹּקֶר אֶעֱרָךְ־לְךָ וַאֲצַפֶּה. Drus. quæst. 39. lib. 3. vertit, *manè instruo tibi & speculor*. Instruo, inquit, est *oro*. estque verbum frequens in sacrificiis.

Psal. VI.

Vers. 6. *Nam in morte non est tui recordatio* &c. Sententia hæc, quæ hîc & Psal. 30. 10. & 88. 11. & 115. 17. & Esa. 38. 18. 19. à rege Ezechia prolata occurrit, nequaquam ex vitæ præsentis amore, futuræve fastidio, sed ex veræ resipiscentiæ ante mortem plene omnibus testandæ animo profecta est. Etsi enim in Pirke Aboth cap. 4. rectè dicat Rabbi Jacob, יפה שעה אחת של קורת רוח בעולם הבא מכל חיי העולם הזה *Pulchrior est hora una refrigerii spiritus in futuro seculo, quam universa vita in seculo præsenti*: non malè tamen idem ibidem יפה שעה אחת תשובה ומעשים טובים בעולם הזה מכל חיי העולם הבא: *Pulchrior est hora una resipiscentiæ & bonorum operum in præsenti seculo, quam universa vita in futuro seculo*. Quod non minus est verum, quam quod Servator noster dicit Luc. 15. 7 *Majus gaudium esse in cœlo super uno peccatore resipiscente, quam super 99. justis, quibus non est opus resipiscentia.*

Psalm. VII.

Vers. 5. אִם גָּמַלְתִּי שׁוֹלְמִי רָע וָאֲחַלְּצָה צוֹרְרִי רֵיקָם: verbum חלץ propriè *extrahere, eripere, auferre* significat, & de vestibus quæ alicui exuuntur & eripiuntur proprie dicitur. ut calceo. Deut. 25, 10. Es. 20, 2. hinc Chald. pro Heb. פְּשַׁט est in Tharg. חֲלֵץ, ut 1 Sam. 31, 8. 9. Et apud Syros ܚܠܨ חַלֵּץ est *exuere, spoliare*. vide Actor. 19. 37. Col. 2, 8. ubi pro συλαγωγῶν ponitur. Ita que locum hunc sic verto, *si rependi pacifico meo malum, & spoliavi eum qui hostis meus erat immerito*: respicit, nisi fallor, ad historiam 1 Sam. 24. 4, 5. Et cap. 26. 11. ubi Saulem immerito vitæ

tæ ſuæ inſidiantem ne veſte quidem, aut matula atque haſta ſpoliare voluit. Itaque quoad ſenſum non male Chaldæus, אין פרעית לבעל שלמי ביש ודחקית מעיקי מגן. *Si retribui viro pacis meæ malum, & oppreſſi eos qui arctabant me immerito.* Eodem modo Syrus pro וָאֲחַלְּצָה habet ܘܐܢ ܐܠܨܬ *& ſi oppreſſi.* Magis accedit Belgica verſio, Hebbe ick quaet vergolden dien die vreedſaem met my leefde/ ende die beſchadicht/ welcke my ſonder oorſake vyant waren. pro beſchadicht/ verterem beroofſt. Aliter Pagninus, aliter etiam Junius & Genevenſes & Aldegondius, ſed hoc præferrem. Moneo autem אם non tantum per *ſi*, ſed & interrogativè verti poſſe. v. 4. & 5. ſimiliterque futura verſus ſexti per Indicativum, non per Optativum. hoc modo: *Domine Deus mi, an feci hoc? an eſt iniquitas in manibus meis? an retribui pacem colenti mecum malum? quin potius liberavi eum qui mihi immerito hoſtis erat.* Hactenus innocentiam ſuam teſtatur. deinceps queritur de hoſtis improbitate, *Perſequitur hoſtis animam meam, & attingit & conculcat in terram vitam meam, gloriamque meam in pulvere collocat.* Hinc precatio, *Surge Domine in ira tua* &c. utraque interpretatio commodum habet ſenſum, nec ullam verbis vim facit.

Vers. 10. *Deficiet nunc malitia impiorum, & confirmabis juſtum:* ובחן *nam probat corda & renes Deus juſtus.* Vau multiplices habet uſus. ſæpe *nam* ſignificat. hîc certè, ſi alibi, id ſignificare videtur, & γνώμην formare, *Probat corda & renes Deus juſtus*, itaque dubium non eſt quin defectura ſit impiorum malitia, & confirmandus juſtus. Hinc יגמר & תכונן per futurum potius reddo, quam per Imperativum.

Psal. VIII.

Vers. 5. Initio hujus verſus ſubauditur אָמַרְתִּי *dixi.* ſicut & Cant. Cantic. c. 3. 3. *Invenerunt me cuſtodes, qui circumeunt civitatem.* dixi, *quem diligit anima mea vidiſtiſne?*

Psal. X.

Vers. 2. בְּגַאֲוַת רָשָׁע יִדְלַק *in ſuperbia impii perſequitur*, i. impius in ſuperbia ſua. Sicut Gen. 9. 6. כִּי בְּצֶלֶם אֱלֹהִים עָשָׂה אֶת הָאָדָם *Nam ad imaginem Dei fecit hominem.* i. Deus ad imaginem ſuam.

Vers. 3. וּבֹצֵעַ בֵּרֵךְ נִאֵץ יְהוָה. Ad ea quæ in doctiſſimis Vatabli notis continentur, addimus ſolummodo בֵּרֵךְ hîc per Antiphraſin accipi poſſe pro *maledicere, blaſphemare*, ſicut Job. 1. 5. & alibi ſæpe. ut ſenſus ſit, *Et avarus blaſphemat, ſpernit Dominum.* quod & Scindlerus doctè annotavit.

Vers. 4. רָשָׁע כְּגֹבַהּ אַפּוֹ בַּל יִדְרֹשׁ אֵין אֱלֹהִים כָּל־מְזִמּוֹתָיו. Nulla hîc eſt Ellipſis, ſi pleonaſmum affixi agnoſcas in מְזִמּוֹתָיו, qualem etiam habes ſequenti verſu כָּל צוֹרְרָיו יָפִיחַ בָּהֶם *in omnes hoſtes ſuos flat.* Ita & verſum hunc transfero, *Omnes cogitationes impii ſecundum elationem vultus ejus ſunt, non requiret, non eſt Deus.* רָשָׁע כָּל־מְזִמּוֹתָיו *impius omnes cogitationes ejus*, id eſt, omnes cogitationes impii. Hebraiſmus familiariſſimus. Cl. Joan. Cloppenburgius vertendum cenſet, *Impius ſecundum altitudinem iram ejus non ſcrutatur.* id eſt, non diſquirit, quam ſit alta ira Dei. non ita inquirit, ut altitudinem ejus attingat. refertque eo illud Pſal. 90. 11. & Pſal. 36. 7. addo & Pſal. 10. 5. At cur non potius vertamus, *Impius, ſecundum ſuperbiam* (i. quæ ejus eſt ſuperbia) *faciem non ejus quærit.* dixerat in fine v. 3. נִאֵץ יְהוָה *ſpernit Jehovam.* probat id. quia, qua eſt ſuperbia, faciem Dei non quærit. imo omnes cogitationes ejus ſunt non eſſe Deum. magis tamen placet, ut גֹּבַהּ אַפּוֹ ſit regimen duorum ſubſtantivorum, & altitudo naſi ſuperbiam impiorum denotet, quæ ſimili phraſi exprimitur Pſal. 73. 9. שַׁתּוּ בַשָּׁמַיִם פִּיהֶם *ponunt in cælo os ſuum.* Proverbium eſt Arabibus uſitatum, de homine ſuperbo, in ſe tamen vili, انف في السماء واست في الماء *naſus eſt in cælo, at nates in aqua.*

Vers. 6. אָמַר בְּלִבּוֹ בַּל אֶמּוֹט לְדֹר וָדֹר אֲשֶׁר לֹא בְרָע: *Dixit in corde ſuo, non nutabo in generationem & generationem: imo non in malo ero.* אֲשֶׁר interdum ſolummodo auget affirmationem aut negationem, ac valet *imo, ſcilicet, certè.* ut 1 Sam. 15. 20. אֲשֶׁר שָׁמַעְתִּי *imo audivi, certe audivi.* Pſal. 95. v. 11. אֲשֶׁר נִשְׁבַּעְתִּי *imo, vel certè juravi.* ſic Eccleſ. 5. 17.

Psal.

PSAL. XI.

VERS. 1. :אֵיךְ תֹּאמְרוּ לְנַפְשִׁי נוּדוּ הַרְכֶם צִפּוֹר. Τὸ קרי est נוּדִי. estque נוּדִי הַרְכֶם constructio qualis est Mich. 1. 11. עִבְרִי לָכֶם יֹשֶׁבֶת שָׁפִיר. affixum plurale rem respicit, non præcedens nomen. quia ut habitatrix Saphir habitantes denotat, ita anima sive persona Davidis suos etiam comprehendit. sed rectè etiam τὸ כתיב retinetur, ut legatur נוּדוּ הַרְכֶם. Nam לְנַפְשִׁי *animæ meæ*, ex usu linguæ Hebrææ verti potest *mihi ipsi*, ut sensus sit quandoquidem Deo confido, quî fit quod adeo sitis audaces, ut mihi ipsi qui Deo fido dicere audeatis, fugite in montem vestrum sicut avis? agere autem Davidem de persecutione, non in se solum sed & in alios pios secum mota, liquet ex versu sequente. aut vertas, quomodo dicitis *personæ meæ*. sicut Psal. 105. 18. *in ferrum venit* נַפְשׁוֹ *persona ejus*.

VERS. 7. כִּי צַדִּיק יְהוָה צְדָקוֹת אָהֵב יָשָׁר יֶחֱזוּ פָנֵימוֹ. Nihil hîc difficultatem habet præter פָּנֵימוֹ, cujus affixum cum passim sit pluralis numeri, hîc tamen singulariter videtur accipiendum, & ad Deum referendum. ut sensus sit, *rectum videbit vultus ejus.* sic Pagninus, Junius & alii. sic & LXX. ac Vulgatus, nisi quod pro יָשָׁר rectum legerunt יֹשֶׁר *rectitudinem, æquitatem*. sunt qui יָשָׁר collectivè accipiunt, & vertunt, *Recti videbunt faciem ejus*. Kimchius quoque docet פָּנֵימוֹ esse כמו פניו. negari enim nequit, quin & alibi aff. מו sit singularis numeri. Quia tamen id rarius est, conatur Kimchius etiam hoc loco pluraliter exponere, referens ad צְדָקוֹת, ut פָּנֵימוֹ sit פְּנֵי צְדָקוֹת, sensus, *rectum videbunt facies earum*, nempe justitiarum, id est, facies justæ videbunt rectum Deum. quod revera durum est. Nos tamen affixum מו libenter etiam plurali num. accipimus. tum quia is proprius & vulgatissimus ejus usus est: tum quia accentus Reviah, quo יָשָׁר à sequentibus distinguitur, id apertè innuit, cujus nullus hîc usus est, si vertas, *rectum videbit facies ejus*. Servat autem usum suum, si מו ad impios referens, de quibus versu præcedenti actum, vertas, *Nam justus est Dominus, justitias amat, rectus: videbunt id facies eorum.* Aut si כִּי non pro αἰτιολογικῇ sed pro δηλωτικῇ particulâ, ut passim, accipias, vertes, *Justum esse Dominum, justitiarum amantem, rectum, videbunt facies eorum*. nempe ubi contigerit, quod v. præcedenti dictum fuit, Ubi laqueos pluerit Dominus, ubi ignis, sulphur & ventus procellosus erit portio calicis eorum, tunc facies eorum videbit, justum esse Dominum &c.

PSAL. XII.

VERS. 6. אָשִׁית בְּיֵשַׁע יָפִיחַ לוֹ. Variis interpretationibus & hanc addo. *ponam in salute. spiret sibi* nempe hostis. distinctionem istam non tantum non respuit, sed & confirmat Reviah in בְּיֵשַׁע. Nec sensus incongruitatis quicquam habet. Spiret hostis quantum velit (sicut Saulus Act. 9. ὁ ἐμπνέων ἀπειλῆς καὶ φόνου) non impediet tamen quo minus in salute ponam miseros afflictosque. Potest & futuri significatione verti יָפִיחַ, ut effectum indicet, qui ex salute miseris conferenda, orietur in hoste, nempe, *spirabit sibi*, præ ira videlicet & fremitu, quos salvos incolumesque videre cogatur, quibus internecionem fuerat machinatus.

PSAL. XIV.

VERS. 4. הֲלֹא יָדְעוּ כָּל פֹּעֲלֵי אָוֶן אֹכְלֵי עַמִּי אָכְלוּ לֶחֶם יְהוָה לֹא קָרָאוּ: *An non præditi sunt notitia omnes operatores iniquitatis, qui comedunt populum meum? quum comedunt panem, Jehovam non invocant*. Puto in Babyloniis qui populum Dei in captivitatem abduxerant & quasi devorabant, hanc impietatem perstringi, quod quum cibum caperent Deum non invocarent. signum id erat, eos vera Dei notitia destitui, ac tales revera esse, quales præcedentibus versibus depinxit. Ita accepit Chaldæus Interpres, qui sic habet, הלא ידעון כל עבדי שקרא דמן קדמוי מתיהיב מזונא ומה דין אכלי עמי סעדין לחמא שמא דיי לא ברכו: Id est, *An non cognoverunt omnes operatores mendacii, quod ab ipso datur cibus? quid igitur comestores populi mei edentes panem nomen Dei non benedixerunt?* Hinc sensum præfero, quia genuinus est, & ipse textus absque ellipsi eum præ se fert. alioqui אָכְלוּ לֶחֶם vertendum, *ac si ederent panem*. Particulæ *ac si* non sunt in textu. ad verbum est, *edunt panem, Dominum non invocant*. sensu omnino integro.

PSAL. XV.

VERS. 3. לֹא עָשָׂה לְרֵעֵהוּ רָעָה *qui non fecerit proximo suo malum*. Ad hæc verba in

Maccoth scribitur, שלא ירד לאומנות חבירו: *qui non descenderit in opificium*, vel in artem, *socii sui*. Nam intervertendo opificium alterius, graviter in proximum peccatur.

Psal. XVI.

Vers. 1. מִכְתָּם לְדָוִד. Quidam volunt מכתם esse instrumentum musicum. Alii initium carminis, ad cujus modulos hic Psalmus decantatus fuerit. Kimchi ad v. 1. Psal. 4. vult, fuisse modum quendam pulsandi instrumenti. eos enim varios fuisse, quorum alius עֲלָמוֹת, alius נְגִינוֹת. alius מַשְׂכִּיל, alius שִׁגָּיוֹן, alius נְחִילוֹת, alius גִּתִּית, alius מִכְתָּם diceretur. Assentimur potius iis, qui id *aurum* sive *insigne aureolum Davidis* vertunt, quod hic Psalmus pretiosus esset instar auri. sicut Proverbia Arabica Alis, ob insignem suam præstantiam inscribuntur شذرة الادب *aureolum morum*. est enim شذر *aurum*, شذرة *particula auri*.

Psal. XVII.

Vers. 4. לִפְעֻלּוֹת אָדָם בִּדְבַר שְׂפָתֶיךָ אֲנִי שָׁמַרְתִּי אָרְחוֹת פָּרִיץ Variis interpretationibus hanc addo: *In operibus hominis, per verbum labiorum tuorum, observavi vias latronis.* id est, quum auxilio verbi tui attentè consideravi opera hominis, animadverti in illis ac deprehendi latronis vias. sumitur שָׁמַרְתִּי sicut Psal. 37. 37. שְׁמָר־תָּם *observa, considera justum.* Addo & aliam, quæ magis arridet: *Quia mercedes hominis sunt in verbo labiorum tuorum, ego cavi vias latronis.* פְּעֻלָּה passim *mercedem* significat, potius quam *opus* לִפְעֻלּוֹת. propriè, *propter mercedes hominis*, supple esse, id est, quia sunt. deinde שָׁמַרְתִּי verto *cavi.* sicut Jos. 6. 18. שִׁמְרוּ מִן הַחֵרֶם *cavete ab anathemate.* ל autem verti *propter*, non est insolens. tale est Gen. 2. 23. לְזֹאת יִקָּרֵא אִשָּׁה *propterea vocabitur vira.*

Vers. 5. תָּמֹךְ אֲשֻׁרַי בְּמַעְגְּלוֹתֶיךָ בַּל נָמוֹטּוּ פְעָמָי. Plerique vertunt תָּמוֹךְ *sustenta.* Infinitivus pro Imperativo. deinde בַּל נָמוֹטּוּ *ne declinent*, aut *moveantur*, per futurum. Monetur autem in notis Vatabli majoribus, quosdam vertere, *Apprehenderunt gressus mei semitas tuas*, vel *stabiles fuerunt gressus mei in semitis tuis, nec declinaverunt pedes mei.* deinde subjungitur, futurum Hebræis posteriore loco esse pro præterito. quod manifestum est παρόραμα. נָמוֹטּוּ quidem futurum Kal est. at נָמוֹטּוּ præteritum Niphal, formæ נָקוֹמוּ. malim itaque omnia κατὰ πόδας vertere, תָּמוֹךְ per Infinitivum aut Gerundium, נָמוֹטּוּ per præteritum, hoc modo, *firmando gressus meos in orbitis tuis, non dimoti fuere pedes mei.* optimè cohæret cum versu præcedenti, ubi dixerat, se cavere vias latronis. quas ergo elegit? firmavi, inquit, gressus meos in orbitis tuis: sic factum, ut non sint comoti pedes mei.

Vers. 7. Separa misericordias tuas, servator fidentium, ab insurgentibus in dexteram tuam. Sic habet Hispanica Judæorum versio.

Vers. 10. חֶלְבָּמוֹ סָּגְרוּ פִּימוֹ דִּבְּרוּ בְגֵאוּת. Plerique Interpretes jungunt פִּימוֹ cum sequentibus, ac vertunt, *Ore suo locuti sunt superbè.* procul dubio ob distinguentem accentum Athnach in סָּגְרוּ. At vero accentus istos in scriptis metricis alium habere usum, quam in aliis Scripturæ libris, jam pridem à doctis est observatum. Hoc certe loco Athnah non distinguere sententiam, patet. quia quotiescunque distinguit, producit pronunciationem syllabæ cui apponitur, vertitque Scheva in Camets. at hîc est סָּגְרוּ, non סָגָרוּ, relicto scheva, ne sistatur pronunciatio. deinde accentus Reviah in פִּימוֹ docet, distingui eam vocem à sequentibus, ut jungatur præcedentibus. verto itaque, *Adipe suo obstruxerunt os suum, locuti sunt superbè.*

Vers. 11. אַשֻּׁרֵנוּ עַתָּה סְבָבוּנִי עֵינֵיהֶם יָשִׁיתוּ לִנְטוֹת בָּאָרֶץ. Tota obscuritas hîc est in primo vocabulo, quod nobis absolutè positum videtur, ut apud Latinos, *Christo duce*, supple existente. sic hoc loco, *gressu nostro*, supple existente, *jam circumdederunt nos*, id est, vix dum gressus noster ponitur, quin jam cinxerint nos. & ne insidiæ ipsorum & malus animus deprehendantur, *oculos* suos *ponunt, inclinando in terram.* quasi humiles & innocentes. usurpatur fere hîc אַשֻּׁרֵנוּ, sicut עֵינִי Psal. 32. 8. אִיעֲצָה עָלֶיךָ עֵינִי *consilium dabo, super te oculo meo* supple, existente.

Vers. 13. 14. Libera animam meam ab impio (qui est) gladius tuus. ab hominibus (qui sunt) plaga tua. Hispanica Judæorum versio. Alii aliter. variè enim pro varia constructione hæc vertuntur. Addemus & conjecturam

ram nostram, נַפְשִׁי habet Reviah. quo accentu si distinguas sententiam, sic omnia verti possent, *Libera animam meam: præ impio sit gladius tuus. præ hominibus* sit *manus tua Domine, præ hominibus seculi*, &c.

Psal. XVIII.

Vers. 15. וּבְרָקִים רָב *Et fulgura ejaculatus est.* ut & רַבּוֹ *jaculatores ejus.* Job. 16. 13. ad hanc radicem & significationem refertur illud Æthiopicum מרבברת ἀμφίβληςρον *retejaculum* Matth. 4. 18. ab ejaculatione sic dictum.

Psal. XIX.

Vers. 1. *Cæli enarrant gloriam Dei &c.* Propriè id intelligi volunt Judæorum sapientes. cœl s enim & astris vitam atque intelligentiam tribuunt. Libet asscribere verba Maimonidis in יסודי התירה cap. 3. כל הכוכבים והגלגלים כלן בעלי נפש ודיעה והשכל הם והם חיים ועומדים ומכירין את מי שאמר והיה העולם. כל אחד ואחד לפי גדלו ולפי מעלתו משבחים ומפארים ליוצרם כמו המלאכים׃ וכשם שמכירין הקב״ה כן מכירין את עצמן ומכירין את המלאכים שלמעלה מהן׃ ודעת הכוכבים והגלגלים מעוטה מדעת המלאכים וגדולה מדעת בני אדם׃ Id est, *Omnes stellæ & orbes anima, scientia, intelligentia, vita & subsistentia præditi sunt, atque agnoscunt eum qui dixit* (Deum) *Factus est mundus quisque juxta magnitudinem & dignitatem suam, laudantes & celebrantes creatorem suum prout Angeli. Et sicut Deum, sic seipsos quoque cognoscunt & Angelos qui sunt supra ipsos. est autem stellarum & orbium cognitio minor Angelorum, major hominum.*

Vers. 4. אֵין אֹמֶר וְאֵין דְּבָרִים בְּלִי נִשְׁמָע קוֹלָם. Verti potest, ni fallor, *sine sermone, & sine verbis: non audita voce eorum*, In universam terram exivit sonus eorum. אין pro *sine* accipi putamus etiam Jer. 38. 5. proprie autem negationem dicit cum incluso verbo substantivo, quod interdum per Indicativum, interdum etiam per participium reddi potest, pro subjecta materia. ut ad verbum sit, *non existente sermone, & non existentibus verbis, non audita voce eorum.* sicut Prov. 26. 20. בְּאֵין נִרְגָּן *in non existente susurrone*, id est, deficiente susurrone, absque susurrone cessat lis.

Psalm. XXII.

Vers. 4. *At tu es sanctus*, יֹשֵׁב תְּהִלּוֹת יִשְׂרָאֵל. Variè exponitur, ut ex notis Vatabli videre licet. Reperio in סדר תפלות sive precibus Judaicis, ותשתבח יושב תהלות *glorificator tu qui inhabitas laudes.* Græcè dicerem, ὁ οἰκῶν δόξας. sicut Apostolus dixit, 1 Tim. 6. 16. φῶς οἰκῶν ἀπρόσιτον, quod Hebraicè est יושב אור אשר איש לא יקרב אליו. eadem omnino phrasi, qua Deus vocatur יושב ציון *inhabitans Sionem.* & יושב הכרבים *inhabitans Cherubinos.* ita יושב תהלות ישראל *inhabitans laudes Israëlis*, id est Cherubinos & arcam, quæ vocantur כבוד ישראל *gloria Israëlis*, 1 Sam. 4. 21.

Vers. 7. יַפְטִירוּ בְשָׂפָה. Syrus iisdem verbis, ܘܦܛܪܘ ܒܣܦܘܬܗܘܢ quod Erpenius, *dimiserunt labiis suis.* At Gabr. Sionita, *dimoverunt labia sua.* In lexico Syro-Arabico ubi eadem hæc verba proferuntur, dicitur esse ܡܬܬܙܝܥܢܘܬܐ ܕܬܪܬܝܢ ܣܦܘܬܐ ܚܕܐ ܠܘܩܒܠ ܚܕܐ *commotio duorum labiorum unius contra alterum.* Arabice exponuntur تحركوا شفاتهم عوجوا افواهم وفطروها *commoverunt labia sua, torserunt ora sua, & fabricarunt ea.* At in ipso Psalterio Interpres Arabs verba Hebræa vertit تكلموا بشفاتهم *locuti sunt labiis suis.*

Vers. 17. כָּאֲרִי יָדַי וְרַגְלָי. Rectè docet doctiss. Amama in Antibarbaro, ex Mazora aliisque Hebræorum doctoribus, antiquissimos emendatissimosque codices legisse, in margine כָּארוּ, in textu כָּאֲרִי, quod LXX, reddiderunt ὤρυξαν *foderunt.* unde colligunt viri eruditi, epenteticum esse א, non radicale, pro כָּרוּ à כָּרָה *fodit.* Malim esse radicale. quod censuit Aquila, ubi vertit ᾔσχυναν *fœdarunt.* quod sensu idem est cum *foderunt.* confodiendo enim fœdarunt. propriè αἰσχύνειν est *pudefacere.* & id ipsum Syris est ܒܗܬ כַּאַר. Ferrarius *pudefecit.* ܐܬܒܗܬ אִתְכַּאַר *verecundatus est.* unde 1 Cor. 6. 5. pro πρὸς ἐντροπὴν ὑμῖν λέγω *in ignominiam* (pudorem, turpitudinem) *vobis dico*, Syrus habet, ܠܒܘܗܬܟܘܢ ܗܘ ܐܡܪ ܐܢܐ ܠܟܘܢ. Sic & ex Rabbinis David de Pomis producit כָּאוּר, vetitque

turpe. idem quod כעור permutatis enim gutturalibus א & ע, quippe ejusdem fere pronuntiationis. כעור & מכוער Rabbinis est, *fœdum, turpe inquinatum.* מעשים מכוערים *opera turpia,* אשה מכוערת *mulier fœda deformis.* sensus ergo proprie est, *deformarunt manus & pedes meos.* At quid de כָּאֲרִי (quod quomodo ex קרי, nunc כתיב sit factum, satis dextrè conjectat allegato libro Cl. Amama) statuendum dicemus? Ne ea quidem lectio mendosa est. est enim כָּאֵר Infinitivus Piel, ejusdem scilicet conjugationis, cujus & Syrorum ܟܐܪ, quod supra attulimus, inde fit regulariter cum aff. primæ pers. כָּאֲרִי, manente Kamets, quia valet patach sequente dagesch. vertas licet, *deturpando me manibus meis ac pedibus meis.* vel, *deturpando mihi manus meas ac pedes meos,* quod construitur cum antecedenti præterito, עֲדַת מְרֵעִים הִקִּיפוּנִי *congregatio maleficorum circumdederunt me.* Quin si Infinitivum præteriti significatione accipere velis, quo nihil est Hebræis usitatius, præsertim ubi alia præterita antecedunt, quod hic fit, rectè vertas, *deturparunt mihi manus meas* &c. unde liquet, perinde omnino esse כָּאֲרוּ an כָּאֲרִי legatur.

VERS. 18. אֲסַפֵּר כָּל עַצְמוֹתָי הֵמָּה יַבִּיטוּ יִרְאוּ בִי: Lxx. illud אספר *numerandi* significatione acceperunt. quem secuti sunt Vulgatus, omnesque nostri, quos vidi, Interpretes. quæ significatio est conjugationis Kal. At in Piel nunquam, quod sciam, hoc verbum pro *numerare* sumitur, sed *enarrare, nunciare, indicare* significat. quamobrem Chaldæus hoc loco vertit, אחוי כל הלבשושי גרמי אנון מסתכלין מבון לי *Indicabo* (id est, si indicem) *omnes cicatrices ossium meorum, illi considerantes contemnunt me.* quem secutus & ego verterem, *Enarrabo* (i. si enarrem. Heb.) *ossa mea* (i. statum ossium meorum) *illi intuentur, aspiciunt me.* Belgicè Hebraismum melius exprimimus. **Vertelle ick** (aut **wil ick vertellen**/ aut **sal ick gaen vertellen**/ quod vim futuri quodammodo exprimit) **aengaende alle mijne ghebeenten / sy kijcken / sy sien op my.** atque ita totus versus melius cohæret, quam ut Aldegondius vertit, **Ick soude alle mijne ghebeenten wel tellen: sy kijcken / sy sien my aen.** Rabbi Salomon ait sensum esse, si enarro dolorem omnium ossium meorum. illi gaudent. At Aben Esra ait, magis sibi placere numerandi significationem. locumque parallelum in Piel adducit ex Job. 38. 37. מִי יְסַפֵּר שְׁחָקִים בְּחָכְמָה *quis numerabit cœlos in sapientia?* Ita Lxx. sic Pagninus & alii. At melius meo judicio Vulgatus, *quis enarrabit rationem cœlorum?* ad verbum, *quis enarrabit cœlos in sapientia?* id est, quis adeo sapiens, qui omni sua sapientia totam rationem cœlorum enarrare & exponere queat? adeo ut is etiam locus confirmet quod diximus, verbum hoc in Piel nihil esse nisi *enarrare,* quod disertè affirmat R. D. in libro Radicum, excepto tantum loco hoc nostro Psal. 22. quem exponit, *numerare possem ossa mea præ multitudine maciei.* Sed quid opus à perpetua vocis significatione discedere, quum ea & hîc commodissimo sensu admitti possit? Quod & ad versum 31. observari velim, זֶרַע יַעַבְדֶנּוּ יְסֻפַּר לַאדֹנָי לַדּוֹר ubi Tugurini, Junius, Genevenses & Aldegondius vertunt יְסֻפַּר *accensebitur,* vel *annumerabitur.* quod in Niphal potius diceretur יִסָּפֵר, ibi enim hoc verbum *numerari* significat, at in Pual nihil aliud quam *narrari.* quomodo Lxx. Vulgatus, Chaldæus ac Syrus acceperunt. quamvis hi omnes non eodem modo versum verterint. Lxx. τὸ σπέρμα μου δουλεύσει αὐτῷ. ἀναγγελήσεται τῷ κυρίῳ γενεά. Quæ Vulgatus vertit, *semen meum serviet ei. annunciabitur Domino generatio futura.* Illud *futura* non est apud Lxx. nec in Hebræo. velim abesse. Belgicè sic verterem, **Het saet sal hem dienen / het sal den Heeren vercondiget worden tot een gheslachte.** Omnia cum Hebraismo conveniunt, & sensum habent non repudiandum, fore nempe, ut semen eorum de quibus v. 30. actum, serviat Domino, & hoc ipsum semen prædicetur esse Dei generatio, hocque Domino annuncietur. Sic capio Pagnini Versionem, *semen eorum serviet ei: narrabitur Domino in generationem.* Alio omnino sensu hæc transtulit vulgata nostra Belgica. **Hy sal een zaet hebben dat hem dient. men sal van den Heere verconidghen toe kints kinde.** Nolim sperni. ל in לַאדֹנָי vertit *de* quod satis frequens. יְצַוֶּה לָּךְ *mandabit de te.* Ps. 91. 11. כֵּן צִוָּה לוֹ *sic præceperat de eo.* Esth. 3. 2. לִשְׁלוֹם הָעָם *de pace populi.* 2 Sam. 11. 7. אִמְרִי לִי *dic de me* Gen. 20. 13. וַיִּשְׁאֲלוּ לְאִשְׁתּוֹ *& rogarunt de uxore ejus.* Gen. 26. v. 7. & plura alia, in quibus Hebræi ל enarrare solent per בעבור. Itaque eodem sensu, sed paulo exactius, verterim. **Het zaet** (aut fortasse melius **een zaet**) **sal hem dienen. men sal van den Heere verkondighen aen den geslachte.** aut si conjugationem Pual exprimi malis, **vanden Heere sal verkondiget worden**

worden aen den geslachte. Hunc sensum secutus est Chaldæus, qui paraphrasticè sic transtulit. זרעיה דאברהם יפלחון קדמוי ויחוון כח גבורתא דיי לדרא בתראה׃. id est, *semen Abrahami servient coram eo, & enarrabunt robur potentiæ Domini generationi posteriori.* Sytus vertit ܘܙܪܥܐ ܕܦܠܚ ܠܗ ܢܫܬܥܐ ܕܪܗ ܠܡܪܝܐ *semen quod servit ei, annunciabit generatio ejus Dominum.* quod minus rectè cum Hebræo convenit.

Vers. 30. *Comedent & adorabunt omnes* דִּשְׁנֵי אֶרֶץ verti solet, *pingues terræ*, id est divites. Considerent eruditi, an non in hoc membro, collato cum sequenti, locum habeat, quod Kimchius toties in Psalmis observat, ענין אחד במלות שונות idem sensus verbis tantum varians à sequenti membro, *Ante ipsum inclinabunt se omnes descendentes in pulverem.* idem illic יִשְׁתַּחֲוּוּ quod hîc יִכְרְעוּ. atque ita idem illic דִּשְׁנֵי אֶרֶץ quod hîc יוֹרְדֵי בוֹר. verterem *incinerati terræ*, id est, qui sepulchro devoti in pulverem vertuntur. sicut enim substantivum דֶּשֶׁן non tantum *pinguedinem*, sed & *cineres* denotat, & verbum דִּשֵּׁן non tantum *pinguefacere*, sed & *removere cineres*, item *incinerare* vel *vertere in cineres*, ita nihil impedit, quo minus adjectivum דָּשֵׁן, quod alibi *pinguem* significat, etiam *incineratum* denotet. addo, verti posse, *omnes cineres terræ*. potest enim דִּשְׁנֵי tam esse à דֶּשֶׁן quam à דָּשֵׁן. ubi tamen cineres per Metonymiam essent accipiendi pro incineratis.

Psal. XXVII.

Vers. 4. לַחֲזוֹת בְּנֹעַם יְהוָה. Non tantum est, *ut videam amœnitatem Domini*, sed, *ut oblectem me in amœnitate.* sicut enim ראה sequente ב significat spectare cum voluptate, oblectare se in aliqua re, ut Psal. 54. 9. & 118. 7. sic & חזה sequente ב. similiter apud Syros. cujus illustre exemplum in hymno Ephremi de humilitate, *Indue arma humilitatis, ut Deus* ܕܚܙܐ ܠܟ ܢܚܙܐ ܒܟ *videns te videat in te.* i. delectetur te. ex quo loco apparet, quid חזה constructum cum ב differat, à חזה constructum cum accusativo, aut cum ל.

Psalm. XXVIII.

Vers. 8. יְהוָה עֹז לָמוֹ. Quia nullum antecedens præcedit quo affixum illud plur. num. מו pertineat, LXX. Vulgatus, & Syrus interpres acceperunt, ac si scriptum esset לְעַמּוֹ, *Jehova robur est populo suo.* Alii, *Jehova robur est eis*, nempe justis, subintellecto antecedente, quamvis nulla ejus facta sit mentio. Potest & sic verti. *Jehovæ robur est.* ut לָמוֹ sit pro לו singulariter. sicut Es. 53. 8. מִפֶּשַׁע עַמִּי נֶגַע לָמוֹ *Ob iniquitatem populi mei plaga est ei.* Ita hîc ad verbum, *Jehova, robur est ei*, id est ex phrasi Hebræorum, *Jehovæ est robur.*

Psal. XXIX.

Vers. 6. *Saltare facit eas sicut vitulum, Libanum & Sirion aut filium unicornium.* שִׂרְיוֹן Sirion mons erat, aliàs חֶרְמוֹן dictus, Deut. 3. 9. Libet annotare quæ ad hunc Psalmistæ locum habet Drusius quæst. 8. lib. 3. *Nostra ætas*, inquit, *vidit montem in Britannia terræ motu subsiliisse in aliam sedem transgressum. Plinius quoque refert, invenisse se in Hetruscæ disciplinæ voluminibus, L. Marcio & Sex. Julio Coss. in agro Mutinensi montes duos concurrisse inter se crepitu magno assultantes, recedentesque. Unde Seneca in* 6. *quæstionum natur. Si velis credere, ajunt aliquando Ossam Olympo cohæsisse, deinde terrarum motu recessisse, ac scissam unius magnitudinem montis in duas partes.* Hactenus ille. quibus addimus quod apud Josephum reperimus Antiqu. l. cap. 11. ubi Usiæ regis, suffire in templo ausi, crimen pœnamque describens, ait, σεισμὸς ἐκλόνησε τὴν γῆν μέγας καὶ διαστάντος τοῦ ναοῦ, φέγγος τοῦ ἡλίου λαμπρὸν ἐξέλαμψε, καὶ τῇ τοῦ βασιλέως ὄψει προσέπεσεν. ὡς τῷ μὲν εὐθέως λέπραν ἐπιδραμεῖν, πρὸ δὲ τῆς πόλεως, πρὸς τῇ καλουμένῃ ἐρωγῇ τοῦ ὄρους ἀπαρραγῆναι τὸ ἥμισυ τοῦ κατὰ τὴν δυσμὴν, καὶ κυλισθὲν τέσσαρας σταδίους ἐπὶ τὸ ἀνατολικὸν ὄρος στῆναι ὡς τάς τε παρόδους ἐμφραχθῆναι καὶ τοὺς παραδείσους βασιλικούς. id est, *Motus ingens terram concussit, fissoque templo splendidum effulsit jubar solis, atque in Regis faciem incidens effecit, ut lepra protinus eum invaderet. Quin & extra urbem, ad portam cui nomen Eroge* (fortasse legendum Seroge, שער הגיא *porta vallis*) *dimidium montis ad Occidentem vergentis revulsum per quatuor stadia volutum, ad Orientalem montis partem constitit, obstructa*

cta via publica, & oppressis ruina hortis regiis.

Psal. XXX.

Vers. 6. כִּי רֶגַע בְּאַפּוֹ חַיִּים בִּרְצוֹנוֹ. Variè hæc à variis redduntur. præsertim offendit quosdam, quod vita opponatur momento. hoc adeo turbavit Vatablum, ut in notis suis voluerit חיים sumi pro בחיים, ac vertendum, *In vita est in suo beneplacito*, id est, per universam vitam nostram Deus in beneplacito suo perseverat. Junius longè aliter, *Quum momento* fuit *in ira sua*, *vita* adest *benevolentiâ ejus*. ita רגע esset pro ברגע. & vita salutem diceret. Vatablo autem vitæ hujus cursum. neutram interpretationem probo. vita perpetuitatem ac constantem perdurationem hîc & alibi significat. unde interdum absolute pro vita æterna accipitur. ut corona vitæ Jac. 1. 12. & cum immortalitate rectè conjungitur 2 Tim. 1. 10. ubi Christus dicitur vitam & immortalitatem in lucem introduxisse. sic hoc loco accepit Kimchius, qui per חיים hîc denotari ait זמן רב וחיים ארוכים שהם חיי עולם הבא *tempus multum, vitamque longam, quæ est vita futuri seculi.* Sed nihil necesse est speciatim ad vitam futuri seculi referre, quum generatim pro duratione perpetua accipi possit. Sicut enim res, quæ intereunt, mori dicuntur, etsi non sint è genere viventium, ut Job. 12. 2. *Vobiscum morietur sapientia*: sic vivere dicuntur, quæ non pereunt. unde מים חיים *aquæ viventes*, Jer. 2. 13. Jonathan מיין דלא פסקין *aquæ quæ non cessant*. Eo sensu Deus vivens dicitur, quia constanter permanet. חי אני *vivo ego*, Chaldæus vertit קיים אנא *constans & permanens sum ego*. estque חִיָּה in piel, non tantum *vivificare*, sed & *alendo servandoque vitam producere & perpetuare*. cum ergo hîc momento opponitur חיים, significat perpetuitatem rei constanter permanentis & nunquam intereuntis aut morientis.

Vers. 10. מַה בֶּצַע בְּדָמִי. *quæ utilitas in sanguine meo?* בֶּצַע plerumque in malum sumitur, de quæstu avaritiæ. hinc tamen patet, generaliter significare quamvis utilitatem, quæ ex quavis re decerpitur. quin apud Æthiopes significat omnium utilitatum collectionem, quam beatitudinem dicimus. Et בצועאן *beati*. Matth. 5. ישתבצעוני *beatam dicent me* Luc. 1. vers. 48.

Psal. XXXII.

Vers. 7. רָנֵּי פַלֵּט תְּסוֹבְבֵנִי verti posset, *cantus liberationis facies cingant me*. Cum enim סַב in Kal sit *cingere*, in Piel rectè accipitur pro *facere cingere*. etsi & ibi pro *cingere* alibi usurpetur.

Vers. 8. אִיעָצְךָ עָלֶיךָ עֵינִי. *Consilium dabo, super te oculo meo*, sup. existente. vide supra Psal. 17. 11.

Vers. 9. *Ne estote sicut equus, sicut mulus.* אֵין הָבִין בְּמֶתֶג וָרֶסֶן עֶדְיוֹ לִבְלוֹם. *nulla est intelligentia: freno & habena os ejus capistrandum est.* ל præfixum Infinitivo בְּלוֹם format Gerundium in dum, & significat quid fieri oporteat, ut alibi sæpe.

Psal. XXXV.

Vers. 15. *Congregati sunt adversum me* נֵכִים. LXX. *μάστιγες* Hieronymus *flagella*. Targum רשיעיא *impii*. ut & Arabs الاشرار *mali*. Vox Hebræa proprie sonat *percussi*. per quos alii intelligunt *afflictos*, *miseros*, *abjectos*, *viles*. alii *pedibus percussos*, quos Junius hîc *Loripedes*, Pagninus *claudos* dicit. Id laudo. Nam & Æthiopicè שְׁבוּרָן *fracti*, *χωλοὺς claudos* designat, Luc. 7. 21. plenum extat in singulari נְכֵה רַגְלַיִם *percussus pedibus*, id est claudus, 2 Sam. 4. 4.

Psal. XXXVI.

Vers. 3. כִּי הֶחֱלִיק אֵלָיו בְּעֵינָיו לִמְצֹא עֲוֹנוֹ לִשְׂנֹא׃. Sic transfero. *Quia abblanditur sibi in oculis suis, quod inveniat iniquitas ejus quod odio habeat.* Id est, adeo ad odium propensus est, ut tum demum sibi abblandiatur, quando quod odio habeat aut quem odio habeat, invenit. לִשְׂנֹא enim active potius exponendum, quam, ut fieri solet, passivè, *quod inveniat iniquitatem suam quæ odio digna sit.* quod si הֶחֱלִיק sumatur intransitivè pro *blandum esse*, longe facillima est interpretatio, *Quia blandum est ipsi in oculis suis, invenire iniquitatem suam quod odio habeat.* Belgicè, het is hem vriendelick in sijne ooghen / dat sijne verkeerthepdt yet vint om te haten. vel het geeft hem vriendelijckheydt / ut significatio conjugationis hiphil quodammodo exprimatur, vide an non etiam verti posset, *quod faciat iniquitatem suam odiosam*. ut Es. 58. 14. מִמְּצוֹא חֶפְצְךָ

ne

ne facias voluntatem tuam. ubi plura de hac verbi מצא significatione adferimus.

PSAL. XXXVII.

VERS. 3. בְּטַח בַּיהוָה וַעֲשֵׂה־טוֹב שְׁכָן־אֶרֶץ וּרְעֵה אֱמוּנָה. *Confide Domino & fac bonum: inhabita terram & pascere veritate.* Usitatum est Orientalibus in institutione morum jungere Imperativos, quorum prior præceptum rei agendæ continet, posterior fructum ac præmium designat. Tale est illud apud Arabes proverbium, اسمع فاعلم واسكت فاسلم *Audi & disce: sile, & pacem habe.* Id est, *audi, tum disces: sile tum pacem habebis.* sic hoc loco, *Confide Domino & fac bonum, tum inhabitabis terram, & pascêris veritate.* vel securitate, id est, securè pascêris. ut enim נאמן sæpe quod securum, firmum & stabile est significat, sic אמונה non *veritatem* tantum, sed & *firmitatem* ac *securitatem.* unde אמן apud Arabes *securus, tutus fuit.* LXX. verterunt, καὶ ποιμανθήσῃ ἐν τῷ πλούτῳ αὐτῆς, *Et pascêris divitiis ejus.* Arabs وَعِشْ مِن نَعِيمِهَا *& vive ex suavitate ipsius.* non est dubium quin legerint אֱמוּנָהּ cum affixo fœmin. referendo ad אֶרֶץ. אמון autem acceperunt pro fidissimo, firmissimo ac tutissimo terræ bono. per quod illi divitias, hi suavitatem intellexerunt.

VERS. 8. *Desine ab ira: derelinque indignationem, ne exardescas,* אַךְ לְהָרֵעַ *saltem ad malefaciendum* interpretor per אַךְ לִשְׁלוֹחַ בְּעַוְלָתָה יְדֵיהֶם *saltem ad mittendum in iniquitatem manus tuas.* id enim periculi ex impiorum prosperitate metuendum esse piis, patet ex Psal. 125. 3.

PSAL. XL.

VERS. 16. יָשֹׁמּוּ עַל עֵקֶב בָּשְׁתָּם. R. D. K. עֵקֶב accipit pro *mercede* & בָּשְׁתָּם activè, pro *ignominia* quâ afficiebant Davidem. Hanc sententiam sequuntur Pagninus, Vatablus, Junius, Tigurini, Genevenses, Aldegondius. At LXX. κομισάσθωσαν παραχρῆμα αἰσχύνην αὐτῶν. quod ad verbum transtulit Vulgatus, *ferant confestim confusionem suam.* passivè acceperunt pro ignominia quam David optat ut ferant inimici sui. Sic & Syrus, ܢܬܡܗܘܢ ܒܥܘܦܐ ܕܒܗܬܬܗܘܢ *Obstupescant in duplicitate pudoris sui,* id est *duplici confusione,* ut vertit Sionita. ubi simul advertendum, eum verbum שָׁמַם non sumsisse hîc pro *desolari,* sed pro *obstupescere.* quo sensu & alibi capitur, & hoc loco rectè accipi potest. quum autem בָּשְׁתָּם passivè sumitur, posset עֵקֶב sumi pro *fine,* ut עַל עֵקֶב sit descriptio causæ finalis, quod Belgicè optimè efferimus **ten eynde dat.** & hoc loco sic transferri potest. **Sy moeten verwoest worden (ofte verbaest worden) ten eynde dat sy beschaemt worden.** Ad verbum, *desolentur* (aut obstupescant) *propter finem,* (vel in finem) *pudoris sui.* LXX. עַל עֵקֶב hîc vertunt παραχρῆμα. Vulgatus *confestim.* Et Ps. 70. 4. παραυτίκα. Vulg. *statim.* q. d. *super vestigium.* quod Latini eodem sensu dicunt *è vestigio,* pro *statim.* Hinc Cl. Johan. Cloppenburgius vertendum censebat Belgicè, **Laetse verbaest worden / haere schaemte sy haer op de hielen.** ad verbum, *obstupescant: sit super calcaneum pudor eorum.* id est, instet ipsis & premat calcaneum pudor. non hercle contemnenda sententia. modo constaret עַל עֵקֶב ea phrasi usitatum esse. repugnat etiam non nihil, quod isthoc modo עַל עֵקֶב בָּשְׁתָּם divellantur à præcedenti verbo, ut per se constructionem plenam faciant, quæ à præcedenti verbo non pendeat. quum tamen neque hîc יָשֹׁמּוּ, neque Psal. 70. v. 4. יָשׁוּבוּ accentu distinguente notentur. Perpendant eruditi, an verti nequeat, *Obstupescant, super calcaneum pudore eorum existente.* Per ablativos absolutos verto, qui regantur ab *Obstupescant,* ut & Ps. 70. 4. ab *revertantur.* non aliter autem ablativos istos efferre possunt Hebræi, quam subintellecto participio verbi substantivi. sic Ps. 69. v. 11. אֶבְכֶּה בַצּוֹם נַפְשִׁי *fleo, in jejunio animâ meâ existente.* Sensum autem esse existimo, obstupescant vel desolentur publicâ ignominia. Notum est talares vestes geri Orientalibus, quia honoris est tegi calcaneos, ignominiæ autem detegi. vide Jer. 13. 22. & notas nostras in eum locum. hinc David Psal. 89. vers. 52. חֵרְפוּ עִקְּבוֹת מְשִׁיחֶךָ *probro affecerunt calcaneos uncti tui.*

PSAL. XLI.

VERS. 1. אַשְׁרֵי מַשְׂכִּיל אֶל דָּל. Eadem phrasis occurrit Nehem. 8. 13. ubi dicuntur Proceres, Sacerdotes & Levitæ convenisse, לְהַשְׂכִּיל אֶל דִּבְרֵי הַתּוֹרָה *ut mentem adverterent ad verba legis,* id est, circa eam scrutandam

dam & investigandam occuparentur. sic hoc loco, *Beatus qui mentem advertit ad tenuem*, id est, qui afflictum attenuatumque non aspernatur, sed ejus rationem habere, ac mente sua circa eum occupari dignatur.

Psal. XLII.

Vers. 2. כְּאַיָּל תַּעֲרֹג עַל אֲפִיקֵי מָיִם כֵּן נַפְשִׁי תַעֲרֹג אֵלֶיךָ. Ter tantum verbum עָרַג invenitur, bis scilicet in hoc versu, & semel Joël 1. 20. Vertunt *glocitare*, ac volunt esse cervorum proprium, idque ex mera conjectura, quia hîc de cervo dicitur. at in eodem hoc versu de anima quoque dicitur, & apud Joëlem omnibus bestiis tribuitur. Targum vertit מרגג, quod Lxx. dixerunt ἐπιποθεῖ, & Hieron. *desiderat*. Pagninus, *clamat*. Videntur potius verbum ex re, quam rem ex noto verbi usu interpretati. Apud Arabes & Æthiopes ערג pro *ascendere* est usitatissimum, nec repugnat, quin & hoc loco sic accipiatur, *sicut cerva ascendit ad decursus aquarum, sic anima mea ascendit ad te.* Nec dubium est quin inde apud Hebræos *areola* sit dicta עֲרֻגָה ab ascendendo. sicut enim sulcus est depressior fossa inter duas areolas, (מענית dicitur Psal. 129.3. Rabbini שורה *lineam* vocant) ita areola est id quod inter duos sulcos adscendit, ac propterea ערגה dicitur, alias תֶּלֶם *porca*. Neque enim assentimur Kimchio, qui in libro Rad. sic scribit, כשזורעין הגן עושין אותו תלמים תלמים שורות שורות והשורה נקראת ערוגה, *Quum conserunt hortum, faciunt eum per porcas & lineas sive sulcos. linea vocatur* ערוגה. dicendum erat, תלם sive *porca* vocatur ערוגה. examinentur enim loca Cant. 5. 13. & 6. 2. Ezech. 17. 7. 10. ubi nomen hoc invenitur, deprehendes eo denotari partem terræ quæ conseritur, quæ est porca sive area. Ut autem ad Psalmisten redeamus, non male cervus dicitur ascendere ad אפיקים. sunt enim propriè decursus aquarum, qui è collibus in valles defluunt. quam ob causam Ezech. 6. 3. ponuntur inter colles & valles, quia ex illis in has descendunt. è valle igitur ad decursus istos aquarum ascenditur. sic, inquit Propheta, anima mea ad Deum. quia autem hæc ascensio ex desiderio oritur, rem dixerunt qui *desiderat* verterunt.

Vers. 5. אֵלֶּה אֶזְכְּרָה וְאֶשְׁפְּכָה עָלַי נַפְשִׁי כִּי &c. אֶעֱבֹר. Prima verba interrogativè, aut certè ad modum interrogationis lego, *istorum recordor? tum effundo super me animam meam, quod transibam* &c. Id est, quum recordor, sc. quod transire solebam cum turba ad domum Dei, non possum non effundere animam meam. עָלַי Vulgatus & Junius verterunt *in me*. quod ambiguum. si enim *me*. est ablativi casus, positum erit pro בִּי quo significatu raro עַל accipitur. at si *me* est accusativi, idem est *effundo in me*, quod *super me*. quæ primaria est hujus particulæ significatio. nec malè quadrat. quia sensus erit, sicut aqua in (id est super) ignem effunditur, extinctura eum, at super terram se effundit, inundatura eam, sic ego animam meam effundo super me, quasi meipsum cogitationibus meis obruiturus. Potest & עָלַי verti *propter me*. ut sensus sit, propter miserum meum statum colliquescit mihi animus. Eadem ambiguitas est in Belgico **over**. interdum valet *super*, ut **een pot over 't vier doen**. interdum *propter*, ut **ick ben droeve over hem**. Eâdem ergo & hic ambiguitate relictâ, ut cuique quod opportunum videretur maximè eligere liceret, verterem, **Gedencke ick daer aen / soo giete ick myne ziele uyt over my / dat ick plach door te gaen** &c.

Vers. 6. כִּי עוֹד אוֹדֶנּוּ יְשׁוּעוֹת פָּנָיו׃. Quidam vertunt, *Quia adhuc laudabo ipsum propter salutes faciei ejus.* subintelligi volunt עַל. Junius subaudit ו *&*. *Nam adhuc celebraturus sum eum, & omnimodam salutem faciei ejus.* Ego אוֹדֶנּוּ quod accentu majori Reviah notatur, puncto distinguo à sequentibus, eaque per modum γνώμης & sententiæ interpretor, hoc modo: *Quia adhuc laudabo eum. salutes sunt facies ejus.* Vehementer ista γνώμη spem confirmat. causam quippe tradit, cur non dubitet quin adhuc Deum sit laudaturus. quia nempe facies Dei sunt meræ salutes. adeo ut quemcunque benigno suo vultu dignatur, non possit non omnimodam ab eo salutem expectare.

Vers. 7. אֱלֹהַי עָלַי נַפְשִׁי תִשְׁתּוֹחָח עַל כֵּן אֶזְכָּרְךָ מֵאֶרֶץ יַרְדֵּן. *Deus meus, in me anima mea humiliata est, propterea quod recordor tui è terra Jordanis.* videtur sensui convenientius, ut עַל כֵּן reddatur hîc per *propterea quod*, pro עַל אֲשֶׁר כֵּן, quam per propterea. conqueritur enim se procul à tabernaculo abactum in terram Jordanis, & Hermonim, & non nisi è remotissimis istis locis recordari posse Dei, hoc deprimit, inquit, animam. Testatur Mercerus in thesauro non deesse ex Hebræis qui hoc loco ita exponant. prout procul dubio sic exponendum Gen. 38. 26. עַל כֵּן לֹא נְתַתִּיהָ לְשֵׁלָה בְנִי *propterea quod non dedi eam Selæ filio meo.*

Et

Et Num. 10. 31. ubi Moses dicit Hobabo, כִּי עַל כֵּן יָדַעְתָּ חֲנֹתֵנוּ בַּמִּדְבָּר וְהָיִיתָ לָּנוּ לְעֵינָיִם. *Nam propterea quod nosti, castrametari nos in deserto, eris nobis pro oculis*, vel *in oculos, loco oculorum.* sic Num. 14. vers. 43. כִּי עַל כֵּן שַׁבְתֶּם מֵאַחֲרֵי יְהוָה וְלֹא יִהְיֶה יְהוָה עִמָּכֶם: *Nam propterea quod aversi estis à Domino, Dominus non erit vobiscum.*

VERS. 11. בְּרֶצַח בְּעַצְמוֹתַי חֵרְפוּנִי צוֹרְרָי בְּאָמְרָם אֵלַי כָּל־הַיּוֹם אַיֵּה אֱלֹהֶיךָ: Sic transfero *cum occisione in ossibus meis exprobrarunt mihi inimici mei: dum dicunt omni die, ubi est Deus tuus?* Doctissimus Aldegondius Pagninum secutus, sumsit ב pro כ similitudinis, **(Het is) als een doodwonde in myne gebeenten (als) myne vyanden my beschimpen** &c. simpliciter verti potest, **met een doodwonde in myne gebeenten beschimpen my myne vyanden.**

PSALM. XLIV.

VERS. 13. תִּמְכֹּר עַמְּךָ בְלֹא הוֹן וְלֹא רִבִּיתָ בִּמְחִירֵיהֶם: Res hîc satis liquet, sed propria significatio & constructio verbi רִבִּית non satis constat. LXX. verterunt, καὶ οὐκ ἦν πλῆθος ἐν τοῖς ἀλαλάγμασιν ἡμῶν. Quod Vulgatus ad verbum reddidit, *Et non fuit multitudo in commutationibus eorum.* nisi quod pro ἡμῶν dixit *eorum*, magis ad Hebraicam veritatem. videntur pro רִבִּיתָ legisse רִבִּית, quod apud Rab. & Chaldæos, ut & apud Syros רִבִּית *usuram, fœnus* significat, quasi multitudo aut multiplicatio sortis. Nostrorum Interpretum alii ellipsin, alii pleonasmum statuunt. quidam enim ut Pagninus, Vatablus, Junius, vertunt, *Et non multiplicasti* (supple rem tuam) pretiis eorum. secuti sunt Chaldæum, qui habet, וְלָא אַסְגֵיתָא קִנְיָנָא בִּפְרוּגֵי הוֹן: *& non multiplicasti possessionem in pretiis eorum.* sic & Kimchius, ולא הרבית הונך *& non multiplicasti substantiam tuam.* Alii pleonasmum statuentes literæ ב vertunt, *Et non auxisti pretia eorum*, sic Genev. & Tigur. Nos existimamus nec ellipsin hîc esse nec pleonasmum. sed sicut nomina ab hoc verbo derivata, מַרְבִּית, תַּרְבִּית רִבִּית significant *fœnus, usuram*, ita & piel רִבָּה interdum esse *fœnus facere, usuram capere.* sicut & in Targum Deut. 23. 20. pro לַנָּכְרִי תַשִּׁיךְ וּלְאָחִיךָ לֹא תַשִּׁיךְ *ab alieno usuram capies, sed à fratre tuo usuram non capies*, extat לְבַר עַמְמִין תְּרַבֵּי וּלְאָחוּךְ לָא תְרַבֵּי. hoc loco verterem, *Vendidisti populum tuum nihilo, & non accepisti usuram in pretiis ipsorum.* vel *non fecisti fœnus.*

VERS. 23. כִּי עָלֶיךָ הוֹרַגְנוּ כָל־הַיּוֹם. Hos Hebræi vocant הרוגי מלכות *occisos regni*, שאין מעלה על מעלתם *quia nulla dignitas hanc illorum superat.* Maimonides in יסודי התורה cap. 5.

PSAL. XLV.

VERS. 2. עֵט סוֹפֵר מָהִיר. Verti solet *stylus Scribæ festini.* ab Heb. מָהַר *festinavit.* Syr. eadem omnino dictione reddidit ܩܢܝܐ ܕܣܦܪܐ ܡܗܝܪܐ. At doctissimus vir Gabriel Sionita, natione Syrus suæque linguæ peritissimus, vertit, *calamus scribæ periti.* certum est ܡܗܝܪܐ מהירא Syris non *celerem*, sed *doctum, peritum, exercitatum* tantum significare. quamobrem idem ille Cl. Sionita, amicum quendam suum manu sua salutans, benignè eum sic compellat ܠܓܒܪܐ ܡܗܝܪܐ ܘܡܣܬܟܠܢܐ *viro docto & intelligentia prædito*, &c. Glossarium Syro-Arabicum ܡܗܝܪܐ vertit, الحاذق *artificiosus*, الماهر *doctus*, المستبصر *perspicax.* المستظهر *excellens.* lingua Æthiopica accedit, ubi מהר est *docere.* ut Matth. 5. vers. 2. וכשרת אפהו ומהרמו *& aperuit os suum & docuit eos.* Non dubium ergo, quin & in Hebræa lingua hîc סֹפֵר מָהִיר sit *scriba peritus*, artem scribendi bene edoctus.

VERS. 5. וַהֲדָרְךָ צְלַח רְכַב עַל דְּבַר אֱמֶת וְעַנְוָה־צֶדֶק &c. LXX. pro וַהֲדָרְךָ legerunt, וְהַדְרֵךְ in Imper. Hiphil. quocirca verterunt καὶ ἔντεινε, Vulgatus *intende prosperè* nempe arcum דָּרַךְ enim de arcu *tendere* significat. elegantem quoque & planum sensum habet, si legamus וַהֲדָרְךָ צְלַח *& viam prospera*, vel *& viâ prosperare* **weest geluckigh op den wegh.** quod sequitur וְעַנְוָה צֶדֶק sumitur à plerisque pro asyndeto, pro וָצֶדֶק. melius fortasse & facilius, magisque usitatè subintelligitur ב, ut sit pro בְּצֶדֶק. *vehere super verbo veritatis & mansuetudinis cum justitia*, sive justè. alterutrum certe malo, quam cum D. Junio ex

עֲנֵה facere imperativum. vertit enim *& proloquere justitiam.* ut sit pro עֲנֵה, mutato ה radicali in ו, & addito ה paragogico. ac si pro גְּלֵה diceres גְּלוֹה, quod absque exemplo esse puto.

VERS. 13. וּבַת צֹר בְּמִנְחָה פָּנַיִךְ יְחַלּוּ עֲשִׁירֵי עָם׃. *Et ad filiam Tyri quod attinet, cum munere faciem tuam deprecabuntur divites populi* (nempe Tyrii) illud עָם enim ad Tyrios hoc loco potius pertinet, quam ut vulgo explicari solet, ad Israelitas. Usitata est autem Hebræis phrasis, ut initio sententiæ nominativus ponatur absolutus, cum verbo sequenti quoad constructionem non cohærens, sed explicandus per *quod attinet*, ut *& filia Tyri sit, quod attinet ad filiam Tyri.* sic Psal. 41. 13. וַאֲנִי בְּתֻמִּי תָּמַכְתָּ בִּי *& ego, in integritate mea sustentasti me.* id est, ad me quod attinet. sic Ps. 73. 28. וַאֲנִי קִרְבַת אֱלֹהִים לִי טוֹב *& ego, appropinquare Deo mihi bonum est*, id est, ad me quod attinet. Talis phrasis est apud Lucam c. 21. 6. ταῦτα ἃ θεωρεῖτε, ἐλεύσονται ἡμέραι ἐν αἷς οὐκ ἀφεθήσεται λίθος ἐπὶ λίθῳ *Hæc quæ videtis, venient dies* &c. id est, quod attinet ad hæc videtis. Belgice verterem, **ende Belangende de dochter van** Tyrus, **de ryckste de volcks sullen met geschencken u aengesicht aenbidden.**

PSAL. XLVI.

VERS. 1. אֱלֹהִים לָנוּ מַחֲסֶה וָעֹז עֶזְרָה בְצָרוֹת נִמְצָא מְאֹד׃. Non displicet Junius, qui נִמְצָא מְאֹד vertit *præsentissimum*, nisi quod minus commodè ad עֶזְרָה referre videatur, quum genere discrepent. excusari tamen potest per Enallagen, quæ in sacris satis frequens est. præsertim quum hic præcedant מחסה & עוז masculina. Nec displicet Aldegondius qui vertit, **seer wel versocht.** Fortasse clarius, **seer wel bevonden.** aut **seer wel te vinden.** *invenibilis valde.* eam enim significationem sæpe habent participia Niphal. apud magistros מָצוּי pro re familiari, consueta, & quæ ubique talis reperitur, crebro usurpatur. הוא דבר מצוי וידוע *res hæc familiaris est & nota*, apud Maimonidem passim. ita hîc verti posset, *auxilium in angustiis familiare valde.* רוח מצויה *ventus ordinarius*, רוח שאינה מצויה *ventus extraordinarius*, apud eundem. Addimus tamen verti etiam posse *Sufficiens valde*, & ad אלהים, non ad עזרה constructione referri. sæpe enim in Scriptura מָצָא & in Niphal נִמְצָא pro *sufficere* invenitur. ut Jos. 17. 16. Zach. 10. 10. &c. Chaldæus & Syrus quoque ad Deum retulerunt, sed ille Benoni in significatione futuri accepit נשתכח לחדא *invenietur valde.* hic præteritum & quidem secundæ personæ vertit ܘܐܫܬܟܚܬ ܠܢ ܒܟܠܙܒܢ *inventus es nobis in omni tempore.* non possum autem non addere, quod in precibus suis Judæi canunt, יגדל אלהים חי וישתבח נמצא ואין עת אל מציאותו *magnificetur Deus vivens, & celebretur* ὁ ὢν *Ens* seu *Existens, quique tempus nullum Essentiæ suæ habet.* Hebræis נמצא est *Ens*, id quod in rerum natura invenitur & existit. primum autem & præcipuè Deo competit, tanquam primo & per se enti, omniumque entium causæ. de quo præclare Maimonides in principio suæ Misnæ, יסוד היסודות ועמוד החכמות לידע שיש מצוי ראשון והוא ממציא כל הנמצא׃ וכל הנמצאים משמים וארץ ומה שביניהם לא נמצאו אלא מאמיתת המצאו׃ id est, *Fundamentum fundamentorum & columna scientiarum est, scire, Deum esse ens primum, quique existere faciat entia omnia, nec ulla entia, sive sint cœlestia sive terrestia sive intermedia, existere nisi ex veritate essentiæ ipsius.* ex quo loco usus vocis מצא apud Hebræos optimè liquet. Hinc נמצא מאד verti posset, *existens perpetuo*, adeoque perpetuo auxiliari valens. Nec mireris מאד verti *perpetuo.* R. David docet significationem hujus vocis esse ענין רבוי *significationem multitudinis.* addo non virium tantum, sed & temporis multitudinem, seu longum temporis spatium significare. sic Psal. 119. 43. *Ne eripias ex ore meo verbum veritatis* עד מאד, ipse R. David exponit עד עולם כלומר כל ימי חיי *usque in seculum, id est omnibus* (vel ullis) *diebus vitæ meæ* sic etiam eodem Psal. v. 8. Et Es. 64. 9. est accipiendum. rectè dixit filius Bilham significare לעד *in seculum, perpetuo, semper*, quod quum intelligeret Syrus, vertit hoc loco מאד, ܒܟܠܙܒܢ in omni tempore, ut supra vidimus.

VERS. 2. *Propterea non timebimus, licet moveretur terra, & corruerent montes* בְּלֵב יַמִּים *in cor Oceani.* ימים pluraliter, *summum mare* hic significat. sicut חָכְמוֹת *sapientiæ*, summam sapientiam, nempe divinam. בְּהֵמוֹת *bestiæ*, maximam bestiam, id est elephantem. Non mirum ergo si יַמִּים sequenti versu con-

struatur

ſtruatur cum affixo ſingulari. etſi enim terminatione ſit plurale, ſignificatione eſt ſingulare. verterem Belgicè, **in't herte** vel **in't midden vande groote Zee.** Confirmavit me non parum in hac ſententia Chaldæus, qui plane ut nos vertit בפילגום דימא רבא *in pelagus maris magni*.

Vers. 3. יֶהֱמוּ יֶחְמְרוּ מֵימָיו יִרְעֲשׁוּ הָרִים בְּגַאֲוָתוֹ סֶלָה. Plerique Interpretes futura hæc per Enallagen temporis conſtruunt. cum בְּהָמִיר præcedentis verſus, quaſi poſita eſſent pro בַּהֲמוֹת בַּחֲמַר בִּרְעַשׁ. quapropter & Pagninus copulam addidit, Et *fremant* & *turbentur aquæ ejus*, ut cum præcedentibus aptius connecteret. Nos hæc futura pro Imperativis habemus. neque enim Hebræi in tertia perſona aliter quam per futurum imperare poſſunt. ac vertimus, *Tumultuentur*, *conturbentur aquæ ejus*, *contremiſcant montes ob eminentiam ejus*, ſenſus completur v. ſeq. Rivi fluminis exhilarabunt civitatem Dei. Belgicè, **laet haere wateren bruyschen/ laetse beroert worden/ laet de bergen daveren van wegen haere verheffinge.** Nec obſtat, quod ſenſu nondum completo ſubjungatur Selah. idem enim & alibi fit, ut Pſal. 68. 8. *Deus quum exires ante populum tuum*, *quum incederes per deſertum*, *Selah*, verſ. 9. *Terra contremuit*, &c. vide & Pſal. 57. 4. Et 55. 2. Porro יֶחְמְרוּ malim vertere, *efferveant*, *ebulliant*. cauſam vide in notis ad Pſal. 75. 9. Neque ſolœciſmus eſt in מֵימָיו & גַּאֲוָתוֹ, etſi affixa illa ſingularia referenda ſint ad præcedens plur. יַמִּים. uſitatum enim eſt Hebræis neglectâ terminatione rem reſpicere. יַמִּים autem hîc plurali terminatione ſignificat magnum mare, quod plurium particularium marium eſt receptaculum. atque id innuere voluit Propheta, ubi nomen plurale per affixa ſingularia in ſingulare contraxit. Ut contra, ſi præcedenti verſu ſcriptum fuiſſet בְּלֵב יָם *in cor maris*, hîc licuiſſet dicere per affixa pluralia מֵימֵיהֶם & גַּאֲוָתָם, ad indicandum non intelligi per *mare* unum aliquod ſingulare, ſed multorum marium collectionem. quam conſtructionem habes Pſal. 107. v. 23. coll. cum v. 29. ubi גַּלֵּיהֶם conſtruitur cum הַיָּם.

Vers. 7. הָמוּ גוֹיִם מָטוּ מַמְלָכוֹת. Omnes quos vidi Interpretes (etſi de Lxx. & Vulgato dubium) המו referunt ad eum gentium ſtrepitum, quo inter ſe conſpirantes concurrunt ad bellum adverſus populum Dei. Quin & מָטוּ מַמְלָכוֹת à Junio, Aldegondioque refertur ſimiliter ad eam commotionem, qua ad infeſtandum Dei populum concitata fuere regna. At non arbitror verbum מוט aliam ſignificare commotionem, quam qua quis nutat & vacillat, & vel ad cadendum pronus eſt, vel reipſa cadit. Nec aliter hoc loco accipiendum, nec aliud eo verbo quam pœnam & interitum regnorum denotari arbitror. quin facile eò delabor, ut & המו גוים eodem referam. Etſi enim המה ad tumultum belli & conſpirationis referri etiam poſſit, ſæpe tamen animi fremitum ex dolore & calamitate ortum denotat. ut Pſal. 42. 6. *quid conſternaris anima mea*, וַתֶּהֱמִי עָלָי *& tumultuaris ſuper me?* Quum ergo verſu præcedenti dixiſſet, *Deum auxilio futurum civitati ſuæ primo mane*, jam effectum ejus auxilii futurum dicit, calamitatem gentium & interitum regnorum. quæ quia certiſſima erant, tanquam jam facta per præteritum enunciat, *fremuerunt*, *(tumultuatæ ſunt) gentes*, *collapſa ſunt regna*. Sequitur נָתַן בְּקוֹלוֹ תָּמוּג אָרֶץ, Omnes omnino, quos vidi, vertunt, *Dedit vocem ſuam*, *liquefacta eſt terra*. Etſi non libenter ab unanimi conſenſu doctiſſimorum virorum diſſentiam, tamen ne temere aſſenſus videar, diſcere velim, quem uſum ibi habeat ב in בקולו, ſi per accuſativum verti debet, *dedit vocem ſuam*. nuſquam eo ſenſu phraſim hanc, etſi diligenter inquiſiverim, invenire datum eſt. ſed ſine ב frequenter. ut Joël 2. v. 11. וי״י נָתַן קולו *& Dominus dedit vocem ſuam*. Et Pſal. 18. verſ. 4. וְעֶלְיוֹן יִתֵּן קולו *& Altiſſimus dabat vocem ſuam* Suadet ergo ב ut exponam, *effecit voce ſua*, ut *nutaret terra*. Capio ſicut Pſal. 68. 34. הֵן יִתֵּן בְּקוֹלוֹ קוֹל עֹז, *Ecce faciet voce ſua ſonitum magnum*. non ſemper נתן eſt *dare*, ſed ſæpe *ponere*, *facere efficere*. ſicut Ezech. 6. 14. *dabo terram iſtam deſertam*, id eſt faciam. Pſal. 44. 11. *dabis nos ſicut gregem cibi*. eſt facies.

Psal. LXVII.

Vers. 8. כִּי מֶלֶךְ כָּל הָאָרֶץ אֱלֹהִים זַמְּרוּ מַשְׂכִּיל: Variè vertitur מַשְׂכִּיל. Lxx. συνετῶς. Vulgat. *Sapienter*. acceperunt ſubſtantivè pro *Sapientia*, *intelligentia*. & ſubintellecto ב, בְּמַשְׂכִּיל *in ſapientia*, id eſt *ſapienter*. ſic Chald בשכלא טבא *intelligentia bona*. Pagninus ad perſonas pſallentes retulit collectivè, *quotquot intelligitis*.

gitis. sic Aben Esra כל משכיל *omnis intelligens* sic & R. D. K. Junius ad Psalmum psallendum retulit, *canite Psalmo didascalico.* quod mihi sane valde arridet, quia מַשְׂכִּיל in hoc libro sæpe sic sumitur, & hoc loco bene quadrat. sic Syrus ܙܡܪܘ ܠܗ ܬܫܒܘܚܬܐ *canite ei laudem.* Ut autem omnia experiamur, quæ dici possint, dispiciant eruditi, an מַשְׂכִּיל malè ad Deum referatur. ut sensus totius versus sit, *Quia rex totius terræ Deus est: psallite intelligenti*, Deo nempe, qui vel eo nomine dignus est ut sit totius terræ Rex, quia est מַשְׂכִּיל *intelligens*, & per intelligentiam *prospere* omnia *agens*, quæ etiam hujus verbi significatio est. atque ita זַמְּרוּ מַשְׂכִּיל erit pro לְמַשְׂכִּיל, sicut versu præcedenti זַמְּרוּ אֱלֹהִים pro לֵאלֹהִים.

Psal. XLVIII.

Vers. 3. Pertinet huc quod Jerusalem vocatur Hebræis צַפֵּת. id est per ראשי תיבות sive initiales vocem literas, צְבִי פְּאֵר תִּפְאַרְתֵּנוּ *decor splendoris gloriæ nostræ.* cui fere votum suum dictione תובב subjicere solent, quæ valet תִּבָּנֶה וְתִתְכּוֹנֵן בִּמְהֵרָה בְיָמֵינוּ *ædificetur & stabiliatur celeriter in diebus nostris.*

Vers. 14. פַּסְּגוּ אַרְמְנוֹתֶיהָ. est ἐκ τῶν ἅπαξ λεγομένων hoc verbum. Itaque per conjecturam exponitur. Extat apud Mosen nomen פִּסְגָּה quod quidam nomen proprium montis, alii appellativum esse volunt cum Kimchio, qui per גבעה *collem* reddit. hinc פַּסְּגוּ vertit חזקו ובצרו *roborate & munite palatia ejus.* R. Salomon הגביהו *exaltate.* quod interpretantur, laudibus extollite tanquam rem magnam. Aben Esra, הביטו ארמנותיה שהם פסגה *aspicite palatia ejus, quia sunt collis.* hinc Junius, *attollite* oculos ad *palatia ejus.* Meræ sunt conjecturæ. Lxx. καταδιέλεσθε τὰς βάρεις αὐτῆς *dividite castra ejus.* Vulgatus *distribuite domos ejus.* nolim sperni. hanc enim significationem verbum hoc obtinet apud Magistros. ut & apud Chaldæum Interpretem, qui pro בתר *dissecuit*, dicit פסג, & pro בתרים *segmenta*, פסגין. Hinc verto, *dividita palatia ejus.* nempe deambulatione vestra, id est, obambulate inter palatia ejus, ut alia vobis sint ad dextram, alia ad sinistram, secando omnes palatiorum vias, quo omnia possitis commodè intueri. Ita usurpavit Maimonides in יד החזקה, in libro נזקי ממון cap. 5. ubi inter 10. conditiones quas in divisione terræ Canaan pactus dicitur Josua, hæc quoque est, שכל התועה בין הכרמים וכיוצא בהן מפסג ועולה מפסג ויורד עד שיצא לדרכו: id est ad verbum, *ut quicunque oberrat inter vineas similiaque loca, dividat & ascendat, dividat & descendat, donec exeat in viam suam.* sensus est, ut aberranti inter vineas à via liceat nunc sursum nunc deorsum per medias vites discurrere, donec in rectam viam exitus detur, neque id vineæ domino ægre esse ferendum.

Vers. ult. הוּא יְנַהֲגֵנוּ עַל־מוּת. Sumi hic solet עַל pro אֶל *ad*, vel pro עַד *usque ad.* sed malim propria significatione sumere, ac vertere, *ipse ducet nos supra mortem*, ut ne à morte quidem ipsa absorberi queamus, sed eam ipsam superaturi simus. sic rectè vertit Syrus ܗܘ ܢܕܒܪܢ ܠܥܠ ܡܢ ܡܘܬܐ *ipse ducet nos supra mortem.* quod voluerunt Lxx. quum verterunt αὐτὸς ποιμανεῖ ἡμᾶς εἰς τοὺς αἰῶνας. quæ ad verbum transtulit Arabs وَهُوَ يَرْعَانَا اِلَى جَمِيعِ الدُّهُورِ *& ipse pascet nos in omnia secula.* Chaldæus habet הוא ידברננא ביומי טליותנא *ipse ducet nos in diebus juventutis nostræ.* legit enim עֲלָמוֹת una dictione, quod *adolescentiam* significat.

Psal. XLIX.

Vers. 9. וְיֵקַר פִּדְיוֹן נַפְשָׁם. Syrus vertit ܝܩܝܪ ܦܘܪܩܢܐ ܕܢܦܫܗܘܢ quæ verba allata in Lex. Syr.-Arab. transferuntur ثقلة فدية انفسهم id est, *gravis est redemptio animarum eorum.* optimè, certum enim est apud Syros & Chaldæos יקיר significare *gravem, ponderosum.* & verbum יְקַר primaria significatione valet, *gravis fuit pondere.* secundo *gravis fuit autoritate*, i. honorandus. tertio, *gravis fuit pretio*, i. pretiosus. inde יַקִּירָאִית *graviter, difficulter.* ut Mat. 13. 15. ܘܒܐܕܢܝܗܘܢ ܝܩܝܪܐܝܬ ܫܡܥܘ *auribus suis graviter* (βαρέως) *audiunt*, inde & ܝܘܩܪܐ יוּקְרָא *onus, pondus.* sic & apud Arabes, qui primam radicalem Jod solent in vau convertere, וְקַר וִקַר *gravis fuit* & אוֹקַר *gravavit, oneravit.* וַקְאר *gravitas.*

וקור

וְיָקִר *gravis*. Non dubito quin & in Hebræa lingua hæc sit primaria hujus verbi significatio, optimeque sententia Davidis vertatur, *Et gravis* (difficilis) *est redemtio animæ ipsorum.* quod vel ex Sal. Jarchii in hunc locum commentario apparet. אח לא יוכל לפדות את אחיו בממונו לפי שאם באים לפדות איש את אחיו יתיקר פדיון נפשם מכול הון לפיכך על כרחו חדל הוא לעולם מלפדותו ויקר שיהיה לנצח ולא יראה השחת׃ , id est, *frater non potest redimere fratrem suum pecunia sua, quia si veniant ad redimendum alter alterum, gravis erit redemptio animæ ipsorum præ omnibus opibus.* (i. impossibilis erit omnibus opibus) *propterea necessario abstinebit is in æternum ne redimat. & impossibile est ut vivat in æternum, & non videat corruptionem.* vides יקר huic Rab. non tantum accipi pro grave & difficile esse, sed & ita grave ut impossibile sit.

VERS. 11. וִיחִי עוֹד לָנֶצַח לֹא יִרְאֶה הַשָּׁחַת׃ Difficulter satis hic versus cum præcedentibus conjungitur. arbitror interrogativè rectè sumi posse, hoc modo. *An viveret porro in æternum? non videret corruptionem?* Sequitur, כִּי יִרְאֶה חֲכָמִים יָמוּתוּ יַחַד כְּסִיל וָבַעַר יֹאבֵדוּ Id est, *quinimo videt sapientes morientes pariter stultum & brutalem pereuntes.* Futura hæc pro participiis capi possunt, ut apud Syros non raro, frequentissime vero apud Arabes. Nec inusitatum est vau interrogative sumi. ut 1 Sam. 20. 14. וְלֹא אִם עוֹדֶנִּי חָי וְלֹא תַעֲשֶׂה עִמָּדִי חֶסֶד, *an non, si adhuc vivo, an non facies mecum misericordiam?* attentius consideranti in mentem venit, nihil opus esse יָמוּתוּ & יֹאבֵדוּ per participia vertere. potest enim versus 12 cum 11 sic conjungi. *an non videret corruptionem? sanè videbit: sapientes morientur, pariter stultus & brutalis peribunt.* id maximè arridet, utpote simplicissimum & ἐμφατικώτατον.

VERS. 14. זֶה דַרְכָּם כֶּסֶל לָמוֹ וְאַחֲרֵיהֶם בְּפִיהֶם יִרְצוּ׃. Exponi hîc solet כֶּסֶל *stultitia.* sed dispiciant eruditi an non aptè vertatur *spes*, sicut Job. 8. 14. *Hæc via eorum spes* (fiducia) *ipsis est, & posteri eorum ore ipsorum delectantur. spes ipsis*, vel potius *spes ipsorum est.* ל enim tam Genitivi est quam dativi casus. Via eorum est, quod putent domos suas mansuras in æternum, quare terris nomina sua indunt. hic fiduciam suam & spem collocant, & posteri quum parentes suos de his rebus gloriantes audiunt, delectantur ipsorum sermonibus. Syrus כֶּסֶל sumsit quasi כֶּשֶׁל, & pro יִרְצוּ legit יִרְעוּ. vertit enim ܗܢܘ ܐܘܪܚܗܘܢ ܬܘܩܠܬܐ ܕܢܦܫܗܘܢ ܘܐܚܪܝܬܗܘܢ ܒܦܘܡܗܘܢ ܢܪܥܘܢ. *hæc est semita eorum, scandalum animæ ipsorum: & tandem ore suo pascentur.* sic & Lxx. כסל verterunt σκάνδαλον, Vulgatus *scandalum.* Arabs عثرة *offendiculum, scandalum.* Lxx. tamen legerunt יִרְצוּ εὐδοκήσωσιν, Vulgatus *placebunt.* Arabs vero, nec textum, nec Syrum, nec Lxx. secutus vertit يساقون *ducentur.* fortassis legit יָרֻצוּ *current*, quasi in textu esset, *& post eos ore suo current.* Potest & posterior versus pars sic verti, *Et post illa ore suo delectantur.* id est, non tantum ex sua agendi ratione spes concipiunt, sed & postquam de perpetuis mansionibus gloriati sunt, non pœnitet istorum verborum tanquam vanissimorum, sed & ore suo delectantur. Id mihi simplicissimum videtur. אַחֲרֵי enim *post*, non *posteros* denotat. alioqui subintelligendum esset אשר.

VERS. 15. כַּצֹּאן לִשְׁאוֹל שַׁתּוּ מָוֶת יִרְעֵם וַיִּרְדּוּ בָם יְשָׁרִים לַבֹּקֶר וְצִירָם לְבַלּוֹת שְׁאוֹל מִזְּבֻל לוֹ׃. Τὸ כתיב est צִירָם *legatus eorum.* τὸ קרי est צוּרָם *rupes eorum.* malim retinere τὸ כתיב, & vertere: *Tanquam oves in sepulchro ponentur, mors depascet eos: & dominabuntur eis recti manè, & legatus eorum* (rectorum) *est ad atterendum sepulchrum, ne sit habitaculum ei,* (sepulchro.) legatus rectorum est Christus, qui sepulchrum ita attrivit, ut non sit ei amplius habitaculum in quo rectos detineat, unde illud Apostoli 1 Cor. 15. 55. ποῦ σοῦ ἅδη τὸ νῖκος; atque eo nomine recti dominantur impiis, qui à sepulchro ita comprehenduntur, ut mors depascat eos. si autem secundum τὸ קרי velis vertere *rupes eorum*, rectè quadrat, nam & illud ad Christum optime pertinet. illud autem לְבַלּוֹת potest etiam verti, *oportet atterere*, id enim sæpe valet ל infinitivi. ut sensus sit, *& legatum eorum*, vel, *& rupem eorum oportet atterere sepulchrum.*

PSALM. L.

VERS. 2. מִצִּיּוֹן מִכְלַל יֹפִי אֱלֹהִים הוֹפִיעַ. Verti solet, *E Tsione perfectione pulchritudinis*

dinis Deus splenduit. Malim, *E Tsione perfectio pulchritudinis Dei splenduit.* vel *E Tsione perfectionem pulchritudinis Deus splendere fecit.* postremum id maximè arridet. sic Syrus, ܡܢ ܨܗܝܘܢ ܟܠܝܠܐ ܡܫܒܚܐ ܐܠܗܐ ܚܘܝ, *è Tsione coronam gloriosam Deus ostendit.* מִכְלַל idem putavit esse quod Syris כלילא. sic & Arabs vertit, مِن صِهْيُون أَظْهَرَ اللّٰهُ تَسْبِحَةَ الْمَجْد *Ex Tsione manifestavit Deus laudationem gloriæ.* Nec aliter accepit Chaldæus qui sic paraphrasavit, וְשֵׁרוּי בְּרִיַּת עָלְמָא מִצִּיוֹן וּמִן תַּמָּן גְּמִיר שׁוּפְרֵיהּ אֱלָהָא יִתְגְּלֵי, *Et initium creationis mundi è Tsione, & inde perfectio pulchritudinis Dei revelata est.* Addimus Lxx. Ἐκ Σιὼν ἡ εὐπρέπεια τῆς ὡραιότητος αὐτοῦ.

Vers. 5. אִסְפוּ לִי חֲסִידָי כֹּרְתֵי בְרִיתִי עֲלֵי זָבַח׃. Maimonides in יסודי התורה cap. 5. exponit hunc locum de iis qui morte sua fœdus Dei confirmant, mori præoptantes, quam ut se ad profanandum Dei nomen adigi patiantur.

Vers. 23. זֹבֵחַ תּוֹדָה יְכַבְּדָנְנִי וְשָׂם דֶּרֶךְ אַרְאֶנּוּ בְּיֵשַׁע אֱלֹהִים׃. *Qui sacrificat gratiarum actionem, honorabit me: & qui ponit consuetudinem, ostendam ei salutem Dei.* id est, qui gratiarum actionem ponit pro consuetudine, qui non semel atque iterum Deum laudat, sed ejus laudibus assuescit, & tanquam viam suam ponit, qua quotidie incedat Belgicè, **die der een gewoonte af maeckt / of / die het tot een gewoonte stelt.** Lxx. & Vulgatus, Item Syrus & Arabs pro שָׂם legerunt שָׁם *ibi.* דֶּרֶךְ autem pro *more* & *consuetudine* passim poni, omnibus Hebraizantibus notum est.

Psal. LI.

Vers. 6. *In te solum peccavi, & malum feci in oculis tuis,* לְמַעַן תִּצְדַּק Trem. & Jun. agnosco, *ut justificeris.* supplerunt *agnosco.* quia non potuit dici David perpetrasse peccatum, ut justificaretur Deus, sed in eum finem agnoscit id quod perpetravit. Pagninus v. 5. & 6. usque ad, *ut justificeris*, parenthesi includit, & quod v. 4. dictum est, *à peccato meo munda me*, construit cum *ut justificeris.* At his non opus, si dicas למען imperandi vim habere, *Justificator in sermone tuo, vincito in judicio tuo.* sicut ἵνα usurpatur Eph. 5. 33. καὶ ἡ γυνὴ ἵνα φοβῆται τὸν ἄνδρα, *Et mulier timeat virum.* similiter Marc. 5. 23. Nec non apud Arabes litera ل futuris proposita interdum *ut*, interdum imperandi vim valet. sic & ὅπως apud Euripidem in Cyclope, ubi Ulysses ad Silenum ἀλλ' ὅπως ἀνὴρ ἔσῃ, *sed vir esto.* quem locum suggessit mihi Cl. Joh. Cloppenburgius. ut & alium ex Theocr. Idul. 1. Sequitur תִּזְכֶּה בְשָׁפְטֶךָ. de quo diximus in Notis nostris ad Rom. 3. 4. addimus solummodo, nos magis magisque confirmari in sententia, rectè à Lxx. interpretibus versum fuisse illud בְּשָׁפְטֶךָ passivè, ἐν τῷ κρίνεσθαί σε, *quum tu judicaris.* quia sæpe apud Hebræos Infinitivos activos passivè sumi videmus. cujus rei causa est, quod Infinitivi valeant nomina substantiva, quæ nunc activè, nunc passivè capiuntur. sic Exod. 9. 16. *Constitui te, ut facerem te videre robur meum,* וּלְמַעַן סַפֵּר שְׁמִי בְּכָל־הָאָרֶץ, *& propter narrare nomen meum in universa terra*, id est, *propter narrationem nominis mei in universa terra.* quod aliud nihil valet quam, *ut narretur nomen meum in universa terra.* Ita hoc loco, *Vincas in judicare te*, hoc est, *in judicatione tui.* quod non minus passivè potest verti, *cum tu judicaris* quam activè, *cum tu judicas.*

Vers. 9. בְּאֵזוֹב. Hispanica Judæorum versio habet cum origano. Dioscorides origanum non admodum hyssopo dissimile esse ait.

Psal. LII.

Vers. 9. יָעֹז בְּהַוָּתוֹ. Drus. quæst. 40. l. 3. הַוָּה inquit est Belgicum have. Græcis οὐσία. ab הָוָה *fuit* vertit ergo *roborat se opibus suis.*

Psal. LV.

Vers. 14. *At tu homo eras tanquam alter ego,* אַלּוּפִי וּמְיֻדָּעִי verti solet, *dux meus.* verto, *amicus meus & notus meus,* אלף الف apud Arabes est *copulare, conjungere.* hinc apud ipsos إِلْفٌ *amici*, quasi amore copulati. أُلْفَةٌ *amicitia.* ut id Proverbiis Alis شَرْطُ الأُلْفَةِ تَرْكُ الْكُلْفَة *conditio amicitiæ est omissio coactionis.* id est, id in primis in amicitia cavendum, ne amico molestus sis, eumque cogas. Sunt & alia Scripturæ loca, quæ eandem significationem fere extorquent. ut

Prov.

16. 28. *Vir perversus suscitat lites, & susurro* מַפְרִיד אַלּוּף Lxx. διαχωρίζει φίλους *separat amicos.* optimè. Prov. 17. 9. *qui celat delictum, quærit amicitiam,* וְשֹׁנֶה בְדָבָר מַפְרִיד אַלּוּף Vulgatus optimè, *sed qui altero sermone repetit, separat fœderatos.* Lxx. ὃς δὲ μισεῖ κρύπτειν, διΐστησι φίλους καὶ οἰκείους. vides rursus אַלּוּף esse φίλους καὶ οἰκείους. Micheæ. 7. vers. 5. *Ne credite sodali, ne confidite* בְּאַלּוּף *in amico.* non dubito sic vertere, etsi Lxx. & Vulgatus *ducis* significationem ibi retinerint. sequitur enim, *ab ea quæ dormit in sinu tuo custodi ostia oris tui.* Sensus itaque est, nemini, ne amicissimo quidem esse fidendum. Fateor quidem אַלּוּף alibi passim *ducem.* seu *præfectum* potius denotare. sed & hoc ipsum est ab Arabica copulandi conjungendique significatione. sicut iisdem الصاحب est *socius, amicus.* idemque etiam *præfectus.* quia inter præfectum & subditos arcta est societas & copula.

Vers. 19. פָּדָה בְשָׁלוֹם נַפְשִׁי מִקְּרָב־לִי כִּי בְרַבִּים הָיוּ עִמָּדִי. Pagninus, *redemit in pace animam meam à bello quod erat contra me: quia multi erant mecum,* subintelligo qui mihi auxiliabantur. hanc interpretationem, quamvis pauci eam sequantur, omnibus præfero. quo minus sequantur, impedit ב in בְרַבִּים quod Pagninus neglexisse videtur. at constat variis exemplis ב interdum esse pleonasticum, & formare nominativum. ut Ps. 68. 5. בְּיָהּ שְׁמוֹ *Jehova nomen ejus.* Ose. 13. v. 9. כִּי בִי בְעֶזְרֶךָ *quia in me auxilium tuum.* Job. 18. vers. 8. שֻׁלַּח בְּרֶשֶׁת בְּרַגְלָיו *missum est rete in pedes ejus.* vide quæ annotavimus ad Esa. 26. 4. Itaque rectè versum quem tractamus interpretatus est Arabs فانهم كانوا كثيرين معي *quia fuerunt multi mecum.* Syrus pro בְרַבִּים legit בְרִבִים *in contentionibus.* vertit enim ܡܛܠ ܕܒܚܪܝܢܐ ܗܘܘ ܥܡܝ *quia in contentione fuerunt mecum.* Apud Arabes nihil usitatius est, quam ut beth nominativo præfigatur pleonasticè. vide Grammat. Erpenii pag. 167. exemplum illustre est Actor. 3. 2. فاذا برجل مقعد من بطن امه *& ecce in viro claudo ab utero matris suæ,* id est *vir erat claudus ab utero matris suæ.*

Psalm. LVI.

Vers. 8. עַל אָוֶן פַּלֶּט־לָמוֹ. Quot Interpretes, tot fere sententiæ. Omitto qui plurimum recedunt. Pagninus, *propter iniquitatem evasio erit eis?* Tigurini, *Vanitate sperant se evasuros.* Junius, *pro iniquitate parito eis.* Aldegondius, **haer overblijven misbruycken sy tot onrecht.** Genevenses, *Leur moyen d'eschapper c'est par outrage.* Liceat & nobis nostram his sententiam adjungere. Finis præcedentis versus fuit הֵמָּה עֲקֵבַי יִשְׁמֹרוּ כַּאֲשֶׁר קִוּוּ נַפְשִׁי *illi vestigia mea observarunt, quando exspectarunt animam meam.* illud נַפְשִׁי repeto v. 8. tanquam accusativum patientem qui respondeat Imperativo פַּלֵּט sive פַּלֶּט propter Maccaph. & sic verto, *propter iniquitatem eripe ipsis,* scil. animam meam quam exspectant. Sensus est, quia summa in eo est iniquitas, quod vestigia mea observent, & animam sive vitam meam exspectent, propter iniquitatem illam fac evadat vita mea, eripe eam ipsis. Sensum hunc non male expressit Chaldæus על שקרא די בידיהון רוקן יתהון *ob mendacium quod est in manibus eorum evacua eos,* id est fac ut spe sua excidentes vita mea non potiantur, sed eâ ipsis erepta vacui discedant. Belgice una cum versu præcedenti hæc verba sic reddo, **sy vergaderen / sy verbergen sich / sy slaen mijne hielen gade / als die op mijne siele wachten. Ontreckse haer om der boosheydt wille.** Quod si quis Æthiopicam hujus verbi significationem sequi velit, vertet, propter iniquitatem *divide eos,* vel *separa eos.* usurpatur enim פלט pro διχάσαι Matth. 10. 35. & χωρίζειν Matth. 19. 6.

Psal. LVII.

Vers. 4. *Mittet è cœlis & servabit me.* חֵרֵף שֹׁאֲפִי סֶלָה. Lxx. Vulgatus, Junius, Genevenses, Aldegondius, aliique חֵרֵף ad Deum referunt, habentes præteritum pro futuro, *opprobrio expone absorbentem me.* At omnibus, ubi verbum hoc occurrit, locis expensis, nullus occurrit, ubi verbum hoc Dei actionem significet, sed ubique homini proximo suo aut Deo convitianti tribuitur, & in malum sumitur. quod quum Pagninus rectè animadvertisset, construit cum præcedentibus, vertitque *servabit me à probro deglutire volentis me,* quasi dixisset יוֹשִׁיעֵנִי מִשֹּׁאֲפִי בְּחֵרֶף,

quod

quod cum verbis & conſtructione nequaquam convenit. Mihi verba illa pronunciatione juvanda videntur, & per interrogationem quandam, quæ conditionem includit, legenda. *convitiatus eſt abſorptor meus, Selah?* id eſt, ſi convitiatus eſt, *mittet Deus gratiam ſuam & veritatem ſuam*, nempe loco convitii. Nec intelligo, quorſum voluerit R. David Kimchi, niſi idem hoc voluerit. ſic enim ad חרף commentatur, כי שאול אילו לא היה מבזה דבר ה' לא היה רודף אחריו כי כבר ידע כי על פי ה' משחו שמואל למלך, id eſt, *nam Saul, niſi ſprevisset verbum Dei, non perſecutus fuiſſet eum. jam enim noverat, ſecundum os Dei unxiſſe eum Samuelem in regem.* Senſus ergo eſt, Etſi Saul eo ipſo quod me deglutire cupit probro afficiat & Deum & me, dum ſpernit verbum Dei, quo me in Regem unxit, Deus tamen & gratiam ſuam & veritatem præſtabit, quam promiſit. imo tanto præſtabit magis, quo magis iſte probroſus. Nec obſtat, quod in medio ſenſu interveniat Selah. idem vide Pſ. 68. 8. & quæ annotavimus ad Pſ. 46. 4.

VERS. 5. נַפְשִׁי בְּתוֹךְ לְבָאִם אֶשְׁכְּבָה לֹהֲטִים בְּנֵי אָדָם שִׁנֵּיהֶם חֲנִית וְחִצִּים וּלְשׁוֹנָם חֶרֶב חַדָּה׃. *Anima mea in medio leonum.* quod ſequitur difficilius eſt. ſolet poſt אֶשְׁכְּבָה repeti è priori membro בְּתוֹךְ, & verti, *jaceo* inter *flammantes filios hominis, quorum dentes* &c. ſed tum, niſi fallor, dicendum erat Hebraicè בְּנֵי אָדָם לֹהֲטֵי בְנֵי אָדָם non לֹהֲטִים. aut certe לֹהֲטִים ſubſtantivo præpoſito, ut in tali conſtructione ſolent Hebræi. quod quum Pagninus & Junius animadverterent, bis ſubintellexerunt בְּתוֹךְ, ſemel ante לֹהֲטִים, iterum ante בְּנֵי אָדָם. vertit enim Pagninus, *Jaceo* inter *urentes*, inter *filios hominis quorum dentes* &c. Junius, *Jaceo* inter *incendiarios*, inter *homines quorum dentes* &c. Ego ſimpliciter ſine ulla ellipſi ſic interpretor, *Anima mea in medio leonum eſt. decumbo?* (id eſt, quando decumbo) *inflammantur filii hominum, dentes eorum ſunt haſta & ſagittæ, & lingua eorum gladius acutus.* plane ut Pſ. 139. 18. אֶסְפְּרֵם מֵחוֹל יִרְבּוּן *enumerabo eas? plures ſunt arenæ.* Belgicè ad verbum optimè, **Myn ſiele is int midden der Leeuwen. Ligge ick (of / gae ick liggen?) de kinderen der menſchen branden / haere tanden ſyn ſpieſſen ende pylen / ende haere tonge is een ſcherp ſweert.** Cl. Joh. Cloppenburgius נַפְשִׁי in vocativo capit, *ô mea anima, in medio leonum cubo; inflammantur filii hominum* &c. non ineptè.

PSAL. LVIII.

VERS. 7. מַלְתְּעוֹת כְּפִירִים נְתֹץ. *Dentes molares leunculorum frange.* in lingua Æthiopica מלתחת *maxillam* ſignificat. ut Matth. 5. 39. *ſi quis percuſſerit te in* δεξιὰν σου σιαγόνα, Æthiopicus יִמאן מלתחתך. ubi gutturalis ע in aliam gutturalem ח mutatur. quod in iſta lingua frequens eſt. ſic pro Hebræo רעב *eſurire*, dicunt רחב.

VERS. 8. יִמָּאֲסוּ כְמוֹ מַיִם יִתְהַלְּכוּ לָמוֹ יִדְרֹךְ חִצָּו כְּמוֹ יִתְמֹלָלוּ׃. *Reprobabuntur, tanquam aqua abibunt ſibi: tendet ſagittas ſuas?* (nempe Deus, id eſt tendente Deo ſagittas ſuas) *quaſi ſuccidentur*, **ſy ſullen als afgeſneden worden.** Senſum, quamvis non ſingula verba, rectè aſſecuti ſunt LXX. ἐξουδενωθήσονται ὡσεὶ ὕδωρ διαπορευόμενον, ἐντενεῖ τὸ τόξον αὐτοῦ ἕως οὗ ἀσθενήσουσιν. quæ ad verbum vertit Vulgatus, *ad nihilum devenient tanquam aqua decurrens: intendit arcum ſuum, donec infirmentur.* Nec minus bene, ſi non melius etiam, Chaldæus, יתמסון בחוביהון היך מיא יזלון להון ונגיד גררוי אמטולהון ויהון מתגוררין׃, *liqueſcent in peccatis ſuis, tanquam aqua diffluent ſibi. & trahet ſagittas ſuas propter eos, & erunt exſciſſi*, ſive *diſtracti*, utrumque enim גרר ſignificat. Belgicè totum verſum ſic reddo, **Sy ſullen verworpen worden / als water ſullen ſy wegh gaen. ſpant hy ſyne pylen? ſy ſullen gelyck als afgeſneden worden.** vel primo etiam membro per interrogationem, **worden ſy verworpen? ſy ſullen** &c.

VERS. 9. כְּמוֹ שַׁבְּלוּל תֶּמֶס יַהֲלֹךְ נֵפֶל אֵשֶׁת בַּל חָזוּ שָׁמֶשׁ׃. *Sicut limax liquefactionis* (liqueſcens) *abit (evaneſcit) ſicut abortivum mulieris, non videbunt ſolem.* **Gelyck een ſmeltende ſlecke vergaet / gelyk een miſdracht van een vrouwe / ſoo en ſullen ſy geen Sonne ſien.**

VERS. 10. בְּטֶרֶם יָבִינוּ סִּירֹתֵיכֶם אָטָד כְּמוֹ חַי כְּמוֹ חָרוֹן יִשְׂעָרֶנּוּ׃. Quam variæ ſint hujus verſus interpretationes, videbit qui interpretes conſulere voluerit. locus ſane eſt difficillimus, quem nos ſic interpretamur. *Antequam intelligent, ſpinæ veſtræ erunt rhamnus, quem unuſquique eorum ſicut caro viva exhorreſcet tanquam ardorem.* Rhamnus eſt ſpinarum aculeatiſſima, itaque exhorreſcit eum caro viva, non aliter quam ardorem ignis. Dicit ergo

ergo juſtorum ſpinas fore impiis rhamnum, antequam id intelligant & animadvertant, eoſque ſicut ſolet caro viva rhamnum iſtum exhorrituros tanquam ignis ardorem, aut tanquam iræ excandeſcentiam. Non libenter interpretor, *antequam intelligant* (id eſt ſentiant) *ollæ veſtræ rhamnum.* quia יָבִינוּ eſt maſcul. at סִירוֹת fœmininum. poſſet autem יָבִינוּ etiam imperſonaliter exponi, & affixum in סִירוֹתֵיכֶם ad impios referri, hoc modo, *antequam animadvertent homines* (id eſt, antequam animadvertatur) *ſpinæ veſtræ* (ô impii) *erunt rhamnus. tanquam caro viva quiſque exhorreſcet eum veluti excandeſcentiam.* poſterius hoc malo. ſignificat impios imprudentes in pejus ire, & tandem ſibi ipſis ac aliis horrori eſſe, inſtar rhamni cujus aculeos caro viva ferre nequit. Hæreo rurſus, an non prior ſententia potior ſit, quam Belgicè ſic reddo, **Eer ſy het mercken ſullen/ ſullen uwe doornen een seer ſtekende doorne ſyn/ voor welcke men als levende vleeſch ſchricken ſal gelijck als voor eenen brant.** Omnibus præferenda enim ſententia doctiſſ. viri Joh. Cloppenburgii, qui ſic vertit, *Antequam percipiant lebetes veſtri rhamnum* (ſc. accenſum,) *tam carnem vivam quam ardentem ignem turbine auferet.* Et ſententiam allegoriæ petit ex loco Mich. 3. 2, 3. ubi impii dicuntur carnes populi Dei ſecare in fruſta, & lebetibus coquendas imponere.

PSALM. LIX.

VERS. 10. עֻזּוֹ אֵלֶיךָ אֶשְׁמֹרָה כִּי אֱלֹהִים מִשְׂגַּבִּי׃ LXX. Vulgatus & Chaldæus legerunt עֻזִּי אֵלֶיךָ ut eſt verſu ultimo. At ſecundum receptam jam lectionem, verterem, *Roburne ejus ad te eſt? obſervabo, quia Deus eſt turris mea.* affixum *ejus* ad Saulem refero de quo verſu primo in titulo Pſalmi. Gloriabatur nempe Saul, ſe jure Davidem, utpote regnum affectantem, perſequi, idque authore Deo facere, quod à Deo unctus eſſet. rogat ergo David, Roburne ejus ad te eſt? ego id diligenter obſervabo, & ſecurus obſervabo, quia certus ſum Deum mihi turrem eſſe.

VERS. 11. אֱלֹהֵי חַסְדִּו יְקַדְּמֵנִי· Sic eſt τὸ קרי· & ſenſus eſt, *Deus benignitatis meæ præveniet me.* at τὸ כתיב eſt, אֱלֹהֵי חַסְדּוֹ יְקַדְּמֵנִי *Deus meus, benignitas ejus præveniet me,* id eſt, *Dei mei benignitas præveniet me,* phraſi Hebræis uſitatiſſima. nec dubito quin ea ſit germana lectio. Optime ſic legerunt & verterunt LXX. ὁ Θεός μου, τὸ ἔλεος αὐτοῦ προφθάσει με.

PSAL. LXI.

VERS. 8. יֵשֵׁב עוֹלָם לִפְנֵי אֱלֹהִים חֶסֶד וֶאֱמֶת מַן יִנְצְרֻהוּ׃ Difficultatem peperit illud מַן· alii Syriaca ſignificatione expoſuerunt, *quis?* pro Hebr. מִי. ſic LXX. τίς; alii pro Imperat. piel ſumſerunt à verbo מָנָה, ac verterunt *para, Miſericordiam & veritatem para quæ conſervent eum.* Apud Syros particula מַן interdum nihil niſi leporem vel confirmationem importat, ac vertitur *quidem, ſane, profecto.* vide Apoc. 4. 8. Eo ſenſu & hoc loco commodiſſimè totus verſus redditur, *habitabit in ſeculum coram Deo, miſericordia & veritas equidem cuſtodient eum.*

PSAL. LXII.

VERS. 10. *Et ſicut vapor ſunt omnes filii hominis.* ſequitur in Syro ܒܡܣܐܬܐ ܡܥܠܝܢ ܘܣܪܝܩܝܢ ܐܟܚܕܐ Erpenius vertit, *qui ſtaterâ defraudant, & vani ſunt pariter.* Sionita, *qui bilance opprimunt* (in margine, vel *ſcelus committunt*) *& vani ſunt ſimul.* Alium plane ſenſum habent verba Davidis. nec uſpiam in Lexicographis reperio, ܐܥܠ quod eſt Aphel ab Hebræorum עלה *aſcendit,* ſignificare *fraudare, opprimere, ſcelus committere.* accipio pro *facere aſcendere, attollere, elevare.* & ſic optimè hoc loco convenit, ſi ܡܥܠܝܢ non ſumas pro Benoni, ſed pro Peil Aphel. utrique enim tempori hæc forma competit. adeoque verto, *qui in bilance* (vel *quia in bilance*) *attolluntur, & vani ſunt pariter.* optimè exprimit quod dixit David בְּמֹאזְנַיִם לַעֲלוֹת *in bilance oportet eos aſcendere.* id eſt, homines bilanci impoſiti, eam ſua gravitate deprimere non poſſunt, ſed cum ea ob ſummam ſuam levitatem aſcendunt & attolluntur, quia pariter omnes vani ſunt. textus Hebræus habet: בְּמֹאזְנַיִם לַעֲלוֹת הֵמָּה מֵהֶבֶל יָחַד׃, ubi nullam opus eſt ſtatuere ellipſin, ſed ad verbum licet vertere, *In lancibus oportet aſcendere eos præ vanitate pariter.* Belgicè, **In de weechſchale moeten ſy te ſamen opgaen tegen de ydelheyt.** vel, **In een weechſchale ſyn ſy om optegaen tſamen**

tegen de ydelheyt. לַעֲלוֹת verto *oportet ascendere.* id enim ל Infinitivo præpositum sæpe valet. ut passim in Notis nostris observamus. talia sunt וְדָתוֹ לְהֵעָשׂוֹת *legem ejus oportet fieri.* Esth. 9. 1. item לְהַכּוֹת חָמֵשׁ פְּעָמִים *oportuerat cæcidisse quinque vicibus.* 2 Reg. 13, 19. Quod si autem accentus Athnach rationem habere velimus, quo לַעֲלוֹת distinguitur à sequenti הֵמָּה, sic vertendus erit totus versus. *Certè vanitas sunt plebei, mendacium nobiles. in bilance oportet ascendere:* (vel ascensuri essent) *sunt præ vanitate.* (i. minus vanitate) *pariter.* hîc pedem figo.

PSAL. LXIII.

VERS. 1. כָּמַהּ לְךָ בְשָׂרִי בְּאֶרֶץ־צִיָּה וְעָיֵף בְּלִי־מָיִם׃ Solent plerique nostrorum interpretum עָיֵף referre ad אֶרֶץ. sed quia אֶרֶץ est fœmin gen. dicendum erat עֲיֵפָה, ut habes Ps. 143. 6. Et Esa. 32. 2. Malim itaque referre ad בְּשָׂרִי, & vertere, *Concupiscit te caro mea in terra arida, & lassa est* (vel sitiens) *sine aqua.* sic transtulit Chaldæus, דגיג לך בסרי בארעא צדיא ומשלהי מדליתמוי *concupiscit te caro mea in terra desolata, & fatigata est quia non est aqua.* fateor tamen אֶרֶץ utroque genere inveniri, Esa. 33. 9. אָבַל אֻמְלְלָה אָרֶץ. itaque ferri potest etiam altera interpretatio. usitatius tamen longe est fœminino genere.

VERS. 2. כֵּן בַּקֹּדֶשׁ חֲזִיתִךָ לִרְאוֹת עֻזְּךָ וּכְבוֹדֶךָ׃ Arbitror כֵּן sumi pro אָכֵן *utique, verè, sanè.* adeoque verterem, *Sanè in Sanctuario vidi te, aspiciendo robur tuum & gloriam tuam,* sic v. 4. כֵּן אֲבָרֶכְךָ בְחַיָּי, *Sane benedicam tibi in vita mea.* sic Psal. 127. 2. כֵּן יִתֵּן לִידִידוֹ שֵׁנָה *Sanè dat dilecto suo somnum.* Eodem sensu illud כֵּן sumi arbitramur Esa. 16. 6. & alibi.

PSAL. LXIV.

VERS. 4. דָּרְכוּ חִצָּם דָּבָר מָר׃ Nisi obesset accentus Reviah in חִצָּם, verterem, *Tetenderunt arcum, sagitta eorum* existente *sermone malo.* usitatum enim est Hebræis, sic ablativos absolutos construere. Sed quia accentus indicat חצם ad præcedens דרכו pertinere, & duo illa etiam Psal. 58. 8. juncta invenio, laudo Pagninum, qui vertit, *Tetenderunt sagittam suam, verbum amarum.* Belgicè verto, **Sy hebben tot haere pyle gespannen een bittere reden.**

VERS. 7. יַחְפְּשׂוּ עוֹלֹת תַּמְנוּ חֵפֶשׂ מְחֻפָּשׂ וְקֶרֶב אִישׁ וְלֵב עָמֹק׃ Non displicet in hunc locum Junii interpretatio. Sed liceat aliam etiam conjecturam nostram addere. *Scrutantur perversitates, dicentes, perfecti sumus scrutatione scrutatissima: & intimum uniuscujusque ac cor profundum est.* Belgicè, **Sy doorsoecken verkeertheden / seggende / wy syn volmaeckt in doorsochte vonden. het binnenste van een yegelick ende het herte is diep.** תַּמְנוּ verbum est pro תַּמְּנוּ. vel nomen est pro תֻּמֵּנוּ. ut substantivum תֹּם sit *perfectio*, ac sensus sit, *perfectio nostra est scrutatio scrutatissima.*

VERS. 8. וַיֹּרֵם אֱלֹהִים חֵץ פִּתְאוֹם הָיוּ מַכּוֹתָם׃ Si negemus Athnah in פִּתְאוֹם distinguere sententiam, quod sane plurimis in locis, præsertim in libris poëticis negari debet, facilis hîc oritur sensus. *Sed jaculatus est eos Deus sagittâ, repente factæ sunt plagæ eorum.*

PSAL. LXV.

VERS. 10. פָּקַדְתָּ הָאָרֶץ וַתְּשֹׁקְקֶהָ רַבַּת תַּעְשְׁרֶנָּה *Visitas terram, & abundare facis eam, multum ditas eam.* שוק in Hiph. הֵשִׁיק *abundare* significat. Joël 2. 24. Et 3. 13. hinc in piel שֹׁקֵק *abundare facere.* quæ interpretatio mihi hoc loco maximè quadrare videtur, & explicatur sequentibus verbis, *multum ditas eam.* Perpendatur autem an non & sic verti possit. *Visitas terram, quum appetit illud.* Nam & vau copula sæpe pro *quum* ponitur. ut & καὶ in illo Marci c. 15. ἦν δὲ ὥρα τρίτη, καὶ ἐσταύρωσαν αὐτόν. & affixum fœmin. sæpe pro neutro ponitur, quo Hebræi carent. atque ita significatio verbi conveniet cum נֶפֶשׁ שֹׁקֵקָה *anima appetens* Esa. 29. 8. Psal. 107. 9. quin & eadem significatione vau copulæ vim habere potest, hoc sensu, *Visitas terram, & appetit illud.* **Ghy besoeckt het aertrijck / ende het verlanght der nae.** id est visitas terram, & quum hoc facis, desideratissimam ei operam navas. Primam significationem secuti sunt LXX. Interpretes, qui abundantiam expresserunt per ἐμέθυσας αὐτώ. Vulgatus, *Inebriasti eam.* posteriorem significationem elegit Junius, sed וַתְּשֹׁקְקֶהָ ad Deum retulit in secunda persona, *Et appetit eam.* R. D. K. transitive accipit pro *appetentem facere*, & ו accipit pro אחר ש *postquam.* quod secutus Pagninus vertit, *postquam desiderare fecisti eam.* Potius quam ו insolenti ista signi-

significatione accipiam, malim פקדת *visitasti* in malum pro pœna accipere, ut sensus sit, *Visitasti terram*, nempe siccitate, *& desiderare fecisti eam. abunde ditabis eam.*

PSAL. LXVI.

VERS. 7. הַסּוֹרְרִים אַל יָרִימוּ לָמוֹ. τὸ קרי est, אַל יָרוּמוּ. Sensus planus est, *rebelles non exaltabuntur sibi.* אַל pro לא usitatum. לָמוֹ pleonasticum, usitatum & id. τὸ כתיב est, אַל־יָרִימוּ. non verto cum Pagnino & Tigurinis, *rebelles non exaltabunt sese*, id enim per hithpael potius efferretur, אַל יִתְרוֹמְמוּ. sed malo, *rebelles, non exaltabunt eos.* quod impersonaliter accipiendum, **men sal de wederspannige niet verhoogen.** id est, *rebelles non exaltabuntur.* sicut Luc. 12. *hac nocte auferent animam tuam*, id est, *auferetur anima tua.* ut sensus plane idem sit, sive τὸ קרי, sive τὸ כתיב sequamur.

PSAL. LXVIII.

VERS. 7. מוֹצִיא אֲסִירִים בַּכּוֹשָׁרוֹת׃. Plerique nostrorum vertunt כּוֹשָׁרוֹת *compedes, catenas, vincula.* secuti R. D. K. qui vult כ poni pro ק à קָשַׁר *ligare.* Sed Syrus & Thargum lucem dabunt. ambo enim radicem Hebrææam retinuerunt, ut qui eam hîc idem quod in sua lingua significare arbitrati sunt. Syrus vertit ܘܡܦܩ ܐܣܝܪܐ ܒܟܘܫܝܪܘܬܐ, וּמַפֵּק אֲסִירֵא בְּכֻשִׁירוּתָא, quod Sionita transtulit, *& educit vinctos cum prosperitate.* Thargum sic, דאפיק בית ישראל דהוון אסירין במצרים על עובדיהון דאבהתהון כשרין בפומבי. id est, *qui eduxit Israelitas, qui fuerunt vincti in Ægypto propter opera patrum suorum, prosperos cum pompa.* ad hunc sensum verterem, *educit vinctos cum prosperitatibus*, id est prosperrimè. כשר propriè *rectum*, *convenientem*, *decentem* esse significat. Metaphoricè de recta, convenienti, secunda & prospera fortuna usurpatur. Apud Rabbinos, teste Elia in Thisbi, adjectivum כָּשֵׁר sæpe usurpatur oppositum τῷ אָסוּר *prohibito*, ut idem sit quod apud illos הֵיתֵּר *licitum.* Ex hoc sensu vertere liceret, *educit vinctos in licentiis*, ut qui vinculis prohibiti fuerant, omnimodam habeant ambulandi licentiam.

VERS. 10. גֶּשֶׁם נְדָבוֹת תָּנִיף אֱלֹהִים נַחֲלָתְךָ וְנִלְאָה אַתָּה כוֹנַנְתָּהּ׃. D. Junius, habita ratione illius Athnah in אֱלֹהִים, construit נַחֲלָתְךָ cum sequenti כּוֹנַנְתָּהּ. Lxx. Chaldæus, Syrus, Arabs, & plerique nostrorum Interpretum negligunt Athnah. & cum præcedenti verbo תָּנִיף construunt. quos & ego secutus verto, *pluviâ munificâ perstillasti, Deus, hæreditatem tuam.* Belgicè, **met een milden regen / hebt ghy ô Godt / uw erve bedruypt.** גֶּשֶׁם תָּנִיף נַחֲלָתְךָ. eadem est constructio cum נַפְתִּי מִשְׁכָּבִי מֹר *perstillavi cubile meum myrrha.* Prov. 7. 17. Quod si tamen rationem illius Athnah habere velimus, sic verto: *pluviam munificam stillas Deus: hæreditatem tuam, quum lassa esset, tu confirmasti.* Vau enim pro *quum* usurpari usitatissimum est, & apud Arabes fere perpetuum. quale est illud ἦν Marc. 15. ἦν δὲ ὥρα τρίτη, καὶ ἐσταύρωσαν αὐτόν.

VERS. 14. אִם תִּשְׁכְּבוּן בֵּין שְׁפַתָּיִם כַּנְפֵי יוֹנָה נֶחְפָּה בַכֶּסֶף וְאֶבְרוֹתֶיהָ בִּירַקְרַק חָרוּץ. Plerique nostrorum interpretum secundam illam personam תִּשְׁכְּבוּן referunt ad populum Dei, ut sensus sit, Etsi vos sitis atri, ut qui sedent inter ollas, eritis tamen ut alæ columbæ &c. Sed dispiciant eruditi, an non longe rectius Chaldæus Interpres secundam illam personam retulerit ad impios persecutores Ecclesiæ. sic enim transtulit, אין אתון מלכיא רשיעיא שכבין ביני קלקלתא כנשתא דישראל דדמיא ליונתא מטללא בענני יקרא מפלגא בזת מצראי סימא דזקיק וטסבריהא מלין אובריזין סנין׃ Id est, *Si vos reges impii jacetis inter stercora, Synagoga Israëlis, quæ similis est columbæ, tecta est nubibus gloriæ, dividit spolium Ægyptiorum, argentum percolatum, & thesauri ejus pleni obrizo purgato.* In hanc sententiam verba Psalmistæ sic ad verbum transfero, *Si vos jacetis inter scobes, unaquæque alarum columbæ tecta est argento, & pennæ ejus flavescente auro.* Sensus est, si vos impii jam inter sordes prostrati jacetis, columba Dei, id est Ecclesia aliter se habet, ejus alæ sunt argenteæ, & pennæ aureæ. Ecclesia vocatur columba, sicut passim in Cantico Canticorum. Chaldæus autem שְׁפַתָּיִם eodem sensu accepit quo אַשְׁפֹּת *sterquilinium.* utrumque sane ab eadem videtur esse radice. Syrus vertit ܫܦܝܐ, שְׁפִיָא, cujus singulare 2 Cor. 12. 7. ponitur pro σκόλοψ *stimulus*, *surculus.* unde hoc loco Erpenius vertit, *si jacueritis inter stimulos.* at Sionita, *inter scobes.* nam verbum ܫܦܐ *polire*, *abradere significat.* un-

de [illegible] *ſcobes*, quæ lima aut ſerra abraduntur. ſicut & Rab. D. K. Hebræum אַשְׁפֹּת derivat à שְׁפָה, quod apud Chald. *terere*, *conterere*, *atterere* ſignificat. ut ſit acervus ſcobium & ramentorum ex detritis lignis & lapidibus collectorum. At Ezech. 40. verſ. 43. שְׁפַתַּיִם videtur ſignificare *lapides focarios* ſeu ut vertit R.D.K. כירים שעליהם הקדרות *labra quibus imponuntur lebetes*, quo ſenſu & hîc ſumi poteſt, *ſi jacetis inter lapides focarios*, aut *inter labra lebetum* יְרַקְרַק autem per *viridem* aut *ſubviridem* quidam, alii per *flavum* colorem vertunt, quos laudamus. quia non tantum ירקון Rabbinis eſt Icterus, ut & Arabibus ירקאן, morbus ſcilicet flavedinem corpori ex diffuſa bile inducens, ſed & in lingua Æthiopica, mutato pro more Jod in vau, ורק, eſt aurum, quod ſi quis תִּשְׁכְּבוּן ad populum Dei referre velit, arbitror אם interrogationem hîc valere, ut & alibi ſæpe, ac Prophetam tardos ſegneſque, & qui animum rebus terrenis ac culinariis nimis affixum ad victoriam Eccleſiæ non advertebant, alloquentem, dicere, *An jacetis inter lapides focarios? alæ columbæ tectæ ſunt argento, & pennæ ejus viridi auro.* q. d. aliud agendum, ſplendor & ornatus columbæ Dei conſiderandus eſt.

VERS. 15. בְּפָרֵשׂ שַׁדַּי מְלָכִים בָּהּ תַּשְׁלֵג בְּצַלְמוֹן׃ Variis in hunc difficillimum locum interpretationibus hanc etiam addimus, ut ex multis optima eligi queat. *Quum diſpergeret omnipotens reges in ea* (aut *propter eam*) *ningebas in Salmon.* mutata tertia perſona in ſecundam, quod familiare Hebræis. aut ſine tali mutatione, *Quum diſpergeres, ô omnipotens, reges in ea, ningebas in Salmon.* פָּרֵשׂ enim quum infinitivus ſit, omnes perſonas admittit. ſenſus eſſe poſſet, quin diſpergeres reges in terra Canaan, omnia ipſis refugia adimebas. nam altiſſimos etiam montes, qualis Salmon, nive tegebas, necubi vitæ conſulere poſſent. præſtat vertere, Quum diſpergeret Deus reges in ea, albebat nive Salmon. ב nominativo ſervit, ut ſæpe. atque ſic comparatio inſtituitur inter præclariſſimos terræ Sanctæ montes, tam cis quam ultra Jordanem, & inter montem Sionis: cis Jordanem excellebat mons Salmon, qui nive tectus albedinem ſuam quaqua verſum diffundebat. ultra Jordanem erat mons Baſan, quem v. ſequenti ait fuiſſe הַר אֱלֹהִים *montem Dei*, id eſt excelſiſſimum, & הַר גַּבְנֻנִּים *montem gibboſum*, multis collibus eminentem. fruſtra tamen inquit verſ. 17. exultatis montes ſuperbiſſimi, tu Salmon tuis nivibus, tu Baſan tuis collibus & gibbis: nam hunc montem concupivit Deus, in habitationem ſuam. Sed quid illud, quod adfert Chaldæus? איך תלגא פצא יתה מטולא דמותא *tanquam nivem liberavit eam ex umbra mortis.* צַלְמוֹן accepit pro צַלְמָוֶת *umbra mortis*, ſive, quod idem eſt, tenebris. noli omnino ſpernere. nam צֶלֶם Hebræis *imago* eſt. imago autem ſæpe idem eſt quod umbra. umbra cauſa eſt tenebrarum & nigredinis. hinc in lingua Æthiopica צלם *obſcurari*, *obtenebrari*. Matth. 24. 29. & 27. 45. צלמת *tenebræ*, Matth. 4. 16. אצלם *niger*. Matth. 5. 36. Hinc verti poſſet, *nivis inſtar albebat in tenebris.*

VERS. 18. רֶכֶב אֱלֹהִים רִבֹּתַיִם אַלְפֵי שִׁנְאָן אֲדֹנָי בָם סִינַי בַּקֹּדֶשׁ׃ *Equitatus Dei ſunt duæ myriades, millia iterata: Dominus eſt in illis, Sinai eſt in ſanctuario.* Habent poſtrema verba varias interpretationes, inter quas hanc quoque expendant eruditi, quam attulimus. Nihil coacti habet, ſed ex ipſa verborum poſitione per ſe fluit, & ſenſum habet planum, nempe non opus eſſe ad montem Sinai recurrere, ut ibi Deus inter myriadas Angelorum reperiatur, ſicut quum legem è monte Sinai per miniſterium Angelorum ferret, Sinai jam eſſe in ſanctuario. quod non minus poëticè & eleganter quam verè dictum, ſive per הַקֹּדֶשׁ intelligatur cæleſte ſanctuarium, ſive potius ſacrarium tabernaculi in monte Sion, ubi Deus inter Cherubim ſedebat ſupra arcam quæ tabulas legis continebat. quum enim ibi & lex eſſet in monte Sinai lata, & Angeli per quos lata, & Deus à quo lata fuerat, valde emphaticè dicitur Sinai eſſe in Sanctuario. & ſimul docetur montem Sionis, quem montibus Salmon & Baſan antetulerat, neque monti Sinai cedere, ſed longe antecellere, quod ipſum Sinai in ſe comprehendat. Tale quid fere eſt, quod author libri הליכות עולם in præfatione ſua dicit, reperiſſe ſe Toleti virum Doctiſſimum qui eſſet בקי במשניות כנתינתם מסיני ראוי לאמר עליו זה סיני הוא *verſatiſſimus in miſnajoth prout traditæ ſunt è monte Sinai, adeo ut de eo dicere liceret, Hic eſt ipſe Sinai*, i. tam eruditus, quaſi totus mons Sinai in eo contineretur. præſertim vero huc pertinent quæ Joſephus Moſen à monte Sinai poſt 40. dies & 40. noctes reverſum, de tabernaculo dixiſſe narrat, Antiq. l. 3. c. 4. Verba ejus ſic habent.

Καὶ σκηνὴν ὅτι βούλεται γενέσθαι αὐτῷ, εἰς ἣν κάτεισι πρὸς αὐτοὺς παραγινόμενος, ὅπως καὶ μεταβαίνοντες ἀλλαχοῦ ταύτην ἐπαγώμεθα, καὶ μηκέτι δεώμεθα τῆς ἐπὶ τὸ σιναῖον ἀνόδου, ἀλλ᾽ αὐτὸς ἐπιφοιτῶν συσκηνῇ παρατυγχάνων ταῖς ὑμετέραις εὐχαῖς. id est, *Et velle eum, tabernaculum sibi fieri, in quod, accessurus ad ipsos, descenderet: ut & migrantes alio, id circumferamus, neque ad Sinai recurrere opus habeamus, sed ipse familiariter cohabitet, præsens vestris precibus.* Vides Tabernaculum sive sanctuarium vicarium montis Sinai, ejusdemque usus, ut Deum deinceps præsentem populo exhibeat, quod ante fecerat Sinai. Libet adscribere paraphrasim Chaldaicam, quæ sic habet ארתיכין דאלהא תרין רבבן דנור דליק תרין אלפין דאנגליא מדברין להון שכנתא דיי שרת עליהון על טורא דסיני בקדושא. id est, *Currus Dei sunt duæ myriades ignis ardentis, quos duo millia Angelorum ducunt: Majestas Dei commoratur super eos, super montem Sinai in Sanctuario*, vel *in sanctitate*. Quod de myriadibus ignis ardentis paraphrasticè tradit Chaldæus non abhorret ab illo Davidis Psal. 104. vers. 5. עֹשֶׂה מַלְאָכָיו רוּחוֹת מְשָׁרְתָיו אֵשׁ לֹהֵט: quod ad Angelos disertè applicat Paulus ad Hebr. 1. 7. Videntur Hebræi, consentiente scriptura, sensisse, Angelos ita esse Spiritus, ut non sint tamen prorsus immateriati, sed constare ignea materia. unde 2 Reg. 6. 17. Exercitus Angelici conspiciuntur forma equorum & curruum ignitorum. ut & c. 2. v. 11. in historia Eliæ.

Vers. 19. עָלִיתָ לַמָּרוֹם שָׁבִיתָ שֶּׁבִי לָקַחְתָּ מַתָּנוֹת בָּאָדָם וְאַף סוֹרְרִים לִשְׁכֹּן יָהּ אֱלֹהִים: Maxima difficultas est in postremis verbis. totum versum sic verto. *Ascendisti in altum: captivam cepisti captivitatem: accepisti dona pro hominibus: etiam rebelles (vel, & iram rebellium) quiescere oportet, ô Jehova Deus.* שָׁכַן propriè est *habitare* apud Hebræos. apud Arabes autem (qui id per Sin efferunt. solent enim Schin Hebræorum plerumque mutare in Sin) significat *quiescere, cessare.* habitatio enim quies est & cessatio. itaque significationem hanc hoc loco non gravatè dictioni Hebrææ etiam tribuo, ut quæ sententiæ convenientissima videtur. Quod si quis habitandi significationem retinendam putet, illud ב quod est in בָּאָדָם repeto ἀπὸ τοῦ κοινοῦ in sequente סוֹרְרִים, & sic verto: *accepisti dona pro hominibus, etiam pro rebellibus, ut habitet Jehova Deus*, vel, *ut habites, ô Jehova Deus.* Id est, Ideo ascendisti in altum, ideo captivam duxisti captivitatem, ideo dona accepisti pro hominibus, etiam rebellibus, ut tu Jehovah Deus, devictis hostibus tuis, solus habitare possis.

Vers. 20. בָּרוּךְ אֲדֹנָי יוֹם יוֹם יַעֲמָס לָנוּ הָאֵל יְשׁוּעָתֵנוּ: Solent plerique post יַעֲמָס subintelligere per Ellipsin חֲסָדִים beneficia, quibus Deus populum suum quasi onerat, aut quæ ipse tanquam onus quoddam gestans populo apportat & confert. Non repugno huic interpretationi. dubito tamen, an non absque ulla ellipsi יַעֲמָס ad afflictiones potius referatur, quam ad beneficia. & versus sic vertatur, *Benedictus sit Dominus quotidie, onera imponit nobis Deus salus nostra.* fatentur pii afflictionum onera sibi imponi, nec tamen obmurmurant, sed gratulantur sibi, quod Deus qui ea imponit, sit salus ipsorum. itaque laudandum eum censent, non tantum rebus prosperis, sed omni die etiam quum onera imponit. & sic rectè cohæret versus sequens, ubi consolantur se pii, non quod morti obnoxii non sint, sed quod eventus mortis sint penes Deum. Belgicè verterem, **Gesegent sy de Heere alle dage. lasten legt ons op de Heere die onse heyl is.** Occurrit alia, magis apta. *Benedictus Dominus quotidie. onera imponit nobis? Deus salus nostra est.* i. siquando onera imponit, ipse tamen salus nostra est. hanc interpretationem firmat accentus Reviah super לָנוּ, distinguens membrum illud à sequenti. & rectè עמס ad calamitatum, malarumque rerum onera referri, confirmat lingua Æthiopica, ubi עמס *malum* significat. עמסיאן *malos.* Matth. 7. 23. Et. 12. 34. vel יעמס impersonaliter sumitur, subaudito איש phrasi passim usitata, onera quis imponit nobis? **beswaert men ons met lasten?** Deus est salus nostra. id cæteris præfero.

Vers. 21. וְלֵיהוִֹה אֲדֹנָי לַמָּוֶת תּוֹצָאוֹת. Verto, *Et Jehovæ Domino sunt mortis modi.* propriè *exitus.* quum enim res omnes in certos modos & affectiones desinant atque exeant, quibus ab aliis dignoscuntur, (non enim propriè res suis essentiis, sed essentiarum modis distinguuntur) hinc modi, proprietates & affectiones rerum תוֹצָאוֹת *exitus* dicuntur Hebræis. sic Aben Esra in rhythmica sua præfat. in Pentateuchum, adversus eos agens, qui soli S. Scripturarum literæ inhærentes, omnem respuunt expositionem dicit de illis, הם מדעת תוצאות לשון הקדש ריקים:, *illi cognitione modorum linguæ sanctæ vacui sunt.* id est, ignorant genuinas affectiones & modos linguæ Sanctæ, intra quos perfectio ejus constituitur, quibus ipsa absolvitur, & in quos desinit. Sic mors de-

desinit in certos modos, quibus vita hominis terminatur, & mors unius ab alterius distinguitur, certo suo & peculiari exitu. Hinc & illud Hebr. 13. 7. ὧν ἀναθεωρῦντες τὴν ἔκβασιν τῆς ἀναστροφῆς vertit posset, *quorum inspicientes modum conversationis.*

Vers. 28. שָׁם בִּנְיָמִן צָעִיר רֹדֵם שָׂרֵי יְהוּדָה רִגְמָתָם שָׂרֵי זְבֻלוּן שָׂרֵי נַפְתָּלִי׃ Tradit Vatablus in notis, quosdam illud רִגְמָתָם exponere, *lapis eorum.* id præ cæteris eligerem. quum enim non nisi hoc loco occurrat, retinenda potius significatio, quæ cum verbo unde derivatur convenit, רָגַם autem *lapidare* significat. Nec inusitatum est lapidem tribui personæ quæ aliorum fulcrum & firmamentum est. ut Gen. 49. 24. de Josepho ex cujus posteris reges potissimum orti sunt, qui decem tribubus præfuerunt, dicit Jacob, מִשָּׁם רֹעֶה אֶבֶן יִשְׂרָאֵל *inde pastor lapis Israël.* & Christus vocatur *lapis angularis* Psal. 118. Ita & hoc loco, ubi describitur cætus filiorum Israël, rectè dicitur Benjamin רֹדֵם *dominator eorum*, principes vero Juda רִגְמָתָם *lapis eorum.* tribus enim Benjamin & Juda præcipuæ erant tribus, quæ familiæ Davidis adhærebant, & penes quas erat regnum. Syrus autem רֹדֵם vertit ܒܫܝܢܐ *in tranquillitate*, quasi *dormiens*, *sopore obrutus.* putavit enim esse benoni Kal à רָדַם, unde נִרְדָּם *soporatus.* R. D. K. ait רֹדֵם esse pro רֹדָם, ut mem sit affixum. רִגְמָתָם vertit ܦܩܘܕܝܗܘܢ *principes eorum*, ut & Lxx. ἡγεμόνες αὐτῶν. exposuerunt Metaphoram lapidis.

Vers. 29. צִוָּה אֱלֹהֶיךָ עֻזֶּךָ עוּזָּה אֱלֹהִים זוּ פָּעַלְתָּ לָּנוּ׃

Vers. 30. מֵהֵיכָלֶךָ עַל יְרוּשָׁלָםִ לְךָ יוֹבִילוּ מְלָכִים שָׁי׃

Potest מֵהֵיכָלֶךָ, quod initum est versus 30, referri ad versum præcedentem, ut regatur à præcedenti verbo פָּעַלְתָּ, ac sensus sit, vers. 29. *Præcepit Deus tuus robur tuum, robur, ô Deus, hoc operatus es nobis.* sequitur vers. 30. unde operatus sit, *è templo tuo*: quare? *propter Jerusalem.* quis ejus effectus? *tibi adferent Reges munus.* vel potest vers. 30. novam & absolutam facere periodum, ut מֵהֵיכָלֶךָ regatur à sequenti verbo יוֹבִילוּ. Tum verterem, *Ob templum tuum, propter Jerusalem, adferent tibi reges munus.* מִן enim interdum causam efficientem, sive principalem, sive impulsivam denotat, & per *ob* vel *propter* verti potest. ut Jer. 48. 45. מִכֹּחַ נָסִים *propter potentiam fugientes.* Psal. 38. 9. שָׁאַגְתִּי מִנַּהֲמַת לִבִּי *rugii ob fremitum cordis mei.* Esa. 43. 4. מֵאֲשֶׁר יָקַרְתָּ בְעֵינַי נִכְבַּדְתָּ *propterea quod pretiosus fuisti in oculis meis, honoratus fuisti.* & alibi sæpe.

Vers. 31. גְּעַר חַיַּת קָנֶה עֲדַת אַבִּירִים בְּעֶגְלֵי עַמִּים מִתְרַפֵּס בְּרַצֵּי כָסֶף בִּזַּר עַמִּים קְרָבוֹת יֶחְפָּצוּ׃ Plerique nostrorum Interpretum secuti Kimchium חַיָּה hîc explicant *cætum*, & קָנֶה sumunt pro *hasta* aut *lancea*, Junius pro *sagitta.* & חַיָּה catervam significare videtur 2 Sam. 23. 11. & 14. certe حيّ חי Arabibus est cœtus eorum, qui territorium aliquod occupant, tentoriaque sua in orbem ibi figentes, simul degunt, & quasi pagum faciunt. eò sensu dixit Tograi, انّي أُريد طروق الحيّ من اضم *ego peto vias pagi Edomitici.* additur, *quem defendunt sagittarii* الحيّ من ثُعَل *catervæ Tuelitarum.* tamen vehementer dubito an חַיָּה *cætum* unquam significat. quod enim id ex hoc loco, & ex Psal. 74. vers. 19. probatur, nulla necessitas cogit ita interpretari. חַיָּה *vitam* significat. atque ita Psal. 74. recte accipi potest. deinde *animal vivens*, & speciatim *bestiam*, *feram* denotat. atque ita hoc loco acceperunt Lxx, qui verterunt, ἐπιτίμησον τοῖς θηρίοις τῦ καλάμυ. Vulgatus, *Increpa feras arundinis.* Syrus ܟܐܪ ܒܚܝܘܬܐ ܕܩܢܝܐ *Increpa bestiam arundinis.* Arabs ازجر السباع الذي اقتنيت *Increpa feras quas possedisti.* קָנֶה accepit significatione *possessionis* aut *acquisitionis*, quia radix id significat. Ego quoque hîc pro *bestia* aut *fera* sumerem, quia statim subjungit *tauros* & *vitulos.* Quid autem est *fera arundinis?* est fera sylvestris, quæ in arundinibus degit. aut si קָנֶה hîc metaphoricè velis accipere, dico, sicut Syri τὸ θηρίον vocant ܚܝܘܬܐ ܕܫܢܐ חַיוּת שִׁנָּא *bestiam dentis*, ita hîc חַיַּת קָנֶה esse *feram dentibus prominentibus instar arundinis.* sicut Exod. 25. vers. 32. habes קְנֵי הַמְּנֹרָה, Lxx. καλαμίσκοι τῆς λυχνίας. Et vers. 33. requirebantur tres scyphi בְּקָנֶה אֶחָד *in calamo uno.* erant ramusculi è candelabro egredientes & prominentes. ita

ita & hoc loco חַיַּת קָנֶה θηρίον καλάμου *bestia calamata*, est fera quæ longos & instar calami eminentes dentes in ore gestat. significantur metaphoricè impii potentes, feri ac truculenti. Sequentia verba varias accipiunt interpretationes, quibus sine crimine & alias licet addere. Nos totum versum sic reddimus. *Increpa feras calami, cætum taurorum: inter vitulos populorum conculcandus est* quisque *cum fragmentis argenti. dispersit populos* qui *bella volunt*. Sic vituli populorum sumuntur pro salacibus, petulantibus, & delicatulis, cujusmodi homines fragmentis argenti se ornare solent. At Chaldæus vitulos accepit pro idolis, vertit enim בעגליא מעות עמיא *in vitulis idolis populorum*, & Syrus רַצֵּי כָסֶף retulit ad vitulos, vertit enim ܥܓ̈ܠܐ ܕܥܡ̈ܡܐ ܕܡܚܦܝܢ ܒܣܐܡܐ, *vitulos populorum tectos argento*. Hoc sensu מִתְרַפֵּס referrem ad Deum, & verterem, *Inter vitulos populorum conculcatur per fragmenta argentea*. id est Deus inter idola populorum spernitur, ac quasi pedibus calcatur, quia argenteis fragmentis obducta pretio suo & ornamentis animos idololatrarum occupant, & in contemptum veri Dei trahunt. Atque ita secunda persona qua versum incepit, mutari incipit in tertiam per מִתְרַפֵּס. & continuatur deinde in בִּזַּר עַמִּים. nempe quia ferre non potuit se inter vitulos populorum conculcari, dispersit populos ut qui bella adversus ipsum volunt. Non displicet adeo hæc interpretatio.

VERS. 36. נוֹרָא אֱלֹהִים מִמִּקְדָּשֶׁיךָ אֵל יִשְׂרָאֵל הוּא נֹתֵן עֹז &c. Plerique nostrum vertunt נוֹרָא *terribilis es*, per secundum personam, subintellecto אַתָּה *tu*, quod supplevit Syrus, ܕܚܝܠ ܐܢܬ ܐܠܗܐ ܡܢ ܡܩܕܫܟ *terribilis tu ô Deus è sanctuario tuo*. Sed quia אַתָּה in Hebræo non exprimitur, constructio postulat ut potius per tertiam personam exponatur. quod adeo necessarium putarunt Lxx. ut etiam affixum in מִקְדָּשֶׁיךָ maluerint mutare in tertiam personam, & vertere θαυμαστὸς ὁ θεὸς ἐν τοῖς ἁγίοις αὐτοῦ, Vulgatus, *mirabilis Deus in sanctis suis*. Ego autem affixum illud ad Israelem refero, & sic dispono, *Terribilis est Deus, Deus fortis è sanctuariis tuis ô Israel. ipse dat robur* &c. atque ita legendum esse, docet accentus Reviah super אֱלֹהִים, qui comma ibi valet. Belgicè, **vreesselick is Godt / Godt uyt uwe heyligdommen ô Israel. hy geeft sterckte.**

PSAL. LXIX.

VERS. 11. וָאֶבְכֶּה בַצּוֹם נַפְשִׁי וַתְּהִי לַחֲרָפוֹת לִי׃ Non opus est cum Pagnino, Junio & Aldegondio subintelligere verbum *affligendi* aut *humiliandi*. plena enim est constructio si vertas, *Et flevi, in jejunio anima mea* supple existente. Belgicè, **Ick schreyde / mijne siele sijnde in vasten.** usitatissimum enim est Hebræis, sic elliptice efferre ablativos absolutos. vel per asyndeton, *Flevi, in jejunio erat anima mea. & hoc fuit mihi in opprobria.* sic R. D. K. Duarum harum interpretationum utra præstet vix scio: præferrem tamen priorem, ut constructio sit ablativorum absolutorum. vertere quoque liceret, *Et flevi in jejunio animæ meæ*, sed tum legendum esset בְּצוֹם נַפְשִׁי absque he Emphatico, quod hîc latet in dagesch.

VERS. 23. *Sit mensa eorum coram eis in laqueum*, וְלִשְׁלוֹמִים מוֹקֵשׁ לִשְׁלוֹמִים si idem nobis esse velimus quod לִשְׁלוּמִים quomodo sine dubio Lxx. Interpretes sine punctis legerunt, rectè ab illis versum εἰς ἀνταπόδομα *in retributionem*, quod Apostolus secutus est Rom. 11. 9. Tum מוֹקֵשׁ ἀσυνδέτως jungitur eodem casu, *& in retributionem & rete*, vel erit nominativi casus, subaudito ex priori membro יְהִי, *Et in retributionem sit rete*. Fiat ipsis mensa laqueus, & rete sit ipsorum retributio. Quod si לִשְׁלוֹמִים prout puncta ferunt, usitata significatione accipiendum, verto, *Et paces*, sive *prosperitates rete*. ל mihi Nominativi casus est, ut Deut. 24. 5. Jos. 10. 21. Esa. 32. 1. 1 Paral. 3. 2. 2 Paral. 23. 6. Job. 16. 21. 2 Sam. 16. 2. 2 Sam. 17. 16. 2 Reg. 7. 2. Dan. 4. 33. Jer. 30. 12. Sensus est, Mensa sit in laqueum, & omnes prosperitates in rete.

PSAL. LXXI.

VERS. 16. אָבוֹא בִּגְבֻרוֹת אֲדֹנָי אֱלֹהִים אַזְכִּיר צִדְקָתְךָ לְבַדֶּךָ׃ Variè vertitur primum versus membrum. Junius אֲדֹנָי in vocativo sumsit, *Aggrediar omnimodam virtutem Domine Jehovi*. quod omnino videtur alienum, quum de laudibus Dei hîc agatur, non de fortitudine ipsius Davidis. Quamvis ita quoque fere Tigurini, *Veniam in fortitudinibus Domine Deus*. Reliqui fere omnes, & melius, אֲדֹנָי in genitivo accipiunt. Genevenses, *Je*

mar-

marcheray en la force du Seigneur Eternel. Sic Aldegondius, **Ick sal voort-treden inde krachten des Heeren de** Jehovah. id est, *progrediar in potentiis Domini.* id Hebræi potius אֵלֵךְ dicerent quam אָבוֹא. nam הלך est *ire, incedere, ambulare, progredi.* sed בוא est *venire, intrare.* itaque rectius LXX. εἰσελεύσομαι. Jonathan איעול *intrabo.* eodem modo Vulgatus. Belgicè, **Ick sal ingaen/** sive **intreden inde krachten des Heeren.** intrabo in potentias Domini, nempe mente mea ut eas accuratè perpendam, vel potius lingua mea ut eas enarrem. patet enim ex præcedentibus, & ex altero hujus ipsius versus membro, versari Davidem in Dei laudibus proferendis. Ideo rectè Vatablus observavit, sensum esse *aggrediar narrare fortia facta tua.* R. Selomoh אבוא׳ להודות ולהלל בגבורותך. *ingrediar, ad celebrandum & laudandum de potentiis tuis.* Aben Esra utrumque versus membrum sic conjungit, *Intrabo ad enarrandum potentias tuas. & propterea commemorabo justitiam tuam tui solius.* id est, narrabo tibi soli hoc esse proprium quod & potens sis & justus. Dissimulare non possumus, in Arabismo verba veniendi sequente ב significare *adducere, adferre, proferre.* ut & verba abeundi sequente eadem litera *auferre, abducere.* sic passim habes in Alcorano جاءكم الرسل بالبينات *Venerunt ad vos Apostoli in declarationibus*, id est attulerunt, produxerunt vobis declarationes omnium rerum dubiarum & incertarum. Observent quæso eruditi, an alibi in Hebraismo eandem phrasin deprehendant. hîc certe loco congrueret optimè, *veniam in fortitudinibus Domini*, id est, *proferam fortitudines Domini, Domini, commemorabo justitiam tuam, tui solius.*

Vers. 19. וְצִדְקָתְךָ אֱלֹהִים עַד מָרוֹם אֲשֶׁר עָשִׂיתָ גְדֹלוֹת אֱלֹהִים מִי כָמוֹךָ׃ *Nam justitia tua Deus in altum assurgit, quæ fecisti magna sunt. Deus, quis est sicut tu?* Sic malo, quam ut plerique nostrorum interpretum verterunt, *quia fecisti magna.* LXX. ἃ ἐποίησάς μοι μεγαλεῖα, quæ non aliter vertenda censeo, quam subintellecto verbo substantivo, *quæ fecisti mihi magnalia sunt.* Ita & Chaldæus transtulit, די עֲבַדְתָּ רַבְרְבָן, *quæ fecisti magna sunt.*

Psal. LXXII.

Vers. 5. יִירָאוּךָ עִם שָׁמֶשׁ וְלִפְנֵי יָרֵחַ דּוֹר דּוֹרִים׃. Ad verbum *timebunt te cum sole, & coram luna in generationem generationum.* Id est, Colent te oriente sole, & apparente luna in omnes generationes, id est dies noctesque. sol enim diei, luna nocti præest. לִפְנֵי propriè ad faciem, ad respectum lunæ, quum luna faciem suam ostendit.

Vers. 15. וִיחִי וְיִתֶּן־לוֹ מִזְּהַב שְׁבָא וְיִתְפַּלֵּל בַּעֲדוֹ תָמִיד כָּל־הַיּוֹם יְבָרֲכֶנְהוּ׃. Omnia refero ad Regem sive Christum: *Et vivet, & dabit ei* (pauperi) *de auro Seba, & orabit pro eo jugiter, omni die benedicet ei.* Non puto designari honorem, quo populus regem, sed beneficia quibus rex populum esset affecturus. לוֹ refero ad דַּל וְאֶבְיוֹן quæ singulari numero extant. v. 13. etiam ad אֶבְיוֹנִים quod eodem versu sequitur, sumpto לוֹ distributivè pro *unicuique eorum.* Sensus est, non frustra victurum istum regem, sed ut pauperes ditet optimo auro, proque iis perpetuo intercedat, ac jugiter benedicat. Quare & וִיחִי וְיִתֶּן vertere posses, *& vivet ut det.*

Vers. 16. יְהִי פִסַּת בַּר בָּאָרֶץ בְּרֹאשׁ הָרִים יִרְעַשׁ כַּלְּבָנוֹן פִּרְיוֹ׃. Illud יְהִי non construo cum sequenti פִּסַּת, sed ex more linguæ Hebrææ absolutè poni arbitror, & denotare id futurum quod subjungitur. Itaque sic verto. *Erit, pugilli frumenti fructus in terra in vertice montium contremiscet sicut Libanon.* Belgicè, **Het sal geschieden/ dat de vrucht van een hant vol koorens op der aerden/ sal op het tsop van de bergen ruysschen gelijck als Libanon.** Hebræum רעש non tantum significatione, sed & literis convenit cum Belgico **ruysschen/** ut hoc inde derivatum videatur. porro פִּסַּת בַּר פִּרְיוֹ *particula frumenti fructus ejus*, id est *fructus particulæ frumenti*. Hebraismus est usitatissimus. ut יְהוָה בַּשָּׁמַיִם כִּסְאוֹ *Jehovah in cælo thronus ejus*, i. *thronus Jehovæ in cælis.*

Vers. Eod. יְהִי פִסַּת בַּר בָּאָרֶץ בְּרֹאשׁ הָרִים יִרְעַשׁ כַּלְּבָנוֹן פִּרְיוֹ׃. Prius membrum per modum interrogationis lego, usque ad יִרְעַשׁ *erit ne particula* (paululum) *frumenti in terra, in vertice montium? commovebit se tanquam Libanus fructus ejus.* id est, sicubi vel pauxillulum frumenti in terra aut montium vertice fuerit, tanta aderit Dei benedictio, ut excrescat instar cedrorum Libani, quæ fortiter commoventur ventis. tam densus & validus erit frumenti fructus, ut arva strepitum edant, non aliter quam mons Libani.

PSAL. LXXIII.

VERS. 8. יָמִיקוּ וִידַבְּרוּ בְרָע עֹשֶׁק: Prius futurum Pagninus exponit *dissolvunt*. Junius, *tabifici sunt*. Tigurini intransitivè *Contabuerunt*. ut & Chaldæus, qui addit *præ pinguedine*. LXX. διενοήθησαν. unde Vulgatus, *Cogitarunt*. si Chaldaicam & Syriacam ejus vocis significationem sequi liceret, verteremus, *irrident, subsannant*. convenientissimo sensu. ipsis enim מִיק in piel est *irridere*. Atque hæc ex affini lingua petita conjectura certior est quam eorum qui ex affinitate verborum מיק & מקק vertunt per *contabescere*.

VERS. 10. 11. לָכֵן יָשׁוּב עַמּוֹ הֲלֹם וּמֵי מָלֵא יִמָּצוּ לָמוֹ וְאָמְרוּ אֵיכָה יָדַע אֵל &c. non male hæc vertit Junius. *Ideoque redit populus ejus huc, quum aquæ pleni poculi exprimuntur ipsis, ut dicant, quomodo cognosceret Deus?* ו enim pro *quum* vel *quando*, apud Orientales, præsertim apud Arabes sæpe usurpatur. Liceat nobis hanc etiam interpretationem addere, ut ex variarum versionum collatione optima eligatur. *Ideoque redit populus ejus huc, ut aquæ plenæ mensuræ* (i. copiosissimæ) *exprimantur ipsis, & dicant, quomodo cognosceret Deus?* ut sensus sit, pios gravissima illa tentatione eò interdum adigi, ut copiosissimæ lacrymarum aquæ ipsis exprimantur, & lacrymantes dicant, quomodo cognosceret Deus, & notitia esset apud excelsum? sic enim piis contingere solet, ut animus isto tentationis genere pressus, & nondum superare valens, liquescat, & non sine copiosis lacrymis eo deveniat, ut de divina providentia dubitet. Chaldæus alio quidem sensu hæc vertit, per aquas tamen lacrymas intellexit, sic enim transtulit. בכן תבו על עמיא דיי לאלקיותהון ומחונון במרזופין ודמעין סגיען מחתין להון, id est, *tum revertuntur contra populos Domini, ad verberandum eos, & percutiunt eos malleis, & lacrymas multas descendere faciunt illis*.

VERS. 15. אִם אָמַרְתִּי אֲסַפְּרָה כְמוֹ הִנֵּה דוֹר בָּנֶיךָ בָגָדְתִּי: כמו. LXX. & Vulgatus sumpserunt pro כֵן *sic*. quia autem propriè significat *sicut*, alii per ellipsin volunt subintelligi rem particulæ similitudinis respondentem, ac vertunt, *sicut* hoc, vel *sicut* hæc, id est talia. si textus sacer punctis careret, non legerem הִנֵּה sed הֵנָּה *illa*. tum omnis difficultas sublata est, *si dixero, narrabo sicut illa, in generationem filiorum tuorum perfide egero*. Sententio potius מוֹ non esse hîc, ut alibi, particulam expletivam, sed pronomen affixum, pro הֵם. quale est in לָמוֹ pro לָהֶם *illis*. sic כְּמוֹ pro כָּהֶם *sicut illi, secundum illos*. quod alibi dicitur כְּמוֹהֶם. sic Chaldæus כְּוָתְהוֹן *sicut illi*.

PSALM. LXXIV.

VERS. 14. אַתָּה רִצַּצְתָּ רָאשֵׁי לִוְיָתָן תִּתְּנֶנּוּ מַאֲכָל לְעָם לְצִיִּים: *Tu fregisti capita Leviathanis. dedisti eum cibum populo locorum desertorum*. sic ל in לְעָם est Dativi, quod sequitur Genitivi casus. utrumque usitatum. at potest utrumque ל esse Dativi, ut duo illa substantiva, jungantur per appositionem, & posterius explicet quis populus intelligatur, hoc modo, *dedisti eum cibum populo*, nempe *barbaris*, aut feris hominibus qui deserta incolunt. sic LXX. ἔδωκας αὐτὸν βρῶμα λαοῖς τοῖς αἰθίοψι, Vulgatus, *dedisti eum escam populis Æthiopum*. possis etiam vertere, *populo*, nempe *feris bestiis*. ציים enim & de hominibus feris usurpatur, ut Esa. 23. 13. & de bestiis ut Jes. 13. v. 21. Jerem. 50. v. 39. Syrus vertit ܠܥܡܐ ܥܫܝܢܐ *populo forti*. Chaldæus per עַם intellexit absolutè populum Israeliticum. at ציים vertit ירודי *dracones*. Belgicè verterem, **Du hebst vermorselt de hoofden Leviathans / du hebst hem tot een spijse gegeven aen een volck / namelick aen de wilde dieren.**

VERS. 19. אַל תִּתֵּן לְחַיַּת נֶפֶשׁ תּוֹרֶךָ חַיַּת עֲנִיֶּיךָ אַל תִּשְׁכַּח לָנֶצַח: Junius in utroque membro חַיַּת vertit *catervam*. Pagninus in priori *congregationem*, in posteriori *vitam*. diximus ad v. 31. Psal. 68. nos multum dubitare, an uspiam necesse sit חַיָּה accipere pro *cætu*. hoc certè loco necesse omnino non est. Optime enim fluit sensus, si vertas, *Ne tradas bestiis animam turturis tui: vitæ afflictorum tuorum ne obliviscaris in perpetuum*. LXX. verterunt, μὴ παραδῷς τοῖς θηρίοις ψυχὴν ἐξομολογουμένην σοι, τῶν ψυχῶν τῶν πενήτων σου μὴ ἐπιλάθῃ εἰς τέλος. pro תּוֹרֶךָ legerunt תּוֹדֶךָ, & subintellecto אֲשֶׁר, נֶפֶשׁ תּוֹדֶךָ *est anima quæ confitetur tibi*. pro לְחַיַּת autem punctarunt לְחַיּוֹת, quæ punctatio planissimam habet sententiam. quod si omnino legendum לְחַיַּת, collectivè id accipiendum, & enallage est status constructi pro absoluto, aut aliud sub-

ſtantivum, veluti הַשָּׂדֶה, ſubintelligendum, ut ſit *beſtiæ agri*, quemadmodum Pagninus ſubintellexit צָרִים, quum vertit, *Congregationi inimicorum.* Chaldæus habet לְחֵיוַת בָּרָא *beſtiis agri.* quod ſi ל in לְחַיַּת dicas eſſe accuſativi caſus, quod frequens eſt Syris, & non inſolens Hebræis, ut 2 Sam. 3. 30. Jer. 40. 2. & alibi, ſic licebit vertere, *Ne tradas vitam animæ turturis tui.* Quod ſi velis ל hîc eſſe dativi caſus, & neque Enallagen ſtatus, neque Ellipſin ſubſtantivi velis agnoſcere, vide an non liceat vertere, *Ne trade beſtiæ animatæ turturem tuum.*

Psal. LXXV.

Vers. 3. כִּי אֶקַּח מוֹעֵד. Expono, *Quum accepero promiſſum*, id quod mihi promiſſum & condictum eſt, nempe regnum. ſignificat מוֹעֵד quicquid promiſſum, condictum & conſtitutum eſt, ſive locus ſit, ſive tempus, ſive res. יָעַד *condixit promiſit.* Syris & Arabibus ועד eodem ſenſu. & ſpeciatim Arabibus מְוֹעֵד *promiſſum.* Luc. 24. 25.

Vers. 9. וְיַיִן חָמַר. *Et vinum turbidum eſt*, Junius. *Et vinum rubet*, Pagninus, aliique, qui ex lingua Arabica ſignificationem eam mutuantur, ubi حمر חמר eſt *rubere.* atque inde חֶמֶר pro meraco optimoque vino deductum volunt, quod optima in Palæſtina vina eſſent rubra. Non nego, meliora eorum vina colore rubicundo fuiſſe prædita, modo non ſimilia habeantur Gallicis, ubi rubra diſtinguuntur ab albis, rubedine ad atrorem vergente. talia enim Palæſtina non habuit. ſed quorum rubedo ad flavedinem vergeret, qualia ſunt Hiſpanica, Inſularum fortunatarum, & Malvatica vina. At non rectè Hebræorum חֶמֶר, Chaldæorum Syrorumque חַמְרָא, ad Arabicum حمر חמר *rubere* refertur: quum notiſſimum ſit, *vinum* Arabibus dici خمر חמר per ח punctatum, à radice خمر חמר *fermentari, ebullire, effervere.* unde non quodvis vinum, verbi gratia, quod igne decoctum eſſet, adeoque magnam optimorum ſpirituum copiam, qui ignis coctione evaporarant, amiſerat dicebatur خمر, ſed ſolummodo, ut deſcribit Lexicon Arabicum, التي من ماء العنب اذا اغلا واشتد, *quod eſt è ſucco uvarum, quando is ebullivit & robuſtus factus eſt.* id eſt, quando ſuccus uvarum propria ſua fermentatione efferbuit, ſpiritibus vini in ſe invicem ſponte agentibus, ſordes terreas expellentibus, materiam lentam frigidamque decoquentibus, indeque robur magnum concipientibus, quo caput mentemque turbent. unde non quodvis vinum, ſed الخمر *fermentatum hoc vinum* lege Muhammedica erat vetitum. Eſt & Syris ܚܡܝܪܐ חֲמִירָא *fermentum.* Quocirca ſicut חֹמֶר Hebræis eſt *lutum*, ſic חָמַר propriè dici videtur, ubi lutulenta ac feculenta limpidis permiſcentur, adeoque clara turbantur. Hinc fermentari ſignificat, quia in fermentatione contingit iſta limpidorum cum turbidis commixtio, adeoque ebullitio. ſenſus ergo eſt, calix eſt in manu Domini, in quo vinum ebullit, fermentavit, turbida limpidis immixta fuere. ſic Pſal. 46. 4. יֶהֱמוּ יֶחְמְרוּ מֵימָיו *tumultuentur, lutoſæ fiant aquæ*, nempe partibus aqueis & terreis, tenuibus & craſſis, limpidis & cœnoſis per ebullitionem inter ſe permixtis.

Psal. LXXVI.

Vers. 12. יוֹבִילוּ שַׁי לַמּוֹרָא׃. Vertunt *Adferte munus terribili.* non repugno. ſed ſciendum, idem hîc eſſe מוֹרָא quod Gen. 31. 53. eſt פַּחַד, quum dicitur Jacob juraſſe בְּפַחַד אָבִיו יִצְחָק quod neſcio an recte verti queat, *per terribilem patris ſui Iſaaci*, ſed *per pavorem aut timorem patris ſui.* eſt id ipſum quod Apoſtolus 2 Theſſ. 2. 4. vocavit σέβασμα. ubi Syrus, *efferet ſe ſuper omne quod vocatur*, ܐܠܗܐ ܘܕܚܠܬܐ *Deus & timor*, id eſt Deus & numen. Apud Hebræos enim יָרֵא & פָּחַד, ut & apud Syros ܕܚܠ דְּחַל *timuit*, quum ad Deum referuntur ſignificant *colere Deum*, quod Græci dicunt σεβάζειν. atque ita ſubſtantiva ܕܚܠܬܐ דְּחַלְתָּא, פַּחַד, מוֹרָא, quæ alioqui *timorem* ſimpliciter denotant, quum de Deo dicuntur, ſignificant illud ipſum quod timetur ac colitur, τὸ σέβασμα. Senſus ergo eſt, *adferte munus numini.* Quod ſi quis tamen ſubſtantivum מוֹרָא exponere velit per adjectivum, malim *timendo*, quam *terribili* aut *formidabili.* Deus enim terribilis eſt ſolis hoſtibus, timendus vero etiam ſuis. hîc autem populum Dei alloquitur, eos qui circum eum ſunt. Quamobrem & Belgicè non verterem **den vreeſſelicken**/ neque **den verſchrickelicken**/ ſed **dien die ghevreeſt moet worden.**

worden. Aldegondius, Den hoogh-gheducht-ten.

PSAL. LXXVII.

VERS. 3. יָדִי לַיְלָה נִגְּרָה: Pagninus, *plaga mea noctu diffluebat*. Junius, *manus mea noctu perfusa*, refertque ad copiam lacrymarum quibus inter precandum manus perfundebatur. nescio an נָגַר verti possit *perfundi*, quum *effluxum*, *diffluxum*, *effusionem* potius significet. vertendum censeo, *manus mea nocte effusa erat*. quod amplius est quam simpliciter extensa, ut vertit D. Aldegondius, Myn handt was by nachte uyt-gestrecket / malim uyt-ghestroytet. significat enim, se tanta vi extendisse, ut cælum versus quasi effuderit sicut aquæ effusæ dicuntur נִגָּרִים 2 Sam. 14. 14. LXX. pro נִגְּרָה legerunt נִגְּדָה ד pro ר, ideo verterunt νυκτὸς ἐναντίον αὐτοῦ. quod secutus est Vulgatus. Syrus quoque legit per Daleth, sed alio omnino sensu. vertit enim [Syriac] *manus ejus nocte flagellavit me*, ac si scriptum fuisset, יָדִו לַיְלָה נִגְּדַנִי, & apud Hebræos idem significaret נָגַד quod apud Syros, nempe *flagellare*.

VERS. 10. וָאֹמַר חַלּוֹתִי הִיא שְׁנוֹת יְמִין עֶלְיוֹן. Variæ sunt hujus loci expositiones, quibus & nos hanc addimus. Existimamus hunc versum non pertinere ad querelas, sed quum abunde conquestus esset, remedia deinceps quærit, eaque duo: primum consistit in precatione, ut mutetur dextra Dei. alterum in meditatione operum Dei, ubi mutata dextra juverat afflictissimum suum populum. primum remedium hoc versu proponitur, quem ad verbum sic expono, *Et dixi, precari meum hoc est, mutari dextram Altissimi*. id est, tandem post longas querelas dixi, hæc est mea precatio, ut mutetur dextra Altissimi. חַלּוֹת infinitivus piel est, in qua conjugatione verbum hoc pro *precari* passim sumitur, etsi autem in hac significatione nomen פָּנִים ei jungi soleat, nihil impedit quo minus & sine eo idem significet, sicut חָרָה pro *irasci* plerumque adjunctum habet nomen אַף, interdum tamen & sine eo idem significat. Posset autem & hoc modo exponi, *Dixi, infirmatio mea* (i. quod me infirmat) *est mutatio dextræ altissimi*. Sed tum sequentem versum, אֶזְכּוֹר מַעַלְלֵי יָהּ כִּי אֶזְכְּרָה מִקֶּדֶם פִּלְאֶךָ non verto per Imperfectum aut præteritum, ut fieri solet, sed per futurum, *Recordabor operum Domini: utique recordabor ab antiquo mirabilium tuorum*. Postquam nempe gravissimâ querelâ ægritudinem animi sui exposuisset, ut eam tandem evadat, de causa morbi primò disquirit, deinde de ejus remedio. Causam esse fatetur, quod ferre non potuerit, mutatam erga se dextram altissimi. remedium optimum statuit, ut recordetur pristinorum Dei operum, unde nempe constare queat, non ita unquam mutari dextram Dei, quin constantem semper servet amorem erga suos. placuit remedium. itaque sequitur v. 12. וְהָגִיתִי *meditatus sum* &c. Volo ergo אזכור pertinere ad ea quæ v. 10. cæperat secum dicere. Sed quid vidit Arabs, cur verterit, *Nunc incepi hoc: corroborabitur dextra Excelsi*. חַלּוֹת derivavit à חלל unde הֵחֵל *incepit*. Volunt esse Infinit. Kal, formæ חֲנוֹת Psal. 77. 10. à חנן & שְׁמוֹת Ezech. 36. 4. à שמם. ad verbum, *Incipere meum hoc fuit*. Cur autem שנות verterit *corroborari*, non plane video. nisi acceperit pro iterari, resumere se, adeoque novis viribus augeri, neutrum probo.

PSAL. LXXX.

VERS. 6. וַתַּשְׁקֵמוֹ בִּדְמָעוֹת שָׁלִישׁ. Quidam exponunt generaliter, *& potasti eos lacrymis in mensura*. R. D. Kimchi dicit esse מִדָּה גְדוֹלָה *mensuram magnam*, non expressa ejus quantitate. At patrem suum arbitratum ait esse שליש המדה הגדולה *tertiam partem mensuræ maximæ*. at neque quæ maximæ illius mensuræ quantitas fuerit exprimit. Sed Junius, qui vertit *Et præbes iis de lacrymis triental*, vult esse tertiam partem sextarii, quatuor communes cyathos habentem. Succuret fortasse, ut & alibi sæpe, lingua Æthiopica, ubi משלש pro σάτον ponitur Matth. 13. 33. Est enim סְאָה *satum* tertia pars τῆ אֵיפָה *Ephæ*, quæ mensurarum omnium communissima, & inter communes maxima. communis enim mensurarum divisio hæc est, איפה *Epha* in aridis, ut & בת *bathus* in liquidis, continet שלשה סאים *tria sata*, hoc est 432. ova. Satum, sex קבים *cabos*. Cabus, quatuor לוגים *logos*. logus, sex ביצים *ova*. Sensus ergo est, *potandum dedisti ipsis totum satum lacrymarum*. sic & illud Esa. 40. 12. verti potest, *Et mensus est sato pulverem terræ*. sicut enim

enim שׁעל *pugnus* זֶרֶת *spithama*, quæ præcesserunt, ita & שָׁלִישׁ determinatam aliquam mensuram præ se ferre videtur. Lepidum autem est, quod à patre suo excogitatum refert R. David, cur in Psalmo, qui in captivitate Babylonica constituti essent, triental afflictionum se bibisse quererentur. Quia si eam cum Ægyptiaca conferas, habet sese ut magnæ mensuræ triental. In captivitate enim Ægyptiaca fuerunt annos 210. cujus triental est 70.

Vers. 12. :כָּסּוּ הָרִים צִלָּהּ וַעֲנָפֶיהָ אַרְזֵי אֵל. Optimè videntur mihi locum hunc intellexisse LXX. qui verterunt, Ἐκάλυψεν ὄρη ἡ σκιὰ αὐτῆς· καὶ αἱ ἀναδενδράδες αὐτῆς τὰς κέδρους τοῦ θεοῦ. Vulgatus, *Operuit montes umbra ejus, & arbusta ejus cedros Dei.* Tigurini, *umbra ejus montes obtexit, & rami ejus cedros Dei.* sensum rectè expresserunt hi omnes, sed constructionem immutarunt. ad verbum sic interpretor, *Tecti erant montes umbra ejus, & ramis ejus cedri Dei* (id est cedri altissimæ) Belgicè, **De berghen waren bedeckt met haere schaduwe / ende de hooghste Ceder-boomen met haere rancken.** צִלָּהּ & עֲנָפֶיהָ eodem modo reguntur à passivo כָּסּוּ, in utroque subintelligitur ב. Atque hoc non parum adauget istius vitis amplitudinem, quod non tantum umbrâ ejus montes essent tecti, sed & ramis ejus altissimæ cedri quæ in montibus crescunt. Pagninus, Genevenses, Vatablus, quos sequitur Aldegondius, verterunt posterius membrum, *& rami ejus sunt sicut cedri Dei.* sed malim prius. rectè habet Vulgata nostra Belgica versio, in quâ hîc nihil mutandum censeo.

Vers. 16. Quæritur quid hîc sit כַּנָּה. Nusquam reperitur alibi. ex conjectura itaque potius, quam ex certo usu vertitur, surculus. inquirere libet, an è linguis vicinis subsidii aliquid peti possit. reperio in lingua Arabica Gen. 11. 31. & 38. 16. 24. Luc. 12. 52. & alibi usitatum esse كَنَّة כַּנָּה pro Hebræo כַּלָּה *nurus*. facile enim Nun & Lamed permutantur. qualia sunt in sacris literis נִשְׁכָּה & לִשְׁכָּה *cubiculum*. in plur. נְשָׁכוֹת & לְשָׁכוֹת *cubicula*. in Targum נִדְנָה & לִדְנָה *vagina*. ut & ab Hebræo נָתַן *dedit*, Syri formant נְתֵל *dabit*. & pro Hebræo צֶלֶם *imago, idolum*, Arabice est צנם & pro futuro Syriaco Chaldaicove נֶהֱוֵא *erit*, נֶהֱוֹן *erunt illi*, נֶהֶוְיָן *erunt illæ*, apud Esram & Danielem passim invenitur לֶהֱוֵא, לֶהֱוֹן, לֶהֶוְיָן. unde colligo, non mirum esse כַּנָּה & כַּלָּה idem significare, præsertim in Psalmo in Chaldæa conscripto. videat lector, an quadrare possit, ut versu 15. per גפן *vitem* dicamus intelligi Ecclesiam universim quatenus & corpus fidelium, & Christum caput eorum comprehendit. versu autem 16. distingui in suas partes, nempe in כַּנָּה & בֵּן, sic ut בן filius, Christum filium Dei denotet, Ecclesiæ maritum, כַּנָּה autem Ecclesiam strictè sumptam, filii sponsam, adeoque patris nurum. quemadmodum כַּלָּה Hebræis, ut & νύμφη Græcis sponsam & nurum designat. Si ludere videor, non repugno ut spernar. In tam incertis quidvis tentare, sine periculo fit, modo ἀναλογία τῆς πίστεως nihil patiatur. incongrua fortassis metaphora videbitur, sponsam plantari. quod procul dubio impulit Interpretes ut כַּנָּה *plantam, surculum* verterent. Sed & Psal. 94. v. 9. dicitur Deus plantasse aurem. Et Esa. 51. 16. plantasse cœlos. ubi plantare simpliciter est firmare. addo quoque, sponsam vel nurum sic dici Arabibus à radice كَنَّ כַּנּ vel כנן *cooperire, tegere.* unde nomen كِنَّة כִּנָּה & כִּנָאן *velum, tegmen.* quia sponsæ ac uxores velo tegebantur, in signum quod in maritorum potestatem transiissent. de quo Paulus 1 Cor. 11. 10.

Psal. LXXXI.

Vers. 4. בַּכֶּסֶה לְיוֹם חַגֵּנוּ. Varia hîc est interpretatio. Alii כֶּסֶה referunt ad radicem כסס *numeravit*. ut significet, statum & numeratum tempus. eo sensu plerique accipiunt, secuti Kimchium, qui interpretatur זמן ומועד. At sic deberet esse dagesch in ס. Alii volunt esse à radice כסה *texit*, ut significetur interlunium, quo Luna adhuc tecta est. hinc Targum vertit בירחא דמתכסי *in luna abscondita*. At tempus absconditæ Lunæ non erat festum, sed apparentis. simulac enim Luna esset ἐν φάσει, initium erat festi: non in interlunio, sed in novilunio. Fortasse lucem hîc dabit lingua Syriaca, ubi, teste Ferrario ܟܣܐ כֶּסֶא significat *decimumquartum diem lunæ, plenilunium.* Sic Glossarium Syro-Arabicum ܟܣܐ vertit الاعياد التي في نصف الشهر عيد تكامل القمر, *festa quæ sunt in medio mensis, festum perfectionis lunæ.* Vult ergo Propheta cani Deo, in novilunio & plenilunio, in initio

initio mensis & in medio. & potest hîc specialiter per יוֹם חַגֵּנוּ qui incidebat בַּכֶּסֶה in plenilunium, intelligi festum Paschatis, quod in 14. mensis Nisan incidebat. vel tabernaculorum intelligi festum, quippe quod passim absolutè & *κατ' ἐξοχὴν* חג Hebræis dicitur. ut in præcepto affirmativo 205, להקריב קרבן מוסף בשבעת ימי החג׃, *singulis septem diebus festi addere oportet oblationem ad quotidianum sacrificium.* intelligi festum Tabernaculorum patet ex antecedentibus & sequentibus. Liquet etiam è libro precum Judaicarum, versum hunc Psalmi recitari לראש השנה *primo die anni* id est Calendis Tisri. quia eo pertinet תִּקְעוּ בַחֹדֶשׁ שׁוֹפָר *clangite in Novilunio tubâ.* erat enim initium anni festum Tubarum. cui statim rectè subjungitur הַכֶּסֶא medium ejusdem mensis, in quod incidebat solemne illud festum Tabernaculorum. quod absolutè etiam festum vocatur in Notis Mikotsi ad præcept. neg. 75. שבעת ימי פסח ושמנה ימי החג אסורין בהספד *septem diebus paschatis, & octo diebus festi* (nempè Tabernaculorum) *vetitum est lugere.* testatur sane Josephus Antiq. l. 8. cap. 2. tempus scenopegiæ fuisse ἑορτὴν σφόδρα παρὰ ἑβραίοις ἁγιωτάτην καὶ μεγίστην, *festum longe apud Hebræos sanctissimum & maximum.* non mirum ergo quod privilegium hoc habuerit, ut absolutè festum diceretur. sic 1 Reg. 8. 2. dicuntur ad Salomonem, templi initiandi gratia, convocati omnes Israëlitæ בְּיֶרַח הָאֵתָנִים בֶּחָג *in mense fortium*, nempe Thisri, *in festo.* intelligitur absolutè Tabernaculorum festum. ideo additur הוּא הַחֹדֶשׁ הַשְּׁבִיעִי *ille mensis erat septimus.* Nam in 15. mensis septimi festum illud incidebat. sic explico illud Prov. 7. 20. לְיוֹם הַכֶּסֶא *ad diem plenilunii revertetur.* ubi in fine א est, prorsus ut apud Syros. Interpretatio loco aptissima est. nam v. 8. dicitur meretrix exivisse nigra nocte & caliginosa, igitur quum esset interlunium. Non est, inquit, periculum, ut jam redeat maritus, qui non ante plenilunium, ubi luna commodum reddet iter, revertetur. video hîc veterem Interpretem id animadvertisse, qui optimè vertit *in die plenæ lunæ.*

VERS. 6. עֵדוּת בִּיהוֹסֵף שָׂמוֹ בְּצֵאתוֹ עַל אֶרֶץ מִצְרָיִם שְׂפַת לֹא יָדַעְתִּי אֶשְׁמָע׃. Video omnes nostros Interpretes post מִצְרָיִם subintelligere אֲשֶׁר שָׁם ubi. Vertunt enim, *ubi sermonem quem non noveram audiebam.* Nescio cur hoc opus sit. rectè enim fluit sensus, si absque ulla ellipsi vertas, *Testimonium in Joseph posuit illud. quum exiret contra terram Ægypti, sermonem quem non noveram audiebam.* Sequenti versu addit quis ille sermo fuerit, non Ægyptiorum, sed Dei dicentis, *Removi ab onere humerum ejus &c.* cur autem sermonem istum dixerit incognitum, vide notas Genevensium. quod ad hunc versum attinet, probat celebrandum esse Deum, quia ipse hoc pro testimonio posuerit in Joseph. & hoc ita factum probat ex sermone Dei quem quum judicia sua in Ægyptios exerceret audiverat.

PSAL. LXXXIII.

VERS. 18. וְיֵדְעוּ כִּי אַתָּה שִׁמְךָ יְהוָה לְבַדֶּךָ עֶלְיוֹן עַל־כָּל־הָאָרֶץ׃. Variis in hunc locum interpretationibus eam præfero quæ transfert, *Et scient quod tu solus ô Jehova es nomen tuum, altissimus supra omnem terram.* Nomen enim absolutè quandoque ponitur pro Deo. ut Lev. 24. vers. 11. Et maledixit אֶת הַשֵּׁם *nomini*, id est *Deo.* Et v. 16. *Interficietur quum maledicit* שֵׁם *nomini.* ita hîc, *scient te solum esse nomen tuum, id est verum Deum, talem qualis nominaris.* Expendant autem eruditi, an non & hæc ferri possit interpretatio, *Et sciant te esse, nomen tuum esse Jehovam, te solum esse excelsissimum supra omnem terram.* Belgicè, **Ende dat men weete dat ghy het zyt / dat uwen name is de Heere / dat ghy alleene de hoogste zyt op der aerden.** post אַתָּה subintelligo הוּא, quod pronomen valens verbum substantivum sine discrimine aut exprimitur aut omittitur. ut Psal 24. 8. מִי זֶה מֶלֶךְ הַכָּבוֹד, non exprimitur. at v. 10. מִי הוּא זֶה מֶלֶךְ הַכָּבוֹד exprimitur. ita & hoc loco plena esset phrasis, וְיֵדְעוּ כִּי אַתָּה הוּא, *& scient te esse.* quod plenum extat Ps. 102. 28. Quæ sequuntur, etiam sic fortasse exponi possent, *nomen tuum, ô Jehova, tui solius esse excelsissimum super terram*, **dat uwe name / uwe alleene ô Heere is de hoochste op aerden.** Addo aliam. אַתָּה esse nominativum absolutum qualem sæpe in initio sententiarum adhibent Hebræi. ut Psal. 73. 28. וַאֲנִי קִרְבַת אֱלֹהִים לִי טוֹב *Et ego*, (id est, ad me quod attinet) *appropinquare Deo mihi bonum est.* passim occurrunt talia in Hebraismo, etiam in N. T. ut Apoc. 6. 8. Luc. 21. 6. Joan. 6. 39. Ita hoc loco verto, *Et scient, ad te quod attinet,*

attinet, nomen tuum ô Jehovah, tui ſolius eſſe excelſiſſimum ſuper terram. hoc fateor mihi maximè arridere, ſic enim nec ellipſis hîc eſt, nec pleonaſmus, & inſignem habemus Hebraiſmum. quod ſi athnah in לְבַבְךָ negligere velimus, quod paſſim, & præſertim in libris poëticis faciendum eſſe omnes fatentur, ſic verterem, *Et ſcient, ad te quod attinet, nomen tuum eſſe Jehovam, te ſolum eſſe excelſiſſimum ſuper terram.* Sed retineo Athnach, & Belgicè ſic verto, Ende ſy ſullen weten / dat / ſoo veele u aengaet / uwen name / uwe alleene ô Heere is de hooghſte op aerden.

Psal. LXXXIV.

Vers. 6. אַשְׁרֵי אָדָם עוֹז לוֹ בָךְ מְסִלּוֹת בִּלְבָבָם׃
Vers. 7. עֹבְרֵי בְּעֵמֶק הַבָּכָא מַעְיָן יְשִׁיתוּהוּ גַּם בְּרָכוֹת יַעְטֶה מוֹרֶה׃
Vers. 8. יֵלְכוּ מֵחַיִל אֶל חָיִל יֵרָאֶה אֶל־אֱלֹהִים בְּצִיּוֹן׃

Variæ ſunt horum verſuum, præſertim ſeptimi, interpretationes. expendant eruditi & hanc. verſ. 6. *Beatus homo, cui robur eſt in te, in quorum corde ſunt viæ ſtratæ.* verſ. 7. Qui *tranſeuntes per vallem mororum fontem ſtatuunt eum.* Hactenus deſcripſit quinam beati ſint, jam deſcribit porro quomodo beati ſunt, *Etiam benedictionibus operiet* eos *pluvia tempeſtiva.* id eſt, quamvis per ſicciſſimam atque ariḍiſſimam mororum vallem incedant, efficiet tamen Deus, quem ſibi fontem ſtatuerunt, ut tempeſtiva pluvia eos obtegat, eaque benedictiſſima. ſequitur aliud beatitudinis membrum, *ibunt de robore in robur; conſpicietur quiſque eorum apud Deum in Tſion.* vel poteſt etiam verſus ſeptimus ſic exponi, ut primo tradat quidnam illi faciant quorum robur eſt in Deo, quique ſemitas habent in corde ſuo, nempe, *tranſeuntes per vallem mororum fontem ſtatuunt eum.* deinde quid Deus illis facturus ſit, *pluvia tempeſtiva obteget eos benedictionibus.* Belgicè ſic transfero, Saligh is de menſche wiens ſterckte in u is / in welckers herte zyn ghebaende weghen. Als ſy door een dal der Moerbeſyen-boomen treckẽ / ſy ſtellen hem tot een fonteyne. Ooch ſal den vroeghen reghen haer met ſegheningen overdecken. ſy ſullen gaen van ſterckte tot ſterckte / ende een yegelyck van haer ſal by Godt gheſien worden in Syon.

Psalm. LXXXVII.

Vers. 4. אַזְכִּיר רַהַב וּבָבֶל לְיֹדְעָי׃. Illud לְיֹדְעָי variè exponitur. Pagninus, *inter ſcientes me.* Lxx. *ſcientibus me.* Junius, *apud noſcentes me.* Vulgatus voluit יֹדְעָי epitheton eſſe ipſius Ægypti & Babelis, & præfixum Lamed indicare eundem caſum cum ſubſtantivis quorum eſt epitheton, nempe accuſativum caſum, ſicut בָבֶל & רַהַב ſunt accuſativa à verbo tranſitivo אַזְכִּיר recta. ut ad verbum vertas, *Commemorabo Ægyptum & Babelem noſcentes me*, Vulgatus, *Memor ero Ægypti & Babelis noſcentium me.* quod ego ſane non improbo. ל enim ut apud Syros ita & apud Hebræos non raro accuſativum denotat. Alii, *cum noſcentibus me.* quid? ſi dicamus ל hîc eundem habere uſum, quem habet in אֲנִי אֶהְיֶה לוֹ לְאָב וְהוּא יִהְיֶה לִּי לְבֵן *Ero ipſi in patrem*, id eſt, *pro patre*, vel *pater. Erit mihi in filium*, id eſt *pro filio* vel *filius.* Sic hoc loco, *Commemorabo Ægyptum & Babel in noſcentes me*, id eſt *pro noſcentibus me*, commemorabo eos tales eſſe qui me noſcunt. Belgicè, Ick ſal Egypten ende Babel vermelden voor ſulcke die my kennen. Si quis tamen ex ſententia Lxx. interpretum velit ל ſumere pro nota dativi caſus, *Commemorabo Ægyptum & Babel iis qui norunt me*, Ick ſal Egypten ende Babel vermelden aen den geenen die my kennen / fortaſſis optimè ſtatuerit. Conſtructio enim illa facillima eſt & maximè obvia, & ſenſus adeo planus, ut nihil ſupra. Commemorabo Iſraëlitis qui me jam norunt, Ægyptum & Babel ad me quoque pertinere. ſequitur in eodem verſu, הִנֵּה פְלֶשֶׁת וְצוֹר עִם כּוּשׁ זֶה יֻלַּד שָׁם׃, *Ecce ô Palæſtina & Tyrus, cum Æthiopia, hic natus eſt ibi.* Ipſos Palæſtinos, Tyrios & Æthiopas teſtes citat & inſpectores, hunc illumque gentilem natum eſſe in Eccleſia, ut qui ejuſdem beneficii participes teſtes quoque ejus eſſe poſſint. Atque ita Gallicam capio verſionem, *voici Paleſtine, & Tyr, avecques Chus, ceſtuy-cy eſt né là.* Teſtes advocari puto. Belgicè, Siet ghy Philiſteen / ende Tyriers met t'ſamen de Mooren / deſe is daer gheboren. Aldegondius, qui hæc gentium nomina non in vocativo, ſed in nominativo accepit caſu, coactus fuit ſtatuere ellipſin participii אוֹמְרִים *dicunt, hic eſt natus ibi.*

Psal. LXXXVIII.

Vers. 8. עָלַי סָמְכָה חֲמָתֶךָ וְכָל־מִשְׁבָּרֶיךָ עִנִּיתָ סֶּלָה׃. Verti solet, *Super me incumbit ira, & omnibus fluctibus tuis afflixisti me.* sic Genevenses & Aldegondius. ut כָל מִשְׁבָּרֶיךָ sit pro בְּכָל, & referatur ad sequens עִנִּיתָ. at poeticum magis videtur, & turbato animo convenientius, si non subintellecto ב referatur ad præcedens סָמְכָה, & עִנִּיתָ per aposiopesin solum relinquatur. quod & accentus Revia supra מִשְׁבָּרֶיךָ innuere videtur. & sic exponatur. *Mihi incumbit ira tua, & omnes fluctus tui. afflixisti. Selah.* Belgicè, **Op my rust uwe verbolghentheyt/ende alle uwe baren. ghy hebt nederghedrucket.** Selah. Ita fere vertit Chaldæus, עלי סמכת חימתך וכל גוירן בישן תברו יתי סגיפתא לעלמין׃ *Super me incubuit ira tua, & omnia decreta mala fregerunt me. afflixisti in æternum.* pro סֶלָה solet dicere לעלמין. posset etiam עָלַי prioris membri ἀπὸ τοῦ κοινοῦ repeti in secundo, & sic verti, *super me innixa est ira tua & super me omnes fluctus tuos humiliasti* (contudisti) **op my rust uwe verbolghentheyt / ende op my hebt ghy alle uwe baeren nedergedrukt.**

Psal. LXXXIX.

Vers. 3. כִּי אָמַרְתִּי עוֹלָם חֶסֶד יִבָּנֶה שָׁמַיִם תָּכִן אֱמוּנָתְךָ בָהֶם׃. Solet versus hic sic reddi, *Quia dixi, in seculum benignitas ædificabitur: in cælis firmasti veritatem tuam.* Ita fere quoque habent Lxx. & Vulgatus. nihil est cur spernatur ea interpretatio: quamvis forte melius duo illa futura vertantur per præsens, *ædificatur, firmas.* Sed nec sperni debet alia, quam sequuntur Chaldæus & Syrus. Chaldæus sic habet, ארום אמרית עלמא בחסדא יתבני שמיא תתקן קושטן בהון, id est, *quia dixi, mundus benignitate ædificabitur, in cælis dispones veritatem tuam.* Syrus, ܡܛܠ ܕܐܡܪܬ ܥܠܡܐ ܒܛܝܒܘܬܐ ܢܬܒܢܐ ܘܫܡܝܐ ܢܫܪܪܘܢ ܗܝܡܢܘܬܟ id est, *quia dixisti, Mundus gratia ædificabitur, & cælum confirmabit fides tua.* videtur legisse אָמַרְתָּ *dixisti*, ut & Lxx & Vulgatus. Nolim autem hanc Syri interpretationem facile rejici. nihil enim impedit, quo minus totus versus hoc modo reddatur, *quia dixi, seculum,* (aut *mundus*) *benignitate ædificabitur: cælos confirmabis fide tua quæ est in illis.* Sensus Syri idem est, quamvis postrema verba paulum immutaverit. atque ita continet hic versus conservationem mundi, quæ benignitate & veritate Dei sive constanti ejus fide peragitur. quod sane magnum est & gloriæ divinæ & consolationis fidelium argumentum. Posset & hoc modo verti, *seculum benignitate ædificatum est, Cælos firmasti fide tua quæ est in eis.* Futurum enim per præteritum in libris poëticis non raro verti debet.

Vers. 51. זְכֹר אֲדֹנָי חֶרְפַּת עֲבָדֶיךָ שְׂאֵתִי בְחֵיקִי כָּל־רַבִּים עַמִּים׃. Video plerosque ante כָל subintelligere חֶרְפַּת quod fuit in præcedenti versu, & רַבִּים sumere pro *magnis*, non pro *multis*, ut sensus sit, *ferre me opprobrium omnium maximorum populorum.* Dispiciant eruditi, an non כָּל־ possit hîc accipi in accusativo casu, ut ipsum חֶרְפָּה in se includat, & hoc modo vertatur: *Memor sis Domine opprobrii servorum tuorum, ferre me in sinu meo omne* (sup. opprobrium) *multorum populorum.* Ita sane habet Chaldæus סוברית בעטפי כל גדופיהון דסגיעין עמים *portavi in sinu meo omnia convitia multorum populorum.* Belgicé sic verto, **Ghedenckt Heere aen de smaetheyt uwer knechten / dat ick mijnen schoot die alle drage van vele volckeren.**

Psal. XC.

Vers. 5. זְרַמְתָּם שֵׁנָה יִהְיוּ בַּבֹּקֶר כֶּחָצִיר יַחֲלֹף׃. *Inundas ipsos? tanquam somnus sunt. mane sunt, sicut herba* quæ *innovatur.* Id est, quum tu mundas ipsos, quum ira tua instar inundantis aquæ in ipsos transit, mox somni instar evanescunt. Mane sunt quidem instar herbæ quæ novas vires capit, quam similitudinem vers. 6. plenius explicat, בַּבֹּקֶר יָצִיץ וְחָלָף לָעֶרֶב יְמוֹלֵל וְיָבֵשׁ׃ quæ *mane floret & renovatur: vesperi succiditur & arescit.* utroque in versu verbum חלף capio pro renovari, sive novas vires capere. sicut Job. 14. 7. הָעֵץ אִם יִכָּרֵת וְעוֹד יַחֲלִיף *arbor si succidatur, adhuc renovabit se,* i. novis viribus revirescet. Esa. 40. 31. קֹוֵי יי יַחֲלִיפוּ כוֹחַ *qui exspectant Dominum renovabunt vires.* Syrus in utroque Psalmi hujus versu Hebræâ voce retentâ vertit ܒܨܦܪܐ ܐܝܟ ܥܣܒܐ ܕܡܚܠܦ:
[illegible]

ܘܨܦܪܐ ܗܢܐ ܘܡܫܬܚܠܦ ܘܒܪܡܫܐ ܡܬܡܟܟ ܘܝܒܫ. quæ Cl. Gab. Sionita vertit, *Et mane ſicut herba germinabit, quæ matutino tempore pullulat ac germinat: veſpere autem languet & areſcit.* Ferrarius in Lexico, ܐܬܚܠܦ *regerminavit, repullulavit.* citatque locum Eſa. 40. 31. Lexicon Syro-Arab. M. S. quod ex Bibliotheca Cl. Joſ. Scaligeri mutuo habemus, ܐܬܚܠܦ ܐܝܠܢܐ ܐܝܠܢܐ ܕܝܠܗ ܡܢ ܕܡܬܚܠܦ ܘܡܦܩ ܠܗ ܣܘܟܐ id eſt, ܐܬܚܠܦ *de arbore propriè, quando germinat & producit ramos.* quod ipſum Arabicè his verbis explicat, اخلف علي الشجرة خاصه اذا اخلف ويفرع اغصانا.

Vers. 12. לִמְנוֹת יָמֵינוּ כֵּן הוֹדַע וְנָבִא לְבַב חָכְמָה׃ *Numerare dies noſtros rectè doce, & adducemus cor ſapientiæ.* nihil difficilius eſt quam dies noſtros numerare. Merito itaque dicit, doce id nos כֵּן rectè. ita כֵּן ſumitur Num. 27. 7. 2 Reg. 7. 9. **Leert ons recht onſe daghen tellen / ende wy ſullen een wys herte brenghen.** vel, **op dat wy een wys herte brenghen.** Aldegondius, **dat wy ons herte tot wysheyt begeven.** Ita quoque verterem, ſi legeretur לְבָב extra conſtructionem. tum enim חָכְמָה poneretur pro לְחָכְמָה. at jam id lingua Hebræa non patitur. nam לְבַב חָכְמָה *cor ſapientiæ*, in regimine poſitum, nihil efficit aliud quam *cor ſapiens.*

Psal. XCI.

Vers. 2. אֹמַר לַיהוָה מַחְסִי וּמְצוּדָתִי אֱלֹהַי אֶבְטַח בּוֹ׃ Omnes noſtri Interpretes אֹמַר ſumunt pro futuro, *dicam.* ut & Chaldæus. At Lxx. Vulgatus, Syrus, & Arabs per tertiam perſonam vertunt, *dicet.* Syrus *dixit.* legit enim אֹמֵר. at Lxx. אֹמֵר pro benoni habuerunt, idque per futurum reddiderunt, ut ſæpe. Ego quoque, ut pro Benoni habeamus non abhorreo, ſed per præſens verterem, *dicit*, nempe is qui ſedet in latibulo Altiſſimi, de quo v. primo. *Is dicit, ad Jehovam refugium meum & arx mea eſt, Deus meus confido in eo* (id eſt *in Deo meo confido*) vel ſic, *Dicit de Jehova, refugium meum & arx mea eſt, Deus meus in quo confido.* ל enim pro *de* ſæpe poni, vide Pſal. 27. 8. Gen. 26. 7. & in ipſo hoc Pſalmo infra v. 11. Noſtra quoque vulgata Belgica verſio accepit אֹמֵר pro Benoni, vertit enim **de welke ſeght** / *qui dicit.* Fateor tamen ſi exactam punctationem ſequi velimus, אֹמַר futurum primæ perſonæ eſſe. nam in Benoni ſcribendum erat אֹמֵר ſecundum quam punctationem ſic Belgicè verto, **Ick ſal ſeggen / tot den Heere is mijne toevlucht ende mijne borght. ick ſal vertrouwen op mijnen Godt.** hæc diſpoſitio mihi maxime placet. Quum enim אֹמַר accentu Reviah notetur, ſignum eſt per comma diſtinguendum à ſequenti לַיהוָה. atque ita quod ſequitur אֱלֹהַי אֶבְטַח בּוֹ, pleonaſmum habet affixi, Hebræis uſitatiſſimum. Si autem accentum illum Reviah negligere velimus, verterem, **Ick ſal ſeggen van den Heere / hy is mijn toevlucht ende mijne borght / mijn Godt / op den welcken ick vertrouwe.**

Psal. XCII.

Vers. 1. מִזְמוֹר שִׁיר לְיוֹם הַשַּׁבָּת. Habebant olim ſinguli ſeptimanæ dies deſtinatos ſuos Pſalmos. De quo in Talmud libro קדשים ſic legitur. השיר שהיו הלוים אומרים במקדש׳ ביום הראשון לדוד מזמור ליי׳ הארץ ומלאה׃ ביום השני גדול יי׳ ומהולל מאד׃ ביום השלישי אלוהים נצב בעדת אל׃ ביום הרביעי אל נקמות יי׳׃ ביום החמישי למנצח על הגתית לאסף׃ ביום הששי יי׳ מלך גאות לבש׃ ביום השבת מזמור שיר ליום השבת׃ כלומר מזמור שיר לעתיד לבוא שכלו שבת׃, id eſt, *Cantica quæ Levitæ olim canebant in Sanctuario hæc ſunt. Primo die* Pſal. 24. *Secundo,* Pſal. 48. *Tertio* Pſal. 82. *Quarto,* Pſal. 94. *Quinto,* Pſal. 81. *Sexto,* Pſal. 93. *Septimo,* Pſal. 92. *cujus initium, Pſalmus cantici in diem Sabbathi, quaſi dicas, Pſalmus cantici in futurum ſeculum, quod totum erit Sabbathum.* Eſt autem, teſte Kimchio in præfat. Pſalmorum, Rabbinorum ſententia, Pſalmi hujus autorem fuiſſe primum hominem Adamum, qui cum creatus eſſet in paraſceve Sabbathi, poſtridie mane hunc Pſalmum dixerit.

Psal. XCIII.

Vers. 4. מִקֹּלוֹת מַיִם רַבִּים אַדִּירִים מִשְׁבְּרֵי יָם אַדִּיר בַּמָּרוֹם יְהוָה׃ Pagninus, *Magis quam ſonitus*

ſonitus aquarum multarum & fortium fluctuum maris, fortis eſt in excelſo Jehovah. In eandem fere ſententiam Junius, Tigurini, Genevenſes, & Aldegondius. at ex legibus Hebraiſmi debebat in tali conſtructione adjectivum אַדִּירִים poſtponi ſubſtantivo מִשְׁבְּרֵי, ſicut רַבִּים poſtponitur ſubſtantivo מַיִם. quum igitur præponatur, Hebraiſmus poſtulat ut prædicati vice fungatur, & verbum ſubſtantivum includat. quod cum Kimchius animadverteret, voluit אַדִּירִים prædicari de נְהָרוֹת *fluviis*, de quibus præcedenti verſu actum fuit. ut ſenſus ſit, fluvii ita ſe elevarunt, ut ſint magnificentiores ſonitu aquarum multarum, magnificentiores fluctibus maris, accepit enim pro מִמִּשְׁבְּרֵי. at Deus magnificentior eſt in excelſo. Nos autem exiſtimamus potius, אַדִּירִים prædicari de מִשְׁבְּרֵי יָם, ac ſenſum eſſe, *magnificos eſſe fluctus maris.* מִן autem in מִקֹּלוֹת non eſſe particulam comparativam, ſed cauſalem, quæ ſignificet, unde ſit quod magnifici ſint fluctus maris, nempe *è ſtrepitu* (vel, *ob ſtrepitum*) *aquarum multarum.* quum enim multæ undæ inter ſe colliduntur, elevantur fluctus, oriturque ingens ſtrepitus, quæ ipſiſſima eſt fluctuum magnificentia. at nihil hæc ad Deum. eſt enim hæc fluctuum magnificentia in terra. at *Deus magnificus eſt* בַּמָּרוֹם *in excelſo.* Cum præcedenti verſu ſic conjungo, ut populos ſuperbos & in Eccleſiam Dei furentes conferat, illic cum ſuperbis ac tumidis fluviorum fluctibus, hîc cum ſuperbis ac tumidis maris fluctibus: ſed qui ambo magnificentiæ Dei cedere debeant. Itaque Belgicè ſic verto, **Van wegen het gedruysch veler wateren/ ſijn de baren der Zee treffelick. maer in de hoochte is de Heere treffelick.** Præeunt in hac interpretatione Lxx. ἀπὸ φωνῶν ὑδάτων πολλῶν, θαυμαστοὶ οἱ μετεωρισμοὶ τῆς θαλάσσης. θαυμαστὸς ἐν ὑψηλοῖς ὁ Κύριος. accuratiſſima eſt interpretatio, cum qua conſentit Vulgatus, ſi male diſtinctos verſus benè diſtinguas, & quæ malè divulſa ſunt rectè conjungas. Syrus habet, ܡܢ ܩܠܐ ܕܡܝܐ ܣܓܝܐܐ ܗܘ ܓܝܪ ܬܩܝܦܝܢ ܡܫܬܒܗܪܢܘܬܗܘܢ ܕܝܡܐ: ܡܫܒܚ ܒܡܪܘܡܐ ܡܪܝܐ. quæ D. Gabriel Sionita vertit *Pluſquam ſonitus aquarum multarum. Immenſi* quidem *ſunt fluctus maris: at glorioſiſſimus in excelſis Dominus.* Melius meo judicio Erpenius, *A ſono aquarum multarum fortes ſunt fluctus maris. laudatus eſt in excelſis Dominus.* Hæc verbotenus conveniunt cum Hebræo, & nihil diſcedunt à Lxx. non multum inde abit Arabs. Solus Chaldæus vertit, ut noſtri Interpretes. ſic enim habet מן קלן דמיין סגיעין ממשבחיא תבירי ימא רבא משבח בשמי מרומא דיי׃, id eſt, *præ vocibus aquarum multarum, præ glorioſis fluctibus maris magni, glorioſa eſt in cælis altitudo Domini.*

Psal. XCIV.

Vers. 21. יָגוֹדּוּ עַל נֶפֶשׁ צַדִּיק. Druſ. quæſt. 41. l. 3. vertit, ni fallor, ex Kimchio, *decidunt adverſus animam juſti.*

Psal. XCV.

Vers. 11. אֲשֶׁר נִשְׁבַּעְתִּי בְאַפִּי אִם יְבֹאוּן אֶל־מְנוּחָתִי׃. Variè vertitur illud אֲשֶׁר. Lxx. ὡς *ſicut.* Chaldæus ד *quia.* Pagninus, *propterea*, ut & Aldegondius **dieshalven.** Junius, *quibus* id eſt לַאֲשֶׁר. Nos *certe* vel *imo.* ut 1 Sam. 15. v. 20. אֲשֶׁר שָׁמַעְתִּי *certe audivi.* Pſal. 10. 6. אֲשֶׁר לֹא בְרָע *certe non in malo, imo non in malo ero.*

Psal. CV.

Vers. 12. בִּהְיוֹתָם מְתֵי מִסְפָּר כִּמְעַט וְגָרִים בָּהּ׃. Variè exponitur poſterius hujus verſus membrum. Pagninus, Vatablus, Genevenſes, Aldegondius ſequuntur Kimchium, qui כִּמְעַט de tempore exponit, & diſponit voces hoc ordine, וְגָרִים כִּמְעַט בָּהּ *& peregrinarentur pauxillo tempore in ea.* ſed durior eſt ea tranſpoſitio, & repugnat ei Reviah ſupra כִּמְעַט. Certum eſt מְעַט *paucitatem* ſignificare. ut Deut. 28. 62. *remanebitis* בִּמְתֵי לִמְעַט *cum viris paucitatis.* 2 Chron. 29. 34. Sacerdotes erant מְעַט *ad paucitatem, pauci.* Deut. 7. 7. *vos eſtis* מְעַט *paucitas*, id eſt *pauci.* Quid ni & hoc loco ſic vertamus? *Quum eſſent exiguo numero, tanquam paucitas, & peregrinarentur in ea.* Belgicè, **gelijck als de weynigheyt ſelve.** Aut dicamus כ non eſſe hic כ״ הַמָּשָׁל, *ſimilitudinis*, ſed ut alibi Kimchius loquitur, כ״ הָאֲמִתִּי *verificativum.* atque ita optimè verterit Junius כִּמְעַט *plane pauci.* Lxx. ὀλιγοστοί. Vulgatus *pauciſſimi.* Chaldæus כִּזְעֵרִין *tan-*

tanquam pauci, *verè pauci*. Syrus ܩܠܝܠܐ *paucum*.

VERS. 19. בַּרְזֶל בָּאָה נַפְשׁוֹ. *In ferrum venit anima ejus*. Jam pridem observarunt viri eruditi נפש sæpe pro corpore usurpari, non animato tantum, sed & inanimato. In lingua Æthiopica distinctius id exprimitur, ubi נפש *animam*, נפשת *corpus* significat. vide Matth. 6. 25. ubi prius pro ψυχῆ, alterum pro σῶμα usurpatur. Sic & alibi passim.

VERS. 19. עַד עֵת בֹּא דְבָרוֹ אִמְרַת יְהוָה צְרָפָתְהוּ׃ Verto, *usque ad tempus quo venit verbum ejus*, *verbum* (inquam) *Domini*, quod *probaverat ipsum*.

VERS. 22. לֶאְסֹר שָׂרָיו בְּנַפְשׁוֹ וּזְקֵנָיו יְחַכֵּם׃ Exponi solet, *& senes ejus sapientes redderet*. At, quid ni experiamur omnia? quid? si ם non sit radicale, sed affixum. & verbum sit חָכָה *exspectavit*. in piel חִכָּה *exspectare fecit*. & vertamus, *ut vinciret principes ejus pro arbitrio suo*, *& seniores ejus exspectare faceret*. hoc sane summi principis est, ne seniores quidem statim ad alloquium admittere, sed ut expectent jubere. authoritatis id est & potestatis, & hoc loco cum vinciendi potestate melius congruere videtur, quam institutio, qua alius sapientiam docetur. Etsi autem חִכָּה in piel ejusdem passim significationis est cum Kal, & *exspectare* significat, nihil impedit tamen, quo minus hic propria Conjugatione piel, id est transitiva significatione accipiamus, quum quæ in Kal sunt intransitiva, in piel & hiphil soleant fieri transitiva. Et plurima extent exempla, quæ in piel & hiphil transitiva simul sunt & intransitiva. Hæ spero conjecturæ & experimenta eruditis stomachum non movebunt.

PSAL. CVII.

VERS. 29. וַיֶּחֱשׁוּ גַּלֵּיהֶם. Affixum plurale refertur ad singulare הַיָּם vers. 23. quia mare significat ibi multorum particularium marium collectionem. vide quæ annotavimus ad Psal. 46. 3. ubi contraria est constructio.

PSAL. CIX.

VERS. 7. *Quum judicatur*, *exeat* רָשָׁע *impius*, id est reus. sic & in lingua Æthiopica, permutatis gutturalibus ע & ח, רשח ponitur pro ἔνοχος ἐστὶ *reus est*, Matth. 5. 21. & in hiphil ארשח idem quod הרשיע *condemnavit*, *reum egit*. Matth. 27. vers. 3.

VERS. 10. וְנוֹעַ יָנוּעוּ בָנָיו וְשִׁאֵלוּ וְדָרְשׁוּ מֵחָרְבוֹתֵיהֶם׃ Omnes nostri Interpretes vertunt מֵחָרְבוֹתֵיהֶם *è locis suis desolatis*, supple *prodeuntes*, quod & quidam addunt, ut plenior sit sensus. at plenissimus est & planissimus sensus, si præpositioni מִן non tribuas significationem motus è loco, sed causæ, quæ eos ad mendicandum adigat: & sic vertas, *Et movendo moveantur filii ejus*, *& mendicent*, *& quærant stipem ob loca sua desolata*, vel simpliciter, *ob desolationes suas*. id est, ob vastatas domos, familias, arva, ut nec sementis fieri, nec messis colligi queat, cogantur ad mendicandum animum applicare. sic accipio Chaldæum, ואטלטלא יטלטלון בנוי ושיאלון ותבעון מדהוות צדתהון׃, id est, *Et migrando migrent filii ejus*, *& mendicent*, *& requirant*, *ex quo facta est vastatio eorum*. id est, postquam omnia eorum vastata fuerint, cogantur propterea mendicare. Syri hoc versu carent.

PSAL. CX.

VERS. 3. עַמְּךָ נְדָבֹת בְּיוֹם חֵילֶךָ בְּהַדְרֵי קֹדֶשׁ מֵרֶחֶם מִשְׁחָר לְךָ טַל יַלְדֻתֶיךָ׃. Difficilis versus est, quique varias habet expositiones: inter quas optimam eam arbitror, quæ quam paucissimas fingit Ellipses, & sensum tamen habet commodum. non pigebit nostram quoque sententiam addere. primò, עַמְּךָ נְדָבֹת constructionem esse puto, qualis in קִרְבָּם הַוּוֹת *intimum eorum pravitates*, id est, *pravissimum*, vel *mera pravitas*. Ps. 5. 10. Et תְּשִׁיתֵהוּ בְרָכוֹת Ps. 21. 6. *posuisti eum benedictiones*, id est, *benedictissimum*, vel *meram benedictionem*. usitatum id est Hebræis, ut superlativum, quo carent, exprimant per substantivum pluralis numeri. Ad verbum itaque. *Populus tuus erit spontaneitates in die roboris tui*, id est, *valde spontaneus*, *ipsa spontaneitas*. **U volck sal seer gewillich (of de gewillighept selve) syn in den dage uwer sterckte.** Habes primum versus membrum, quod & per accentum Reviah supra נְדָבֹת indicari videtur. In altero existimo, particulam מִן in מֵרֶחֶם comparativè potius quam per *ex* transferendam, & sic verto, *In magnificentiis sanctuarii juventus tua tibi ros erit præ matrice auroræ*, **In de heerlickheden des heylighdoms sal u uwe jeucht eenen dauw syn**

ſijn beter dan die bande baermoeder des dageraets. Poteſt autem etiam עַמְּךָ נְדָבֹת exponi per regimen genitivi, *populus tuus ſpontaneitatum*, id eſt, *populus tuus ſpontaneus*, & tum de eo prædicari poteſt טַל יַלְדֻתֶךָ, quod tum etiam, per regimen genitivi exponendum *ros juventutis tuæ*, ſic ut totus verſus unam tantum faciat enunciationem, hoc modo, *Populus tuus ſpontaneus, in die roboris tui, in magnificentiis ſanctuarii, erit tibi ros juventutis tuæ præ matrice auroræ*, id eſt melior quam eſt ros primæ auroræ. quamvis in eo ſenſu malim, *à matrice auroræ*, id eſt ab ipſo initio prædicationis Euangelii. Et hæc mihi interpretatio maximè arridet. Belgicè ſic, **U gewillich volck ſal u/ in den dage uwer ſterckte/ inde heerlickheden des heyligdoms/ van de baermoeder des dageraets af/ eenen dauw van uwe jeught weſen.** Ita pleniſſimus & efficaciſſimus eſt ſenſus ſine ulla ellipſi. Quia autem plurimi, Chaldæum ſecuti, per חַיִל hîc *exercitum* intelligunt, fortaſſe quia præcedentibus verſibus Chriſtus tanquam dux militiæ introductus fuit, non diſſimulandum quomodo eo ſenſu verſum hunc capiam. Exiſtimo hîc agi de populo, non quatenus voluntarias victimas ſit oblaturus, ſed quatenus voluntariè cum Chriſto ſit pugnaturus. ac ſic verto. *Populus tuus valde ſpontaneus erit, in die exercitus tui, cum decoribus ſanctitatis, ab utero auroræ: & tibi juventus tua ros erit.* Id eſt quo die exercitum inſtrues, populus tuus te ducem voluntariè ſequetur, aderit enim ab ipſa ineunte aurora, inſtructus decoribus ſanctitatis. tu vero dignus es qui ipſis dux ſis. neque enim ſenex es invalidus, ſed roridam habes juventutem. Sane & illud placet, dubitoque an non præcedentibus anteferendum. judicent doctiores.

PSAL. CXII.

VERS. 5. טוֹב־אִישׁ חוֹנֵן וּמַלְוֶה יְכַלְכֵּל דְּבָרָיו בְּמִשְׁפָּט׃. Pagninus, Tigurini (nec annotavit quicquam Vatablus) Junius, Genevenſes, Aldegondius, ipſe etiam Chaldæus hæc ita tranſtulerunt, ut טוֹב אִישׁ faciat ſubjectum, חוֹנֵן וּמַלְוֶה prædicatum. ſed non permittit id proprietas linguæ Hebrææ, ut nec Chaldaicæ & Syriacæ. ea enim eſt harum linguarum proprietas, ut in tali conſtructione ſubſtantivum adjectivo præponatur. itaque dicendum fuerat אִישׁ טוֹב חוֹנֵן *vir bonus largitur.* quare & Chaldæus, quum eum ſenſum ſequi vellet, ex proprietate linguæ ſuæ invertit ordinem, ac dixit גַּבְרָא טָבָא חָיֵס *vir bonus miſeretur.* melius proprietatem linguæ obſervarunt LXX. qui ex טוֹב אִישׁ fecerunt prædicatum, ex חוֹנֵן autem ſubjectum. verterunt enim, χρηστὸς ἀνὴρ ὁ οἰκτείρων, & Vulgatus, *Jucundus homo qui miſeretur.* Exiſtimo autem טוֹב *bonus*, hîc idem eſſe quod *beatus*, ut & procul dubio Eſa. 3. 10. אִמְרוּ צַדִּיק כִּי טוֹב כִּי פְרִי מַעַלְלֵיהֶם יֹאכֵלוּ *Dicite juſto quod beatus ſit, quia fructum operum ſuorum comedent.* ut & ſubſtantivè טוֹב & טוּב pro *beatitate* interdum ponuntur, ut, *anima ejus* בְּטוֹב *in bono*, id eſt, *in beatitudine commorabitur.* Pſal. 25. 13. *Ego tranſire faciam*, omne טוּבִי *bonum meum*, id eſt, *beatitatem meam* Exod. 33. 19. Sic Syr. טֻבָא *beatitas* & טוּבְתָנָא *beatus.* Probat autem virum beneficum eſſe beatum verbis ſequentibus, יְכַלְכֵּל דְּבָרָיו בְּמִשְׁפָּט. quæ plerique noſtrorum Interpretum volunt eſſe deſcriptionem viri boni, qui *res ſuas in judicio*, id eſt cum jure, juſtè, ex æquo & officio *moderatur.* Ego vero deſcriptionem eſſe puto viri beati, ut & quæ in ſequentibus continentur verſibus, & ſic verto, *ſuſtentabit verba ſua* (ſive *res ſuas*) *in judicio.* hoc vult, beatum eſſe virum beneficum: quia ſi in jus vocetur, quæ dixit aut geſſit ſuſtinere, ſuſtentare, tueri poterit. id propriè eſt כִּלְכֵּל, quod pro *moderari*, aut *diſponere*, ut alii hîc vertere ſolent, non puto uſurpari. Syrus habet,

ܛܒ ܗܘ ܓܒܪܐ ܕܡܪܚܡ ܘܡܘܙܦ ܘܡܣܝܒܪ ܡܠܘܗܝ ܒܕܝܢܐ:

quæ Sionita tranſtulit, *Probus eſt vir qui miſeretur & dat mutuo, ſuſtinetque verba ſua in judicio.* Ego vero arbitror ܘ in ܘܡܣܝܒܪ non eſſe copulæ, ſed retributionis, & verto, *Bonus eſt vir qui miſeretur & dat mutuo, ſuſtinebit verba ſua in judicio.* ita ad amuſſim reſpondent Hebræo, & optimè vertit omnia. Belgice verto, **Vroom is de man die genadelick ſchenckt ende leent. hy ſal ſijne ſaecken in 't recht ſtaende houden.** commendatur vir beneficus, quod & verſ. præcedenti inceperat זָרַח בַּחֹשֶׁךְ אוֹר לַיְשָׁרִים חַנּוּן וְרַחוּם וְצַדִּיק, quod verto, *Oritur in tenebris lux rectis: gratioſo, miſericordi, & juſto.* ל quod eſt in לישרים, pertinere etiam puto ad חנון & ſequentia. & צדיק hic capio, non pro eo qui propriè jus, ſed qui eleemoſynam exercet. ſicut צְדָקָה apud Rabbinos, Syros & Arabes eleemo-

eleemosynam significat. & in Scriptura non raro *misericordiam*, ut Dan. 9. 16.

PSALM. CXVI.

VERS. 1. אָהַבְתִּי כִּי־יִשְׁמַע יְהוָה אֶת קוֹלִי תַּחֲנוּנָי׃ Aldegondius, secutus Genevenses, vertit, **Ick hebbe den Heere lief/ want hy heeft myne stemme ende myne smeeckinghen verhoort.** Sed longe ἐμφατικώτερον mihi videtur, si absque ulla trajectione aut additione sequamur positionem textus Hebræi, & vertamus, **Ick hebbe lief: want de Heere hoort/ myne stemme/ myne smeeckinghen.** Elegantiam habet, quod in primo membro taceat quid amet, secundum autem membrum id statim reddat. & in fine efficax est asyndeton. Nec aliud voluerunt, qui קוֹלִי notarunt accentu Reviah, quam vocem illam non statim esse copulandam cum sequenti, sed paululum ibi pronunciatione subsistendum, antequam ad sequentem pergas. ut nec frustra in præcedenti membro יְהוָה notatur accentu Athnah, ad denotandum, non uno spiritu id cum sequentibus esse efferendum, sed quasi tria beneficia distinctè pronuncianda: primum, Deus audit. secundum, vocem meam. tertium, deprecationes meas. ideo diligo.

VERS. 2. *Quia inclinavit aurem suam mihi*, וּבְיָמַי אֶקְרָא non male Tremel. & Jun. *idcirco diebus meis invocabo ipsum.* quamvis omitti posset idcirco. Vau enim Latinè hîc vacat, quia illationem tantum indicat consequentis ad antecedens, ut alibi sæpe, & sæpe καὶ in N. Test. est. Belgicè vertimus per **soo.** Verum non videtur בְּיָמַי pro diebus calamitatis accipiendum. etsi enim יוֹם alibi pro calamitoso die usurpetur, cum hoc tamen affixo nusquam sic usurpatur, & satis durum videtur. sed ut בְּיָמָיו *in diebus ejus* passim venit pro *tempore vitæ ejus*, sic בְּיָמַי *in diebus meis* passim *pro tempore vitæ meæ.* vide 2 Reg. 20. 19. Esa. 39. 8. ut & מִיָּמַי *à diebus meis*, pro *dum vivo*, Job. 27. 6. Ita hîc sensum esse arbitror. *dum vivo invocabo Dominum.*

PSAL. CXIX.

VERS. 113. סֵעֲפִים שָׂנֵאתִי וְתוֹרָתְךָ אָהָבְתִּי. Variè transfertur illud סֵעֲפִים. Pagninus, *Cogitationes.* Junius, *Cogitationes alias.* Tigurini, *cogitationes quibus distrahitur animus.* Genevenses, *les pensées diverses.* Aldegondius, **dobbel-hertige gepeynsen.** Vides ab omnibus his ad cogitationes referri, quia סְעִף *cogitationem* aliquando significat. Alii non pro voce abstracta, sed pro concreta habuerunt, & ad personas retulerunt. Chaldæus quidem habita ratione cogitationum vertit, דחשבין מחשבן סריקן *qui cogitant cogitationes vanas.* LXX. nulla habita ratione cogitationum παρανόμους. Vulgatus, *Iniquos.* Syrus ܣܟ̈ܠܐ *perversos.* Postremum hoc non rejecero. Existimo enim doctissimos illos viros per סֵעֲפִים metaphoricè intellexisse *scopulos*, & pro eo propriè dixisse *Impios, vel Iniquos.* סָעִיף enim *ramum, cogitationem, scopulum* significat. Ut ad verbum vertas, *Scopulos odi, sed legem tuam amavi.* Meelfurherus quidam (vir Hebraicè non indoctus) סֵעֲפִים vertit *fanaticos*, qui cogitationibus suis oberrant & delirant.

VERS. 119. סִגִים הִשְׁבַּתָּ כָל רִשְׁעֵי אָרֶץ׃ Omnes nostri subintelligunt כ similitudinis, & vertunt, *tanquam scorias cessare fecisti omnes impios terræ.* Sensus commodus est, nec quicquam habet Hebraismo repugnans. sæpe enim particula illa similitudinis subintelligitur. Attamen non est Ellipsis illa fingenda absque necessitate, quæ hîc non usque adeo magna videtur, quin רִשְׁעֵי אָרֶץ & סִגִים per oppositionem possint sumi, ut in primo sit metaphora, quæ in sequentibus propriè exponatur. *Scorias cessare fecisti*, nempe *omnes impios terræ.* Belgicè, **Het schuym/ alle de goddeloosen des aertrijcks heb ghy te niete gemaeckt.** sic Chaldæus, פסוליא פסקתא בטילתא כל רשיעא ארעא. *scorias resecuisti, cessare fecisti omnes impios terræ.* LXX. παραβαίνοντας ἐλογισάμην πάντας τοὺς ἁμαρτωλοὺς τῆς γῆς. Videntur pro סִגִים הִשְׁבַּתָּ legisse סִגִים חָשַׁבְתִּי *aversos, seu retrocedentes reputavi.*

VERS. 128. עַל־כֵּן כָּל־פִּקּוּדֵי כֹל יִשָּׁרְתִּי כָּל אֹרַח שֶׁקֶר שָׂנֵאתִי׃ Omnes nostri Interpretes פִּקּוּדֵי accipiunt de præceptis Dei, & quod sequitur כֹּל de omnibus rebus in lege Dei contentis. יִשָּׁרְתִּי *rectificavi*, pro *rectum censui vel pronunciavi.* Quid ni יִשַּׁרְתִּי exponamus *correxi*, q. recta feci, & פִּקּוּדֵי כֹל sumamus pro præceptis omnium, aliorum nempe præter Deum? & vertamus, *propterea omnia præcepta omnium correxi: omnem viam mendacii odi.* Belgicè, **Daerom hebbe ick de geboden van alle andere verbetert: ick hate alle wegh**

wegh der leugenen. Senſus eſt, quia mandata tua diligo ſupra aurum purgatiſſimum, ut dixerat verſ. præcedenti, propterea omnia mandata omnium aliorum, quæ vel tantillum à tuis mandatis diſcedunt corrigo, & ad normam legis tuæ rectifico. odi enim omnem viam mendacii. Non video quid hîc aut connexioni, aut verborum conſtructioni, aut recto ſenſui adverſetur.

Psal. CXX.

Vers. 3. מַה יִּתֵּן לְךָ וּמַה יֹּסִיף לָךְ לָשׁוֹן רְמִיָּה׃

Vers. 4. חִצֵּי גִבּוֹר שְׁנוּנִים עִם גַּחֲלֵי רְתָמִים׃

Omnes noſtri Interpretes verſum 4. cum 3. ſic conjungunt, ut per comparationem ſagittarum & prunarum contineat deſcriptionem linguæ doloſæ. & quidam eorum interrogationem verſus tertii eodem verſu claudunt: alii, ut Junius, ſine verſus quarti. Omnes volunt ſubticeri reſponſionem ad quæſtionem propoſitam. propterea, ut verſum 4. aptent tertio, ellipſes ſtatuere neceſſe habent, quæ in interpretatione ſuppleantur. At nulla Ellipſi opus eſt, ſi dicas verſum 4. continere pœnam linguæ doloſæ, adeoque reſponſionem ad quæſtionem propoſitam. hoc modo, *Quidnam dabit tibi, & quidnam addet tibi lingua doloſa? Sagittas potentis acutas, cum carbonibus juniperorum.* Eo ſpectare mihi videtur interpretatio Lxx. verſ. 3. Τί δοθείη σοι καὶ τί προστεθείη σοι πρὸς γλῶσσαν δολίαν; verſ. 4. Τὰ βέλη τοῦ δυνατοῦ ἠκονημένα, σὺν τοῖς ἄνθραξι τοῖς ἐρημικοῖς. Quæ ad verbum, & rectè vertit Vulgatus. Certè Chaldæus non aliam mentem habuit, cujus hæc eſt in ea verba paraphraſis, מא יהיב לך מלשנא ומא יוסיף לך אכל קורצי לישנה נכילתא׃, id eſt, *Quid dedit tibi ô Detractor, & quid addet tibi ô Calumniator lingua doloſa?* Sequitur reſponſio, גררין דגברא שנונין הין ברקין מלעיל עם גומרי רתמין דדלקין בגהנם מלרע׃, Id eſt, *Sagittas potentis acutas, veluti fulgura ſupernè, cum carbonibus Juniperorum qui ardent in gehenna infernè.* Belgicè itaque verto, **Wat ſal u geven de bedriegelicke tonge / ende wat ſalſe u toe-voegen? ſcherpe pylen van eenen ſtercken / met brandende koolen van Genever-boomen.**

Vers. 7. אֲנִי שָׁלוֹם. *Ego pax*, id eſt, ipſa pax, de **vrede ſelve.** plus eſt quam *ego ſum pacificus.* abſtractum illud valet concretum in ſuperlativo gradu. ut Latinis ſcelus pro ſceleſtiſſimo.

Psal. CXXIV.

Vers. I. לוּלֵי יְהוָה שֶׁהָיָה לָנוּ׃. Vulgatus ex Lxx. Interpretibus, *Niſi quia Dominus erat in nobis.* Pagninus, *Niſi quod Jehovah fuit nobiſcum.* Obſcuro admodum & imperfecto ſenſu. præterquam quod Hypallagen conſtituerint, pro שֶׁיְהוָה הָיָה לָנוּ. at nihil opus. rectè putamus vertiſſe Aldegondium, *Niſi fuiſset Jehova qui adfuit nobis.* ſicut enim אֵין Hebræorum, & לֵית Chaldæorum negationem dicunt cum verbo ſubſtantivo *non eſt*, ita לוּלֵי, quod ex לוּ *ſi* & לֵית *non eſt* compoſitum exiſtimamus. deinde. לָנוּ nec *in nobis* vertimus, nec *nobiſcum*, nec *apud nos*, ſed totum ſic reddimus, *Niſi fuiſſet Dominus, quem habuimus*, id eſt, niſi Dominum habuiſſemus. quum enim habendi verbo careant Hebræi, eſſerunt id per verbum ſubſtantivum ſequente dativo. ut & Latini, *eſt nobis pater*, pro, habemus patrem.

Psal. CXXVII.

Vers. 2. *Fruſtra vobis eſt, qui ſurgitis mane, & ſero ſedetis, & editis panem laborum*, כֵּן יִתֵּן לִידִידוֹ שֵׁנָה. Variè poſtrema hæc verba explicantur, & ſatis obſcurè, quia omnes illud כֵּן accipiunt pro ſimilitudinis particula, quæ hîc locum habere non videtur. quidam etiam prorſus omittunt. At כֵּן etiam *rectè, bene* ſignificat. 2 Reg. 7. 9. Num. 27. 7. quidni hîc vertamus? bene dat dilecto ſuo ſomnum. Belgicè, **Hy geeſt ſijnen beminden den ſlaep wel.** id eſt, Quum ii, qui Dei diffidentes ſuo labori omnia tribuunt, ſomno rectè non fruantur: mane enim admodum ſurgunt, & in multam noctem ſedent, eam gratiam dilectis ſuis largitur, ut in paterna ejus cura ac benevolentia recumbentes, ſomno ſuo rectè fruantur, ut qui ſciant tam ſollicito labore neutiquam ſibi opus eſſe, vel *ſane dat dilecto ſuo ſomnum.* ut כֵּן ſit idem quod אָכֵן. quomodo bene explicatur Pſal. 63. v. 2. & 4. poteſt autem שֵׁנָה etiam ſumi pro בְּשֵׁנָה, & verti, *ſane dat dilecto ſuo in ſomno*, nempe unde vivat.

Psal. CXXIX.

Vers. 6. :יִהְיוּ כַּחֲצִיר גַּגּוֹת שֶׁקַּדְמַת שָׁלַף יָבֵשׁ. Variè exponitur illud שָׁלַף. Junius, *antequam exseratur falx.* at neque שָׁלַף falcis notionem habet, neque tectorum herba falce meti solet, sed extrahi. Pagninus, *egrediatur.* Genevenses & Aldegondius *ascendat in culmum.* non arbitror id שָׁלַף unquam significare. propriè significat *extrahere*, quæ notio hîc optimè quadrat, si pro Impersonali accipias, quod Hebræi per verbum activum, addito vel subintellecto אִישׁ efferre solent. ut optimè, hîc mihi Tigurini vertisse videantur, *antequam quisquam evellat.* Optimè etiam Vulgatus, *priusquam evellatur.* & Lxx. πρὸ τοῦ ἐκσπασθῆναι. Belgicè, **Eer men het uyt-treckt.**

Psal. CXXXII.

Vers. 12. *Si custodierint filii tui fœdus meum* וְעֵדֹתִי Pagninus, *Et testimonium meum,* quasi וְעֵדֻתִי. Junius, *Et singula testimonia mea*, distributive interpretans nomen plurale, ob affixum singulare, quasi dicas, *& unumquodque testimonium meum.* Lxx. tamen & Hieronymus simpliciter, *Et testimonia mea.* quod non rejicio. more Syriaco, ubi fœminina pluralia recipiunt affixa in modum singularium. vide Gram. nostræ pag. 172. atque ita עֵדֹתִי idem erit quod עֵדְוֹתַי. Observavimus autem & alibi, præsertim in Psalmis varios Syriasmos.

Psal. CXXXIII.

Vers. 2. In Thargum dicitur oleum infusum capiti Aaronis descendisse in barbam, & inde עַל אִמְרָא דִלְבוּשׁוֹי. Elias in Methurg. ait significare ibi אִמְרָא מַלְבּוּשׁוֹ שָׂפַת, aut שׁוּלֵי מַלְבּוּשׁוֹ. quem sequitur Junior Buxtorf. in suo Lexico. אִמְרָא inquit ora, fimbria. Sed nec aliis locis ea significatio probatur, nec vocis etymon eam admittit. Hebræi quidem vestis fimbriam nunc שָׂפָה labium, nunc פֶּה os dicunt, sicut Latini oram, insigni metaphora: quia sicut os extremitas cordis est, & labia extremitates ac quasi fimbriæ oris, sic fimbria extremitas vestis. at fimbriam אִמְרָא verbum vestis dici, metaphora pati non videtur. Existimo itaque pro עַל פִּי מִדּוֹתָיו quæ sunt in Hebræo, Chaldæum dixisse עַל אִמְרָא דִלְבוּשׁוֹי Synecdochicè, sicut & alibi sæpè pro פֶּה habet מֵימַר verbum, & per verbum vestimentorum Aaronis intellexisse nomina tribuum Israëlis quæ Aaron in veste sua scripta gestabat, super quæ oleum à capite & barba defluxisse dicatur, ut communio gratiæ inter caput & membra designetur. vel respexerit ad Urim & Thummim, per quæ Hebræi scripturam quandam, pectorali Aaronis insertam, designari putabant, sive nominis Jehova sive alterius rei, per quam veluti per os aliquod aut verbum Deus loquebatur, & oracula consulebantur. in quod verbum defluxisse oleum putaverit, veluti quædam oraculorum obsignatio.

Placebant hæc, donec interpretatio 70 Seniorum sententiam mutare coëgit, qui verterunt ἐπὶ τὴν ὤαν τοῦ ἐνδύματος αὐτοῦ. ὤα Græcis & pellis ovina est, ab ὄϊς ovis, & fimbria sive villus vestis: quia solebant olim oras vestium ovinis pellibus munire, ne attererentur. οἱ γὰρ παλαιοὶ ταῖς ἐσθῆσι ὄϊος δέρμα προσέῤῥαπτον, ἵνα ἥκιστα τρίβοιντο τὰ κάτω τῶν ἱματίων. ut ait Eustat. Odyss. ρ. Ita אִמְּרָא Chaldæis & agnum sive ovem significat, & fimbriam agninâ seu ovina pelle munitam. In his acquiesco.

Psal. CXXXV.

Vers. 17. :אַף אֵין־יֶשׁ־רוּחַ בְּפִיהֶם. Rectè observavit doctiss. Mercerus in notis ad thesaurum Pagnini, יֵשׁ nominis potius formam quam verbi habere, quasi *essentiam* aut *existentiam* dicas. ad quod confirmandum, hunc præsertim locum observatum velim. אֵין enim verbis immediatè nunquam jungitur, sed tantum nominibus & participiis: quia non simplicem dicit negationem ut לֹא, sed negationem cum significatione verbi substantivi. itaque si יֵשׁ esset verbum indicativi modi, dicendum fuerat, אַף לֹא יֵשׁ רוּחַ בְּפִיהֶם. sicut per verbum הָיָה diceres, אַף לֹא יִהְיֶה aut אַף לֹא הָיָה. pessimè autem אַף אֵין הָיָה. Quapropter non simpliciter hîc vertendum, ut plerique solent, *Etiam non est spiritus in ore eorum*, sic enim superfluum est illud יֵשׁ, & sufficiebat dixisse, אַף אֵין רוּחַ בְּפִיהֶם. sed vertendum est, *Etiam non est existentia spiritus in ore eorum.* non sensum, qui nihil discrepat, sed phrasin illustro Hebræam. sic יֵשׁ apertè nomen denotat Prov. 8. vers. 21. לְהַנְחִיל אֹהֲבַי יֵשׁ *ut possidere*

faciam

faciam diligentes me existentiam, i. substantiam, τὰ ὑπάρχοντα. Hinc est quod more nominum affixa recipiat, יֶשְׁנוֹ *existentia ejus*, id est, *est* ille. יֶשְׁכֶם *existentia vestra*, i. *estis vos*. si enim per se significaret verbum *sum*, *es*, *est*, &c. affixa admittere non posset, quia plane est intransitivum. ut & verbum הָיָה nunquam affixis jungitur, nisi in Infinitivo, qui cum nomine convenit. idem de Chaldæorum & Syrorum אִית judicandum, quod plane respondet Hebræorum τῷ יֵשׁ.

Psal. CXXXVII.

Vers. 3. כִּי שָׁם שְׁאֵלוּנוּ שׁוֹבֵינוּ דִּבְרֵי שִׁיר וְתוֹלָלֵינוּ שִׂמְחָה׃. Varias habet interpretationes illud וְתוֹלָלֵינוּ, quas vide in notis Vatabli. at omisit interpretationem Thargum, quæ nequaquam contemnenda videtur, vertit enim ובוזנא *& deprædatores nostri*, ut תּוֹלָלֵינוּ sit pro שׁוֹלָלֵינוּ mutato ש in ת ex idiotismo Chaldaico. est autem hîc Psalmus in captivitate Chaldaica compositus. optimeque conjunguntur שׁוֹבֵינוּ *captivatores nostri*, & תּוֹלָלֵינוּ *deprædatores nostri*. Syrus habet ܫܒܘܝܢ *abductores nostri*. ut Lxx. & Vulgatus.

Vers. 5. אִם אֶשְׁכָּחֵךְ יְרוּשָׁלָםִ תִּשְׁכַּח יְמִינִי׃. Omnes nostri Interpretes in secundo membro Ellipsin statuunt, *Si oblitus fuero tui ô Jerusalem, obliviscatur dextera mea*, vel sui, vel pulsationis suæ, vel artis musicæ. At Chaldæus nullam agnovit Ellipsin. accepit enim תִּשְׁכַּח in secunda persona, ac vertit אין מנשינא ליך ירושלים אנשיה לימיני, *si obliviscor tui ô Jerusalem, obliviscere dexteræ meæ*. Eodem sensu Lxx, ἐπιλησθείη ἡ δεξιά μου. Vulgatus, *oblivioni detur dextera mea*. legisse videntur, תִּשָּׁכַח in niphal. aut sensum expresserunt. idem enim est, *obliviscere dexteræ meæ*, & *oblivioni detur dextera mea*. sive per dextram intelligat juramentum quo se Hierosolymæ & Ecclesiæ obstrinxerat. dextra enim in jurando elevari solet. unde apud Arabes ימין *juramentum* denotat, quo sensu & à quibusdam non male accipitur Psal. 144. *quorum os loquitur vanitatem*, וִימִינָם יְמִין שָׁקֶר *& juramentum eorum juramentum mendacii*. sive communionem quam habebat cum Ecclesia. sicut Gal. 2. 9. δεξιὰς κοινωνίας.

Vers. 7. עָרוּ עָרוּ עַד הַיְסוֹד בָּהּ. Lxx. ἐκκενοῦτε ἐκκενοῦτε, ut & Hieron. *exinanite exinanite*. Targum צדו צדו *vastate, vastate*. Pagninus, *discooperite*. Junius, *Nudate*. Nos vertimus, *Complanate, complanate*, id est omnia solo æquate, & in planitiem redigite. ea est hujus verbi significatio in lingua Æthiopica. de quo pluribus egimus Jud. 20. 33. ubi מִמַּעֲרֵה גָבַע docuimus rectè à Jonathane translatum *è planicie Gibeæ*. Porro עַד הַיְסוֹד בָּהּ Hieron. & Pagninus ad verbum, *usque ad fundamentum in ea*, quod obscuritatem non habet, si *in ea* conjungatur cum *complanate*. Junius, secutus Targum, *quamdiu fundamentum* erit *in ea*. Præfero τοῖς Lxx. qui simpliciter habent ἕως τῶν θεμελίων αὐτῆς *usque ad fundamenta ejus*. ב enim sæpe Genitivum format. ut לְעִתּוֹת בַּצָּרָה *temporibus angustiæ* Psal. 9. 10. & alibi. quod quidem clarum est, si ex more subintelligas אשר, ut sit pro אשר בה, *usque ad fundamentum quod est in ea*, id est ejus.

Vers. 8. בַּת בָּבֶל הַשְּׁדוּדָה אַשְׁרֵי שֶׁיְשַׁלֶּם לָךְ׃. Omnes nostri Interpretes הַשְּׁדוּדָה passive sumunt in Paul, & vertunt, alii *vastata*, alii *quæ vastaris*, alii *vastanda*. Lxx. ἡ ταλαίπωρος. Vulgatus, *misera*. Maximè arridet Thargum, qui activè vertit בוזיתא *deprædatrix*, *vastatrix*. Estque nomen formæ Chaldaicæ. Chaldæi enim & Syri nomina Actoris formant à Benoni Kal interponendo Vau inter secundam & tertiam radicalem. à benoni אָכֵל formant אָכוּל *esor*. à דָּבַר *ducens*, דָּבוּר *ductor*. sic à שָׁדֵד *vastans*, שָׁדוּד *vastator*. fœm. שְׁדוּדָה *vastatrix*. iterum recordandum, hunc Psal. in Babylone compositum.

Psal. CXXXIX.

Vers. 16. גָּלְמִי רָאוּ עֵינֶיךָ וְעַל סִפְרְךָ כֻּלָּם יִכָּתֵבוּ יָמִים יֻצָּרוּ וְלֹא אֶחָד בָּהֶם׃ Verto *Massam meam viderunt oculi tui. nam in libro tuo omnia scripta sunt, diebus* quibus *formanda sunt, & necdum quicquam ex illis est*. Id est, Tum quum res adhuc formabuntur & necdum sunt, jam sunt universæ scriptæ in tuo libro. hinc est, quod massam meam oculi tui viderint, antequam formam haberet humanam. גולם Rabbinis *materia* est. Hinc apud Maimonidem omnia creata præter Angelos dicuntur מחוברים מגולם וצורה *composita ex materia & forma*, Angelos autem esse צורה בלא גולם *formam sine materia*. Causa autem cur omnia, etiam antequam sint, sciat Deus, ex eleganti hac de Deo assertione apud Maimo-

Maimonidem in יסודי התורה cap 2. intelligi potest, אינו מכיר הברואים וידעם מחמת הברואים כמו שאנו יודעים אותם אלא מחמת עצמו יודעם לפיכך מפני שהוא יודע עצמו ידע הכל שהכל נסמך לו בהווייתו׃. *Ipse non novit creata, neque scit ea propter creata, sicut nos ea novimus, sed propter se ipsum. Hinc novit omnia, quia novit propter seipsum: omnia enim innituntur ipsi essentia sua.* Hoc ipsum dicit hoc loco Propheta, *Nam omnia scripta sunt in tuo libro*, id est in tua mente, in te ipso.

VERS. 18. אִם תִּקְטוֹל יְהוָה רָשָׁע וְאַנְשֵׁי דָמִים סוּרוּ מִמֶּנִּי׃. Verto, *Certe occides Domine impium. itaque viri sanguinum recedite à me* אִם sæpe pro באמת *certè, verè* sumi, docemus ad Jer. 31. vers. 20.

VERS. 20. אֲשֶׁר יֹמְרוּךָ לִמְזִמָּה נָשׂוּא לַשָּׁוְא עָרֶיךָ׃. Quam varias hic locus habeat interpretationes earumque multas parum convenientes, deprehendet quicunque eas accuratius perpenderit. Chaldæus, Lxx. Vulgatus, Syrus, plerique Hebræorum, & omnes nostri, quos quidem vidi, Interpretes, נָשׂוּא accipiunt pro נָשְׂאוּ, sicut & Ezech. 39. 26. extat sine א, נָשׂוּ. Id si rectè, existimo affixum ךָ, quod in priori membro adhæret verbo יֹמְרוּ, repetendum esse ἀπὸ τοῦ κοινοῦ ad נָשׂוּא, & sic vertendum, *Qui dicunt te* (id est, *memorant te*) *fraudulenter*, qui *sumunt te in vanum, hostes tui sunt.* Aut potius dicemus verbum נָשָׂא interdum absoluté poni pro *jurare*, quia elevatis manibus jurabant, ut Esa. 3. 7. יִשָּׂא בַּיּוֹם הַהוּא *elevabit in die illa*, sc. manus, *id est jurabit.* Ita hoc loco. *Qui memorant te fraudulenter, qui jurant in vanum, hostes tui sunt.* sic Chaldæus, דִּי יימון בשמך על נכלא משתבעין על מגן בעלי דבבך, *Qui jurant in nomine tuo per fraudem, jurant per temeritatem, hostes tui sunt.* Non vidi quoad sensum meliorem interpretationem. Quod si, ut ipsa forma indicat, & quibusdam Hebræorum placet, נָשׂוּא sit Paul, sic exponerem, *Qui loquuntur adversum te per scelus, quisque eorum in vanum* (id est *frustra*) *elevatus est, hostes tui sunt.* vel, *qui loquuntur adversus te per scelus, qui elatus est ad vanitatem, hostes tui sunt,* Duos enumerat qui hostes Dei sunt, primum, qui adversus Deum loquuntur. secundo qui ad vanitatem elatus est. id mihi simplicissimum videtur. quia cum analogia Grammatices maxime convenit, & sensum habet planum ac elegantem. Quod si נָשׂוּא punctemus נָשׂוּא, quod absque punctis legens faciebam, infinitivus erit, & verteremus, *Qui loquuntur adversus te, jurando in mendacium, hostes tui sunt.* Addo אֲשֶׁר hic posse sumi non pro pronomine, sed pro particula affirmativa, *certe, utique*, ut 1 Sam. 15. 20. Psal. 10. 6. & 95. 11. & 144. 12. Es. 8. 20. Hab. 3. 16. & alibi. sic sensus esset, *certè loquuntur adversus te per scelus, elevatus est ad mendacium quisque hostium tuorum.* ac tum versum præcedentem אִם תִּקְטֹל אֱלוֹהַּ רָשָׁע וְאַנְשֵׁי דָמִים סוּרוּ מִמֶּנִּי sic verterem, *si occîdis Deus, impius* erit. *viri sanguinum recedite à me.* Id est, si occîdis, impium occîdes: itaque recedite à me viri sanguinolenti. certe loquuntur adversum te &c.

PSALM. CXLI.

VERS. 3. שִׁיתָה יְהוָה שָׁמְרָה לְפִי נִצְּרָה עַל דַּל שְׂפָתָי, Verti solet, *Pone Domine custodiam ori meo, conserva ostium labiorum meorum.* prius membrum nihil habet difficultatis. in posterioris membri sensu quem attulimus, Chaldæus, Syrus, Lxx. Vulgatus, omnesque nostri, quos quidem vidimus Interpretes unanimiter consentiunt, etsi quoad verba alii ab aliis discrepent. Itaque tam unanimi consensui refragari non audeo. Fateor tamen me nequaquam videre, quæ necessitas ad eam interpretationem adegerit. Nam primo נִצְּרָה ex analogia Grammatices non potest esse Imperativus ullius Conjugationis, nec in ullo tempore potest esse secundæ personæ. Deinde דַּל pro דֶּלֶת poni, nullo alio quam hoc uno loco probari potest. דַּל *pauperem, attenuatum* significat. נִצְּרָה est præteritum Niphal, tertiæ pers. fœm. gen. sing. num. rectè tamen respondens duali שְׂפָתָי, si id ex more linguæ Hebrææ distributivè accipiatur. Itaque absque ulla irregularitate, sensu convenientissimo, totus versus ita reddi potest. *Pone Domine custodiam ori meo: custodiatur super paupere unumquodque labiorum meorum*, Id est, ne permitte, ut labiis meis piorum afflictorum causam obtrectans, ad impios deficiam, ut sequitur v. sequenti.

VERS. 7. כְּמוֹ פֹלֵחַ וּבֹקֵעַ בָּאָרֶץ נִפְזְרוּ עֲצָמֵינוּ לְפִי שְׁאוֹל׃. Pagninus, *sicut scindens & findens* ligna *in terra, sic dispersa sunt ossa nostra in ore sepulchri.* Eam sententiam sequuntur

tur etiam Tigurini, Genevenses, Aldegondius. Junius quoque in notis ait Metaphoram desumptam esse à lignariis. Melius hæc intellexerunt Chaldæus & Syrus, qui Metaphoram ab agricolis desumptam volunt, qui terram aratro secant ac findunt. sic enim Chaldæus, די כמת גבר דפלח ומבזע במרדיא בארעא הכדין אתבדרו אברנא על פום קבורתא, id est, *quod est, sicut vir qui secat & findit aratro in terra, sic dispersa sunt ossa nostra ad os sepulchri.* Syrus, ܐܝܟ ܣܟܬܐ ܕܦܠܚܐ ܐܪܥܐ ܐܬܒܕܪܘ ܓܪ̈ܡܝܗܘܢ ܠܘܬ ܦܘܡܗ ܕܫܝܘܠ Id est, *sicut vomer findens terram, dispersa sunt oßa eorum ad os sepulchri.* apud Syros verbum פְּלַח speciatim significat *terram colere.* פַּלָּחָא *agricola.* Belgicè sic transtulerim, **Gelijck als die het aertrijk doorploeght ende doorsnijt / soo zijn verdeylt onse beenderen nae de mont van het graf toe.** Aut si mavis, **Gelijck als een die klooven ende doorsnijdingen maeckt in het aertrijck.**

Vers. 9. יִפְּלוּ בְמַכְמֹרָיו רְשָׁעִים יַחַד אָנֹכִי עַד אֶעֱבוֹר׃ Variè hîc locus exponitur, prout alii, accentuum & positionis verborum rationem habentes, יַחַד jungunt cum sequentibus, alii, utrumque negligentes, jungunt cum antecedentibus. alii iterum affixum in בְמַכְמֹרָיו referunt ad singularem personam, alii collectivè ad improbos. Qui ad singularem personam referunt, intelligunt Saulem. Perpendant eruditi; an non etiam ad Deum referri possit, adeoque totus versus secundum rationem accentuum & verborum positionem sic reddatur. *Cadent in retia ejus impii, una ego, usque dum transiero.* ut sensus sit. Tendunt mihi retia impii, at Deus habet quoque sua retia, in quæ & illi pariter & ego incidemus, sed ego transiturus aliquando, illi mansuri & perituri. Fateor tamen Aldegondii expositionem perplacere, etsi accentus & verborum ordinem neglexerit. Solummodo experimur, quid verba & sensus ferre possint. nec dubito, quin qui Athnah ad רְשָׁעִים, & Reviah ad אָנֹכִי apposuerunt, locum intellexerint, prout nos distinximus.

Psal. CXLIII.

Vers. 9. הַצִּילֵנִי מֵאֹיְבַי יְהוָה אֵלֶיךָ כִסִּתִי׃ Posterius membrum alii exponunt, *ad te confugio*, alii *in te spero.* alii habita ratione propriæ significationis, *In te texi*, sc. me, vel animum meum, vel caussam meam. si punctis destitutum legeretur אֵלֶיךָ כִּסּוּתִי *ad te est protectio mea, ad te est protegere me, tuum est protegere me*, facilior esset expositio. sic enim loquuntur Hebræi, אֵלַי *ad me pertinet, meum est.* אֵלֶיךָ *tuum est.*

Psal. CXLV.

Vers. 16. פּוֹתֵחַ אֶת יָדֶךָ. *aperis manum tuam.* Arabes dicunt in Surata Bacara ٱللَّهُ يَقْبِضُ وَيَبْسُطُ *Deus colligit & expandit*, sive *constringit & dilatat*, sc. manum suam. quum colligit eam seu constringit, deficiunt omnia. quum expandit eam sive dilatat, quod David hîc aperire vocat, abundant omnia, & saturantur homines.

Vers. 19. רְצוֹן יְרֵאָיו יַעֲשֶׂה. *Beneplacitum timentium se faciet.* Facit huc illud R. Gamalielis filii R. Judæ Hannasi cap. 2. Aboth, עשה רצונו כרצונך כדי שיעשה רצונך כרצונו בטל רצונך מפני רצונו כדי שיבטל רצון אחרים מפני רצונך׃ *Fac voluntatem ejus tanquam voluntatem tuam, ut faciat voluntatem tuam tanquam voluntatem suam. Aboleas voluntatem tuam propter voluntatem ejus, ut aboleat voluntatem aliorum, propter voluntatem tuam.*

ANIMADVERSIONES

In loca difficiliora

PROVERBIORUM.

Cap. I. Vers. 2.

וּלְהָבִין דִּבְרֵי בִינָה Rectè Vulgatus transtulit בִינָה *prudentiæ.* ut & LXX. Φρονήσεως. In Pirke Aboth cap. 3. Rabbi Eleazar dicebat, אם אין בינה אין דעת אם אין דעת אין בינה׃ *sine prudentia non est scientia, nec sine scientia prudentia.*

Vers. 5. וְנָבוֹן תַּחְבֻּלוֹת יִקְנֶה. *& intelligens solertias acquiret.* Matth. 26. 4. Æthiopicus Interpres חבל usus est pro *dolo.* Ad præcedens membrum, *Audiet sapiens*, וְיוֹסֶף לֶקַח *& addet doctrinam*, pertinet egregium illud Hillelis dictum cap. 1. Aboth, דלא מוסיף יסיף, *qui non addit, consumit.* qui non auget scientiam, amittit de ea.

Vers. 17. כִּי חִנָּם מְזֹרָה הָרָשֶׁת בְּעֵינֵי כָּל בַּעַל כָּנָף׃

Vers. 18. וְהֵם לְדָמָם יֶאֱרֹבוּ יִצְפְּנוּ לְנַפְשֹׁתָם׃

Vers. 19. כֵּן אָרְחוֹת כָּל בֹּצֵעַ בָּצַע אֶת נֶפֶשׁ בְּעָלָיו יִקָּח׃

In Commeliniana Vatabli editione interpretum diversæ sententiæ ad tres potissimum referuntur. Prioris sensus est, Certe, vel quia ut sine causa civibus innocuis expanditur rete: ita hi sine causa insidiantur vitæ eorum quos occidere cupiunt, ut illorum rapiant bona. tales sunt viæ omnium illorum qui lucro inhiantes, sine causa alios occidunt. Hanc sententiam sequitur Leo Judæ, & eum Genevenses. Secundæ sententiæ sensus est, Quia ut frustra sparsum est rete ante aves, quod illud non percipiant præ aviditate cibi supra illud jacti, qui causa est ut sibi non caveant à reti: sic isti nullo periculo deterriti, sed avaritia illecti sanguini suo, sive sibi ipsis insidiantur. Adeo ut primus versus contineat πρότασιν similitudinis, secundus versus ejus ἀπόδοσιν. Tertius, ἀποδόσεως amplificationem. atque ita Genev. in notis. Tertia sententia duos priores versus refert ad similitudinem, tertium ad apodosin, ut sensus sit, sicut innocuis avibus tenditur rete, & quidem sic ut aucupes vitæ earum insidientur, sic avarus non bona tantum sed & vitam eorum qui ea possident captat. Hanc sententiam secutus est Joan. Bruno in nupera versione sua Belgica. longe sane melius quam vulgata Belgica habet, quæ nimium recedit. D. Junius ab his omnibus diversam sententiam sequitur. Duo enim hic argumenta proponi vult. quorum primum sit v. 17. per similitudinem sine apodosi, hoc sensu, Utcunque sibi videantur esse certi de potiunda præda: tamen non magis confirmare possunt, se effecturos sua consilia, quam auceps se capturum aves prætervolantes & observantes retia sua. argumentum hoc est ab incerto. alterum est à funesto ipsorum exitio, quod simpliciter sine similitudine proponi vult vers. 18. quem sic vertit, *Præterea ipsi in sanguinem suum insidiantur: quod abscondunt se in animas ipsorum est.* tum vers. 19. *Ita se habent cœtus omnium deditorum quæstui; quæstus animam eorum qui dediti sunt ipsi intercipit.*

Liceat his nostram quoque sententiam addere. Duos priores versus protasin similitudinis volumus comprehendere, tertium apodosin. & sicut tertius incipit per כֵּן, ita in initio primi volumus subintelligi כַּאֲשֶׁר. quod deinde sequitur כִּי, non vertimus *quia* vel *certe*, sed ad tempus referimus, quo nihil usitatius, & vertimus *quando.* Ad verbum ergo sic vertimus, Sicut *quando frustra panditur rete in oculis omnis alatilis, & ipsimet* (nempe aucupes,) *in sanguinem suum insidiantur, & abscondunt* (rete) *in animas suas: Sic est omnis deditus avaritiæ, ea animam domini sui capit.* Verba ita sunt perspicua, ut jam explicatione non egeant. sensus est, sicut quando contingat expandi rete avibus, sed non eas, verum ipsos aucupes capi, sic se res habet cum avaro.

Cap. II.

Vers. 16. הַעֹזֶבֶת אַלּוּף נְעוּרֶיהָ. Verti solet, *quæ deserit ducem adolescentiæ suæ.* non nego, *quin* rectè. sed addo, rectè etiam verti posse, *amicum adolescentiæ suæ*, quem in adolescentia tanquam summum amicum suum complexa fuerat. vide quæ de voce אלוף annotavimus ad Psal. 55. 14.

Cap. IV.

Vers. 7. רֵאשִׁית חָכְמָה קְנֵה חָכְמָה וּבְכָל־קִנְיָנְךָ קְנֵה בִינָה׃. רֵאשִׁית hîc non pro *principio*, sed pro *præcipuo* capio, quo sensu sæpe etiam primitivum ejus ראש *caput* sumitur. Et sic verto, *Præcipuum est sapientia. acquire sapientiam. & in omni possessione tua acquire intelligentiam.* Causa ergo primum datur, quare sapientiæ & intelligentiæ ante omnia studendum, quia est præcipuum. sic רֵאשִׁית vertit Aldegondius, quum timor Domini dicitur esse רֵאשִׁית חָכְמָה, **het hooft-stuck der Wijsheydt** / q. d. præcipuum, principale sapientiæ-

Cap. V.

Vers. 15. שְׁתֵה מַיִם מִבּוֹרֶךָ וְנֹזְלִים מִתּוֹךְ בְּאֵרֶךָ׃

Vers. 16. יָפוּצוּ מַעְיְנֹתֶיךָ חוּצָה בָּרְחֹבוֹת פַּלְגֵי מָיִם׃

Vers. 17. יִהְיוּ לְךָ לְבַדֶּךָ וְאֵין לְזָרִים אִתָּךְ׃ Nolim hos versus cum D. Junio de recto bonorum usu adversus avaros intelligere. Antecedentia enim & consequentia hæc ad conjugium pertinere omnino demonstrant. Melius itaque Vatablus. *De cisternis tuis bibe*, id est uxore tua contentus esto. *Dispergantur fontes tui foras*, id est, Ex te prodeant, qui discurrant per plateas. *Sint tibi soli, & non alienis tecum*, nempe illi liberi. Nolim tamen doctis displiceat, si ad v. 16. & 17. aliam à doctiss. Vatablo interpretationem, aut conjecturam addam. versum 16. interrogativè capio, *dispergerentur fontes tui foras? per plateas rivi aquarum?* Correctio est v. 17. Sint tui solius, & non aliorum tecum. Id est, An masculas tuas vires, quæ tanquam fontes & rivi aquarum in te abundant, foras profunderes? (fit hoc in adulterio) absit, sed tibi soli eas serva, quod fit in legitimo conjugio. ita nec tu aliunde quam ex tuo puteo, id est tua uxore aquas bibes quæ sitim veneream extinguant, nec tui fontes aliorsum quam ad tuam uxorem, ad tuum puteum profluent. Cum his optimè cohæret versus sequens, *sit fons tuus benedictus* (maledictus enim est quum ad alienam fluit) *& gaude de uxore juventutis tuæ.*

Cap. VI.

Vers. 5. הִנָּצֵל כִּצְבִי מִיָּד. *Eripe te tanquam Hinnulus statim.* מִיָּד enim apud Chaldæos ac Rabbinos usitatissimè valet statim, & hoc loco optimè quadrat. atque ita à quibusdam doctoribus hîc exponi, tradit Elias in Thisbi. faciliorque est interpretatio, quam si cum Junio & aliis subintelligas è manu *Venatoris*, aut laquei. Potest & sic exponi, *Evade è manu tanquam hinnulus*, nempe è manu amici vel proximi, in quam spondendo incidisti. sic enim dixerat v. 3. הִנָּצֵל כִּי בָאתָ בְּכַף רֵעֶךָ *evade quum incidisti in manum proximi tui.* jam dicit *evade è manu.* Belgicè, **ontkomt uyt de hant als een ree.** Id rectum puto. sensus est, fac ut quam citissimè te sponsione tua liberes.

Cap. X.

Vers. 9. *Qui incedit in integritate, ibit securè. sed qui pervertit vias suas*, יִוָּדֵעַ deseretur. Apud Arabes وضع יָדַע significat *sinere, dimittere, relinquere, deserere.* hac significatione videtur ידע non hîc tantum usurpari, sed & Prov. 14. 34. & Ezech. 19. 7.

Vers. 17. אֹרַח לְחַיִּים שׁוֹמֵר מוּסָר וְעוֹזֵב תּוֹכַחַת מַתְעֶה׃. *Incedit ad vitam, qui custodit correctionem. sed qui deserit redargutionem, errat* (aut seducit se) ut אֹרַח sit benoni Kal, quasi אֹרֵחַ. vel si pro nomine sumimus, recte ad verbum vertemus, *Via ad vitam est qui custodit correctionem: sed qui deserit redargutionem, seducit.* Sensus est, qui se corrigi patitur, quasi via est, se & alios ad vitam ducens: qui vero correctiones non admittit, neutiquam via est ad vitam ducens, sed contra se & alios seducit. Potest & sic verti, *viam ad vitam custodit correptio, sed qui deserit castigationem facit aberrare.* Hanc veram puto esse interpretationem, & non tam officium describi ejus qui castigatione eget, quam cui incumbit castigare: v. g. ad patrem potius quam ad filium pertinere. ut sensus sit, si pater corripiat filium, custodit ei viam ad vitam: si autem deserat castigationem, i. si castigare desinat, seducit filium, facit eum aberrare. Belgicè verto, **De bestraffinge bewaert den wegh tot het leven: maer die de bestraffinge naerlaet/ doet dwalen.** Miror ni mihi hîc omnes docti assentiantur.

Cap. XI.

Vers. 13. הוֹלֵךְ רָכִיל מְגַלֶּה סוֹד. *Detractor est qui revelat arcanum.* applicatur id in Talmud, tractatu Sanhedr. cap. 3. Judici, qui egressus dicit parti damnatæ אני מזכה וחביריי מחייבים אבל מה אעשה שחביריי רבו עלי׃, *Ego pro te judicavi, sodales mei condemnarunt te. sed quid agerem? quum illi numero me superarent?*

Vers. 21. יָד לְיָד לֹא יִנָּקֶה רָע וְזֶרַע צַדִּיקִים נִמְלָט׃. *A manu ad manum non erit innocens* (vel impunitus) *malus:* id est, ne quidem per filiorum successionem pœnas effugiet; nec ipse, nec liberi ejus impunes erunt. quod probat alterum oppositionis membrum: *sed semen justorum evadet.* opponit semen justorum semini malorum, & dissimiles iis eventus

tribuit. est autem יָד לְיָד pro מִיָּד לְיָד, in cujusmodi phrasibus motum significantibus, præpositionem מִן omitti, non est insolens. ut Gen. 10. 19. בֹּאֲכָה סְדֹמָה וַעֲמֹרָה וְאַדְמָה עַד לָשַׁע ubi בֹּאֲכָה est pro מִבֹּאֲכָה.

Cap. XII.

Vers. 25. דְּאָגָה בְלֶב־אִישׁ יַשְׁחֶנָּה וְדָבָר טוֹב יְשַׂמְּחֶנָּה׃. Difficultatem hîc parit affixum fœmin. in יַשְׁחֶנָּה & יְשַׂמְּחֶנָּה. de quo quatuor sunt sententiæ. quidam enim per Enallagen generis id referunt ad אִישׁ, ut ponatur pro יַשְׁחֶנּוּ, & vertunt, *sollicitudo in corde viri dejicit eum.* sic Tigurini & Vulgatus. Alii referunt ad לֵב, quod quidem etiam masculinum est, sed volunt Prophetam respexisse ad affine nomen לֵבָה quod fœmininum est. sic Pagninus, Genevenses, Mercerus, Joannes Bruno aliique plurimi. Junius peculiarem secutus sententiam refert ad יָד *manum*, cujus in præcedenti versu fuit actum. quod mihi maxime alienum videtur. R. D. Kimchi in libro Rad. & R. Levi Ben Gerson in commentariis in hunc locum referunt ad דְּאָגָה. Lubet verba Kimchi hîc transferre, quæ sic habent, *Sollicitudo quando est in corde viri, ut sollicitus sit de victu suo, deprimat sollicitudinem & humiliet illam, & verbo bono lætificet eam, quasi dicat, convertat sollicitudinem in lætitiam per verbum bonum quod dicat coram corde suo, e. g. projice super Dominum negocium tuum, ipse sustentabit te, & similia verba quæ sunt verba fiduciæ in Domino, & removeat sollicitudinem è corde suo. dixit autem, lætificet eam, sicut Jobi* 41. 13. *dicitur & ante eum exultet dolor.* Hanc interpretationem sequendam arbitramur. nisi quod non necesse videatur דָּבָר hic præcisè sumere pro *verbo*, Dei scilicet, sed in genere pro *re aliqua.* neque subintelligere ב, ut sit pro בְּדָבָר טוֹב, sed pro nominativo sumi possit. Nos sic vertimus, *Sollicitudo in corde viri* est? *deprimat eam, & aliquod bonum lætificet eam.* Belgicè, **Isser bekommernisse in yemants herte / dat hy die 't onderhoude / ende dat yet goets die verheuge.**

Vers. 27. לֹא יַחֲרֹךְ רְמִיָּה צֵידוֹ וְהוֹן־אָדָם יָקָר חָרוּץ׃. *Non aduret vir fraudulentus venationem suam: sed substantia est hominis pretiosi, seduli.* Fraudulentus enim, nec pretiosus est, sed vilem habet animam: nec sedulus, sed dum fraudibus intentus est, quæ muneris sui sunt negligit. pœna ejus est, quod partis bonis non fruatur, bona autem sunt viri pretiosi & seduli. Pretiosus, vir probus est, quales David vocat אַדִּירֵי Ps. 16. Ita video vertisse doctiss. Mercerum. sic inter הוֹן & אָדָם subintelligitur verbum substantivum *est*, & אָדָם sumitur pro לְאָדָם. sensu sane admodum convenienti. sed dubito, an non repugnet illud Mackaph quo הוֹן־אָדָם inter se tanquam in unam dictionem copulantur, quo regimen genitivi omnino indicari videtur. certè non permittit hæc ita disjungi, ut alterum ad prædicatum, alterum ad subjectum pertineat. Itaque omnibus bene perpensis, maximè mihi placet, quam Mercerus quorundam dicit esse interpretationem, *Et substantia hominis pretiosi est aurum*, vel *hominis honorati*, qui ob virtutem honore dignus est. opponitur hic fraudulento, & substantia ejus aurea indigentiæ fraudulenti, qui non adurit venationem suam.

Cap. XIII.

Vers. 1. בֵּן חָכָם מוּסַר אָב וְלֵץ לֹא שָׁמַע גְּעָרָה׃. *Filius sapiens est, qui castigatus est à patre. Sed irrisor est, qui non audivit increpationem.* Ad verbum *castigatus patris*, id est qui à patre castigatus est. מוּסַר non pro nomine habeo, sed pro participio passivo hophal, secundum analogiam Grammatices. Optimè hîc mihi videtur sensisse R. Levi, qui sic fere interpretatus est.

Vers. 21. חַטָּאִים תְּרַדֵּף רָעָה וְאֶת צַדִּיקִים יְשַׁלֶּם טוֹב׃. *Peccatores persequetur malitia: sed justis retributionem dabit bonitas.* Velim utrinque vocem voci respondere. τῷ צַדִּיקִים τὸ חַטָּאִים, τῷ יְשַׁלֶּם τὸ תְּרַדֵּף, טוֹב τὸ רָעָה. atque ita non opus erit per Ellipsin subintelligere Deum qui rependat. טוֹב itaque hîc substantivè ponitur pro טוּב, quod & alibi passim fieri, Lexica docebunt, si quis id experientia non didicit. Belgicè, **Boosheyt vervolght de goddeloosen / maer vromigheyt vergeldt den rechtveerdighen.**

Vers. 24. חוֹשֵׂךְ שִׁבְטוֹ שׂוֹנֵא בְנוֹ וְאֹהֲבוֹ שִׁחֲרוֹ מוּסָר׃. *Qui cohibet virgam suam, odit filium suum. sed qui diligit eum, maturat castigationem.* Affixum in שִׁחֲרוֹ non refero ad antecedentem filium, ut sit pro שִׁחֵר לוֹ *quærit ipsi*, sed refero ad sequens מוּסָר, ut sit pleonasmus affixi, nomen ad quod refertur ante-

antecedentis. quod non tantum Chaldæis ac Syris est familiarissimum, sed & huic autori non insolens. ut eodem hoc cap. v. 4. מִתְאַוָּה וָאַיִן נַפְשׁוֹ עָצֵל *concupiscit, & non est, anima pigri.* ubi נַפְשׁוֹ, simpliciter ponitur pro נֶפֶשׁ, pleonasmo eo quem diximus. vide & cap. 14. 13. Exod. 2. 6. Psal. 64. 9. & alibi, ut Num. 32. 22. Deut. 32. 43.

CAP. XIV.

VERS. 7. לֵךְ מִנֶּגֶד לְאִישׁ כְּסִיל וּבַל יָדַעְתָּ שִׂפְתֵי דָעַת׃ Quod hîc ex Kimchi & Ab. Esra annotat Mercerus, נֶגֶד si præponatur ל significare appropinquationem, si מ, elongationem & remotionem, non est perpetuum. לְנֶגֶד pro simplici נֶגֶד, *coram, ante, in conspectu* significat sequentibus locis, Esa. 1. 7. Psal. 5. 6. Habac. 1. 3. Psal. 26. 3. Gen. 34. 14. Psal. 18. 23. & alibi. sic & מִנֶּגֶד interdum sine ulla elongatione aut remotione significat *è regione, ex adverso.* ut Deut. 28. vers. 66. Abd. 1. 11. Ita & hoc loco verterem, *I è regione viri stulti: non deprehendes labia scientiæ.* Id est, adi stultum, ambula juxta eum, sic ut eum tibi è regione, sive ex adverso habeas, attende eum quantum potes, non cognosces, quicquam scientiæ à labiis ejus proficisci. מִנֶּגֶד idem quod ἐξ ἐναντίας Marc. 15. 39. ubi Centurio dicitur stetisse ἐξ ἐναντίας αὐτοῦ, *è regione, vel ex adverso ejus.* Sic 1 Sam. 26. 20. אַל יִפֹּל דָּמִי אַרְצָה מִנֶּגֶד פְּנֵי יְהוָה LXX. recte verterunt μὴ πέσῃ τὸ αἷμά μου ἐπὶ τὴν γῆν ἐξ ἐναντίας προσώπου κυρίου, *Ne cadat sanguis meus in terram ex adverso faciei Domini,* id est, ut habet Vulgatus, *coram Domino,* Domino id coram ex adverso intuente.

VERS. 14. *E viis suis saturabitur* סוּג לֵב *aversus corde.* apud Æthiopicum N. Testamenti Interpretem סוּג est *malus.* in plurali סוגן טק *mali valde.* Matth. 8. 28. Quod autem additur וּמֵעָלָיו אִישׁ טוֹב, recte puto ab Hieronymo versum, *& super eum erit vir bonus.*

VERS. 34. *In corde intelligentis requiescit sapientia: sed in interiori stultorum* תִּוָּדֵעַ *deseritur.* optimè hic constat oppositio. & vide quæ de ידע scripsimus supra Prov. 10. 9.

CAP. XVI.

VERS. 27. *Vir improbus* כֹּרֶה רָעָה *effodit malum,* ut qui in fodinis aurum, argentumve quærunt. Apostolus Rom. 1. 30. vocat ἐφευρετὰς κακῶν.

VERS. 28. נִרְגָּן מַפְרִיד אַלּוּף. verto, *susurro separat amicum.* ut & infra 17. 9. vide notas nostras de voce אלוף, ad Psal. 55. 14. Est autem נִרְגָּן *delator,* qui aliorum facta eliminat & propalat, deque aliis detrectat. Arabice dicitur النمام. de quo pulchre Ali, يعمل النمام في ساعة فتنة اشهر *facit delator uno momento contentionem multorum mensium.*

VERS. 30. עֹצֶה עֵינָיו לַחְשֹׁב תַּהְפֻּכוֹת. Non eodem modo interpretantur omnes עצה, quia semel tantum occurrit. neque in lingua Chaldaica, Syra, Arabicave significationem habet quæ huc quadrare queat. R. Nathan in Concordantiis ait significare סתום *occlusionem.* sic & R. D. K. in libro radicum, ubi pulchrè locum hunc explicat, docens clausis oculis aptiorem esse hominem ad meditandum, quam apertis. Probamus eam interpretationem, & ex lingua Æthiopica confirmamus, ubi *claudendi* significatio huic verbo est usitatissima. sic Matth. 6. 6. עצו הוהתך *Claude ostium tuum.* vide & 23. 13.

CAP. XVII.

VERS. 14. וְלִפְנֵי הִתְגַּלַּע הָרִיב נְטוֹשׁ׃ quomodo hîc הִתְגַּלַּע accipiamus vide in notis nostris ad Prov. 18. 1.

VERS. 16. לָמָּה־זֶּה מְחִיר בְּיַד־כְּסִיל לִקְנוֹת חָכְמָה וְלֶב־אָיִן. *Quorsum pretium in manu stulti? ad emendam sapientiam? cor non habet.* duæ sunt ponendæ interrogationes, ultimum membrum responsionis loco respondet.

CAP. XVIII.

VERS. 1. לְתַאֲוָה יְבַקֵּשׁ נִפְרָד בְּכָל תּוּשִׁיָּה יִתְגַּלָּע׃

VERS. 2. לֹא יַחְפֹּץ כְּסִיל בִּתְבוּנָה כִּי אִם בְּהִתְגַּלּוֹת לִבּוֹ׃

Variæ sunt horum versuum interpretationes, quibus nos præferimus Chaldaicam, quæ sic habet.

VERS. I. רַגְתָא בָעֵי פָּהְיָא וּבְכָל מִלְכָנָא מִצְטְדֵי:

VERS. 2. לָא צָבֵי סַכְלָא בְסוּכְלְתָנָא אֶלָּא בְשַׁטְיוּתָא פָּהֵי לִבֵּיה.

Hæc Paraphrastæ verba sic transferuntur in Regiis.

VERS. I. *Desiderium quærit separatus, & omne consilium deridet.*

VERS. 2. *Non vult stultus intelligentiam, sed in stultitia immoratur ejus animus.* quam translationem nos non probamus, quia incertus fuit, quid פהא significaret. In primo enim versu פָּהְיָא vertit *separatus*, quia in Hebræo est נִפְרָד. In altero versu פָּהֵי vertit *immoratur*. contraria autem sunt *separari* & *immorari* Nos genuinam ejus significationem eruimus ex Luc. 12.29. ubi Servator noster, prohibens nimiam & anxiam de victu sollicitudinem, dicit μὴ μετεωρίζεσθε, ubi Syrus ܠܐ ܢܦܗܐ ܪܥܝܢܟܘܢ ܒܗܘܢ *ne distrahatur*, aut *ne vagetur animus vester in illis*, ne mens vestra anxiè jactata vagetur & oberret in ipsis rebus quas appetitis, sicut meteora in aëre jactata nunquam sibi constant, sed hac illac oberrant. nobiscum sentit Ferrarius, qui vertit ܦܗܝܐ *aberratio, evagatio.* ܦܗܝܐ *aberrans animo.* ܦܗܝܘܬܐ *evagationis mentis.*

Hinc Paraphrastæ verba sic interpretor.

VERS. I. *Desiderium quærit vagus, & in omni consilio desolatur.*

VERS. 2. *Non delectatur stultus intelligentia, sed in stultitia vagatur cor ejus.* Sic videtur mihi optimè expressisse Paraphrastes, quid in textu sit נִפְרָד, nempe homo divisus, sibi non constans, vagus, qui nulla in re hærere potest, sed mente sua quaquaversum oberrat, μετεωρίζων. Hic certe desiderio suo nunquam potitur, sed quod desiderat semper quærit, & quodcunque consilium ineat desolatus manet. ideo & Chaldaicum יִצְטְדֵי non verti *irridet*, quamvis id interdum significet, sed *desolatus est*, quia verbum צדא id sæpius & propriè significat, & huic loco videtur optimè quadrare. Sic in altero versu videtur optimè intellexisse, quid sit in Hebræo הִתְגַּלּוֹת nempe non esse *revelari*, ut hîc verti solet, sed à migrandi significatione, quæ huic verbo quoque frequens est, esse *vagari* & *hac illac migrare*, ut sensus sit, malle stultum corde suo oberrare & de re in rem migrare, quam veræ prudentiæ & intelligentiæ operam dare. Textum ergo Hebræum sic verto,

VERS. I. *Desiderium quærit vagus, & in omni consilio desolatur.*

VERS. 2. *Non delectatur stultus intelligentia, sed ut vagetur cor suum.* Quod autem in primo versu הִתְגַּלָּע, quod per *immiscere se*, exponi solet, exposuerimus per *desolari*, secuti sumus Chaldæum, qui non hîc tantum exponit per הִצְטְדֵי, sed & c. 20.3. ubi textus Hebræus habet, כָּבוֹד לָאִישׁ שֶׁבֶת מֵרִיב וְכָל אֱוִיל יִתְגַּלָּע Chaldæus, יְקָרָא הוּא לְגַבְרָא דְיָתֵב דְלָא דִינָא וְכָל דְשָׁטֵי מִצְטְדֵי, id est, *Gloria est viro, qui manet sine lite: & omnis stultus desolatur.* qui adeo stultus est, ut lites amet, interitum sibi creare solet. Optimè. Semel adhuc vox hæc exstat Prov. 17. 14. פּוֹטֵר מַיִם רֵאשִׁית מָדוֹן וְלִפְנֵי הִתְגַּלַּע הָרִיב נְטוֹשׁ: ubi posteriora verba Chaldæus vertit, וְקָדָם קַדְיָא אַטְעֵי דִינָא. nesciunt eruditi quid sit קַדְיָא, quia nusquam occurrit, suspicantur esse mendum pro צַדְיָא, & valde est verisimile, quia etiam in præcedentibus eodem verbo transtulit, ut sensus sit, *& ante desolationem fac oblivisci litem.* Ita totus versus Hebraicus sic vertetur, *Laxat aquas qui initium est litis. itaque ante desolationem, litem omitte.* id est, tempestivè, antequam aquis istis obruaris & desoleris, fac litem effugias. Judicent eruditi, an non optimè in his omnibus locis sensus iste quadret. Certe LXX. Interpretes, & Vulgatus, non aliter quam pro malo pœnæ hoc verbum sumpserunt, nam c. 17. 14. הִתְגַּלַּע verterunt per ἔνδειαν. Vulgatus, per *pati contumeliam.* cap 18. 1. יִתְגַּלָּע ἐπονείδιστος ἔσται, vulgatus, *exprobrabilis erit.* cap. 20. 3. συμπλέκεται. Vulgatus, *miscetur contumeliis.* Itaque si omnino *miscendi* significationem retinere velimus, quia R. D. Kimchi, David de Pomis, aliique Hebræorum exponunt התגלע per התערב, nolim vertere *immiscere se*, sed *commisceri, confundi.* nempe cap. 17. 14. *Et antequam commisceatur, litem desere.* cap. 18. 1. *In omni consilio confunditur.* cap. 20. 3. *Et omnis stultus confunditur.*

VERS. 21. *Vita & mors in manu linguæ,* וְאֹהֲבֶיהָ יֹאכַל פִּרְיָהּ. *Et quisquis diligit eam, comedet fructum ejus.* Membrum hoc posterius quidam in bonum sumunt, ut sensus sit, Qui utitur lingua sua in bonum, comedet bonum ejus fructum. Alii & in bonum & in malum, ut respondeat utrique parti prioris membri. Hinc Junius, *prout quisque amat uti ea. co-*

me-

medet fructum ejus. illud *prout* non eſt in Hebræo. neque parum differunt *amare*, & *amare uti*, id eſt ſimpliciter, *velle uti.* Inclino potius in eam ſententiam, ut in malum ſumendum eſſe credam, & per metonymiam cauſæ pro effectu ſenſum eſſe, *Et quiſquis indulget ei, comedet fructum ejus.* Amor cauſa eſt & origo indulgentiæ. non eſt autem linguæ indulgendum, ſed debet ea χαλιναγωγεῖσθαι, teſte Apoſt. Jacobo cap. 1. v. 26. alioqui peſſimus eſt ejus fructus. eſt enim lingua, teſte eodem cap. 3. verſ. 6. & 8. πῦρ, ὁ κόσμος τῆς ἀδικίας, ἀκατάσχετον κακὸν, μεστὴ ἰοῦ θανατηφόρου. Amare itaque linguam dicitur, qui amat loqui, qui delectatur multiloquio, cui paſſim in hiſce Proverbiis calamitatem prænunciat ſapiens. præſtat enim eſſe ταχεῖς εἰς τὸ ἀκοῦσαι, βραδεῖς εἰς τὸ λαλῆσαι, Jac. 1. 19.

Cap. XIX.

Vers. 23. יִרְאַת יְהוָה לְחַיִּים וְשָׂבֵעַ יָלִין בַּל יִפָּקֵד רָע׃ *Timor Domini eſt ad vitam. Sed ſatur pernoctabit, non deerit malum.* Membra puto eſſe oppoſita, ut plerumque in his ſententiis. Saturum opponi puto homini timenti Deum: ſunt enim ſaturi contumelioſi & ſuperbi, ut in cantico Annæ 1 Sam. 2. & Mariæ Luc. 1. Qui Deum timet, inquit, vivet: ſed qui ſatur proſperitatis terrenæ ſuperbit, pernoctabit quidem, at non deerit ipſi malum. atque ita ſæpius in Niphal ſumitur verbum פקד. Nolim tamen rejicere ſententiam Genevenſium & Junii. Quod ad verbum verti, *ſed ſatur pernoctabit, non deerit malum*, vertere etiam licet, *ſed ſatur pernoctans non deſtituetur malo.* pernoctabit, non deſtituetur; id eſt pernoctans non deſtituetur, phraſi omnibus linguis Orientalibus uſitatiſſima. Belgicè verterem, **De vreeſe des Heeren is tot den leven. Maer die ſadt is / hem en ſal in het vernachten geen quaet ont breecken.**

Vers. 27. חֲדַל בְּנִי לִשְׁמוֹעַ מוּסָר לִשְׁגוֹת מֵאִמְרֵי דָעַת. *Deſinere, filii mi, audire correctionem*, eſt *aberrare* (vel facit ad aberrandum) *à verbis ſcientiæ.* חֲדַל pro Infinitivo ſumo, ut γνώμη ſit potius quam admonitio. etſi 1 Sam. 12. 23. Infinitivus ſit formæ חֲדֹל, non impedit quo minus quoque habeat formam חֲדַל, quæ maximè in intranſitivis uſitata. unde & hoc ipſum verbum in fut. habet יֶחְדַּל alioqui ſi per Imperativum exponimus, recta eſt interpretatio Genevenſium, nec inepta vulgata Belgica. Ex noſtra mente verteremus, **Ophouden / mijn ſone / van te hooren de beſtraffinge / is om af te dwalen van de woorden der wetenſchap.** Poteſt & ſic verti, *Deſine filii mi, ut auſcultes correctioni, aberrare à verbis ſcientiæ.* ſic Junius.

Cap. XX.

Vers. 21. נַחֲלָה מְבֹהֶלֶת בָּרִאשׁוֹנָה וְאַחֲרִיתָהּ לֹא תְבֹרָךְ. Senſus facilis eſt. ſed ו illud à pleriſque aut negligitur, ut in Gallica verſione, aut per *etiam* vertitur, ut à Pagnino & Junio, quia מְבֹהֶלֶת in præterito tempore exponunt. Si autem per præſens exponas, ita vertere licebit, *Hæreditas acceleratur in principio, & finis ejus* (aut ſed finis ejus) *non benedicetur.* Belgicè optimè & perſpicuè ſic, **Een erve wort in't beginſel verhaeſt / ende haer eynde en ſal niet geſeghent zyn.**

Vers. 25. מוֹקֵשׁ אָדָם יָלַע קֹדֶשׁ וְאַחַר נְדָרִים לְבַקֵּר. Varias Interpretationes vide apud Mercerum, Pagninum & Vatablum. quibus nos & has addimus, *Laqueo homo abſorbebit ſanctum, deinde vota quærenda ſunt.* Laqueo, id eſt per inſidias, fraudulenter. ל in לְבַקֵּר per Gerundium in dum rectè exponitur, quod paſſim in notis noſtris obſervamus, Belgicè, **met eenen ſtrick ſal yemandt het heylige verſlinden / ende daer nae iſt / beloften te ſoecken.** Id eſt ſacrilegus fraudulenter ſancta expilat, deinde vota nuncupat quibus ſacrilegium expiet. Poteſt etiam tota enunciatio ſic diſponi, ut קֹדֶשׁ וְאַחַר נְדָרִים לְבַקֵּר ſit ſubjectum, de quo prædicetur מוֹקֵשׁ אָדָם יָלַע, pro כְּמוֹקֵשׁ. hoc ſenſu, *Sicut laqueus hominem abſorbere poteſt ſanctuarium, & poſt vota inquirere.* יָלַע *abſorbebit*, i. abſorbere poteſt. ſæpe enim futurum apud Hebræos potentialem modum indicat. Belgice, **Het heyligdom / ende nae beloften te onderſoecken kan als een ſtrick den menſche verſlinden.** In avaros ſacerdotes dicitur, qui ſanctuario abutentes, ex rebus Deo oblatis, & ex votis hominum quæſtum captant.

Cap. XXI.

Vers. 4. רוּם עֵינַיִם וּרְחַב לֵב נִר רְשָׁעִים חַטָּאת׃ *Altitudo oculorum, & latitudo cordis, aratio impiorum eſt, peccatum eſt.* ſic Mercerus, quod rectum puto. Et Belgicè ſic verto, **Hooghept der hoogen / ende breedthepdt des her-**

herten/ is een betrachtinge der goddeloosen/ 't is sonde. Mazorethæ ad נִר annotarunt ל״ ה֗ם, i. non amplius sic extat, defectivum est. volunt pro נִיר poni, quod Hebræis *arationem* denotat. Chaldæis autem, Syris, & Arabibus *jugum*. quomodo & hic vertere possemus, *jugum impiorum est*. fastus enim oculorum & tumor cordis jugum intolerabile est, & impiis proprium.

VERS. 8. הֲפַכְפַּךְ דֶּרֶךְ אִישׁ וָזָר וְזַךְ יָשָׁר פָּעֳלוֹ׃ Sic verto, *Perversa est via viri? etiam aliena est. Sed mundum quod attinet, rectum est opus ejus.* vel, *sed mundi opus rectum est*, sensu eodem. malim tamen prius. nam וְזַךְ est nominativus absolutè positus, quamobrem & Reviah accentum distinctivum supra se scriptum habet, ac si dicas, *sed mundus, rectum est opus ejus.* qua locutione vehementer ubique gaudent Hebræi. nec abhorret ab eâ lingua Belgica, qua totum versum sic transfero. **Is yemants weg verkeert/ sy is oock vremt. maer de reyne/ syn werck is recht.**

VERS. 11. בַּעֲנָשׁ־לֵץ יֶחְכַּם פֶּתִי וּבְהַשְׂכִּיל לְחָכָם יִקַּח דָּעַת׃ *Quum punitur irrisor, sapiens fiet simplex: & quum attendit ad sapientem, accipiet scientiam.* Utrumque membrum ad idem subjectum refero, ad פֶּתִי: & duo media tradi puto, quibus simplex ille ad scientiam perduci queat: unum est, si puniatur irrisor. ibi enim habebit quod timeat. alterum, si attendat ad sapientem, ibi enim benevolentiam Dei deprehendet, & habebit quod amet. Hoc si cui displiceat, retineat vulgatam Belgicam versionem, quæ hîc non est contemnenda.

VERS. 27. זֶבַח רְשָׁעִים תּוֹעֵבָה אַף כִּי־בְזִמָּה יְבִיאֶנּוּ׃ *Sacrificium impiorum est abominatio, etiam quando solerter illud offerunt.* זִמָּה enim & מְזִמָּה non tantum pro scelere, sed & pro solertia sumuntur. Solent impii in offerendis sacrificiis eam adhibere solertiam, ut insignem solertiam, ut insignem aliquam pietatis speciem præ se ferant. ne sic quidem tamen efficiunt, quin abominationi Deo sint oblationes eorum. sic malim quam ut vulgo exponitur, *Sacrificium impiorum est abominatio: quanto magis si cum scelere offerat illud?* tum enim ellipsis est particulæ אִם *si*, quæ facile statuenda non est nisi cogat necessitas. putavi aliquando, non parum nos confirmare accentum Reviah super אַף, ac docere non continuo spiritu pronunciandum esse cum sequenti כִּי, sed divellendum, & inter pronunciandum quasi commate distinguendum: sed falsum me agnosco, ex collatione locorum Prov. 11. 31. & cap. 15. 11. ubi quoque legitur אַף כִּי־ & valet *quanto magis*.

CAP. XXII.

VERS. 11. אֹהֵב טְהוֹר־לֵב חֵן שְׂפָתָיו רֵעֵהוּ מֶלֶךְ׃ Omnes quos vidi Interpretes duo illa substantiva חֵן שְׂפָתָיו jungunt in regimine genitivi, ego autem חֵן pro prædicato habeo, quod dicitur de שְׂפָתָיו, & sic verto, *Qui diligit munditiem cordis, gratia sunt labia ejus, amicus ejus rex est.* Belgicè, **Die de reynigheydt des herten lief heeft/ syn lippen zyn aenghenaemheyt/ syn vriendt is de Koningh.** Duos fructus describit internæ cordis munditiei, primum quod inde labia perfundantur gratiâ, alterum quod ipsum regem tum cordis munditie tum labiorum gratia sibi conciliet.

CAP. XXIII.

VERS. 31. יִתְהַלֵּךְ בְּמֵישָׁרִים. Verto, *subit facillimè*, ad verbum, *in facilitatibus*. aut *in rectitudinibus*. quod enim rectâ procedit, sine ambagibus & impedimentis, id facile movetur. unde apud Arabes يَسَرَ ישר *facile fuit*. يُسْرٌ *facilitas* يَسِيرٌ *facilis*. à quo Hebræorum יָשַׁר non abludit, quando *planum & æqualem esse* significat. in piel *complanare*. nomen מִישׁר *planicies*.

CAP. XXIV.

VERS. 11. הַצֵּל לְקֻחִים לַמָּוֶת וּמָטִים לַהֶרֶג אִם תַּחְשׂוֹךְ׃ *Eripe abreptos ad mortem, & declinantes ad occisionem. an cohiberes te?*

VES. 14. כֵּן דְּעֶה חָכְמָה לְנַפְשֶׁךָ. *Sic scias sapientiam esse animæ tuæ.* דְּעֶה sic esset Imperativus cum ה paragogico pro דַּע. sed repugnare videtur Reviah super חָכְמָה, quo conjungitur constructione cum præcedenti. ut rectè videantur vertere qui vertunt, *sic cognoscere sapientiam est animæ tuæ.*

VERS. 22. *Nam celeriter surget calamitas eorum:* וּפִיד שְׁנֵיהֶם מִי יוֹדֵעַ vertunt, *Et oppressionem amborum illorum quis novit?* verto, *Et interitum annorum ipsorum quis novit?* nam שָׁנָה facit purale שָׁנוֹת & שָׁנִים.

unde

unde וּשְׁנֵיהֶם & *anni ipsorum*. melius id quadrare videtur, quia de duobus actum non videtur in præcedentibus, sed in genere de שׁוֹנִים *mutantibus, nova molientibus*.

Vers. 26. :שְׂפָתַיִם יִשָּׁק מֵשִׁיב דְּבָרִים נְכֹחִים. Variè redditur. Nostra hæc est sententia, *Labia osculatur, qui respondet verba recta*. Sensus est, Bonum responsum, osculum valet. vel, *labiis osculatur, qui* &c.

Vers. 28. אַל תְּהִי עֵד חִנָּם בְּרֵעֶךָ וַהֲפִתִּיתָ :בִּשְׂפָתֶיךָ. Varia est posterioris membri interpretatio, propter insolentem formam verbi הֲפִתִּיתָ. quidam volunt esse Hiphil à פתת *frangere*, ut sit pro הֲפִתּוֹתָ. & vertunt, *Et ne atteras labiis tuis*, nempe proximum tuum, repetendo ἀπὸ τοῦ κοινοῦ particulam negativam è præcedenti membro. Alii volunt esse compositum ex duabus radicibus, nempe ex פתת, & inde esse dagesch in ת, & ex פתה, atque inde ת habere chirec longum, ut sensus sit, & ne *pelliciendo atteras proximum tuum*. Alii volunt, esse tantum ex פתה, sed ex duabus compositum conjugationibus, ex Hiphil & Piel. Hinc Junius vertit, *Et ne fatuum agito labiis tuis*. Genevenses voluerunt ה esse interrogativum, *Et t'en voudrois tu faire accroire par les levres?* Sic & Tigurini. *Num persuadebis labiis tuis?* sed Elias Levita negat, copulam ו ante ה interrogativum poni. Omnis difficultas ex punctatione oritur. posses punctare וְהִפַּתִּיתָ in Hithpael, pro וְהִתְפַּתִּיתָ. sicut מִדַּבֵּר pro מִתְדַּבֵּר, Num. 7. 89. & מִטַּהֵר pro מִתְטַהֵר, Lev. 14. 7. Et sic omnino videntur legisse Lxx. qui verterunt, μηδὲ πλατύνου σοῖς χείλεσι, *neque dilatator labiis tuis*, ex Chaldaica significatione, ubi פתא est *dilatari*. Posses etiam sine ulla omnino anomalia punctare, וְהִפְתִּיתָ, & vertere, *Nam falleres labiis tuis*. vel & ne *fallas labiis tuis*. sensu, ni fallor, huic loco valde accommodo. qui enim temere testes fiunt in proximum suum, non possunt non fallere & judicem, & proximum, & seipsos. Sic Chaldæus videtur legisse, qui totum versum sic transtulit, לָא תֶהֱוֵא סָהֲדָא דְגָלָא בְּחַבְרָךְ וְתִשְׁגַּרְג בְּשִׂפְוָתָךְ, *Ne sis testis mendax in socium tuum, & seducas labiis tuis*. Quod si omnino punctatio וַהֲפִתִּיתָ retinenda, potest illud ה esse ה ἀληθινόν, rei veritatem indicans, ut 1 Sam. 2. 27. הֲנִגְלֹה נִגְלֵיתִי אֶל בֵּית אָבִיךָ, *certè revelando revelatus fui domui patris tui*. Ubi R. Levi, אין הה״א ה״א התימה אבל הוא ה״א האמתות. atque ita sensus erit, *Nam certè falleres labiis tuis*. פִּתִּיתָ piel est, cui præponitur ה״א האמתות he verificativum, sicut נִגְלֹה infinitivus Niphal est, cui simile ה præponitur. Quid si jam proprio suo significatu illud ה capiamus pro interrogativo? sed non eo sensu quo Genevenses, nec quo Tigurini, verum hoc sensu, *Ne sis testis abs re contra proximum tuum. Nam an falleres labiis tuis?* Belgicè, **En weest geen valsche getuyge tegen uwen naesten. want soudt ghy gaen bedriegen met uwe lippen?** Hîc acquiesco.

Cap. XXV.

Vers. 22. כִּי גֶחָלִים אַתָּה חֹתֶה עַל רֹאשׁוֹ. Solet חתה verti *capere, accipere, sumere*. Hinc, *Nam prunas tu capies*, id est accepta impones, *super caput ejus*. non malè. alii minus bene, *coacervabis*. Monemus, verbum hoc in lingua Æthiopica significare *accendere*, & מחתות *candelam*. ut Matth. 5. 15. ואיחתו מחתות & *non accendunt candelam*. significatio ea optimè hîc quadrat, *Nam prunas tu accendis super caput ejus*. Confirmat sententiam nostram Rabbi Nathan in Concordantiis, ubi חתה ait significare הבערה *accensionem*. Hinc rectè deducitur nomen מַחְתָּה *acerra, thuribulum*, vas in quo thus accendebatur.

Vers. 27. אָכֹל דְּבַשׁ הַרְבּוֹת לֹא טוֹב וְחֵקֶר :כְּבֹדָם כָּבוֹד. Hunc versum cum præcedenti conjungo, & affixum in כְּבֹדָם refero ad צדיק quod in fine præcedentis versus collectivè positum pluralem numerum valebat. Ac sic connecto. Quum justi coguntur dimoveri ante impios, noxium id est generi humano, sicut quando fontes conturbantur, & venæ aquarum corrumpuntur. Etsi autem interdum ita dimoveantur, gloria tamen eorum non interiit, sed tanta semper manet, ut etiam scrutari eorum gloriam gloriosum sit, & melius quam multum mellis comedere. *Comedere multum mellis, non est bonum: sed scrutatio gloriæ eorum* (justorum) *gloria est*. Aut si hunc versum (quod faciunt plerique interpretes) à præcedenti separamus, disquirant eruditi, an non ante כְּבֹדָם rectè intelligatur אֲשֶׁר, ut posterius hemistichium vertatur, *& scrutatio eorum quorum est gloria* (id est, rerum gloriosarum) *gloria est*. Sensus sit, Mel comedere bonum est & suave, sed facile ibi in excessu peccatur: si multum edas, fastidio & nocu-

mento erit. Non ita se habet scrutatio rerum gloriosarum, vix ibi in excessu peccatur, diligens earum investigatio gloria est. à quo sensu non multum remota est interpretatio LXX, Τιμᾶν ἢ χρὴ τοὺς ἐνδόξους λόγους.

Cap. XXVI.

Vers. 6. מְקַצֶּה רַגְלַיִם חָמָס שֹׁתֶה שֹׁלֵחַ דְּבָרִים בְּיַד כְּסִיל׃ *Præcidit pedes, bibit injuriam, qui mittit verba per manum stulti.* Belgicè, **De voeten snyt hy af / overlast drinckt hy in / die boodschappen sendt door de hant eenes dwasen.** Maximè hîc placet Mercerus, cujus videantur commentaria. Sensus est, non tantum non proficit, sed etiam nocet sibi.

Vers. 7. דַּלְיוּ שֹׁקַיִם מִפִּסֵּחַ וּמָשָׁל בְּפִי כְּסִילִים׃ Verto, *Debilia sunt crura claudi: & proverbium in ore stultorum.* דַּלְיוּ idem quod דַּלּוּ. sæpe enim quiescentia ultima he, & defectiva secunda radicali geminata, significationem confundunt, ut קָלָה & קָלַל *levis, vilis fuit.* דָּמָה & דָּמַם *siluit.* רָבָה & רָבַב *multiplicatus fuit.*

Vers. 8. כִּצְרוֹר אֶבֶן בְּמַרְגֵּמָה כֵּן נוֹתֵן לִכְסִיל כָּבוֹד׃ Multum torsit interpretes hic versus, quia omnes, quos quidem vidi, צרר volunt habere hîc *ligandi* significationem, & sumunt, alii pro Infinitivo, alii pro nomine significante *ligamen, fasciculum.* At vero sæpe nomen est significans *scrupum, scrupulum,* Lapidis exiguam particulam. quomodo si hic sumatur, sensus planus esse videtur. *Sicut scrupulus lapidis in acervo lapidum est, ita qui dat stulto honorem.* Id est, sicut scrupulus lapidis in magnum acervum conjectus, nec conspicitur, nec quicquam acervo addit, ita si gloriam tribuas stulto, nihil inde ad eum accedit, nec conspicua est in ipso.

Vers. 26. תִּכַּסֶּה שִׂנְאָה בְּמַשָּׁאוֹן תִּגָּלֶה רָעָתוֹ בְקָהָל׃ *Tegatur odium in fallacia: revelabitur malitia ejus in congregatione.* Id est, quacunque tandem fallacia clandestinus inimicus odium suum tegat, revelabitur tamen malitia ejus in congregatione; sive per congregationem intelligamus cætum Ecclesiæ ubi verbum Dei etiam arcana cordis detegit, sive in congregatione sit palam, apertè, ut plerique interpretes volunt. Sensum optimè expressit Vetus interpres, *Qui operit odium fraudulenter, revelabitur malitia ejus in consilio.* quamvis omnes fere recentiores ab eo discesserint.

Cap. XXVII.

Vers. 17. בַּרְזֶל בְּבַרְזֶל יָחַד וְאִישׁ יַחַד פְּנֵי רֵעֵהוּ׃ Doctiss. Erpenius ad Proverbium Arab. 62. Cent. 2. exponit, *ferrum ferrum cudit: & vir cudit faciem proximi sui.* vult enim חדד ut apud Arabes, ita & apud Hebræos, non minus pro *cudere* quam pro *acuere* sumi. unde & apud Arabes חדאד *faber ferrarius.* חדיד *ferrum.* vult autem idem valere hanc sententiam cum dicto proverbio Arab. ٱلْحَدِيدُ بِٱلْحَدِيدِ يُفْلَحُ *ferrum ferro scinditur.* cui additur dictum Poëtæ Arabis قَوْمِي بَعْضُهُمْ يَقْتُلُ بَعْضًا لَا يَفُلُّ ٱلْحَدِيدَ إِلَّا بِٱلْحَدِيدِ, *populi nostri pars partem interficit: non dentat ferrum nisi ferrum.* atque ita sensus proverbii sacri esset, non contundi vultum hominis, nisi ab homine: sicut ferrum non cuditur, nisi à ferro. hominem homini hostem, sicut inter cudendum ferrum ferro adversatur. Sane non tantum חדד, sed & שנן, quod ut apud Hebræos, ita & apud Arabes propriè *acuere* significat, apud hos etiam pro *cudere* usurpatur. ut in Proverb. 24. Cent. 1. سُنَّ بَيْنَمَا هُوَ مُحْمِيٌّ ٱلْحَدِيدَ *acue (cude) interea dum calet ferrum.* Communis versus nostri, & omnium fere interpretum constans translatio est, *Ferrum ferro acuitur, & vir acuit faciem proximi sui.* Fateor tamen hanc mihi interpretationem persuaderi hactenus non posse. primo, quia יָחַד. in primo membro exponitur passivè, in altero activè, quum utrobique ejusdem sit formæ. quod enim in primo membro sit יָחָד per camets, est ex adjuncto Athnah. deinde quia futurum illud ex analogia Grammatices ad חָדַד *acuere* neutiquam referri potest. quamobrem Grammatici ad radicem חָדָה referunt, sicut יַעַשׂ ab עָשָׂה. At vero חָדָה, quod ut apud Chaldæos & Syros ita & apud Hebræos *lætari* significat, unquam sumi pro *acuere,* probandum esset. ego id simpliciter nego. Deinde à חָדָה non fit per apocopen futurum יַחַד, sed יִחַדְּ per chirec, ut habes Exod. 18. 9. Job. 3. 6. tertiò, etsi formari posset per pathach, debebat tamen litera ד habere dagesch, ut ex Exod. 18. 9. & Job. 3. 6. apparet. quod & in aliis similibus, apocopen ultimæ radicalis ה patientibus, si secunda sit ד contingit, ut וַיֵּרְדְּ *& dominatus est,*

est, Num. 24. 19. Pſ. 72. 8. item in Hiph. יַיְרְדְּ *dominari fecit* Eſa. 41. 2. יַחַד itaque nec ad חַדַּד nec ad חָדָה referri poteſt. Quid ergo hîc eſt? Id quod ubique eſt, nempe adverbium ſignificans *ſimul, una, pariter*. Et ſic verto, *Ferrum cum ferro pariter, & vir pariter cum facie amici ſui*. Belgicè, **Yſer met yſer t' ſamen / ende eenen man t' ſamen met het aengeſichte van ſijnen vriendt.** Id eſt ſimiles ſimilibus, pares paribus jungendi. ut ferro cum ferro, ita viro cum amico ſuo optimè convenit.

Vers. 21. מַצְרֵף לַכֶּסֶף וְכוּר לַזָּהָב וְאִישׁ לְפִי מַהֲלָלוֹ: Vulgatus & Lxx. legerunt מְהַלְלוֹ *laudantis eum*. מַהֲלָל autem omnes quoque noſtri quos quidem vidi pro *laude* interpretantur. A quorum ſententia non libenter diſcedo. Diſquirere tamen juvat, an non מַהֲלָל, quod non niſi hoc loco invenitur, per *ſtultitiam* vertere poſſimus, ut ex ſignificatione verbi Kal potius quam Piel derivetur. Et hic ſit ſenſus, *Conflatorium eſt argento, & catinus auro: At vir ſecundum ſtultitiam ſuam*, ſupp. caſtigandus eſt. q. d. Certum ſuum eſt argento inſtrumentum, eſt & auro ſuum, quo caſtigantur & à ſordibus repurgantur. At non ita homo una quadam & certa ratione caſtigari poteſt, quia diſpar eſt ſtultitiæ ejus modus & ratio: itaque pro ratione ſtultitiæ ſuæ caſtigandus eſt. Ad pœnam ergo qua caſtigatur homo, hæc refero: ſicut & eo pertinent quæ ſequuntur v. 22. *ſi contuderis ſtultum in mortario in medio triticorum contuſorum piſtillo, non recedet ab eo ſtultitia ejus*. q. d. Mortarium non eſt ſtulto, quod conflatorium eſt argento, & fornax auro: ibi repurgabuntur aurum & argentum, hîc non repurgabitur ſtultus. Deus optimè novit, quomodo pro ratione ſtultitiæ ſuæ caſtigandus ſit. Atque ita optimè convenit cum c. 17. 3. *Conflatorium eſt argento, & fornax auro: ſed Deus explorat cor hominis*, ut nempe pro ratione ſtultitiæ ejus caſtiget ipſum.

Cap. XXVIII.

Vers. 2. בְּפֶשַׁע אֶרֶץ רַבִּים שָׂרֶיהָ וּבְאָדָם מֵבִין יֹדֵעַ כֵּן יַאֲרִיךְ: *Per defectionem terræ multi fiunt principes ejus: ſed per hominem intelligentem & peritum rectè ſanabitur* (aut *prolongabitur*) כֵּן Verto *rectè*, ut Num. 27. 7. כֵּן בְּנוֹת צְלָפְחָד דֹּבְרֹת *rectè filiæ Tſelophchad loquuntur*. יַאֲרִיךְ verto *curabitur, ſanabitur*, à ſignificatione nominis אֲרֻכָה *ſanitas*. quamvis & propria ſignificatio prolongandi hîc retineri poſſit. Senſus hic ſit. In defectione & rebellione regionis multi principatum invadere ſolent: unuſquiſque enim, quæ hominum ambitio eſt, ſe eum eſſe arbitratur qui rem reſtituere poſſit: at non niſi per ſapientem & peritum rectè terra illa curari ac ſanari poteſt, aut ſtatus ejus prolongari. יאריך etſi hiphil ſit, verti poteſt intranſitive prolongabitur. ut in V præcepto, לְמַעַן יַאֲרִיכֻן יָמֶיךָ *ut prolongentur dies tui*. ſi quis tamen tranſitivè explicare velit, quæ ſignificatio & propria eſt conjugationi hiphil, & in hoc verbo uſitatior, non impedietur per ב in בְּאָדָם, illud enim ב ſæpe nominativum valet. ut Oſ. 13. 9. כִּי בְעֶזְרֶךָ *in me auxilium tuum*. Pſal. 55. 19. בְרַבִּים הָיוּ עִמָּדִי *multi fuerunt mecum*. Pſ. 68. 5. בְּיָהּ שְׁמוֹ, *Jehova eſt nomen ejus*. ita & hîc. וּבְאָדָם מֵבִין יֹדֵעַ כֵּן יַאֲרִיךְ, *ſed homo intelligens & ſciens rectè prolongabit, vel ſanabit*. aliud exemplum eſt Job 18. verſ. 8. שֻׁלַּח בְּרֶשֶׁת בְּרַגְלָיו *miſſum eſt rete in pedes ejus*.

Vers. 3. Vir pauper & defraudans tenues, מָטָר סֹחֵף וְאֵין לָחֶם eſt *pluvia proſternens, nec eſt panis*. pluvia proſternens nimbus eſt, qui non irrigat, ſed dejicit ſegetem, officitque ut panis inde haberi nequeat. סחף autem eſſe proſternere, obſervavimus ad Jer. 46. 15.

Vers. 23. מוֹכִיחַ אָדָם אַחֲרַי יִמְצָא חֵן: Quidam legunt אַחֲרַי, ut in Veneta & Buxtorfiana & Raphelengiana editione. & vertunt, *Qui redarguit hominem, poſtea* (vel tandem) *inveniet gratiam*. pleraque tamen exemplaria habent אַחֲרַי, quod quidam volunt eſſe pro אַחֲרַי, alii affixum exprimentes vertunt, *Qui redarguit hominem poſt me, inveniet gratiam*. poſt me, id eſt, juſſu meo. vel poſt me, id eſt, ut redargutus ſequatur me, ſic Junius. poſſes & aliter verſionem diſtinguere, ut אַחֲרַי referatur ad ſequentia. *Qui redarguit hominem, poſt me inveniet gratiam*. Loquitur Salomon tanquam Magiſter, quem diſcipuli ſequuntur. dicit ergo, ſi quis proximum peccantem corripiat, is poſt me tanquam Magiſtrum ſuum quem ſequitur, majorem gratiam inibit, quam qui lingua blanditur. hinc Chaldæus ſenſum potius quam verbum exprimens, vertit, *qui corripit hominem, coram me inveniet gratiam*. Pagninus אחרי accepit adje-

ctivè pro *retrocedenti*, *rebelli*. Scindlerus pro *tardo* & *procrastinatore*.

Cap. XXX.

Vers. 1. אָגוּר בֶּן־יָקֶה. Doctissimus vir Joh. Cochus in notis ad Eccles. 1. 1. vertit, *recollectus filius obedientis*. id est, Salomon filius pii Davidis resipiscens & ad Ecclesiam denuo collectus. ut יָקֶה sit forma יָפֶה *pulcher*. à יִקְהַת *obedientia*, Gen. 49. 10. Prov. 30. 17. Buxtorfius in Lex. Chaldaico-Thalmudico citat ex Jelammedenu, למה נקרא שמו אגור *quare vocatur nomen ejus Agur?* שאגר *quia collegit sapientiam & legem*.

Vers. 4. *Quodnam nomen ejus, & quod nomen filii ejus*, כִּי תֵדָע verti solet, *si noscis*. malim ut sonat, *quod noscas*, vel noscere possis, scilicet illum & filium ejus. nam ex nomine res noscitur.

Vers. 27. מֶלֶךְ אֵין לָאַרְבֶּה וַיֵּצֵא חֹצֵץ כֻּלּוֹ:. Verbum חצץ proprie significat, *incîdere*, *concîdere*, *dimidiare*. Hinc R. D. K. חֹצֵץ כו vertit, *dimidians*, i. excîdens & in duas pluresve partes dividens frumenta. Sed nullos habet sectatores, inter eos quidem quos vidimus interpretes. Aben Esra vertit per מְקַבֵּץ, מְאַסֵּף. ut sensus sit, *Regem non habent locustæ, tamen exeunt collectæ omnes*, id est turmatim, catervatim. Hunc sensum sequuntur, Pagninus, Mercerus, Tigurini, Genevenses, Junius, Vulgatus, ipse quoque Chaldæus, qui vertit כחדא *simul*. At meræ conjecturæ innititur hæc interpretatio, quum verbum חצץ eam *collectionis* significationem alibi non habeat, neque ullum nomen inde derivatum. Quod enim doctiss. Mercerus ei vicinum esse vult nomen חָצָץ *calculus*, sic dictum quod multi simul aggregati esse soleant, videtur potius ab usitata verbi significatione deduci etymon, quasi *incisum* aut *segmentum lapidis* dicas. non significat enim חָצָץ lapidem integrum, sed *scrupum*, *lapillum*, exiguas & minutissimas lapidum partes, quales interdum cibum in os comitantur. Prov. 20. 17. Quod si conjecturis hîc locus esse possit, conjiciemus illud חֹצֵץ significationem habere à חֵץ *sagitta*, unde & in Piel חִצֵּץ *sagittas ejaculari*. Jud. 5. 11. Sensus erit, *Regem non habent locustæ, tamen prodeunt sagittantes omnes*, id est, sagittarum instar se ejaculantes. Hoc miratur propheta, Quum regem non habeant, tamen eas bellum genere. quid ita? primum, quia non una seorsim prodit, sed כֻּלּוֹ *omnes simul*. Deinde quia prodeunt jaculantes, jaculorum instar se in herbas injicientes. Qui sine punctis legeret, pro חֹצֵץ legere posset חָצָץ, & pro more in his proverbiis usitatissimo subintelligere כ similitudinis. tum sensus esset, *& prodeunt sicut sagitta omnes*. חָצָץ enim sagittam etiam significat, Ps. 38. 3.

Cap. XXXI.

Vers. 3. *Ne da fœminis robur tuum*, וּדְרָכֶיךָ לַמְחוֹת מְלָכִים verto, *& vias tuas* quæ sunt *ad delendos reges*. subintelligo אשר, quo nihil in sacris literis frequentius. Sensus est, vias tuas, id est vitæ instituta & rationes sic inire debes, ut reges tibi delendos esse scias, qui te & populum Dei non desinent infestare. ad hoc robur viresque integras tibi esse & vegetas oportet. at nec robore valens, nec viis instructus eris, si & robur & vias mulieribus dederis. itaque ad delendos reges ineptus. vel, *sed viæ tuæ sint ad delendos reges*.

ANIMADVERSIONES

In loca difficiliora

ECCLESIASTIS.

Cap. I. Vers. 1.

דִּבְרֵי קֹהֶלֶת Apud Syros ܩܘܗܠܬܐ קוֹהַלְתָּא est *exclamatio. vociferatio*. ut & ܩܘܗܠܢܐ *locutulejus*, *verbosus*. hinc verti posset, *verba vocis exclamantis*. Eo sensu quo de Johanne dicitur, vox clamantis in deserto. Liber Ecclesiastis dicitur apud Ephremum ܩܘܗܠܬ, quod formæ constructæ est à ܩܘܗܠܬܐ, sicut קֹהֶלֶת à קֹהֶלָה.

Cap. II

Vers. 4. תַּרְתִּי בְלִבִּי לִמְשׁוֹךְ בַּיַּיִן אֶת בְּשָׂרִי וְלִבִּי נֹהֵג בַּחָכְמָה וְלֶאֱחֹז בְּסִכְלוּת עַד אֲשֶׁר אֶרְאֶה אֵי־זֶה טוֹב לִבְנֵי הָאָדָם אֲשֶׁר יַעֲשׂוּ תַּחַת הַשָּׁמַיִם מִסְפַּר יְמֵי חַיֵּיהֶם:. *Exploravi in corde meo, ut traherem per vinum carnem meam (quum cor meum duceret per sapientiam) & apprehenderem stultitiam, usque dum viderem*,

rem, ubi sit bonum filiorum hominis, quod faciant sub cælo, numero dierum vitæ suæ. Idem est hujus versus scopus, qui duorum præcedentium: voluisse se experiri an in voluptatibus sita esset vera beatitudo. non quod serio voluptates amaret, sed ut sapientior inde evaderet. ideo per parenthesin interserit, *sed cor meum ducebat per sapientiam*, quia dum se voluptatibus dederet, experiebatur meram esse vanitatem & stultitiam, ut vers. 1. & 2. dixit.

Vers. 8. ותענגות בני אדם שדה ושדות. Nusquam alibi reperitur שדה. quare variè à variis exponitur, prout quisque conjectare optimè potuit. de quo consulantur Interpretes & Lexica. præsertim Junius, ejusque notæ. Succurrit, nisi fallor, lingua Syriaca, ubi ܫܒܝܠܐ est *semita, propositum*, idem quod Hebræorum דרך. & ut scias, eandem esse vocem cum hac nostra Hebræa, scribitur à Lexicographo Ferrario daleth cum Kuschoi id est dagesch, atque inde Thau cum Ruchoch id est Raphe, ut scias, non legendum esse שדתא, sed שדתא. sensus est, *& delicias filiorum hominis viæ & viarum*, vel *propositi & propositorum*, id est omnis generis, omnis quasi viæ & propositi, quascunque homo proponere sibi & adire posset. Via pro modo & ratione passim usurpatur Hebræis.

Vers. 12. ופניתי אני לראות חכמה והוללות וסכלות כי מה האדם שיבוא אחרי המלך את אשר כבר עשוהו: *Et converti me ut viderem sapientiam, & insanias & stultitiam (Nam quid est homo, qui venturus est post regem, quem jam fecerunt)* nempe Deus & homines, id est qui jam factus est, impersonaliter vel indefinitè ut solent Hebræi. *tollent animam tuam*, Luc. 12. nempe Deus & Angeli, id est, tolletur anima tua. Causam reddit cur aliis se secuturis non reliquerit gravissimæ hujus controversiæ examen & decisionem, sed dixerit, *Ego converti me ut viderem.* Causa est, *quia quid est homo, qui venturus est post eum regem qui jam factus est?* non exspectandum, ut alius unquam fiat rex, aut ullus unquam nascatur homo, qui ad hæc indaganda me sit futurus aptior. sufficiat hic rex qui jam factus est, ad quem nihil qui secuturi sunt. Viam ad hanc interpretationem fere stravit doctiss. Mercerus in suis commentariis. ipse tamen aliam amplectitur. Conferat sententias eruditus & sedulus lector.

Vers. 16. כי אין זכרון לחכם עם הכסיל לעולם בשכבר הימים הבאים הכל נשכח ואיך ימות החכם עם הכסיל: *Nam memoria sapientis una cum stulto non est in æternum, quandoquidem subsequentibus diebus omnis oblivioni traditur. & quomodo? moritur sapiens cum stulto:* aut morietur, per futurum. posteriora verba causam tradunt quare nec sapientis nec stulti memoria perpetua sit, sed pariter omnes oblivioni tradantur. quomodo id fit? per mortem communem, moritur enim sapiens cum stulto.

Cap. III.

Vers. 10. ראיתי את הענין אשר נתן אלהים לבני האדם לענות בו:

Vers. 11. את הכל עשה יפה בעתו גם את העולם נתן בלבם מבלי אשר לא ימצא האדם את המעשה אשר עשה האלהים מראש ועד סוף:

Variant admodum in versus undecimi expositione interpretes. Junius sic habet. v. 10. Vidi hanc esse occupationem, quam dedit Deus filiis hominum ut occupent se in ea. v. 11. Ipsum unumquodque facere pulchrum in tempore suo, etiam quamdiu seculum est, exponere animo illorum (excepto eo quod non assequitur homo) opus quod facit ipse Deus, à principio ad finem usque. Dura est in Hebræo parenthesis quam statuit D. Junius, ut & illud, quod גם את העולם verterit, etiam quamdiu seculum est, accipiens את pro eum, non pro nota accusativi casus, ac si את העולם non pertineret ad נתן בלבם, sed pertinerent eò quæ post parenthesin sequuntur, את מעשה אשר עשה. Tigurini sic. Omnia condidit, ut unumquodque sit pulchrum suo tempore. Deus quoque mundum ipsum indidit eorum cordi, ne non inveniret homo opus quod Deus condidit à capite usque ad finem. Ne non inveniret, id est, ut inveniret. putarunt ergo duplicem negationem מבלי לא valere affirmationem, quod apud latinos valet, apud Hebræos non item. Vulgatus habet, Cuncta fecit bona in tempore suo, & Mundum tradidit disputationi eorum, ut non inveniat homo opus &c. בלבם vertit *disputationi eorum.* & מבלי לא *ut non.* Doctissimus Mercerus עולם vertit *seculum*, Indidit, inquit, Deus seculum cordi eorum, id est opinionem quandam æternitatis, quasi hîc semper victuri sint: sic hisce rebus sunt addicti. At videtur falsa illa opinio ex hominum potius vitio profecta,

quam à Deo indita. quare cogitur Mercerus hæc non ad creationem, ſed ad pœnam referre, qua à ſe jam abalienatos immergit Deus altius in hujus mundi baratrum. Sequentia Vulgatum ſecutus vertit, ita ut non inveniat homo opus quod &c. nam in מבלי אשר לא poſteriorem negationem latinè ait abundare, & duplicem negationem magis negare. Id græcis uſitatum: at in Hebræa lingua idem fieri, exemplo velim probatum. Kimchi quoque vult Deum inane immortalitatis ſtudium animo hominum indidiſſe, tanquam pœnam cujus in ſequentibus ratio reddatur, eo quod non invenit, id eſt non inquirit homo opera divina. & מבלי אשר לא מצא idem valere vult quod מפני שאינם מוצאים *propterea quod non inveniunt*. hæc Mercerus ex Kimchio. qui addit, vocem מבלי ita ſumi Oſe. 4. 6. Exciſus eſt populus meus מבלי דעת. At longè hic eſt diverſa ratio. Nam מבלי דעת, *ob non ſcientiam, quia non habet ſcientiam*, rationem quidem dicit, ſed cum manifeſta negatione. at ſi מבלי אשר לא exponas per מפני שאינם, omittitur negatio quæ eſt in בלי, nec alia exprimitur quam quæ eſt in vocula לא. Verſus hos ſic capio.

Vers. 10. *Vidi occupationem quam Deus dedit homini, ut in ea affligeretur*, vel anxiè ſe occuparet, לַעֲנוֹת. Probat non poſſe hominem in operibus Dei occupari ſine anxietate & afflictione. Nam

Vers. 11. *Omnia fecit Deus pulchra ſuo tempore, etiam æternitatem poſuit in corde eorum, præterquam quod non inveniet homo* (id eſt, nunquam aſſequi poterit) *opus quod fecit Deus à principio uſque ad finem*. Senſus eſt, ne quis miretur, occupationes hominum eſſe meras afflictiones. nam etſi omnia pulchra fecerit Deus, & hoc etiam pulcherrimum, quod æternitatem indiderit animo hominum, hoc tamen ſemper excipi debet, non poſſe hominem aſſequi perfectionem operum divinorum. neque velim, quod æternitatem dicitur poſuiſſe in corde eorum, intelligere de vana æternitatis opinione, quaſi pœna ſit à Deo homini inflicta, ſed de teſtimonio benignitatis & liberalitatis Dei, qua in ipſa prima creatione hominem affecit, quod anima immortali eum donaverit, quæ non niſi rebus æternis ſatiari poteſt, quum in ſe æternitatem quandam habeat: non tamen adeo ſit perfecta, ut omnium operum Dei perfectionem aſſequi poſſit, imo non aliter quam moleſta diſquiſitione circa ea occupari. Quod ſi quis velit vertere, *etiam mundum poſuit in corde eorum*, non repugno: modo ſenſus non ſit, eum vanum mundi ſtudium animo humano indidiſſe, ſed quum omnia fecerit pulchra, feciſſe hominem pulcherrimum, utpote qui veluti μικρόκοσμος univerſum mundum animo ſuo contineat, non ea tamen ſit perfectione, ut operum divinorum perfectionem aſſequi valeat.

Vers. 18. אָמַרְתִּי אֲנִי בְּלִבִּי עַל־דִּבְרַת בְּנֵי אָדָם לְבָרָם הָאֱלֹהִים וְלִרְאוֹת שְׁהֶם־בְּהֵמָה הֵמָּה לָהֶם. *Dixi ego in corde meo, de negocio filiorum hominis, oportere ut illuſtret eos Deus, & videant ſe beſtias eſſe ſibi.* עַל־דִּבְרַת de negocio, ſive ratione, modo, ſtatu, conditione hominum. ſicut Pſal. 110. עַל־דִּבְרָתִי מַלְכִּי־צֶדֶק *ſecundum ſtatum, ordinem, conditionem, modum ac rationem Melchiſedechi*. Hoc vult, vidi ita ſe habere negocium, eam eſſe rationem, ſtatum ac conditionem hominum, ut vanitatem ſuam miſeramque conditionem ignorent: adeoque oportere ut illuſtret eos Deus, ac ſciant ſe beſtiis nihilo eſſe meliores. לְבָרָם *oportere ut eos illuſtret*, quia nihil uſitatius Hebræis, quam ut infinitivus præpoſito ל quod à nullo verbo præcedente regitur, ſignificet debere vel oportere aliquid fieri. ut eodem hoc cap. verſ. 14. *Novi quicquid Deus facit, id ſemper eſſe*, אֵין לְהוֹסִיף וּמִמֶּנּוּ אֵין לִגְרוֹעַ *nihil debere addi, & ab eo nihil debere demi*. ſic Eſt. 9. 1. וְדָתוֹ לְהֵעָשׂוֹת, *& legem ejus fieri oportet*.

Cap. IV.

Vers. 14. כִּי מִבֵּית הָסוּרִים יָצָא לִמְלֹךְ כִּי גַם בְּמַלְכוּתוֹ נוֹלַד רָשׁ׃. Variè hîc locus exponitur. & plerique illud נוֹלַד metaphoricè ſumunt pro *factus eſt*, & רָשׁ ipſis nomen eſt. Ego vero רָשׁ habeo pro præterito Kal, quale & יָצָא eſt, cui reſpondet in priori hemiſtichio. nec difficilis eſt interpretatio, ſi ante בְּמַלְכוּתוֹ ſubintelligas אשר. Simpliciter ſic verto, *Quia è domo vinctorum exivit ad regnandum. Quia etiam qui in regno ſuo natus eſt, depauperatus eſt.* Dixerat verſu præcedenti, puerum pauperem & ſapientem præſtare regi ſeni & ſtulto, qui non novit amplius moneri. probat id, tum à parte juvenis pauperis, tum à parte regis ſtulti. à parte juvenis, Quia è domo vinctorum exivit ad regnandum, id eſt contigit ut exiret. à parte vero regis, Quia etiam qui in regno ſuo natus eſt, id eſt qui non

non per electionem factus, ſed etiam per hæreditatem in regno ſibi debito natus eſt, depauperatus eſt, id eſt contigit ut depauperaretur. Belgica lingua optimè & perſpicuè hæc effert; **Om dat hy uyt de gevanckenisse wel is uytgegaen om Koningh te wesen/ ende om dat selfs die in syn eygen Koningryck geboren is/ wel is arm geworden.** ad prius hemiſtichium nihil opus eſt addere, quod ſenſum compleat, quia refertur ad juvenem pauperem, qui in præcedenti verſu totius enuntiationis ſubjectum eſt.

VERS. 16. Quum verſ. 15. dixiſſet, *vidi omnes viventes, ambulantes ſub ſole, jungi filio ſecundo qui ſtaturus eſt loco ejus* (patris,) adjungit, אֵין קֵץ לְכָל הָעָם לְכֹל אֲשֶׁר הָיָה לִפְנֵיהֶם גַּם הָאַחֲרוֹנִים לֹא יִשְׂמְחוּ בוֹ׃ quæ verba, præſertim priora, varie explicantur. Vulgatus, *Infinitus eſt numerus populi, omnium qui fuerunt ante eum: & qui poſtea futuri ſunt, non lætabuntur in eo.* Ubi graviter erratum, quod לפניהם verterit ante eum, quum & in Hebræo affixum ſit pluralis num. & Lxx. habeant ἔμπροσθεν αὐτῶν. Tigurini errorem illum correxerunt, alioqui Vulgatum prorſus ſecuti. Nova verſio editionis Commelinianæ habet, *Non eſt finis univerſo populo, univerſo* inquam *qui fuit ante eos.* Et ſic ferè Mercerus, *Non eſt finis omni populo, omnibus qui fuerunt ante eos,* patrem ſcil. & filium, vel potius, inquit, ante eos qui hodie vivunt, quos vidi ambulantes poſt filium relicto patre. Senſus eſt, inquit, fuiſſe immenſum numerum populi qui eos præceſſerit, eorum quibus ſcil. antè pater hujus filii gratus fuerat relicto avo: ſic tandem futurum, ut etſi hodie omnes filium hujus patris ſequantur, poſteriores tamen qui poſt hodie viventes ſunt ſecuturi, ſimiliter etiam eum gratum habituri non ſint, illius filium magis amaturi. Ubi primum deſidero, quod præcedente negativa particula אין, כל vertatur *univerſus* vel *omnis*, quum in ea phraſi apud Hebræos ſoleat valere *ullus.* Deinde etſi verba Hebræa verti poſſent, *non eſt finis omni populo*, id eſt infinitus eſt populus qui fuit ante eos, reliqua tamen quæ adduntur, (eorum quibus ante pater hujus filii gratus fuerat relicto avo) deſunt prorſus in hoc verſu, neque ex præcedenti colligi poſſunt apertè, ubi ſolum dixit, vidiſſe ſe filium prælatum patri, non autem vidiſſe & ejus patrem antè ſimiliter prælatum avo. Junius longe aliter, (vidi) *Non eſſe finem ulli populo, de ullo qui præſit ipſis etiam poſteros non lætaturos eſſe.* כל rectè vertit *ullus*; ſed quod primum לכל verterit *ulli*, alterum לכל *de ullo*, neſcio an rectè. Fateor ל interdum valere *de*, quod Kimchi explicat per בעבור. ut Gen. 20. 26. Pſ. 91. 11. & alibi. ſed à genuina tamen ejus particulæ ſignificatione ad hanc veniendum non eſt, niſi aperta neceſſitate, quæ hîc ſane eſſe nulla videtur. Deinde אשר היה לפניהם vertit *qui præſit ipſis*, ut לפני non ad temporis prioritatem ſed dignitatis referatur. Ita interdum ſumi, negare non audeo, quia hîc à tanto viro ſic tranſlatum video. fateor tamen me multum dubitare. לפני enim aut tempus, aut locum ſignificat. & quum locum ſignificat, denotat interdum relationem miniſtrorum aut Officiariorum ad regem ante quem ſtant ut mandata accipiant, potius quam relationem regis ad ſubditos quibus præſit. ut 2 Sam. 16. 19. dicit Chuſai Abſalomo, *ſicut ſervivi* לפני אביך. *ſic ero* לפניך. Videntur mihi verba Eccleſiaſtis ad literam commodo & pleno ſenſu verti poſſe. *Non eſt finis ulli populo, ulli qui fuit ante eos, non etiam hi poſteriores lætabuntur in eo.* Id eſt, Nullus populus novit libidini ſuæ finem, terminum aut modum ponere, non fecit id populus qui fuit ante eos (patrem nim. & filium quorum facta fuit mentio v. præcedenti. ſoliti ſunt illi præcedentes populi patrem regnantem faſtidire, filium vero ſucceſſorem amplecti) etiam hi poſteriores qui priores populos ſecuti ſunt, non gaudebunt in eo, nempe filio jam regnante, ſed & eum faſtidientes nepotem deſiderabunt. Hunc ſenſum Gallica verſio aptâ paraphraſi eſt aſſecuta, *Tout ce peuple la, aſſ. tous ceux qui ont eſté devant ceux cy, n'ont point trouvé en qui s'arreſter. Ces derniers icy de meſme ne s'esjouiront point de ceſtui cy.*

VERS. 17. שְׁמֹר רַגְלְיךָ כַּאֲשֶׁר תֵּלֵךְ אֶל־בֵּית הָאֱלֹהִים וְקָרוֹב לִשְׁמֹעַ מִתֵּת הַכְּסִילִים זָבַח כִּי אֵינָם יוֹדְעִים לַעֲשׂוֹת רָע׃. Difficilis ſtructura verborum varias hîc peperit interpretationes. Quidam וְקָרוֹב volunt eſſe nomen adjectivum. & eorum alii id referunt ad Deum, ut Aben Eſra, qui ſenſum eſſe vult, Deus propinquior eſt ad audiendum, preces nempe, quam quum ſtulti dant ſacrificium. quod & Vatablus in ſuis notis probat. alii id referunt ad eum qui ingreditur domum Dei, & vertunt, Sis *propinquior ad audiendum*, ut habet nova editio Commeliana, Pagnini, ubi ſubintelligitur תהי *ſis.* vel ut habet Junius, *idque paratus ad audiendum potius &c.* ו vertit idque, קָרוֹב vertit *paratus.* an alterutrum bene, judicent doctio-

doctiores. Quidam וְקָרוֹב vertendum cenſent per Imperativum, *& appropinqua.* ſic Vulgatus, Mercerus, Genevenſes. & Mercerus quidem fatetur formam eſſe infinitivi, ſed pro Imperativo poſitam. Hinc alii malunt Infinitivum retinere, & vertunt, *Nam accedere ad audiendum præſtantius eſt*, &c. ut Tigurini, qui ו per *nam* exponunt. quod uſitatum. quæ ſequuntur, מִתֵּת הַכְּסִילִים זָבַח variè exponuntur, eodem tamen ab omnibus ſenſu. Vulgatus, *Multo enim melior eſt obedientia, quam ſtultorum victimæ.* Multa addidit, quæ in textu non ſunt. Infinitivum תֵּת qui in textu eſt omiſit. & כסילים זבח per anaſtrophen vertit quaſi זבח כסילים *ſacrificium ſtultorum*, quomodo & nova editio Commeliniana, & Junius, qui vertunt *potius quam ad dandum ſacrificium ſtultorum.* Genevenſes, *potius quam ad dandum quod ſtulti dant, nempe ſacrificium*, quod plene diceres, מתת אשר נותנים הכסילים ר"ל זבח: nimis multæ hîc ſunt ellipſes, quas facile eſt vitare, ſi קָרוֹב prout infinitivi formam habet, per infinitivum exponamus, & hîc non mandatum, ſed γνώμην ſeu ſententiam pro poni dicamus, qualis illa eſt 1 Sam. 15. 22. שמוע מזבח טוב, *audire melius eſt quam ſacrificium.* Ita hîc ad verbum, *accedere ad audiendum* ſive obtemperandum, eſt *præ dare ſtultos ſacrificium*, id melius eſt quam quum dant ſtulti ſacrificium, vel ut Tigurini, *præſtantius eſt quam quod ſtulti offerunt victimam.* Aut ſi קָרוֹב per Imp. ſit exponendum, ſic dicerem, *Accede ad audiendum. potius quam ut des ſicut ſtulti ſacrificium*, ut כְּסִילִים ſit quaſi כַּכְּסִילִים. Sequitur, כִּי אֵינָם יוֹדְעִים לַעֲשׂוֹת רָע, quod ad verbum eſt, *quia non norunt facere malum.* qui ſenſus quum in laude ponatur, & plane menti textus repugnet, variæ hîc à variis quæſitæ ſunt interpretationes. Hebræorum quidam רָע poſitum voluere pro רֵעַ quod ſemel ex uſu Chaldaico Pſ. 139. 2. cogitationem aut voluntatem ſignificat. Chaldaicè dicitur רַעְיוֹן. adeoque vertunt, *non norunt facere voluntatem ſcilicet Dei.* Alii qui רע pro malo ſumunt, ante לעשות ſubintelligunt רַק, ut ſenſus ſit, *non norunt niſi facere malum.* at dura eſt ellipſis, & fortaſſis omnino inuſitata. quod enim ex Eccleſ. 2. 24. citatur אֵין טוב באדם שיאכל ושתה & vertitur ab illis, *Non eſt bonum pro homine ut edat & bibat*, רק שיאכל, meliorem ſenſum & loco convenientiorem habet ſine רק. *non eſt bonum pro homine ut edat & bibat*, id eſt, ut in edendo & bibendo omne ſuum ſtudium ac felicitatem ponat. Revertimur ad noſtrum locum. Kimchi לעשות exponit per *aptare*, hoc ſenſu, *Neſciunt aptare & emendare malum quod faciunt in ſacrificio.* Recte id rejicit doctiſſimus Mercerus, qui יודעים explicat per מבינים, Infinit. autem עשות per nomen, ut ſenſus ſit, *non attendunt ad factionem mali*, id eſt quum faciunt, non advertunt neque intelligunt quid faciant. ſic fere Vulgatus, *neſciunt quid faciunt mali.* Junius, *non advertunt ſe facere malum.* Tigurini, *ignorant ſe male agere.* ſic & Genevenſes. Quod ſi ſic vertamus? אינם יודעים, *non ſunt ſcientes, carent intelligentia*, לעשות רע *faciendo malum, eo quod faciunt malum.* Solet enim Scriptura impiis ſapientiam negare, quia initium ſapientiæ eſt timor Domini; qui ergo Deum non timentes aſſueſcunt לעשות רע *facere malum*, non ſunt יודעים, *nihil ſciunt.* Qui ſenſus optime cum præcedentibus quadrare videtur. Accedendum eſt ad domum Dei ad audiendum, ut audiendo diſcamus veram Dei & voluntatis ejus cognitionem qua ad bene vivendum ducamur. longe id ſatius eſt quam quum ſtulti, id eſt impii dant ſacrificium, non habet eorum ſacrificia Deus accepta. quid ita? propterea quod כסילים *ſtulti ſunt.* & id patet, כי אינם יודעים *quia nihil norunt.* ut & apud Eſa. dicit, c. 1. 3. ישראל לא ידע. & id probant לעשות רע *faciendo malum.* Nolim tamen omnino rejicere ſententiam eorum qui vertunt, *neſciunt ſe facere malum.* hanc enim phraſin invenio, Joan. 2. 6. ὁ λέγων ἐν αὐτῷ μένειν, *Qui dicit ſe in eo manere.* Et verſ. 9. ὁ λέγων ἐν αὐτῷ εἶναι. *qui dicit ſe in eo eſſe.* ſic & apud Hom. Iliad. 6. Φῆ γὰρ ὅγ' αἱρήσειν Πριάμου πόλιν ἤματι κείνῳ, *Dixit enim ſe capturum Priami urbem eo die.*

Cap. V.

Vers. 7. כִּי בְרֹב חֲלֹמוֹת וַהֲבָלִים וּדְבָרִים הַרְבֵּה כִּי אֶת הָאֱלֹהִים יְרָא: Optimè ſenſum expreſſiſſe videntur Genevenſes, & Junius, & antecedentibus convenientius, quam Mercerus & alii. ſed ſtructuram verborum aliam eſſe velim, quam illi expreſſerunt. בְּרֹב non accipio pro nomine, ſed pro infinit. Kal. ut ו in וַהֲבָלִים non ſit otioſum, ſed uſum ſuum habeat. & in ſequentibus וּדְבָרִים הַרְבֵּה non ſubintelligo præpoſitionem ב ut ſit pro וּבִדְבָרִים, ſed verbum ſubſtantivum ſubintelligo. & ſic verto, *Quia ſicut quando multiplicantur ſomnia*,

nia, etiam vanitates, sup. multiplicantur: *sic* sunt *verba multa.* id est, sic se habent verba multa. *sanè Deum time.*

VERS. 8. אִם עֹשֶׁק רָשׁ וְגֵזֶל מִשְׁפָּט וָצֶדֶק תִּרְאֶה בַמְּדִינָה אַל תִּתְמַהּ עַל הַחֵפֶץ כִּי גָבֹהַּ מֵעַל גָּבֹהַּ שֹׁמֵר וּגְבֹהִים עֲלֵיהֶם׃ עַל הַחֵפֶץ quidam vertunt, *de hac voluntate*: alii de hac re, quod malim. quia præterquam quod vox ea hac significatione apud Thalmudicos sit usitatissima, ut ex R. Salomone annotat doct. Mercerus; apud Syros quoque ܨܒܘܬܐ צְבוּתָא *voluntas*, pro *re* ac *negocio* tritum est. sic חֵפֶץ sumitur etiam Eccl. 3. vers. 17. & 8. 6. Porro quod sequitur גָּבֹהַּ, prius ad *Deum* referunt, alterum ad *judicem impium*. & מֵעַל vertunt *supra*: ut sensus sit, Deus qui excelsus est supra excelsum judicem, id est, magis quam excelsus judex, observat, nempe quid impius judex agat. Sic omnes interpretes quos vidi. At nescio an exemplum dari possit, ubi מֵעַל significet *supra.* legisse me non memini, & lexica consulenti non suppeditarunt. Sed duo alia usitatè significat, primum est *a* vel *ab.* ut passim libris Regum, non recessit מֵעַל חַטֹּאות *a peccatis Jeroboami.* Alterum est, *desuper*, *supernè*, Gen. 27. 39. Gen. 49. 25. Psal. 50. 4. Itaque verterem, *Excelsus ab excelso observat.* ut prius ad *Deum*, alterum ad *cælum.* vel sic, *Excelsus supernè, excelsus observat.* **De Hooge van boven/ de Hooge let der op.** ut sit anadiplosis, quæ hîc elegantissimam habet emphasin. posteriorem hanc interpretationem præferrem, nisi מֵעַל pro supernè in citatis locis scriberetur per camets, hîc autem scribitur per pathach. sed parum id morarer, præsertim quia in citatis locis camets videatur esse pro pathach propter pausam. notatur enim Gen. 27. 39. silluc. Gen. 49. 25. Zakef katon. Psal. 50. 4. Athnah. nec dubium est quin simplex sit עַל per pathach.

VERS. 9. וְיִתְרוֹן אֶרֶץ בַּכֹּל הִיא מֶלֶךְ לְשָׂדֶה נֶעֱבָד׃. Mazorethæ annotarunt pro הִיא legendum הוּא, quia יִתְרוֹן putarunt in regimine poni, & esse subjectum enunciationis, cui הוּא masc. respondere debeat. At nihil est necesse. potest enim יִתְרוֹן quamvis priori loco ponatur, haberi pro prædicato, & אֶרֶץ pro subjecto: hîc enim situs ratio non habetur, ut ex solis proverbiis infinitis locis ostendi potest. constructio hæc sit, וְאֶרֶץ הִיא יִתְרוֹן בַּכֹּל, *Et terra est excellentia inter omnia. Rex agro mancipatur.* excellentia, id est excellens quid, vel excellentissima, ut sæpe substantiva in hac lingua usurpantur pro adjectivis superlativi gradus. Psal. 21. 7. posuisti eum בְּרָכוֹת *benedictiones*, id est benedictissimum. Porro ו illud quo hæc sententia incipit, à Junio vertitur *Jam*, à Pagnino, *Porro*, à Genevensibus omittitur, tanquam otiosum & sententiam solummodo inchoans. est enim hîc novus sermo, inquit Mercerus. est hîc regressio ad institutum sermonem de vanitate omnium rerum, inquit Junius. dubito an rectè, videtur enim optimè cum præcedentibus copulari, ut vau nativam suam vim retineat. egit præcedenti versu adversus Magnates, qui per avaritiam pauperes opprimunt, & jura violant. argumenta adversus eos duo attulit. primum, quod Excelsus desuper ea observet. alterum, quod Deus & Angeli sint supra ipsos. hîc jam tertium est argumentum, Quod omnes divitiæ, quas injuriis corradunt, longè sint terra inferiores. est enim terra excellentissima inter omnia, adeo ut ipse rex agro mancipari debeat. non potest enim aliunde quam ex agri terræque frugibus satiari. nemo autem divitiis satiatur. quod v. sequenti docet, qui sic habet, אֹהֵב כֶּסֶף לֹא יִשְׂבַּע כֶּסֶף וּמִי אֹהֵב בֶּהָמוֹן לֹא תְבוּאָה ubi הָמוֹן à quibusdam refertur ad multitudinem divitiarum, ab aliis ad multitudinem famulorum, quod faciunt Genevenses. malim ad pecunias referre, ut Psal. 37. 16. sed nolim (quod tamen omnes faciunt) illud בֶּהָמוֹן jungere cum antecedenti אֹהֵב, sed cum sequenti לֹא תְבוּאָה. Nam verbum אהב construitur, aut sine præpositione, ut in hoc versu אֹהֵב כֶּסֶף. aut cum præpositione אֶת, ut אֶת חַנָּה אָהֵב 1 Sam. 1. 5. aut cum præpositione ל ut וְאָהַבְתָּ לְרֵעֲךָ *diliges proximum tuum*, Lev. 19. 18. at cum præpositione ב construi, exempla nulla, quod quidem sciam, probant. Totum ergo versum sic verto. *Qui diligit pecuniam, non satiabitur pecunia. & qui diligit, in multitudine non* habebit *proventum.* aut *non* erit *proventus.* causam dedit versu præcedenti, quia sola terra proventus suppeditat, unde homo vivat. etsi enim è multitudine pecuniæ magnum fœnus proficisci queat, fœnus tamen illud non est תְּבוּאָה, quod nomen (teste R. D. K. in libro Rad.) est שם כולל לכל פרי מאכל, *nomen comprehendens omnem fructum edulem.* pecunias nemo edit. ut rectè

Servator noster Luc. 12. 15. οὐκ ἐν τῷ περισσεύειν τινὶ ἡ ζωὴ αὐτοῦ ἐστιν ἐκ τῶν ὑπαρχόντων αὐτοῦ.

Vers. 11. בִּרְבוֹת הַטּוֹבָה רַבּוּ אוֹכְלֶיהָ וּמַה כִּשְׁרוֹן לִבְעָלֶיהָ כִּי אִם רְאִית עֵינָיו: Punctatio vocis רְאִית non est τοῦ Kethif, sed τοῦ Keri. Mazorethæ enim annotarunt legendum רְאוּת *visus, aspectus.* quod omnes sequuntur interpretes. τὸ Kethif esset רָאִיתָ *vidisti.* id retinendum censeo, & aptissimum sensum habere videtur. versum sic transfero. *Quum multiplicatur bonum, multiplicantur qui comedunt id. sed quæ est rectitudo domini ejus? tantum vidisti oculos ejus.* vel, *nisi quod videris oculos ejus.* Id est, arbitraris ne rectam ejus erga te mentem esse, dum bona ejus comedis? non nisi oculos ejus vides, mentem non vides, quæ intus uritur, dum bona ejus voras. optimè depingit divitis avari animum. Possemus & aliter vertere, hoc modo. *Quum multiplicatur bonum, multiplicantur qui comedunt illud. & quæ rectitudo* (quod bonum) *est domino ejus?* probat nullum bonum esse ei, verbis sequentibus, quæ cum versu sequenti jungenda essent: *quia si consideraveris oculos ejus, dulcis somnus est colenti terram, sive parum, sive multum ederit: at saturitas divitis non permittit ei dormire.* rectè ergo dixit, non est ei כִּשְׁרוֹן, non rectè est ei, quia si consideraveris oculos ejus, non capiunt somnum, quia multiplicatis ipsius convivis nimium saturatur.

Vers. 17. הִנֵּה אֲשֶׁר רָאִיתִי אָנִי טוֹב אֲשֶׁר־יָפֶה &c. לֶאֱכוֹל. Variant Interpretes, propter illud אֲשֶׁר inter טוֹב & יָפֶה. alii volunt poni pro ו particula copulativa, & vertunt, *vidi bonum & pulchrum esse.* sic Vatablus in notis. ita & Scindlerus. alii אֲשֶׁר sumunt pro כִּי, & per trajectionem positum volunt pro אֲשֶׁר טוֹב יָפֶה לֶאֱכוֹל quod bonum pulchrum est edere, id est bonum & pulchrum, ἀσυνδέτως. sic Junius. alii etiam aliter. Nos sic interpretamur: *Ecce quod vidi ego. bonum, imo pulchrum est edere & bibere* &c. אֲשֶׁר auget hîc solummodo affirmationem, ut 1 Sam. 15. v. 20. וַיֹּאמֶר שָׁאוּל אֶל שְׁמוּאֵל אֲשֶׁר שָׁמַעְתִּי בְּקוֹל יְהוָה: *& dixit Saul Samueli, imo audivi voci Jehovæ.* sic אֲשֶׁר sumimus Psal. 10. 6. Psal. 95. 11.

Cap. VII.

Vers. 12. כִּי בְּצֵל הַחָכְמָה בְּצֵל הַכָּסֶף. Pagninus, Quia in umbra sapientiæ, *&* in umbra argenti *requiescet homo:* subintelligitur, inquit Mercerus, הוסה האדם *sperat homo.*

Junius. Nam *alii* in umbra sapientiæ, *alii* in umbra pecuniæ *sunt.*

Genevenses, *Car on est à couvert à l'ombre de sapience, & à l'ombre de l'argent.*

Tigurini. Nam pariter quis sub umbra sapientiæ, & sub umbra pecuniarum cubabit.

Sensum non male assecuti sunt hi omnes: sed ellipses statuunt duriores, quia ב in בְּצֵל accipiunt pro *in* aut *sub*, & צֵל pro nomine in regimine posito. At aliter longè facilius & sine ellipsibus vertas, *Nam pro umbra est sapientia, pro umbra est pecunia;* vel simpliciter per nominativum, *Num umbra est sapientia, umbra est pecunia.* In ejusmodi enim phrasibus ב nominativum formare, variis exemplis ostendimus ad Prov. 28. 2. ex Os. 13. 9. Psal. 55. 19. Ps. 68. 5. Job. 18. 8 significat autem hîc *umbra* protectionem. ut & in illo proverbio Arabico ظِلُّ السُّلْطَانِ كَظِلِّ اللّٰه *umbra principis est sicut umbra Dei.*

Vers. 14. בְּיוֹם טוֹבָה הֱיֵה בְטוֹב וּבְיוֹם רָעָה רְאֵה גַּם אֶת זֶה לְעֻמַּת זֶה עָשָׂה אֱלֹהִים עַל דִּבְרַת שֶׁלֹּא יִמְצָא הָאָדָם אַחֲרָיו מְאוּמָה: Prius membrum plerique sic vertunt. *Die bono sis in bono, & die malo* רְאֵה, Tigurini *circumspice.* Genevenses *prenez y garde,* Mercerus *vide,* nempe opus Dei, de quo v. præcedenti. Junius minus rectè, *utere.* Addit Mercerus, verti posse, *& diem malum vide,* nempe ne nimium lætitia diffluas. eam sententiam amplecterer propter sequentia. *Nam hoc è regione illius fecit Deus.* Causam reddit, cur in gaudiis de adversis cogitandum sit, quia facile prosperitatem excipit adversitas, quum hanc è regione illius posuerit Deus, vel secundum eam, juxta eam. עֻמִּית enim *socius proximus* est. adeoque לְעֻמַּת proximè, juxta significat. Posterius membrum sic verti solet, *Ut non inveniat homo post eum quicquam,* id est, ut non inveniat querendi occasionem, quam Deus prorsus adimit dum mala bonis, bona malis temperat. Junius verò sic, *Ea ratione ut non assequi possit homo eorum quæ sibi instant quicquam.* Rectè עַל דִּבְרַת vertit, *Ea ratione.* significat enim דִּבְרָה ordi-

ordinem, rationem, modum. ut supra ad Eccles. 3. 18. monuimus. At reliqua sic vertere velim: *Ea ratione* (aut modo, aut ordine) *ut non invenire possit homo post eum quicquam.* id est, tam sapienter ea Deus ordinavit, ut nemo hominum post Deum invenire possit quicquam magis conveniens. vel sic fortasse melius, *Ea ratione, ut non possit homo post eum quicquam.* Id est, etsi velit homo in gaudiis constitutus, ea sibi esse perpetua, ac semper è malis eximi, Deus tamen illa inter se ea ratione junxit, ut homo nihil possit post eum, id est post Deum qui ita constituit. Nec insolens est, quod יִמְצָא verterim, *possit*, sæpe enim eam habet vim. ut quum dicitur, fac quod manus tua invenit, id est, quod manus tua potest, quod tu potes. unde & apud Syros, hoc verbum nihil aliud significat quam *posse.* הֱיֵה בְטוֹב *sis in bono*, verti etiam potest, *sis bonus, hilaris.* ב enim nominativum valere, sæpe jam diximus.

Vers. 29. לְבַד רְאֵה זֶה מָצָאתִי אֲשֶׁר עָשָׂה הָאֱלֹהִים אֶת הָאָדָם יָשָׁר וְהֵמָּה בִקְשׁוּ חִשְּׁבֹנוֹת רַבִּים׃ Posteriora verba plerique vertunt, *At illi quæsiverunt cogitationes multas, varias.* Tigurini autem, quia viderunt חִשְּׁבֹנוֹת esse fœm. gen. רַבִּים autem masculini, retulerunt רַבִּים ad הֵמָּה, & verterunt, *Ipsi autem plures jam facti, cogitationes vanas persecuti sunt.* Id non probo. Sed dispiciant docti, an non verti queat: *Illi autem quæsiverunt cogitationes magnatum.* רַב enim non tantum *multum*, sed & *magnum* significat. ut verba ea spectent historiam lapsus, ubi hasce cogitationes primis parentibus suggessit Diabolus, vos eritis כֵּאלֹהִים *sicut Deus*, Pater, Filius, & Spiritus S. illi sunt אֱלֹהִים רַבִּים *Deus magnus.* vel רַבִּים potest referri ad Angelos. ut & in historia lapsus, eritis כֵּאלֹהִים verti potest, *sicut Angeli.* unde & Onkelos habet, eritis כְּרַבְרְבִין *sicut magnates*, Angelos intelligit. Atque ita mens Solomonis esset, Fecit Deus hominem rectum, sed illi sorte sua non contenti, altiora quæsiverunt quæ non nisi Angelis & Deo conveniunt.

Cap. VIII.

Vers. 8. *Non habet homo potestatem in spiritum, ut cohibeat spiritum, & non est potestas in diem mortis,* וְאֵין מִשְׁלַחַת בַּמִּלְחָמָה *& non est missio ad bellum*, nempe contra mortem, id est, frustra mittitur ad belligerandum contra mortem.

Vers. 11. עַל כֵּן מָלֵא לֵב בְּנֵי הָאָדָם בָּהֶם לַעֲשׂוֹת רָע. Ad verbum, *Ideo plenum est cor filiorum hominis in ipsis ad faciendum malum.* plenum, nempe spiritu, tumidum spiritibus, audax. audacia enim implet cor spiritibus, qui contineri isthic & coërceri non valentes, adeoque prorumpentes in manus, in linguam, aliaque corporis membra, efficiunt ut aggredi is sustineat, quæ non auderet, cui cor subsidit. hinc illud Regis Assueri ad Estheram, Esth. 7. 5. מִי הוּא זֶה אֲשֶׁר מְלָאוֹ לִבּוֹ לַעֲשׂוֹת כֵּן *quis hic est, qui implevit cor suum ad faciendum sic?* id est, quis tantos spiritus sumpsit, tamque audax factus est ut &c. Sic interpretamur & illud Actor. 5. v. 3. Διὰ τί ἐπλήρωσεν ὁ Σατανᾶς τὴν καρδίαν σου, ψεύσασθαί σε τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον; *quare Satan adeo audacem te reddidit, ut non verereris mentiri Spiritui sancto?* Rectè itaque mentem Ecclesiastis cepit Vulgatus, quum vertit, *absque timore ullo filii hominum perpetrant mala.* pressius autem & elegantissimè LXX. Διὰ τοῦτο ἐπληροφορήθη καρδία υἱῶν τοῦ ἀνθρώπου ἐν αὐτοῖς τοῦ ποιῆσαι τὸ πονηρόν. Sicut enim fiducia filiorum Dei vocatur πληροφορία plenitudo quædam, qua fidenter & intrepidè malis omnibus occurrunt, ita audacia impiorum quoque est πληροφορία plenitudo, qua intrepide & audacter ad quævis scelera prorumpunt.

Cap. IX.

Vers. 1. הַצַּדִּיקִים וְהַחֲכָמִים וַעֲבָדֵיהֶם בְּיַד הָאֱלֹהִים גַּם אַהֲבָה גַם שִׂנְאָה אֵין יוֹדֵעַ הָאָדָם הַכֹּל לִפְנֵיהֶם׃. Omnes Interpretes, quos quidem vidi, hæc verba, גַּם אַהֲבָה גַם שִׂנְאָה jungunt cum sequentibus אֵין יוֹדֵעַ הָאָדָם. & plerique vertunt, *Nec amorem, nec odium* (sc. Dei) *novit homo.* unde Pontificii exstruxerunt incertitudinem gratiæ ac salutis. quod ut Junius effugeret, licentius vertit, *tum re amatâ, tum exosâ non uti homines.* Sed nihil his opus est: possunt ea verba commodissimè referri ad præcedentia, quamobrem & שִׂנְאָה per Reviah distinguitur à sequentibus. Ad verbum sic verto. *Justi & sapientes, & opera eorum in manu Dei sunt, etiam amor, etiam odium: non norunt homines quicquam eorum quæ ante se sunt.* Dicit ergo, amorem & odium in manu Dei esse, sicut justos & ope-

ra eorum: & quia Deus amat quos vult, & odit quos vult, non nosse homines quicquam eorum quæ ante se sunt. vident ante se quibus benè est, vident quibus malè est, sed non norunt quinam ex illis Deo exosi, quinam chari sunt. planissimus sensus est, nec quicquam scrupuli habet.

Vers. 4. כִּי מִי אֲשֶׁר יְבֻחַר אֶל כָּל הַחַיִּים יֵשׁ בִּטָּחוֹן׃. Mazorethæ annotarunt, legendum esse pro יְבֻחַר יְחֻבַּר. at nihil est necesse hîc mendum fateri, præsertim si hæc verba, כִּי מִי אֲשֶׁר יְבֻחַר annectas præcedenti versui, & in his versum claudas. tum enim sensum habent perspicuum. hoc modo
וְאַחֲרָיו אֶל הַמֵּתִים כִּי מִי אֲשֶׁר יְבֻחַר׃. *Et finis ejus est ad mortuos* (tendere) *nam quis est qui eligetur, sive eximetur?* Dixerat, eundem esse eventum omnibus: etiam cor hominum plenum esse malo, & insanias in corde eorum esse dum vivunt. addit, tandem finis eorum est, mori. & quidem omnium hic finis, nam quis est qui eligetur, qui eximetur? Rectè deinde sequitur nova sententia.
אֶל כָּל הַחַיִּים יֵשׁ בִּטָּחוֹן כִּי לְכֶלֶב חַי הוּא טוֹב מִן הָאַרְיֵה הַמֵּת. *Pro omnibus viventibus est fiducia. quia canis viventis est melior sors, quam leonis mortui.* Sensus est, quandoquidem omnes sine ulla electione & exemptione moriuntur, miserrimam esse insanorum hominum conditionem in morte. quia dum vivunt, fiduciam aliquam habent: sed mortui, etsi in vita maximi fuerint, omnibus etiam vilissimis viventibus viliores sunt. sicut leo mortuus inferior est vivente cane.

Cap. X.

Vers. 10. אִם קֵהָה הַבַּרְזֶל וְהוּא לֹא פָנִים קִלְקַל וַחֲיָלִים יְגַבֵּר וְיִתְרוֹן הַכְשֵׁיר חָכְמָה׃

Vers. 11. אִם יִשֹּׁךְ הַנָּחָשׁ בְּלוֹא לָחַשׁ וְאֵין יִתְרוֹן לְבַעַל הַלָּשׁוֹן׃

Duos hosce versus sic transfero.

Si obtusum reddiderit ferrum (nempe cæsor lignorum, de quo præced. versu) *& ipse aciem non terserit, superabit etiam vires* (vel *exercitus*) *sed excellentia directionis est sapientia.*

Si momorderit Serpens ob non incantationem (*quia non fuerit incantatus*) *etiam viri eloquentis non erit emolumentum* (prærogativa.)

Hujus interpretationis connexionem cum præcedentibus ostendere visum fuit. ubi sententiam tantum meam dicam, doctioribus nihil præjudicatum aut præscriptum volo. Nam & præcedentes versus quo tendant, aut quomodo cohæreant, pauci conveniunt.

Videntur omnia ad sapientiæ commendationem optimè referri. v. 1, 2, 3. planè eo spectant. v. 4. sapientem monet, ne stationem suam deserat, quum principis animus in eum effervescit: ipsius enim esse ut medici instar malum curet, & peccata magna sedet. v. 5. 6. 7. Docet, omnino necessariam esse sapientiam, quia multa sunt in mundo admodum confusa, qualia sunt, stultos constitutos esse in eminentiis, divites autem in humilitate sedere. servos equis vehi, principes vero tanquam servos ambulare super terram. quæ quasi ex errore dominantis (Dei intelligo) profecta videantur, nisi per sapientiam in ordinem redigantur. v. 8, 9, 10, 11. Docet sapientiam esse unicam & optimam actionum ac rerum moderatricem, quod sub finem v. 10. optimè dicit, וְיִתְרוֹן הַכְשֵׁיר חָכְמָה, *excellentia directionis*, id est, excellentissima directrix, *est sapientia.* Id probat, 1. Quia absque ea frustranei, imo sæpe periculosi & noxii sunt labores hominum, v. 8, 9. Contingit enim, inquit, ut qui fossam cavat, in eam ipse incidat: qui maceriam diruit, à Serpente mordeatur: qui lapides removet, dolorem inde capiat, & qui ligna secat. periculum sibi per ea creet. quæ pericula non nisi per sapientiam evitari possunt; quæ hæc omnia cautè & moderatè agere docet. 2. Quia absque ea vires corporis etiam sunt frustraneæ. v. 10. Quia si lignorum cæsor securim suam hebetem fecerit, nec eam cote denuo poliat & acuat, ipsa securis vires ejus superabit, vel חֲיָלִים exercitus superabit, adeo ut integros exercitus fatiget: quum prudentia, quæ tempestivè acuere docet, facillimam reddat cæsionem. 3. Quia absque eâ, Eloquentia quoque est frustranea. v. 11. Si quis enim incantatione serpentem non præveniens, ab eo mordetur, nihil prærogativæ habet etsi בַּעַל לָשׁוֹן sit, *dominus linguæ*, vir eloquentissimus, quia omni sua eloquentia nec serpentem avertere, nec morsum curare potest. sola hîc prodest sapientia, quæ aut incantandi artem novit, aut attenta circumspectione pericula ejusmodi vitat. An hæc malè cohæreant, judicium sit penes eruditos.

Vers. 15. עֲמַל הַכְּסִילִים תְּיַגְּעֶנּוּ אֲשֶׁר לֹא יָדַע לָלֶכֶת אֶל עִיר׃. Plerique interpretantur, *Labor stultorum fatigat eos, quia non norunt ire*

ire ad urbem. similitudine deducta ab iis qui rectam quæ ad urbem ducit viam ignorantes, per avia & paludes dum incedunt, multum se fatigant. Vatablus tamen in notis sic vertit. *studium stultorum fatigat eos, qui* (tamen) *nesciunt ire ad urbem*. id est inquit, circa arduas versantur quæstiones, ubi se fatigant, quum ne vulgares quidem teneant, quæ quasi via sunt ad urbem ducens, etiam pueris nota. prius malim, quamvis utrumque elegantem habeat parœmiam. Nulla autem erit parœmia, si עִיר sumamus, prout Chaldaicè apud Danielem sumitur pro *vigile*. sensus esset, *Labor stultorum fatigat eos, quia non norunt* (id est, non curant) *ire ad vigilem*, qui compendiariam viam, & expeditam rerum agendarum rationem eos doceret, ne se tantopere lassarent. Addam aliud. omnia enim quæ ad explicationem difficilium locorum adferri possent, conferre, utilissimum arbitramur. Quid si affixum singulare in תְּיַגְּעֶנּוּ non exponamus distributivè, nec referamus ad præcedens plurale כְּסִילִים, sed more Chaldæis ac Syris usitatissimo, qui & in Hebraismo alibi occurrit, (ut ad Prov. 13, v. 23. annotavimus) ad sequens אֲשֶׁר? sensus esse poterit, *Molestia stultorum fatigabit eum qui non novit adire astu*. Id est, sermones actionesque stultorum molestissimas nemo ferre & superare poterit, sed defatigatus iis succumbet, qui non novit adire viros sapientes ac prudentes, quales in astu, in urbibus degere solent.

CAP. XI.

VERS. 8. כִּי־אִם שָׁנִים הַרְבֵּה יִחְיֶה הָאָדָם בְּכֻלָּם יִשְׂמָח וְיִזְכֹּר אֶת־יְמֵי הַחֹשֶׁךְ. ante בְּכֻלָּם subaudio אֲשֶׁר, & verto: *sed si annis multis vivat homo, in quibus omnibus lætetur*, (id est, qui omnes læti sint ac prosperi) *recordetur dierum tenebrarum* &c.

VERS. 10. כִּי הַיַּלְדוּת וְהַשַּׁחֲרוּת הָבֶל׃. *Nam pueritia & juventus vanitas est*. Juventus dicitur שַׁחֲרוּת à שָׁחוֹר *niger*. quia ut cani solent esse capilli in senectute, sic nigri in juventute. Hinc Thargum habet, ארום עלימות ויומי אוכמות שער הבלו *quia pueritia & dies nigredinis pili vanitas sunt*. R. Salomoh similiter השחרות vertit per נערות *pueritiam* sive *adolescentiam* שראש אדם שחור בימי עלומיו *quia caput hominis nigrum est tempore juventutis suæ*. Vel dicitur sic Juventus à שַׁחַר *aurora*, כי דמה ימי השחרות לשחר כשיבקע *quia similis est juventus auroræ cum erumpit*, ait hîc Aben Esra. cui tamen neque prior Etymologia displicet.

CAP. XII.

VERS. 5. וְיָנֵאץ הַשָּׁקֵד וְיִסְתַּבֵּל הֶחָגָב וְתָפֵר הָאֲבִיּוֹנָה׃. Variæ sunt in hæc verba interpretationes, quibus & nos nostram addimus, *Quum florebit amygdalus, & impinguabitur locusta, irrita erit concupiscentia*, vel *irrita ea habebit concupiscentia*. vel sic potius, *Et floreat amygdalus, & impinguetur locusta, irritum id faciet appetitus*. Id est, ne amœnissimo quidem anni tempore, quum amygdalus floret & locusta pinguedine onusta sit, voluptatem ex iis capere poterit senex. non multum hinc abludit Junii interpretatio. sic autem יָנֵאץ exponitur juxta vocales, redundante א. quod si juxta consonantes legatur יְנָאֵץ sic interpretor, *& spernet amygdalum, & si impinguetur* (vel *apportetur*) *locusta, irritum id habebit concupiscentia*.

VERS. 5. וְיִסְתַּבֵּל הֶחָגָב. an non verti posset? *Et oneratur locustâ*. id est, vires ejus senio ita conficiuntur, ut vel locustâ, quæ res minimi ponderis est, oneretur.

VERS. 11. *Verba sapientum sunt tanquam stimuli*, וּכְמַשְׂמְרוֹת נְטוּעִים בַּעֲלֵי אֲסֻפּוֹת, Gallica versio, *Et domini congregationum* (id est, Doctores Ecclesiæ) *sunt tanquam clavi fixi*. præferrem hoc iis qui בַּעֲלֵי sumunt pro מִבַּעֲלֵי, & vertunt, *& tanquam clavi fixi à dominis congregationum*. quid, si בַּעֲלֵי אֲסֻפּוֹת sit attributum clavorum, qui dicantur domini collectionum, quia illis colliguntur & coagmentantur, quæ alias separata manerent? hoc sensu verterem, *Et sicut clavi infixi, quibus fiunt coagmentationes*. Utique, qui ad verba sapientum non attendunt, dispersam habent mentem, dissipatos affectus, & disturbatos mores. quæ omnia colliguntur, & coagmentantur quasi infixis clavis, verbis sapientum. quæ sequuntur, נִתְּנוּ מֵרֹעֶה אֶחָד construo cum דִּבְרֵי חֲכָמִים adeo ut de verbis sapientium tria dicantur: 1. Quod sint sicut stimuli. 2. quod sint sicut clavi &c. 3. Quod data sint à pastore uno. duo priora utilitatem & efficaciam, tertium authoritatem tradit verborum sapientum.

VERS. 12. וְיֹתֵר מֵהֵמָּה בְּנִי הִזָּהֵר. *Quod reliquum est, Ex his fili mi sis admonitus*.

conferatur cum reliquis interpretationibus, & optima seligatur.

Vers. 13. סוֹף דָּבָר הַכֹּל נִשְׁמָע. Verto, *Finitur hîc sermo, omnia sunt audita.* Finis sermonis, id est, finitur hoc loco sermo. Sic loqui solent Hebræi. ut סוֹף פָּסוּק *finis versus,* supple, hîc est, id est finitur hîc versus. Sensus est, Finem hîc capit sermo, quem in hoc libro institui, nihil amplius dicendum restat, omnia audita sunt. summa est, Deum time &c.

ANIMADVERSIONES
In loca difficiliora
CANTICI CANTICORUM.

Cap. I. Vers. 7.

הַגִּידָה לִּי שֶׁאָהֲבָה נַפְשִׁי אֵיכָה תִרְעֶה.
Indica mihi (nam diligit anima mea) ubi pascis? שֶׁ aliquando causalis particula est *nam.* ut eodem hoc versu שַׁלָּמָה *nam quare?*

Cap. IV.

Vers. 2. שִׁנַּיִךְ כְּעֵדֶר הַקְּצוּבוֹת. Duæ potissimum hîc sunt interpretationes. Vulgatus, Tigurini, & Genevenses secuti Lxx. & Chaldæum vertunt, *Dentes tui sicut grex tonsarum.* Pagninus & Junius, *æqualium,* secuti Kimchium, qui in libro Radicum vertit שוות בקומתם במדתם כאילו הם החתוכות בשוה id est, *æqualium statura sua, mensura sua, tanquam si æqualiter præcisæ essent.* Addimus tertiam ex Elia in Thisbi, qui קצובות vertit, סדורות זו אחר זו *ordinatæ hæc post illam.* sicut apud Rabbinos dicitur ימיו של אדם קצובים, id est inquit. סדורים קבועים, *dies hominis ordinati, fixi, præcise determinati sunt.* ex qua locutione patet, sicut חָרַץ, גָּזַר, חָקַק, & apud Syros פְּסַק, ita & קָצַב, quæ per se sive *incisionem,* sive *concisionem,* sive *præcisionem* & *amputationem* significant, metaphoricè sumi pro *decernere, ordinare, præcisè determinare.* atque ita verterem hoc loco, *Dentes tui sicut grex* ovium *præcisè ordinatarum* sive *determinatarum,* id est præcisò ac determinato numero constantium, sicut dies hominis à Deo sunt determinati. ita inquit, sunt dentes tui, non habent nec confusionem nec defectum, sed sunt קצובות, præcisè ordinati & determinati. video Eliam ex Rabbi Schelomone id petiisse, cujus verba adscribere operæ pretium erit. ad שִׁנַּיִךְ sic commentatur, דקות ולבנות וסדורות על סדורן כצמר וסדר עדר הרחלים הברורות משאר הצאן בקצב ומניין נמסרות לרועה חכם. id est, dentes *tenues & albi, & ordinati juxta ordinem suum, sicut lana, & ordo gregis ovium, quæ puriores sunt reliquo pecore, quæ cum præcisione & numero* (id est præciso numero) *traduntur pastori sapienti.* observetur illud בקצב ומניין, ut intelligatur quo sensu קצב apud scriptores Hebræos familiariter usurpetur.

Cap. V.

Vers. 13. *Maxillæ ejus* כַּעֲרֻגַת הַבֹּשֶׂם *ut areolæ aromatum.* quid de nomine ערוגה sentiamus, vide in notis nostris ad Psal. 42. 2.

Cap. VIII.

Vers. 5. *Quæ est hæc quæ ascendit ex deserto,* מִתְרַפֶּקֶת עַל דּוֹדָהּ quidam ex Arabica lingua (neque enim in Hebræo alibi extat) interpretantur, *conjuncta* vel *adhærens,* vel *associatura se dilecto suo.* est enim רפיק رفيق *socius.* מראפקה مرافقة & רפקה رفقة *societas.* Lxx. autem verterunt, ἐπιστηριζομένη, Vulgatus *innixa super dilectum suum.* quod & alii non pauci sunt secuti, etsi interpretationis causam præter conjecturam non habuerint. Nos eam ex lingua Æthiopica confirmamus, ubi רפק est *recumbere, accumbere.* pro ἀνακλίνεσθαι ponitur Matth. 8. 11. hinc verti potest, *recumbens super dilectum suum,* quod idem est atque innixa.

ANIMADVERSIONES
In loca difficiliora
ESAIÆ.

Cap. I. Vers. 13.

חֹדֶשׁ וְשַׁבָּת קְרֹא מִקְרָא לֹא אוּכַל אָוֶן וַעֲצָרָה:
Non hîc verba, sed constructio difficultatem parit, quam alii aliter constituunt. Nova plane est, & meo quidem judicio, hoc loco difficillima,

ficillima, quam invenit Junius: qui חֹדֶשׁ & שַׁבָּת & עֲצָרָה vult eâdem conſtructione poni, pro בְּחֹדֶשׁ, וּבְשַׁבָּת, וּבַעֲצָרָה. vertit enim, *Novilunio & Sabbatho convocando convocationem non poſſum ferre iniquitatem, neque interdicti die.* Nos exiſtimamus חֹדֶשׁ וְשַׁבָּת קְרֹא מִקְרָא eſſe tres nominativos (infinitivus enim קְרֹא pro nomine habetur) abſolutè poſitos, qui latinè exponuntur per *quod attinet.* Hebraiſmus iſte eſt uſitatiſſimus, ut Pſ. 73. 28. וַאֲנִי קִרְבַת אֱלֹהִים לִי טוֹב *Et ego,* (i. ad me quod attinet) *appropinquare Deo mihi bonum eſt.* quem Hebraiſmum habes Luc. 21. 6. ταῦτα ἃ θεωρεῖτε, ἐλεύσονται ἡμέραι. ſic Joan. 6. 42. & alibi, præſertim in Apocalypſi. Ita hoc loco, *novilunium, & Sabbathum, convocare convocationem,* i. *quod attinet ad novilunium & Sabbathum, quodque convocatis convocationem, non poſſum ferre iniquitatem & cætum.* Id eſt, vos Sabbathis veſtris ac noviluniis, quotieſcunque coit cætus conjungitis iniquitatem cum cætu: ego utrumque ſimul ferre non poſſum: aut ab iniquitate abſtinendum, aut à cætu. Belgicè, **wat aengaet de nieuwe maenden ende Sabbathen/ ende het by een roepen van de vergaderingen/ ick en kan niet verdraghen booſheyt ende vergaderinghe.** Porro עֲצָרָה vel עֲצֶרֶת *cætum, congregationem* dictum volunt quaſi *detentionem,* quod ibi homines aliquamdiu detineantur, & ſacris quaſi coërceantur. neſcio an rectè. quum enim in tribus magnis feſtis primus dies & ultimus eſſent שַׁבָּתוֹן *Sabbathum* haberentque מִקְרָא קֹדֶשׁ *convocationem ſanctam,* nunquam tamen primo diei tribuitur עֲצֶרֶת, ſed ultimo, ut ſeptimo paſchatis Deut. 16. 8. & octavo feſti Tabernaculorum Lev. 23. 36. Num. 25. 35. 2 Chron. 7. 9. Neh. 8. 19. itaque præcipuam & maximè ſolennem congregationem ſic dictam puto, quæ feſtum totum claudebat. à עָצַר *claudere.* ſicut & octavus dies σκηνοπηγίας vocatur magnus dies feſti Joan. 10. quia continebat הָעֲצֶרֶת congregationem claudentem feſtum. Verum penitius verſum hunc Prophetæ ponderanti occurit alia, & fortaſſis melior interpretatio. חֹדֶשׁ וְשַׁבָּת ſumo cum Junio pro בְּחֹדֶשׁ וּבְשַׁבָּת. ſed Infinitivum קְרֹא conſtrui volo, ut præcedentem Infinitivum הָבִיא, cum לֹא תוֹסִיפוּ. ut totus verſus ſic reddatur: *Ne pergite adducere munus vanum: ſuffitus abominatio eſt mihi. Novilunio & Sabbatho convocare convocationem* (ſupple לֹא תוֹסִיפוּ *ne pergite.* repetendum enim illud ἀπὸ τοῦ κοινοῦ. ut alibi paſſim) *non poſſum ferre iniquitatem, & ſolennem congregationem.* Duo hîc interdicta ſunt, quorum utrumque ſuam habet adjunctam rationem. Primum, ne amplius vanum munus adferant. ratio, quia ſuffitus abominatio eſt Deo. Alterum, ne Noviluniis & Sabbathis cætum convocent amplius. ratio, quia iniquitatem & cœtum ferre ſimul nequit. Porro לֹא אוּכַל *non poſſum,* pro *non poſſum ferre, non fero.* ſicut 1 Cor. 3. 2. γάλα ὑμᾶς ἐπότισα καὶ οὐ βρῶμα. οὔπω γὰρ ἠδύνασθε. ἀλλ' οὔτε ἔτι νῦν δύνασθε. *lac vobis potum dedi, non eſcam. nondum enim poteratis: ſed nec nunc quidem poteſtis.* id eſt, non ferebatis, & ne nunc quidem fertis.

Cap. II.

Vers. 6. כִּי מָלְאוּ מִקֶּדֶם. Pagninus, *Quia repleti ſunt* ſuperſtitione *præ Oriente.* Addidit *ſuperſtitione.* Alii *præſtigiis* כְּשָׁפִים. Junius *malis,* רָעוֹת. Malim vertere, *Quia pleni ſunt ex Oriente,* id eſt rebus ex Oriente petitis, præſtigiis nempe Orientalium. ſunt qui מָלְאוּ activè hîc ſumunt, ut alibi ſæpe, & vertunt, *Quia repleverunt* terram ſuam præſtigiis *præ Oriente.* Moneo מלא in Targum & in Nov. Teſt. Syriaco paſſim pro Hebræo שָׁאַב *hauſit* uſurpari. implet enim vas qui haurit aquam. hinc optimo ſenſu vertas, *Quia hauſerunt ex Oriente.*

Cap. III.

Vers. 3. וַחֲכַם חֲרָשִׁים וּנְבוֹן לָחַשׁ. Vertunt, *Et peritum artificum, & intelligentem eloquentiæ.* Malim, *Et peritum præſtigiarum, & intelligentem incantationis.* Artifices חָרָשִׁים dicuntur, manente camets ſub ח, etiam in conſtructione, ut חָרָשֵׁי עֵץ *artifices ligni, fabri lignarii.* quia camets eſt pro pathach ſequente dageſch. ut in פָּרָשִׁים *equites.* quæ ſunt nomina actorum, formæ טַבָּחִים *coqui.* conſtat autem apud Chaldæos, Syros, & Talmudicos חֲרָשִׁים ſignificare *præſtigias, incantationes.* ut & verbum חרש *incantavit.* non nego quin ſit locus unus & alter, ubi חֲרָשִׁים pro *artificibus* ſumendum videatur. Attamen in aliis locis, quæ quamplurima ſunt, per duplex camets reperitur. quod & analogia Grammatices poſtulat. Et videtur hoc loco res de qua agitur Chaldaicam potius il-

lam

lam significationem exigere. neque לַחַשׁ usquam alibi aliud valet quàm *incantationem*.

Vers. 10. אִמְרוּ צַדִּיק כִּי טוֹב כִּי פְרִי מַעַלְלֵיהֶם יֹאכֵלוּ׃ Quidam vertunt, *dicite justo bene esse.* alii, *dicite justo quod bene agat.* alii, *dicite justo, quum fuerit bonus, quod fructum operum suorum comedent.* alii etiam aliter. nos existimamus טוֹב hic idem esse quod Syris טוּבָנָא *beatus.* sicut & Psal. 112. vers. 5. טוֹב אִישׁ חוֹנֵן *beatus est vir qui largitur.* in quem locum vide observationes nostras. Ita & hic, *Dicite justo quod beatus sit, quia fructum operum suorum comedent.* Sic vertit Jonathan אמרו לצדיקא טוביכון *dicite justo, beati vos.* quod enim Hebræi dicunt אַשְׁרֵיכֶם *beati vos.* Chaldæi & Syri dicunt טוּבֵיכוֹן. ut Mat. 5, 11. μακάριοι ἐςὲ ὅταν ὀνειδίσωσιν ὑμᾶς. Syrus dixit טוּבַיכוֹן, &c.

Vers. 17. וּבְרַגְלֵיהֶן תְּעַכַּסְנָה׃. Sequitur deinde vers. 19. בַּיּוֹם הַהוּא יָסִיר אֲדֹנָי אֵת תִּפְאֶרֶת הָעֲכָסִים Variant Interpretes quid fuerint הָעֲכָסִים. Plerique sequuntur Kimchium, qui vult fuisse crepitacula tinnientia, quæ mulieres in pedibus gestarent. Junius vult fuisse ornamenta crurulia, quibus veluti compedibus utrique cruri alligatis discerent modificare gressus; quod & Vulgatus sensisse videtur. qui plura vult, videat Mercerum ad thesaurum Pagnini. qui ibidem tradit, ex quorundam sententia fuisse mera ornamenta instar compedium quibus ornabantur. His assentimur, postquam à doctissimo viro D. Golio, qui per Orientem peregrinatus est, accepimus, usitatum etiamnum esse in Oriente in opulentioribus familiis, ut infantum pedes circa talos laminis aureis unius aut duorum digitorum, interdum & quatuor ubi adultiores sunt latitudine tanquam compedibus includantur. non ad tinnitum faciendum, neque ad gressus modulandos, sed solius ornamenti & opulentiæ testandæ gratia. ut & Propheta hîc vocat תִּפְאֶרֶת הָעֲכָסִים *ornamentum compedum.* neque sunt compedes quibus pes pedi alligatur, ut quum equi aut muli tollutim incedere docentur. ut volebat D. Junius. sed singula compes singulo pedi aptatur seorsim, eumque ambit. Mercerus tradit Græcos dixisse περισφύρια. in mea editione non invenio. ubicunque vero repererit, id ipsum est quod ab ampliss. Viro D. Golio accepimus. Arabicè خلخال *armilla pedis supra talos.* Nec multum abest Jonathan qui vertit תושבחת דמסניא, quod Vulgatus ad verbum vertit *ornamentum calceamentorum.* Testatur enim idem D. Golius, adhiberi istas compedes circa talos, ubi calcei Orientalium alligantur caligis sive femoralibus. Miror autem, quod cum ambo nomen עֲכָסִים ita interpretarentur, verbum תְּעַכַּסְנָה בְּרַגְלֵיהֶן plane aliter sint interpretati. Vulgatus ibi habet, *pedibus suis composito gradu incedebant.* Jonathan ברגליהון מרגון *pedibus suis ad iram provocant.* videtur transpositis literis legisse תְּכַעֵסְנָה nam כָּעַס est *irritare.* Nos vertimus, In pedibus suis compedes gestant. Belgicè, **Aen haere voeten draghense ringh-spanselen.** Inaudita sunt quæ hîc habet R. Selomoh. עכס inquit est ארס הנחש *virus serpentis.* quumque de puellis dicitur quod תעכסנה ברגליהן, hoc est inquit, quod *quum transirent per plateas juxta juvenes Israelitarum, calcabant eos ad pedes ipsorum & innuebant ipsis ad morem amoris adulterarum, ad trajiciendum in eos concupiscentiam malam quæ est tanquam virus.* Ex lingua certe Arabica id, quod sciam, non habet. ubi verbum عكس עכס significat *curvare, incurvare, flectere, torquere.* hinc Hebræorum עֶכֶס *compes*, quæ incurvata flectitur & torquetur circum circa pedem. postea vero ad v. 19. exponens nomen עכסים dicit fuisse מנעלים *calceamenta* quæ ad pedes habebant, quibusque virus illud effundebant.

Vers. 24. כִּי־תַחַת יֹפִי. Verti solet, *adustio loco pulchritudinis.* cui versioni duo repugnant. Prius, quod כִּי insolenter derivetur à כָּוָה *uri*, pro כְּוִי. deinde quod Maccaph, quo כִּי cum תַחַת in unam dictionem compingitur, vetat illud pro subjecto enunciationis haberi, quod in pronunciando per aliquam vocis suspensionem, in ista præsertim sententia, à prædicato rectè discernitur. Conjungo itaque cum v. sequenti, hoc modo, *Quia loco pulchritudinis, viri tui gladio cadent.* vel, *quia propter pulchritudinem.* תַחַת enim & *loco*, & *propter* significat. Malim hîc tamen prius, quia eodem versu quater isto sensu usurpatum fuit. Neque obstat, quod כִּי ita accepto, versus hic suspenso sensu finiatur. id enim & alibi sæpè contingit, ut vel infra ex cap. 8. v. 21. apparet.

CAP. IV.

VERS. 4. אֵת צֹאַת בְּנוֹת צִיּוֹן *Sordes filiarum Sionis.* צֹאָה & צֵאָה *stercus*, deduci solent à יצא *exivit.* magis conveniunt cum Æthiopico צָא *olet*, *fœtet*, Joan. 11. 39. hinc צֹאָה & צֵאָה *sordes*, *stercus*, quæ olent ac fœtent.

CAP. V.

VERS. 13. וּכְבוֹדוֹ מְתֵי רָעָב וַהֲמוֹנוֹ צִחֵה צָמָא׃ הָמוֹן hîc solet exponi, *multitudo*, i. vulgus, plebeii. passim id significat. nec ineptus est hoc loco is sensus. solummodo moneo sumi etiam pro *multitudine opum*, pro *facultatibus* & *divitiis.* ut Ps. 37. 16. Eccl. 5. 9. Ita & hoc loco vertere licet, *Et gloria ejus erunt famelici, & opulentia ejus arebit siti.* sic elegans est in utroque membro metonymia, posita gloria pro honoratis, & opulentia pro divitibus. Idque melius etiam sequenti versu convenire videtur, וְיָרַד הֲדָרָהּ וַהֲמוֹנָהּ וּשְׁאוֹנָהּ וְעָלֵז בָּהּ ubi הֲמוֹנָהּ non ad *plebem* refero, sed ut ante ad *opes*, & sic verto, *Et descendet decor ejus, & opulentia ejus, & strepitus ejus, & exsultabundus in ea.* videntur omnia referri ad honoratos & divites, qui in comessationibus ac perdito luxu strepitum excitare & exsultare solent. sit hîc liberum judicium. certe LXX. וַהֲמוֹנָהּ וּשְׁאוֹנָהּ verterunt καὶ οἱ μεγάλοι καὶ οἱ πλούσιοι. Nec aliter sumendum puto Esa. 16. 14. וְנִקְלָה כְּבוֹד מוֹאָב בְּכֹל הֶהָמוֹן הָרָב׃ *& vilipendetur gloria Moabi cum omnibus opibus multis*, vel *in omnibus opibus multis* supple sita. Porro צִחֵה solent referre ad radicem צחה. videtur potius ה esse radicale, ut in קָשֶׁה *durus*, & omnibus fere quæ in ֶ & ה desinunt. ex eadem radice est & Æthiopicum צחי *Sol*, ab ardenti æstu sic dictus.

VERS. 17. וְרָעוּ כְבָשִׂים כְּדָבְרָם וְחָרְבוֹת מֵחִים גָּרִים יֹאכֵלוּ׃ Variis in hunc locum interpretationibus, hanc addimus. *Et pascentur agni* (vel oves) *secundum ductum suum, & desolata pinguium peregrinantium comedent.* Prædicit fore ut loca amœna, ubi divites deliciabantur & pinguescebant, vertantur in deserta, fiantque pascua agnorum, qui ibi securè cibum capiant, dum pingues illi in exilium pulsi peregrè oberrant. דָּבְרָם vertimus, *secundum ductum suum*, quo nempe à pastore ducentur. Hoc vult, agnis, i. piis bene fore, dum pinguibus, i. potervis impiis male sit. Illis nec pastorem defuturum à quo ducantur, nec pascua quò ducantur: sed ipsa impiorum habitacula in desertum versa, pascuo ipsis fore. דבר *ducendi* significatione usitatissimum est Syris ac Chaldæis. unde & מִדְבָּר *desertum* dictum volunt Hebræi, quod in illud ducantur pecora pastus causa. Jonathan כְּדָבְרָם vertit כמא דאמיר עליהון *sicut dictum est super ipsos*, i. sicut illis promissum est: retenta vulgata apud Hebræos hujus verbi significatione.

VERS. 30. וְהִנֵּה חֹשֶׁךְ צַר וָאוֹר חָשַׁךְ בַּעֲרִיפֶיהָ׃ Multi חֹשֶׁךְ צַר conjungunt formâ regiminis, *& ecce tenebræ angustiæ.* quod non fert accentus distinguens Zakeph in חֹשֶׁךְ, alii id animadvertentes, habent pro oratione ἀσυνδέτῳ, ac supplentes copulam vertunt, *Et ecce tenebras & angustiam.* quod deinde sequitur וָאוֹר copulant cum sequentibus, *Et lux obtenebrata est in cælis ejus.* quod iterum τῷ Zakeph adversatur, quo אור notatur, & τῷ Kamets sub vau. Nam & accentus, & vocalis longa pro scheva notant, suspendi isthic oportere pronunciationem. si enim abesset accentus iste distinguens major, & אור cum sequentibus jungeretur, וְאוֹר scribendum fuerat. Sic ergo verto, *Et ecce tenebræ: angustia est & lux*, id est simul & angustia & lux est, ne lux quidem angustiam pellit, sed & ubi lux, ibi angustia. quod si ו pro *quum* sumere cupias (quod Hebræis Arabibusque est frequentissimum) vertas, *angustia* est *quum lux* est. Ultimum membrum variè admodum redditur. Hieronymus, *obtenebrata est in caligine ejus.* LXX. ἐν τῇ ἀπορίᾳ αὐτῶν. Pagninus, *in cælis ejus.* Junius, *in ruinis ejus.* alii *in stillationibus ejus.* Non mirum hîc ita variare Interpretes, quum alibi in Scriptura non reperiatur. Licebit ergo & nobis nostram conjecturam addere ex lingua Æthiopica, quæ uti non minus Syriacâ & Arabicâ, quin magis fortasse Hebrææ linguæ est affinis, ita magnam passim insolentibus in Veteri Testamento vocabulis lucem affundit. In hac ערף significat *quiescere*, Matth. 26. 45. in hiphil אערף *quietem dare.* Matth. 11. 28. ערפת *quies*, ibid. v. 29. Hinc non gravatè verterem, *tenebrescit in quietibus ejus.* explicat quod dixerat, *angustia est etiam quum lux est*, quia etiam ubi quietem sibi polliceri possent, tenebræ occurrunt.

Cap. VI.

Vers. 3. מְלֹא כָל־הָאָרֶץ כְּבוֹדוֹ׃ Verti solet, *plena est tota terra gloriâ ejus.* Sed melius, meo judicio, vertatur, *plenitudo totius terræ est gloria ejus.* id est, quicquid in tota terra est, quidquid uspiam terrarum reperitur, est ipsius gloria. sic enim sumi מְלֹא solet, quando cum הָאָרֶץ aut alio simili nomine construi solet. vide quæ annotavimus ad Gen. 48. 19.

Vers. ult. וְעוֹד בָּהּ עֲשִׂירִיָּה וְשָׁבָה וְהָיְתָה לְבָעֵר כָּאֵלָה וְכָאַלּוֹן אֲשֶׁר בְּשַׁלֶּכֶת מַצֶּבֶת בָּם זֶרַע קֹדֶשׁ מַצַּבְתָּהּ׃ Hæc verba sic transfero. *Et adhuc in ea erit decima pars, & revertetur, & erit ad urendum, erit sicut quercus & sicut pinus, in quibus in dejectione consistentia est. semen sanctum consistentia ejus est.* (nempe regionis.) plerique verba illa, וְשָׁבָה וְהָיְתָה לְבָעֵר vertunt, *& revertetur & erit ustioni* vel *depastioni*, sensu passivo, id est rursus uretur vel depascetur. ac si nova indicaretur pœna, quæ etiam reliquiis decimæ illius partis infligenda esset. dubito an non melius activè exponatur, in piel, sic ut totus versus meram promissionem vel consolationem contineat. hoc sensu, decima pars adhuc supererit, eaque revertetur, nempe è captivitate, & erit ad urendum aut ad depascendum, nempe hostes. & quamvis jam deperdita videatur, erit tamen tanquam pinus aut quercus, quæ dejectis foliis & ramis, imo trunco ipso dejecto, radicis tamen habent consistentiam & firmitatem. sic semen sanctum quod in terra reliquum erit, consistentia ejus & firmitas erit.

Cap. VII.

Vers. 16. תֵּעָזֵב הָאֲדָמָה אֲשֶׁר אַתָּה קָץ מִפְּנֵי שְׁנֵי מְלָכֶיהָ׃ Omnes quos vidi Interpretes illud אֲשֶׁר volunt esse patientis casus qui regatur à verbo קָץ. ideo vertunt, *Derelinquetur terra, quam tu detestaris à facie duorum regum ejus,* i. propter duos Reges ejus. Junius paulo aliter, & meo judicio, minus bene. Nos hæc aliter construimus, & אֲשֶׁר jungimus cum מְלָכֶיהָ. Hebræi enim dicturi, *cujus duo reges,* aliter dicere non possunt quam אֲשֶׁר שְׁנֵי מְלָכֶיהָ. itaque sic verto, *Deseretur terra, propter cujus duos reges tu tædiosus* (seu fastidiosus) *es.* ad verbum, *à facie duorum regum cujus,* i. ex phrasi Hebræorum, propter cujus duos reges.

Vers. 20. *Die illo radet Dominus* בְּתַעַר הַשְּׂכִירָה בְּעֶבְרֵי נָהָר בְּמֶלֶךְ אַשּׁוּר אֶת־הָרֹאשׁ *novaculâ, conductâ in ulterioribus Fluvii, rege Assyriæ, caput* &c. ב in בְּמֶלֶךְ idem quod in בְּתַעַר.

Vers. 25. *Et omnes montes, qui sarculo sarrientur,* לֹא תָבוֹא שָׁמָּה יִרְאַת שָׁמִיר וָשָׁיִת וְהָיָה לְמִשְׁלַח שׁוֹר וּלְמִרְמַס שֶׂה׃ verto, *quo non veniet metus vepris & sentis, erunt in missionem bovis, & in conculcationem pecudis.* אֲשֶׁר לֹא תָבוֹא שָׁמָּה pro לֹא תָבוֹא שָׁמָּה. deinde vau in וְהָיָה non copulativum, sed illativum est, latinè redundans. Egit duobus præcedentibus versibus de vinetis in spineta ac vepreta convertendis. jam de montibus agit, qui segetibus conseri, adeoque sarculis sarriri, atque à noxiis expurgari solebant, ubi sarculis evelluntur vepres, si quæ nasci videantur. At nec hi, inquit, desolationem evadent. Si enim à vepribus nullus metus, immittentur armenta & pecora, quæ segetes depascent & conculcabunt.

Cap. VIII.

Vers. 1. *Sume tibi volumen grande & scribe* עָלָיו *super illud:* לְמַהֵר שָׁלָל חָשׁ בַּז׃ *Maherschalalchasbazo.* ל Dativus mihi est, & indicat personam cui volumen inscribi ac dedicari volebat, nempe ei qui vocaretur מַהֵר שָׁלָל חָשׁ בַּז, qui filius erat Esaiæ, de quo mox v. 3. significat autem hoc nomen, *Accelera spolium festine prædator,* ad verbum, festinans prædatione.

Vers. 6. יַעַן כִּי מָאַס הָעָם הַזֶּה אֵת מֵי הַשִּׁלֹחַ הַהֹלְכִים לְאַט וּמְשׂוֹשׂ אֶת־רְצִין וּבֶן־רְמַלְיָהוּ׃ Video plerosque Interpretes existimare hîc agi de populo regni Juda, eumque redargui, quod defensionibus suis, auxilioque Dei sibi promisso non contentus, à Rege Assyriæ suppetias petierat. Hinc difficillima est interpretatio posterioris hujus versus partis. tantum enim abest, ut regnum Juda gauderet Retsino & filio Remaliæ, ut contra adversus eos tanquam hostes capitales Regem Assyriæ in auxilium advocarit. Existimo itaque, hîc non redargutionem in populum Judaicum, sed consolationem potius institui. redargui vero eun-

eundem populum de quo versu præcedenti agitur, nempe populum Samariæ, decem tribus quæ jam una cum Rege Syriæ arma in Judæos verterant. caput reprehensionis est, quod reprobantes aquas Siloæ quæ leniter fluunt, gaudium ipsorum fuerit cum Retsino & filio Remaliæ. Id est, quod suavitatem religionis Hierosolymitanæ, & benignum regni Davidici statum contemnentes, imo oppugnantes, Retsino Rege Syriæ, & filio Remaliæ rege Samariæ idolatris & apertis Dei hostibus delectarentur. Hanc ob causam v. 7. excidium ipsis minatur per Assyrium, quo tanquam inundante fluvio prorsus essent obruendi. Ab hoc excidio excipitur v. 8. Juda. dicit enim à decem tribubus transiturum quidem hunc fluvium ad Judam, sed non ad internecionem usque, utpote ad collum tantum perventuris aquis. quam consolationem v. 9. & 10. plenius prosequitur, ubi in hostes regni Judaici gloriabundus insultat.

Vers. 8. וְהָיָה מֻטּוֹת כְּנָפָיו מְלֹא־רֹחַב אַרְצְךָ. Quidam מְלֹא construunt cum מֻטּוֹת, unde Vulgatus, *Et erit extensio alarum ejus implens latitudinem terræ tuæ.* sic Junius, *Implebuntque passæ alæ ejus latitudinem* &c. Ad verbum autem sonare dicit, *& erit extensionibus alarum ejus plenitudo latitudinis terræ ejus.* mihi videtur מְלֹא per Makkaph construi cum רֹחַב eodem sensu quo מְלֹא הָאָרֶץ dicitur *plenitudo terræ*, pro quicquid terra continetur, eamque quasi implet. sic hic verterem, *Et erunt extensa alarum ejus plenitudo latitudinis* (i. quicquid continetur latitudine) *terræ tuæ.* Sensus est, extendentur alæ ejus per omnia quæ implent latitudinem terræ tuæ. Juvat constructionem Hebræam intelligere; etsi quoad sensum nihil intersit.

Vers. 12. לֹא תֹאמְרוּ קֶשֶׁר לְכֹל אֲשֶׁר יֹאמַר הָעָם הַזֶּה קָשֶׁר׃. Ad verbum verto, *ne dicite conspirationem, quibuscunque populus hic dicit conspirationem*, id est, ne vocate conspirationem, quæcunque populus hic vocat conspirationem. dicere alicui rei conspirationem, est dicere eam esse conspirationem, vocare eam conspirationem. metum eorum describit, quo omnia timebant, tanquam si, quæcunque agitarentur, conspirationem continerent.

Vers. 19. *Quærite à pythonibus & divinis*, הַמְצַפְצְפִים וְהַמַּהְגִּים *qui occultè murmurant & mussitant.* צפה in piel est *tegere, operire.* hinc vox quadrata צִפְצֵף *tecto occultoque sermone loqui, mutire, & intra dentes murmurare.* sic Esa. 10. 14. *non fuit qui moveret alam, aut aperiret os*, וּמְצַפְצֵף *aut mutiret.* Esa. 38. 14. *sicut grus & hirundo* אֲצַפְצֵף *obscurè murmurabam, & sicut columba mussitabam.* Manifestissimus autem est locus Esa. 29. 4. *Et humiliaberis, è terra loquêris, & è pulvere humile erit eloquium tuum, & erit ut pythonis, è terra vox tua, & è pulvere sermo tuus* תְּצַפְצֵף *obscurè loquetur.* Ita & hoc loco pythonibus & divinis tribuit quod sint המצפצפים *sermonem occultantes:* והמהגים *& gementes* aut *mussitantes* potius quam loquentes. qui ipsorum ritus ita notus est, ut probari non egeat. inde ἐγγαστρίμυθοι dicebantur, quippe qui è ventre verius quam ex ore loquerentur.

Cap. IX.

Vers. 1. כִּי לֹא מוּעָף לַאֲשֶׁר מוּצָק לָהּ כָּעֵת הָרִאשׁוֹן הֵקַל אַרְצָה זְבֻלוּן וְאַרְצָה נַפְתָּלִי וְהָאַחֲרוֹן הִכְבִּיד דֶּרֶךְ הַיָּם עֵבֶר הַיַּרְדֵּן גְּלִיל הַגּוֹיִם׃

Vers. 2. הָעָם הַהֹלְכִים בַּחֹשֶׁךְ רָאוּ אוֹר גָּדוֹל׃

Quidam hunc versum faciunt 23. cap. octavi, eoque finiunt præcedentes minas. Alii inde inchoant caput IX. simulque consolationem, præcedentibus minis oppositam. Cum his nos sentimus, quia tanquam consolatoria adferuntur Matth. 4. atque omissis aliis, quæ variæ sunt, interpretationibus, sic vertimus. *Sed non est allata obscuratio ei* (terræ) *cui allata est angustia: sicut tempore priori levius egit* (Deus) *versus terram Zebulon & versus terram Naphtali, posteriori autem gravius egit, viâ maris, trans Jordanem, in confinio gentium. Populus, qui ambulant in tenebris, viderunt lucem magnam.* Sensus est, Etsi in magnam angustiam redacta sit terra Israel, sicut inde patet, quod primum levius terram Zabulon & Naphtali, per Tiglath Pilezer, deinde gravius universam terram, tum maritimam, tum quæ ultra Jordanem est, etiam Galilæam quæ in confinio gentium est, per Salmanassarem afflixerit Deus, tamen ad plenam obscuritatem non redigetur. sed populus sedens in tenebris &c. pleniorem & doctum in hunc locum commentarium qui vult, videat Exercit. Evang. Sculteti lib. 2. c. 10. Addimus solummodo, etiam hoc modo exponi fortassis posse: *sed non adferetur obscuratio ei* (terræ) *cui allata est angustia. sicut tempore primo ignominiam dedit versus terram Zabulon &* ver-

versus terram Naphtali, sic postremo (tempore) *gloriam dabit, viâ maris, trans Jordanem, in confinio gentium.* quæ autem ista gloria erit? *populus sedens in tenebris videbit* &c. nihil coactum. nam כִּי pro *sed* usitatum. vide 2 Sam. 16. 17. Gen. 45. 8. כ similitudinis habere pro particula ἀποδοτικῇ copulam vau, & hoc usitatissimum. tale est illud ὡς ἐν οὐρανῷ, καὶ ἐπὶ τῆς γῆς. הֵקַל pro *vilipendere.* 2 Sam. 19. 43. Ezech. 22. 7. הִכְבִּיד pro *honorare*, Jer. 30. 19. הִכְבַּדְתִּים וְלֹא יִצְעָרוּ, *honore eos afficiam, & non habebuntur exigui*, est enim צָעַר *parvum esse, parvi pendi.* Sensus est, Etsi graviter terram suam Deus sit afflicturus, non passurum tamen, ut in tenebris penitus delitescat. sed sicut eam olim contemptui exposuerit, sit tandem honore eam affecturum, quum populo in tenebris desidenti lux Evangelii est affulsura. quam id cum mente Evangelistæ ac scopo conveniat, nemo non videt. Hebraismum Belgica nostra Lingua optimè assequitur, qua sic verto. **Maer het landt dat beangsticht was / en is niet verduystert. gelyck als hy het in den eersten tyt flecht gemaeckt heeft nae het landt Zabulon toe / ende nae het landt Naphthali toe / so heeft hy het in den laetsten tyt heerlick gemaeckt / nae den wech des Zees / over den Jordane / aende grensen der Heydenen. het volck dat in duysternisse sadt heeft een groot licht ghesien.**

VERS. 3. הִרְבִּיתָ הַגּוֹי לֹא הִגְדַּלְתָּ הַשִּׂמְחָה שָׂמְחוּ לְפָנֶיךָ כְּשִׂמְחַת בַּקָּצִיר &c.

לֹא Secundum τὸ קרי sumitur pro לוֹ *ei.* quia negatio hîc quadrare non videtur. quomodo enim negetur amplificatio gaudii de iis qui dicuntur lætati coram Domino secundum lætitiam quæ est in messe? malim tamen cum Junio aliisque retinere τὸ כתיב. sed nolim negativè exponere, verum interrogativè. hoc modo. *Multiplicasti gentem: an non amplificasses gaudium? gavisi sunt coram te secundum gaudium in messe.* Res ipsa videtur interrogationem postulare, quia ejus responsio statim subjicitur. Et jam idem est ac si legeres לוֹ sine interrogatione. interrogatio enim negans affirmat apud Hebræos. conveniunt jam sensu τὸ קרי & τὸ כתיב. sed τὸ כתיב elegantius est & efficacius. præterquam quod לוֹ הִגְדַּלְתָּ durum sit, & præter genium Linguæ, qui postulabat הִגְדַּלְתָּ לוֹ. totum autem versum, sicut & qui antecedunt & qui sequuntur ad tempora Messiæ refero, quibus & gens Ecclesiæ multiplicata, & gaudium amplificatum fuit. Causa una datur v. 4. Quia jugum Ecclesiæ ab hostibus impositum diruptum est. Altera v. 5. quia omnis conatus hostium irritus est. quod his verbis exprimitur, כִּי כָל סְאוֹן סֹאֵן בְּרַעַשׁ וְשִׂמְלָה מְגוֹלָלָה בְדָמִים וְהָיְתָה לִשְׂרֵפָה מַאֲכֹלֶת אֵשׁ: *quia omnis* quidem *conflictus confligentis* fuit *cum strepitu, & vestimentum inquinatum cædibus,* & tamen *fuit in combustionem in cibum ignis.* sensus est, Etsi hostis conflictor magno conatu rem egerit, adeo ut omnis ejus conflictus fuerit cum ingenti strepitu, & jam victoria potitus videretur, quia vestimentum suum jam sanguine Ecclesiæ polluerat, excidit tamen sua victoria, & hoc ipsum vestimentum sanguine Ecclesiæ inquinatum igni traditum est. Author hujus victoriæ est puer nobis natus, qui v. 6. & sequentibus præclarè describitur.

VERS. 8. דָּבָר שָׁלַח אֲדֹנָי בְּיַעֲקֹב וְנָפַל בְּיִשְׂרָאֵל:

VERS. 9. וְיָדְעוּ הָעָם כֻּלּוֹ אֶפְרַיִם וְיוֹשֵׁב שֹׁמְרוֹן בְּגַאֲוָה וּבְגֹדֶל לֵבָב לֵאמֹר:

VERS. 10. לְבֵנִים נָפָלוּ וְגָזִית נִבְנֶה &c.

Difficultatem parit in fine versus 9. illud לֵאמֹר, quod quidam vertunt *qui dicunt.* alii per participium *dicentes* pro אוֹמְרִים. sed non videtur id Infinitivus ille, præsertim præposito ל, ferre. deinde secundum eam interpretationem non exponitur quale id verbum sit, quod v. 8. Deus dicitur misisse in Jakob, quodque initio v. 9. dicitur toti populo innotuisse. Nos utrique difficultati hoc modo occurri posse putamus, si sic vertamus. *verbum misit Dominus in Jacob, & cecidit in Israel. Et cognoverunt id populus totus.* Quodnam autem est illud verbum? duplex est: primum redargutionis, deinde punitionis. verbum redargutionis proponitur per modum stuporis, *Ephraimum & habitatorem Samariæ, in superbia & magnitudine cordis dicere, Lateres ceciderunt, & polito lapide ædificabimus, Sycomori succisæ sunt, sed cedros substituemus.* sequitur statim verbum punitionis v. 11. Posses & aliter per interrogationem, hoc modo, *Et cognoverunt id totus populus, Ephraim & habitator Samariæ.* sequitur jam verbum redargutionis per interrogationem, *An in superbia & magnitudine cordis dicendum fuit Lateres ceciderunt* &c. sic enim Hebræi, quod Latini efferunt per gerundium in dum, ut *non est ludendum, non est bibendum,* per Infiniti-

finitivum præposito ל efferre solent לֹא לִשְׂחֹק. לֹא לִשְׁתּוֹת.

VERS. 20. וַיִּגְזֹר עַל יָמִין וְרָעֵב וַיֹּאכַל עַל שְׂמֹאול וְלֹא שָׂבֵעוּ׃. Verto, *Et masticabit ad dextram, eritque famelicus, & edet ad sinistram, & non satiabuntur*. גָּזַר *cædere, incidere, scindere, secare* hîc ad dentes refertur, probante id reipsa de qua agitur. atque ita synonyma sunt וַיִּגְזֹר & וַיֹּאכַל, sicut וְרָעֵב & וְלֹא שָׂבֵעוּ.

CAP. X.

VERS. 4. בִּלְתִּי כָרַע תַּחַת אַסִּיר וְתַחַת הֲרוּגִים יִפֹּלוּ׃. Variè hîc locus exponitur. vide notas Vatabli. Junius vult hîc mitigationem pœnæ describi, quasi incurvandi fuissent inter vinctos, & casuri inter interfectos, nisi Deus nominis sui habuisset rationem. At vero, quæ præcedunt, quæque eodem hoc versu sequuntur, evincere videntur, nihil nisi meram pœnam hîc contineri. Nec ipsa historiæ veritas eam mitigationem admittit. quia tempore captivitatis Babylonicæ utrumque contigit, pars inter captivos incurvata, pars inter interfectos cecidit. Non displicet interpretatio eorum qui vertunt, *Absque me incurvabitur quisque sub vinctis, & sub interfectis cadent*. Absque me, i. à me desertus, auxilio meo destitutus. quod si ante כָּרַע statuamus ellipsin pronominis אֲשֶׁר, Hebræis usitatissimam, sic licebit vertere: *præter eum qui incurvabitur sub vinctis, etiam sub occisis cadent*. Id est, non tantum captivi abducentur: sed præter eos etiam alii occidentur. Sed ne sic quidem omnis difficultas sublata videtur. quid enim est *incurvari* תַּחַת אַסִּיר *sub vincto*, & *cadere* תַּחַת הֲרוּגִים *sub occisis?* Junius *infra vinctum* & *infra interfectos*. Pagninus *inter vinctos* & *inter interfectos*. Tigurini, *inter vinctos* & *sub interfectis*. ad quam versionem Vatablus, in *loco vinctorum*, & *in loco interfectorum*. Vulgatus: *sub vinculo, & cum interfectis*. Licet hîc omnia tentare quæ Lingua Hebræa admittit. Monemus ergo תַּחַת interdum significare *infra, deorsum*, absolutè sine casu. ut Gen. 49. 25. in benedictione Josephi, *benedicet tibi* בִּרְכֹת תְּהוֹם רֹבֶצֶת תָּחַת *benedictionibus abyssi jacentis infra*, sive *deorsum*. sic hoc loco vertere liceat, *Præterquam quod incurvabitur deorsum vinctus, etiam deorsum occisi cadent*. Nescio quid eruditis placiturum sit, mihi sane hoc maxime arridet. Vel potest בלתי cum versu præcedenti ita cohærere, ut ad quæstionem, *Ad quem fugietis pro auxilio? & ubi relinquetis gloriam vestram?* definiatur hîc, nihil aliud esse exspectandum, præterquam ut incurvetur deorsum vinctus, & deorsum occisi cadant. Eo sensu posset reddi, *tantummodo, solummodo. Tantummodo incurvabitur deorsum vinctus* &c.

VERS. 5. הוֹי אַשּׁוּר שֵׁבֶט אַפִּי וּמַטֶּה־הוּא בְיָדָם זַעְמִי׃. Junius, *Væ Assyrio virgæ iræ meæ; quamvis in manu eorum baculus est indignationis meæ*. Non videtur Lingua Hebræa ferre hanc interpretationem, quia מַטֶּה desinit in Segol, adeoque per formam regiminis genitivi exponi non potest. Longe magis arridet Tigurinorum interpretatio. *Heus Assur virga furoris mei, is est baculus, in manu eorum indignatio mea*. Quod nos sic interpolamus: *Heu, Assur* est *virga furoris mei, etiam baculus est, in manu eorum indignatio mea*. Potest autem constructio Hebræa etiam hanc ferre interpretationem. *Heu Assur, virga iræ meæ, & in quorum manibus baculus est indignatio mea*. Belgicè, ô **den Assur / de roede mijnes toorens / ende in welcker handt mijne grimmigheydt eenen stock is.** Hæc dispositio cum situ accentuum maxime convenire videtur. vel sic, *Heu, Assur* est *virga iræ meæ, & baculus est in manu eorum indignatio mea*.

VERS. 15. הֲיִתְפָּאֵר הַגַּרְזֶן עַל הַחֹצֵב בּוֹ אִם יִתְגַּדֵּל הַמַּשּׂוֹר עַל מְנִיפוֹ כְּהָנִיף שֵׁבֶט אֶת־מְרִימָיו כְּהָרִים מַטֶּה לֹא עֵץ׃. Posterius hujus versus membrum difficillimum visum est Interpretibus, qui adeo in infinitas fere id mutarunt formas. tota difficultatis causa est, quod omnes, quos quidem vidi, הָרִים putarint esse Infinitivum Hiphil, à verbo רוּם, quum mihi dubium non sit, quin sit nomen pluralis num. à singul. הַר *mons*. Locum sic verto. *An gloriabitur securis contra cædentem ea? an magnificabit se serra contra agitantem eam? ac si agitaret virga exaltantes ipsam, ac si montes esset baculus, non lignum*. Montes celsi sunt, suaque sublimitate fastum præ se ferunt, unde passim in Scriptura superbos elatosque homines metaphoricè significant. an ergo, inquit, baculus superbe sese efferet, oblitus se lignum esse, non montes?

VERS. 22. כִּלָּיוֹן חָרוּץ שׁוֹטֵף צְדָקָה׃

VERS. 23. כִּי כָלָה וְנֶחֱרָצָה אֲדֹנָי יֱהוִֹה צְבָאוֹת עֹשֶׂה בְּקֶרֶב כָּל הָאָרֶץ׃

Hunc locum Lxx. sic verterunt. λόγον γὰρ συντελῶν καὶ συντέμνων ἐν δικαιοσύνῃ. ὅτι λόγον συντετμημένον κύριος κύριος δυνάμεων ποιήσει ἐν τῇ οἰκουμένῃ ὅλῃ. quæ ab Apostolo verbotenus ex Lxx. sic citantur ad Roman. cap. 9. v. 28. Ubi Doctissimus Beza in notis, *Nemo inficiari*, inquit, *potest Græcos interpretes negligenter admodum, quod ad voces ipsas attinet, hunc locum convertisse.* Quod ego fateor me neutiquam videre. Quod enim participiis usi sunt συντελῶν καὶ συντέμνων pro præsentibus Indicativi, ex Hebraismo est, ut & Propheta hîc dixit שֹׁטֵף & עֹשֶׂה. λόγον dixit pro *re*, Hellenisticè ex Hebraismo. λόγος συντετμημένος est נֶחֱרָצָה *res præcisa.* præsertim autem adest vertendum, quomodo hæc verba Prophetæ כִּלָּיוֹן חָרוּץ שׁוֹטֵף צְדָקָה acceperint Lxx. neque enim, quod D. Beza & plerique nostrorum interpretum existimarunt, putarunt כִּלָּיוֹן חָרוּץ habere locum subjecti de quo prædicetur שֹׁטֵף. sed שֹׁטֵף retulerunt ad Deum, & כִּלָּיוֹן חָרוּץ habuerunt pro nominibus post verbum. nec dubito quin optimè. Quod & Junius animadvertit, qui שֹׁטֵף צְדָקָה vertit *exundans justitiâ* nempe Deus. & quia jam deerat verbum, supplevit defectum inserendo verbum *consummabit.* vertit enim, *Consummationem præcisam* consummabit *exundans justitiâ.* Non probo. quia absque supplemento perspicuè vertitur, *Consummationem præcisam exundare facit in justitia.* vel *consummatione præcisâ exundat* in *justitia.* Tota jam negligentia in eo est, quod neglecta significatione exundandi, simpliciter dixerint, *Consummat & præcidit rem in justitia.* צְדָקָה acceperunt pro בִּצְדָקָה, optimè. Sed quid jam illud est συντελῶν καὶ συντέμνων? hæc non ex Græcismo, sed ex Hebraismo interpretationem habent. συντελῶν λόγον est עֹשֶׂה כָלָה vel עֹשֶׂה כִּלָּיוֹן. כָּלָה inquit D. Beza, est *consumtio*, & innuit Deum constituisse ad extremam paucitatem redigere populum ingratum. Ego pace tanti viri longè aliter hæc acceperim, & non ad pœnam, sed ad beneficium ac consolationem verba illa retulerim. atque ita accipienda esse, cuivis Prophetam & Apostolum intuenti liquebit. puto hæc ad executionem electionis pertinere, sub qua tamen non nego quin ex lege oppositorum reprobatio etiam contineatur. & per כִּלָּיוֹן sive כָּלָה non aliquam *consumptionem*, ut nec per נֶחֱרָצָה *abbreviationem* aut *præcisionem*, sed per utrumque *consummatum in mente Dei consilium* & *præcisum decretum* intelligo. sic sæpe כָּלָה sumitur. exempli gratia, 1 Sam. 20. 33. וַיֵּדַע יְהוֹנָתָן כִּי כָלָה הִיא מֵעִם אָבִיו לְהָמִית אֶת דָּוִד. *Et cognovit Jonathan quod consummatio eßet à patre suo interficiendi Davidem*, id est, quod consilium interficiendi Davidem consummatum & firmiter decretum esset apud Saulem. Sic חָרַץ sumitur pro definire & decernere 1 Reg. 20. 40. ubi Achab dicit Prophetæ אַתָּה חָרָצְתָּ *tu ipse definivisti*, tu sententiam jam tulisti, & quid fieri oporteat statuisti. Ita hoc loco apud Esaiam, reliquiæ Israëlis servabuntur, quia decretum electionis firmum est. est apud Deum כִּלָּיוֹן חָרוּץ *consummatio decreta, consummatissimum decretum.* est apud ipsum כָּלָה וְנֶחֱרָצָה *consilium consummatum & statutum* sive *decisum.* eo consilio jam exundat, & id exequitur in terra. Eodem sensu hîc sumo כָּלָה וְנֶחֱרָצָה sicut Esa. 28. 22. ubi procul dubio *consummatum & decisum consilium significat.* Itaque nolim cum D. Beza adeo culpare veterem Interpretem, qui ἐν δικαιοσύνῃ vertit *in æquitate.* imo etsi quis apud Esaiam illud צְדָקָה per *misericordiam* verterit, ne eum quidem culpavero, quin hîc opus misericordiæ & æquitatis divinæ omnino describatur, & vox ea sæpe pro misericordia sumatur, & Dan. 9. vers. 16. אֲדֹנָי כְּכָל צִדְקֹתֶיךָ יָשָׁב־נָא אַפְּךָ וַחֲמָתְךָ מֵעִירְךָ יְרוּשָׁלַםִ, *Domine secundum omnes misericordias tuas avertatur nunc ira tua & indignatio tua à civitate tua Jerusalem.* unde & apud Rabbinos ac Syros pro eleemosyna sæpe accipitur. Apud Apostolum ergo συντελεῖν λόγον dicitur Deus, quum decretum electionis in se consummat συντέμνειν λόγον dicitur, quum id in se præcisè definit & concludit. est enim Hebræum חָרַץ. & συντετμημένον λόγον ποιεῖν ἐν τῇ γῇ est decretum illud exequi. Hæc salvo doctiorum judicio. Syrus verba Apostoli optimè & intellexit & transtulit ܡܠܬܐ ܓܙܪ ܘܦܣܩ *verbum decrevit, & decîdit*, seu *præcisè statuit.* ubi dissimulare non possumus, usitatissimam esse Arabibus phrasin, ut eâdem qua ibi Syrus usus est voce dicant, جزم قولا مطلق *decîdit verbum absolutum*, pro *dixit absolutè.*

VERS. 32. עוֹד הַיּוֹם בְּנֹב לַעֲמֹד יְנֹפֵף יָדוֹ הַר &c. בַּת צִיּוֹן׃. Difficultatem hîc parit Infinitivus לַעֲמֹד, quæ varias dedit interpretationes.

nes. Supra c. 9. v. 9. ad לֵאמֹר diximus, illud ל infinitivorum sæpe formare Gerundium in dum. sic & hoc loco accipiendum putamus. *Adhuc diem in Nob consistendum erit, agitabit manum suam ad montem filiæ Tsionis.* Id est, tanto flagrabit odio in urbem Hierosolymorum, ut minas suas adversus eam differre non possit donec eam obsederit. sed quum adhuc diem morandum erit Nobi, jam tum agitaturus est manum contra eam. vel si post הַיּוֹם velimus subintelligere אֲשֶׁר, ellipsi Hebræis familiarissima, præsertim cum præcedit notio temporis vel loci, sic licebit vertere, *Adhuc ipso illo die, quo Nobi consistendum erit, agitabit manum suam* &c. sic otiosum non erit ה Emphaticum in הַיּוֹם, sed proprio suo munere fungetur. Vel potius, *Adhuc hodie in Nob consistendum. agitat manum suam* &c. id est, non diu differet Judæam tentare. agitat jam in eam manus, hodie tantum adhuc Nobi consistendum. id tanquam simplicissimum maximè arridet.

Cap. XI.

Vers. 14. וְעָפוּ בְכָתֵף פְּלִשְׁתִּים יָמָּה. Plerique vertunt, *Et involabunt in humerum Philistæorum Occidentem versus.* At כָּתֵף non ponitur in constructione, quia camets non mutatur in scheva. Hinc alii, *Et involabunt humero in Philisthæos.* At Rambam in libro tredecim articulorum fidei, articulo tertio vertit והדפו אותם בכתף *& impellent eos humero*, id est, tradent humero ut cadant. & hinc derivatum ait illud Rabbinorum עפוי ערף *depulsio redundantiæ*, הוא פירוד *id est divisio*, quæ Deo non competit, ut nec הבור *compositio.* Itaque non derivat ab עוף *volare*, sed ab עָפָה, quæ radix in Bibliis non extat.

Cap. XIII.

Vers. 2. עַל הַר נִשְׁפֶּה שְׂאוּ נֵס. Vulgatus, *super montem caliginosum levate signum.* alii *super montem excelsum.* Nos, *super montem planum*, adeoque aptum ubi exercitus instruatur, & prælium comittatur. de significatione vocis שְׁפָה vide ad Num. 23. 3.

Vers. 14. וְהָיָה כִּצְבִי מֻדָּח וּכְצֹאן וְאֵין מְקַבֵּץ׃. *Et erit sicut quum hinnulus impulsus est, & sicut cum oves sunt & nemo colligit.* Phrasin hanc Hebræam imitatur Matthæus c. 25. v. 14.

Vers. 19. *Et erit Babel* &c. *sicut subvertit Dominus Sodomam & Gomorrham* &c. Ejus impletionem vide in Itinerario Benjaminis, cujus verba sunt, ומשם יום לבבל היא בבל הקד מונה החרבה והיא מהלך שלושים מילין ברחובותיה ועדין ארמון נבוכדנצר שם חרב ויראים בני אדם ליכנס בו מפני הנחשים ועקרבים שיש בתוכו׃. *Atque inde diei iter est ad Babel, nempe antiquam istam Babel quæ devastata est, & plateis suis ad 30 milliaria extendebatur. atque etiamnum ibi palatium Nebucadnetsaris vastatum visitur, in quod homines ingredi timent, ob serpentes ac scorpiones, qui isthic loci reperiuntur.* Quæ nunc Babylonia dicitur, nova urbs est & alio loco sita. quæ in locum veteris Babyloniæ à Mansuro condita est anno Hegiræ 145. id est anno Christi 766. & Bagdad dicta. teste Elmacino l. 2. c. 3.

Vers. 22. *Et cantabunt ululæ* בְּאַלְמְנוֹתָיו, Doctus inter Hebræos *in viduis ejus*, i. in desertis urbibus. Junius *in viduatis palatiis ejus*, ut significationem habeat partim ab אַרְמוֹן, partim ab אַלְמָן. alii simpliciter, *in palatiis ejus.* quod laudo. sive dicamus, quod illi voluerunt, אלמנות esse pro ארמנות, permutaris ל & ר, ut אלו & ארו ecce. sive etymon petamus à Chaldaico אלם *fortem, robustum esse*, quasi fortes, potentes ac magnificas ædes dicas. eodem modo quo היכל *palatium* deducitur à יכל *potuit.* sive potius alia subsit causa, cur idem nomen אלמנה & *viduam* & *palatium* significet. sicut בירה Hebræis est *arx, palatium, castellum*, & ab eadem radice præfixo א heemantico est in lingua Æthiopica אֲבִיר *vidua.* Utriusque denominationis causam videtur suppeditare lingua Syriaca, ubi ܒܺܝܪܬܳܐ primo idem esse quod Hebræis בירה, docet Glossarium Syro-Arabicum. exponit enim per مقصورة القصر حصن *palatium, arx, munitio.* deinde addit, significare etiam ܐܪܥܐ ܕܠܐ ܡܙܕܪܥܢܝܬܐ *terram non seminabilem.* quod Arabicè explicat الارض البايرة البور وهي التي لا تزرع *terra inculta, sterilis, estque ea quæ non seminatur.* Hinc ergo אביר *vidua*, quæ sterilis est & non seminatur: & בירה *arx*, quæ in loco sterili atque inculto exstructa est, ibique solitaria, viduæ instar, habitatur. sic enim pleræque arces & palatia se habere solent. sive enim ad regionis munitionem, incursionesque impediendas, sive ad principum voluptatem atque exercitia exstruantur, loca iis inculta deligi solent, venationi potius quàm sationi apta, ibique solitaria extare.

Cap. XIV.

Vers. 7. *Quievit, requievit universa terra*: פָּצְחוּ רִנָּה Lxx, βοᾷ μετ' εὐφροσύνης, *clamat cum lætitia.* Arabicè فصح פצח est *eloqui, disserere.* Pagninus, *cecinerunt laudem.* Junius, *fragorem edit cantu.* quia פָּצַח pro *frangere* usurpatur Mich. 3. 3. certe & Gal. 4. vers. 27. pro ῥῆξον Syrus habet ܐܬܦܨܚܝ *erumpe*, nempe gaudio. nam & ibi & alibi non nisi de gaudio usurpatur. videtur tamen & apud Syros propriè non de quovis gaudio, sed quod cum strepitu aliquo & fragore erumpit usurpari. alioqui derivata simpliciter hilaritatem denotant. & ܦܨܝܚܘܬܐ ἱλαρότης *hilaritas* Rom. 12. v. 8. ܦܨܝܚܐ *hilaris.* sic & Æthiopicè Luc. 1. 14. & erit *gaudium* tibi, ፍሥሓ. & multi super nativitate ejus *gaudebunt*, ይትፌሥሑ. ubi ץ in literam ejusdem pronunciationis ס est mutata. quod ipsis frequens, ut pro צחק *risit*, dicunt סחק.

Vers. 17. אֲסִירָיו לֹא פָתַח בָּיְתָה: Hieron. & Pagn. *Vinctis suis non aperuit carcerem.* non rectè. non tantum, quia sine necessitate אסיריו sumunt pro לאסיריו. sed præcipuè quia insolens est per בית absolute carcerem intelligere, & quia negligunt ה locale quod ei apponitur. Melius Junius, *Vinctos suos non solvebat reversuros domum.* verto simpliciter, *non dimittebat domum.* confirmat interpretationem non tantum res ipsa, sed & lingua Æthiopica, ubi ፈትሐ פתח plane ut apud Hebræos significat 1. *aperire* ἀνοίγειν Luc. 2. 25. 2. *solvere* λῦσιν, Mat. 21. 2. 3. *dimittere* ἀπολύειν. ut quum Christus dicitur dimittere turbas. Matth. 14. 15. 22. 23. & passim.

Vers. 31. &c. הֵילִילִי שַׁעַר זַעֲקִי עִיר נָמוֹג פְּלֶשֶׁת כֻּלֵּךְ Difficilem reddit versionem illud נָמוֹג. In notis Vatabli ex docto inter Hebræos dicitur verti posse, *dissolve te Pelescheth tota tu.* præteritum enim capi pro Imperativo in Lingua Hebræa, id consistere hoc loco non potest. etsi enim præteritum aliquando sumatur pro Imperativo, fit id tantum in iisdem personis. nunquam autem tertia præteriti sumitur pro secunda Imperativi: נָמוֹג autem, si præteritum sit, non nisi tertiæ personæ esse potest. Unde & plerique per tertiam hic vertunt, *Dissoluta est Palæstina tota.* ut כֻּלֵּךְ sit pro כֻּלָּה mutata tertia persona in secundam, quod fateor in eadem sententia, etiam in eodem colo non esse Hebræis insolens. Potest tamen נָמוֹג esse Benoni, quod omnibus personis jungitur, & verti, *Dissoluta es Palæstina tota tu.* At quare נָמוֹג est mascul. gen. cum פְּלֶשֶׁת sit fœmininum? respondet R. D. K. quia respicit עַם *populum* Palæstinæ. Quod si tamen & hanc generis discrepantiam vitare velimus, & membrum hoc per Imperativum vertere, sicut duo Imperativi præcedunt, poteris in נָמוֹג subintelligere אִישׁ, & vertere, *Tu tota Palæstina* sis *dissolutus*, id est, sis id quod dissolutus aliquis esse solet, cui & vires & animus conciderunt. vel sis כְּנָמוֹג *sicut dissolutus aliquis*, ut כ similitudinis subintelligatur, ut & alibi sæpe. Hinc Genevenses, *soyez comme une chose qui s'escoule.*

Cap. XV.

Vers. 1. מַשָּׂא מוֹאָב כִּי בְלֵיל שֻׁדַּד עָר מוֹאָב נִדְמָה כִּי בְלֵיל שֻׁדַּד קִיר מוֹאָב נִדְמָה: In בְּלֵיל plerique statuunt Enallagen status constructi pro absoluto. R. D. K. vult subintelligi הַנִּסְמָךְ *constructum* sive genitivum פְּלֹנִי, ut sit, *in nocte*, τοῦ δεῖνα, i. tali vel tali. Hoc factum, quia omnes, quos quidem vidi, existimarunt שֻׁדַּד esse præteritum Pual, quum ego nullus dubitem, quin sit ejusdem conjugat. Infinitivus positus pro nomine, & vertendum, *in nocte vastari*, i. qua vastata est. sic & alia anomalia vitatur, qua שֻׁדַּד, si præteritum esset, poneretur pro שֻׁדְּדָה per Enallagen generis. nomina enim civitatum sunt fœminina. sic ergo verto, *Utique in nocte qua vastata est Ar Moab, excisus est: utique in nocte qua vastata est Kir Moab, excisus est.* præcipuæ Moabitidis urbes erant Ar & Kir. affirmat ergo eadem nocte qua duæ urbes vastatæ fuerint, periisse penitus Moabum. Nec quicquam te offendat quod paradigma Infinitivi Pual in Grammaticis detur פֻּקֹּד per cholem in fine. id ex unico fortassis exemplo factum גֻּנֹּב Gen. 40, 15. est enim hoc tempus rarissimum. & notum est terminationes Infinitivorum admodum esse inconstantes. ut יַסֵּר pro יַסֵּר Ps. 118, 18. הִנָּתֵן pro הִנָּתֵן Jer. 32, 4. Eadem phrasis est quæ Esa. 30, 29. *canticum erit vobis*, כְּלֵיל הִתְקַדֶּשׁ־חָג *sicut nocte sanctificari festum*, i. qua sanctifica-

ficatur festum. Quamvis fatear הִתְקַדֵּשׁ & שֻׁדַּד posse hîc esse præterita, eodem tamen sensu. Didicimus enim nomina formæ constructæ juncta præterito importare defectum pronominis אֲשֶׁר aut בַּאֲשֶׁר, ut Esa. 29, vers. 1. הוֹי אֲרִיאֵל קִרְיַת חָנָה דָוִד. *væ Ariel, civitati in qua degit David.*

Vers. 2. עָלָה הַבַּיִת וְדִיבוֹן הַבָּמוֹת לְבֶכִי׃ Quidam הַבַּיִת accipiunt pro nomine proprio urbis. sic Junius vertit, *Ascendet Baÿthum, & Dibonem & Bamothas cum fletu.* ubi & הַבָּמוֹת pro nomine urbis habet, contra quam reliqui Interpretes, ut & Hebræi & Jonathan qui appellativè pro *excelsis* capiunt. Monemus autem הַבַּיִת & הַדִּיבוֹן posse etiam nominative hîc accipi, ut non intelligantur urbes ad quas Moab ascensurus sit ut fleant, sed quæ ipsæmet adscensuræ sint ad excelsa ut fleant. sicut versu præcedenti nominatæ fuerunt עָר & קִיר quæ excidendæ sint, ita hîc nominari בַּיִת & דִּיבוֹן quæ in excelsa sint ascensuræ ut fleant. Alii tamen הַבַּיִת etiam appellativè sumunt, inter quos R. Selomoh, & R. David, qui dicit esse בית עבודה זרה *domum idoli.* Unde Pagninus, *Ascendit in ædem, & in Dibon,* & ad *excelsa, in planctum.* R. Selomoh paulo aliter, *adscendit* Moab in *ædem, & viri Dibon* ad *excelsa ut fleant.* Equidem non malè.

Cap. XVI.

Vers. 5. De Christo dicitur quod sit futurus שֹׁפֵט וְדֹרֵשׁ מִשְׁפָּט וּמְהִיר צֶדֶק, *judicans & quærens judicium & festinans vel pomptus ad justitiam.* sic plerique nec repugno. malim tamen וּמְהִיר צֶדֶק vertere, *& peritus* vel *expertus justitiæ.* **in 't recht wel ervaren.** sic enim hæc phrasis procul omni dubio capienda Esr. 7. 6. וְהוּא סוֹפֵר מָהִיר בְּתוֹרַת מֹשֶׁה *& ille erat Scriba versatus in lege Mosis,* peritus legis Mosaicæ. sic Psal. 45. 2. לְשׁוֹנִי עֵט סוֹפֵר מָהִיר *lingua mea stylus scribæ periti.* sic malim, quam *pompti aut festini.* neque enim dicit, se epithalamium hoc regium promptè & celeriter decantaturum, instar scribæ qui celeriter pingit, sed se jam pulchra & elegantia lingua sua prolaturum, instar scribæ qui stylo suo eleganter & peritè pingit. Ita & apud Syros nomen hoc usurpatur. sic enim doctissimus vir Gabriel Sionita Syrus ad amicum quendam לְגַבְרָא מְהִירָא וִידוּעְתָּנָא *viro perito & intelligenti.* ita hîc à Propheta Christus optimè & elegantissimè dicitur מְהִיר צֶדֶק *peritus juris.*

Vers. 6. שָׁמַעְנוּ גְאוֹן מוֹאָב גֵּא מְאֹד גַּאֲוָתוֹ וּגְאוֹנוֹ וְעֶבְרָתוֹ לֹא־כֵן בַּדָּיו׃ Variis hujus loci interpretationibus nostram etiam conjecturam addimus. *Audivimus superbiam Moabi, superbus est valde. elatio ejus & superbia ejus, & excandescentia ejus non rectè vectes ejus sunt.* id est, frustra eis tanquam vectibus se effert & sustinet. כֵּן enim interdum significare *rectè*, patet ex Num. 27. 7. Et 2 Reg. 7. 9. vel, *non utique vectes ejus sunt.* כֵּן enim interdum affirmare, & nostro quidem judicio idem valere quod אָכֵן *certe, utique,* observavimus ad Psal. 63. & v. 2. & v. 4. Et Psal. 127. 2. Neque hoc dissimulare possumus, observasse nos, כֵּן *sic*, non semper similitudinem denotare, sed solummodo insignem quandam emphasin, omnino ut apud Belgas particula similitudinis **soo**. quomodo hîc Belgice versum hunc sic enarrare possemus. **wy hebben den hoogmoet Moabs gehoort. hy is seer hoogmoedigh: syne verheventhegt / ende synen hoogmoet / ende syne gramschap en zyn nochtans soo syne hantboomen niet.** Etsi multum superbiat & irascatur, ne sic quidem vectes habet quibus jure inniti queat. לֹא־כֵן בַּדָּיו *ne sic quidem vectes ejus sunt.* locus plane parallelus est Jer. 48. 30.

Vers. 7. לַאֲשִׁישֵׁי קִיר־חֲרֶשֶׂת תֶּהְגּוּ אַךְ נְכָאִים׃ Sic verto, *de lagenis Kir-hareseth gemetis: utique confractæ sunt.* אֲשִׁישִׁים *lagenas* potius verto quam *fundamenta.* tum quia sequenti versu ratio horum gemituum petitur à languore vinearum, tum quia Oseæ. 3. 1. אֲשִׁישֵׁי עֲנָבִים non aliter verti potest, quam *lagenas* aut *dolia uvarum.* ut & fœmin. gen. אֲשִׁישָׁה nihil nisi *lagenam* significat, testibus omnibus locis ubi occurrit. An autem אָשִׁישׁ uspiam alibi in Scriptura *fundamentum* significet, non arbitror probari posse. Hic certe locus Esaiæ id non evincit. fateor apud Chaldæos אֲשִׁיָּא esse *fundamenta.* at id apud Hebræos non tam videtur respondere τῷ אָשִׁישׁ, quam τῷ אָשְׁיָה, cujus plurale אָשְׁיוֹת extat Jer. 50. 15. & *fundamenta* significat. sed est ab alia radice. porro אַךְ hîc non pro *tantummodo*, sed pro *certè, utique* sumimus. ut Ps. 73. 1. אַךְ טוֹב לְיִשְׂרָאֵל אֱלֹהִים *utique bonus est Israeli Deus.* Et v. 13. אַךְ רִיק זִכִּיתִי לְבָבִי *utique frustra purgavi cor meum.*

Vers. 14. בכל־ההמון הרב. vide notas nostras ad Esa. 5. vers. 13.

Cap. XVII.

Vers. 12. הוי המון עמים רבים כהמות ימים יהמיון ושאון לאמים כשאון מים כבירים ישאון:

Sic verto. *Heu multitudinem* (vel *strepitum*) *populorum multorum! sicut perstrepunt maria, perstrepent. Et heu tumultum nationum! sicut tumultuantur aquæ validæ, tumultuabuntur*. Hæc verba non Prophetæ esse arbitror, comminantis nationibus, sed dolentis vicem populi sui, in quem nationes magno tumultu irruent. Causam enim hîc tradi existimo doloris mortiferi, cujus præcedenti versu meminerat. Sequenti autem versu dolorem eum mitigari, *Etsi tumultuaturi sint populi sicut tumultuantur aquæ multæ, increpabit eos Deus, & fugient è longinquo* &c.

Cap. XVIII.

Vers. 1. הוי ארץ צלצל כנפים אשר מעבר לנהרי כוש:

Vers. 2. השלח בים צירים ובכלי גמא על פני מים לכו מלאכים קלים אל גוי ממשך &c.

Pagninus, Vatablus, Tigurini, Genevenses, Junius, aliique in secundo versu ante לכו subintelligunt לאמר *dicendo*. ac si leves illi nuncii à gente de qua versu primo agitur, mitterentur ad aliam gentem distractam & depilatam. Jonathan, Lxx. & Vulgatus, ut & nostra Belgica versio supplementum illud non habent. nec addendum putamus. Existimamus enim gentem illam distractam & depilatam, eandem esse cum ea de qua vers. 1. agitur. Et Deum esse qui hos leves nuncios ad eam gentem mittit, bellum indicturos, ad confirmandum se jure merito væ ipsis denunciasse. quid autem nuncii illi dicturi essent? id v. 3. dicitur, *Omnes habitatores orbis & habitatores terræ, cum elevaverit vexillum in montibus, videte, Et quum clanxerit tuba, audite*. vel *videbitis, & audietis*. non est autem insolens per תבל *orbem* intelligi certam quandam ditionem latè se extendentem. sicut & Luc. 2. 1 ἐξῆλθε δόγμα παρὰ Καίσαρος Αὐγούστου ἀπογράφεσθαι πᾶσαν τὴν οἰκουμένην. Sequitur hujus capitis versus quartus.

Vers. 4. כי כה אמר יהוה אלי אשקוטה ואביטה במכוני כחם צח עלי אור כעב טל בחם קציר:

Hæc sic verto. *Quia sic dixit Dominus ad me, quiescerem? & intuerer in loco meo, id esset tanquam æstius aridus super olus, tanquam densa nubes in æstu messis*. Id est *si quiescerem & intuerer*. phrasi Hebræis usitatissima, quæ in Psalmis passim & ubique occurrit. quam & Belgice optimè efferimus, **Want soo heeft de Heere tot my gesproken / hielde ick my stil / ende sage icker slechs op in mijne plaetse / het ware als de dorre hitte op het moeskruyt / als een dicke dauwende wolcke inde hitte van den oogst.** Sensum esse puto, si jam quiescerem, id Ecclesiæ meæ maxime esset noxium, non aliter quam arens æstus oleri, & densa nubas rorem aut pluviam demittens messi. de quo Prov. 26. 1. Hæc cum versu præcedenti optimè videntur cohærere, ubi bellum denunciarat populo truculento. ejus hîc rationem reddit, quia nequaquam sibi quiescendum esse nec otiose speculandum sentiat, quia id Ecclesiæ noxium sit futurum. Cur autem noxium sit futurum, causam reddit vers. sequenti 5. *Quia ante messem, quum consummata esset gemmatio, & flos ejus fieret omphax maturescens, abscidit flagella falcibus, & palmites removit, resecavit*, scilicet hostis, sive populus ille truculentus de quo antea. eo enim referendum puto, ut sensus sit, præceps admodum est hic hostis. exspectare non potest donec judicia mea maturuerint. Sed non aliter agit, quam si vinitor messem præveniret, & quum messis in spe est, consummata gemmatione atque omphace maturescente, flagella, quæ cultellis solummodo erant putanda, falcibus abscinderet & ipsos palmites resecaret. itaque mihi quiescendum non est, nec è loco meo otiosè spectandum, sed bellum in hunc hostem est movendum. pœna sequitur v. sequenti 6. *Relinquentur pariter avibus montium, & bestiis terræ* &c. sequitur.

Vers. 7. בעת ההיא יובל שי ליהוה צבאות עם ממשך ומרט ומעם נורא מן הוא והלאה גוי קו קו ומבוסה אשר בזאו נהרים ארצו אל מקום שם אדני צבאות הר ציון:

Omnes nostri Interpretes, ut & Lxx. & Vulgatus, exceptis Tigurinis, volunt עם ממשך poni pro מעם, ut sequitur ומעם נורא. sed durum est è sequenti membro illud retroagere, longè durius sane quam è præcedenti membro ἀπὸ κοινοῦ id repetere. nec hîc necesse videtur, quum longè sit ἐμφατικώτερον, & ad ho-

honorem Dei multo magis faciens, si ipse populus ad eum adferri pro munere dicatur, quam à populo munus aliquod. Sic ergo versum transfero, *Tempore illo adducetur munus Domino exercituum populus distractus & depilatus, & ex populo terribili ex quo fuit & ultra, gente lineæ lineæ & conculcationis, cujus terram spoliarunt flumina,* (adducetur inquam) *ad locum nominis Domini exercituum, ad montem Sionis.* sed moneo מֵעַם נוֹרָא *ex populo terribili*, enotare meo judicio, quosdam ex populo terribili. id enim non Hebræis tantum sed & Syris ac Arabibus est familiarissimum, ut מִן denotet *quosdam*. qui Hebraismus in Nov. Test. non raro etiam retinetur, ut Matth. 23. 34. καὶ ἐξ αὐτῶν μαστιγώσετε, καὶ ἐξ αὐτῶν ἀποκτενεῖτε, *Et ex illis flagellabitis, & ex illis occidetis*, i. quosdam eorum.

CAP. XIX.

VERS. 5. וְנִשְּׁתוּ מַיִם מִן הַיָּם. Quidam ex Niphal verterunt, *& deperdentur aquæ è mari.* alii ex Piel, *& deperdent aquas.* R. Nathan ait, significationem ejus esse הפסד או אבוד *perditionem aut interitum:* concordat lingua Æthiopica, ubi נשרת in activo est *destruere* Matth. 27. 40. Luc. 1. 52. In passivo *dissolvi, destrui.* Matth. 24. 2.

VERS. 9. *Pudore afficientur operantes* פִּשְׁתִּים שְׂרִיקוֹת alii vertunt, *lina reticulata.* alii *variegata* seu *multicoloria.* doctissimi Hebræorum, *optima* vel *selecta.* rectè. propriè tamen vertam *resplendentia.* Hac enim significatione radix שרק vel סרק (perinde enim est utro modo scribas) usitata est in lingua Æthiopica. ut Luc. 2. 9. *Gloria Domini* περιέλαμψεν αὐτοὺς, Æthiopicus Interpres סרק לעלהומו *splenduit super ipsos.* Hinc שְׂרִיקוֹת, unde Latinorum *Sericum*, est linum sive byssus optima, fulgens ac splendens, radiorum solarium fulgorem imitans. nam & de orientis solis splendore verbum שרק Æthiopibus usurpatur Matth. 13. 6. ut & Arabibus. quem fulgorem serico convenire, negari à nullo potest. Sic Zachar. 1. 8. סוּסִים שְׂרֻקִּים verterem, *equos orientis solis colorem imitantes*, quem fulvum dicere queas. שֹׂרֵק *vitis optima*, quasi splendidam & illustrem dicas.

VERS. 10. וְהָיוּ שָׁתֹתֶיהָ מְדֻכָּאִים כָּל־עֹשֵׂי שֶׂכֶר אַגְמֵי נָפֶשׁ׃. Junius שָׁתוֹת vertit *proposita*, i. consilia. Multi *retia*. Genevenses *des trenchées*. nos eos sequimur qui *fundamenta* vertunt quæ structuræ supponuntur: eamque significationem non huic tantum loco, sed omnibus, ubi hæc vox invenitur, optime convenire arbitramur. שֶׂכֶר ab omnibus pro *clausura* aut *excipulo* capitur, à סָכַר *conclusit*, mutato ס in שׂ, quod aquas intra se concludat. alibi hoc sensu non reperitur. itaque ex mera in hunc locum conjectura datur hæc interpretatio. pro *mercede* autem accipitur Prov. 11. 19. nec aliter hoc loco caperem. Itaque sic verto, *Et erunt fundamentis ejus contriti, quicunque faciunt mercede stagna animarum.* ut tum in שָׁתֹתֶיהָ tum in שֶׂכֶר subintelligatur ב, more Hebræis receptissimo. Sensus est, Conducunt sibi mercede, qui amœna jucundaque faciant vivaria. sed ipsa terræ Ægypti fundamenta corruent, sic ut omnes qui in faciendis istis vivariis occupantur, ipsis fundamentis collapsis conterendi sint.

VERS. 13. *Principes* נֹף. eadem urbs quæ Hos. 6. vers. 9. מֹף. Targum utrobique מפס *Memphis.* ut & Arabibus مَنْف frequentius autem in historia Saracenica dicitur مِصْر quomodo & à nomine Metropolis tota Ægyptus indigitatur, in Sacris מצרים. Postquam autem Omar, secundus Chalipha, urbem eam cepit ac muro cinxit, vocata est الفُسْطَاط *Tentorium*, quia dictus Imperator, Alexandriam versus castra movens, tentorium suum ad Memphim fixerat, ac mox discessurus, columbæ nidum, quæ pullos supra tentorium excluserat, invenit. teste Elmacino in vita Omari. Hodie اَلْقَاهِرَة Alcairo dicitur, à potentia quâ prævalet & dominatur aliis locis.

CAP. XXI.

VERS. I. כְּסוּפוֹת בַּנֶּגֶב לַחֲלוֹף מִמִּדְבָּר בָּא מֵאֶרֶץ נוֹרָאָה׃. Illud לַחֲלוֹף non refero ad סופות ut solent plerique, sed ad hostem qui cum tempestatibus comparatur. sic verto, *Sicut turbines in Austro* paratus est *ad transeundum, ex deserto venit, è terra terribili.* vel si negligere velimus accentum Zakeph qui est in לַחֲלוֹף, ut sententiam non distinguat, quod alibi etiam non raro fieri necesse est fateri, licebit illum infinitivum sequentibus jungere, & sine ulla ellipsi sic vertere, *sicut turbines in meridie, transeundo venit ex deserto, è terra terribili.*

VERS. 2. חָזוּת קָשָׁה הֻגַּד לִי הַבּוֹגֵד בּוֹגֵד וְהַשּׁוֹדֵד שׁוֹדֵד עֲלִי עֵילָם צוּרִי מָדַי כָּל־אַנְחָתָה הִשְׁבַּתִּי׃ Quantum hîc interpretes varient, dici nequit. non pigebit nostram etiam conjecturam addere. הֻגַּד quia masculini generis est, non referimus ad præcedens חָזוּת, sed ad sequens בּוֹגֵד, etsi repugnare videatur accentus Athnah. qui enim accentuum ubique parem rationem habere velit, etiam ubi Grammatica constructio reclamat, cum ratione insaniat necesse est. sic ergo verto. *Visionem duram! indicatus mihi est ô perfide perfidus, & ô vastator vastator. Ascende Elam, obside Media. omnem gemitum cessare faciam.* Quod si quis propter accentum velit per Enallagen generis referre הֻגַּד ad præcedentia, nego tamen absque ratione id masculino potius genere quam fœminino prolatum. quia argumentum visionis nihil erat nisi perfidus paratus perfido & vastator vastatori. tum sic verto, *visio dura ostensa est mihi: ô perfide perfidus, ô vastator vastator* ostensus est mihi. Itaque ה in הַבּוֹגֵד & in הַשּׁוֹדֵד volo esse הַקְרִיָּה vocandi sive compellandi, ut alibi sæpe. Porro ad אַנְחָתָה notant Mazorethæ לא מפיק ה. id est, ה esse anomalum, quod cum sit affixum non habeat Mappik. hinc plerique Interpretes transtulerunt, *omnem gemitum ejus cessare faciam.* cujus translationis quæ mens sit, optime expressit Jonathan sua paraphrasi. כָּל דַהֲווֹ מִתְאַנְחִין מִן קֳדָם מַלְכָּא דְבָבֶל אַנְחִית לְהוֹן, id est, *omnes qui fuerunt gementes ob regem Babel* (i. ob allatas ab eo oppressiones) *quietem dabo illis.* sed nolim hîc Mazorethis tantum fidei tribuere, ut propter ipsorum annotationem contra rationem Grammaticam & linguæ genium credam ibi affixum esse. malo esse formæ Emphaticæ, qualia sunt עֶזְרָתָה. יְשׁוּעָתָה & alia non pauca. nec aliter acceperunt Lxx. qui verterunt, *νῦν στενάξω καὶ παρακαλέσω ἐμαυτόν.* secundum quam mentem ad verbum vertas. *omnem gemitum cessare faciam*, nempe à me ipso: ut verba sint Prophetæ dicentis, hactenus gemui, & adhuc gemo: sed deinceps desinam gemere, quia jam paratam video in Babylonios vindictam. idem loquitur, qui dixerat ostensam sibi visionem duram. duram ait Babyloniis, sibi vero adeo jucundam, ut jam finem gemitibus imponere velit. Miror si quis neget, Lxx. hîc rem acu tetigisse. Quod si quis postrema verba ad Deum referre velit, sic accipiat. *Omnem gemitum cessare faciam*, nempe à vobis ô Persæ, ô Medi, quibus hanc in Babylonios expeditionem injungo. Non est quod de hoc mandato gematis: ascendite audacter, ego omnem gemitum, id est, gemendi occasionem auferam.

VERS. 5. מִשְׁחוּ מָגֵן Lxx. *ἀνασπάσατε θυρέως*, quasi מִשְׁכוּ legissent à משך *traxit*. vel unum pro altero sumserunt. Nostri, *ungite clypeum*. At Jonathan מריקו וצחצחו זינא *tergite & nitida reddite arma*. Optimè. nam & in Arabica lingua مسح משח utrumque significat, *ungere & polire, tergere*. fortassis quia rubiginosa oleo terguntur ac poliuntur.

VERS. 7. צֶמֶד פָּרָשִׁים. rectius hîc, ut & infra vers. 9. פָּרָשִׁים *equos* verti quam *equites*, vide in notis nostris ad Esa. 22. vers. 6.

VERS. 12. אָמַר שֹׁמֵר אָתָה בֹקֶר וְגַם־לָיְלָה אִם תִּבְעָיוּן בְּעָיוּ שֻׁבוּ אֵתָיוּ׃ Qui interpretes in hunc locum consulet, adeo dissentientes reperiet, ut vix quicquam præter tenebras sit reperturus. Experiemur, an quid lucis adferre possimus. Quæsitum erat, *custos, quid de nocte? custos quid de nocte?* supple, refers nobis. nihilne strepitus audivisti? an tuta sunt omnia? sequitur responsum. *Dixit custos: advenit tempus matutinum, & etiamnum nox est. si inquirere vultis, inquirite, revertimini, venite.* q. d. præterierunt tenebræ terrestres, sed non tenebræ afflictionum. Orta nobis est lux solis, & tamen revera adhuc nox est. certa adest calamitas. si inquirere vultis, inquirite diligenter, ite, redite, venite, non aliter quam dixi rem se habere deprehendetis. Hisce exaratis vidimus, Genevenses & Vulgatam quoque versionem nostram Belgicam hîc nobis præivisse. quædam tamen pressius, ni fallimur, & planius explicavimus, ac non nihil illustravimus. Belgicè versum undecimum sic reddimus. **De last over Duma. tot my roeptmen uyt Seir / Wachter wat isser vande nacht ? Wachter wat isser vande nacht ?** מִלֵּיל enim pro eodem sumimus cum præcedenti מִלַּיְלָה, per Enallagen status. Quod si מ sit radicale, & ponatur pro מִלֵּל *dixit*, aut nominaliter. *dictum. sermo*, vertendum erit, **Wachter wat sprake isser ?** vel **wat segt men?** versum 12. sic verto. **De Wachter heeft gesegt : De morgenstondt is gekomen / ende noch is het nacht. Indien ghy het ondersoecken** (vel **ondervragen**) **wilt / ondersoeckt het / komt wederom / komt.**

CAP. XXII.

VERS. 6. וְעֵילָם נָשָׂא אַשְׁפָּה בְּרֶכֶב אָדָם פָּרָשִׁים וְקִיר עֵרָה מָגֵן׃ Sic verto. *Et Elam sumpsit pharetram. in curru vir est, equites sunt: & Kir nudavit (deprompsit) clypeum.* Belgicè. **Ende Elam heeft de pijl-kolcker genomen / de man is op den wagen / ruyteren zijnder. Ende Kir heeft de schilden te voorschijne gebracht.** Non pigebit autem monere, quod & doctiss. Mercerus annotavit ad vocem פָּרָשִׁים in thesauro Pagnini, esse quosdam qui ea voce etiam ipsos equos designari velint. à quibus ego sane non abhorreo: tum quia apud Arabes eadem vox id significat, tum quia in nonnullis Scripturæ locis ea significatio admodum apta videtur. ut Esa. 21. 7. וְרָאָה רֶכֶב צֶמֶד פָּרָשִׁים רֶכֶב חֲמוֹר רֶכֶב גָּמָל, *& vidit currum duorum equorum, currum asini, currum cameli*, aut collectivè *asinorum, camelorum.* videtur enim omnino distinguere tria genera curruum, equorum, asinorum, camelorum. eodem modo v. 9. וְהִנֵּה־זֶה בָא רֶכֶב אִישׁ צֶמֶד פָּרָשִׁים, *Et ecce jam intravit currus viri duorum equorum.* Sic Esa. 28. 28. ubi agitur de agricola triturante frumentum, dicitur וּפָרָשָׁיו לֹא יְדֻקֶּנּוּ, Genevenses, *& equis suis non comminuet illud.* similiter vetus Belgica nostra versio. non rejicio. equitum enim in bello usus est: equorum vero etiam olim in trituratione. addamus locum 1 Sam. 8. 11. אֶת בְּנֵיכֶם יִקָּח וְשָׂם לוֹ בְּמֶרְכַּבְתּוֹ וּבְפָרָשָׁיו, *filios vestros capiet, & ponet sibi in curribus suis & in equis suis.* præsertim vero notetur locus 2 Sam. 1. 6. וְהִנֵּה הָרֶכֶב וּבַעֲלֵי הַפָּרָשִׁים הִדְבִּקֻהוּ, *& ecce currus, & domini equorum adhæserunt ei.* בַּעֲלֵי הַפָּרָשִׁים. Vulgatus vertit *Equites.* LXX. ἱππάρχοι. ambo פָּרָשִׁים acceperunt pro *equis*. Quod si & hoc loco quem tractamus, ita sumere liceat, vertam, *Et Elam sumpsit pharetram, ad currum hominis equi sunt.* **De peerden zijn al aen des mans wagen.** Suppeditat autem de עֵרָה conjecturam aliam lingua Æthiopica, ubi verbum hoc usurpatur pro *planum, leve, glabrum, æquale facere.* videantur observationes nostræ ad Jud. 20. vers. 33. Id apprime huic loco convenit, *Et Kir levigavit* (polivit) *clypeum.* Eodem sensu quo cap. 21. 5. מִשְׁחוּ מָגֵן *ungite clypeum.* vertimus, *polite, levigate clypeum.*

VERS. 14. *Si remittetur vobis iniquitas hæc* עַד תְּמֻתוּן *donec moriemini.* Hinc colligunt Judæi, per mortem peccatum hoc expiari, atque inde regulam hanc formant כל מי שיש בידו חילול השם תשובה ויום הכפורים ויסורין תולין ומיתה ממרקת, *Quicunque reus est profanati nominis divini, resipiscentia, & dies expiationis, & castigationes divinæ eum non absolvunt, sed morte purgari necesse est.* At vero sensus est simpliciter, non remittetur vobis iniquitas hæc dum vivetis, id est nunquam, nam post hanc vitam nullus est ut resipiscentiæ, ita nec remissioni locus. sæpe enim עד *donec* ita refertur ad tempus præcedens, ut de sequenti non affirmetur contrarium. ut quum 2 Sam. 6. 23. dicitur Michal nullos liberos habuisse עד יום מותה *usque ad diem mortis suæ*, id est nunquam.

VERS. 18. צָנוֹף יִצְנָפְךָ צְנֵפָה. Laudamus eos qui vertunt, *volutando volutabit te volutatione.* Nam præterquam quod hoc verbum pro *volvere* usurpetur Levit. 16. 4. non est dubium quin pro *volutare* accipiendum sit in secundo Targum Esther. cap. 1. vers. 3. ubi gallus gallinaceus, à rege Salomone cum ejusdem literis in urbem Seba ablegatus, dicitur in summum aërem ascendisse, deinde additur וצניף צניפא והוא נצח ופרח ביני עופיא ופרחו בתריה, id est, *volutando volutavit se* (non recto volatu, sed per volutationis modum perrexit) *& tamen superavit reliquas aves inter quas volabat, ita ut post eum volarent.*

CAP. XXIV.

VERS. 16. רָזִי לִי רָזִי לִי *macies mihi, macies mihi.* apud Arabes רָזִיָּה رَزِيَّة est *ærumna.* unde in Proverbiis Ali, زَوَايَا الدُّنْيَا مَشْحُوّ بِالرَّزَايَا *anguli mundi pleni sunt ærumnis.* ita & hîc vertere liceat, *ærumna mihi, ærumna mihi.* sic dicuntur autem ærumnæ, quia ad paucitatem & tenuitatem homines redigunt. est enim רזו رَزُو *paucum esse.*

CAP. XXV.

VERS. 2. כִּי שַׂמְתָּ מֵעִיר לַגָּל קִרְיָה בְצוּרָה לְמַפֵּלָה אַרְמוֹן זָרִים מֵעִיר לְעוֹלָם לֹא יִבָּנֶה׃ Non sperno aliorum interpretationes in hunc locum. meam tantum addo, ut singula ponderentur. *Quia posuisti, ne sit civitas, in* tu-

tumulum, civitatem munitam, in ruinam: palatium extraneorum, ne sit civitas: in æternum non ædificabitur. obscuritatem quandam habet, quod קִרְיָה בְּצוּרָה, quod post שַׂמְתָּ aut post לְמַפֵּלָה poni debuerat, posuerit inter לְגַל & לְמַפֵּלָה. si enim transponas, omnia sunt facilia, *Quia posuisti urbem munitam, ne sit civitas, in tumulum, in ruinam.* vel *quia posuisti, ne sit civitas, in tumulum, in ruinam, civitatem munitam.* Negari tamen non potest quin situs verborum quo usus est Propheta obscuritate sua miram habeat elegantiam. interdum enim quæ subobscura insunt, elegantiora sunt. nec difficulter hæc intelliguntur, si iis interpunctionibus pronuncientur, quas modo adhibuimus. Magnum est quod hic tradit Propheta, insigne laudis divinæ argumentum, quod non leviter, sed summa attentione & cum gravitate dicendum. **Want ghy hebt gestelt / op datse geen stadt en sy / tot eenen steen-hoop / de vaste stadt / tot een vervallen plaetse / het palays der vremdelingen / dat het geen stadt en sy: het en sal in eeuwigheydt niet herbouwet worden.**

VERS. 5. כְּחֹרֶב בְּצָיוֹן שְׁאוֹן זָרִים תַּכְנִיעַ חֹרֶב בְּצֵל עָב זְמִיר עָרִיצִים יַעֲנֶה׃ Non parum torsit Interpretes hic versus. omnis difficultas orta est ex nimis anxia observatione accentus Athnach sub תַּכְנִיעַ, qui verbum illud ad præcedentia referre, & ibi sententiam distinguere putatus est. quod perpetuum ejus munus non esse, vel ex primo versu Geneseos patet. nec dubium est, quin adeo inconstans sit accentuum in distinguendo sensu ratio, ut modulationi vocum potius quam distinctionibus sententiarum eos inservire plurimi eruditorum merito putaverint. Hîc sane, si negligatur ratio illius accentus, totus versus adeo perspicuus est, ut nihil supra: hoc modo. *Sicut æstus in loco arido, est tumultuatio extraneorum: deprimes æstum umbrâ densæ nubis. excisio truculentorum testificabitur.* Hanc esse veram interpretationem, docet connexio hujus versus cum præcedenti, ubi dixerat Deum esse *refugium* מִזֶּרֶם *ab inundatione, & umbram* מֵחֹרֶב *ab æstu.* Explicat statim quid intelligat per זֶרֶם quid per חֹרֶב. Prius habes in fine præcedentis versus, כִּי רוּחַ עָרִיצִים כְּזֶרֶם קִיר *nam spiritus truculentorum est sicut inundatio parietis.* alterum habes initio hujus versus, כְּחֹרֶב בְּצָיוֹן שְׁאוֹן זָרִים *Sicut æstus in loco arido, est tumultus extraneorum.* quid autem eo æstu aget Deus? *deprimes eum umbra densæ nubis.* quod ejus rei indicium? *putatio* vel *excisio truculentorum id testificabitur.* עָנָה pro *testificari* non raro sumi, ex lexicis discet qui ignorat.

VERS. 10. *Nam requiescet manus Domini in monte hoc,* וְנָדוֹשׁ מוֹאָב תַּחְתָּיו כְּהִדּוּשׁ מַתְבֵּן בְּמֵי מַדְמֵנָה, Pagninus, *Et triturabitur Moab sub ipso, sicut trituratur palea in sterquilinio.* Kimchius תחתיו non refert ad Deum, sed ad ipsum Moabum, ac vertit במקומו *in loco suo, sub se.* quomodo sumitur Exod. 10. 23. Hab. 3. 16. 1 Sam. 14. 9. & alibi. utraque explicatio satis conveniens est. Malim autem דוש *conculcandi* significatione quam *triturandi* vertere. primum, quia primario *conculcare* significat, secundario *triturare*, quia id calcando olim fiebat. unde in lingua Syriaca prima significatio obtinet. Deinde, quia non rectè triturari palea in sterquilinio dicitur, sed calcari optime. ut enim putrescat palea, non superinjici sterquilinio, sed calcari & in intima ejus contundi solet, ut rectè ei permisceatur. Annotarunt porro Mazorethæ, pro במי legendum במו, quare מ cholem superscripserunt. Non video cur hîc mendum statuatur, nec legi possit secundum כתיב, בְּמֵי מַדְמֵנָה *in aquis sterquilinii.* Neque enim in sicco sterquilinio, sed in humido & probè madefacto calcantur paleæ, ut citius commodiusque putrefiant. quare laudo Jonathanem qui במי מדמנה vertit בטינא *in luto.* Nam nec sola aqua, nec solus fimus seu stercus, sed aqua stercoraria facit lutum. adde sterquilinio aquam, habes lutum, cui immixta palea facile in putredinem vertitur, & aptissimum stercorandis agris fimum præbet.

VERS. 11. וְהִשְׁפִּיל גַּאֲוָתוֹ עִם אָרְבּוֹת יָדָיו׃ Pagninus. *Humiliabit superbiam ejus cum cubitis manuum suarum.* Junius, *cum cataractis manuum suarum.* Sic plerique affixum in יָדָיו referunt ad Deum, & עִם *cum*, instrumentaliter sumunt. id Hebræi potius dicerent בְּאָרְבּוֹת יָדָיו. particulam autem עִם *cum* instrumentum denotare, non puto exemplis probari posse. Rectè ait Mercerus, denotare *conjunctionem, & adhæsionem.* & Rabbi Mardochai esse מלה קושרת *particulam ligantem.* Ego itaque affixum illud referrem quo pertinet præcedens in גַּאֲוָתוֹ, nempe ad Moabum, & verterem, *Et humiliabit superbiam ejus, cum* (una cum) *insidiis manuum ejus.* Nempe, in corde Moabi erat superbia, in manibus ejus in-

inſidiæ. utraque de cauſa magna ſibi pollicebatur. at utrumque, inquit, Deus deprimet, & cordis ſuperbiam, & manuum inſidias. vel ſic, *Et humiliabit ſuperbiam ejus juxta inſidias* (i. præſentibus inſidiis) *manuum ejus*. etſi inſidiis manuum ſuarum tutus eſſe ſperabit, tamen præſentibus illis inſidiis, & juxta eas deprimet ejus ſuperbiam Deus. Non omittendum autem quod annotavit Scindlerus, ארבות הרגלים apud Rabb. eſſe *inguina*, quod & apud Arabes eſt ארבית׳ן. hinc ſuſpicio oritur א eſſe heemanticum, ac derivari à רבה *multiplicari*. itaque ארבות הרגלים eſſe eam pedum partem, quæ plurimum carnis habet, nempe inguen aut femur. ſimiliter ארבות הידים eſſe eam manuum partem, quæ plurimum carnis habet, nempe lacertos, qui & præcipuas totius manus ſive brachii vires continent. atque ita ſenſus optimus eſſet, *humiliabit ſuperbiam ejus, una cum lacertis manuum ejus*. gloria viri fortis maximè in lacertis eſt. Id eſt, ſic deprimet ſuperbiam cordis ejus, ut etiam frangat lacertos manuum ejus quibus fidit ac ſuperbit.

Cap. XXVI.

Vers. 3. יֵצֶר סָמוּךְ תִּצֹּר שָׁלוֹם שָׁלוֹם כִּי בְךָ בָּטוּחַ׃. Vatablus vertit, quem ſequuntur Genevenſes, *Cogitatio ſuffulta eſt, quod ſervabis* &c. Id non rejicio. Tamen quia Hebræi ex ſuo idiotiſmo id potius dicerent סָמוּךְ יֵצֶר præcedente adjectivo, videntur mihi prima illa verba rectè legi per admirationem, ut totus verſus ſic exponatur. *ô cogitationem ſuffultam! ſervabis pacem, pacem: quia in te ſperatum eſt*. Belgicè, **ô vaſte gedachte! vrede / vrede ſult ghy onderhouden: Want op u heeft men vertrouwet.** Quod ſi quis hæc cum verſu præcedenti magis velit conjungere, dico יֵצֶר סָמוּךְ eſſe expoſitionem ejus qui in fine præcedentis verſus vocatus fuit שֹׁמֵר אֱמֻנִים *cuſtodiens fidelitates*. quis is eſt? qui eſt יֵצֶר סָמוּךְ cogitatione ſeu figmento cordis fultus, firmus, bene nixus. id eſt, qui poſtquam ſemel factus eſt צַדִּיק *juſtus*, verſ. præcedenti, non eſt cogitatione inconſtans ac vagus, ἐοικὼς κλύδωνι θαλάσσης ἀνεμιζομένῳ καὶ ῥιπιζομένῳ, ἀκατάστατος ἐν πάσαις ταῖς ὁδοῖς αὐτοῦ, ut loquitur D. Jàcobus cap. 1. ſed eſt יֵצֶר pro בְּיֵצֶר in cogitationibus, in affectibus & concupiſcentiis ſuis (id enim apud ſcriptores Hebræos eſt יֵצֶר) סָמוּךְ ſuffultus, bene firmatus & fundatus. *Hunc*, inquit, tu Deus *cuſtodies* שָׁלוֹם שָׁלוֹם pro בְּשָׁלוֹם *in omnimoda pace, quia in te confiſus eſt*. non video, cur quis hoc rejiciat. Belgicè, **Die wel beveſticht is van gedachte / ſult gy bewaren in allerley vrede. want hy heeft op u vertrouwet.**

Vers. 4. בִּטְחוּ בַיהוָה עֲדֵי עַד כִּי בְּיָהּ יְהוָה צוּר עוֹלָמִים׃. Omnibus quas vidi interpretationibus præfero vulgatam noſtram Belgicam, quæ latinè ſic habet, *Confidite in Domino in æternum, quia Dominus Jehova rupes eſt in æterna ſecula*. hanc omnino retinendam cenſeo, & jam à nobis firmanda eſt. ב in בְּיָהּ non valet præpoſitionem *in*, ſed nominativo præfigitur pleonaſticè. quod in ſcriptura non eſſe inſolens, ſequentibus locis probo. Pſal. 68. 5. בְּיָהּ שְׁמוֹ *Jehovah eſt nomen ejus*. quod plane idem eſſe cum hoc loco quivis videt. Pſ. 55. 19. בְרַבִּים הָיוּ עִמָּדִי *multi fuerunt mecum*. Oſeæ. 13. v. 9. בִי בְעֶזְרֶךָ *in me eſt auxilium tuum*. Job. 18. 8. שֻׁלַּח בְּרֶשֶׁת בְּרַגְלָיו *miſſum eſt rete in pedes ejus*. Exod. 32. 22. אַתָּה יָדַעְתָּ אֶת הָעָם כִּי בְרָע הוּא *tu noſti populum hunc quod malus ſit*. Apud Arabes nihil hac phraſi uſitatius, ut Luc. 5. 12. واذا برجل مملو برصا *& ecce in viro repleto lepra*, i. ecce vir repletus lepra. ſic Act. 3. 2. فاذا برجل مقعد من بطن امه *& ecce in viro claudo ab utero matris ſuæ*, id eſt, ecce vir claudis.

Vers. 7. אֹרַח לַצַּדִּיק מֵישָׁרִים יָשָׁר מַעְגַּל צַדִּיק תְּפַלֵּס׃. Non ſperno quæ in hunc locum adferuntur interpretationes, præſertim Junii, & quæ longè alia eſt à Junii, Tigurinorum. Addo ſolummodo ſic etiam verti poſſe. via juſti ſunt rectitudines: rectus eſt: ſemitam juſti ponderabis. Belgicè, **De wegh des rechtveerdigen zijn gerechtigheden. hy is gerechtigh. ghy ſult den padt des rechtveerdigen wegen.** Certè qui יָשָׁר inſigniverunt accentu zakeph katon, voluerunt inter pronunciandum ibi paululum vocem hærere, quod optimè fit ſecundum hanc noſtram verſionem. תְּפַלֵּס etiam verti poteſt per Imperativum *libra*, *pondera*. id eſt, tu Deus ipſe expende an non juſtus rectus ſit, & an non via ejus ſint rectitudines. tum Belgicè verterem, **overweegt ghy den padt des rechtveerdigen.** Chaldæus videtur legiſſe יָשָׁר מַעְגַּל צַדִּיק תְּפַלֵּס *rectitudinem ſemitæ juſti librabis*. vertit enim אף עבדי אורחת צדיקיא תתקן *etiam opera viæ juſtorum diriges*. ubi obiter monemus, in editione Buxtorfiana non

rectè

עָבְדֵי אוֹרְחַת צַדִּיקַיָּא, id enim rectè punctari

esset, *facientes viam justorum diriges*, quod hîc locum non habet, sed punctandum est עוֹבָדֵי, melius quod in Venetis est עָבְדֵי *opera*; sane quam in Buxtorfianis.

VERS. 11. יְהוָה רָמָה יָדְךָ בַּל יֶחֱזָיוּן יֶחֱזוּ וְיֵבֹשׁוּ קִנְאַת עָם אַף אֵשׁ צָרֶיךָ תֹאכְלֵם׃ Etsi variæ, quæ in hunc locum dantur interpretationes, ferri possint, operæ tamen pretium duximus, si & aliam, quæ non minus, nostro quidem judicio, ferri potest, adderemus. *Domine, exaltata est manus tua. an non viderent? videbunt & erubescent. zelo populi tui, etiam igne hostium tuorum comedes eos.* קִנְאַת עָם *zelus populi*, est zelus quo tu ferris in populum tuum. eadem phrasis est אֵשׁ צָרֶיךָ *ignis hostium tuorum*, id est quo ferris in hostes tuos. in utroque subintelligitur ב instrumenti, sive causæ. duæ igitur proferuntur causæ quæ Deum impellent ut impios istos, de quibus vers. 10. consumat. prima est, zelus quo afficitur erga suum populum: altera est, ardor iræ quo incenditur in hostes suos.

VERS. 15. יָסַפְתָּ לַגּוֹי יְהוָה יָסַפְתָּ לַגּוֹי נִכְבָּדְתָּ רִחַקְתָּ כָּל־קַצְוֵי אָרֶץ׃ Difficillimus mihi semper visus est hîc versus, neque hactenus invenio, in quo prorsus acquiescam. non possum tamen non dicere quid in mentem venerit, fortasse aliis melius quam mihi satisfacturus. versu 13. egerat de peregrinis Dominis quibus servire coacti fuerant. versu 14. gloriatus erat de eorum morte & interitu. his verbis, *Mortui non reviviscent, defuncti non resurgent. propterea visitasti & exterminasti eos, & perdidisti omnem memoriam eorum*, nempe ut non reviviscerent neque resurgerent. vel *propterea quod visitasti* &c. nam ut עַל כֵּן *propterea*, sæpe valet *propterea quod* (vide Num. 10. 3. Et 14. 43. Gen. 38. 26. Psal. 42. 7. Jer. 48. 36.) sic & לָכֵן rectè sumitur. v. 15. pergit adhuc describere eorum mortem & interitum, hoc modo, *Addidisti eos genti, Domine, addidisti eos genti: gloriam consecutus es: elongasti omnes extremitates terræ.* addere genti est morte afficere. sicut passim in Scriptura, mortuus dicitur נֶאֱסַף אֶל עַמּוֹ *collectus ad populum suum*, additus populo suo. ut Gen. 49. 29. אֲנִי נֶאֱסָף אֶל עַמִּי *ego colligor ad populum meum.* dicit ergo, tu interemisti eos. & gloriam inde consecutus es. At quid jam sunt קַצְוֵי אָרֶץ *extremitates terræ*? sunt illi אֲדֹנִים *Domini*, primates, optimates terræ. quæ interpretatio plenius nobis probanda incumbit. Notum est פִּנָּה *extremitatem*, *angulum* sumi apud Hebræos pro præcipua ædificii parte, quæ totius structuræ quasi fulcrum est. unde Christus dicitur אֶבֶן לְרֹאשׁ פִּנָּה λίθος ἀκρογωνιαῖος *lapis angularis*. & in plur. num. פִּנּוֹת *anguli* sumitur pro primoribus populi, ducibus, ac principibus, Jud. 20. 2. 1 Sam. 14. v. 38. quia anguli domus fiunt è lapidibus majoribus, qui duos parietes conjungant, & ædificium sustineant. eadem de causa פֵּאָה *angulus*, etiam pro *duce* sumitur, Num. 24. v. 17. פַּאֲתֵי מוֹאָב *extremitates*, i. *duces Moab.* Sic & זָוִיָּה *angulus*, ad præstantiam denotandam adhibetur Psal. 144. *sint filiæ nostræ* כְזָוִיֹּת *sicut anguli*, i. sint elegantes & præstantes. vides ergo omnia quæ angulum & extremitatem apud Hebræos significant, ad excellentiam & primatum etiam adhiberi. sed an vocis קָצֶה ullibi quoque iste usus est? ajo, non paucis in locis. ut Gen. 47. 2. *Joseph sumsit quinque viros* מִקְצֵה אֶחָיו *de extremitate fratrum suorum, quos constitueret coram Pharaone.* id est, ex iis qui optimæ erant notæ, & maxime veneranrent. sic Jud. 18. 2. *Miserunt filii Dan è familia sua quinque viros* מִקְצוֹתָם *ex extremitatibus suis*, id est, ex præcipuis suis, ex præstantissimis & honoratissimis suis, qui essent, ut statim additur, אֲנָשִׁים בְּנֵי חָיִל *viri strenui & robore præditi.* Sic Ezech. 33. vers. 2. *Quum ego adduco gladium adversus terram aliquam, accipiet populus terræ virum aliquem* מִקְצֵיהֶם *ex extremitatibus suis, & ponent eum sibi in speculatorem.* id est aliquem ex præcipuis, cujus curæ se suaque committant. Nec aliter capio in historia Sodomæ Gen. 19. 4. viri Sodomæ circumdederunt domum מִנַּעַר וְעַד זָקֵן כָּל־הָעָם מִקָּצֶה *à puero usque ad senem, totus populus ex extremitate.* id est, non tantum ex plebeis, sed ex ipsis ducibus & primoribus urbis. quod deploratissimam istius urbis pravitatem maximè illustrat. Sequitur apud Esaiam versus 16. qui sic habet, יְהוָה בַּצַּר פְּקָדוּךָ צָקוּן לַחַשׁ מוּסָרְךָ לָמוֹ׃ solet ab Interpretibus referri ad pios Judæorum, qui per afflictiones excitati, tum demum Dei recordari, & precibus invigilare cæperint. ac propterea לַחַשׁ sumunt pro *precibus* sive *oratione*, quod alioqui *mussitationem* & *incantationem* denotat. similiter צָקוּן sumserunt pro *fuderunt*, mutuata significatione à verbo יָצַק *fudit.* quæ significatio

ficatio an verbo צוק uſpiam alibi conveniat, vehementer dubito. צוק autem in Kal ſignificat *ſtare, conſiſtere, conſiſtentiam ac firmitatem habere, firmiter adhærere aut inhærere.* unde Pſal. 41. v. 9. *verbum* impietatis יָצוּק בּוֹ *ſtat, conſiſtit in illo, firmiter illi adhæret.* inde nomen מָצוּק מִצָּפוֹן *ſtans, conſtitutus ab aquilone,* 1 Sam. 14. 5. & מְצוּקֵי אֶרֶץ *ſtationes, columnæ, conſiſtentiæ terræ.* 1 Sam. 2. 8. convenit cum נצק aut ut vulgo cum יצק, ſed ex ordine deficientium prima Jod, ut in Hiph. uſitatum הֵצִיק *conſtituit.* dubito ergo, an non & hic verſus 16. commodè referatur ad eoſdem iſtos impios hoſtes Eccleſiæ, de quibus verſibus 13, 14, 15. actum fuit: & ſic verti debeat. *In anguſtia recordati ſunt tui. perſtiterunt in incantatione,* quum *caſtigatio tua eſſet illis.* Id eſt, quamvis anguſtia eos adigeret, ut tui recordari cogerentur, firmiter tamen adhæſerunt incantationi, etiam te caſtigante illos. id eſt, incorrigibiles fuerunt. vel, *adhæſerunt murmurationi,* id enim quoque eſt לַחַשׁ. Hæc doctiorum judicio libenter ſubmitto. ſed nolim quemquam has conjecturas temere contemnere. ut nec ego vulgatam in verſ. 16. interpretationem ſperno. ſed elegantem eſſe fateor. nec diſpliceret, ſi à verſ. 13. uſque ad 19. omnia referrentur ad populum Judaicum, ejuſque miſerrimum ſtatum. Primo, peregrini Domini imperarunt nobis. v. 13. Secundò, plurimi noſtrum mortui ſunt, qui hîc non reſurgent, propterea quod viſitaſti & exterminaſti eos, verſ. 14. Tertio, addidiſti eos genti ſuæ ad tuam gloriam, & removiſti primores terræ. v. 15. Quarto, Recordati quidem ſunt tui in afflictione, adhæſerunt tamen murmurationi. verſ. 16. Quinto, fuimus inſtar parturientis, & omni conatu nihil niſi ventum enixi ſumus. verſ. 17. & 18. conſolationes ſequuntur reliquis verſibus.

Cap. XXVII.

Vers. 4. חֵמָה אֵין לִי מִי יִתְּנֵנִי שָׁמִיר שַׁיִת בַּמִּלְחָמָה אֶפְשְׂעָה בָהּ אֲצִיתֶנָּה יָּחַד׃ Tigurini. *Iracundia non eſt mihi: quis reddat me ut ſim vepris & ſpina, in bello, ut iniquius quid contra eam deſignem, & eam ſimul incendam?* non vidi interpretationem, quæ melius arrideret. & vel dejerare auſim, eos rem acu tetigiſſe, quum aliorum omnium mihi hîc alieniſſimæ videantur. nos paulo preſſius, ſed eodem omnino ſenſu, ſic reddimus. *Iracundia non eſt mihi: quis ponet me veprem, ſentem in bello, ut gradiar adverſus eam, & eam ſimul incendam?* Id eſt, deſiit ira mea in Eccleſiam, nec quiſquam eſt qui eam adeo accendere rurſus queat, ut in bello efficiar Eccleſiæ meæ ſentis ac vepris, utque incedens adverſus eam, totali incendio eam perdam. conferatur cum verſu præcedenti, res clara evadet. Cauſa autem cur ei ſuccenſere, eamque perdere nolit, datur verſu ſequenti, qui etiam luce aliqua indiget. ſic habet; אוֹ יַחֲזֵק בְּמָעוּזִּי יַעֲשֶׂה שָׁלוֹם לִי שָׁלוֹם יַעֲשֶׂה־לִּי quæritur quid hic ſibi velit illud אוֹ. reſpondemus, apud Syros hanc particulam interdum eſſe disjunctivam *aut*, interdum vocandi vel exclamandi ô, etſi diſcriminis cauſa priori ſenſu ſcribatur אַו, poſteriori אָו, quod legunt *ô*, vau otioſo. Ita & apud Hebræos particulam hanc duos hoſce ſignificatus habere exiſtimo. de priori nullum dubium. de poſteriori, loca quæ id probent, adferenda. Mal. 2. 17. Quum dixiſſet, Impios dicere, *Quicunque facit malum, bonus eſt in in oculis Domini, & iis ipſe delectatur,* addit, אוֹ אַיֵּה אֱלֹהֵי הַמִּשְׁפָּט *ô ubi eſt Deus judicii?* verba ſunt Prophetæ, admirantis Deum, qui Deus eſt judicii, ſermones ejuſmodi, ſanctitati ſuæ adeo repugnantes, tam ferre patienter. 2 Sam. 18. 13. miles qui objurgatur à Joabo quod Abſalonem non interfecerit, negat ſe id facturum fuiſſe, etſi mille argentei appenſi ipſi fuiſſent, quia Rex vetuerat. quibus dictis addit, אוֹ עָשִׂיתִי בְנַפְשִׁי שֶׁקֶר וְכָל־דָּבָר לֹא יִכָּחֵד מִן־הַמֶּלֶךְ וְאַתָּה תִּתְיַצֵּב מִנֶּגֶד׃, *ô feciſſem in animam meam mendacium, & ullum verbum non celaretur regem, & tu ſiſteres te contra.* adde Ezech. 21. 15. לְמַעַן טְבֹחַ טֶבַח הוּחַדָּה לְמַעַן הֱיֵה־לָהּ בָּרָק מֹרָטָּה אוֹ נָשִׂישׂ שֵׁבֶט בְּנִי מֹאֶסֶת כָּל עֵץ׃ *Ut mactet mactationem exacutus eſt* (gladius,) *ut ſit ipſi fulgur, perpolitus eſt. ô lætaremur? virga filii mei ſpernit omne lignum.* Ita & hoc loco Eſaiæ ſumendum arbitror. *ô apprehendet robur meum: faciet pacem mecum, pacem faciet mecum.* quaſi dicat, quiſquamne me impelleret, ut inſtar ſentis accenſus incenderem & perderem vineam meam? ô abſit, apprehendet Jacob robur meum, & ſic pacem inibit mecum. puto enim maſculinum יַעֲשֶׂה & יַחֲזֵק pertinere ad Jacobum, de quo verſu ſequenti agit, ut & v. 7. ubi maſculino genere agit de Eccleſia. at v. 8. redit ad genus fœmininum תְּרִיבֶנָּה, reſpiciens ad כֶּרֶם de qua egit verſ. 2, 3, 4. Habet autem verſ. 6. ita &c. הַבָּאִים יַשְׁרֵשׁ יַעֲקֹב

ubi הַבָּאִים plerique refe-
יָצִיץ וּפָרַח יִשְׂרָאֵל
runt ad ventura tempora. Junius ad venturos
liberos, i. posteros. id prætero. sed quod ex-
ponit, *ut advenientes Jakobi* posteri *radicen-
tur faciet*, non probo. non videtur enim יַעֲקֹב
hic posse esse Genitivi casus. malim, *posteris
radices agit Jacob*, i. in posteris, vel per po-
steros. nisi quis fortassis velit ה in הַבָּאִים esse
הַקְרִיָּה, quo posteri advocentur testes hujus
promissionis. *ô posteri, Jacob radices aget.*

Cap. XXVIII.

Vers. 1. & 4. הוֹי עֲטֶרֶת גֵּאוּת שִׁכֹּרֵי אֶפְרַיִם
וְצִיץ נֹבֵל צְבִי תִפְאַרְתּוֹ אֲשֶׁר עַל־רֹאשׁ גֵּיא־שְׁמָנִים
הֲלוּמֵי יָיִן׃. Simpliciter sic verto, *Væ coronæ
superbiæ ebriosorum Ephraim, & flori mar-
cescenti decoris gloriæ ejus, qui* (nempe flos)
est super verticem vallis pinguedinum, & *con-
tusorum vino.* vertex vallis est Samaria, in
monte sita, adeoque vallem infra se habens.
vocatur vallis pinguedinum & contusorum vi-
no, quia erat olei & vini feracissima, ubi ebriosi
vino frangebantur. flos super istum verticem
est status regni Samaritani in tribu Ephraim,
antehac florentissimus, nunc autem marces-
cens, cui jam porro totalem ruinam minatur
Propheta. Nec aliter accipio versum 4. qui &
huic lucem dat, & ab hoc vicissim lucem ac-
cipit. sic habet, וְהָיְתָה צִיצַת נֹבֵל צְבִי תִפְאַרְתּוֹ
אֲשֶׁר עַל רֹאשׁ גֵּיא שְׁמָנִים כְּבִכּוּרָהּ בְּטֶרֶם קַיִץ
אֲשֶׁר יִרְאֶה הָרֹאֶה אוֹתָהּ בְּעוֹדָהּ בְּכַפּוֹ יִבְלָעֶנָּה׃
id est, *Et flos marcescens decoris gloriæ ejus,
qui* (flos) *est super verticem vallis pinguedi-
num, erit sicut præcox fructus antequam æ-
stas sit, quem si quis videat, dum adhuc in
manu ejus est, deglutit eum.* Unde apparet,
non recte Genevenses in primo versu verba illa
אֲשֶׁר עַל רֹאשׁ גֵּיא שְׁמָנִים הֲלוּמֵי יָיִן, vertisse,
*Qui sunt super verticem vallis pinguis, sunt
contusi vino.* Indicat enim versus 4. אֲשֶׁר עַל
רֹאשׁ גֵּיא שְׁמָנִים pertinere ad præcedentia,
& non facere subjectum orationis, de quo
prædicetur הֲלוּמֵי יָיִן hæc enim absunt in v. 4.
etsi autem צִיצַת נֹבֵל vertamus *flos marcescens*,
fatemur tamen propriè sensum esse, *flos mar-
cescentis* plantæ, nempe *decoris gloriæ ejus.*
sed sensus idem est.

Vers. 2. הִנֵּה חָזָק וְאַמִּץ לַאדֹנָי כְּזֶרֶם בָּרָד
שַׁעַר קָטֶב כְּזֶרֶם מַיִם כַּבִּירִים שֹׁטְפִים הִנִּיחַ לָאָרֶץ בְּיָד׃
Omnes Interpretes שַׁעַר hic vertunt turbinem.
legerunt ergo שַׂעַר per שׂ, quod interdum *pi-
lum*, interdum *turbinem* significat, idem quod
סַעַר. At omnia exemplaria hic constanter ha-
bent שַׁעַר per שׁ. quod pro *turbine* uspiam
sumi non memini: nec à Lexicographis exem-
pla citantur: quodque mireris, ne hunc qui-
dem locum proferunt, quem tamen constan-
ter ita interpretantur. שַׁעַר *portam* denotat. à
qua significatione, ne temere discedamus, sic
verto. *Ecce fortem & robustum habet Domi-
nus: sicut inundatio grandinis in porta exi-
tium* (vel *excisio*) *est: sicut inundatio aquarum
validarum inundantium dejiciet in terram ma-
nu.* Exitium in porta significat status ac Rei-
publicæ vastationem. sicut c. 3. 26. dixit
וְאָנוּ וְאָבְלוּ פְּתָחֶיהָ *& lugebunt & mærebunt
portæ ejus.* שַׁעַר sumo pro בְּשַׁעַר. quare autem
in porta exitium futurum? quia instar aqua-
rum validarum inundantium fortis ille dejiciet,
nempe portam, in terram manu. id est, totum
statum evertet. atque ita plenior etiam & faci-
lior sensus videtur, quia ex eodem versu in-
telligitur id, quod fortis ille dejecturus
esset.

Sequitur vers. 3. בְּרַגְלַיִם תֵּרָמַסְנָה עֲטֶרֶת
גֵּאוּת שִׁכּוֹרֵי אֶפְרָיִם׃. Omnes interpretes quos
vidi עֲטֶרֶת גֵּאוּת volunt esse duo substantiva
quorum prius regat alterum regimine genitivi.
quod si sit, non video quomodo syntaxis sibi
constet cum verbo תֵּרָמַסְנָה quod est fut. Ni-
phal plur. num. fœm. gen. at optimè constat, si
dicamus duo illa substantiva, quæ ambo sunt
fœminini generis, esse nominativi casus, per
asyndeton juncta illi futuro. sic verto, *pedi-
bus conculcabuntur, corona, superbia ebrio-
sorum Ephraim*, id est corona & superbia. at-
que eodem modo in versu primo eadem per
asyndeton sumi possent, si quis velit. ibi ta-
men syntaxis non cogit, ut hîc. Nova Belgica
versio עֲטֶרֶת collective sumit, ac vertit, *con-
culcabuntur coronæ superbæ ebriosorum*, quod
non est spernendum.

Vers. 8. *Omnes enim mensæ repletæ sunt
vomitu sordido*, בְּלִי מָקוֹם *sine loco*, ita ut
non sit locus quem fœtore vomitus sui non re-
pleant. Sic accipi solet. At longè aliter accipit
R. Simeon lib. 2. Aboth. ubi ex hoc loco pro-
bat, *Quum tres ad unam edunt mensam, nec
inter se de lege conferunt, perinde esse ac si de
mortuorum sacrificiis ederent. Contra quum
tres ad unam edunt mensam & conferunt de
lege, id esse* כאלו אכלו משולחנו של מקום
quasi

quasi ederent de mensa Dei. Deum Hebræi מקום *locum* vocant, quia ubique præsens & quasi omnium locus omnia comprehendit, ipse nusquam comprehensus. hoc sensu בלי מקום esset *sine Deo.* בשביל שלא הזכירו שמו של מקום בה״ על השולחן *quia non faciunt mentionem Dei benedicti in mensa*, ut exponit Scholiastes.

VERS. 16. הַמַּאֲמִין לֹא יָחִישׁ Jonathan רהימנו באלין במיתי עקא לא יודעזעון *qui crediderint hæc, ubi venerit angustia non commovebuntur.* rectè interpretatus est יָחִישׁ. nam præterquam quod res ipsa id extorquet, lingua Æthiopica eum juvat. Matth. 27. 39. pro κινοῦντες, Æthiopicus dixit in Activo יחושו. Matth. 11. 6. pro σκανδαλιζόμενος in passivo יתחוש. Sensus ergo est, *qui credit non commovebitur*, οὐ σκανδαλισθήσεται. quod sensu idem est cum οὐ καταισχυνθήσεται, quod ex LXX. interpretibus habet Apostolus Rom. 9. 33.

VERS. 17. וְיָעָה בָרָד מַחְסֵה כָזָב. Hieronymus, *Et subvertet grando spem mendacii.* Pagninus, *Et verret.* Junius, *& excernet.* respexerunt nomen יָעִים Exod. 38, 3. quod alii *scopas*, alii *palas* vertunt. Hinc conjiciunt, verbum יעה, quod alibi non occurrit, esse vel *scopis everrere*, vel *excernere quasi pala* & veluti furcillis ejicere. In lingua Æthiopica usitatum est ועי (semper enim illi primam radicalem Jod mutant in Vau, & ultimam He in Jod, ut & Arabes) pro *comburere.* Matth. 3. 12. & 13. 40. & alibi. Hinc procul dubio יָעִים *palæ*, instrumentum altaris holocausti, quod in adusta ligna ingerebatur, quoque igniti cineres ab altari removebantur. Non gravatè ergo verto, *Et aduret grando refugium mendacii.* Nam præterquam quod grando per se urendi vim habeat, immiscetur plerumque tonitrui & fulguri. locus est illustris Exod. 9. ubi quum vers. 22. Deus grandinem tantum esset minatus, Mose virgam extendente, dicitur Deus *dedisse* קֹלוֹת וּבָרָד וַתִּהֲלַךְ אֵשׁ אַרְצָה *tonitrua & grandinem, & ibat ignis in terram.* tum vers. sequ. וַיְהִי בָרָד וְאֵשׁ מִתְלַקַּחַת בְּתוֹךְ הַבָּרָד, *Et fuit grando, & ignis intercipiebatur in medio grandinis.* quamobrem David quoque בָרָד & אֵשׁ *grandinem & ignem* conjungit Psal. 18. 13. & 148. 5.

VERS. 18. וְכֻפַּר בְּרִיתְכֶם אֶת מָוֶת. *Et abolebitur fœdus vestrum cum morte.* In lingua Syra ܟܦܪ כַּפַּר est *abstersit, purgavit, diluit, abolevit.* Hinc 1 Cor. 4. 13. pro περίψημα *ramento* dixit Syrus Interpres ܟܘܦܪܐ כּוּפָּרָא.

VERS. 26. & 27. וְיִסְּרוֹ לַמִּשְׁפָּט אֱלֹהָיו יוֹרֶנּוּ. Actum fuit præcedenti versu de agricola, qui non semper arat, sed ubi terram aptavit, conserit eam convenienti semine. hinc Junius versum hunc nostrum sic exponit, *Deinde colligat illud secundum eam rationem quam docet eum Deus ejus.* יָסַר voluit poni pro אָסַר *vincire, ligare.* quod usus non probat, nisi forte quod à יָסַר fiat nomen מוֹסְרוֹת *vincula*, quæ non tam à vinciendo dicta putem, quam quod iis homines castigentur & erudiantur. Alii, *Nam erudit eum de jure* (i. de eo quod convenit & oportet) *Deus ejus, & docet eum.* Id non rejicio: sed addo verti etiam posse, & fortasse rectè verti, *Et castigabit illud* (nempe quod satum fuerat) *pro jure* quod *Deus ejus docebit eum.* Quid hîc est castigare sementem? est triturare. & quod ejus jus seu recta ratio? utrumque docet versus sequens, *Nam non tribulâ triturabitur nigella, neque rota plaustri super cuminum vertetur, sed* בַּמַּטֶּה *virga* (baculo) *excutietur nigella, & cuminum* בַּשָּׁבֶט *baculo.* Id est, sicut in castigandis infantibus, jus, æquitas & ratio locum habet, neque enim sceptro ferreo, sed virga cædendi sunt, ita quoque in triturandis frugibus. nigellæ & cymino non adhibetur tribula aut plaustrum, sed virga, aut baculus quo è folliculis excutiantur. id verè est flagellare fruges, est יִסַּר castigare. addamus & versum sequentem ut totius loci sensus pateat, qui alioqui satis est obscurus. לֶחֶם יוּדָק כִּי לֹא לָנֶצַח אָדוֹשׁ יְדוּשֶׁנּוּ וְהָמַם גִּלְגַּל עֶגְלָתוֹ וּפָרָשָׁיו לֹא יְדֻקֶּנּוּ: Pagninus, Vulgatum fere secutus, vertit, *Panis comminuetur, sed non in perpetuum, triturando triturabit illum, nec conteret rota plaustri ejus, & dentibus illius non comminuet eum.* Optimè, meo judicio. sed quomodo sensum capiamus, indicandum, quia notæ in eam versionem sensum plane intervertisse videntur. Indicavit vers. præcedenti מִשְׁפָּט quo agricola utitur in trituranda nigella & cymino. jam ostendit quo מִשְׁפָּט utatur in triturando tritico. Certum est triticum comminui debere ut in panem vertatur. ideo potius vocabulo לֶחֶם usus est quam חִטָּה. quia non agit hîc de tritico qua tali, sed qua panis inde fit. necesse est, inquit, comminui, ut ad panem aptum sit. sed tamen agricola *non in perpetuum illud triturat, neque rota plaustri sui conterit, neque equis suis*

(sic enim vertere malo) *comminuit illud.* comminui quidem debet, sed non per triturationem, ibi enim in area periret. verum trituratum mola comminui debet. hoc quum sciat agricola, in triturando מִשְׁפָּט adhibet & prudentiam, quam rursus versu sequenti à Deo proficisci docet. nemo autem offendatur quod כִּי particula alioqui causalis, hîc reddatur per particulam adversativam *sed.* id enim & alibi sæpe fit, & ponitur pro כִּי אִם. ut Gen. 45. vers. 8. *Non vos misistis me huc,* כִּי הָאֱלֹהִים. *sed Deus.* Esa. 39. vers. 8. כִּי יִהְיֶה שָׁלוֹם וֶאֱמֶת בְּיָמָי׃ *sed sit pax & veritas in diebus meis.*

Cap. XXIX.

Vers. 10. אֶת הַנְּבִיאִים וְאֶת רָאשֵׁיכֶם הַחֹזִים כִּסָּה׃ *Prophetas & capita vestra videntes obtexit.* Prophetæ passim vocantur חֹזִים videntes. quare & hoc loco הַנְּבִיאִים וְהַחֹזִים Synonyma mihi sunt. unde & vers. 11. חָזוּת *visio* pro Prophetia ponitur. Syntaxis autem *Capita vestra videntes,* Appositio est. Sensus, Prophetas & videntes, qui capita vestra sunt, obtexit, scilicet, tenebrarum velamine.

Vers. 16. הַפְכְּכֶם אִם־כְּחֹמֶר הַיֹּצֵר יֵחָשֵׁב כִּי־יֹאמַר מַעֲשֶׂה לְעֹשֵׂהוּ לֹא עָשָׂנִי וְיֵצֶר אָמַר לְיֹצְרוֹ לֹא הֵבִין׃ Non dubito quin הַפְכְּכֶם sit nomen cum affixo. absque eo הֶפֶךְ *perversitas,* formæ מַלְכְּכֶם. neque sine causa notatur accentu zakeph, ad indicandum, subsistendum ibi pronunciatione, atque abrupta voce id efferendum. Deinde כְּחֹמֶר הַיֹּצֵר non puto esse duo substantiva, quorum posterius sit genitivi casus, ut reliquos interpretes explicuisse video: sed utrumque esse nominativum, & sic interpretor, *ô perversitatem vestram! an sicut lutum figulus reputabitur? quod dicet opus* (**dat het maecksel soude seggen**) *factori suo,* (vel de factore suo) *non fecit me? & figmentum dicat figulo suo,* (vel de figulo suo) *non intellexit?* Conquestus erat versu præcedenti, quod dixissent, *quis videt, & quis novit nos?* summam ait esse perversitatem: sic enim haberi Deum, ac si creatura esset, non aliter quam si figulus reputaretur tanquam lutum. lutum nihil facit, nec quicquam intelligit. quod si lutum neget se à figulo factum, eumque quicquam intelligere, וְנֶחְשַׁב הַיֹּצֵר כְּחֹמֶר, *reputatus est figulus tanquam lutum.*

Vers. 21. *Qui reum agunt hominem ob verbum, & redarguenti in porta laqueos tendunt,* וַיַּטּוּ בַתֹּהוּ צַדִּיק *& declinare faciunt in desertum justum.* Nempe, eo ipso quod redarguenti laqueos in porta tendunt, nec in urbem intrare, nisi cum vitæ discrimine, permittunt, cogunt justum ac innocentem declinare a portis ad deserta, ibique tanquam exules vagari.

Vers. 23. כִּי בִרְאוֹתוֹ יְלָדָיו מַעֲשֵׂה יָדַי בְּקִרְבּוֹ יַקְדִּישׁוּ שְׁמִי. Verti potest, *Nam vidente ipso, filii ejus, opus manuum mearum, in medio ejus sanctificabunt nomen meum.* sensus est, Intuente ipsa Ecclesiâ, filii Ecclesiæ quos ego edidi, in medio Ecclesiæ sanctificabunt nomen meum.

Cap. XXX.

Vers. 1. וְלִנְסֹךְ מַסֵּכָה וְלֹא רוּחִי. *Et fundendo fusionem, & non* est *spiritus meus.* id est, non est mea mens, non meus animus, non quadrat meæ sententiæ id quod agitant. *fundere fusionem* metaphoricè sumo cum Genevensibus pro *agitare consilia.* ut idem sit aliis verbis, quod dixerat prius לַעֲשׂוֹת עֵצָה.

Vers. 6. בְּאֶרֶץ צָרָה וְצוּקָה לָבִיא וָלַיִשׁ מֵהֶם׃ *In terram angustiæ & oppressionis, ex qua* est *immanis leo, & vetus leo, vipera & prester volans.* מֵהֶם intrepidè verto, *ex qua,* referoque ad præcedens אֶרֶץ. quod quamvis sit singulare fœmininum, quia tamen intelliguntur incolæ, rectè vertitur in affixum plur. mascul. quod & versu sequenti fit, in quem vide nostram observationem.

Vers. 7. וּמִצְרַיִם הֶבֶל וָרִיק יַעְזֹרוּ לָכֵן קָרָאתִי לָזֹאת רַהַב הֵם שָׁבֶת׃ Omnes, ni fallor, לָזֹאת referunt ad Hierosolymam. quamvis enim in hoc capite ejus mentio facta non sit, quia tamen de populo Judaico hîc agitur, cujus metropolis erat Jerusalem, insolens non est Hebræis pronomina & affixa ad id quod reipsa mente concipitur, potius quam ad id quod expressum fuit referre. Hinc רַהַב הֵם שָׁבֶת plerique vertunt, *robur eorum est quiescere* vel *manere.* ut sit pro רָהְבָּם, ipso pronomine posito pro affixo. quod quia durius est, Mercerus vertit, *fortitudo sunt manendo,* id est fortissimi sunt si maneant, longè fortiores quam si in Ægyptum auxilii quærendi gratia abeant. Eleganter sane. verum quia hîc de Ægypto agitur, & ea passim apud Prophetas vocatur רַהַב ob robur & superbiam, quid

quid si לָזֹאת referamus ad מִצְרַיִם & dicamus propter vanum juvandi studium eam jam à Deo vocari Rahab hem schaveth, id est *Rahab est cessatio.* i. Rahab sive Ægyptus nihil amplius potest, desiit, cessavit. שָׁבֶת potest tam referri ad שָׁבַת *cessavit, defecit,* quam ad יָשַׁב, ut in hunc ipsum locum observavit R. D. K. & quod attinet ad רַהַב הֵם, eadem phrasis est quæ in eodem hoc versu מִצְרַיִם יַעְזֹרוּ. quum enim nomine regionis intelligantur ejus incolæ, rectum est & usitatum, ut nomini regionis jungatur verbum, pronomen, affixum plur. num. mascul. gen. Totus ergo versus sic habebit. *Et Ægyptus in vanum & frustra auxiliabitur. propterea vocavi eam, Rahab, hem schaveth*, i. Rahab est cessatio. רַהַב pro Ægypto sumi vide Psal. 87.4. Esa. 51.9. qui autem hic רַהַב sumunt pro *robore*, & quidem in bonum, videant an id ullo exemplo probare queant. ubique enim, nisi fallor, in malum sumitur pro superbia & fastu qualis in robustis esse solet. unum רַהַב invenio in bonum Psal. 90. 10. ubi sumitur pro optimo, quod prævalet.

VERS. 11. *Recedite à via* הַטּוּ *declinare facite à semita, cessare facite à facie nostra sanctum Israëlis.* sicut הַשְׁבִּיתוּ ita & הַטּוּ refero ad קְדוֹשׁ יִשְׂרָאֵל. Ut sensus sit, Vos Prophetæ recedite à via, & una vobiscum abducite ab eâdem via sanctum Israëlis, ut cesset à facie nostra, neque amplius nobis occurrat, sed soli pro arbitrio in viis nostris incedamus.

VERS. 12. & 14. *Propterea erit vobis iniquitas hæc,* כְּפֶרֶץ נֹפֵל נִבְעֶה בְּחוֹמָה נִשְׂגָּבָה, *sicut ruptura cadens, extuberans in muro edito.* ruptura Metonymicè est pars muri quæ prima rumpitur. ruptura cadens est, ad casum se disponens, ad casum vergens seque inclinans, eâque inclinatione ventrem faciens & extuberantiam in muro, *cujus statim, repente veniet fractura.* Pergit deinde hujus muri ruinam augere & amplificare similitudine utris, versu sequenti, qui sic habet וּשְׁבָרָהּ כְּשֵׁבֶר נֵבֶל יוֹצְרִים כָּתוּת לֹא יַחְמֹל וְלֹא יִמָּצֵא בִמְכִתָּתוֹ חֶרֶשׂ. *Et qui frangetur, sicut frangitur uter figulorum, cui contundendo non parcitur, & in cujus contusione non invenitur testa.* Affixum fœm. in וּשְׁבָרָהּ referendum putem quò præcedenti versu referebatur שִׁבְרָהּ, nempe ad חוֹמָה. Affixum masc. בִמְכִתָּתוֹ referendum procul dubio ad נֵבֶל *utrem.* quod ex versionibus Pagnini & Junii colligi non potest. quò & referendum puto futurum יַחְמֹל, subintellecto אֲשֶׁר. שְׁבָרָהּ autem & יַחְמֹל non ad Deum refero, sed impersonaliter sumo, subintellecto אִישׁ, ex more Hebraismi. sensus est, sicut pars muri excelsi ad casum vergens, ventremque in eo faciens efficit ut brevi totus rumpatur, & ita quidem rumpatur, ut lagenæ fictili similis sit, cui non parcitur, sed quæ sic contunditur, ut ne testa quidem reliqua sit, qua ignis è foco colligatur, aut aqua è fossa, ita se habebit hæc vestra iniquitas, simile quid præstabit vobis. In fine additur, *ad hauriendam aquarum* מִגֶּבֶא *è fovea.* videtur *collectionem aquarum* significare. in lingua Æthiopica גבא est *colligere.* Matth. 13. 2. & alibi. גבואן *collecti, congregati,* Matth. 18. 20.

VERS. 17. אֶלֶף אֶחָד מִפְּנֵי גַּעֲרַת אֶחָד מִפְּנֵי גַּעֲרַת חֲמִשָּׁה תָּנֻסוּ׃. Junius אֶלֶף אֶחָד vertit *mille hominum.* propriè *mille unum*, constructione adjectivi & substantivi. quod Belgicè diceremus, **Een duysent uwer sal vlieden voor de bestraffinge van een / voor de bestraffinge van vijve.** Non rejicio. Quod si quis אֶחָד velit accipi in quarto casu, potest sine ulla ellipsi, ut regatur à תָּנֻסוּ, & vertatur, mille fugietis unum, ob increpationem quinque. Præfero tamen Junii sententiam. quia non arbitror נוס unquam cum Accus. construi, sed regere semper nomen interveniente מִפְּנֵי, ut & hoc loco fit.

VERS. 20. וְנָתַן לָכֶם אֲדֹנָי לֶחֶם צָר וּמַיִם לָחַץ וְלֹא יִכָּנֵף עוֹד מוֹרֶיךָ &c. Omnes fere exponunt, *dabit panem angustiæ, & aquas afflictionis.* quod mihi sane probari non potest. primo, quia ex antecedentibus & consequentibus patet, hic promissionem contineri. unde necesse habuerunt וְנָתַן vertere *dabit quidem*, & וְלֹא יִכָּנֵף *tamen non amovebitur.* Secundo, quia constructio Hebræa non patitur, ut מַיִם לָחַץ sit *aquæ afflictionis*, dicendum enim erat מֵי לָחַץ. Itaque aut cum Belgica nostra versione in צָר & לָחַץ subintelligerem ב *in*, ut passim solent Hebræi, & verterem, *Et dabit vobis Deus panem* in *angustia, & aquas* in *oppressione.* doctissimè sane. aut sic transferrem. *Et reddet vobis Deus panem angustiam, & aquas oppressionem,* **Ende de Heere sal u benautheydt tot broodt maecken / ende verdruckinge tot water.** Id est, tanta comitabitur vos benedictionis vis, ut ipsa angustia vobis cibo, & tribulatio potui sit futura. *reddet*

det angustiam panem, id est, ut panis loco vobis sit.

Vers. 27. בֹּעֵר אַפּוֹ וְכֹבֶד מַשָּׂאָה, *ardet ira ejus, & gravitas incendii*, i. & grave incendium. **Sijnen toorne is ontsteken/ ende eenen swaren brant.**

Vers. 32. וְהָיָה כֹּל מַעֲבַר מַטֵּה מוּסָדָה אֲשֶׁר יָנִיחַ יְהוָה עָלָיו בְּתֻפִּים וּבְכִנֹּרוֹת וּבְמִלְחֲמוֹת תְּנוּפָה נִלְחַם בָּהּ׃. Difficilis est hic versus. quique eum ita interpretantur, ut in omni loco ubi transitura sit virga, promittantur tympana & citharæ, non video quomodo cum præcedenti versu, & cum fine hujus ejusdem versus, & cum versu sequenti id aptè conciliare queant: cum ea omnino postulare videantur, ut hîc etiam minæ proponantur. Nos מַעֲבַר putamus esse Benoni Hiphil pro מַעֲבִיר aut מַעֲבַר, cujus plurale esset מַעֲבָרִים formæ מַהְלְמִים Jerem. 29. מְעֻוָּרִים 2 Paral. 28. מַהְלְכִים Zach. 3. 7. Et sic interpretamur, *Et erit, quicunque virgam fundatam, quam requiescere faciet Dominus super eum, transire fecerit tympanis & citharis, bellis agitationis oppugnabit eos.* Notarunt Mazorethæ pro בָּהּ hic legendum בָּם, quod non gravatè amplectimur. versu præcedenti dixerat, fore ut Deus Assyrium virga cæderet. quod si quis inquit virgam illam fundatam, quæ ob immutabilitatem decreti divini averruncari non potest, tympanis tamen & citharis avertere conetur, quod aulici solent & reges, frustra erit, Deus enim ejusmodi bellis tales homines oppugnabit, quibus vel maxime agitandi sint. Nam, inquit versu sequenti, etiam Regi paratum est Tophet. Quod si quis omnino בָּהּ secundum כתיב retinere velit, & מַעֲבַר pro nomine habere, sic vertat, *Et erit omnis regio per quam virga fundata, quam requiescere faciet Dominus super eum* (Assyrium) *transierit cum tympanis & citharis, bellis agitationis oppugnabit eam* (regionem.) sic כֹּל מַעֲבַר מַטֵּה est *omnis regio ubi transierit virga.* sensus idem fere cum præcedenti, si quæ regio virgam illam quæ cum dolore & pœnitentia excipi debebat, exceperit cum tympanis & luxu, oppugnabit eam &c. Vel hoc modo, *Et erit in quamcunque regionem transierit virga fundata, quam requiescere faciet Dominus super eum, cum tympanis & citharis, & bellis agitationis pugnabit adversus eam.* Id est, non evadet Assyrius virgam, quâ versu præcedenti dixerat Deum eum percussurum. faciet Deus virgam istam requiescere super eum: sic ut in quamcunque regionem fundata illa virga sit transitura, Deus cum tympanis & citharis & bellis agitationis adversus eam sit pugnaturus, id est, læto admodum bello, tanquam si convivium aliquod esset instituturus, ubi citharis & tympanis exhilarandus esset animus.

Cap. XXXI.

Vers. 2. וְגַם הוּא חָכָם. *Tamen ipse est sapiens.* sensus est, quamvis illi ad Deum respicere non sint dignati, tamen ipse est sapiens. וְגַם *& etiam*, id est tamen.

Vers. 4. אֲשֶׁר יִקָּרֵא עָלָיו מְלֹא רֹעִים. Verti solet, *contra quem vocatur multitudo pastorum*, ad verbum *plenitudo pastorum*, id est, quotquot ibi pastores adsunt. atque ita Belgicè vertendum censeo, **tegen den welcken t'samen geroepen wort al watter voor herders ontrent zijn.** vide quæ de hac phrasi pluribus annotavimus ad Genes. 48. vers. 19.

Vers. 5. כְּצִפֳּרִים עָפוֹת כֵּן יָגֵן יי צְבָאוֹת עַל יְרוּשָׁלִַם גָּנוֹן וְהִצִּיל פָּסֹחַ וְהִמְלִיט׃. Conjungo inter se ex more Hebraismi יָגֵן גָּנוֹן. Itaque neglectui habeo accentum Athnah in יְרוּשָׁלִַם, qui non ad sensum distinguendum est adhibitus, sed cantus gratia, quia inter יָגֵן & גָּנוֹן magna erat verborum interpositio. Verto itaque, *Sicut aves volant, sic proteget Dominus exercituum Jerusalem protegendo, & liberabit transeundo, & servabit.*

Cap. XXXII.

Vers. 5. לֹא יִקָּרֵא עוֹד לְנָבָל נָדִיב וּלְכִילַי לֹא יֵאָמֵר שׁוֹעַ׃. Verto, *Non vocabitur amplius stultus, princeps: neque avarus dicetur nobilis:* sensus est; Quando corruptum regni statum in populo meo restaurabo, non nisi idoneos ad clavum Reipublicæ adhibebo, non continget amplius stulto iste honos, ut princeps vocetur: neque avaro, ut nobilis dicatur. id longè melius cum præcedentibus convenire videtur, quam si נדיב *munificus*, & שׁוֹעַ *liberalis* vertatur. sed & cum sequentibus: ubi stulti indoles ac mores sic describuntur, vers. 6. & avari, vers. 7. ut ambos ad magistratum gerendum, jusque dicendum ineptissimos esse appareat. שׁוֹעַ pro *nobili* etiam sumitur Job. 34. 19. & שׁוּעַ pro *nobilitate*, Job. 36. vers. 19. nec alibi reperitur, nisi pro *clamore*. R. Joseph Aben

Aben Jachia in præfatione ad Danielem dicit se esse משועי יהודה הרודים בעם גלות *ex nobilissimis Jehudæ qui dominentur in exulem populum.*

VERS. 7. וְכֵלַי כֵּלָיו רָעִים הוּא זִמּוֹת יָעָץ לְחַבֵּל עֲנִיִּים בְּאִמְרֵי שֶׁקֶר וּבְדַבֵּר אֶבְיוֹן מִשְׁפָּט׃ Non displicet interpretatio Genevensium, quæ & Junii. Addo solummodo, sic etiam verti posse posteriorem versus partem, *ad corrumpendum afflictos verbis mendacii, &, quum loquitur pauper, jus.* ut מִשְׁפָּט referatur ad לְחַבֵּל, & sensus sit, avarum ad verba pauperis non attendere, quæ pro sui defensione profert, sed quicquid tandem pauper dicat, eum jus pervertere. Belgicè sic verterem, **Alle het werck-tuygh des gierigaerts is quaet. hy neemt schelmische raetslaghen/ om de ellendige te bederven met valsche woorden/ ende het recht als de arme spreeckt.**

VERS. 8. וְנָדִיב נְדִיבוֹת יָעָץ וְהוּא עַל נְדִיבוֹת יָקוּם. Verto, *At Princeps benefica consilia inibit: atque ipse propter beneficentias stabit.* id est, Princeps quem daturus sum populo meo, quique Principis nomen merebitur, benefica consilia inibit. quocirca everti non poterit, sed immotus firmusque consistet, quia bene de aliis meritus fuerit.

VERS. 10. יָמִים עַל שָׁנָה. Verto cum Genevensibus, *intra annum & dies aliquot.* ad verbum, diebus supra annum. intelligo de Assyrio, de quo infra c. 37. qui paulo post vastavit Judæam.

VERS. 12. עַל שָׁדַיִם סוֹפְדִים. potest etiam verti, *Ob ubera plangentia.* sicut Oseæ. 9. 14. שָׁדַיִם צֹמְקִים *ubera arentia.* alii סוֹפְדִים vertunt *plangunt.*

VERS. 13. עַל אַדְמַת עַמִּי קוֹץ שָׁמִיר תַּעֲלֶה כִּי עַל כָּל בָּתֵּי מָשׂוֹשׂ קִרְיָה עַלִּיזָה׃ In posteriore versus membro non video cur variis interpretationibus se torserint interpretes, quum ipsa verba, ut jacent, liquidum satis sensum præ se ferant. hoc modo, *super terram populi mei spina, sentis ascendet. quia propter omnes domos gaudii civitas exultabunda est.* q. d. ferre diutius non potest Deus hujus civitatis luxum & petulantiam. Omnes domus plenæ sunt gaudio, hinc tota civitas exultabunda. hæc desolationis causa erit, quæ spinas & sentes proferat.

VERS. 15. *Donec effundatur super nos Spiritus ex alto, sitque* desertum לְכַרְמֶל *in arvum,* וְכַרְמֶל לַיַּעַר יֵחָשֵׁב verti solet, *& arvum pro sylva reputetur.* quæ verba, quia restaurationem Ecclesiæ necessario comprehendere debent, Junius prius כַּרְמֶל accepit in bonum, pro agro exculto fructum ferente Domino: alterum כַּרְמֶל in malum, pro impio elato, qui prius videbatur excultissimus, sed jam in horridam sylvam mutandus. In notis autem Vatabli כַּרְמֶל quidem utrobique eodem modo accipitur, sed יַעַר in bonum accipitur pro sylva pomifera & horto amœnissimo, qui vel feracissimum agrum superet. Utraque interpretatio coacta videtur. Dispiciant itaque eruditi, an non ל in לַיַּעַר possit esse tertii casus, ac verti, *Et arvum sylvæ reputabitur.* eâdem phrasi ac sensu cum vers. 5. לֹא יִקָּרֵא עוֹד לְנָבָל נָדִיב *non vocabitur amplius stulto ingenuus,* וּלְכִילַי לֹא יֵאָמֵר שׁוֹעַ *& avaro non dicetur liberalis,* Id est, stultus non vocabitur amplius ingenuus, neque avarus dicetur liberalis. ita hoc loco, *Et arvum sylvæ reputabitur,* id est, Sylva reputabitur arvum. sic ut לַיַּעַר subjectum enunciationis denotet, כַּרְמֶל prædicatum: sitque idem quod aliis verbis in priori membro dixit, *Erit desertum in arvum.* Nec obstat, quod elegantior videatur futura fuisse oratio, si non repetivisset vocem כַּרְמֶל, sed & pro eâ aliam substituisset. idem enim factum videmus mox infra vers. 17. וְהָיָה מַעֲשֵׂה הַצְּדָקָה שָׁלוֹם וַעֲבֹדַת הַצְּדָקָה הַשְׁקֵט ubi in posteriori membro repetitur הַצְּדָקָה, mutatur autem מַעֲשֵׂה in עֲבֹדַת, & שָׁלוֹם in הַשְׁקֵט, eodem plane in utroque membro sensu.

VERS. 19. וּבָרַד בְּרֶדֶת הַיָּעַר וּבַשִּׁפְלָה תִּשְׁפַּל הָעִיר׃ Difficillimus hîc est locus, quem qui illustrare vel conatur, laudem meretur. De eo hæc nostra est sententia. Eodem spectare hunc versum, quo & præcedentes & sequentem. ad demonstrandum scilicet, sub regno Messiæ ita prorsus immutandam esse omnium rerum faciem, ut novus plane videatur orbis. Dixit versibus 15. 16. 17. 18. deserta & sylvas in arva mutatum iri. Nihil amplius fore vastum, nihil horrendum, nihil periculosum populo Dei. His subjungitur vers. 19. quem sic ad verbum transfero, *Et grandinabit in imo sylvæ, & in planitiem humiliabitur civitas.* Sensus est, ita tum omnia erunt tuta & innocua, ut nullus amplius sylvarum & civitatum usus sit futurus. Sylvæ securitatem

præ-

præstant à grandine & similibus, ut nive & pluvia, quia densitate implexorum ramorum grandinem summitate sua excipiunt, & eos qui in imo sunt, illæsos reddunt. Civitates similiter securitatem præstant à latrociniis, quia muris ædificiisque elevatæ præsidio iis sunt qui intro latent. At tum nihil his erit opus. quia omnia adeo erunt secura, ut ipsæ sylvæ detectæ & denudatæ in imo suo grandinem sint excepturæ, & civitates in planiciem redigendæ, sine ullo securitatis detrimento. רֶדֶת *descensus* pro *imo* rectè sumitur. sicut enim יָרַד *descendit*, & עָלָה *adscendit* opponuntur, sic & מַעֲלָה *ascensus* & רֶדֶת *descensus*. sicut ergo מַעֲלָה passim sumitur pro *loco superiori*, ut Nehem. 12. 37. 1 Sam. 9. 11. sic & רֶדֶת pro *loco inferiori*. Quod si quis רֶדֶת accipere velit pro *dejectione* passive sumptâ, ut Deut. 28, 52. vertere poterit, *Et grandinabit pro dejectione sylvæ*, id est, ut dejiciatur sylva Sensus est, quia nullus amplius tum sylvæ usus, grandine dejicietur ea, & simul in planiciem redigetur civitas.

VERS. 20. אַשְׁרֵיכֶם זֹרְעֵי עַל־כָּל־מָיִם מְשַׁלְּחֵי רֶגֶל הַשּׁוֹר וְהַחֲמוֹר׃ Quæ non verto cum Pagnino, *Beati qui seritis super omnem locum aquosum, & immittitis pedem bovis & Asini in agrum vestrum.* non laudo quod מַיִם verterit *locum aquosum*. nec quod addiderit, *in agrum vestrum*. Neque cum Junio verto, *O vos beatos qui seritis secundum omnes aquas*, id est, inquit, in locis irriguis. Sed ad verbum transfero, *Beati vos qui seritis super omnes aquas: qui eò immittitis pedem bovis & asini.* Sensus est, Etsi jam maria, flumina, paludes & stagna inepta sunt & frugum sationi, & jumentorum pastioni, ita tamen rerum omnium facies sub regno Messiæ in melius mutabitur, ut beati futuri sint qui super quasvis aquas severint, & in quasvis aquas boves agnosque pastum immiserint.

CAP. XXXIII.

VERS. 2. *Domine, miserere nostri, te expectavimus:* הֱיֵה זְרֹעָם לַבְּקָרִים *esto brachium eorum in matutinis, etiam salus nostra in tempore angustiæ.* Dura est Enallage personæ in זְרֹעָם, quod affixum tertiæ personæ collocetur inter duo aff. primæ personæ. Vulgatus itaque ad tollendam duritiem. mutavit & illud in primam, *Esto brachium nostrum* (זְרֹעֵנוּ) *in mane.* Junius retenta Enallage sensum esse dicit, Ecclesiam pro singulis precari, & singulos pro Ecclesia tota. Quod simplicius, meo judicio, est expositione Genevensium, qui hæc acceperunt, quasi scriptum esset הֱיֵה אַתָּ אֲשֶׁר הָיִיתָ זְרֹעָם *sis tu, qui fuisti brachium horum mane, etiam salus nostra*, &c. Horum, id est vel priscorum fidelium, vel eorum qui nos oppresserunt. Disquirant eruditi, an non in hoc versu Ecclesia istius temporis precetur pro se, & pro futura Ecclesiâ Novi Testamenti, quæ præcedenti capite à vers. 25. ad finem usque descripta fuit. Pro se, *Domine, miserere nostri te expectavimus.* Pro Ecclesia N. Test. *Sis brachium eorum singulo mane.* At non tantum eorum, verum *etiam salus nostra in tempore angustiæ.* ibi rursus pro se. Lxx. verterunt, ἐγενήθη τὸ σπέρμα τῶν ἀπειθούντων εἰς ἀπώλειαν. videntur legisse, הָיָה זַרְעָם לַבְּקָרִים ad verbum, *fuit semen eorum* (improborum) *bobus*, nempe traditum bobus conculcandum, adeoque in interitum. quod plane est ἄτοπον.

VERS. 4. וְאֻסַּף שְׁלַלְכֶם אֹסֶף הֶחָסִיל כְּמַשַּׁק גֵּבִים שֹׁקֵק בּוֹ׃ Junius vult esse Apostrophen gratulatoriam ad pios. Prætero Genevenses, qui volunt esse minatoriam ad impios populos, de quibus vers. præcedenti. Et quamvis non displiceat ipsorum interpretatio, discutiendum tamen propono, an non rectius vertatur, *Et perdetur spolium vestrum, sicut perdit bruchus, & sicut discursitant locustæ, discursitabitur* (impersonaliter, subintellecto אִישׁ, aut *discursabit* hostis) *in illud.* אָסַף *colligere* sæpe est *auferre, perdere.* ut Gen. 30. 23. Psal. 26. 9. Soph. 1. 2. Jer. 18. 13. אֹסֶף *collectio, ablatio, perditio* videtur activè dici de brucho, sicut מַשַּׁק *discursitatio* de locustis. Aut sic, *Et perdetur spolium vestrum perditione bruchi, quasi discursitatio locustarum discursaret per illud.* Id est, momento absumetur spolium vestrum, sicut à bruchis & locustis momento solet omnis viror.

VERS. 11. תַּהֲרוּ חֲשַׁשׁ תֵּלְדוּ קַשׁ. *Concipietis stramen, parietis stipulam.* idem fere חשש & קַשׁ. utrumque quisquilias, stipulam, significat. & sicut קַשׁ est à radice קשש *quæsivit, inquisivit, scrutatus est*, ita in lingua Æthiopica חשש est *quærere.* vide Matth. 7. 7, 8.

VERS. 14. מִי יָגוּר לָנוּ אֵשׁ אוֹכֵלָה מִי יָגוּר לָנוּ מוֹקְדֵי עוֹלָם Subintelligunt Interpretes

ante

ante אִשׁ & מוֹקְדֵי particulam עִם *cum*. Non videtur necesse, si sic distinguas. *Quis commorabitur nostrum? ignis devorat. quis commorabitur nostrum? ardores æterni* sunt. Belgicè, **Wie van ons sal blijven woonen? een vier verteert daer. Wie van ons sal blijven woonen? daer zijn eeuwige gloeden.**

Vers. 16. מְצָדוֹת סְלָעִים מִשְׂגַּבּוֹ. Vertunt per regimen Genitivi, *arces petrarum altitudo ejus* id מְצָדוֹת forma constructa dicendum erat. Malim ergo per asyndeton, *arces, petræ sublimitas ejus.*

Vers. 19. אֶת עַם נוֹעָז לֹא תִרְאֶה. Vertunt Nostri, *populum fortem non videbis*. Nusquam amplius occurrit נוֹעָז, nec thema ejus יָעַז. itaque ex conjectura volunt synonymum esse affini עָז *fortis*. In Vulgato Latino Interprete legitur *Populum imprudentem non videbis.* Suspicor legendum esse *impudentem.* Hebræis enim עַז פָּנִים *fortis facie* est impudens. Nihil tamen horum loco huic quadrare videtur. exponitur verbis sequentibus, quis hîc populus intelligatur, nempe עַם עִמְקֵי שָׂפָה מִשְּׁמֹעַ *populus profundioris labii quam ut intelligatur*, נִלְעַג לָשׁוֹן אֵין בִּינָה, *peregrinus linguâ, non intellectâ.* idem mihi hîc est עַם נוֹעָז, pro עַם לוֹעֵז *populus barbarus*, exotici sermonis, permutatis literis ל & נ, lingualibus, adeoque ejusdem organi & facile permutabilibus. hinc apud Danielem & Esdram est לֶהֱוֵא, לֶהֱוֹן, לֶהֶוְיָן, pro futuris נֶהֱוֵא, נֶהֱוֹן, נֶהֶוְיָן. pro אַלְמָנָה *vidua*, Chaldaicè est אַרְמְלָה. à נְתַן dedit, Syriacè נֶתֵּל *dabit*, sic indifferenter in Scriptura usurpantur לִשְׁכָּה & נִשְׁכָּה *cubiculum.* לְשָׁכוֹת & נְשָׁכוֹת *cubicula.* In Targum, נִדְנָה & לִדְנָה *vagina.*

Vers. 20. אֹהֶל לֹא יִצְעָן *Tabernaculum quod non transferetur.* Nusquam hoc verbum alibi extat. nec Lingua Arabica, Syriacave, quod sciam, subsidii aliquid adferunt. Adfert Lingua Æthiopica, ubi verbum צען usurpatur pro Hebræo רכב *vehi*, diciturque de Christo asina vecto Mat. 21. 7. Marc. 11. 2. 7. Hinc ergo rectè vertitur, *Tabernaculum quod non avehetur*, quod nunquam jumentis imponetur, ut aliò transferatur. ea enim erat tentoriorum ratio, ut facile collecta & comportata jumentis imponerentur & aveherentur.

Vers. 21. כִּי אִם שָׁם אַדִּיר יְהוָה לָנוּ מְקוֹם נְהָרִים Pagninus & Junius hæc ita distinxerunt, ut אַדִּיר sit descriptio subjecti enunciationis, prædicatum sit מְקוֹם. At eo sensu neque לָנוּ debebat habere zakeph, quo distingueretur à sequentibus, neque adjectivum אַדִּיר collocari ante suum substantivum יְהוָה, sed post illud. situs ex more Hebraismi postulat, ut אַדִּיר constituat prædicatum, יְהוָה subjectum. tum rursus מְקוֹם alterum prædicatum ejusdem subjecti. quod rectè animadverterunt Vulgatus & Genevenses. Verto ergo, *Verum ibi magnificus est Iehova nobis*, velut *locus fluviorum, rivorum latorum spaciis, per quem non ibit* &c.

Vers. 23. נִטְּשׁוּ חֲבָלָיִךְ בַּל יְחַזְּקוּ כֵן תָּרְנָם בַּל פָּרְשׂוּ נֵס אָז חֻלַּק עַד־שָׁלָל מַרְבֶּה פִּסְחִים בָּזְזוּ בַז׃ Etsi non displiceat hîc Junius, non pigebit tamen hanc etiam nostram addere interpretationem. *relicti sunt dolores tui. non roborabunt basin mali sui, non expandent vexillum. tum dividetur præda spolii multi*, (vel *tum partitio fiet usque ad spolium multum*) *claudi prædabuntur prædam.* In bello malus terræ infigi solebat, eique vexillum appendi, unde hæc duo etiam junguntur Esa. 30, 17. Sensus est, non est quod doleas, ô Ecclesia, relicti sunt dolores tui: quod Belgicè significanter dicimus, **Uwe droefheden syn achtergelaten.** Nam etsi bellum in te moveant hostes, non permittet ipsis Deus, ut vel basin mali sui firmare possint, in eoque vexillum expandere. sed simulac in te proficiscentur, jam tum tanquam de victis spolia opima distribuentur, quorum & claudi participes futuri.

Cap. XXXIV.

Vers. 4. כִּנְבֹל עָלֶה מִגֶּפֶן וּכְנֹבֶלֶת מִתְּאֵנָה׃. Lxx. Vulgatus, Pagninus & Genevenses referunt נֹבֶלֶת ad עָלֶה. ut sensus sit, *sicut defluunt folia de vite, & sicut defluunt* folia *de ficu.* Junius maluit ad deciduum fructum referre, quam ad folium. Nos generalius existimamus sive ad folium sive ad fructum referri posse. nam fœmininum Hebræorum respondet Latinorum neutro. itaque נֹבֶלֶת est *deciduum, id quod decidit*, quicquid tandem sit. Verto, *sicut defluit folium de vite, & sicut quod defluit de ficu.* non pertinere autem hoc ad diem generalis & universalis judicii, sed specialis in Edomæos exercendi,

ut & Apoc. 6. 12, 13, 14. in Romanos exercendi, rectè docet Doctiss. Medus, commentationum Apocal. parte I. de sigillis. p. 38.

Vers. 12. :חֹרֶיהָ וְאֵין שָׁם מְלוּכָה יִקְרָאוּ·

Variis hujus loci interpretationibus etiam hanc addo. *Nobiles ejus, quum nullum ibi sit regnum invocabunt.* Id est, nobiles, ubi viderint regnum penitus interiisse, clamabunt ut id denuo erigatur. Belgicè optime, **Sy sullen om een Koninckrijck roepen.** ut nempe & ipsi sub Rege in loco aliquo & pretio esse possint. Sed frustra. nam *omnes principes ejus erunt nihil.* particulam vau pro *quum* usitatam esse probatione non eget.

Vers. 16. :כִּי פִי הוּא צִוָּה וְרוּחוֹ הוּא קִבְּצָן·

Verto, *Nam os meum ipsum præcepit, & spiritus ejus ipse collegit ea.* pleonasmus est Hebraicus, quem Belgicè quoque ex vulgari usu usurpamus, **want mijnen mondt die heeft het geboden / ende sijnen geest die heeft die dingen vergadert.** ut hîc particula **die** redundat, sic & ibi הוא estque merè emphaticum. quo Syris nihil est usitatius. vide Gram. nostræ Syr. p. 137.

Cap. XXXV.

Vers. 7. וְהָיָה הַשָּׁרָב לַאֲגַם וְצִמָּאוֹן לְמַבּוּעֵי מָיִם בִּנְוֵה תַנִּים רִבְצָהּ חָצִיר לְקָנֶה וָגֹמֶא:

Difficillimus est hic versus, ob posterius membrum. difficultas autem maximè oritur ex רִבְצָהּ. quò enim pertinebit illud affixum? plerique referunt ad תַּנִּים quod proximè antecedit. quod ab analogia Grammatices maximè alienum, quum alterum sit plur. masculinum, alterum singulare fœmininum. nisi singularem numerum dicamus distributionem indicare: fœmininum autem genus rectè usurpari, quia de bestia agitur. prout & v. 9. mascul. genus & fœm. de bestiis confunduntur. Ego tamen affixum hoc non pertinere arbitror ad id quod in hoc versu verbotenus expressum est, sed more Hebræis usitatissimo, ad id quod in reipsa mente continetur. nemo autem negabit, quin שָׁרָב *æstus*, hic metonymicè significet *terram siccam*: similiter צִמָּאוֹן *sitis*, *terram siticulosam*. ad eam terram pertinet affixum. Itaque sic verto, *Et erit terra sicca in stagnum & terra siticulosa, in scaturigines aquarum: cujus accubitus erat pro habitaculo draconum*, erit *atrium calamo & junco.* Id est, quæ terra non alium habebat usum quam ut cubationem præberet draconibus, iisque pro habitaculo esset, illa vertetur in amœnum pratum, & quasi in atrium calamo & junco consitum, vel in locum irriguum: calamus enim & juncus non nisi in locis irriguis & pinguioribus crescunt. Penitius tamen ad rem attendens, malo vertere, *In habitaculo draconum, in cubili cujusque eorum, gramen erit in arundinem & juncum.* sic Junius. Scopus est docere, nusquam defuturas fidelibus aquas. in hoc dixerat, fore ut erumperent aquæ in deserto, & torrentes in campestri. & esset terra arida in stagnum, & sitiens in scaturigines aquarum. jam pergit idem probare, quia etiam draconum pascua, ubi tum herba erat, & gramen, in stagnum verterentur, ubi arundines crescerent & junci. Considerent eruditi, an non affixum in רִבְצָהּ referri possit ad Ecclesiam, de cujus restitutione hic agitur, quæque in mente Prophetæ erat. ut ad verbum sit, *In habitaculo draconum* erit *accubitus ejus*, in *atrio arundinis & junci.* sic חציר sumitur supra c. 34. 13. ubi etiam præcedit נְוֵה תַנִּים. habitaculum certe draconum est locus arundinibus & juncis refertus. ibi, inquit cubabit Ecclesia.

Vers. 8. לֹא יַעַבְרֶנּוּ טָמֵא וְהוּא לָמוֹ הֹלֵךְ דֶּרֶךְ וֶאֱוִילִים לֹא יִתְעוּ: Multum torserunt se Interpretes propter illud Athnach in לָמוֹ. cujus si ratio non habeatur, sensus videtur planus ac facilis. hoc modo: *Non transibit eam immundus, sed ipse illis ambulator viæ* (i. comes erit) *& stulti non aberrabunt.* quia nempe ipsum Deum comitem viæ sunt habituri.

Cap. XXXVI.

Vers. 5. אָמַרְתִּי אַךְ דְּבַר שְׂפָתַיִם עֵצָה וּגְבוּרָה לַמִּלְחָמָה: Pro cæteris placet hîc Junius. quia ejus interpretatio optimè quadrat cum 2 Reg. 18. 20. ubi pro אָמַרְתִּי legitur אָמַרְתָּ. Autor libri Halichot Olam, causam daturus cur in recensendo sapientum Rabbinorumque catalogo, distinguendisque eorum gradibus brevis esse cupiat, sententiam hanc addit, quæ illustrando huic loco facere potest, כי בענין הפשוט דבר שפתים אך למחסור *quia in re simplici* (vel clara) *verbum labiorum* (i. multus ac futilis sermo) *tantum est ad indigentiam.*

Cap. XXXVII.

Vers. 21. *Sic dicit Dominus Deus Israëlis*, אֲשֶׁר הִתְפַּלַּלְתָּ אֵלַי. non malè quidam sumunt אֲשֶׁר pro כִּי ὅτι *quod.* quasi dicas, quod

attinet ad id quod precatus es ad me. Moneo tamen, verti etiam posse, *ad quem precatus es contra* (vel de. אֶל enim ponitur pro עַל, quod est *contra* & *de* ut & Jer. 40. 16. אֶל יִשְׁמָעֵאל *de Ismaële.*) *Sancherib.* Sic enim usitatum est Hebræis, ut quando אֲשֶׁר in obliquo casu pertinet ad primam personam quæ loquitur, sequatur affixum primæ personæ. Sic Esa. 49. 23. אֲנִי יְהוָה אֲשֶׁר לֹא יֵבֹשׁוּ קֹוָי, *Ego sum Dominus, quem qui expectant, non pudefient.* sic cum אֲשֶׁר in obliquo casu pertinet ad secundam personam quam alloquuntur, affixum sequitur secundæ personæ Esa. 49. vers. 3. *Servus meus tu es Israël,* אֲשֶׁר בְּךָ אֶתְפָּאָר *in quo gloriabor.*

VERS. 26. הֲלֹא שָׁמַעְתָּ לְמֵרָחוֹק אוֹתָהּ עָשִׂיתִי מִימֵי קֶדֶם וִיצַרְתִּיהָ עַתָּה הֲבֵאתִיהָ וּתְהִי לְהַשְׁאוֹת גַּלִּים נִצִּים עָרִים בְּצֻרוֹת׃ Locum hunc difficilem sic verto. *An non audivisti, me à longinquo tempore id paraße, & ab antiquis diebus illud formasse? Nunc adduxi illud, & fit: desolare* (quòd desolem) *in acervos desolatos civitates munitas.* Sensus est, Quod desolentur civitates munitæ, & in acervos redigantur, perperam tu id tibi arrogas. Ego jam pridem id ita paravi & formavi meo decreto, & meis prædictionibus ac minis. & prout formaveram, ita reipsa adduxi, & jam fit. sic verto וּתְהִי. eamque distinctionem confirmat appositus accentus Reviah. porro עָשָׂה pro *parare, aptare, disponere* sæpe usurpari, ex Lexicis discere potest qui ignorat.

VERS. 27. וּשְׁדֵמָה לִפְנֵי קָמָה׃. 2 Reg. 19. 26. legitur וּשְׁדֵפָה *& uredo*, ager uredine tactus. Hinc Hebræi nostrique volunt idem hoc loco esse שְׁדֵמָה quod שְׁדֵפָה aut שְׁרֵפָה. licet nusquam alibi ita usurpetur, sed semper pro agro sativo, pro arvo vitibus aut segete consito. Non video cur non & hoc loco simpliciter vertamus, *Et sicut arvum ante segetem*, id est antequam segetem ferat. cum enim usus arvi ejusque ornamentum sit seges, inutile sane est, tristemque faciem præ se fert, quum in segetem adolescere nequit. causa autem cur nequeat, adfertur in libro Regum, quia nempe est uredine tactum. inde non sequitur, idem esse שְׁדֵמָה quod שְׁדֵפָה.

CAP. XXXVIII.

VERS. 13. שִׁוִּיתִי עַד בֹּקֶר. *Constitui usque ad mane*, supple, vivere. vel, *æquavi usque ad mane*, supple vitæ meæ durationem. id est, statui posse me exactè supervivere usque ad mane, non diutius. Lego autem hæc verba per modum interrogationis. *Constitui vivere usque ad mane? tanquam leo confringes omnia oßa mea.* quod Belgicè optimè exprimimus, **Heb ick het geset essen tot den morgenstont / hy sal als een Leeuw alle myne gebeenten verbreken.**

VERS. 16. אֲדֹנָי עֲלֵיהֶם יִחְיוּ וּלְכָל־בָּהֶן חַיֵּי רוּחִי וְתַחֲלִימֵנִי וְהַחֲיֵנִי׃. Locus est, si ullus, obscurissimus. in quo quum omnes conjectarint, meam quoque conjecturam nemo feret ægrè. sic verto, *Pro quibus Dominus est, vivent, & omnibus in illis rebus* (in illo statu) erit *vita spiritus mei. itaque sana me, & vivifica me.* אֲדֹנָי עֲלֵיהֶם pro אֲשֶׁר אֲדֹנָי עֲלֵיהֶם phrasi usitatissima, *pro quibus*, vel *supra quos Dominus est*, id est quorum protector Deus est, illi vivent. וּלְכָל־בָּהֶן *& omnibus in illis rebus*, vel *& omnibus* qui *in illis rebus* sunt, id est qui in eo statu sunt ut Deum pro se habeant, continget eadem vita quæ jam spiritui meo contingit. Itaque ut hoc pateat, ut in me omnes hujus rei documentum capiant, sana me & vivifica me. Experiamur aliter. עֲלֵיהֶם referri potest ad שְׁנוֹתַי versus præcedentis. dixerat, *Incedam leniter omnibus annis meis supra amaritudinem animæ meæ.* jam docet se non frustra id de annis suis confidere. Nam, *Dominus illis præest, vivent* (nempe anni mei,) *& omnibus* diebus *in illis* erit *vita spiritus mei*, id est omnibus diebus qui in illis meis annis restant concedetur vita animæ aut spiritus mei, ne uno quidem excepto. Nec quis durum existimet, in לְכָל subintelligere יָמִים. nihil usitatius est Hebræis, ubi de annis & mensibus agitur quod vel ex sola historia diluvii apud Mosem liquere potest.

VERS. 16. אֲדֹנָי עֲלֵיהֶם יִחְיוּ וּלְכָל־בָּהֶן חַיֵּי רוּחִי וְתַחֲלִימֵנִי וְהַחֲיֵנִי. In difficillimo hoc loco, quem præ cæteris bene videtur interpretatus doctiss. Junius, hanc quoque interpretationem expendendam damus: *Pro quibus Dominus est, vivent. itaque secundum omnia in quibus consistit vita spiritus mei, sana me, & vivifica me.* עֲלֵיהֶם pro אֲשֶׁר עֲלֵיהֶם. & בָּהֶן pro

אֲשֶׁר בָּהֵן ubi affixum fœminino genere pro neutro bene respondet τῷ לְכָל, quod ad res non ad personas relatum significat *omnia.* & cum sequenti בָּהֵן construi, ex Maccaph liquet. ad homines enim absolutè si referretur, וּלְכֹל scribendum fuisset.

VERS. 21. *Capiant massam ficuum,* וְיִמְרְחוּ עַל הַשְּׁחִין Vulgatus, *& cataplasmarent super vulnus.* Pagninus, *& alligent super ulcus.* Junius *& appingatur ulceri.* non invenitur alibi in sacris. sed per conjecturam deducunt ex nomine Lev. 21. 20. וּמְרוֹחַ אָשֶׁךְ *& contusus testiculis.* unde ad verbum vertunt, *& contundant super ulcus,* id est contusam applicent. verum in lingua Arabica usitatum est مرخ מרח pro *inungere, fricare.* Hinc rectè vertas, *& fricent super ulcus.* ut & מְרוֹחַ אָשֶׁךְ cui confricti & compressi sunt testiculi.

CAP. XL.

VERS. 6. *Omnis caro herba est,* וְכָל־חַסְדּוֹ כְּצִיץ הַשָּׂדֶה. *Et omnis excellentia ejus sicut flos agri.* חֶסֶד *excellentia.* LXX. rectè δόξα *gloria.* quod & secutus est Apostolus Petrus 1 Petr. 1. 24. huc pertinet illud Maymonidis in Commentario super Pirke Aboth, ההפלגה בדבר יקרא חסד תהיה ההפלגה ההיא בטוב או ברע: *Excellentia in aliqua re vocatur* חסד, *sive excellentia illa sit in bono sive in malo.* vide porro quæ observavimus ex eodem ad vocem חָסִיד Psal. 4. 4.

VERS. 10. הִנֵּה אֲדֹנָי יֱהֹוִה בְּחָזָק יָבוֹא וּזְרֹעוֹ מֹשְׁלָה לוֹ. *Ecce Dominus Jehovah fortis veniet, & brachium ejus dominatur ipsi* (vel sibi.) ב in בְּחָזָק pleonasticè nominativum designare arbitror. de quo vide plura ad Esa. 26. 4.

VERS. 20. &c. הַמְסֻכָּן תְּרוּמָה עֵץ לֹא יִרְקַב יִבְחָר. Junius & alii non pauci, *Qui ita pauper est, ut non habeat quod offerat, lignum non putrescens eliget.* at tum in forma regiminis scribendum erat הַמְסֻכַּן. alii תְּרוּמָה sumunt pro לִתְרוּמָה, & vertunt, *qui pauper est, ad oblationem lignum non putrescens eligit.* tum negligitur accentus Zakeph super תְּרוּמָה, ut non distinguat. nec nego id licere, quum res ita postulat. & fateor planam eam esse & perspicuam interpretationem. Sed quum verbum סכן periclitandi etiam significationem habeat Eccl. 10. 9. eaque significatione Rabbinis sit usitatissimum, apud quos hoc ipsum הַמְסֻכָּן usurpatur de eo qui in periculo versatur, & speciatim de ægro periclitante: considerent eruditi, an non & eo sensu hic locus commodè verti posset, *Qui in periculo versatur, oblationem* (supp. vovet). quam aposiopesin Belgicè etiam eleganter hic adhiberemus, **Is een in perijckel / een offerhande.** quomodo autem oblationem illam præstat? *lignum non putrescens seligit* &c.

CAP. XLI.

VERS. 2. מִי הֵעִיר מִמִּזְרָח צֶדֶק יִקְרָאֵהוּ לְרַגְלוֹ יִתֵּן לְפָנָיו גּוֹיִם וּמְלָכִים יַרְדְּ יִתֵּן כֶּעָפָר חַרְבּוֹ כְּקַשׁ נִדָּף קַשְׁתּוֹ: Variæ in hunc versum dantur interpretationes, præsertim in primam ejus partem. Plerique ad Abrahamum referunt, adeoque coguntur omnia illa futura quæ in hoc & sequenti versu occurrunt per præterita exponere. Malim ad Regem Persarum Cyrum referre, & tum sic verterem. *Quis suscitavit ab oriente eum quem justitia advocabit ad pedem ejus: dabit ante eum gentes,* &c. vel, *quem suscitabit ab Oriente? eum quem justitia advocabit ad pedem ejus, ante quem dabit* &c. ad pedem ejus, id est ad ministerium ejus, sc. Dei, & is dabit gentes coram eo. sequitur versu 3. יִרְדְּפֵם יַעֲבוֹר שָׁלוֹם אֹרַח בְּרַגְלָיו לֹא יָבוֹא: *persequetur eos, transibit in pace, viâ qua pedibus suis non iverit.* vel, *viam pedibus suis non insistet,* i. volare potius videbitur quam pedibus viam ire. non video cur hoc ad Cyrum referri nequeat, qui potentissimus, prosperrimus & velocissimus futurus esset. unde vers. 5. dicit fore ut Insulæ videant, & metuant, & extremitates terræ paveant. Deinde v. 6. & 7. ridet stolidam eorum idololatriam, quod adversus eum metum se mutuo sint adjuturi, & alter alteri animum additurus, ut idolum aliquod exstruatur quo protegantur. Existimo idem hic tractari quod intra cap. 46. ubi quum irrisisset idolorum vanitatem, opponit vers. 11. se esse קֹרֵא מִמִּזְרָח עַיִט מֵאֶרֶץ מֶרְחָק אִישׁ עֲצָתוֹ *qui vocat ex Oriente avem, ex terra longinqua virum consilii sui.* quod procul omni dubio ad Cyrum refertur, & hunc nostrum locum optime explicat. In utroque loco dicitur ex Oriente vocandus, nempe ex Persia, quæ Judææ vere Orientalis est. At Abraham vocatus ex Ur in Chaldæa, è septentrione potius advocatus est. quamobrem

brem Deus minaturus populo adventum Chaldæorum ſeu Babyloniorum dicit מִצָּפוֹן è ſeptentrione adventurum. Deinde, quid eſt quod vocandus ſit לְרַגְלוֹ *ad pedem ejus?* quod futurus ſit אִישׁ עֲצָתוֹ *vir conſilii ejus*, qui conſilium ejus ſit executurus. & quare אֹרַח בְּרַגְלָיו לֹא יָבוֹא *viam pedibus ſuis non inſiſtet?* quia futurus eſt עַיִט *avis*. Incidit in verſum 2. quem tractamus alia interpretatio. Nam ſi cum Junio מִי non interrogativè, ſed indefinitè vertere velimus, ſic licebit vertere, *Quem ſuſcitabit ex Oriente, juſtitiam vocabit ad pedes ejus*, propriè vocabit eam pleonaſticè ut ſæpe. ſenſus eſt, vocabit juſtitiam ut pedem ejus ſequatur, ut quocunque pergit, juſtitiam Dei exequatur. vel ſic, *Quem ſuſcitabit ex Oriente, juſtitiam vocabit eum ad pedem ſuum*, id eſt, hoc nomen ipſi indet, juſtitiam ad pedem ſuum, utpote cujus opera Deus ſit uſurus ad juſta ſua judicia exequenda. Omnia tamen ad Cyrum refero.

VERS. 4. מִי פָעַל וְעָשָׂה קֹרֵא הַדֹּרוֹת מֵרֹאשׁ אֲנִי יְהוָה רִאשׁוֹן וְאֶת־אַחֲרֹנִים אֲנִי־הוּא׃ Verſus hic quoque ſatis difficilis eſt apud Interpretes. nobis hoc modo ſatis planus videtur. *Quis operatus eſt, & fecit*, & *vocat generationes priſtinas? ego Dominus primus. & ſubſecuturus? ego idem.* Duæ ſunt generationum ſpecies, aliæ ſunt מֵרֹאשׁ *ab initio*, quæ ab initio fuerunt, priſtinæ. aliæ ſunt אַחֲרֹנִים poſteriores, poſt futuræ. utraſque, inquit Deus, ego & feci & voco ut mihi miniſtrent. Itaque ne miremini me jam de Cyro prædicere, quæ multa demum poſt ſecula, poſt multas generationes futura ſunt. ego enim etiam ultimas generationes jam jam voco. Belgice ad verbum ſic verto, **Wie heeft gewrocht ende gemaeckt / ende roept de eeuwen die van den beginne geweeſt zijn? ick de Heere de eerſte. ende die nae deſen zijn ſullen? ick de ſelve.**

VERS. 18. אֶפְתַּח עַל שְׁפָיִים נְהָרוֹת׃, Verto, *Aperiam in planiciebus fluvios*. quod ex more noſtri Prophetæ aliis verbis, ſed eodem ſenſu, ſtatim repetitur, *& in medio vallium fontes*. Cur שְׁפָיִים, quod alii loca excelſa vertunt, nos *planities*, *convalles* reddamus, vide in annotatis ad loca Num. 23. 3. Eſa. 49. 9. Jer. 4. 11. & alibi.

VERS. 26. מִי הִגִּיד מֵרֹאשׁ וְנֵדָעָה וּמִלְּפָנִים &c. וְנֹאמַר צַדִּיק. Lxx. צַדִּיק reddiderunt ἀληθῆ ἐστίν. vera ſunt. Jonathan קְשׁוֹט *veritas eſt*. id rectum puto. non tantum quia apud Arabes צַדִּיק *veracem* ſignificat, & ſubſtantivum צדק *veritatem*, ut & verbum צדק *vera dicere*, ſed quia paſſim in Scriptura, præſertim ubi de promiſſionibus Dei & remiſſione peccatorum agitur, צְדָקָה melius per *veritatis* quam per juſtitiæ notionem redditur. Hoc certe loco ſenſus omnino requirit ut vertamus, *Quis indicabit priſtina? cognoſcemus. & ea quæ fuerunt antehac? dicemus, verus eſt.* ſic malim certe, quam *juſtus eſt*. ita ſequente cap. v. 21. quum conqueſtus eſſet de cæcitate populi, addit יְהוָה חָפֵץ לְמַעַן צִדְקוֹ *Dominus delectatur eo propter juſtitiam ſuam*, id eſt propter veritatem ſuam, quia promiſſis fœderis ſui ſtare cupit. vide & infra cap. 45. 23.

VERS. 27. רִאשׁוֹן לְצִיּוֹן הִנֵּה הִנָּם וְלִירוּשָׁלַםִ מְבַשֵּׂר אֶתֵּן׃. Interpretes duas hic faciunt enunciationes, quarum primam duris ſatis ellipſibus ſupplent. Mihi videtur hic mera eſſe vocum tranſpoſitio, in hac lingua mirè elegans, ſed aliis linguis inimitabilis. Sic explico, *Primus ego dabo Sioni & Hieroſolymis lætè annunciantem ecce ecce illa.* Provocaverat omnes Gentium Deos, ut quæ futura ſunt prædicerent. quumque eos nihil tale poſſe gloriatus eſſet, Ego inquit, & ego primus dabo Sioni & Hieroſolymis qui lætum nuncium afferentes dicant, Ecce ecce illa, præſto ſunt quæ Deus prædixit.

CAP. XLII.

VERS. 3. פִּשְׁתָּה כֵהָה. *Linum contractum*, corrugatum, habetatem ſimile oculis ſenis, qui כהה dicuntur, quum eorum acies ita obtunditur, ut proſpicere amplius vix valeant. Lxx. reddiderunt λίνον καπνιζόμενον *linum fumigans*. Matthæus cap. 12. 20. τυφόμενον. quod rectè explicat Hezychius, τύφεσθαι, μαραίνεσθαι, ἡσυχῆ ἐκκαίεσθαι, χωρὶς φλογὸς καπνὸν εἶναι, *marceſcere, paululum exardere, ſine flamma fumum eſſe*. in lingua Æthiopica טפא eſt *extingui*. unde Matth. 3. 12. pro πυρὶ ἀσβέστῳ Interpres Æthiopicus habet באשת ואיישפא *igne qui non extinguetur*. idem apud Arabes eſt. טפי طفي. itaque λίνον τυφόμενον eſt quod nondum eſt extinctum, ſed jam extinguitur, ſive extinctioni proximum, quippe ſine flamma fumigans.

VERS. 22. וְהוּא עַם־בָּזוּז וְשָׁסוּי הָפֵחַ בַּחוּרִים כֻּלָּם׃. Variis in hunc locum interpretationibus addi-

 mus

mus חָפֵּחַ verti etiam posse *suspirare*. פּוּחַ enim & יָפֵּחַ sunt Synonyma, & significant *flare, sufflare, spirare, aspirare, suspirare.* Eo sensu verto, *Et ille populus deprædatus & spoliatus est: suspirant juvenes omnes.* vel *suspirant in cavernis omnes*, si ב in בַּחוּרִים dicamus hîc non esse radicale, sed præpositionem, ut quidam volunt. qui vero חָפֵּחַ sumunt pro *illaqueare*, à significatione nominis פַּח *laqueus*, necesse habent per Ellipsin subintelligere *hostes*, quia ea significatione in Hiphil transitivum est.

Cap. XLIV.

Vers. 6. אֲנִי רִאשׁוֹן. *Ego primus.* Id Hebræi in libro precum, sic enarrant, ראשון ואין ראשית לראשיתו, *Primus, neque datur principium principii ejus.* Rectè, modo rectè intelligatur. verum quia illi vafrè id opponunt divinitati Jesu Christi, quem Deum verum esse negant, quia non sit primus, sed secundus à patre, habeatque principum sui patrem, respondere visum est, non opponi apud Prophetam divinarum personarum unam alteri, sed Deum creaturis: in qua relatione non Pater tantum est primus, sed & Filius & Spiritus S. qui tres, sicut sunt unus Deus, sic unum constituit principium principii omnium rerum. Deinde, aliud esse Filium considerari in sua essentia absolutè qua Deus est, aliud comparatè ad Patrem qua filius est. priori modo Christus non minus primus est quam Pater, quia nullum habet essentiæ suæ principium. quum enim essentia Filii sit eadem numero cum essentia Patris & Spiritus S. non habet ea magis in Filio principium sui principii quam in Patre, sed ipsamet per se prima, & in tribus personis eadem, principium est omnium rerum. At posteriori modo principium habet à Patre, estque secundus ab eo, quia à Patre habet per generationem quod sit Filius, quod principium non est essentiæ, sed personæ, nec impedit quo minus ratione essentiæ sit cum Patre primus & ultimus, ut hoc ei tribuitur Apoc. 22. 13.

Vers. 14. לִכְרָת־לוֹ אֲרָזִים וַיִּקַּח תִּרְזָה וְאַלּוֹן וַיְאַמֶּץ לוֹ בַּעֲצֵי־יָעַר נָטַע אֹרֶן וְגֶשֶׁם יְגַדֵּל׃ Antehac aliquoties monuimus ל Infinitivi formare sæpe Gerundia in dum, & indicare rem aliquam faciendam esse. Ita & hîc sumo, adeoque verto, *Succidendæ ipsi sunt cedri, & capit cypressum & quercum, & roborat se inter arbores sylvæ* &c. Belgicè, **Hy moet hem selven gaen cederen af houwen / ende hy neemt eenen cypæsboom / ende een eyckenboom / ende verkloeckt hem selven onder de boomen des wouts / etc.**

Cap. XLV.

Vers. 1. כֹּה אָמַר יְהוָה לִמְשִׁיחוֹ לְכוֹרֶשׁ אֲשֶׁר הֶחֱזַקְתִּי בִימִינוֹ לְרַד לְפָנָיו גּוֹיִם וּמָתְנֵי מְלָכִים אֲפַתֵּחַ לִפְתֹּחַ לְפָנָיו דְּלָתַיִם וּשְׁעָרִים לֹא יִסָּגֵרוּ׃ Quod de ל Infinitivi in præcedenti loco diximus, hîc iterum locum nobis habere videtur. Itaque versum hunc sic interpretor. *Sic dixit Dominus de uncto suo Cyro, quem apprehendi dextra sua. sternendæ sunt ante ipsum gentes, & lumbos regum solvam: aperiendæ sunt ante ipsum fores, & portæ non claudentur.*

Vers. 9. הוֹי רָב אֶת־יֹצְרוֹ חֶרֶשׂ אֶת־חַרְשֵׂי אֲדָמָה הֲיֹאמַר חֹמֶר לְיֹצְרוֹ מַה־תַּעֲשֶׂה וּפָעָלְךָ אֵין־יָדַיִם לוֹ׃ Sic verto. *Væ litiganti cum formatore suo. testa cum testis terræ litiget. an dicet lutum figulo suo, quid facis? & opus tuum* dicet, *non sunt manus ei?* Illud פָּעָלְךָ refero una cum חֹמֶר ad הֲיֹאמַר, ut utrumque nomen ab eodem verbo regatur, & sensus sit, an opus tuum de te dicet, non habet manus? quum ipsummet manuum tuarum sit indicium, utpote iis fabrefactum & exstructum. In reliquis sentio cum Genevensibus. Jonathan postrema verba eodem modo transtulit ut sunt in Hebræo, nec dubito quin eodem modo intellexerit ut nos. sic habet האפשר דיימר טינא לעבדיה לא עבדתני ועובדך לית ידין ליה, *an possibile est ut dicat lutum factori suo, non fecisti me? & opus tuum, non sunt manus ei?*

Vers. 23. בִּי נִשְׁבַּעְתִּי יָצָא מִפִּי צְדָקָה דָּבָר &c. וְלֹא יָשׁוּב. Quod observavi supra ad cap. 41. v. 26. hîc quoque observo, nempe צְדָקָה hîc significare *veritatem. Per me juravi, exivit ex ore meo veritas, verbum quod non revertetur.* vel, in *veritate verbum & non revertetur. pro* בִּצְדָקָה.

Vers. 24. אַךְ בַּיהוָה לִי אָמַר צְדָקוֹת וָעֹז עָדָיו יָבוֹא וְיֵבֹשׁוּ כֹּל הַנֶּחֱרִים בּוֹ׃ Præteritum אָמַר, & futurum יָבוֹא accipio impersonaliter, subintellecto אִישׁ, quo Hebræis nihil familiarius. Itaque sic verto, *Utique in Domino, dicetur, sunt mihi justitiæ ac robur: ad ipsum ibitur. sed erubescent omnes qui exardescunt in eum.* Belgicè, **Voorwaer inden Heere heb ick/ salmen**

salmen seggen/ gerechtigheden ende sterckte: tot hem salmen gaen. maer die tegen hem ontsteken sullen beschaemt worden.

CAP. XLVI.

VERS. I. כָּרַע בֵּל קֹרֵס נְבוֹ הָיוּ עֲצַבֵּיהֶם לַחַיָּה וְלַבְּהֵמָה נְשֻׂאֹתֵיכֶם עֲמוּסוֹת מַשָּׂא לַעֲיֵפָה׃ Difficultas hîc aliqua est, sed elegantissima, ex sola transpositione orta, qua Prophetam nostrum passim & suavissimè uti ante hac monuimus. quod nempe מַשָּׂא junxerit in fine cum לַעֲיֵפָה, quod tamen ad præcedentia, nempe ad לַחַיָּה & לַבְּהֵמָה etiam pertineret. sic verto, *Incurvatus est Bel, inflectitur Nebo: fuerunt idola eorum onus bestiæ & jumento*, & *gestamina vestra onerata, defessæ bestiæ*. Belgicè, Bel is gebogen: Nebo wort gekromt: haere af-goden zijn geworden een pack voor de dieren ende beesten/ ende uwe opgeleyde lasten/ voor de vermoeyde beeste.

VERS. 2. קָרְסוּ כָרְעוּ יַחְדָּו לֹא יָכְלוּ מַלֵּט מַשָּׂא וְנַפְשָׁם בַּשְּׁבִי הָלָכָה׃ Pagninus & Vatablus aliique קָרְסוּ כָּרְעוּ referunt ad animalia idolis onusta, quod oneri succubuerint. An eodem modo Junius, incertum. sed quæ sequuntur refert ad Babylonios. Ego totum versum ad Deos Babyloniorum Bel & Nebo refero. & sicut præcedenti versu inter istos Deos & eorum עֲצַבִּים quæ magno onere jumentis imposita fuerint, distinguitur, ita hoc versu. Ante dictum fuerat de Bel כָּרַע, de Nebo קֹרֵס, jam de ambobus simul dicitur קָרְסוּ כָרְעוּ יַחְדָּו *Inflexi, incurvati sunt pariter*. & quod attinet ad idola ipsorum, quæ jumentis asportanda imposita erant לֹא יָכְלוּ מַלֵּט מַשָּׂא, *non potuerunt facere ut evaderet onus*. tum pulchri Dii sunt, ut suamet idola à captivitate liberare non potuerint. Nec mirum: nam וְנַפְשָׁם בַּשְּׁבִי הָלָכָה׃ *etiam ipsimet in captivitatem abierunt*. Belgicè sic verto. T'samen zijn sy gekrommet/ sy zijn gebogen: sy en hebben het opgeleyde niet konnen verlossen/ ende sy selve zyn in gevanckenisse gegaen.

VERS. 10. מַגִּיד מֵרֵאשִׁית אַחֲרִית. *Indicans ab initio finem*. Rab. Sal. J. ad primum versum Genes. interpretatur מגיד מראשית דבר אחרית דבר *indicans ab initio rei finem rei*.

CAP. XLVII.

VERS. 8. הָאֹמְרָה בִּלְבָבָהּ אֲנִי וְאַפְסִי עוֹד׃ Omnes interpretes, quos quidem habeo, vertunt, *Quæ dicit in corde suo, ego sum, & præter me non est amplius*, vel *non est alia*. sensum eos expressisse non nego, sed dictionem Hebræam eos assecutos esse, nunquam persuaderi mihi potuit, nec adhuc potest. quum enim particulam negativam *non* iisdem characteribus exprimant quibus reliqua, existimasse omnino videntur id in textu Hebræo contineri, ac si אַפְסִי esset *præter me non*, quod apud me fidem invenire nequit. אֶפֶס enim duplicem negationem non continet, sed simplicem, *non*, *nisi*, *præter*. ut אַפְסִי sit, *nisi ego*, *præter me*, nec aliquam quicquam. oporteret ergo subintelligere אַיִן, ut poneretur pro אֲנִי וְאַפְסִי אֵין עוֹד, quod ad verbum sonat. *Ego sum & præter me non est amplius*. At ellipsis ea durissima est. si enim ubi affirmativè quid dicitur, negationem inserere licet, ex quovis quidvis formari poterit. Ideo sensum istum exhibiturus alia phrasi usus est Propheta cap. 25. 6. ubi Deus loquens dicit, כִּי אֶפֶס בִּלְעָדַי אֲנִי יְהוָה וְאֵין עוֹד׃ *nam non est præter me: ego sum Dominus, & non est amplius*. Non dubito ergo quin hæc interrogative sint efferenda *ego sum, & num præter me amplius?* Belgicè, Ick bent/ ende isser behalven my yemandt meer? quam interrogationem fateor tamen negationi æqvivalere. ideo dixi quoad sensum bene versum ab interpretibus. magis tamen Emphatica est, & cordis superbiam efficacius exprimit interrogatio. Lxx. videntur animadvertisse quam movimus difficultatem. quare simpliciter verterunt, ἐγώ εἰμι, καὶ οὐκ ἔστιν ἑτέρα. videntur Jod in אַפְסִי non habuisse pro affixo, sed pro paragogico, ac si simpliciter dictum fuisset, אֲנִי וְאֶפֶס עוֹד. Quod si omnino extra interrogationem verba Prophetæ sumenda sint, moneo אֶפֶס nonnullis in locis significare *tantummodo*, *solummodo*. ut Deut. 15. 4. Num. 22. 35. 2 Sam. 12. 14. atque eo sensu hoc loco exponi posset, *Ego sum, & tantummodo ego deinceps*.

CAP. XLIX.

VERS. 3. וַיֹּאמֶר לִי עַבְדִּי־אָתָּה יִשְׂרָאֵל אֲשֶׁר־בְּךָ אֶתְפָּאָר׃ Inter varias quæ in hunc

locum

locum sunt interpretationes, maxime mihi arridet Tigurinorum, qui sic habent, *Et dixit mihi, servus meus es tu, Israel* tu es *in quo gloriabor*. Nisi quod *Israel* ibi videatur in vocativo capiendum, quod ego apud Prophetam in nominativo capio, & non ad populum, sed ad Christum refero, ut & præcedentia eò referuntur. sic verto sine ulla additione, *Et dixit mihi, servus meus es tu, Israel in quo gloriabor*. Id est, tu non tantum servus meus es, sed & verus Israel es, qui cum Deo potentique ejus ira luctaturus victoriam de eo es reportaturus, cujus Jacob typus tantum fuit, quando cum angelo Dei luctans eum superavit, atque inde nomen Israel est consecutus. quod autem & Tigurini & nos אֲשֶׁר בְּךָ verterimus *in quo*, turbare neminem debet. Hebræi enim, quum personam alloquuntur, affixum quod præcedente אֲשֶׁר ad illam personam pertinet, non in alia quam secunda persona usurpant. Exempli gratia, dicturi Hebraicè *tu es quem diligo*, non dicent אַתָּה הוּא אֲשֶׁר אֲנִי אוֹהֲבוֹ, sed אַתָּה הוּא אֲנִי אֹהֶבְךָ. vide & quæ infra annotamus ad vers. 23.

Vers. 5. וְעַתָּה אָמַר יְהוָה יוֹצְרִי מִבֶּטֶן לְעֶבֶד לוֹ לְשׁוֹבֵב יַעֲקֹב אֵלָיו וְיִשְׂרָאֵל לֹא יֵאָסֵף וְאֶכָּבֵד בְּעֵינֵי יְהוָה וֵאלֹהַי הָיָה עֻזִּי׃. Variis in hunc locum interpretationibus, hanc etiam addo. *Et nunc dixit Dominus, qui formavit me ab utero in servum sibi, ad reducendum Jacobum ad se, & Israelem* qui *non colligitur, ut glorificarer in oculis Domini, & Deus meus esset robur meum: Dixit* inquam &c. quæ sequuntur versu 6. *Israelem qui non colligitur*, id est dispersum, qui à pastoribus suis negligebatur. videtur mihi illud לְשׁוֹבֵב non tantum ad יַעֲקֹב, sed etiam ad יִשְׂרָאֵל pertinere, sicut versu sequenti, ubi quoad sensum hæc eadem repetuntur, Christus dicitur servus Dei לְהָקִים אֶת־שִׁבְטֵי יַעֲקֹב וּנְצוּרֵי יִשְׂרָאֵל לְהָשִׁיב, *ad erigendum tribus Jacobi, & desolatos Israelis reducendum*. ubi נְצוּרֵי יִשְׂרָאֵל *desolati Israelis* idem est quod hic יִשְׂרָאֵל לֹא יֵאָסֵף *Israel qui non colligitur*, & causam reddi puto quare Christo munus injunctum sit לְשׁוֹבֵב *reducendi*, quia nempe dispersi erant instar ovium, neque à pastoribus suis colligebantur.

Vers. 7. כֹּה אָמַר יְהוָה גֹּאֵל יִשְׂרָאֵל קְדוֹשׁוֹ לִבְזֹה נֶפֶשׁ לִמְתָעֵב גּוֹי לְעֶבֶד מוֹשְׁלִים &c. Difficillimus locus est, qui merito Interpretes vehementer torquet. Junius, Genevenses, aliique ad Messiam referunt, de quo hæc tria dici volunt, quod contemptui habitus fuerit, quod abominabilis gentibus fuerit, quodque servus fuerit dominantium. postremum hoc an cum rei veritate conveniat nescio. servus quidem Christus passim dicitur, sed qui Patri ac suis servierit, dans animam pretium redemtionis pro ipsis, prout ipsemet exponit Matth. 20. quod autem dominantium terræ servus fuerit, nescio an dici rectè queat. Deinde durissimum est, & à Grammatica alienum, בְּזֹה sumere pro nomine, ut significet *contemtibilem*, quum revera sit Infinitivus Kal activæ significationis. similiter מְתָעֵב pro nomine *abominabilis*, quum sit Benoni piel, *abominans*. Diu multumque de hoc cogitanti, tandem incidit, quod tamen nemini obtrudere volo, sic verti posse: *Sic dixit Dominus redemtor Israelis, Sanctus ejus. spernere oportet animam* (vitam) *pro eo quem abominatur gens, pro servo dominantium*. Observavimus antehac in hoc Propheta aliquoties, ל Infiniti formare Gerundium in dum, & significare rem quæ facienda est, quam facere oportet. Ita & hîc sumi potest. deinde לִמְתָעֵב sumo pro לַאֲשֶׁר מְתָעֵב quod Hebræis usitatum, ut Esa. 65. vers. 1. bis est לְלֹא pro לַאֲשֶׁר לֹא *qui non quæsiverunt*. Sensus est, oportet te, quem constitui in lucem gentium & in salutem usque ad extrema terræ, animam tuam parvi pendere pro iis qui & populis exosi & magnatibus mancipati sunt. Id quum videbunt reges principesque, cogentur surgere & adorare te. Aliter. potest נֶפֶשׁ sumi pro *affectu & voluntate*, ut Psal. 27. 12. *Ne me tradas* בְּנֶפֶשׁ צָרָי *voluntati hostium meorum*. ut sensus sit, *spernere oportet voluntatem abominantis gentem, servi dominantium*. Animat Deus Christum, ut coram Pilato constitutus, qui gentem sanctam abominabatur, & servus erat Cæsaris dominantiumque Romanorum, non succumbat, sed fortiter ejus voluntatem spernat.

Vers. 9. *Super vias pascentur*, וּבְכָל־שְׁפָיִים מַרְעִיתָם non verto, *& in omnibus locis excelsis*, sed, *& in omnibus campis* seu *planiciebus pascuum eorum*. Id enim vocem שְׁפָיִים significare, diximus ad Num. 23. 3. vide & Jer. 4. 11. Lxx. hîc habent, καὶ ἐν πάσαις τῶν τρίβοις ἡ νομὴ αὐτῶν, *in omnibus semitis*. quod cum planitiebus magis quam clivis convenit.

Vers. 15. *Numquid obliviscetur mulier* עוּלָהּ *infantis sui?* Æthiopicè עול πῶλον *pullum* significat Matth. 21. 2.

Vers.

Vers. 19. כִּי חָרְבֹתַיִךְ וְשֹׁמְמֹתַיִךְ וְאֶרֶץ הֲרִסֻתֵךְ כִּי עַתָּה תֵּצְרִי מִיּוֹשֵׁב׃ Sic verto, *Nam in locis tuis desolatis, & in vastatis tuis, & in terra tua destructa, utique nunc arctaberis ob habitatores.* Duplex illud כִּי se habet sicut Gen. 22. 16. בִּי נִשְׁבַּעְתִּי נְאֻם יְהוָה כִּי יַעַן אֲשֶׁר עָשִׂיתָ אֶת־הַדָּבָר הַזֶּה וְלֹא חָשַׂכְתָּ אֶת־בִּנְךָ אֶת־יְחִידֶךָ׃ כִּי בָרֵךְ אֲבָרֶכְךָ, *Per me juravi, inquit Dominus, quod, quia fecisti hoc, & non prohibuisti filium tuum, unigenitum tuum utique benedicendo benedicam tibi.* posterius כִּי Lxx. verterunt ἦ μὴν εὐλογῶν εὐλογήσω σε. ut & Apostolus citat Hebr. 6. Quod enim, ut hoc obiter moneamus, eruditi multi existimant apud Apostolum ἦ μὴν esse particulam juramenti, nobis sane id non videtur: sed affirmationem continet, qualis est in Hebræo כִּי. Juramenti formula est, בִּי נִשְׁבַּעְתִּי. quod Apostolus in tertiam personam mutans, quia de Deo loquitur, Deus, inquit, juravit per seipsum, quando autem, & ubi ita juravit? quum diceret, ἦ μὴν εὐλογῶν εὐλογήσω σε. remittit ad locum Geneseos, ut ibi inquiramus quomodo Deus juraverit, non per alium sed per semetipsum. quod sane non est petendum ex voce ἦ μὴν, quasi hoc ipsam veritatem denotaret, adeoque Deus dicatur ea voce jurasse per veritatem, atque ita per se ipsum: sed petendum est ex בִּי נִשְׁבַּעְתִּי quæ apud Mosem præmittuntur.

Vers. 23. וְיָדַעַתְּ כִּי אֲנִי יְהוָה אֲשֶׁר לֹא יֵבֹשׁוּ קֹוָי׃ Sic verto, *Et cognosces me esse Dominum, quem qui exspectant, non pudefient.* non annoto hoc, quod magni referat hoc ne an illo modo hæc vertamus, sensus enim perspicuus est: sed ut observetur phrasis Hebræa, quam non ab omnibus observatam video. Quum persona loquitur, affixum quod post אֲשֶׁר ad illam personam refertur, non in alia quam in prima, id est loquentis persona usurpatur. verbi gratia, dicturi, *Ego sum quem quæretis*, non dicent אֲנִי הוּא אֲשֶׁר תְּבַקְשׁוּהוּ sed אֲנִי הוּא אֲשֶׁר תְּבַקְשׁוּנִי. ut & quum personam alloquuntur, affixum quod post אֲשֶׁר ad illam personam refertur, in secunda usurpatur. de quo vide supra ad vers. 3. Tale est Gen. 45. 4. *Ego sum Joseph frater vester*, אֲשֶׁר מְכַרְתֶּם אֹתִי מִצְרָיְמָה׃ *quem vendidistis in Ægyptum.*

Cap. LI.

Vers. 4. וּמִשְׁפָּטִי לְאוֹר עַמִּים אַרְגִּיעַ. Plerique vertunt, *Et jus meum in lucem gentium quiescere faciam.* Junius, *collocabo.* Non nego, quin hoc verbum quietis significationem alibi habeat. Propriè tamen in Kal significat *scindere, findere, rumpere.* Hinc in Hiphil verto, *Et jus meum in lucem gentium erumpere faciam.* elegantissima metaphora. quia quando manè oritur lux, videtur quasi findi cælum, indeque infinitis radiis lux erumpere. Nec aliter id verbum capio Jer. 49. 19. כִּי אַרְגִּיעָה אֲרִיצֶנּוּ מֵעָלֶיהָ, *Nam erumpere faciam currere faciam eum ex ea.*

Vers. 6. כִּי שָׁמַיִם כֶּעָשָׁן נִמְלָחוּ וְהָאָרֶץ כַּבֶּגֶד תִּבְלֶה וְיֹשְׁבֶיהָ כְּמוֹ כֵן יְמוּתוּן׃ Quidam כְּמוֹ כֵן vertunt *sicut hæc*, nempe sicut fumus & vestis, quorum ante meminit. alii *sicut sic similiter*, eodem omnino sensu. sed quia fumus & vestis non rectè dicuntur mori, & quia cælis suum dedit simile, terræ quoque suum, existimo habitatoribus terræ etiam peculiare suum tribui simile. Itaque sic verto, *Quia cæli tanquam fumus evanescent, & terra tanquam vestis inveterascet, & habitatores ejus tanquam pediculus morientur.* Etsi enim alibi non inveniatur nisi in plurali כִּנִּים, quia nempe usu non veniebat de uno pediculo agere, certum tamen est singulare ejus esse כֵּן, cujus notio videtur hoc loco optimè convenire.

Vers. 16. לִנְטֹעַ שָׁמַיִם וְלִיסֹד אָרֶץ. *ad plantandum cælos & fundandam terram*, significat, ad stabiliendum, vel stabiliendo regnum meum inter vos. vide Medi Comm. Apoc. parte 1. de sigillis pag. 36.

Vers. 19. מִי אֲנַחֲמֵךְ Maximè placent qui vertunt, *per quem consolabor te.* ut מִי ponatur pro בְּמִי. quid ni verti etiam posset? *quem faciam consolari te?* ut נִחַם in piel significet *consolari*, & *facere consolari.* perinde est quoad sensum.

Cap. LII.

Vers. 14. כַּאֲשֶׁר שָׁמְמוּ עָלֶיךָ רַבִּים כֵּן מִשְׁחַת מֵאִישׁ מַרְאֵהוּ וְתֹאֲרוֹ מִבְּנֵי אָדָם׃

Vers. 15. כֵּן יַזֶּה גּוֹיִם רַבִּים &c.

Difficilis satis locus est, & non parum controversus. In eo tamen omnes quos vidi consentiunt, מִשְׁחַת hîc significare *corruptum:*

quod Pagninus vult esse Paul Hophal pro מָשְׁחַת, alii adjectivum peculiaris alicujus formæ. alibi certe hoc nomen eo sensu non reperitur. At si dicamus esse formæ constructæ ab absoluto מִשְׁחָה *unctio*, usitatissimum est in Scriptura. Experiantur eruditi an non sic verti possit. *Sicut desolati fuerunt propter te multi, sic unctio præ homine speciei ejus, & formæ ejus præ filius hominum, sic* (inquam) *consperget gentes multas.* Dixerat v. 13. servum Dei Christum fore elevatum & excelsum. Id jam probat per comparationem hujus servi cum reliquo populo Dei. Ad populum quod attinet, propter te, inquit, propter peccata tua, desolati sunt multi. Sed ad servum hunc meum quod attinet, tota ejus species & forma ungetur supra reliquos homines, eaque unctione sua consperget non tantum multos, sed multas etiam gentes. quasi dicat, à te interitus fuit, ab illo salus erit. Quod si quis omnino velit מִשְׁחַת esse à שָׁחַת, dicerem substantivum esse, non adjectivum. Et sic verterem, Quemadmodum obstupefacti fuerunt de eo multi, sic fuit corruptio speciei ejus præ *viro, & formæ ejus præ filiis hominum: Tamen sic consperget gentes multas.* עָלֶיךָ pro עָלָיו mutatio personæ Hebræis usitatissima. sensus est, non immerito obstupefacti fuere de eo. Nam secundum stuporem ipsorum, fuit deformatus totus vultus ejus. tamen ea deformatione sua consperget multos. vel sic, *sicut obstupuerunt de eo multi, sic corruptio speciei ejus præ homine, & formæ ejus præ filiis hominum, sic* (inquam) *consperget multas gentes.* Experiamur aliter. Post רַבִּים subaudiamus לֵאמֹר *dicendo*, quo nihil frequentius. quod sequitur כֵּן legatur per interrogationem. at secundum כֵּן v. 15. inchoet ἀπόδοσιν, qua respondetur ad כַּאֲשֶׁר. hoc modo. *Quemadmodum obstupuerunt super te multi,* dicendo*: siccine corrupta est præ viro species ejus, & forma ejus præ filiis hominum? sic asperget gentes multas, claudent Reges os suum* &c. Id est, quemadmodum multi stupebunt primum ob Christi contemptibilem speciem; Ita tandem fiet, ut aspergens multos suo sanguine efficiat, ut & Regibus os occludatur.

Cap. LIII.

Vers. 3. נִבְזֶה וַחֲדַל אִישִׁים אִישׁ מַכְאֹבוֹת וִידוּעַ חֹלִי וּכְמַסְתֵּר פָּנִים מִמֶּנּוּ נִבְזֶה וְלֹא חֲשַׁבְנֻהוּ׃

Ob ambiguitatem affixi in מִמֶּנּוּ, quod nunc 3. pers. sing. masc. gen. est, nunc 1. pluralis, variè hæc verba accipiuntur. Priori modo וְאִישׁ וּכְמַסְתֵּר à quibusdam accipitur, quasi כְּמַסְתֵּר & quisque erat *quasi abscondens faciem ab illo.* Posset & accipi pro וְכַאֲשֶׁר מַסְתִּר אִישׁ פָּנִים מִמֶּנּוּ & *tanquam à quo quisque faciem abscondit.* Posteriori sensu וּכְמַסְתֵּר refertur ad ipsum Messiam, *Et tanquam abscondens faciem suam à nobis,* ut scilicet facere solent miseri, qui in alios incidentes conspici nolunt, utque olim in lege leprosi jussi erant facere.

Vers. 7. נִגַּשׂ וְהוּא נַעֲנֶה׃. Dixerat Propheta versu 6. conjectas fuisse in Christum iniquitates omnium nostrum. additur itaque נִגַּשׂ. quod hic ut & alibi passim, ad personam potius à quo solutio exigitur, quam cum Cl. Junio ad pœnam aut solutionem quæ exigitur referendum arbitror. Verto, *exactus est,* **het is hem af-geeyscht**. id est, postulata ab ipso est solutio & præstatio istarum iniquitatum quæ in ipsum conjectæ fuerant. Neque recusavit, aut refractarium egit. quin contra, *exactus fuit,* וְהוּא נַעֲנֶה & *ipse humilis fuit,* וְלֹא יִפְתַּח פִּיו *neque aperuit os suum.* נַעֲנֶה non est mihi hic *afflictus, sed humilis, mansuetus.* ut in Kal עָנָה *humiliari.* עָנָו *humilis.* עֲנָוָה *humilitas.* ea significatione & in Infinitivo niphal extat Exod. 10. v. 3. *renuisti* לֵעָנוֹת *humiliari à facie mea.* Clar. & doct. vir Joh. Cloppenburgius נִגַּשׂ impersonaliter accipit, *exactum est,* id est, *exactio postulata est, & ille afflictus est.* vel, *exactio fit, & ille affligitur.* Sensus est, quum de pœna peccatorum exigenda ageretur, non ab alio quam ab illo exacta est, ille affligi debuit. sumitur tum נִגַּשׂ, sicut vers. 5. נִרְפָּא לָנוּ *sanatum est nobis,* i. sanatio data.

Vers. 8. Ob prævaricationem populi mei נֶגַע לָמוֹ *plaga fuit ei.* מוֹ interdum singulariter usurpari, fusè satis docet Cl. vir Constantinus Lempereur in notis suis ad Grammaticam R. Mosis Kimchi, p. 243. & seq. Addimus tantum, ignorare nos cur à quibusdam מוֹ illud vocetur Moabiticum. scire nos, esse Æthiopicum, ubi pro Hebræo tertiæ personæ plur. num. ם, usurpatur semper מוֹ, nisi quod hi מוֹ legant (ut & in aff. singul. pro וֹ, וּ) affigiturque tum verbis tum nominibus. Occurrunt autem & in ista Lingua non pauca loca, ubi idem affixum singulariter accipiatur. ut Luc.

2.4.

2. 4. אזם אמהגר דורת ואמאזמד ביתומו ואתו, *Quia ex civitate Davidis, & ex cognatione domus ejus erat.* ubi בֵּיתוֹמוּ idem est, quod alias dicunt בֵּיתוֹ. sic & Joh. 19. 27. dicitur Johannes recepisse Mariam ביתומו *in domum suam.* addo Act. 1. 20. ἡ ἔπαυλις αὐτοῦ redditur ab Æthiopico duplici interpretatione הגרומו & אביתומו *civitas ejus & domicilia ejus.* in quibus locis, & aliis plurimis aff. plur. מו usurpatur pro singulari ו. non mirum ergo si idem in Lingua Hebræa fiat.

VERS. 10. אִם־תָּשִׂים אָשָׁם נַפְשׁוֹ. Non puto תָּשִׂים hic esse 3. personæ fœm. gen. construendum cum נַפְשׁוֹ, ut Junius & alii voluerunt, subaudiendo *seipsam.* multo minus, poni pro יָשִׂים, ut Vulgato visum fuit. sed esse 2 personæ masc. gen. & ad Deum referri. atque ita verto, *Cum posueris delictum animam ejus.* & ad hanc phrasin allusisse puto Apostolum, 2 Cor. 5. 21. cum dixit, Τὸν γὰρ μὴ γνόντα ἁμαρτίαν, ὑπὲρ ἡμῶν ἁμαρτίαν ἐποίησεν. Quod Hebraicè rectè dicas, כִּי אֲשֶׁר לֹא יָדַע אָשָׁם שָׂם אָשָׁם נַפְשׁוֹ תַּחְתֵּינוּ. *Nam qui peccatum non novit, posuit* (nempe Deus) *peccatum animam ejus pro nobis.*

VERS. 11. מֵעֲמַל נַפְשׁוֹ יִרְאֶה יִשְׂבָּע׃. Ad verbum verto, *De labore animæ suæ videbit, satiabitur.* id est, fructum laboris animæ suæ videbit abundantissimum, sic ut saturetur.

CAP. LVI.

VERS. 11. כֻּלָּם לְדַרְכָּם פָּנוּ אִישׁ לְבִצְעוֹ מִקָּצֵהוּ׃. Supra cap. 26. vers. 15. ostendimus variis exemplis, קָצָה *extremitatem*, sicut & פִּנָּה & פֵּחָה quæ *angulum* significant, adhiberi interdum ab Hebræis ad dignitatem denotandam, & sumi pro *primoribus, præcipuis.* Ita & hoc loco capio, & verto, *Omnes ad viam suam respiciunt, quisque ad quæstum suum, ex præcipuis uniuscujusque eorum.* Id est, non infimi tantum sacerdotes, sed & summi quivis & præcipui. vel affixum הו referri potest ad Israëlem, ut & initio versus 10. צֹפָו *speculatores ejus.* ut sensus sit, *quisque ad quæstum suum* capiendum *ex præcipuis ejus*, nempe populi. non enim ex pauperibus, sed ex ditioribus & præstantioribus quæstus expectatur. Sacerdotum præsertim hoc vitium est, ut opulentiores, qui opima sacrificia offerre valent, potissimum sectentur. atque ita Jonathan hunc locum intellexisse videtur, qui vertit כולהון גבר לקבל ארחיה גלו גבר למבז ממוניה דישראל. *Omnes illi quisque è regione viæ suæ migrarunt, quisque ad deprædandum divitias Israëlis.*

CAP. LVII.

VERS. 6. &c. בְּחַלְּקֵי נַחַל חֶלְקֵךְ הֵם הֵם גּוֹרָלֵךְ. vide quæ ad locum hunc observavimus in notis nostris ad 1 Sam. 17. vers. 40.

VERS. 11. וְאֶת־מִי דָּאַגְתְּ וַתִּירְאִי כִּי תְכַזֵּבִי וְאוֹתִי לֹא זָכַרְתְּ לֹא שַׂמְתְּ עַל לִבֵּךְ הֲלֹא אֲנִי מַחְשֶׁה וּמֵעוֹלָם וְאוֹתִי לֹא תִירָאִי׃. Fatigat non nihil hic locus Interpretes, & in varias eos sententias dividit. non metuam itaque & meam addere. sic verto, *Quem curasti, & timuisti, quod mentireris? mei non es recordata, non posuisti me super cor tuum. an non ego sileo, idque à seculo* (à longo tempore)? *& me non timuisti.* Sensus est: Quum Prophetæ mei te peccatorum tuorum arguunt, negas peccata tua, & mendaciis ea celas. id miror. quem enim times? quid tibi metum incutit? non mei memoria: nam *non es mei recordata, neque posuisti me super cor tuum.* non pœnæ meæ: nam, *an non ego sileo, & quidem à longo tempore?* non mei timor, nam *me non timuisti.* quid ergo, putasne peccata tua mendaciis celari posse? non inquit, v. sequenti, אֲנִי אַגִּיד צִדְקָתֵךְ וְאֶת מַעֲשַׂיִךְ וְלֹא יוֹעִילוּךְ *ego indicabo justitiam tuam* (ironicè) *& opera tua, & non proderunt tibi.* vel, *quæ non proderunt tibi.*

VERS. 11. *Et quem formidas, & times, quod mentiaris? Nam mei non es recordata, nec posuisti super cor tuum. Annon ego sileo, idque à seculo, nec me times?* Ironicus est totus versus. quum enim populus videri nollet verum Deum prorsus abnegasse & rejecisse, mentiebatur Deo, tanquam si & ejus rationem aliquam habere cuperet. quorsum id facis, inquit Deus? quem formidas, quem times, quod mentiaris, nec apertè loquaris? me certè non times, nam non es mei recordata, nec me in animo tuo gestas. idque merito facere videris. Nam ego sileo, idque à longo tempore, permitto tibi vivere pro arbitrio, idque diu feci, adeoque me non times. quid est ergo, quod non apertè loquaris, & palam dicas, te me deinceps non morari.

VERS. 12. *An indicabo justitiam tuam, & opera tua? non proderunt tibi.* q. d. vos auxilium quæritis quo juvemini, & fiduciæ ful-

fulcrum cui innitamini. Vultis ne me justitias vestras & præclara vestra opera proferre, & ostendere vobis? frustra id fecero, nam nihil proderunt.

Vers. 13. בְּזַעֲקֵךְ יַצִּילֻךְ קִבּוּצַיִךְ׃. Verti solet, *Quin clamas tu, liberent te collectitii tui*, vel *congregati tui*, i. milites quos magno labore aliunde ab Assyriis collegisti. Non rejicio. Sed disquirendum propono, an non verti possit, *Quum clamas tu, liberent te, collectiones tuas.* per asyndeton. Belgicè, **als ghy roept dat sy u/ datse uwe versamelde dingen verlossen.** Nempe מַעֲשַׂיִךְ *opera tua*, de quibus v. præcedenti, id est idololatriæ tuæ, & idola quæ tibi comparasti, quæque tam studiose colis, ut supra vers. 5, 6, 7, 8. detam scripsit, illa liberent te, cum clamas, quum invocas ea: nec te tantum sed & omnia quæ collegisti, opes, facultates, milites tuos liberent.

Vers. 16. רוּחַ מִלְּפָנַי יַעֲטוֹף׃. *Spiritus ab ante me revertetur.* Sic vertimus autoritate linguarum Syriacæ & Arabicæ, ubi עטף significat *reverti.* 1 ex. Syro-Arab. ܢܬܗܦܟ vertit ينعطف ويرجع *revertitur & redit.*

Cap. LVIII.

Vers. 13. אִם תָּשִׁיב מִשַּׁבָּת רַגְלֶךָ עֲשׂוֹת חֲפָצֶךָ בְּיוֹם קָדְשִׁי וְקָרָאתָ לַשַּׁבָּת עֹנֶג לִקְדוֹשׁ יְהוָה מְכֻבָּד וְכִבַּדְתּוֹ מֵעֲשׂוֹת דְּרָכֶיךָ מִמְּצוֹא חֶפְצְךָ וְדַבֵּר דָּבָר׃. Plerique עֲשׂוֹת sumunt pro מֵעֲשׂוֹת *ne facias.* sed *ne* addere ubi non est, licentia satis magna est. nec ea hîc opus videtur. Porro לִקְדוֹשׁ יְהוָה מְכֻבָּד variè exponitur. plerique ל illud exponunt per accusativum casum, quod Syris usitatum, & in sacris etiam aliquammulta exempla habet: sed non nisi cogente necessitate faciendum. קָדוֹשׁ autem alii vertunt *sanctum Domino*, ut יְהוָה ponatur pro לַיהוָה. alii *sanctitatem domini*, ut קָדוֹשׁ substantivè sumatur pro קֹדֶשׁ. nos לִקְדוֹשׁ capimus pro Infinitivo Kal, & totum versum sic transferimus. *Si averteris à Sabbatho pedem tuum, nempe facere desideria tua in die sanctitatis meæ* (Belgicè Hebraismum melius exprimimus, **Indien ghy uwen voet van de Sabbath afkeert/ namelyck het doen van uwe begeerlickheden op mynen heylighen dagh**) *& vocaveris Sabbathum delicias, ut sanctificetur Deus honoratus, & honoraveris illud, ne facias vias tuas, ne invenias desiderium tuum* (i. ne potiaris desiderio tuo) *neque loquaris verbum.* Attamen quum קָדוֹשׁ etiam alibi pro *re sancta* accipiatur, ut Psal. 46. 5. & 65. 5. non improbo, ut hîc etiam ita accipiatur, & præfixum ל regatur à וְקָרָאתָ eodem modo ut in לַשַּׁבָּת, sitque utrumque membrum ענין אחד במלות שונות *ejusdem sensus variatis verbis.* quid est Sabbathum? est sanctum Domini, **het heylige des Heeren.** quomodo id deliciæ vocatur? si vocetur honorandum, res quovis honore digna. verto itaque, *Et vocaveris Sabbathum delicias, sanctum Domini, honorandum.* Est autem hîc propriè ל dativi casus, quomodo Hebræi dicunt קרא לו שם *vocavit ei nomen*, id est imposuit nomen. Sensus ergo est, si Sabbatho imposueris nomen, *delicias*, & sancto Domini imposueris nomen, *honorandum.* Quid autem est in fine versus מִמְּצֹא חֶפְצְךָ *ne invenias voluntatem tuam?* idem est quod eodem hoc versu dixit עֲשׂוֹת חֲפָצֶיךָ *facere voluntates tuas.* ex more enim linguarum Orientalium מצא est *invenire*, *consequi*: item *incipere consequi*, id est parare ac facere ut habeas. sic accipitur Ose. 12. 8. Prov. 3. 13. Tale est illud Actor. 7. 46. ἠτήσατο εὑρεῖν σκήνωμα τῷ Θεῷ Ἰακώβ, *quæsivit invenire*, id est facere, *tabernaculum Deo Jacob.* Sic & apud Arabes اتّخذ *accipere* usurpatur pro facere. Quod sequitur וְדַבֵּר דָּבָר non male videtur acceptum à Tigurinis. qui præcedens affixum 2 personæ in דְּרָכֶיךָ & חֶפְצְךָ repetunt ἀπὸ τοῦ κοινοῦ in דָּבָר, *neque loquaris verbum* tuum.

Cap. LIX.

Vers. 5. הָאֹכֵל מִבֵּיצֵיהֶם יָמוּת וְהַזּוּרֶה תִּבָּקַע אֶפְעֶה׃. Omnis difficultas oritur ex inusitata forma הַזּוּרֶה, quæ plane sublata est, si legas הַזּוֹרֶה. & illud pro hoc positum esse nullus dubito, arguitque segol in fine, esse benoni Kal ex quiesce. ultima ה, Itaque sic verto, *Qui comedit de ovis eorum, morietur: & si quis spargat, erumpet vipera.* id est, si quis comedere nolens, è manibus ejiciat & spargat ea. Vau Schurec pro Vau cholem etiam alibi usurpatur. ut 1 Paralip. 3. vers. 4. וְאֵלֶּה נוּלְדוּ לוֹ pro נוֹלְדוּ. est enim præter. Niphal à יָלַד *peperit.* sic נוּגֵי מִמּוֹעֵד *mæstos ob conventum.* Sophon. 3. 18. & נוגות *mæstæ* Thren. 1. 4. pro נוֹגֵי & נוֹגוֹת à יָגָה. porro quod benoni illud וְהַזּוֹרֶה vertam *& si quis spargat*, nemo

mo miretur. sæpe enim apud Hebræos benoni sic usurpatur ut à nullo præcedenti aut sequenti verbo regatur, sed absolute positum per *si* aut *quum* reddi debeat. talia sunt כְּמוֹ פוֹלֵחַ וּבֹקֵעַ *sicut quum quis scindit aut findit*. Psal. 141. 7. כָּל־אִישׁ זֹבֵחַ *quotiescunque quis sacrificabat*. 1 Sam. 2. 13. הַמְדַבֵּר אֵלֶיךָ *si quis alloquitur te*. 2 Sam. 14. 10. אֵינְךָ יוֹצֵא *si tu non exis*. 2 Sam. 19. v. 8. הִנֵּה יְהוָה עֹשֶׂה אֲרֻבּוֹת *ecce si Deus faceret fenestras in cœlo*. 2 Reg. 7. 2.

Vers. 18. כְּעַל גְּמֻלוֹת כְּעַל יְשַׁלֵּם׃ Placet Junius, qui vertit, *plane secundum facta, plane secundum ea retribuet*. ad verbum est, *secundum propter facta, secundum propter retribuet*. id est secundum causam factorum, prout causa factorum postulat. עַל enim *propter*, causam denotat. Belgicè verterem, **Na de wercken / daer na sal hy vergelden.** כְּעַל Emphaticè reperitur, cum transpositione, qualis etiam est Esa 52. v. 6. לָכֵן יֵדַע עַמִּי שְׁמִי לָכֵן בַּיּוֹם הַהוּא כִּי אֲנִי־הוּא הַמְדַבֵּר הִנֵּנִי׃ quod Belgicè verterem, **Daerom sal mijn volck / daerom sal het mijnen naeme in dien dage kennen / dat ick het ben die spreecke / hier ben ick.**

Cap. LX.

Vers. 4. *Filii tui è longinquo venient*, וּבְנֹתַיִךְ עַל צַד תֵּאָמַנָה *& filiæ tuæ ad latus permanebunt*. id est, in itinere, quando filii tui reduces fient, filiæ quoque tuæ lateribus eorum constanter adhærebunt, neque inde discedent, ut & ipsæ in terram meam redeant. ad verbum, *constantes, fidæ & perpetuæ erunt*.

Vers. 21. *Et populus tuus totus* (vel, & ad populum tuum quod attinet, omnes) *justi erunt, in æternum possidebunt terram, surculus plantarum ejus opus manuum mearum* erit, *ad gloriandum*. τὸ Keri est מַטָּעַי malim retinere τὸ Ketif מַטָּעוֹ, plantarum ejus, nempe populi tui. ut sensus sit, omnis surculus qui ex plantis populi orietur, mihi asseretur, & pro opere mearum manuum habebitur, in quo & ego & omnes electi mei glorientur.

Cap. LXI.

Vers. 1. פְּקַח־קוֹחַ quidam vertunt *omnimodam apertionem*, & quamvis duabus scribatur dictionibus, esse tamen solummodo unam, ex geminatis constantem duabus radicalibus, quo gemina, id est, omnimoda apertio denotetur. quæ Aben Esræ est sententia. plerique tamen R. Salomonem secuti vertunt *apertionem carceris*, referentes קוֹחַ *carcer*, ad לקח *accepit*. alii ad קוח, unde præteritum קַח *accepit*, Ezech. 17. 5. Oseæ 11. 3. quod carcer vinctos capiat & detineat. Moneo in lingua Æthiopica מוקח esse *vinculum*, Matth. 5. 25. plur. מֻקָחֻת *vincula, catenæ*, Marc. 5. 4. Luc. 8. 29. בֵּית מוקח *domus vinculi*, id est carcer. Act. 5. 19. & simpliciter מוקח *carcer*, Matth. 14. 10. ubi observandum, מ esse Heemanticum, à radice וקח, quæ Hebraicè esset יקח, unde abjecto Jod קוח formari potest, sicut à יצא fit צואה, à ישע, תשועה per vau in medio.

Vers. 7. *Pro pudore vestro duplici, & ignominia, laudabunt portionem suam*. Mutationem personæ hîc statuo. sicut enim vers. 3. & 4. consolatus est lugentes in tertia persona, quam protinus vers. 5. & 6. mutavit in secundam. ita & continuans in initio vers. 7. in persona secunda, protinus mutat eam in tertiam. adeo ut יָרֹנּוּ חֶלְקָם referam ad eosdem illos lugentes, quos antea est consolatus. Sensus est, pro duplici vestro pudore & ignominia, qua affecti estis à Gentibus, ô pii, omnes lugentes inter vos gratulabuntur sibi portionem suam. causam dat, *propterea quod in terra earum* (gentium) *duplum possidebunt*. pro duplo pudore ipsis à gentibus illato, duplum in terra earum possidebunt. לָכֵן non verto hic *propterea*, sed *propterea quod*. utrumque enim significat, sicut & עַל כֵּן. verti etiam potest, *certè, utique, profectò*. sicut Jer. 2. 32. Et 5. 2. Gen. 4. 15. Oseæ 2. 16. Quare autem duplum ipsis in terra gentium daturus sit, causam reddit vers. 8. *Quia ego Dominus diligo jus, odio habeo raptum per injustitiam*. בְּעוֹלָה non verto *in holocausto*. sed accipio pro עַוְלָה *iniquitate & injustitia*. quomodo & עוֹלָה usurpatur Job. 5. 16. Psal. 64. 7. & 53. 3. atque ita hic à Lxx. vertitur ἁρπαγμα ἐξ ἀδικίας. recteque referri potest ad Gentes, quibus ob injustas rapinas in Dei populum patratas, & sua eripere Deus minatur.

Vers. 7. תַּחַת בָּשְׁתְּכֶם מִשְׁנֶה וּכְלִמָּה יָרֹנּוּ חֶלְקָם לָכֵן בְּאַרְצָם מִשְׁנֶה יִירָשׁוּ׃ &c. Pro varia dispositione, variè hæc transferuntur. nos sic disponimus. תַּחַת illud עומד במקום שנים *stat pro duobus*, ut loqui solet Kimchi, id est reperi debet ante כְּלִמָּה, & sic vertimus, *Propter pudorem vestrum duplum, & quia cantabant, ignominia est pars eorum, propterea in terra earum duplum possidebunt*, nempe ii qui tali ignominia affecti fuerunt, Vel sic potius, nulla adhibita situs verborum mutatione, observatisque accentibus: *Loco pudoris vestri, duplum* erit (duplum habebitis) *&* loco *ignominiæ* (subaudito תחת quod præcessit, vel subaudito אַנְשֵׁי *& viri ignominiæ*, id est ignominia affecti) *cantabunt portionem suam. propterea quod in terra sua duplum possidebunt hæreditate.*

Vers. 10. כִּי הִלְבִּישַׁנִי בִּגְדֵי יֶשַׁע מְעִיל צְדָקָה יְעָטָנִי כֶּחָתָן יְכַהֵן פְּאֵר וְכַכַּלָּה תַּעְדֶּה כֵלֶיהָ׃ Nihil hic difficile est, nisi quod יְכַהֵן variè exponitur. R. D. K. in libro Radicum exponit יגדל פארו בלבושים נאים *magnificabit ornatum suum vestimentis pulchris.* quod plerique quoad sensum sane sequuntur. At dum de voce כהן agit, rectè docet eam significare עבודה בגדולה *ministerium cum magnificentia*, quia sacerdotes ministrabant Deo, & erant capita populi. Eo sensu hic quoque caperem. antiquus enim mos est, ut in nuptiis sponsus ministret sponsæ, sed non ut vulgares ministri, sed ut כֹּהֵן, ut qui in dignitate constitutus est, quamobrem ornatu suo sponsali indutus ministrat. כֹּהֵן enim non tantum ad Ecclesiasticam, sed & ad Politicam dignitatem refertur. Itaque sic verto, *Quia induit me vestibus salutis, pallio justitiæ obtexit me: sicut sponsus ministrat* cum *ornatu, & sicut sponsa ornatur instrumentis suis.*

Vers. 10. כֶּחָתָן יְכַהֵן פְּאֵר וְכַכַּלָּה תַּעְדֶּה כֵלֶיהָ׃ Quæritur quid sit יְכַהֵן Juvare nos hic potest lingua Syriaca. In Glossario Syro-Arabico ܟܘܗܢܐ vertitur non tantum الخصب id est, *abundantia, fertilitas, ubertas*, quomodo & vocem Syriacam reddit Ferrarius, sed etiam الجلالة *gloria, majestas, claritas.* item العز *magnificentia, excellentia.* cum quo convenit Hebræorum כֹּהֵן, quod non tantum in Ecclesiasticis Sacerdotem, sed & in Politicis principem quemvis & magnatem significat, virum clarum, excellentem, & in eminentia constitutum. ut videre est Gen. 41. 45. & 47. 22. Exod. 2. 16. & 3. 1. Job. 12. 19. 2 Sam. 2. 18. & 18. 26. Unde colligere est, verbum כהן in Kal, significasse olim, *abundantem, prosperum, magnum, gloriosum & excellentem esse.* In Piel, non tantum *sacerdotio fungi*, sed & *magnum, gloriosum & excellentem reddere.* quare optimè videtur vertisse Pagninus, *Sicut sponsus qui magnificat gloriam.* nisi quod illud *qui* inserere opus non sit. ut & in sequentibus, *& sicut sponsa quæ ornat sese monilibus suis.* omitti potest *quæ.* nec necessarium videtur hiphil תַּעְדֶּה accipere significatione conjugationis Hithpael. neque כֵלֶיהָ pro בִּכְלֶיהָ, quod necessarium est, quando תעדה vertitur, *ornat se.* verto simpliciter, *Et sicut sponsa ornat vestes suas.* sensus est, sicut sponsus & sponsa non quovis habitu prodeunt, sed sponsus magnificat suam gloriam, & sponsa ornat suas vestes, sic Deus induit me vestibus salutis, & pallio justitiæ texit me.

Cap. LXII.

Vers. 5. כִּי יִבְעַל בָּחוּר בְּתוּלָה יִבְעָלוּךְ בָּנָיִךְ וּמְשׂוֹשׂ חָתָן עַל כַּלָּה יָשִׂישׂ עָלַיִךְ אֱלֹהָיִךְ׃ Variæ sunt in priorem hujus versus partem interpretationes, inde potissimum ortæ, quod incongruum videatur, Ecclesiæ promitti, fore ut ipsius filii eam, ut sic dicam, maritent. nam & Dei hoc officium est, & sequentibus verbis Deo asscribitur. Tigurini tamen sic verterunt, *Sicut enim adolescens maritat sibi virginem, sic maritabunt se tibi filii tui.* Doctissimus Amama in collatione Biblica docet Anglicam, Hispanicam, & Italicam versiones eodem modo se habere, & doctissimas ex Italica notas adjicit, quibus nihil habeo quod addam, nisi forte, יִבְעָלוּךְ posse sumi impersonaliter, sicut Luc. 12. τὴν ψυχήν σου ἀπαιτοῦσι, *animam tuam repetent*, id est anima tua repetetur, Hebraismo notissimo. sic *maritabunt te*, id est *tu maritaberis & filii tui.* בָּנָיִךְ tum per asyndeton cohæret cum præcedenti affixo. Belgicè, **Want gelijck een jonghman een maeght trouwet / soo salmen u ende uwe kinderen trouwen.** quis autem maritus ille futurus est? exponitur verbis sequentibus, *Et gaudio sponsi de sponsa gaudebit de te Deus tuus.*

Vers. 5. כִּי יִבְעַל בָּחוּר בְּתוּלָה יִבְעָלוּךְ בָּנָיִךְ.

Nam

Nam ſicut *maritatur juvenis virgini*, ſic *maritabuntur tibi filii tui*. vel, ſi prius membrum legatur ad modum quaſi interrogationis, omitti poſſunt particulæ ſimilitudinis hoc modo. *Nam maritatur juvenis virgini? maritabuntur tibi filii tui*. Belgicè optimè ſonat & fluit, **Want trouwt een jonghman een maget / uwe ſonen ſullen u trouwen.** q. d. Si hoc contingit, quod ſane contingit quotidie, ut virgo nubat juveni, continget & hoc, ut tu nubas tuis filiis. Id eſt, tantum abeſt, ut deſerta ac vidua deinceps ſis habenda, ut præter Deum tuum, tuos quoque filios habitura ſis maritos. qui quam ut matrem reverentur, eandem ut uxorem diligent.

CAP: LXIII.

VERS. 9. בְּכָל־צָרָתָם לֹא צָר׃ כת Keri eſt לו. *In omni anguſtia eorum ipſi anguſtia* fuit. ſenſu ſane optimo. Sequor tamen eos qui כת Ketif retinent. atque horum quidam צָר habent pro præterito, ut Junius, qui vertit, *In omni anguſtia eorum non affecit* eos *anguſtia*. Alii pro nomine ſubſtantivo, *In omni anguſtia eorum non* fuit *anguſtia*. ſic Arias. poſſet adjectivè ſumi, ſicut Num. 22. 26. בְּמָקוֹם צָר *in loco anguſto*. & Eſa. 49. 20. צַר לִי הַמָּקוֹם *anguſtus mihi eſt locus*. Sic hoc loco, *In omni anguſtia eorum non* fuit *anguſtus*. **In alle haeren angſt en is hy niet enghe geweeſt.** Id eſt, quacunque tandem premerentur anguſtia, Deus ipſis non fuit arctus, ſed latum ſemper in eo habuerunt locum. quod videtur voluiſſe vulgatus, quum vertit, *In omni tribulatione eorum non fuit tribulatus*. Malim tamen conſuetiſſimam *hoſtis* ſignificationem retinere, ac vertere, *In omni anguſtia eorum non* fuit *hoſtis*, *ſed angelus faciei ejus ſervavit eos*.

VERS. 9. בְּכָל־צָרָתָם לֹא צָר וּמַלְאַךְ פָּנָיו הוֹשִׁיעָם. Junius non malè, quod & Genevenſes in notis habent, *In omni anguſtia ipſorum non affecit* eos *anguſtia*. Malim tamen, *In omni anguſtia ipſorum non fuit hoſtis*, *ſed Angelus faciei ejus ſervavit eos*. Belgicè, **In alle haere benautheyt is hy geen vyant geweeſt / maer den Engel ſynes aengeſichts heeftſe behouden.** Id eſt, anguſtia quidem eos affecit, ſed non tanquam hoſtis: quamvis affligeret, hoſtis tamen non fuit. impedivit id Angelus faciei ipſius, quem ſaluti ipſorum præfecerat.

VERS. 12. מוֹלִיךְ לִימִין מֹשֶׁה זְרוֹעַ תִּפְאַרְתּוֹ verto ſimpliciter ſine ulla ellipſi, *Qui incedere fecit ad dexteram Moſis brachium gloriæ ſuæ*. id eſt, qui effecit ut dexteram Moſis comitaretur brachium gloriæ ſuæ.

VERS. 13. גֹּאֲלֵנוּ מֵעוֹלָם שְׁמֶךָ׃. *Redemptor noſter à ſeculo* eſt *nomen tuum*. Id eſt, Tu à ſeculo es redemptor noſter. nam nomen Dei eſt ipſe Deus. Vel ſenſus eſt, *redemptor noſter à ſeculo nominatus es*. **Van outs is uwen name / onſe Verloſſer.**

VERS. 12. מוֹלִיךְ לִימִין מֹשֶׁה זְרֹעַ תִּפְאַרְתּוֹ. Præ omnibus, quas vidi, interpretationibus arridet Jonathanis qui vertit ad verbum דבר לימינא דמשה דרע תושבחתיה *duxit ad dexteram Moſis brachium gloriæ ſuæ*. hunc ſecutus ſic verto, *Qui ire fecit ad dexteram Moſis brachium gloriæ ſuæ*. Belgicè, **Die den arm ſyner heerlickheydt heeft doen gaen aen de rechterhant van Moſes.**

VERS. 14. כַּבְּהֵמָה בַּבִּקְעָה תֵרֵד רוּחַ יְהוָה תְּנִיחֶנּוּ כֵּן נִהַגְתָּ עַמְּךָ לַעֲשׂוֹת לְךָ שֵׁם תִּפְאָרֶת׃ Omnes quos vidi תְּנִיחֶנּוּ referunt ad populum, & ut ſimilitudo quodammodo ſibi conſtet, vertunt *ſenſim* aut *leniter duxiſti eos*. quod cum verbi ſignificatione non rectè videtur convenire. aliud enim eſt *facere quieſcere*, aliud *leniter ducere*. Ego affixum in תְּנִיחֶנּוּ refero ad בְּהֵמָה per Enallagen generis, Hebræis, & præſertim huic Prophetæ uſitatiſſimam. cujus etiam hîc ratio aliqua ſubeſt, quia per בְּהֵמָה videtur intelligi סוס *equus*, de quo verſ. præcedenti. Sic verto, *Sicut beſtia in vallem deſcendit*, *& ventus Dei quietem dat ei*, *ſic duxiſti populum tuum*, *ut faceres tibi nomen glorioſum*. Difficilis eſt è monte in vallem deſcenſus, præſertim equi clitellas geſtantis. unde quum delaſſata beſtia eſt, ventus quietem & refocillationem præbet. ſic poſt difficillimum per deſertum iter duxiſti populum in terram Canaan, ubi quietem nactus eſt.

VERS. 17. תַּקְשִׁיחַ לִבֵּנוּ מִיִּרְאָתֶךָ. Laudamus Pagninum qui vertit, *Induraſti cor noſtrum à timore tuo*, vel *ne timeat te*. Nam & apud Arabes uſitata eo ſenſu eſt vox قسح קָשַׁח. Camus vertit per صَلُبَ *indurari* & يَبِسَ *areſcere*. item participium قاسح per غليظ *craſſus*. ſenſus eſt ergo, quare durum, aut aridum,

aridum, aut crassum fecisti cor nostrum, quo minus aptum sit ad timorem tui?

Cap. LXIV.

Vers. 2. כִּקְדֹחַ אֵשׁ הֲמָסִים מַיִם תִּבְעֶה אֵשׁ לְהוֹדִיעַ שִׁמְךָ לְצָרֶיךָ מִפָּנֶיךָ גּוֹיִם יִרְגָּזוּ׃. Quid sit הֲמָסִים nemo nisi per conjecturam hactenus docuit. videtur lingua Arabica opem ferre, ubi vox hæc usitata est. Eliduri in lexico Arabico tradit همس המס significare الصوت الخفي *quemvis lenem & submissum strepitum*, qualis est eorum qui aut submisse loquuntur aut submisse incedunt. Idem docet Camus, qui addit generaliter eo nomine denotari الخفي *occultum*. hinc אֵשׁ הֲמָסִים erit *ignis submissitatus*, vel submissorum strepituum, ignis *lentus*, non admodum streperus. verto, *sicut ardente* (vel accenso) *igne lento, aquam ebullire facit ignis: sic manifestando nomen tuum hostibus tuis, à facie tua gentes contremiscunt.* Sensus est, sicut ad fervefaciendam & in bullas agendam aquam, non opus est vehementi admodum & strepero igne, sed sufficit ad id lentus & submissus: sic ad expavefaciendas gentes sufficit nomen tuum vel innotescere ipsis.

Vers. 4. פָּגַעְתָּ אֶת־שָׂשׂ וְעֹשֵׂה צֶדֶק בִּדְרָכֶיךָ יִזְכְּרוּךָ הֵן אַתָּה קָצַפְתָּ וַנֶּחֱטָא בָּהֶם עוֹלָם וְנִוָּשֵׁעַ׃ Versus est difficilis, quem sic verto. *Occurris gaudenti & facienti* (id est, cum gaudio facienti) *justitiam: per vias tuas recordabuntur tui. Si tu iratus fuisti quum peccavimus* (vel interrogativè, *Ecce tu iratus fuisti quum peccavimus?*) *in iis* (nempe viis tuis) *est æternitas, ut servemur.* versus totus est consolatorius adversus iram Dei, quæ quamvis interdum effundi tota in populum Dei videatur, meditantur tamen pii vias Dei, id est mores, proprietates, consuetudines & virtutes Dei, scilicet misericordiæ & bonitatis, & per eas recordantur Dei, tandemque concludunt, Etsi indignatus sit Deus cum peccavimus, est tamen in viis misericordiæ ejus æternitas, ut servemur. Id est, viæ Dei non mutantur, in æternum sunt eædem. quâ ergo antehac usus est gratia & benignitate erga miseros peccatores, eâdem & nunc utetur, ut servemur. quam fiduciam sequitur statim vers. 5. & 6. ingenua peccatorum confessio, & miseriæ declaratio, cui rursus vers. 7. subjicitur fides de gratia Dei, & ardens benignitatis ejus imploratio.

Vers. 5. פָּגַעְתָּ אֶת־שָׂשׂ וְעֹשֵׂה צֶדֶק בִּדְרָכֶיךָ יִזְכְּרוּךָ הֵן־אַתָּה קָצַפְתָּ וַנֶּחֱטָא בָּהֶם עוֹלָם וְנִוָּשֵׁעַ׃ Valde exercuit Interpretes illud בָּהֶם עוֹלָם, dum alii ad peccata referunt in quibus semper perseveraverit populus, alii ad misericordias Dei in quibus sit æternitas, quas nomine viarum Dei, quarum in hoc versu ante facta fuit mentio, comprehensas volunt. Nos quoque affixum הֶם ad vias Dei referimus, sed quatenus per eas mandata Dei denotantur, quæ hîc per דְּרָכִים *vias*, in quibus pii Dei memores sunt, potissimum intelligi arbitramur. Totum versum sic transferimus. *Occurristi gaudenti & facienti justitiam*, qui *in viis tuis memores erant tui. Ecce tu indignatus es, nam peccaveramus, in illas, semper: & tamen servati fuimus.* Gradatim peccata amplificat. primo, peccavimus. secundo, in illas, nempe vias tuas. tertio, semper. ad quam gradationem denotandam וַנֶּחֱטָא notatur accentu Zakeph. hinc merito indignatus fuisti nobis. & tamen servati fuimus. scopus est, ut deinceps etiam Deus sua misericordia peccata ipsorum superet, & indignos servet. in quem finem sequentibus etiam versibus peccata populi amplificare pergit. Quia autem per vias Dei intelligi etiam possunt promissiones ejus & misericordiæ, visum est aliam etiam sententiam adjungere. קָצַפְתָּ & פָּגַעְתָּ lego per modum interrogationis, quem tamen Belgicè melius efferimus, quam Latinè. Ideo nostra lingua sic verto, **Zijt ghy te gemoete gegaen dien die met vreugde rechtveerdigheydt deden/ door uwe wegen gedachten sy uwer. Hier/ zijt ghy vertoornet geweest/ als wy sondigden/ daer was een eeuwigheydt inde selfde/ op dat wy behouden wierden.** Id est, sive benignitate tua usus es erga pios, effecisti ut promissionum tuarum & misericordiarum recordarentur, sive irâ tuâ peccata nostra persequereris; non ita ei indulsisti, quin patefaceret se æternitas tuarum promissionum ut servaremur.

Vers. 6. *Nam tanquam mulierem derelictam, & dolentem spiritu vocavit te Jehovah*, וְאֵשֶׁת נְעוּרִים כִּי תִמָּאֵס, *Et uxorem adolescentiæ, quando repudiatur.* ut תִּמָּאֵס sit 3 personæ fœm. gen. non 2 pers. masc. generis. Nobiscum faciunt Latinus Vulgatus, Genevenses, Osiander & alii, quos præfero Junio & novæ nostræ Belgicæ versioni. Osiander autem uxorem adolescentiæ intelligit, quæ ipsamet

ipſamet eſt adoleſcentula. Genevenſes autem, quam quis in adoſcentia ſua duxit. utrumque ſimul jungi poteſt. ſolet enim adoleſcens adoleſcentulam ducere.

Cap. LXV.

Vers. 5. הָאֹמְרִים קְרַב אֵלֶיךָ אַל תִּגַּשׁ בִּי כִּי קְדַשְׁתִּיךָ׃ Plerique accipiunt pro קָדַשְׁתִּי מִמֶּךָּ *ſanctus ſum præ te, ſanctior ſum te.* ſed duriſſimum videtur, & fortaſſis omnino inuſitatum ſubintelligere מִן, præſertim ubi comparationem facit: quia tota comparationis vis in ea particula conſiſtit, nec aliud Hebræi habent quo comparationem innuant. at vero in compoſitione affixorum cum verbis ל ſubintelligere uſitatiſſimum eſt. nec aliud hic ſubintelligo. ut ponatur pro קְדַשְׁתִּי לָךְ. ſic verto, *Qui dicunt, accede ad te, ne appropinqua ad me: nam ſanctus tibi ſum.* res ſanctas nemini attingere licebat, niſi qui ad id à Deo conſecrati eſſent. reliqui, etſi nulla alioqui impuritate inquinati eſſent, impuri tamen & profani habebantur ratione contactus rerum ſacrarum. Itaque nollem quemquam involare in Vulgatum, qui קְדַשְׁתִּיךָ vertit, *impurus es.* alieniſſima ſane à verbis verſio, ſed non à ſenſu. ſenſus enim eſt, ego tibi ſanctus ſum, tu mihi impurus es, cui me ſanctum attingere non licet.

Vers. 20. לֹא יִהְיֶה מִשָּׁם עוֹד עוּל יָמִים וְזָקֵן אֲשֶׁר לֹא יְמַלֵּא אֶת־יָמָיו כִּי הַנַּעַר בֶּן־מֵאָה שָׁנָה יָמוּת וְהַחוֹטֶא בֶּן־מֵאָה שָׁנָה יְקֻלָּל. Video Genevenſes מִשָּׁם ad tempus retuliſſe. vertunt enim מִשָּׁם עוֹר *de la en avant, hinc ultra,* id eſt deinceps. At Rabbi Dav. Kimchi ad Jeruſalem מִשָּׁם, id eſt מִירוּשָׁלַם. quod & Vatablus & Junius ſecuti ſunt. & ſequendum arbitror, quia שָׁם alio quam ad locum referri non exiſtimo: Deinde הַנַּעַר Genevenſes faciunt prædicatum enunciationis, quia ſubintelligunt אשר, ac ſi ſcriptum eſſet, כִּי הַנַּעַר אֲשֶׁר בֶּן מֵאָה שָׁנָה יָמוּת, Nam qui centum annos natus morietur, infans erit. i. tanta tum erit longævitas, ut qui jam ſenex habetur, tum infans habendus ſit. Melius, meo judicio, obſervant conſtructionem & diſtinctionem, qui הנּעַר notatum accentu Reviah pro ſubjecto enuntiationis habent, & non ſubintelligunt אשר. Video autem Hebræos illud כי הנער referre ad eum qui tum temporis peccaturus ſit, illudque membrum exponi velle per poſterius וְהַחוֹטֶא. Sic Rabbi David Kimchi, & S. Jarchi in commentariis. ſed & Jonathan ſic accepit. vertit enim אֲרֵי דְחַיֵּב עוֹלֵם בַּר מְאָה שְׁנִין יְהֵי מָאֵת וּדְחָטֵי בַּר מְאָה שְׁנִין יִתָּרַךְ׃, *Nam qui peccaverit adoleſcens centum annorum morietur: & qui peccat, natus centum annos ejicietur.* ſenſus eorum eſt, neminem eo tempore è Jeruſalem exportatum iri ad ſepulchrum, qui ſit puer. ne quidem ſenem, niſi dies ſuos compleverit, id eſt ætatem ſuam ad eam, quæ ante diluvium fuit, longævitatem produxerit. quod ſi quis centum natus annos extinguatur, quod quidem non niſi ob iniquitatem ejus futurum ſit, eum revera puerum & infantem moriturum, quia exigua ea tum futura ſit ætas. Hæc ſomnia ſunt Judæorum, quibus mirum quoddam Meſſiæ regnum, & feliciſſimam tum Judæorum in terra vitam imaginantur. nos hæc ſpiritualia eſſe novimus, & ſic interpretamur, *Non exſiſtet ex ea amplius infans dierum & ſenex, qui non impleat dies ſuos.* Id eſt, alia tum erit ſeculi ratio, quam nunc. hoc ſeculo multi moriuntur infantes, alii quodammodo ſenes, ſexagenarii aut ſeptuagenarii, pauci qui juſtum vitæ ſpatium abſolvunt, & ad centeſimum annum attingunt. tum vero eadem erit ratio omnium, ſive juvenum ſive ſenum, omnes complebunt dies ſuos. probat, *Quia puer, natus centum annos morietur.* id eſt, puer non morietur puer, ſed debitum vitæ ſpatium abſolvet. *Peccator vero, centum annos natus maledicetur.* Id eſt, felicior erit in regno Chriſti puer, quam in regno mundi ſenex. puer enim in regno Chriſti beatam aſſequetur vitæ perfectionem. At in regno mundi peccator, etiam ubi vitæ perfectionem attigiſſe videbitur, maledictus erit.

Cap. LXVI.

Vers. 1. אֵי־זֶה בַיִת אֲשֶׁר תִּבְנוּ־לִי וְאֵי־זֶה מָקוֹם מְנוּחָתִי׃ Verti ſolet מָקוֹם מְנוּחָתִי *locus quietis meæ.* Sic Lxx. quos ſequitur Protomartyr Act. 7.49. Ποῖον οἶκον οἰκοδομήσετέ μοι; ἢ τίς τόπος τῆς καταπαύσεώς μου; rectè quoad ſenſum. Moneo tamen, ſic dicendum fuiſſe מְקוֹם in conſtructione. quia מָקוֹם eſt ſtatus abſoluti. quod cum vidiſſet Junius, cepit מְנוּחָתִי pro לִמְנוּחָתִי, & vertit, *ubinam eſſet domus quam ædificaretis mihi? & ubinam locus quieti meæ?* fateor אֵי־זֶה interdum valere adverbium loci, *ubi?* ſed & ſæpe valet pronomen interrogativum מִי *quis?* vel מָה *quid, quale?* ita hîc ſumerem

cum LXX. Interpretibus, & totum locum vertcrem, *Quænam est domus quam ædificabitis mihi? & quis locus* est *quies mea?*

Vers. 18. וְאָנֹכִי מַעֲשֵׂיהֶם וּמַחְשְׁבֹתֵיהֶם בָּאָה לְקַבֵּץ אֶת־כָּל־הַגּוֹיִם וְהַלְּשֹׁנוֹת וּבָאוּ וְרָאוּ אֶת כְּבוֹדִי׃ Ex difficillimis est hic locus. experiamur an lucis aliquid sine magnis ellipsibus adferre possimus. sic verto, *Et ad me quod attinet, ô opera eorum, & cogitationes eorum! venturum est* (vel venit) *quod colligam omnes gentes & linguas, & venient & videbunt gloriam meam.* Versu præcedenti invectus fuerat in ipsorum idololatriam. post quam invectivam eleganter jam hunc versum incipit aposiopesi וְאָנֹכִי *& ego*, id est, ad me quod attinet, ut & Psal. 73. 28. Eleganter deinde sequitur admiratio, *ô opera eorum & cogitationes eorum!* Deinde additur præparatio ad minas. quid autem est בָּאָה? Beponi est fœminini generis, quo Hebræi uti solent pro neutro. ut & cap. 10. 23. נֶחֱרָצָה עֹשֶׂה *præcisum facit*, i. rem præcisam, *λόγον συντετμημένον.* sicut ergo Latini, quum adjectivum ponunt absolutè sine substantivo, id neutro genere efferunt, ita Hebræi fœminino. quod ergo Latinè diceretur, venturum est, aut veniens est (neutro genere) pro venit, Belgicè **het komt**/ id Hebræis est בָּאָה. quid autem venit? לְקַבֵּץ אֶת כָּל הַגּוֹיִם *colligere omnes gentes*, illud colligere venit. Belgicè sic verto, **Ende my belangende**/ ô **haere wercken ende hare gedachten! het komt dat ick vergadere alle volcken ende alle tongen / ende sy sullen komen ende sullen sien mijne heerlickheydt.** nisi forte statuamus potius tres primas hujus versus dictiones legendas esse per interrogationem, quæ contineat aposiopesin Dei irati, qualis est Phædriæ apud Terentium, Egone illam? quæ illum? quæ me? Ita hoc loco, *Egone ipsorum opera & ipsorum cogitationes?* supple feram. *venit quod colligam*, &c. q. d. non feram, sed jam adest tempus quo omnes gentes colligam &c. Ita ו in וְאָנֹכִי interrogationem formaret, ut & alibi sæpe. e. g. Esa. 36. 19. וְכִי הִצִּילוּ אֶת־שֹׁמְרוֹן מִיָּדִי, *an liberarunt Samariam è manu mea?* sic 1 Sam 20. 14. וְלֹא אִם עוֹדֶנִּי חָי וְלֹא תַעֲשֶׂה עִמָּדִי חֶסֶד *an non, si adhuc ego vivo, an non facies mecum benignitatem?*

ANIMADVERSIONES

In loca difficiliora

JEREMIÆ.

Cap. II. Vers. 23.

Dromedaria levis מְשָׂרֶכֶת דְּרָכֶיהָ *implicans vias suas*, nempe huc illuc discurrendo, instar corrigiæ quæ circumvolvitur pedi. ita sane vertunt, qui optimè vertisse videntur, à significatione nominis שְׂרוֹךְ *corrigia.* alioqui variæ admodum sunt hujus loci interpretationes. quibus conjecturam etiam nostram libet addere ex lingua Æthiopica, ubi שרך est *vespere, sero*, ὀψέ. Matth. 28. 1. Marc. 13. 35. hinc vertere liceret, *quæ serotinat vias suas*, id est quæ vesperi in tenebris, quam plena luce ambulare mavult. ea enim dromedariorum, ut omnium pene ferarum indoles est. & rectè id accommodatur populo, quem scortationis spiritualis, in modum scorti carnalis depictæ, insimulat Propheta. noctu enim amant scorta incedere, atque amasios insequi. Nisi forte quis malit ad linguam Arabicam hîc attendere, ubi شرك שרך significat *commune reddere.* شريك שריך *socius, particeps*, hinc vertas, *communes reddens vias suas.* quod scortis optimè convenit, & passim populo exprobratur, quod uno Deo relicto, alios multos promiscuè admiserint.

Vers. 24. פֶּרֶא לִמֻּד מִדְבָּר בְּאַוַּת נַפְשׁוֹ שָׁאֲפָה רוּחַ תַּאֲנָתָהּ מִי יְשִׁיבֶנָּה כָּל־מְבַקְשֶׁיהָ לֹא יִיעָפוּ בְּחָדְשָׁהּ יִמְצָאוּנְהָ׃ Sicut *onager assuetus deserto, in desiderio animæ suæ anhelat ventum. occasionem ejus quis avertet? nulli quærentes eam lassabuntur. in novilunio ejus invenient eam.* Impotentissimam spiritualis scortationis libidinem exprimit. Primo, quod instar sylvestris onagri anhelantis ventum, nihil aliud animo desideret quam afflari spiritu idolorum. Secundo, quod ita ferveat hoc desiderio, ut ab inventa scortandi occasione nemo eam avertere queat. Tertio, quod nequaquam opus sit, amasios in persequenda ea multum lassari, quandoquidem facillima sit inventu. Et quia singulo novilunio convenire solebant, atque ob festi solemnitatem, novamque lunæ φάσιν, quæ etiamnum magno honore ab omnibus Orientalibus excipitur, peculiari quodam fervore ad cultum idololatricum flagrabant, addit in

in novilunio ejus inveniri eam posse. Quod quidam secuti Vulgatum בְּחָדְשָׁהּ vertunt *in menstruis ejus*, non videtur probandum. Menstruum נִדָּה dicitur, non חֹדֶשׁ. & peregrinum est, quod eandem ei significationem tribui velit Junius, Hos. 5. 7. Porro לִמֻּד מִדְבָּר *edoctus deserti* rectè vertitur *assuetus deserto*. significationem eam verbum למד habet, præsertim in lingua Æthiopica, ubi pro *solere* & *assuevisse* usurpatur usitatissimè. ut Matth. 27. 15. Luc. 2. v. 42. & Joan. 18. 15. discipulus ille qui dicitur fuisse γνωςὸς *notus* Pontifici maximo, ab Æthiop. Interprete dicitur למוד, quasi assuetus Pontifici, & solitus cum eo versari.

Vers. 31. *An desertum fui Israëli? an terra tenebricosa? quare dicit populus meus,* רַדְנוּ לֹא נָבוֹא עוֹד אֵלֶיךָ. Obscurum hîc est רַדְנוּ. Vulgatus *recessimus*. quod non procul abest ab interpretatione R. S. J. qui reddidit per נבדלנו ממך *separati sumus à te*. Non video unde hanc verbi significationem jure petant. Plerique Interpretes Kimchium secuti vertunt, *Dominamur*. Non aliam ob causam, quam quia Hoseæ 11. 12. וִיהוּדָה עֹוד רָד עִם אֵל verti solet, *sed Jehuda adhuc dominatur cum Deo*. quod & ipsum ex conjectura potius, quam ex certa verbi significatione, sic redditum, ut conveniret cum loco Gen. 32. 28. שָׂרִיתָ עִם אֱלֹהִים *dominatus es cum Deo*. At loca ista non videntur parallela. Nam præterquam quod personæ non sint eædem (apud Mosen enim agitur de Jacobo, qui ob victoriam de Deo reportatam vocatus fuit Israël. apud Hoseam autem agitur de Juda, quatenus decem tribubus, Israël dictis, contradistinguitur) res etiam non conveniunt. Moses enim indicat, Jacobum cum Deo luctatum superiorem fuisse. Hoseas autem, Judam Deo fideliter adhæsisse, nec sicut Israëlem, defecisse. Quum ergo verbum רוּד non alibi quam duobus hisce in locis in Kal reperiatur, eò dilabor, ut credam dominandi significationem apud Hebræos non habere. Hîc sane apud Jeremiam parum congruere videtur. Negat enim Deus, justam populo suo de se querendi esse causam, quasi deserti instar & terræ caliginosæ ipsis fuisset. cum quo instituto parum quadrat, si subjiciatur, *quare ergo dicit populus meus, dominamur, non veniemus amplius ad te?* id enim non est conqueri, sed gloriari. tantumque aberat, ut inde inferrent, nolle se amplius ad Deum accedere, ut potius adhærere ipsi fidelius tenerentur, quia dominium sub ipsius ductu consecuti erant. Quod quum videret Jonathan, per modum querelæ vertit, *quare dixit populus meus* איטלטילנא *disjecti sumus*. videtur legisse רַדּוּנוּ à רדד *extendit, expandit*. idque passivè accepisse, *expansi sumus*, disjecti nempe in varias terras. vel legit רַדָּנוּ *expandit nos*. vel potius ex Arabica significatione *repulit nos*. significat enim ibi verbum רדד inter alia *repulit*. nomen רד *repulsio*. Ut autem nostram quoque sententiam dicamus. rectam censemus esse lectionem רַדְנוּ à רוּד. quod verbum quia in hiphil obtinet *plangendi & lamentandi* significationem, ut & nomen מָרוּד *planctus*, eandem quoque hîc in Kal ei damus, & vertimus, *Quare dixit populus meus, planximus, non veniemus amplius ad te?* Id est, nunquam nobis lætitiæ argumentum fuit, dum tibi servivimus, non alias quam plangendi flendique causas suppeditasti. quocirca nolumus amplius ad te venire. Itane, inquit Deus, ego vobis desertum fui & caliginosa terra, ut sic de me loquamini? Non dubitarem de ea interpretatione, si hanc verbi significationem dicto quoque Hoseæ loco aptare possem. Sed quia ibi nec plangendi nec dominandi significatio rectè quadrat, quid nocet ex vicinis linguis subsidium petere? Apud Arabes רוד, & mutato pro more ו in א, ראד, in hiphil אראד est *velle cupere*. Hinc apud Hoseam totum versum sic expono, *Circumdederunt me mendacio Ephraim, & fraude domus Israel. sed Juda adhuc vult cum Deo, & cum sanctis fidelis est*. Experiamur an non & hîc apud Jeremiam eandem significationem habere queat. *Quare dixit populus meus, Voluimus, non veniemus amplius ad te*. Id est, sic statuimus, sic decretum nobis, hæc voluntas nostra, nos non venturos amplius ad te. Itane, inquit Deus, ego ab ipsis meritus sum, ut sic velint? siccine ego desertum ipsis fui? Ut autem certius nobis de verbi hujus significatione constet, duobus jam examinatis locis ex conjugatione Kal, alia duo (alibi enim non extat) ex Hiphil addamus. Primus est Psal. 55. 3. הַקְשִׁיבָה לִּי וַעֲנֵנִי אָרִיד בְּשִׂיחִי וְאָהִימָה. ubi plerique secuti Kimchium אָרִיד vertunt *plangam*. Per conjecturam proculdubio, quia id loco congruere videbatur. Lxx. ἐλυπήθην. Vulgatus, *contristatus sum*. R. Selomoh, *querar*. R. Abraham *clamabo*. At R. Menahem *dominabor*. Chaldæus אתרעם *concutiar, commovebor, tonabo*. Fortassis ex Arabica significatione totus versus reddi posset, Attende ad me, & responde: cupio in

in meditatione mea, *& perstrepo.* Alter locus est Genes. 27. vers. 40. וְהָיָה כַּאֲשֶׁר תָּרִיד וּפָרַקְתָּ עֻלּוֹ מֵעַל צַוָּארֶךָ. quod alii vertunt, *Et erit quando dominaberis, rumpes jugum ejus de de collo tuo.* quod quum minus rectè convenire videatur, quia qui dominatur, non fert amplius jugum alterius, maluerunt alii, *quum planxeris.* quod refert Cl. Junius ad tristem illam historiam 2 Reg. 3. 27. ubi filius Regis Edomæorum captus à Moabitarum rege, fuit Kirchareschetæ in holocaustum oblatus: unde indignatio gravis, & non multo post defectio consecuta. At incertum est filiumne regis Edomæorum, an vero proprium, quod multi, & ni fallor, plerique sentiunt, obtulerit Rex Moabitarum. Certum autem, Davidem sibi universam Idumæam subjecisse, 2 Sam. 8. 13. Jugum autem illud excussum denuo sub Joramo, 2 Reg. 8. 22. sed quid sit כַּאֲשֶׁר תָּרִיד, ex historia colligi certò non potest, si Prophetia de corporali servitute intelligatur. in quo falli Interpretes arbitror. Quum enim ex quo David Idumæos subegit, usque ad excussum jugum sub Joramo, vix 150 anni intercesserint, vix magoperæ pretium erat, Isaacum tanquam magnam aliquam Jacobi prærogativam prænunciaturum, dicere Esavo, Tu servies fratri tuo. Optimè id magnus Apostolus ad Electionis fœderisque gratuiti beneficium retulit, Rom. 9. cujus qui particeps est, verè dominatur. Servit autem qui inde exclusus est. Secundum quam sententiam, Arabicam rursus verbi significationem secutus verto, *Et erit, quum volueris, rumpes jugum ejus de collo tuo.* Qnod non nisi sub Euangelio impletum. Quamdiu enim idololatriæ tenebris immersi fuerunt Edomæi, servitutis spiritualis jugo impliciti mansere, illudque abrumpere nec voluerunt, nec velle potuerunt. At nacti gratiam Euangelii, voluerunt abrumpere, & abruperunt, atque una cum fidelibus Judæis in libertatem filiorum Dei asserti sunt. Ignoscant eruditi nostræ huic longiori disquisitioni, qua indagare fuit animus, an non רוד in Scriptura ubique habeat Arabicam volendi significationem.

VERS. 33. מַה תֵּיטִבִי דַּרְכֵּךְ לְבַקֵּשׁ אַהֲבָה לָכֵן גַּם אֶת הָרָעוֹת לִמַּדְתְּ אֶת־ דְּרָכָיִךְ׃ Verto, *Quid ornares viam tuam ad quærendum amorem? profecto etiam pessimas docuisti vias tuas.* Sensum esse arbitror, Quum turpissima sit via tua, quid eam ornare coram me tentas, ut amorem favoremque apud me quæras? Respicere Prophetam puto, quod statim vers. 34. dicetur, Dixisti, *munda sum, etiam aversa est ira ejus à me.* Nempe adulabatur sibi, filia Sion, negabat se iram Dei meritam, prædicabat se mundam, atque ita vias suas pulchras reddebat coram Deo. id proprie est תֵּיטִבִי. Frustra id, inquit Deus, quia etiam pessimæ mulieres à te discere potuerunt, adeo perditæ sunt & corruptissimæ tuæ viæ. Vel vertere licet, *Profecto etiam malitias docuisti vias tuas.* quod rectè explicat R. S. J. אך את הדרך הרע שבכל הדרכים למדת עצמך, *profecto pessimam viam quæ inter omnes vias est docuisti te ipsam.* & bene addit למדת esse הנהגת *aßuefecisti*, adeo ut non malè vertas, *malitiis assuefecisti vias tuas*, sicut supra vers. 23. פֶּרֶא לִמֻּד מִדְבָּר *onager assuetus deserto.* Rectè etiam לָכֵן per אַךְ *profecto* vertit. idque exponens dicit esse לשון שבועה אמת *significatione juramenti, veritatis.* quod hîc apprimè observari volo, quia eadem significatione sumendum arbitror Gen. 4. 15. Jer. 5. 2. Oseæ 2. 16.

VERS. 34. גַּם בִּכְנָפַיִךְ נִמְצְאוּ דַּם נַפְשׁוֹת אֶבְיוֹנִים נְקִיִּים לֹא בַמַּחְתֶּרֶת מְצָאתִים כִּי עַל כָּל־אֵלֶּה׃ Genevenses, *Etiam in alis vestis tuæ inventus est sanguis animarum pauperum innocentum: quos tamen non invenisti in suffossione, sed* (fecisti) *ob omnia ista.* Mirè placent omnia, nisi quod pro *ob omnia ista*, malim *ob omnes istos*, nempe Deos alienos, quos, sicut meretrix amasios, sectabatur Ecclesia Judaica, de quibus toto hoc capite actum fuit. Sensus est, vos rei estis cædium multorum innocentissimorum pauperum, quos non tanquam fures, in suffossione ædium vestrarum deprehensos, necastis, sed in gratiam omnium illorum amasiorum vestrorum, nempe peregrinorum Deorum, quorum numerus civitates vestras æquat. Quum enim à Gentibus didicissent, humano sanguine placare Deos, divites autem quique potentia valebant aggredi non auderent, pauperes & invalidos necarunt, ut eorum sanguine propitios sibi Deos redderent. Lxx. absque vocalibus legentes, legerunt non אֵלֶּה, sed אֵלָה *quercus.* ut sensus sit, occidistis pauperes verè innocentes, quos non in suffossione, sed super omnem quercum sedentes invenistis, id est, qui non vim ædibus vestris fecerunt, sed quercus potius quasvis conscenderunt, ut glandium esu famem sedarent. Sensu sane non inepto. cui tamen priorem præfero, quia causam exhibet, cur pauperes occiderint, nempe in cultum Deorum. Porro דַּם hîc collectivum est.

est. quocirca rectè à Pagnino vertitur, *inventi sunt sanguines*, id est cædes.

CAP. III.

VERS. 1. הֵן יְשַׁלַּח laudo eos qui vertunt, *si dimiserit.* הֵן *si* ex usu Chaldaico. sic enim idem hic Propheta supra usurpavit cap. 2. 10. nisi quod ibi *si* pro *an* ponatur. ut apud Hebræos אִם utrumque valet.

VERS. 2. שְׂאִי עֵינַיִךְ עַל שְׁפָיִים׃ Verti solet, *Eleva oculos tuos ad loca excelsa.* sed Vulgatus *in directum*, sicut & infra cap. 7. 29. Lxx. εἰς εὐθεῖαν *in rectam viam.* sicut Num. 23. 3. שֶׁפִי verterunt εὐθεῖαν *rectà.* respicientes nempe ad Syriacam vocis hujus significationem, ubi שְׁפִיָא est *rectus, planus.* vide quæ ibi annotavimus. unde & hoc loco vertimus, *Eleva oculos tuos super planicies.* vide infra cap. 4. vers. 11.

VERS. 4. *An non ab hoc tempore acclamares mihi, pater mi, dux adolescentiæ meæ tu es?* Probat Ecclesiam istam habere meretriciam frontem. Si enim inquit honestatis ullam haberes rationem, an non ab hoc tempore me patrem tuum vocares, meque diceres ducem adolescentiæ tuæ? Vel potius, An non ab hoc tempore acclamas &c. q. d. verè impudens es. Audes etiam abhoc ipso tempore me patrem vocare & adolesc. ducem. audes rogare an semper iram meam sim servaturus, & tamen & dixisti & fecisti malum & prævaluisti, nempe bonitati meæ. postulas ut iram meam non servem, sed pro ea gratiam substituam, tu autem dicendo & faciendo mala prævaluisti, sic ut ab ira abstinere prorsus nequeam.

VERS. 20. בָּגְדָה אִשָּׁה מֵרֵעָהּ. *Prævaricata est mulier à socio suo.* à verbo רָעָה quod sociari interdum significat, ut Prov. 29. v. 3. & alibi. Hinc in lingua Æthiopica etiam fit מרעי *sponsus*, Matth. 9. 15. & alibi. ita hîc. *prævaricata est mulier à sponso suo*, id est marito.

VERS. 21. קוֹל עַל שְׁפָיִים נִשְׁמָע׃. Vertimus, *Vox super campos audita*, vel *super planities.* Vulgatus, *in viis.* vide supra v. 2. & infra c. 4. 11.

VERS. 23. אָכֵן לַשֶּׁקֶר מִגְּבָעוֹת הֲמוֹן הָרִים אָכֵן בַּיהוָה אֱלֹהֵינוּ תְּשׁוּעַת יִשְׂרָאֵל׃. Omnes ferme nostri Interpretes ellipsin statuunt in primo membro. quia הֲמוֹן הָרִים accipiunt pro *multitudine montium*, quod in forma regiminis scribendum erat הֲמוֹן הָרִים. qua forma refertur à Clar. Buxtorfio in Concordantiis. sed malè. in editione enim Bibliorum ejus, ut & Veneta, & aliis quatuor quas habemus, constanter scribitur in forma absoluta הָמוֹן. qua retenta verto, *Sane frustra est, è collibus multitudinem offerre: sane in Domino Deo nostro est salus Israëlis.* הָרִים mihi est Infinitivus Hiphil, habetque offerendi significationem, apud Mosen usitatissimam unde & תְּרוּמָה *oblatio.* amabat multitudo (populus) in collibus sacrificare, atque è collibus הָרִים elevare victimam cœlum versus. id magnæ cujusdam virtutis esse existimabant, neglecto veri Dei cultu, qui in templo non in collibus sacrificia facere jusserat. merito ergo elevare victimam è collibus, & sperare in Deo, inter se opponit Propheta, & prius frustraneum, alterum utilissimum asserit. posses etiam per הָמוֹן multitudinem non plebis. sed oblationum intelligere, ut sensus sit, *Utique frustraneum est è collibus multas oblationes offerre.* aut si sumas pro בְּהָמוֹן, sensus erit, *frustraneum est è collibus cum strepitu offerre.*

CAP. IV.

VERS. 11. Minatur hîc Deus populo suo ventum, qui non sit ad ventilandum neque ad repurgandum. vocatur רוּחַ צַח שְׁפָיִים. Vulgatus, *Ventus urens in viis.* Pagninus, *Ventus siccus* in *excelsis* locis. Junius, *ventus nitidus locorum eminentium.* Nos, *ventus aridus convallium.* cum enim in convallibus radii solis reverberentur & conduplicentur, fit ibi ventus torridus & arefaciens. de hac significatione vocis שְׁפָיִים vide Num. 23. 3. neque impedit quo minus & infra cap. 7. 29. cap. 12. 12. cap. 14. 6. eodem sensu accipiatur.

VERS. 18. דַּרְכֵּךְ וּמַעֲלָלַיִךְ עָשׂוֹ אֵלֶּה לָךְ זֹאת רָעָתֵךְ כִּי מָר כִּי נָגַע עַד לִבֵּךְ׃. Verto, *Via tua & opera tua fecerunt ista tibi: hoc* fecit *malitia tua, quod amarus sit, quod pertigerit ad cor tuum.* sic malo vertere, quam *hæc malitia tua.* quia hoc, ni fallor, dicendum erat רָעָתֵךְ הַזֹּאת adjectivo postposito. quod cum vidisset doctiss. Junius, transtulit, *hoc* est *mali tui.* perpendant utrumque viri eruditi.

VERS. 24. *Aspexi montes, & ecce tremebant, & omnes colles* הִתְקַלְקָלוּ, quidam *destructi*

sunt, ex Rabbinica significatione, ubi קלקל est הרס *destruxit*. Alii, *commoti sunt*, *agitati sunt*, instar rei levis quæ facile commovetur. ab Hebraica significatione קל *levem esse*. id cum priori membro consentit, & à lingua Æthiopica confirmatur, ubi אנקלקל (quæ conjugatio ibi τῷ Hitphael respondet) significat *concuti*. ut Matth. 24. 29. *virtutes cæli* σαλευθήσονται Æthiopicus interpres ינקלקל.

Cap. V.

Vers. 7. אֵי לָזֹאת אֶסְלוֹחַ לָךְ. Simplicissimum videtur vertere, *ad quid* (vel ob quid, quare) *parcam tibi?* ut idem sit אֵי לָזֹאת quod לָמָּה. sicut enim אֵי זֶה, Chaldaicè אֵידֵין idem est quod מִי *quis?* sic אֵי זֹאת idem quod מָה *quid?* ergo אֵי לָזֹאת idem quod לָמָּה. ל autem inter utramque compositionis partem inseritur, sicut מ in אֵי מִזֶּה *ex quo?* supple loco, id est *unde?*

Vers. 8. סוּסִים מְיֻזָּנִים מַשְׁכִּים הָיוּ. Variè accipitur illud מַשְׁכִּים. Quidam à שכם, unde Hiph. השכים *maturavit*, *manicavit* deducunt, voluntque esse nomen adverbiascens, valens *manè*. Inter hos Pagninus, quem Mercerus laudat. Caret id tamen exemplo & auctoritate. Ideoque Junius & Genevenses pro participio acceperunt, verteruntque *quum manè surgunt*. Id autem dicendum erat מַשְׁכִּימִים in plurali. Nec video cur bene pastis equis assimilentur, dicanturque hinnire quisque ad uxorem proximi, quum manè surgunt, potius quam post meridiem aut vesperam, ubi post Cererem & Bacchum magis calet Venus. Malim esse à מָשַׁךְ, pro מַשְׁכִּים, atque esse formam participialem Chaldaicam, qualis in הַשְׁכִּין *egentes*, Dan. 3. 16. פָּרְסִין *dividentes*, Dan. 5. 25. quæ forma Syris quoque valde usitata, ut דָּמְכִין *dormientes*, Marc. 14. 37. כַּפְנִין *esurientes*. 1 Cor. 4. 11. עַמְלִין *laborantes*, 1 Thess. 2. 9. פָּרְשִׁין *discernentes*, 1 Joan. 2. 20. Nec mirum hîc Prophetam Jeremiam ad Chaldaismum accedere, quum alibi integri versus Chaldaici apud eum reperiantur. ut autem, quid per מַשְׁכִּים hîc intelligamus, appareat, monemus verbum מָשַׁךְ quum absolute usurpatur, significare sæpe מֶשֶׁךְ הָרֶגֶל *protractionem pedis*, *productionem greßus*, atque esse idem quod *ire*, *incedere*, *progredi*. Proferre hic libet omnia loca, ubi nobis quidem simplicissimè eo sensu accipi posse videtur, coactè verò si per *trahere* explicetur. Gen. 37. 29. וַיִּמְשְׁכוּ וַיַּעֲלוּ אֶת־יוֹסֵף מִן הַבּוֹר, *Et protraxerunt* (scilicet pedes, i. iverunt) *& extraxerunt Josephum è fossa*. Exod. 12. vers. 2. מִשְׁכוּ וּקְחוּ לָכֶם צֹאן *ite & accipite vobis ovem*. Lxx. ἀπελθόντες λάβετε. Vulgatus, *Ite tollentes*. Deut. 21. 3. *Vaccam, qua non factum est opus*, אֲשֶׁר לֹא מָשְׁכָה בְּעֹל, *quæ non ivit in jugo*. Jud. 4. vers. 6. לֵךְ וּמָשַׁכְתָּ בְּהַר תָּבוֹר, *i. & progredere in montem Thabor*. Lxx. καὶ ἀπελεύσῃ εἰς ὄρος Θαβώρ. Jonathan ותתנגיד בטורא דתבור *& abstraharis in montem Thabor*. id est, avellas te è loco ubi es, & eò te trahas. Jud. 20. 37. וַיִּמְשֹׁךְ הָאֹרֵב וַיַּךְ אֶת כָּל־הָעִיר, *& progessus est insidiator, & percussit totam urbem*. Lxx. καὶ ἐπορεύθη τὸ ἔνεδρον Job. 31. 33. וְאַחֲרָיו כָּל־אָדָם יִמְשׁוֹךְ וּלְפָנָיו אֵין מִסְפָּר, *Et post eum omnes homines ibant, & ante eum non erat numerus*. Lxx. Καὶ ὀπίσω αὐτοῦ πᾶς ἄνθρωπος ἀπελεύσεται. Sic hoc quoque loco expono, Ut *equi benè pasti incedunt: quisque ad uxorem proximi sui hinniunt*. Lxx. & Vulgatus τὸ מַשְׁכִּין retulerunt ad סוּסִין, quum verterunt, Illi ἵπποι θηλυμανεῖς ἐγενήθησαν. Hic, *Equi amatores & emissarii facti sunt*. uterque procul dubio à מָשַׁךְ *protraxit*, *produxit*, *extendit* derivarunt, quasi dicas equos benè pastos & producentes sup. membrum genitale, quod honoris causa subticetur, quia ex materia subjecta satis intelligitur. fortasse legerunt מְשֻׁכִּים *extensi*, sup. membro genitali, quod emissariis equis & τοῖς θηλυμανέσι rectè convenit.

Vers. 8. סוּסִים מְיֻזָּנִים מַשְׁכִּים הָיוּ אִישׁ אֶל אֵשֶׁת רֵעֵהוּ יִצְהָלוּ: Omnis hujus loci difficultas est in מַשְׁכִּים. Quidam accipiunt pro Benoni Hiphil, ut positum sit pro מַשְׁכִּימִים *mane surgentes*. sic Junius & Genevenses. Insolens est illa contractio. non enim probantur nobis, qui similem agnoscunt in תַּנִּים *dracones*, pro תַּנִּינִים Jer. 9. 11. & 14. 6. Nobis in istis locis תַּנִּים singularis numeri est. sicut Ezech. 29. 3. ubi Pharao vocatur הַתַּנִּים הַגָּדוֹל *balæna maxima*. Quin & תַּנִּין singulare collectivum esse existimamus, Thren. 4. 3. Multo minus מַשְׁכִּים quod singulare est, pro מַשְׁכִּימִים accipi potest. sic enim singulare & plurale absque ulla discriminis nota confunderentur. Alii

Alii ergo maluerunt eſſe nomen ſubſtantivum ſignificans *tempus matutinum*, & poſitum pro בְּמַשְׁכִּים vertunt *mane*. ſed & illud autoritate caret. Nec appoſitum ad rem videtur, eos fuiſſe equorum inſtar ſaginatos mane. Quum enim ſequatur, unumquemque hinniiſſe in uxorem proximi ſui, cur ea libidine mane potius quam veſperi, aut nocte exarſiſſe dicantur? Noſtra conjectura eſt, poni pro מַשְׁכִּים, שׂ pro שׁ. ſicut Jeſ. 3. 16. וּמְשַׂקְּרוֹת עֵינַיִם & *nictantes oculis* pro הַשֹּׁעָרִים וּמְשַׁקְּרוֹת *horrendæ*. Jer. 29. 17. Item שַׁעֲרוּרָה & שַׁעֲרוּרִית *res horrenda*. à שָׁעַר *horrere*. Atque ita erit Benoni hiphil pl. num. à שָׁכָה *proſpicere*, *proſpectare*. unde Syris סַכִּי *exſpectare*. Senſus eſt, *Sicut equi ſaginati proſpectantes ſunt*. quod exponitur per ſequens hinnire. eſtque ea Venereæ libidinis vis, ut quaquaverſum proſpectent oculi, & exſpectent quo ſatiari queat.

VERS. 24. הַנֹּתֵן גֶּשֶׁם וירֶה וּמַלְקוֹשׁ בְּעִתּוֹ׃ Mazorethæ notarunt legendum יוֹרֶה, quaſi mendum habeat textus, & ו quod ante י ponitur, poſt illud ſit collocandum. at non dubito quin הַ כתיב rectum ſit, & mens Prophetæ, Deum dare primo pluviam in genere, quæ toto anni tempore ad quoſvis uſus hominum, animalium & plantarum neceſſaria eſt, deinde etiam certis anni temporibus tempeſtivam & ſerotinam in uſum frugum. quod & Kimchius rectè animadvertit. Sequitur שְׁבֻעֹות חֻקּוֹת קָצִיר יִשְׁמָר־לָנוּ quæ verto, *Juramenta ſtatutorum meſſis ſervat nobis*, id eſt jurata ſtatuta meſſis. ſicut juravit Gen. 9. 1.

VERS. 26. *Nam inventi ſunt in populo meo improbi*, יָשׁוּר כְּשַׁךְ יְקוּשִׁים, *Aſpiciunt, ſicut qui ponit laqueos*. Sic Pagninus, & Genevenſes. quod laudat Mercerus. Tamen יקוש יָקוּשׁ יוֹקֵשׁ *aucupem* ſignificant. laqueus מוֹקֵשׁ dicitur. Maluit ergo Junius, *ſicut tendentes aucupes*. quod probat Buxtorfius. Examinentur tamen omnia loca præter hunc, ubi verbum שַׁךְ reperitur, nuſquam pro tendere aut ponere retia invenietur, ſed ubique pro *quieſcere*, *ceſſare*. ut & hiphil הֵשֵׁךְ pro *quieſcere facere*. Eandem ſignificationem hic retinendam arbitror. & retineri poteſt, modo כ in כְּשַׁךְ non habeatur pro Caph ſimilitudinis, quod alii Interpretes fecerunt, ſed pro litera bachlam, quæ Infinitivo juncta ſæpe ad tempus refertur, & per *quum* vertitur. ut כְּרֻם quum *exaltantur*, Pſal. 12. 8. כְּדַבֵּר quum loqueretur. Jud. 2. 5. ſic hoc loco, *Contemplatur quiſque, quum quieſcunt aucupes*. Id eſt, tam improbi inveniuntur in populo meo, ut nunquam ceſſent occaſiones nocendi explorare. ipſis aucupibus avidiores ſunt, qui tempora ſua habent quibus quieſcunt. Nam neque noctu, neque omnibus anni tempeſtatibus venari poſſunt, nec volunt. habent ſua tempora quibus avibus parcunt. At improbi populi mei nunquam quieſcunt, ne tum quidem quum aucupes ceſſant, ſed ſemper ſpeculantur & obſervant.

VERS. 28. שָׁמְנוּ עָשְׁתוּ גַּם עָבְרוּ דִבְרֵי־רָע דִּין לֹא־דָנוּ דִּין יָתוֹם׃ Variè exponitur גַּם עָבְרוּ דִבְרֵי רָע. Pagninus, *etiam ſuperaverunt facta mali*, id eſt peſſimi cujuſque, ut habent Notæ Vatabli. plus mali fecerunt, quam alii peſſimi. ſic quoque Genevenſes & Scindlerus. Junius autem, *Etiam tranſcendunt res malas*. id eſt, non vincuntur adverſitatibus, ſed eas ſuperant. Diſpiciant eruditi, an non רָע hic melius ad perſonam referatur. nec tamen impium, ſed triſtem, miſerum & afflictum ſignificet. eodem ſenſu, quo dicuntur פָּנִים רָעִים *facies malæ*, id eſt, triſtes. & פָּרוֹת רָעוֹת *vaccæ attenuatæ & macilentæ*. Hinc verto, *Etiam præterierunt res afflicti*. quod cum præcedentibus hujus verſus & ſequentibus optimè convenire videtur. ut ſenſus ſit, Pinguefacti ſunt & nituerunt, ideo etiam miſerorum & afflictorum res tractare, non ſunt dignati, ſed eas præterierunt, & ſuperciliosè contempſerunt. quod ſequentibus explicatur, *Judicium non judicarunt, judicium pupilli. nam proſperè agunt, & jus pauperum non judicant*. Jonathan alio prorſus modo vertit, אף עברו על פתגמי אוריתא עברו דביש, *Etiam tranſgreſſi ſunt verba legis, fecerunt malum*. quem ſenſum verba Hebræa ferre poſſunt, ſi דִּבְרֵי accipias pro בְּדִבְרֵי. tum enim vertere licebit, *etiam tranſgreſſi ſunt rebus malis*. id eſt, legem tranſgreſſi ſunt, faciendo res malas. Quod autem quæ ſequuntur, דִּין יָתוֹם וְיַצְלִיחוּ ſic conjunxerit, ut verteret ואלו הוו דינין דין יתמא הוו מצליחין, *& ſi judicaſſent cauſam pupilli, proſperè egiſſent*. id verba Hebræa non ferunt.

VERS. 30. *Prophetæ prophetarunt in mendacio*, וְהַכֹּהֲנִים יִרְדּוּ עַל יְדֵיהֶם. Vulgatus, *& ſacerdotes applauſerunt manibus ſuis*. tranſtulit

ſtulit verba Lxx. Interpretum, quæ tamen malè intellexit. ſic legitur, καὶ οἱ ἱερεῖς ἐπεκρότησαν ταῖς χερσὶν αὐτῶν. male vulgatus legit αὐτῶν. Senſus eſt, *Et ſacerdotes plauſerunt in manibus eorum*, nempe Prophetarum. non enim legerunt יֵרְדוּ, ſed יִרְדּוּ. ad verbum, *& ſacerdotes deſcenderunt in manus eorum*, id eſt, aſſenſi ſunt falſis Prophetis. aſſentiuntur enim, qui aliorum manibus applaudunt, & in eas quaſi deſcendunt. Ut autem nunc habet lectio יִרְדּוּ, eſt à רָדָה quod interdum *dominari*, interdum *capere* ſignificat. Hinc alii, *Et ſacerdotes capiunt* (ſup. munera) *per manus eorum*. Alii, *dominantur per manus eorum*, id eſt ut habet Junius, operâ eorum. ſic ut Prophetæ miniſterium præbuerint ſacerdotibus, ad dominium eorum amplificandum. Id autem Hebræi potius dicerent בִּידֵיהֶם. hoc enim eſt *per manus eorum*, & miniſterium plerumque denotat. At עַל יְדֵיהֶם propriè eſt, *Secundum manus eorum*, *juxta eos*. עַל יַד paſſim pro *juxta*, Exod. 2. 5. Num. 13. 29. Joſ. 15. 15. ut & apud Syros. על יד ימא eſt παρὰ τὴν θάλασσαν. Hinc quando de perſonis dicitur, uſurpatur ſæpe de eo, juxta quem quis ita eſt, ut manum ejus, id eſt ductum, regimen & nutum ſequatur. Sic 1 Chron. 25. 2. dicuntur conſtituti filii Aſaphi, ut eſſent עַל יַד אָסָף הַנִּבָּא עַל יְדֵי הַמֶּלֶךְ׃ *ſub ductu Aſaphi, qui prophetabat ſub ductu regis*. ut & verſ. 3. filii Jeduthun, & verſ. 6. filii Heman dicuntur fuiſſe עַל־יְדֵי אֲבִיהֶם בַּשִּׁיר בֵּית יְהוָה׃ *ſub ductu patris ſui, in cantu domus Domini*. ubi & Aſaph, Jeduthun & Heman dicuntur fuiſſe עַל יְדֵי הַמֶּלֶךְ׃ *ſub ductu regis*. Dicitur & de eo, juxta quem quis ordine ſaltem eſt, ut præeuntem ordine ſequatur. ſic 2 Chron. 17. ubi principes Joſaphati ordine recenſentur, primus nominatur Adna, verſ. 14. deinde עַל יָדוֹ יְהוֹחָנָן *poſt eum Joannes*. וְעַל יָדוֹ עֲמַסְיָה *& poſt eum Amaſia*. ut rectè vertit Vulgatus. Junius *& ſecundum eum*. Eandem phraſin in ordinibus Levitarum vide 2 Chron. 31. 15. & in ordinibus eorum qui unus poſt alium reſtaurationi templi incumbebant Nehem. 3. 2. 4. 5. Ita & hoc loco capio, ubi primo loco collocantur Prophetæ, qui mendaciter prophetarunt. deinde adduntur Sacerdotes, qui עַל יְדֵיהֶם *Secundum manus eorum*, id eſt poſt eos, eorumque ductum & authoritatem ſequentes, dominati ſunt. Sic interpretatur R.S.I. על ידיהם inquit eſt כלומר לאחריהם כמו והמלך עובר וכל העם עוברים על ידו. *quaſi dicas, poſt eos. ſicut, Et rex tranſibat, & totus populus tranſibat poſt eum*. locus eſt 2 Sam. 15. Sed & R.D.K. adferens ſententiam eorum, qui ירדו hic capiunt ענין ממשלה *ſignificatione dominii*, dicit על ידי הנביאים tum eſſe כרצונם *ſecundum voluntatem eorum*. adeo ut non tam miniſterium, quam authoritas eorum hic indicetur, qua fulti Sacerdotes pro arbitrio ſint dominati. Majoris enim autoritatis erant Prophetæ, quam Sacerdotes. quia illorum extraordinarium, horum ordinarium erat munus. Aliam plane interpretationem dat Jonathan, וכהניא מסיעין על ידיהון *& Sacerdotes juvant ſuper manus ſuas*, id eſt, falſos Prophetas quaſi ſuper manus ſuas capiunt, & geſtant, atque ita juvant eos. ירדו ſumpſit capiendi ſignificatione. nec eſt interpretatio quam dat inepta, imo vix aliam caperent verba, ſi legeretur יִרְדּוּם *capiunt eos*. facile autem affixum ſubintelligitur. tum ſenſus eſt, ſummum inter falſos Prophetas & ſacerdotes eſſe conſenſum. Hos illis non tantum non reſiſtere, ſed & ſuper manus ſuas capere, ut tueantur & adjuvent. Id ſane ſimplicius eſt, quam ut intelligas, accepiſſe eos in manus ſuas munera. quod voluit D. Kimchi & poſt eum Pagninus.

Cap. VI.

Vers. 19. וְתוֹרָתִי וַיִּמְאֲסוּ־בָהּ Pagninus rectè, *Et legem meam reprobaverunt*. Sed quia in notis Vatabli additur, ו hoc loco tantum vertere futurum in præteritum, & relativum redundare, viſum eſt conſtructionem hanc Hebræam plenius explicare. ו in וַיִּמְאֲסוּ propriè hic eſt ἀποδοτικόν. quod enim præcedit וְתוֹרָתִי, propriè eſt, ex more Hebraiſmi, nominativus abſolutus, qui Latine reddi poteſt per *quod attinet*, hoc modo. *Et lex mea*, id eſt, & ad legem meam quod attinet, *reprobarunt eam*. ubi ו non adhibetur, ut futuro יִמְאֲסוּ tribuat ſignificationem præteriti. id enim facit ſubjectum pathach cum ſequente dageſch. ſed ut antecedenti tribuat ſuum conſequens. unde Vau conſecutivum ſeu redditivum dicitur. habuiſſetque hic etiam cum præterito locum. hoc modo. וְתוֹרָתִי וּמָאֲסוּ בָהּ. quod Latinis aliud nihil ſignificat, quam ut Pagninus vertit, Et legem meam reprobarunt. tale eſt omnino Arabicum ف. ut Actor. 2. 14. אמא הדא פאערפוהא, ad literam, *utique hoc, & cognoſcite illud*. Id eſt ſimpliciter, *hoc cognoſcite*, τοῦτο ὑμῖν γνωστὸν ἔστω.

Cap.

CAP. VII.

VERS. 4. *Ne fidite vobis in verbis mendacii, dicendo: Templum Domini, templum Domini, templum Domini* הֵמָּה *illi* sunt. sic vertendum, si generis masculini ratio hic habenda. Sensus esset, ne fidite dictis falsorum Prophetarum, qui quum veri Prophetæ interitum huic populo minantur, negant id futurum, dicentes: Illi, id est, iste populus, sunt templum Domini, sunt templum Domini, sunt templum Domini. hos si perderet Deus, templum suum perderet. quod minimè equidem credendum est facturum. Sensus hîc non est incommodus. Neque inusitatum sacris literis, ut populus Dei ejus dicatur templum. Tamen quia circumstantiæ omnes arguunt, non tam de metaphorico, quam de Hierosolymitano & propriè dicto templo hîc agi (Jussus enim fuit Propheta in ipsa templi porta consistere, v. 2. eosque qui in portas templi intrabant compellare. Ibid. fiduciamque, quam in templo isto collocabant, quasi nunquam esset destruendum, eripere, instituta cum Schilunte comparatione, ad cujus imitationem hoc quoque templum destructurum se minatur) non dubito, quin הֵמָּה non ad personas, sed ad res ipsius templi sit referendum. Hebræi enim, quum neutro genere careant, pro eo non fœminino tantum, sed & sæpe masculino utuntur. Ipsum ergo Prophetam, in porta templi stantem, totamque ejus structuram, præsertim tres ejus, in quas distinctum erat partes vestibulum, sanctum, & sanctum sanctorum digito monstrantem, dixisse arbitror intrantibus, Ne vosmetipsos decipite, dicentes, *Templum Domini, templum Domini, templum Domini sunt hæc.* hæc sc. quæ videtis, quæque ego digito demonstro.

VERS. 8. *Vos confiditis vobis in verbis mendacii.* לְבִלְתִּי הוֹעִיל plerique omnes vertunt, *quæ non prosunt*, id est אֲשֶׁר לֹא יוֹעִילוּ. Præfero longe Jonathanem, qui ad verbum transtulit בדיל דלא להנאה, *ut non sit ad juvandum.* Hebræa sonant, *ad non proficiendum*, ut non prosit vobis, sc. fiducia vestra. Sensus est, vos datâ operâ hoc agere videmini, ut non juvemini. Si enim ex fiducia vestra emolumentum capere velletis, non eam בְּדִבְרֵי שֶׁקֶר in verbis aut rebus mendacibus collocare oportebat. in quibus eam quum ponitis, hoc ipsum videmini velle, ut nihil vobis prosit. Vel sic. *Vos confiditis vobis in verbis mendacii, nihil proficiendo*, id est frustra, sine ullo profectu.

VERS. 9. הֲגָנֹב &c. Genevenses הֲ acceperunt pro הֲלֹא *an non?* sicut & 1 Sam. 2. 27. Neutro in loco id necessarium videtur. Hîc certè nihil est, quod cogat. Commodum enim sensum habet, si cum Pagnino vertamus, *An furabimini, occidetis, & adulterabitis, & jurabitis in vanum, & adolebitis Baal, & ambulabitis post deos alienos quos non nostis: Et venietis & stabitis coram me in domo hac?* &c. Sensus est: An mihi gratum, vobisque utile id esse putatis, quod furantes, occidentes &c. veniatis & stetis coram me in domo mea? LXX. tamen, Jonathan & Vulgatus absque interrogatione verterunt, neglecta plane litera הֲ tanquam superflua. Simplicissimum id, fateor, & facillimum sensum dat. Nec tamen inutile ibi הֲ esse, dicendum arbitror. Rabbi Levi 1 Sam. 2. 27. ait הֲ in הֲנִגְלֹה נִגְלֵיתִי esse ה״האמתות *He verificativum.* malim dicere, esse He ἐπιτατικὸν καὶ αὐξητικὸν, *intendens & augens*, eandem fere vim habens in verbis, & particulis, quam in nominibus He Emphaticum, ubi adjectivis junctum, superlativum efficit, ut הַטּוֹב *optimus.* הַגָּדוֹל *maximus.* Libet enumerare locos, ubi הֲ hunc usum obtinere videtur. Primus est 1 Sam. 2. 27. ubi נִגְלֹה נִגְלֵיתִי *revelando revelavi me*, emphasin habet. sed majorem quum dicitur הֲנִגְלֹה נִגְלֵיתִי, id est, *præclarissima revelatione revelavi me.* Secundus est Prov. 24. 28. אַל תְּהִי עֵד חִנָּם בְּרֵעֶךָ, וַהֲפִתִּיתָ בִּשְׂפָתֶיךָ, *Ne sis testis iniquus in proximum tuum: nam valde falleres labiis tuis.* פִּתִּיתָ in piel est *falleres.* majus est addito ה, הֲפִתִּיתָ. Tertius locus, 1 Reg. 16. 31. וַיְהִי הֲנָקֵל לֶכְתּוֹ בְּחַטֹּאות, *Et fuit valde vile. ambulare ipsum in peccatis Jeroboami.* Majus est הֲנָקֵל quam נָקֵל. Quartus est 2 Sam. 23. 19. מִן הַשְּׁלֹשָׁה הֲכִי נִכְבָּד *tribus illis verissimè honoratior erat.* כִּי est particula confirmandi *verè.* Majus est הֲכִי *verissimè, summo jure.* Sic Gen. 27. 36. הֲכִי קָרָא שְׁמוֹ יַעֲקֹב, *verissimè* (summo jure) *vocatur nomen ejus Jacob* (vel supplantator) *nam bis jam me supplantavit.* His jam addi potest locus quem præ manibus habemus. ubi primum emphasin insignem habet, quod pro Indicativis adhibeantur

tur Infinitivi, גָּנֹב רָצֹחַ וְנָאֹף pro גְּנַבְתֶּם רְצַחְתֶּם וְנִאַפְתֶּם. Deinde augetur Emphasis, quum dicitur הֲגָנֹב. q. d. quam maximè inter vos obtinet furari, occidere, & adulterium committere: tamen venitis & statis coram me in domo hac. addatur locus Jer. 31. 20. Et confirmat non parum hanc sententiam, quod אִם, quæ particula in interrogatione idem valet quod הֲ sæpe sumatur pro באמת *verè*, fatente Kimchi in lib. rad. Quid si dicamus, He illud proficisci à demonstrandi particula הֵן vel הֵא *ecce*. Et sicut in nominibus vocatur *He demonstrativum*, ita & in dictis locis eodem nomine rectè nuncupari. quin & asseverare ausim, nullum esse ex allatis locis, ubi non per *ecce* rectè exponatur. *Ecce revelando revelavi me. Ne sis testis iniquus in proximum tuum: nam ecce falleres labiis tuis. Et fuit ecce vile, ambulare in peccatis Jeroboami. Tribus illis ecce verè honoratior erat. Ecce verè vocatur nomen ejus Jacob. Ecce furari, occidere, scortari.* &c. Tam commodum id sensum exhibet, ut dubitare subeat, an non in hisce locis pro separato הֵא veniat הֲ junctum ipsi dictioni.

VERS. 29. *Tonde cæsariem tuam & projice, & attolle* קִינָה שְׁפָיִם *super campos planctum.* vide supra cap. 3. 2. 21. &c. 4. 11. sic & infra vertendum censemus cap. 12. v. 12. & 14. vers. 6.

CAP. VIII.

VERS. 4. הֲיִפְּלוּ וְלֹא יָקוּמוּ אִם יָשׁוּב וְלֹא יָשׁוּב׃. Nulla interpretatio minus arridet Junii, etsi ea fere sit Kimchii. nulla magis Genevensium, qui hæc per Impersonalia, ex more Hebraismi rectè expresserunt. Belgicè, **Soudemen vallen / ende niet opstaen? Soudemen sich af keeren / ende niet wederkeeren?** שׁוּב enim passim, etiam hoc ipso capite, pro averti & reverti sumitur. quæ duæ significationes hîc elegantissimè conjunguntur. quod & LXX, & Vulgatus bene interpretati sunt.

VERS. 5. מַדּוּעַ שׁוֹבְבָה הָעָם הַזֶּה יְרוּשָׁלַםִ מְשֻׁבָה נִצַּחַת׃ Quidam vertunt, *Quare aversus est populus ille Jerusalem aversione continua?* Vix permittit constructionem illam ה emphaticum in הָעָם postulat enim genius linguæ Hebrææ, ut *populus Jerusalem* dicatur עַם יְרוּשָׁלַםִ, cum pathach, & absque ה præfixo Hinc Junius, *populus iste*, urbs *Jeruschalaimorum.* Genevenses, *populus iste*, scilicet *Jerusalem.* Vulgatus *populus iste* in *Jerusalem*, subintellecto ב. Sed duo porro sunt, quæ animadversionem postulant. Unum, quod omnes, quos vidi, שׁוֹבְבָה construant cum הָעָם, cum tamen genere differant. Alterum, quod exponant passivè *aversus est*, vel *rebellis factus est*, quum sit conjugationis activæ, & passim activè sumatur. ut inter alia Esa. 47. 12. דַּעְתֵּךְ הִיא שׁוֹבְבָתֶךְ *scientia tua, illa avertit*, vel *rebellem fecit te.* Ita & hoc loco, שׁוֹבְבָה construo cum יְרוּשָׁלַםִ, & verto, *Quare avertit populum hunc Hierosolyma aversione pertinaci?* ut Hierosolyma sumatur pro rectoribus & doctoribus, qui causa erant rebellionis populi. Sicut Matth. 23. Servator dicit Hierosolymæ, voluisse se filios ejus congregare, ipsam vero noluisse. Vel potest etiam יְרוּשָׁלַםִ accipi in vocativo casu, & שׁוֹבְבָה construi cum מְשֻׁבָה, hoc modo: *Quare avertit populum hunc, ô Jerusalem, aversio pertinax?* In præcedenti interpretatione subintelligebatur ב ad מְשֻׁבָה. in hac nulla est ellipsis. itaque hanc simplicissimam esse arbitror. R. D. K. ut fœmininum שׁוֹבְבָה conciliet cum masculino הָעָם, dicit respici הכנסה *Ecclesiam, cœtum.* sicut in illo Jud. 18. vers. 7. הָעָם אֲשֶׁר בְּקִרְבָּהּ יוֹשֶׁבֶת לָבֶטַח, *populus qui est in medio ejus habitat securè.* Sed non est eo veniendum, nisi cogat necessitas, quæ hîc nulla videtur. Et in dicto loco Judicum alia constructionis istius anomalæ causa reddi posset, ut nempe ea denotaretur, non populum tantum urbis, sed & ipsam in securitate sedere. sicut 1 Sam. 2. v. 4. קֶשֶׁת גִּבֹּרִים חַתִּים, indicat constructio, & arcum fortium, & ipsos frangi.

VERS. 8. אָכֵן הִנֵּה לַשֶּׁקֶר עָשָׂה עֵט שֶׁקֶר סֹפְרִים׃ Simplicissima & maximè accommoda mihi videtur interpretatio Vulgati, *Verè ecce mendacium operatus est stylus mendax Scribarum*, Malim tamen לַשֶּׁקֶר cum Kimchio accipere pro לחנם *in vanum, frustra.* sicut אך לשקר שמרתי *sane frustra custodivi.* Sensus est, Peream gloriamini vos sapientes esse, & legem Dei penes vos esse, quam ubique consulere possitis. Enimvero Scribæ vestri & Legisperiti, quorum est dictare leges & consilia, mendacem habent calamum, qui frustra & in vanum operatur. nihil minus inde quam sapientiam haurire potestis, nec impedit hanc interpretationem accentus Zakeph Katon super

per עָשָׂה. is enim non semper sententiam distinguit. quare & R. D. K. eum neglexit, etsi paulo aliter construxerit. sic enim paraphrasticè interpretatur, מי שעשה חקולמוס לכתוב אותה להנם עשה אותו וכן שקר סופרים. *Qui fecit calamum ad scribendam legem, in vanum fecit eam: & sic mendacium sunt Scribæ.* Impersonaliter accepit τὸ עָשָׂה, *fecit stylum*, nempe qui fecit, id est, factus est stylus. sicut Gen. 27. 36. קָרָא שְׁמוֹ *vocavit nomen ejus*, nempe qui vocavit. id est, vocatum est nomen ejus. Hinc non malè verteretur, *Profecto ecce in vanum factus est stylus, mendacium* sunt *scribæ*.

VERS. 13. *Non sunt uvæ in vite, & non sunt ficus in ficu, & folium emarcuit:* וָאֶתֵּן לָהֶם יַעַבְרוּם, Pagninus, *& quæ dedi eis, transierunt ab eis.* subintellexit אֲשֶׁר ante אֶתֵּן secutus Kimchium. Vulgatus autem ante יַעַבְרוּם: vertit enim, *& dedi ipsis quæ prætergressa sunt.* quod sane non displicet. Moneo tantum verti etiam posse, *& dedi ipsis, ut præterirent eos.* docet, nihil mirum esse, si nec ficus sint in ficu, nec uvæ in vite, & folia emarcuisse, quia inquit non dedi ipsis ut iis fruerentur, sed ut omnia ista transirent, & præterirent, eosque destitutos relinquerent. totum versum ad pœnam refero: ut sicut in initio versus dixit, se consumendo consumturum eos, ita sequentibus verbis doceat qua ratione id sit facturus. Junius per modum querelæ vertit, *Non sunt uvæ in ista vite, nullique fici in ista ficu, etiam ipsa folia deciderunt, & quæcunque adhibeo eis prætereunt.* id est, inquit, nullam culturam à me admittunt. Jonathan quæ de uvis, ficubus & foliis dicuntur, ad pœnam refert. reliqua ad querelam, qua pœnæ istius causa in ipsos rejicitur. vertit enim על דיהבית להון אוריתי מסיני ועברו עלה, *quia dedi ipsis legem meam de Sinai, & transgressi sunt eam.* Sic R. S. I. *Totum*, inquit, *hoc erit ipsis, quia dedi ipsis statuta, quæ transgressi sunt.* Præfero primam interpretationem, utpote longe simpliciorem.

VERS. 17. מַבְלִיגִיתִי עֲלֵי יָגוֹן עָלַי לִבִּי דַוָּי. Nihil hîc difficile præter מַבְלִיגִיתִי. quod quidam volunt esse Ben. Hiph. fœm. gen. pro מַבְלִיגָיתִי. Sic Junius, qui subintelligens fœm. נֶפֶשׁ vertit, Anima *mea recreatura se* est *in mœrore: in me animus meus languidus est.* dicendum erat *recreatura me.* est enim affixum primæ personæ. Alii volunt esse nomen verbale substantivum, *corroboratio, recreatio*, ad verbum, *Recreatio mea de dolore*, id est, si me recreare velim de dolore meo, *in me cor meum ægrum est.* id est, non possum, ob nimiam cordis ægritudinem. Pagninus subintelligit ב, In *fortificatione mea super dolore, in me cor meum infirmum est.* Volunt esse formæ מַרְבִּית *soboles, fœtus.* quod tamen ab hoc diversum est. Jod enim in מַרְבִּית radicale est, pro ה positum à רָבָה *crescere.* quod non habet locum in מַבְלִיגִית. Malim itaque esse formæ תַּחְתִּית *inferior*, à Masc. תַּחְתִּי qualia apud Rabbinos sunt à גּוּפִי *corporeus*, גּוּפִית *corporea.* אַרְצִי *terrenus*, אַרְצִית *terrena.* Sic à Participio מַבְלִיג *roborans*, derivari potest מַבְלִיגִי *roborator.* fœm. מַבְלִיגִית *roboratrix, recreatrix, consolatrix.* Hinc verto, *ô consolatrix mea adversus dolorem! in me cor meum ægrum est.* Apostrophe est, aut ad uxorem, quæ marito solatio est, aut ad animam suam, quæ sola solatii argumenta excogitare potest.

CAP. IX.

VERS. 3. וַיַּדְרְכוּ אֶת־לְשׁוֹנָם קַשְׁתָּם שֶׁקֶר: Verto, *Et tetenderunt linguam suam*, ut *arcum suum, mendacio.* שֶׁקֶר pro בְּשֶׁקֶר. Vel, *& tetenderunt linguam suam: arcus ipsorum mendacium est.* quia tendere linguam, metaphoram habet ab arcu, ipsam linguam mox arcum vocat. quum enim audis *& tetenderunt linguam suam*, ipsam linguam arcum ipsorum dici intelligis. ut autem scias, cujusmodi hic arcus sit, ait, hunc ipsorum arcum quem tetenderunt, nempe linguam ipsorum merum esse mendacium.

CAP: X.

VERS. 7. *Quis non metueret te, Rex gentium? Nam tibi convenit.* Sequitur כִּי בְכָל־ חַכְמֵי הַגּוֹיִם וּבְכָל־ מַלְכוּתָם מֵאֵין כָּמוֹךָ. difficultatem hîc parit מֵאֵין. quod passim significat *ut non sit*, eo sensu quo dicimus, *vastabitur urbs ut non sit qui inhabitet.* At quatuor loca sunt apud Jeremiam, ubi sensus iste non quadrat. primus est Jer. 7. 32. cum quo secundus convenit Jer. 19. 11. ubi cadavera dicuntur sepelienda in valle filiorum Hinnom, מֵאֵין מָקוֹם לִקְבּוֹר *quia nullus locus erit ad sepelien-*

peliendum. מ cauſam denotat, ut & ſæpe alibi, ex qua res aliqua proficiſcitur. idem quod כִּי ſic commodè tertius locus qui eſt Jer. 10.6. exponitur. *Dii gentium non poſſunt maleface-re, nec penes eos eſt bene facere*, מֵאֵין כָּמוֹךָ יְהוָה *ex eo quod nullus eſt par tibi.* ſic rectè Junius & Genevenſes. potius quam Pagninus, qui neglectâ præpoſitione מ, vertit *Non eſt ſimilis tui Jehovah.* Sed verſu hoc 7. non laudamus Junium, quod verterit, *Cum* maximus ſis *in omnibus ſapientibus gentium, & omni regno ipſarum, ex eo quod nullus eſt par tibi.* Inſeruit *maximus ſis*, quamvis in toto verſu non extet, ut מֵאֵין vertere poſſit ſicut in ſuperioribus locis *ex eo quod non.* Præfero Pagninum & Genevenſes, qui neglectâ præpoſitione מ, ſimpliciter vertunt, *Quia inter ſapientes gentium, & in regno earum non eſt ſimilis tibi.* Nec tamen illud מ in Hebraiſmo plane otioſum eſſe arbitror, nec habere unde regatur. regitur à לְךָ יָאָתָה *tibi convenit, ut te omnes metuant.* Unde vero hoc tibi convenit? מֵאֵין כָּמוֹךָ *ex eo quod non ſit ſicut tu.* At inquies, impedit illud regimen interveniens particula כִּי: Nego impedire, quia, ut in ſuperioribus locis, ita & hîc idem valent כִּי & מִ: utraque particula cauſam denotat, ex qua quod dixerat fluit. Itaque perinde eſt, ac ſi emphaſeos gratia כִּי fuiſſet repetitum, & pro מֵאֵין dictum fuiſſet, quod idem valet, כִּי אֵין Ac Latinè verti poſſet, *Quia inter ſapientes gentium, & inter regna earum, quia, inquam, non eſt ſimilis tibi.*

Vers. 10. וַיהוָה אֱלֹהִים אֱמֶת. Pagninus, *At Jehova Deus veritas eſt.* In qua enunciatione videtur *Jehova Deus* eſſe ſubjectum, *veritas* prædicatum. Alii malunt ſubjectum eſſe יהוה. prædicatum אלהים אמת, & vertunt *Deus verus eſt*, per Enallagen formæ abſolutæ pro conſtructa, pro אֱלֹהֵי אֱמֶת *Deus veritatis*, id eſt verus. Malim אֱמֶת ſumere adverbialiter pro בֶּאֱמֶת verè. quo ſenſu ſæpe in Liturgia Judæorum uſurpatum invenio. ut quum dicunt, אמת אתה הוא ראשון ואתה הוא אחרון *verè tu es primus & ultimus.* niſi forte ſenſus ſit, *ô veritas, tu es primus* &c. ſignificat autem אמת & אמתה paſſim apud Hebræorum Magiſtros ipſiſſimam rei cujuſvis ſubſiſtentiam, &, ut ſic dicam, eſſentiæ realitatem. nec aliter hoc loco accipiendum. quamobrem cum Maimonides in Miſnah Thorah, ubi Dei eſſentiam cum reliquorum entium confert, rectè ſic explicat, אין אמתתו כאמתת אחד מהם הוא לבדו האמת ואין לאחר אמת כאמתתו: id eſt, *Non eſt eſſentia ejus ſicut eſſentia ullius illorum. ille ſolus eſt vera eſſentia, nec habet alius illam eſſentiæ veritatem quam is habet.*

Vers. 13. לְקוֹל תִּתּוֹ הֲמוֹן מַיִם בַּשָּׁמַיִם. Junius, *Quo edente vocem ſuam, fremitus aquarum eſt in cælis.* Genevenſes, *ſimulac edit vocem ſuam.* abit hoc à ſitu verborum, & à conſtructione Hebræa. Pagninus, *Qui voce ſua dat multitudinem aquarum.* Vulgatus, *Ad vocem ſuam dat multitudinem aquarum.* Hi Infinitivum תִּתּוֹ acceperunt pro præſenti. Si conſtructionem ſequi velimus, ad verbum eſt, *ad vocem dationis ejus*, vel *ad vocem dandi eum.* qua conſtructione ſervata, dupliciter hæc exponi poſſunt. Primum, *Ad vocem dationis ejus, multitudo aquarum eſt in cælis.* Id eſt, nullam habere poſſunt homines pluviam, niſi Deo dante. ſimul ac dat, ad vocem dationis ejus, ſtatim multitudo aquarum in cælis reperitur. Belgicè, **Op de ſtemme ſijnes gevens / iſſer een meenighte (vel een gedruys) van wateren in den Hemel.** Nihil obeſt huic interpretationi, niſi quod תִּתּוֹ non habeat accentum majorem diſtinctivum. quodque cum rerum ordine non ſatis convenit, quod primum dicatur eſſe multitudo aquarum in cœlis, deinde efferri vapores è terra. Nam ſecundum naturæ ordinem, prius elevantur vapores, deinde oritur pluvia. quod impulit Pagninum & Genevenſes, ut וַיַּעֲלֶה verterent, *poſteaquam aſcendere facit.* Utrumque obſtaculum tollitur, ſecundo interpretandi modo, nempe ſi vertamus, *Ad vocem dandi ipſum* (id eſt *qua dat* vel *ponit*) *multitudinem aquarum in cælis, aſcendere facit vapores ab extremitate terræ.* tum Vau in וַיַּעֲלֶה non erit copulativum, ſed illativum ſeu conſecutivum, Senſus erit, Eo ipſo quod vocem ſuam edit, quâ multitudinem aquarum in cœlis ponat, vel, ſimulac jubet multitudinem aquarum in cœlis eſſe, elevantur vapores è terra, unde multitudo aquarum in cælis oriatur. Id mihi ſimpliciſſimum, & conſtructioni Hebrææ convenientiſſimum videtur.

Vers. 14. נִבְעַר כָּל־אָדָם מִדַּעַת הֹבִישׁ כָּל־צוֹרֵף מִפָּסֶל: Variis interpretationibus hanc quoque adjicimus expendendam, *Obbruteſcit omnis homo ex ſcientia, erubeſcit omnis aurifaber ex ſculptili.* Ex ſcientia, id eſt, ex eo ipſo quod magna ſcientia ſe egiſſe arbitratur, ſtultus fit. poſterius membrum explicat

plicat prius. quum sculptile scitè & artificiosè est fabrefactum, gratulantur sibi suam scientiam & sapientiam. at ex ea scientia obbrutescunt magis, & scitè adornato sculptili necesse est erubescat faber. φάσκοντες εἶναι σοφοὶ, ἐμωράνθησαν, ut loquitur Apostolus Rom. 1. 22. vel מן hîc significat *propter*, ut supra v. 7. & alibi annotavimus.

CAP. XI.

VERS. 15. עֲשׂוֹתָהּ הַמְזִמָּתָה הָרַבִּים. Verto, *Facere ejus* (id est quæcunque facit, opera ejus sunt) *summum scelus, ô Magnates.* עֲשׂוֹתָהּ Infinitivus pro nomine. הָרַבִּים habet הא הקריה *he vocandi*, ut sæpe. conferatur cum Junio, aliisque Interpretibus.

VERS. 19. וַאֲנִי כְּכֶבֶשׂ אַלּוּף יוּבַל לִטְבוֹחַ. Quidam, *Et ego sum tanquam agnus & bos*, vel aut bos, per asyndeton. alii *tanquam agnus mansuetus* aut *assuefactus*, qui *ducitur ad mactandum.* אַלּוּף *bovem* alibi significat, *mansuetum* nusquam quod scimus. *aßuefactum* denotare fortassis posset, idem quod לִמּוּד synonyma enim sunt אָלַף & לָמַד. sed hoc loco non videtur convenire. agnus enim non ab assuefactione habet, quod sit mite ac mansuetum animal, non refractarium, ubi ad mactationem abripitur, sed à natura. Monemus itaque, אַלּוּף ex usu linguæ Arabicæ non raro in Scriptura *amicum* designare. quod pluribus probavimus Psal. 55. v. 14. Hinc verti posset. Et *ego tanquam agnus amicabilis sum.* prout Plautus dixit, *Operam mihi date amicabilem.* Gallicè rectè, *un agneau amiable.* Belgicè, **een vriendelick lam.** Sequitur, *Et ego nesciebam quod adversus me cogitarent cogitationes*, dicentes נַשְׁחִיתָה עֵץ בְּלַחְמוֹ Vulgatus secutus Lxx. *Mittamus lignum in panem ejus.* Nunquam significat שחת *mittere*, aut *injicere.* Alii itaque ad verbum. *Perdamus lignum in panem ejus*, quod explicant, Injiciamus perdendi eum causa lignum lethale, i. toxicum in panem, i. cibum ejus. *At perdere lignum* pro injicere lignum perdendi eum causa, durissimum est. ut & per lignum intelligere lignum lethale, i. toxicum. Alii per trajectionem, eodem tamen sensu, vertunt, *perdamus ligno panem ejus.* quasi scriptum esset בְּעֵץ לַחְמוֹ. Nobis in mentem venit, לֶחֶם non tantum *panem*, sed ut in lingua Arabica, ita & in Hebræa sæpe *carnem* significare. nec de bestiarum tantum, ut Lev. 3. 10. 11. & 21. 8. Num. 28. 2. & alibi. sed & de hominis carne dici Job. 6. 7. ut & alia forma לְחוּם Job. 20. 23. Sephan. 1. 17. Hinc ergo vertimus, *rumpamus lignum in carnem ejus.* עֵץ *lignum* pro baculis ligneis. sicut 2 Sam. 21. 17. וְעֵץ חֲנִיתוֹ *& lignum*, i. scapus *hastæ ejus.* sensus est, baculis carnem ejus ita contundamus, ut ipsa ligna corrumpantur & perdantur, hastarum ictibus interficiamus eum, ut eorum vi vel ipsæ hastæ frangantur: unde sequitur, *Et exscindamus* eum è terra viventium.

CAP. XII.

VERS. 1. *Justus tu es Jehova* כִּי אָרִיב אֵלֶיךָ verti solet, *si contendam*, vel *si velim contendere tecum.* malim *quum contendo tecum.* vel *Justus eris, quum contendam.* כִּי pro *si* non memini legisse. pro *quum* sæpe. etsi quoad sensum minimum hîc intersit. Est & ubi interrogat. ut Esa. 29. v. 16. & alibi. sic hoc loco, *Justus es Jehovah: an contendam tecum?* audebone contendere tecum? *Veruntamen jura eloquar tecum* &c. Primum hæret & disputat, an licitum sibi sit cum justo Deo contendere. tandem tamen concludit, licere sibi quæ justa sunt eloqui.

VERS. 6. גַּם הֵמָּה קָרְאוּ אַחֲרֶיךָ מָלֵא׃. Laudo Vulgatum qui vertit, *Etiam illi clamarunt post te plena voce.* id est quantum potuerunt. ad verbum, clamarunt *post te plenum*, id est, implendo vocem, quantum ferre ea potuit.

VERS. 9. הַעַיִט צָבוּעַ נַחֲלָתִי לִי הַעַיִט סָבִיב עָלֶיהָ. Verto, *ô aves coloratæ, hæreditas mea est mihi: ô aves, circumquaque in eam.* sensus est, ô aves versicolores, cujuscunque tandem coloris sitis, hæreditatem meam habeo, quæ mei juris est, quam trado cuicunque volo: jam vos invito, ô aves adeste & circumquaque in eam irruite. nec vos solæ, sed & bestias agri ad vos assumite. ideo sequitur, *Ite, colligite omnes feras agri, adducite ad comedendum.*

CAP. XIII.

VERS. 22. בְּרֹב עֲוֹנֵךְ נִגְלוּ שׁוּלַיִךְ נֶחְמְסוּ עֲקֵבָיִךְ. Verto, *Ob multitudinem perversitatis tuæ fimbriæ tuæ detectæ sunt, violenter spoliati sunt calcanei tui.* Scilicet tegumentis suis, adeo ut nuditas vestra palam si conspicua. optime

me Lxx. Interpretes, διὰ τὸ πλῆθος τῆς ἀδικίας σου, ἀνεκαλύφθη τὰ ὀπίσθιά σου, παραδειγματισθῆναι τὰς πτέρνας σου. נֶחְמְסוּ hîc est, sic spoliari suis tegumentis, ut calcanei nudi, & quasi παράδειγμα publicè ignominiæ causa ostententur. Antecedens est, revelatæ sunt fimbriæ. consequens, spoliati calcanei, id est privati fimbriarum tegumento, quo alioqui decoris & pudoris causa tegi solebant. Sensum benè expressit, etsi non verba, Chaldæus, דסגיאו חובך אתגליאת בהתתיך אתחזי קלנך, *quia multiplicata sunt peccata tua, revelata sunt pudenda tua, conspecta est ignominia tua.*

Cap. XIV.

Vers. 6. *Et onagri steterunt* עַל שְׁפָיִם. Vulgatus, qui alibi vertit *in directum*, alibi *in viis*, hîc vertit *in rupibus.* alii *super loca excelsa.* Lxx, ἐπὶ νάπας *super valles.* Etymolog. Græc. Lat νάπη *saltus*, *vallis.* hanc interpretationem laudo, non hîc tantum, sed & alibi. vide infra cap. 4. 11. præsertim Num. 23. 3.

Vers. 8. מִקְוֵה יִשְׂרָאֵל. Repetitur cap. 17. 13. ubi additur nomen יְהוָה. significat interdum מִקְוֶה *confluentem, aquarum* collectionem. ut Exod. 7. v. 21. & alibi. hoc sensu locum Jeremiæ interpretabatur Rabbi Aquiba in Talmud libro מועד. ubi quum beatum prædicasset Israëlem, quod à Deo mundaretur, hunc adducit locum, & sic interpretatur, מה המקוה מטהר את הטמאים אף הקב״ה מטהר את ישראל, *quid sibi vult* המקוה? *significat id quod mundat immundos, atque ita Deus mundat Israëlem.* quasi Deum voces *piscinam Israëlis*, sive confluentem aquarum, ubi Israël à sordibus suis lavetur. rectius tamen vertitur, *Spes Israëlis Deus est.* מקוה enim pro *spe* usurpatur 1 Chron. 29. vers. 15. & Esr. 10. vers. 2.

Vers. 18. *Si egressus fuero in agrum, ecce occisi gladio: & si introiero in civitatem, ecce laborantes fame.* כִּי גַם נָבִיא גַם כֹּהֵן סָחֲרוּ אֶל הָאָרֶץ וְלֹא יָדָעוּ. Verto, *Quia etiam Propheta, etiam sacerdos circumierunt per terram, at non agnoverunt*, supp. ulli eos. Belgicè ad verbum, **ende men heeftse niet gekent.** Sensus est, fames invasit omnes, etiam Prophetas, etiam sacerdotes. etsi enim hi ipsi totam regionem peragrarint, quærendi cibi gratia, & muneris sui causa præferendi ac præ cæteris alendi viderentur, tanta tamen ubique inventa est penuria, ut nemo eorum rationem habere dignatus sit, aut vel nosse eos videri voluerit. וְלֹא יָדָעוּ impersonale est, Latine reddendum, *& non fuerunt agniti.* sicut Job. 7. 3. לֵילוֹת עָמָל מִנּוּ לִי *noctes molestiæ constituerunt mihi*, pro, constitutæ sunt mihi.

Cap. XV.

Vers. 8. הֵבֵאתִי לָהֶם עַל אֵם בָּחוּר שֹׁדֵד בַּצָּהֳרָיִם׃ Cum Junio verto, *Adducam ipsis adversus metropolim juvenem vastantem in meridie.* sed quæ sequuntur, הִפַּלְתִּי עָלֶיהָ פִּתְאֹם עִיר וּבֶהָלוֹת, Verto, *Incidere faciam in eam repente cruciatum & terrores.* עִיר Chaldaicè pro Hebræo צִיר, quod Esa. 21. 3. & 13. 8. & alibi, *dolores, tormina ac cruciatus* significat. quemadmodum & alia significatione apud Danielem עִיר de Angelo & nuncio Dei dicitur, ab Hebræo ציר *Legatum & nuncium significante.* ut & passim עָר *hostis* pro Hebræo צָר usitatum enim est Chaldæis צ in ע mutare, ut אַרְעָא *terra* pro אֶרֶץ.

Vers. 11. *Dixit Dominus* אִם לֹא שֵׁרִותִךָ לְטוֹב. Apud Mazorethas τὸ קרי est שריתיך. voluerunt ergo pro ו legi י. & Chirec sub ת esse Chirec longum, quod post se Jod habere debeat. Hinc colligunt præterea plerique Interpretes & Lexicographi, esse contractum pro שְׁאֵרִיתְךָ & vertunt, *si non residuum tuum in bonum* erit. At si id voluissent Mazorethæ, ineptissime sub ת chirec collocassent, & longè ineptius addendo Jod indicassent, pro chirec longo esse accipiendum. Non dubium est, quin voluerint esse præteritum piel à שָׁרָה *solvit*, piel שֵׁרָה idem, aut *fecit solvi.* prima persona שֵׁרִיתִי, ut sensus sit, *si non fecero te solvi* (aut dimitti, liberari) *in bonum.* At non necesse existimamus, τὸ כתיב emendare cum enim verbum שרה non tantum *solvere*, sed etiam *habitare*, atque in piel *incipere* significet Chaldæis ac Syris, legi potest שֵׁרוּתְךָ, & verti, *si non habitatio tua* (aut *initium tuum*) *fuerit in bonum.* verti quoque potest, *si non cibus tuus fuerit in bonum.* apud Syros enim אִשְׁתַּרִי est *edere.* & nomen ܫܪܘܬܐ שָׁרוּתָא *cibus.* ut Psal. 55. vers. 15. ܕܐܟܚܕܐ ܒܣܡܝܢ ܫܪܘܬܢ *qui simul edimus cibum.* sumitur & pro *prandio, convivio*, Luc. 11. 38. Matth. 22. 4. Sequitur apud Prophetam nostrum, אִם לֹא הִפְגַּעְתִּי בְךָ בְּעֵת רָעָה וּבְעֵת צָרָה אֶת־הָאֹיֵב׃

quæ

quæ non bene videtur Cl. Junius vertisse, *An non intervenirem pro te tempore mali & tempore angustiæ apud inimicum?* Observandum enim, verbum פגע *intercedere, intervenire, orare* construi in Kal & Hiphil cum ב personæ quæ oratur, ut liquet ex Jer. 7. 16. & 27. 18. & 36. 25. Job. 21. 15. at cum ל personæ pro qua oratur, ut Esa. 53. 12. Utrumque simul occurrit Gen. 23. 8. פִּגְעוּ לִי בְּעֶפְרוֹן *orate pro me Ephronem.* In eandem ergo sententiam & hîc dicendum fuerat, אִם לֹא הִפְגַּעְתִּי לְךָ בְּאֹיֵב. quod igitur in textu est, אִם לֹא הִפְגַּעְתִּי בְךָ אֶת הָאֹיֵב, vertendum, si *non fecero orare te inimicum tuum*, id est, ut oret te inimicus tuus, & ipse supplex tibi occurrat. Non refert autem, an אם לא vertas *si non* per modum juramenti, an cum Junio interrogativè *an non?* prius tamen magis emphaticum videtur.

Vers. 12. הֲיָרֹעַ בַּרְזֶל בַּרְזֶל מִצָּפוֹן וּנְחֹשֶׁת׃. Considerent eruditi, an non יָרוֹעַ possit impersonaliter sumi, & verti, *An frangi potest ferrum aquilonare, & æs?* q. d. quam est impossibile ferrum, præsertim aquilonare, & æs frangi, tam impossibile erit te vinci ab adversariis tuis.

Vers. 14. וְהַעֲבַרְתִּי אֶת אֹיְבֶיךָ בְּאֶרֶץ לֹא יָדָעְתָּ. Pagninus, *Et transire faciam* te *ad* (Junius penes) *hostes tuos, in terram quam non nosti.* te, non est in textu. atque insolens est אֶת pro אֶל accipere. Sensum melius videtur expressisse Vulgatus, *Et adducam inimicos tuos, de terra quam nescis.* subintelligi enim potest אשת, qui sunt *in terra quam nescis.* Vel, *transire faciam hostes tuos per terram quam nescis*, i. longissimè à te dissitos, quos nescis qua via ad te transire possent, faciam tamen ut transeant per terram quam nescis. Addo aliud: an non וְהַעֲבַרְתִּי construi posset cum אוֹצְרוֹתֶיךָ quod est in præcedenti versu? ut sensus sit, *Et faciam ut transeant* (nempe thesauri tui quos ego in prædam dedero) *hostes tuos* (id est, longè ultra hostes tuos avehantur & distrahantur) *in terram quam nescis.* vel, *& transire faciam eos cum hostibus tuis in terram quam non nosti.*

Vers. 15. *Ulciscere me de hostibus meis.* Additur, אַל לְאֶרֶךְ אַפְּךָ תִּקָּחֵנִי. Junius, *pro longanimitate tua ne intercipito me.* ut contrario intelligatur, sed servato in functione mea. Alii, *ne in longanimitate tua auferas me.* id est, ne, dum differs vindictam, tollas me è medio, quod non contemno. sed videant eruditi, an non exponi possit, *ne ad longanimitatem tuam adduc me.* id est, noli differre vindictam quam postulo. de hostibus tuis, quos jam diu tulisti, puniendis, deque me ab eorum injuriis vindicando agitur. hîc non postulo à te longanimitatem, iræque dilationem: tempus nunc non est, ut ad eam adducar, sed potius ad celerem vindictam. Eodem sensu Chaldæus, לא תתן ארכא לעולבני, *ne da longitudinem afflictioni meæ.* Et Lxx. ἀθώωσόν με ἀπὸ τῶν καταδιωκόντων με, μὴ εἰς μακροθυμίαν *Immunem fac me à persecutoribus meis, non ad longanimitatem*, id est, brevi & quam primum.

Cap. XVI.

Vers. 5. אַל תָּבוֹא בֵּית מַרְזֵחַ׃. Verto, *ne intra domum convivii.* Nam in Jonathane Numer. 25. 2. legitur וַאֲכַלוּ עַמָּא בְּמַרְזְחֵיהוֹן *& edit populus in conviviis ipsorum*, nempe Moabitarum. sic & Amos 6. 7. וְסָר מִרְזַח סְרוּחִים non incommodè vertitur, *Et recedet convivatio luxuriosorum.* apud Jeremiam autem intelligitur convivium funebre.

Cap. XVII.

Vers. 3. *Montane in agro, opes tuas, omnes thesauros tuos in prædam dabo:* בָּמוֹתֶיךָ בְּחַטָּאת בְּכָל־גְּבוּלֶיךָ, Verto, *Excelsa tua sunt in peccatum in omnibus terminis tuis* vel simpliciter, sunt *peccatum.* ב enim Nominativum sæpe formare, jam pridem observavimus in Notis ad Job. 18. 8. Psal. 68. 5. Psal. 55. 19. Prov. 28. 2. Oseæ 13. 9. & alibi.

Vers. 4. וְשָׁמַטְתָּ וּבְךָ מִנַּחֲלָתְךָ אֲשֶׁר נָתַתִּי לָךְ. *Et intermissionem facies* (deturbaberis) *etiam tu ab hæreditate tua quam dedi tibi.* ב in וּבְךָ mihi hîc est Nominativi casus, ut & alibi. vide v. præcedenti.

Vers. 11. קֹרֵא דָגַר וְלֹא יָלָד עֹשֶׂה עֹשֶׁר וְלֹא בְמִשְׁפָּט׃. Verto, *Perdix colligens quum non pepererit*, est *qui comparat divitias, sed non justè.* ratio similitudinis statim additur, *In medio dierum ejus derelinquent eum.* sicut nempe perdix ova quæ non peperit, sed tanquam sua fovet, derelinquere cogitur, antequam plane sint exclusi, aut certe adulti pulli.

Vers. 12. כִּסֵּא כָבוֹד מָרוֹם מֵרִאשׁוֹן מְקוֹם מִקְדָּשֵׁנוּ׃. Aliorum interpretationibus & hanc addimus, *solium gloriæ, celsitudo præ primaria,*

ria,

ria, est *locus sanctuarii nostri*. Sensus est, templum nostrum est divinæ majestatis thronus, ac propterea celsitudo quæ primariam quamvis & præcipuam mundi celsitudinem longè superet.

Vers. 13. יְסוּרַי. Verto cum Pagnino, *recedentes à me.* propriè *recessores mei.* sicut קָמַי *insurrectores mei*, pro *insurgentes in me.* vel potius sicut יְרִיבַי *litigatores mei* pro litigantes adversum me. ubi quoque Jod heemanticum in principio, à verbo רוב, sicut in יְסוּרַי à סור.

Cap. XVIII.

Vers. 14. הֲיַעֲזֹב מִצּוּר שָׂדַי שֶׁלֶג לְבָנוֹן אִם יִנָּתְשׁוּ מַיִם זָרִים קָרִים נוֹזְלִים׃ Verto, *An deserit è rupe agros meos nix Libanon? an extirpantur aquæ peregrinæ, frigidæ, fluentes?* Sensus est, An nix, quæ in montibus & petris Libanon perpetuo est, unquam deserit agros meos, quo minus liquescens de petra in agros meos defluat? similiter, an aquæ Euphratis & Nili, quæ etsi in peregrina regione natæ, agros tamen meos alluunt, frigidæ illæ, semperque fluentes, unquam evelluntur, extirpantur, & penitus deficiunt? Quum ergo vel inde pateat me populi mei non oblivisci, sed & de indigenis aquis, è Libanon natis, & peregrinis, ex Euphrate & Nilo ortis ei prospicere, rectumne est quod mei populus meus obliviscatur?

Cap. XX.

Vers. 8. כִּי מִדֵּי אֲדַבֵּר אֶזְעָק חָמָס וָשֹׁד אֶקְרָא כִּי הָיָה דְבַר יְהוָה לִי לְחֶרְפָּה וּלְקֶלֶס כָּל־הַיּוֹם׃ Non sperno versionem Cl. Junii. libet tamen & hanc expendendam addere. *Nam ex quo loquor, clamo, violentiam & vastationem prædico, utique fuit verbum Domini mihi in opprobrium & ignominiam omni die.* Sic ut prius membrum sive protasis desinat in אֶקְרָא, apodosis incipiat à secundo כִּי, ac sensus sit, Quia munere meo rectè defungi volens, non locutus sum modo, sed & clamavi, & nihil nisi vim ac vastationem ab hostibus exspectandam, (nisi mavis, quam ipsi aliis intulerunt) clamavi ac prædicavi, ideo ignominiæ mihi fuit verbum Domini. posterius כִּי nihil est nisi prius כִּי repetitum ad majorem emphasim, & certiorem asseverationem. sicut Gen. 22. 15. 16. *Per me juravi inquit Dominus*, כִּי *quod, quoniam fecisti verbum hoc, & non prohibuisti filium tuum, unigenitum tuum*, כִּי *utique benedicendo benedicam tibi.*

Vers. 10. כִּי שָׁמַעְתִּי דִּבַּת רַבִּים מָגוֹר מִסָּבִיב הַגִּידוּ וְנַגִּידֶנּוּ כֹּל אֱנוֹשׁ שְׁלוֹמִי שֹׁמְרֵי צַלְעִי אוּלַי &c. יְפֻתֶּה. Verto, *Nam audivi calumniam multorum, terrorem undiquaque dicentium, indicate*, (sc. scelera ejus nobis) *& indicabimus eum* (sc. regi.) *omnes viri pacis meæ observant claudicationem meam*, dicentes, *fortassis decipietur* &c.

Vers. 11. בֹּשׁוּ מְאֹד כִּי לֹא הִשְׂכִּילוּ כְּלִמַּת עוֹלָם לֹא תִשָּׁכֵחַ׃ Construo כְּלִמַּת cum בֹּשׁוּ, & verto, *Erubescent valde, quia non prosperabuntur, ignominiâ æternâ, non obliviscendâ.*

Cap: XXII.

Vers. 20. *Et clama* מֵעֲבָרִים. Pagninus, *Undiquaque.* est enim, inquit Vatablus, propriè à lateribus sup. omnibus, i. undequaque. Junius trans vada. quod non probo. מִן enim non est *trans*, neque עֲבָרִים *vada.* quod si dicas, propriè valere *à transitibus* supp. fluviorum, atque hoc idem esse quod *trans vada*: respondeo, nullam causam esse cur ad fluvios tantum referamus. & si eo referre velimus, non esse cur loca tantum quæ trans fluvios sunt intelligamus, cum certum sit, עֵבֶר Hebræis, & πέραν Hellenistis, non ulteriorem tantum ripam sed & citeriorem, & non ripas tantum, sed & quosvis limites agrorum, montium & totius terræ designare, ut Jer. 49. 32. unde Matth. 12. 42. & Luc. 11. 31. πέρατα τῆς γῆς Syrus transtulit ܥܒܪܝܗ̇ ܕܐܪܥܐ עֶבְרֵיהּ דַּאְרְעָא. Ita & hoc loco verto, *Et clama* ἀπὸ τῶν περάτων *à finibus, ab extremitatibus, ab extremis terminis.*

Cap. XXIII.

Vers. 26. עַד מָתַי הֲיֵשׁ בְּלֵב הַנְּבִאִים נִבְּאֵי הַשָּׁקֶר וּנְבִיאֵי תַּרְמִת לִבָּם׃

Vers. 27. הַחֹשְׁבִים לְהַשְׁכִּיחַ אֶת עַמִּי שְׁמִי׃

Verto, *Usque quando? an est in corde prophetarum, prophetantium mendacium, & prophetantium fraudem cordis sui, An cogitant*, inquam, *facere ut obliviscatur populus meus nominis mei?* Idem est, *an est in corde*, quod, *an cogitant.* ה pro *an* ordinarié habet chateph pathach, ut in הֲיֵשׁ. potest tamen & cum simplici

plici pathach eodem sensu sumi in הַחֲשַׁבִּים. ut Numer. 13. 18. הֶחָזָק הוּא הֲרָפֶה הַמְעַט הוּא אִם רָב, *an fortis sit, an remissus, an paucus sit, an multus.* ubi ה pro אם *an* nunc per segol, nunc per chateph pathach, nunc per simplex pathach scribitur. quin & vers. 19. & 20. per pathach sequente dagesch, prorsus ut he Emphaticum, הַבְּמַחֲנִים אִם בְּמִבְצָרִים *an in castris, an in munitionibus.* הַשְּׁמֵנָה הִוא אִם רָזָה *an pinguis sit, an macilenta.* Sensus loci esse videtur: Quousque durabit hæc ipsorum impudentia? habent ne in animo falsi isti prophetæ, cogitant ne inducere populum meum in plenariam oblivionem nominis mei? opponam somniatoribus istis veros meos prophetas, qui verbum meum loquentur. & sicut paleæ cum tritico non convenit, sic nec somniis cum verbo meo, quod instar ignis & mallei ipsis erit.

Vers. 36. *Et onus Jehovæ non commemorabitis amplius* כִּי הַמַּשָּׂא יִהְיֶה לְאִישׁ דְּבָרוֹ, verti solet, *quia onus erit unicuique verbum suum.* de quorum verborum sensu vide notas Vatabli, & Junii. malim, *Quia onus est unicuique verbum ejus,* nempe Dei. causam reddit, cur vetet Deus uti deinceps hac phrasi, מַשָּׂא יְהֹוָה *onus Domini.* quia, inquit, idem est unicuique verbum ejus & onus, non aliter quam si omne verbum Dei esset מַשָּׂא *Prophetia onerosa,* quæ nihil nisi onera & miserias denunciet. dicturi enim, מֶה עָנָה יְהֹוָה וּמַה דִּבֶּר, *quid respondit Dominus, aut quid dixit?* dicebant, מַה מַשָּׂא יְהֹוָה *quodnam onus est Domini.* ac si æque latè paterent דְּבַר יְהֹוָה *verbum Domini,* & מַשָּׂא יְהֹוָה *onus Domini.* Hoc ut corrigat, prohibet hoc versu phraseos istius usum, & pergit causam istam amplificare, quia hoc modo הֲפַכְתֶּם אֶת־דִּבְרֵי אֱלֹהִים חַיִּים *pervertistis verba Dei vivi,* quia omnia ejus verba in pejorem sensum rapitis, quasi meras continerent minas.

Cap. XXX.

Vers. 19. וְהִרְבִּתִים וְלֹא יִמְעָטוּ׃ *Et multiplicabo eos & non diminuentur.* וְהִכְבַּדְתִּים וְלֹא יִצְעָרוּ, Pagninus voluit idem esse cum præcedenti. quamobrem vertit, *multiplicabo inquam eos, & non minuentur.* Junius paulo aliter, *amplificaboque eos, & non fient exigui,* Verto, *Et honorabo eos, neque parvi habebuntur,* aut *vilescent.* צָעִיר enim vel *ætate,* vel *dignitate parvum* significat. apud Syros ܨܥܪ ἄτιμος *inhonoratus* Matth. 13. 57. ܨܥܪ *contumelia & dedecore affecit.* Matth. 22. 6. ܨܘܥܪܐ *ignominia.* Marc. 12. 4.

Vers. 21. כִּי מִי הוּא־זֶה עָרַב אֶת־לִבּוֹ לָגֶשֶׁת אֵלַי׃ Verto, *Nam quis est hic* qui *in sponsionem dedit cor suum* (vel animam suam) *ut accederet ad me?* ad Christum optimè refertur, qui sponsor pro nobis factus, animam suam obtulit, ut nobiscum una ad Deum accederet. cor pro anima usitatè satis ponitur. vel sic vertas *Nam quis est qui spopondit pro corde suo, se accessurum ad me?* sic enim constructio hæc accipitur Gen. 44. 32. עַבְדְּךָ עָרַב אֶת הַנַּעַר *servus tuus spopondit pro puero.* vel *quis est qui pactum iniit cum corde suo, ut accedat ad me?* sicut Esa. 36. 8. הִתְעָרֶב נָא אֶת אֲדֹנִי *pactum nunc ini cum Domino meo.* Sic referri posset quoque ad populum, & connecti cum vers. seq. hoc modo, Nam si quis vestrum pactum ineat cum corde suo ut accedat ad me, *Eritis mihi populus, & ego ero vobis Deus.*

Cap. XXXI.

Vers. 2. *Invenit gratiam in deserto, populus residuus à gladio.* הָלוֹךְ לְהַרְגִּיעוֹ יִשְׂרָאֵל laudo Vulgatum, qui vertit, *Vadet ad requiem suam Israël.* ad verbum, *ire ad requiescere suum Israël.* Infinitivus הלוך pro futuro satis frequens est. etiam pro præterito, ut vertas, *ivit.* sicut *invenit.* Infinitivus לְהַרְגִּיעוֹ pro nomine, & hoc frequentissimum. & sumitur hoc verbum in hiphil intransitivè, longè sæpius quam transitivè.

Vers. 4. עוֹד תַּעְדִּי תֻפַּיִךְ Solet verti, *adhuc ornaberis tympanis tuis,* vel *ornabis te.* Malim, *adhuc ornabis tympana tua.* ornatis enim & coronatis tympanis uti solent tempore lætitiæ.

Vers. 20. הֲבֵן יַקִּיר לִי אֶפְרַיִם אִם יֶלֶד שַׁעֲשֻׁעִים׃ Idem hîc esse הֲ & אִם, dubitari nequit. utrumque vertimus, *Certè filius pretiosus mihi* est *Ephraim,* certè *natus* est *oblectationum.* הֲ sæpe esse האמתות seu confirmationis, variis exemplis probavimus, ad Jer. 7. 9. אִם autem similiter sæpe idem esse quod באמת, docet Kimchi in libro radicum. Exempla profert Job. 22. 20. Num. 16. 30. Prov. 3. 34. Esa. 29. 16. Gen. 47. vers. 18. Esa. 4. 4. Prov. 23. 18. Psal. 63. 7. quibus addo Psal. 139. 18. atque

ita rectè sumitur, ubi præponitur ei הֲ. Num. 17. 13. Job. 6. 13. ubi האם potius est *an utique? an verè?* quam ut duplex interrogatio simul jungatur. quod tamen Kimchi voluit, & plerique, eum secuti.

VERS. 29. *Patres comederunt* בסר *uvam acerbam.* deduci potest à Syriaco ܒܣܪ בסר *sprevit.* sed rectius ab Arabico بسر בסר *acerbus fuit.* & de vultu humano, *tetricus, tristis fuit.*

VERS. 32. *Illi irritum fecerunt fœdus meum* ואנכי בעלתי בם, Non malè Genevenses, *etsi ego maritus ipsorum fueram.* simplicius tamen, *quum ego maritus ipsorum essem.* Vau pro *quum* usitatissimum.

CAP. XXXII.

VERS. 11. ואקח את־הספר המקנה את־החתום המצוה והחקים ואת הגלוי: Verto, *Et accepi literas emptionis, & obsignatum præcepti & statutorum, & patentes.* Tres fuisse distinctas literas patet ex vers. 14. ubi החתום à ספר המקנה distinguitur. tres accepit literas: primas, in quibus conditio rei emendæ & emtionis modus descripta essent. alteras, in quibus emptio & venditio Jeremiæ facta, esset obsignata. Tertias publicas, quæ ratihabitionem continerent. מקנה *rem emptam* significat Gen. 23. 18. & 17. 12, 13. & alibi. item *pretium emptionis* Lev. 25. 16. Ergo ספר המקנה videtur esse liber descriptionem rei emptæ & pretium continens. Quid autem המצוה והחקים *mandatum & statuta*, quæ literis obsignatis tribuuntur? puto intelligi legem qua proximo consanguineo imperabatur redemptio. quæ lex applicata Jeremiæ, conscribi & obsignari debuit, ut constaret post reditum ex captivitate, eum non tantum agrum hunc emisse, sed & emere debuisse ex lege redemptionis.

CAP. XXXIII.

VERS. 5. באים להלחם את־הכשדים. Verto, *Veniunt ad pugnandum Chaldæi.* את mihi hîc Nominativum designat. sic enim sæpe, non tantum ante verba passiva, quod passim obvium, sed etiam ante activa intransitiva, quale hîc est באים *veniunt.* vide Nehem. 9. 32. 1 Sam. 17. 34. 2 Reg. 6. 5. Ezech. 43. 7. Imo & transitiva, ut Nehem. 9. 34. Jer. 38. 16. Ezech. 39. 14.

VERS. 24. *An non vidisti, quid populus hic locutus sit, dicens* שתי המשפחות אשר בחר יהוה בהם וימאסם Pagninus rectè, *Duas familias quas elegerat Jehovah abjecit.* sed quod Vatablus annotavit, Vau in וימאסם tantum vertere fut. in præt. & affixum redundare, ut Latinè verum esse possit, non est ex natura Hebraismi, ex quo Vau hîc est illativum, referens secundum membrum ad prius, & consecutionem indicans. prius membrum est, שתי המשפחות אשר בחר יהוה בהם ubi שתי המשפחות sunt nominativi absoluti, per accentum Reviah à sequentibus distincti, quos Latinè exprimas per, *Quod attinet ad duas familias quas elegerat Jehovah.* alterum membrum est וימאסם, ubi Vau infert quid Deus istis familiis duabus fecerit, *reprobravit eas.* unde simul liquet, non rectè Cl. Junium Vau per *jam* vertisse, *jam spernit ipsas.* Sequitur ואת־עמי ינאצון מהיות עוד גוי לפניהם. *Et populum meum contemnunt* (nempe isti increduli Judæi, eo ipso quod sic loquuntur) *ne sit amplius gens in conspectu eorum* (i. eorum judicio & sententia, quippe qui judicant, me populum meum planè rejecisse.

CAP. XXXIV.

VERS. 18. *Et dabo viros, qui transgrediuntur fœdus meum, qui non confirmarunt verba fœderis quod pepigerunt coram me,* העגל אשר כרתו לשנים. Junius & Genevenses ita transtulerunt, ut trajectionem eam nec verba nec constructio ferre posse videantur. Aliam interpretationem habent Genevenses in notis, *Et ponam eos* sicut *vitulum quem secuerunt in duo.* ut כ similitudinis subaudiatur. quod nec insolens est, nec hîc malè quadrat. Simplicius tamen videtur, ut העגל construatur cum præcedenti דברי, & ab eo regatur sicut הברית, hoc modo: *qui non confirmarunt verba fœderis quod pepigerant ante me, & vituli* (vel per asyndeton, vituli) *quem secuerunt in duo, & inter cujus segmenta transierunt.* Verba fœderis & verba vituli, id est, id quod fœdus continebat, id quod vitulus sectus docebat. posterius explicat prius. qui hæc, inquit, violarunt, eos ego dabo in manus hostium suorum. quod v. 20. sequitur.

CAP. XXXVII.

VERS. 12. *Et exivit Jeremias è Jerusalem, ad eundum in terram Benjamin* לַחֲלִק מִשָּׁם בְּתוֹךְ הָעָם. Non malè Junius, *ad delabendum inde in medio populi*, in morem eorum qui per loca lubrica labuntur, nec certo loco consistere possunt. est enim חלק quoque *læve, molle, glabrum esse*. Malim tamen, *ad partiendum inde per medium populi*, sc. habitationem suam. ut sensus sit, eum exivisse Hierosolyma in terram Benjamin, non ut ibi aut alibi certam sedem figeret, sed ut partitim commoraretur, nunc hîc nunc illic, permeans universum populum.

CAP. XXXVIII.

VERS. 4. *Et dixerunt principes Regi, interficiatur vir hic.* כִּי עַל-כֵּן הוּא מְרַפֵּא אֶת־יְדֵי אַנְשֵׁי הַמִּלְחָמָה הַנִּשְׁאָרִים בָּעִיר הַזֹּאת וְאֶת-יְדֵי כָל־הָעָם לְדַבֵּר אֲלֵיהֶם כַּדְּבָרִים הָאֵלֶּה כִּי הָאִישׁ הַזֶּה אֵינֶנּוּ דֹרֵשׁ &c. Verto, *Nam propterea quod ipse debilitat manus virorum bellicosorum qui reliqui sunt in civitate hac, & manus totius populi, dicendo ipsis secundum verba hæc, utique vir hic non quærit pacem populi hujus, sed malum.* causam adferunt cur morti tradendus sit Jeremias. quia non pacem populi petit, sed malum. & unde id liquet? propterea quod remissas reddit verbis suis manus bellicosorum. עַל כֵּן non semper valet *idcirco, propterea*, sed sæpe etiam *propterea quod*. vide Gen. 38. v. 26. Num. 10. 3. & 14. 43. Jer. 48. 36. in fine versus. nec desunt qui sic exponant Psal. 42. 7. & nostro quidem judicio rectè. Deinde, posterius כִּי nihil est nisi prius repetitum, majoris emphaseos & certioris affirmationis gratia, ac rectè redditur per *certè, utique*. ut & supra ad cap. 20. 8. annotavimus, & ex Gen. 22. 15. 16. confirmavimus.

VERS. 5. כִּי אֵין הַמֶּלֶךְ יוּכַל אֶתְכֶם דָּבָר. Si vertis, *Nam rex non poßet contra vos quicquam*, construis אין cum futuro, ubi לא usurpandum erat. & את pro *contra* non adeo usitatum. Si vertis, *Nam non est rex qui possit quicquam contra vos*, i. nullus rex posset &c. dicendum fuerat indefinitè מלך, non determinatè המלך. Quæ cum vidissent Trem. & Jun. verterunt, *Nam minime is est rex, qui possit contra vos quicquam.* inseruerunt *is* & *qui*, ut sensum planum facerent. quod etsi omnino non spernam, dispicio tamen, an non commodè vertatur, *Nam sine rege possibilis erit vobis res*, vel *vobiscum*, אתכם *apud vos*. dixerant, moriendum esse Jeremiæ. mens erat, ut id jussu regis fieret. detrectat id rex. quocirca in eorum eum potestatem tradit. addita causa, sine se facile ipsis fore totum illud negocium conficere.

VERS. 22. *Deceperunt te & prævaluerunt tibi viri pacis tuæ:* הָטְבְּעוּ בַבֹּץ רַגְלֶךָ נָסֹגוּ אָחוֹר, verto *Immersi sunt in cœnum pedes tui?* (per modum interrogationis lego, quod Latinè dicimus, quum immersi fuerunt) *retrocesserunt*, nempe viri pacis tuæ. Belgicè ad verbum, **zijn uwe voeten in het slijck gesoncken/ sy zijn te rugge wegh gegaen.**

CAP. XXXIX.

VERS. 16. תִּפְלַצְתְּךָ הִשִּׁיא אֹתָךְ זְדוֹן לִבֶּךָ. An non verti posset: *ô terrorem tuum! decepit te superbia cordis tui.* הִשִּׁיא genere convenit cum זְדוֹן non cum תִּפְלַצְתְּךָ. est autem תִּפְלַצְתְּךָ sicut Esa. 29. 16. הַפְכְּכֶם *ô perversitatem vestram.*

CAP. XL.

VERS. 5. וְעוֹדֶנּוּ לֹא יָשׁוּב וְשֻׁבָה אֶל גְּדַלְיָה Per modum interrogationis lego, *& adhuc non revertetur?* id est Latinè, & si nondum revertetur, *revertere ad Gedaliam.* Belgicè ad verbum optimè, **Ende sal hy noch niet wederkeeren/ soo keert ghy u nae Gedalia.** sensus est, nondum futurum est ut revertatur Gedalia huc, tu hinc revertere ad eum ubi est, quod factum à Jeremia narratur v. seq.

CAP. XLI.

VERS. 9. אֲשֶׁר הִכָּה בְּיַד גְּדַלְיָהוּ׃. Junius, *quos percussit ad latus Gedaliæ.* nimis angustè. nam & plures occidit jam mortuo Gedalia. LXX. omiserunt. Pagninus & Vulgatus & Tigurini *propter Gedaliam.* Genevenses. *occasione Gedaliæ.* Vide an unquam בְּיַד ita sumatur. Malim *cum Gedalia.* sicut Gen. 24. 10. Et omne bonum domini sui בְּיָדוֹ, LXX. μεθ' ἑαυτȣ. Jer. 38. 10. קַח בְּיָדְךָ *sume tecum hinc triginta viros.* & v. 11. *Accepit Ebedme-*

melech viros illos בְּיָדוֹ, Targ. עִמֵּיה *secum.* Nisi forte malis vertere, *quos percusserat in ministerio Gedaliæ.* sæpe enim יד ministerium denotat. ut בְּיַד הַנָּבִיא *per manum*, i. per ministerium *Prophetæ.*

CAP. XLIII.

VERS. 13. *Et induet terram Ægypti, sicut pastor induit vestem suam, & exibit inde in pace.* Cur pastoris potius hîc mentionem facit? Quia mos iste est pastorum in Oriente, ut ob æstum diei deponant vestem dum pascunt, nudique, id est indusio tantum & subligaculo induti incedant. vesperi autem, peracto pastu, ubi se cum grege domum recipiunt, vestem rursus induant. Ita, inquit, Nebucadnetsar, peractâ in Ægypto deprædatione, non nudus, sed quasi tota terra Ægypti indutus revertetur, & securus exibit, neminem metuens qui extorqueat. בֶּגֶד *vestis* est suprema vestis, qualis illa qua Sem & Japhet tegebant nuditatem patris Gen. 9. 22. Tales erant vestes ἱμάτια, quæ ad pedes Sauli deponebantur ab iis qui Stephanum lapidabant, Actor. 7. vers. 58.

CAP. XLIV.

VERS. 16. הַדָּבָר אֲשֶׁר דִּבַּרְתָּ אֵלֵינוּ בְּשֵׁם יְהוָה אֵינֶנּוּ שֹׁמְעִים אֵלֶיךָ׃. Pagninus & Vulgatus, *Verbum quod locutus es ad nos in nomine Domini, non audimus ex te.* אֵלֶיךָ vertunt *ex te.* Junius, In *verbo quod* &c. *minime sumus auscultaturi tibi.* הַדָּבָר pro בַּדָּבָר. neutrum necesse est. Est enim הַדָּבָר nominativus absolutus cujus sensus est, *Quod attinet ad verbum quod locutus es nobis in nomine Domini, non auscultamus tibi.* Tales nominativi Hebræis sunt usitatissimi, etiam nullo sequente verbo à quo regantur. vide Esth. 6. 7. Psal. 73. v. 28. tale est quoque in Hellenismo, ταῦτα ἃ θεωρεῖτε, ἐλεύσονται ἡμέραι, &c. *quod attinet ad ea quæ videtis, venient dies*, &c. Luc. 21. 6. Porro אֵינֶנּוּ alibi affixum habet tertiæ personæ sing. num. hîc autem primæ pluralis. sicut מִמֶּנּוּ significat *ab illo* & *à nobis.*

VERS. 19. לְהַעֲצִבָהּ וְהַסֵּךְ לָהּ נְסָכִים. Hieron. *ad colendum eam, & libandum ei libamina.* Junius, *Terriculorum cultum exhibendo eis* &c. Kimchius in lib. Rad. להעצבה vertit לעשות להעצבים *ad faciendum ei idola.* addit & alteram interpretationem לשמחה *ad exhilarandum eam*, quod secutus est Pagninus. sed cum verbi usu non convenit, quod contrariam potius *dolore afficiendi* significationem habet. Hi omnes ה finale pro affixo habent, quum potius absentia ȝ Mappick indicet esse paragogicum. R. Salomon conjungit cum præcedenti nomine כַּוָּנִים *liba*, quasi dixerit כונים מפוסים בדמות עצבים, *liba signata similitudine idolorum.* Hisce conjecturis & aliam libet addere, quam lingua Æthiopica subministrat. ibi עצב in Kal significat *pretiosum esse.* ut liquet ex Luc. 12. 23. *anima*, inquit, יעצב *pretiosior est alimento, & corpus vestrum* תעצב *pretiosius est amictu vestro.* Sic πολυτελές vertitur עצוב סט *carum pretio* Marc. 14. 3. Hinc vertere posses, *pretiosè faciendo, & libando ei libamina*, id est pretiosa libamina ei libando. phrasis est Hebræa, *pretiosè fecit & libavit*, pro pretiosè libavit. qualem habes Luc. 6. 48. ἔσκαψε καὶ ἐβάθυνε *fodit & profundavit*, pro profundè fodit.

VERS. 25. אַתֶּם וּנְשֵׁיכֶם וַתְּדַבֵּרְנָה בְּפִיכֶם וּבִידֵיכֶם מִלֵּאתֶם׃. Duæ primæ dictiones sunt mihi rursus nominativi absoluti, ac prius enunciationis membrum constituunt, cum quo alterum per Vau redditivum seu retributivum connectitur. cujus simile prorsus exemplum habuimus supra Jer. 33. 24. Verto, *Quod attinet ad vos & uxores vestras, locutæ estis fœminæ ore vestro & manibus vestris implestis*, &c.

CAP. XLVI.

VERS. 15. מַדּוּעַ נִסְחַף אַבִּירֶיךָ. Pagninus. *Quare propulsatus est fortis tuus?* Junius, *cur everritur* quisque *robustorum tuorum?* verto, *quare prostrati sunt fortes tui?* non occurit סחף nisi hoc loco, & Prov. 28. 3. ubi מָטָר סֹחֵף mihi quoque est *prosternens pluvia*, quæ magna vi cælitus delapsa dejicit segetem & corruere facit, ne maturescere queat. Apud Syros certe verbum hoc usurpatur pro ἐδαφίζειν *solo allidere*, Luc. 19. 44. καταστρέφειν *subvertere.* Matth. 21. 12. καθαιρεῖν *detrahere.* Luc. 1. 52. κατασκάπτειν *suffodere, destruere.* Rom. 11. 3. πορθεῖν *vastare.* Gal. 1. vers. 23. ut & nomen ܣܘܚܦܐ pro καθαίρεσις *destructio.* 2 Cor. 10. 8. & 13. 10. & pro καταστροφὴ *subversio*, 2 Tim. 2. 14.

VERS. 17. קָרְאוּ שָׁם פַּרְעֹה מֶלֶךְ מִצְרַיִם שָׁאוֹן הֶעֱבִיר הַמּוֹעֵד׃. supra vers. 13. prædictus fuit Ægyptiis adventus Nebucadnetsaris. vers. 14. admoniti sunt, ut tempestivè ei exercitu occurrerent, quia jam in confiniis omnia vastabat.

vers. 15. narrata est clades Ægyptiaci exercitus. vers. 16. cohortatio qua residui se invicem incitarunt, ut fuga vitæ consulerent, ac in Ægyptum reverterentur. Jam hîc vers. 17. narrari existimo, quid in Ægypto & illi & alii Ægyptii dixerint, Verto, *Clamarunt ibi, Pharao rex Ægypti vastatio* est, (i. vastatissimus) *transire fecit* (i. abstulit) *solennitatem*. Deplorant calamitatem Regis & suam, quod isthac in Nebucadnetsarem expeditione vastationem sibi accersiverit, & effecerit, ut solennitates, h. e. festorum dierum celebritates ablatæ sint. Quod si querelam esse velis, quam adversus Regem instituunt, sic vertas, *Pharao rex Ægypti tumultuatio est* (i. homo tumultuabundus, qui quiescere nequit, & hac ratione magnum sibi & nobis malum peperit, nempe) *transire fecit solennitatem*, h. e. effecit ut deinceps cessent solennitates nostræ.

Vers. 18. כְּתָבוֹר בֶּהָרִים וּכְכַרְמֶל בַּיָּם יָבוֹא. *Sicut Thabor inter montes, & sicut Carmel in mari, veniet.* Sensum esse puto, sicut Thabor inter montes situs altissimè supra eos eminet, & sicut Carmel ad mare situs, & in ipsum mare se porrigens altissimè ibi extat, sic veluti altissimus mons elato animo & fastu magno veniet Nebucadnetsar, de quo vers. 13. Aliter accepit Vatablus. & aliter etiam Junius. quos vide. Esse autem non Thaborem tantum, sed & Carmelum montem altissimum, vel ex Amos 9. 3. liquet, *Etsi abderent se in vertice Carmeli, inde scrutatus caperem eos.* Nec ob aliam causam Israëlitæ & Prophetæ Baalis, petente Elia, congregantur ab Achabo in montem Carmel.

Vers. 20. *Vitula pulchro ore est Ægyptus*, קֶרֶץ מִצָּפוֹן בָּא בָא verto, *Incisio ab Aquilone venit, venit.* pulchri istius oris incisio, qua omnis ejus forma deturpabitur. Maneo in metaphora. & קֶרֶץ *incisionem* potius quam *excidium* significat. ut & verbum קָרַץ *incîdere, concîdere*. apud Arabes قرض קרץ *incîdere, concîdere, mandere, mordere.*

Vers. 21. *Etiam mercenarii ejus sunt in medio ejus ut vituli saginati.* כִּי־גַם הֵמָּה הִפְנוּ, verto, *sed etiam illi vertent* tergum, *retrocedent pariter, non stabunt*, &c. כִּי sumo pro כִּי אִם *sed.* ut Gen. 45. 8. *Non vos me misistis huc*, כִּי הָאֱלֹהִים *sed Deus.*

Vers. 23. *Succîdent sylvam ejus, inquit Dominus* כִּי לֹא יֵחָקֵר *quia est impervestigabilis.* id est, quia tam crebris ac densis arboribus est implexa, ut via sit in ea inscrutabilis. itaque cædendo eam, viam sibi facient hostes. idque facile poterunt: *quia plures sunt locustis, neque numerum habent.*

Vers. 25. הִנְנִי פוֹקֵד אֶל אָמוֹן מִנֹּא. Disquirant eruditi, an non commodè vertatur, *Ecce ego visito super Amonem Alexandriæ.* ut intelligatur Jupiter Ammon, quem in Ægypto & Libya potissimum fuisse cultum, ex historicis constat. quidam eum ab *arena* quæ Græcis ἄμμος dicitur, sic dictum volunt, quia in desertis Libyæ in arenis templum ei exstructum fuerit. Alii verisimilius à חָם *Chamo* aut *Hamo* (dicebatur enim Jupiter ille & Ammon & Hammon) filio Noachi, patre Ægyptiorum & Æthiopum, quem adeo tanquam Deum tandem coluerint. Sed omnium optimè quadrat, quod hoc loco occurrit אָמוֹן quod propriè *nutritium* significat, & posset esse Ζεὺς τρόφιμος *Jupiter altor*. Nisi forte ab alia verbi אמן significatione derivemus, qua *firmum & constantem esse* valet. hinc esset *Jupiter stator*.

Cap. XLVII.

Vers. 3. מִקּוֹל שַׁעֲטַת פַּרְסוֹת אַבִּירָיו: Verti solet, *à sonitu strepitus ungularum equorum ejus.* Junius, *à sonoro plausu.* Hebræi שעטת per שאון *tumultum, strepitum* solent reddere. sunt tamen qui volunt denotare חוזק הכותם בפרסותיתם בארץ ברוצם *vim illam qua ungulis suis feriunt terram dum currunt.* ואין חבר לו במקרא, *non invenitur alibi in Scriptura.* In lingua autem Syra satis usitata vox est, ubi videtur *incedere, gradi, progredi* significare. atque inde ܫܳܛ ܒܰܐܐܰܪ שְׁעַט בָּאֲאַר *progressus est per aërem*, i. volavit. שְׁעַט בְּמַיָּא *progressus est per aquam* i. natavit. ܫܳܘܛܳܐ שַׁעֲטָא *reptile, serpens*, quasi gradiens per terram. Itaque rectè hic Pagninus, *à sonitu incessus ungularum fortium ejus.*

Cap. XLVIII.

Vers. 8. אֲשֶׁר אָמַר יְהוָה. Sequor Junium, qui vertit, *Quia edicit Jehova.* aut ut Vulgatus, *quoniam dixit Dominus.* interdum enim אשר ponitur pro על אשר. ut Neh. 2. 3. & 10. Alioqui posset quoque hîc haberi pro particula affirmativa, quæ solummodo confirmandæ assertioni inserviat, ut apud Latinos, *utique enimvero.* quo sensu sumitur 1 Sam. 15.

20. Neh. 4. 12. Psal. 10. 6. & 95. 11. & 144. 12. Esa. 8. 20. Habac. 3. 16. & alibi.

VERS. 15. *Vastatus est Moab*, וְעָרֶיהָ עָלָה. Varias in hunc locum interpretationes habes in notis Vatabli. peculiarem etiam habet Junius. liceat & nobis novam addere. עָר interdum est pro צַר *hostis*, ex usu Chaldæo. ut 1 Sam. 28. 16. Mich. 5. 14. Psal. 139. 20. Dan. 4. 16. deinde עלה & ירד, sicut sibi opponuntur, ita interdum sic conjunguntur, ut metaphoricè sumpta, prius significet attolli ad majorem dignitatem & præstantiam, alterum deprimi ad majorem miseriam & ignominiam. cujus exemplum illustre est Deut. 28. 42. *Peregrinus qui est in medio tui* יַעֲלֶה עָלֶיךָ מַעְלָה מָּעְלָה *ascendet super te magis magisque* וְאַתָּ תֵרֵד מַטָּה מָּטָּה *& tu descendes magis magisque.* ita hoc loco וְעָרֶיהָ עָלָה *& hostes ejus ascenderunt*, i. robore & dignitate creverunt, וּמִבְחַר בַחוּרָיו יָרְדוּ לַטָּבַח *electissimi autem juvenes ejus descenderunt in mactationem.*

VERS. 27. וְאִם-לוֹא הַשְּׂחֹק הָיָה לְךָ יִשְׂרָאֵל אִם בְּגַנָּבִים נִמְצָאָה. In secundo membro existimamus repetendum ἀπὸ τοῦ κοινοῦ ex primo particulam לֹא post אִם. Deinde, non sequimur τὸ קרי quod est נִמְצָא, sed τὸ כתיב quod est fœm. נִמְצָאָה. adeoque vertimus, *An non derisio fuit tibi Israël? an non res apud fures inventa?* sensus est, nonne derisisti Israëlem, deque eo triumphasti, sicut solet, ubi res furto ablata apud fures deprehenditur, atque ipsi fures derideri? Sequitur כִּי מִדֵּי דְבָרֶיךָ בּוֹ תִּתְנוֹדָד, verto, *sed ex eo* (vel propter id) *quod locutus es in eum, evagaberis*, i. in exilium abibis. כִּי pro כִּי אִם, ut supra 46. 21. Et Gen. 45. 8. Vulgatum sequimur in postremo membro.

VERS. 30. אֲנִי יָדַעְתִּי נְאֻם יְהוָה עֶבְרָתוֹ וְלֹא כֵן בַּדָּיו לֹא כֵן עָשׂוּ׃. Verti potest ad verbum, *Ego novi, inquit Dominus, furorem ejus, & non rectum: mendacia sua, non rectum faciunt.* Id est, novi magno eum furore esse correptum, eoque non recto neque justo. deinde novi quemque eorum mendacia sua, non autem quod rectum & æquum est facere. Vel hoc modo, *Ego novi, inquit Dominus, furorem ejus; an non sic* est? *mendacia ejus, an non sic faciunt?* Novi, inquit, & furorem & mendacia ejus. nonne sic se habet, eum & furibundum & mendacem esse? וְלֹא interrogativè sumo, sicut 1 Sam. 20. vers. 14. confer cum Esa. 16. vers. 6. ubi fere eadem verba occurrunt.

VERS. 31. *Super viros Kirheresch* יֶהְגֶּה *gemet*, Vatablus *cor meum.* Junius, *animus meus.* Pagninus nihil supplevit: videtur itaque ad ipsum Moabum retulisse, ut sensus sit, Moab gemet super viris Kirheresch. Posset subintelligi אִישׁ *quisque*, & impersonaliter sumi, **Men sal suchten** / *gemetur*. sic enim Hebræi impersonalia sua formant.

CAP. XLIX.

VERS. 7. נִסְרְחָה חָכְמָתָם. Quidam vertunt, *Nihili facta est sapientia eorum*, quasi superflua facta, ab Hebræo סרח *redundare.* quò videtur spectasse Junius, quum vertit *exolevit.* alii *corrupta est*, quasi fœtida facta, à Rabbinico סרח *fœtere.* In lingua Æthiopica significat *lassari.* unde סרוחאן *defatigati*: Matth. 11. 28. Hinc vertere liceat, *defatigata est sapientia eorum.*

VERS. 8. נָסוּ הָפְנוּ הֶעְמִיקוּ לָשֶׁבֶת. Verto, *Fugite: vertant terga, in profundo parent habitationem habitatores Dedan.* Mutatio personæ est, secundæ in tertiam. ut & in sequentibus, *Quia contritionem Esavi adducturus sum super eum.* deinde præterita הָפְנוּ & הֶעְמִיקוּ pro Imperativis sumuntur. quod frequentissimum.

VERS. 19. כִּי אַרְגִּיעָה אֲרִיצֶנּוּ מֵעָלֶיהָ וּמִי בָחוּר אֵלֶיהָ אֶפְקֹד׃. Verto, *Nam momento currere faciam eum supra eam, & quicunque juvenis est apud eam, visitabo.* Ad verbum, *momentabo, currere faciam*, i. momento currere faciam. מֵעַל interdum est *suprà, supernè.* Genes. 27. vers. 39. & 49. vers. 25. Psal. 50. vers. 3.

CAP. L.

VERS. 5. צִיּוֹן יִשְׁאָלוּ דֶּרֶךְ הֵנָּה פְנֵיהֶם בֹּאוּ וְנִלְווּ אֶל יְהוָה. Verto, *Tsionem requirent: ad viam illuc facies eorum* (i. ad viam quæ illuc, nempe Tsionem versus tendit, spectabunt) *venient & adhærebunt Domino.* בֹּאוּ præteritum hîc est, formæ בֹּשׁוּ Jer. 14. 3. & טֹבוּ Cant. 4. 10.

VERS. 6. הָרִים שׁוֹבְבִים׃. τὸ קרי est. שׁוֹבְבוּם. si sic legatur, verterem, *montes rebellare fecerunt eos.* quia in montibus idola colebant. At τὸ כתיב est שׁוֹבֵנִים quod verto, In *montibus rebelles* sunt. eodem sensu quo prius.

VERS.

VERS. 7. *Quia peccarunt in Dominum*, נְוֵה־צֶדֶק in *habitaculo justitiæ*, וּמִקְוֵה אֲבוֹתֵיהֶם יְהוָה, *quum exspectatio patrum ipsorum Dominus* esset. id est, ne hoc quidem à contemptu Dei avertere ipsos potuit, quod spes patrum ipsorum fuisset.

VERS. 9. חִצָּיו כְּגִבּוֹר מַשְׂכִּיל לֹא יָשׁוּב רֵיקָם. Verto, *Sagittæ ejus* (nempe קְהַל *congregationis*) sunt *tanquam potentis*, *periti*, qui *non revertitur frustra*. ut enim sagitta lædat & interimat, duo requiruntur, robur quo & longè satis jaciatur, & fortiter infigatur: deinde intelligentia & jaculandi peritia, qua rectè dirigatur. prius per גִּבּוֹר, alterum per מַשְׂכִּיל exprimitur. porro יָשׁוּב non refero ad sagittas, sed ad jaculatorem, qui cum robore & peritia jaculandi valeat, non revertitur frustra, id est non nisi scopum assecutus & voti compos. atque eo sensu: subauditur ex consueto Hebræis more אֲשֶׁר *qui*. Alioqui potest etiam referri ad congregationem magnarum gentium, ad quam affixum in חִצָּיו pertinet, ac verti, sagittæ ejus erunt sicut potentis, periti: non revertetur frustra. nempe, ea gentium congregatio, cujus sagittæ erunt veluti potentis ac intelligentis jaculatoris, & quia erunt tales, ideo non revertetur frustra, sed plurimis interemptis ac confossis.

VERS. 11. כִּי תָפוּשִׁי כְּעֶגְלָה דָשָׁה Legitur תָּפוּשׁוּ, & verti solet, *multiplicati estis*, vel *abundastis sicut vitula herbilis*. ut עֶגְלָה דָשָׁה ponatur pro עֶגְלַת דֶּשֶׁא *vitula herbæ*. At nihil his opus, si, quod ad Hab. 1. 8. ex aliis locis, atque ex Æthiopicæ linguæ usu docuimus, teneat lector, פוש non ad numeri augmentum propriè referri, sed sanitatis, pinguedinis, roborisque incrementum denotare. sic enim דָשָׁה propria sua significatione rectè retinetur, ac vertitur, *Quia pingues estis* (aut robusti) *sicut vitula triturans*. Nam præterquam quod validissimi boves triturationi adhibebantur, inter triturandum etiam pinguescebant, ex esu frumenti quod triturabatur. trituranti enim bovi os obthurare ex lege non licebat.

VERS. 14. יְדוּ אֵלֶיהָ *jacite contra eam.* hanc significationem verbi ידה confirmat lingua Æthiopica, ubi ודי (mutatis pro more Jod prima radicali in vau & ה ultima quiescente in Jod) usitatissimum est pro *jacere*, *projicere*. ut Matth. 7. 19. εἰς πῦρ βάλλεται, Æthiopicus ושת אשת יתודי *in ignem projicitur*. Et Marc. 2. 22. *nemo injicit vinum novum*, Æthiopicus יודי.

VERS. 21. עַל הָאָרֶץ מְרָתַיִם עֲלֵה עָלֶיהָ וְאֶל יוֹשְׁבֵי פְּקוֹד. Variis aliorum versionibus adjicio & hanc: *super terram hanc duplex* est *rebellio: ascende contra eam & contra habitatores visitationis*. id est, multiplex incumbit terræ huic rebellio, itaque ascende contra eam & contra habitatores ejus qui digni sunt visitari, i. puniri.

VERS. 26. *Venite ad eam* מִקֵּץ *ab extremitate*, id est undique. universitatem enim מִקֵּץ & מִקָּצֶה passim denotare, plurimis exemplis comprobavimus Ezech. 33. 1. est ubi universitatem personarum significet. hîc autem, & infra Jer. 51. 31. universitatem locorum.

CAP. LI.

VERS. 1. וְאֶל־יֹשְׁבֵי לֵב קָמָי. *Et ad securos corde coram me*. יושבי לב capio, sicut in comment. Kimchi ad Psal. 1. ad vocem יושבי קרנות לצים, *securi sortibus*, **Renteniers / die op haer renten gerust zyn ende ledigh daer op gaen.** q. *sedentes sortibus*. Securi enim sunt qui sedent. sic sedentes corde sunt securi corde. קָמָי autem accipio sicut apud Talmudicos passim pro קָדָמָי.

VERS. 11. מִלְאוּ הַשְּׁלָטִים *Implete scuta*. id est, pleno numero adferte, ut nulli desit. sicut 1 Sam. 18. dicitur David implevisse Sauli præputia.

VERS. 31. *Capta est urbs ejus* מִקָּצֶה *ab extremitate*, id est undique. sicut supra cap. 50. 26. vide quæ observavimus ad Ezech. 33. 1.

VERS. 33. בַּת־בָּבֶל כְּגֹרֶן עֵת הִדְרִיכָהּ. *Filia Babel est sicut area tempore quo calcat eam*, sc. calcator, id est quo calcatur & trituratur. aff. fœm. gen. rectè refertur ad גרן. est enim fœminium. deinde sicut דוש triturare, est Syris calcare, ut & Hebræis, ita דרך est calcare & triturare non Hebræis tantùm, sed & Syris. vide 1 Cor. 9. v. 10. sensus est, sicut area quum calcatur plena est frugibus, ita nunc est Babel. at adest tempus messis ejus, quo succidetur omnis ejus prosperitas.

VERS. 39. *Quum incaluerint dabo potiones eorum*. אָשִׁית *ponam*, i. *dabo*. sicut נָתַן *dare* est etiam *ponere*, ita שית *ponere* est etiam *dare*. sicut Gen. 4. 25. *posuit mihi Deus semen aliud*, i. dedit.

VERS.

Vers. 58. חֹמוֹת בָּבֶל הָרְחָבָה עַרְעֵר תִּתְעַרְעָר· Ad muros Babel quod attinet, latissimus (nempe murus) nudando nudabitur.

Cap. LII.

Vers. 2. Quia secundum iram Domini factum est in Jerusalem & Juda, donec projecisset eos à facie sua. adeoque rebellavit &c. vau est ut ف apud Arabes. illativum.

ANIMADVERSIONES

In loca difficiliora

LAMENT. JEREMIÆ.

Cap. IV. Vers. 14. & 15.

Pœnam continet, quæ ob peccata Prophetarum & sacerdotum, effundentium sanguinem in medio sanctæ urbis, toti populo evenit. pœna autem triplex. Prima, נָעוּ עִוְרִים בַּחוּצוֹת *Vagati sunt cæci per plateas.* id est, adeo fuerunt, præ hostium crudelitate & gladii sævitia, stupore perculsi & attoniti, ut verè cœcorum instar, quo eundum esset nescii, hac illac per plateas discurrerent. Altera ex prima pendet, נְגֹאֲלוּ בַּדָּם *contaminarunt se sanguine.* quum enim adeo obstupefacti, providè circumspecteque incedere non possent, per ipsum interfectorum sanguinem ruerunt, atque ita se contaminarunt. Tertia præcedentes excipit, בְּלֹא יוּכְלוּ יִגְּעוּ בִּלְבֻשֵׁיהֶם, *quod non licebat ipsis, attingebant vestimentis suis.* id est, cadavera, quæ lege attigere prohibitum erat, attoniti pavidique ruentes, attingerunt. בְּלֹא ponitur pro בַּאֲשֶׁר לֹא. regitur autem illud ב à יִגְּעוּ. verbum enim נגע cum ב construitur. verbum autem יָכֹל non tantum valere *potuit*, sed etiam *licentiam habuit*, id est non tantum, **konnen**/ sed etiam **moghen**/ patet ex Deut. 12. 17. & 16. 5. & alibi. sicut autem versu 14. docetur, quanto cum stupore & confusione per plateas Hierosolymæ discurrerint, ut furentium hostium manus evaderent, ne sanguine quidem & cadaverum contactu polluere se verentes, sic versu 15. docetur, non potuisse eosdem firmam alibi sedem invenire. Nam סוּרוּ טָמֵא קָרְאוּ לָמוֹ סוּרוּ סוּרוּ אַל תִּגָּעוּ, *recedite immundi, dictum est illis, recedite, recedite, ne attingite.* Idque verè illis dictum fuisse, constat ex effectu. כִּי נָצוּ גַּם נָעוּ *quia avolarunt, imo vagati sunt.* Et si quò intrarunt, hærere diu non potuerunt, Nam אָמְרוּ בַּגּוֹיִם לֹא יוֹסִיפוּ לָגוּר *dictum est inter gentes, non pergent commorari.* טָמֵא collectivè sumitur. קָרְאוּ & אָמְרוּ impersonaliter.

ANIMADVERSIONES

In loca difficiliora

EZECHIELIS.

Cap. II. Vers. 5.

וְהֵמָּה אִם־יִשְׁמְעוּ וְאִם יֶחְדָּלוּ כִּי בֵּית מְרִי הֵמָּה וְיָדְעוּ כִּי נָבִיא הָיָה בְתוֹכָם׃ Verto, *Et illi audient ne? an abstinebunt? sunt enim domus rebellis, & scient Prophetam fuisse in medio ipsorum.* Vel sic potius, *Et illi sive audiant, sive abstineant (sunt enim domus rebellis) scient Prophetam fuisse in medio sui.* Valdè emphaticè ista parenthesis inseritur, quia metuendum magis erat ne abstinerent, quam sperandum ut audirent. faciant, inquit Deus, quicquid velint. nam sive audiant sive abstineant, scient &c. Vau in וְיָדְעוּ retributivum esse volo, non copulativum.

Cap. X.

Vers. 20. *Illa est bestia quam vidi* הַחַיָּה *sub Deo Israëlis.* תַּחַת אֱלֹהֵי יִשְׂרָאֵל Quia hîc Angeli considerantur currus instar, sive jumenti quo Deus vehitur, hinc apud Maimonidem in יסודי התורה cap. 2. העקרים sive articuli fundamentales de Deo, ubi de rerum omnium dependentia ab ipso tanquam primo Ente, deque Angelis quatenus cum eo conveniunt & ab eo differunt, ipsique subserviunt, agitur, מעשה מרכבה *opus currus* seu *vehiculi* vocantur. idque דרך כבוד εὐφημίας ἕνεκα, inquit Interpres Maimonidis R. Levi, ac causam addit, *Quia quum Creatorem ipsum in puritate sua cognoscere, supra nostras & ipsorum Prophetarum vires sit, opera danda est ut separatas formas* (id est Angelorum naturam) *cognoscamus, quippe quæ ei proximæ sint, & de existentia ejus doceant, sicut currus docet esse qui eo vehitur.*

Cap.

Cap: XIX.

Vers. 4. בְּשַׁחְתָּם נִתְפָּשׂ. rectè Jonathan בסריגתהון אתאחד *reti eorum captus est*. Juvat significationem lingua Æthiopica, ubi שחת usurpatur pro σκανδαλίζεσθαι *offendi, impingere*. Matth. 11. 5. in hiphil, pro σκανδαλίζειν *offendere*. Matth. 18. 6. pro παγιδεύειν *illaqueare*. Matth. 22. 15. pro ἀγρεύειν *venari, irretire*. Marc. 12. 13. Hinc ergo nomen שחת *rete, venabulum, laqueus*. Est tamen, fateor, ubi per *foveam* necessario verti debet, ubi nempe effodiendi verbum additur, ut Psal. 94. 13. Prov. 26. 27. & alibi. sed & hoc inde est, quod fovearum usus apud Orientales in venatione longe maximus sit, quippe ubi impingentes belluæ irretiuntur & capiuntur.

Vers. 7. וַיֵּדַע אַלְמְנוֹתָיו. Vertimus, *Et deseruit viduas ejus*. vide quæ de usu verbi ידע annotavimus ad Prov. 10. 9. & 14. 34.

Cap. XXI.

Vers. 14. *Iste est gladius interfectionis magnæ* הַחֹדֶרֶת לָהֶם Hieronymus ex Lxx. *qui obstupescere facit eos*. Pagninus, *qui percutiet eos in penetralibus*. ubi si penetralia intelligit viscerum, idem est quod alii dicunt, *qui penetrabit eos*. sin penetralia cubiculorum, idem est quod Junius dixit, *permeans cubicula illorum*. respiciunt nomen חֶדֶר *conclave, cubiculum, penetrale*. Nos vero, quia verbum illud alibi non reperitur, aut ut loquuntur Hebræi אין לו ריע *non est ei socius*, ad linguam Æthiopicam libenter recurrimus, ubi verbum חדר est *manere, habitare*. ut Matth. 10. 11. μείνατε ἐκεῖ, Æthiopicus Interpres חדרו הי. inde מחדר *mansio, tabernaculum*, Marc. 9. 5. Nec dubium mihi, quin inde sit Hebræorum חֶדֶר *conclave, cubiculum*, ea domus pars ubi quis præcipue habitat, manet & cubat. Hinc vertimus, *Iste est gladius interfectionis magnæ, qui manet ipsos*, id est, qui quasi in conclavi repositus, reservatur ipsis.

Vers. 15. *Super omnes portas eorum dedi* אִבְחַת חָרֶב, R. D. K. in libro radicum vertit להט חרב *flammam gladii*. alios autem ait vertere *terrorem gladii*, accepto אבחת pro אבעת, quod idem sit atque בעתה *terror*. alios *mactationem gladii*, ut אבחת sit pro טבחת per Alphabetum אטבח. vides per conjecturas agi. atqui certius quid suppeditat lingua Æthiopica, ubi usitatissimum est verbum אבח pro *potestatem dare*. vide Interpretem Æthiopicum Matth. 8. 21. & 15. 31. ubi Interpres addidit quod isthic loci in Græco non extat, sed alibi invenitur, *quod potestatem talem dedisset filio hominis* verto hinc *potestatem gladii*.

Cap. XXIII.

Vers. 18. וַתֵּקַע נַפְשִׁי מֵעָלֶיהָ כַּאֲשֶׁר נָקְעָה נַפְשִׁי מֵעַל אֲחוֹתָהּ׃. *Et recessit anima mea ab illa, sicut recessit anima mea à sorore ejus*. Non occurrit alibi verbum נקע. sed res ipsa docet, idem esse quod יקע, quod pro *luxari & loco suo avelli* usurpatur Gen. 32. 25. Hinc non longè abit significatio verbi נקע in lingua Æthiopica, ubi pro ῥήγνυσθαι *rumpi* ponitur, Matth. 9. 17. pro σχίζεσθαι *findi*, Matth. 27. 51. & in hiphil אנקע pro ῥήσσειν *rumpere*, Marc. 2. 22. Hinc vertere posses, *& abrupta est anima mea ab illa, sicut abrupta est à sorore ejus*. efficacius est quam si dicas, *recessit*.

Cap. XXIV.

Vers. 17. וְלֶחֶם אֲנָשִׁים לֹא תֹאכֵל. *Et panem hominum* (nempe aliorum) *non comedes*. Jun. *& panem ullorum* (nempe hominum) *non comedes*. Chaldæus *& panem* אֲבֵלִין *lugentium non comedes*. ut & Vulgatus, *cibos lugentium non comedes*. legisse videntur אֲנֻשִׁים, quod *miseros, calamitosos, luctuosos* denotat. nec dubium mihi videtur, quin ea sit recta lectio. erat enim lugentium cibus immundus. unde Oseæ 9. 4. *sacrificium eorum* כְּלֶחֶם אוֹנִים *sicut panis dolorum*.

Vers 26. Quomodo conciliari possit cum Ezech. 33. 21. docet D. l'Empereur in Dissertatione præfixa Halichoth Olam. p. 7.

Cap. XXVII.

Vers. 11. וְגַמָּדִים Hieronymus & Pagninus, *Et Pygmæi*. quasi cubitalis staturæ viros dicas. à גֹּמֶד *cubitus*. quam conjecturam doctiss. Junius merito rejicit. ipse autem quæ digna sunt consideratu adfert. quæ, qui vult, apud eum videat. Nos ex lingua Syriaca lucis aliquid adferre conabimur. ibi enim ܓܘܡܕܪܐ גוּמְדָּרָא & ܓܘܡܕܪܢܘܬܐ גוּמְדָּרְנוּתָא est *audacia*. ܓܘܡܕܪܢܐ גוּמְדָּרָנָא *audax*, Interprete Ferrario.

rio. Glossarium Syro-Arabicum vertit الوقح *superbus, arrogens, insolens, qui impudenter & temerariè aliquid tentat.* præsertim autem notanda, quæ idem Glossarium de ܓܡܪܐ גְּמָרָא tradit. verba sunt, ܓܡܪܐ ܡܬܐܡܪ ܥܠ ܣܘܣܝܐ ܘܟܘܕܢܝܐ ܡܕܝܠܐܝܬ id est, גְּמָרָא *propriè de equo & mulo dicitur.* Arabicè autem plenius exponit per الحرون البغل الحرون *ferox, mulus ferox.* propriè الحرون Arabibus dicitur de mulo, equo, camelo, aliove jumento quod sessori non obsequens retrocedit, quum procedere deberet. Hinc ad homines quoque feroces, indomitos, audaces & insolentes transfertur. Idem itaque apud Syros sunt גַּמָּרִים neque id loco huic rectè quadrare, facile, credo, negabit quisquam. Et interpretationem hanc ex Syria rectè peti fatebitur, qui hîc de Tyriis, qui Syro-Phœnices erant, agi consideraverit.

Cap. XXXIII.

Vers. I. וְלָקְחוּ עַם הָאָרֶץ אִישׁ אֶחָד מִקְצֵיהֶם. Inquirendum videtur quid hîc sit מִקְצֵיהֶם. Vulg. & Pagninus, *Et tulerit populus terræ virum unum de novissimis suis.* quod in notis Vatabli exponitur, de extremis finibus suis, i. de regione sua: quod certis quibusdam terminis ac finibus disterminetur. Eodem sensu Junius vertit, *ab extremitatibus suis.* Notum est קָצֶה propriè denotare *finem extremitatem.* Quia autem extremitas rei, ejus est complementum, hinc & pro complemento usurpatur. ut מִקְצֵה שָׁלֹשׁ שָׁנִים, *ex fine trium annorum*, i. completis tribus annis. Hinc & pro universitate rei, quæ tota intra suos fines & extremitates continetur, usurpari observavimus. Exemplum illustre Psal. 19. 5. בְּכָל הָאָרֶץ יָצָא קַוָּם וּבִקְצֵה תֵּבֵל מִלֵּיהֶם *In totam terram exivit linea eorum, & in extremitatem orbis verba eorum.* Vides totam terram, & extremitatem orbis synonyma esse, adeoque extremitatem hîc esse totalitatem & universitatem. Quam significationem observasse, multis locis, alioqui difficilibus, facilitatem insignem parit. Adferemus præcipua loca, ubi eo sensu accipiendum esse putamus. Gen. 19. v. 4. dicuntur Sodomitæ domum Lothi circumdedisse, à puero usque ad senem. deinde additur, כָּל־הָעָם מִקָּצֶה, *totus populus ex extremitate*, id est, in universum. quod optimè Lxx. ἅμα *simul.* Gen. 47. 2. de Josepho dicitur, וּמִקְצֵה אֶחָיו לָקַח חֲמִשָּׁה אֲנָשִׁים וַיַּצִּגֵם לִפְנֵי פַרְעֹה, *Et ex universitate fratrum suorum accepit quinque, & constituit eos ante Pharaonem.* Num. 11. 1. *Accensus est in eos ignis Jehovæ, & devoravit* בִּקְצֵה הַמַּחֲנֶה *per universitatem castrorum.* quanto hoc facilius, quam quod dixit Junius, *eos qui erant in extremitate castrorum?* Jud. 18. 2. dicuntur filii Dan misisse חֲמִשָּׁה אֲנָשִׁים מִקְצוֹתָם, *quinque viros ex extremitatibus suis*, id est, ex universis se. 1 Reg. 12. 31. *Fecit sacerdotes* מִקְצוֹת הָעָם *ex extremitatibus populi*, i. ex universo populo. Falluntur longè, qui mentem esse putent, *ex infimis populi.* non enim culpatur, quod, neglectis magnatibus, ex vulgo, crearit sacerdotes, sed quod, quum sola tribus Levitica muniis sacerdotalibus esset à Deo destinata, ex universo populo eos desumpserit. Difficultatem vidit Junius. sed quum se expedire non posset, vertit simpliciter, *fecit sacerdotes è populo*, annotans ad marginem, propriè sonare, *è partibus populi.* quod quivis videt non convenire. Pergamus. Esa. 56. 11. כֻּלָּם לְדַרְכָּם פָּנוּ אִישׁ לְבִצְעוֹ מִקָּצֵהוּ *Omnes ad viam suam respiciunt, quisque ad avaritiam suam, ab extremo ejus*, id est, ad unum omnes. Jer. 50. 26. *Venite ad eam* מִקֵּץ *ab extremitate*, id est, omnes. Jer. 51. 31. נִלְכְּדָה עִירוֹ מִקָּצֶה, *capta est urbs ejus ab extremitate*, id est, tota. qui locus est manifestissimus. Sic ergo & hunc Ezechielis locum exponimus, *Et sumserit populus terræ virum aliquem ex universitate sua.* Idem voluit Jonathan, quum vertit מִבֵּינֵיהוֹן *è medio sui.* Et Lxx. ἐξ ἀυτῶν *ex se.* maluissem tamen Chaldaicè dixisse, מִבֵּין כֻּלְהוֹן *è medio omnium sui.* Et græcè ἐκ πάντων ἀυτῶν, *ex omnibus se.* ut universitas quæ per קָצֶה denotatur, exprimeretur.

Cap. XLI.

Vers. 2. *Confringam te*, וְשִׁשֵּׁאתִיךָ. non occurrit nisi hoc loco, quare variè exponitur, quia ex conjectura egerunt eruditi. videat notas Vatabli, qui varias vult interpretationes. Schindlerus שִׁשֵּׁא *persuasit, seduxit.* quia Chaldæus habet ואמענך *& seducam te*, quomodo & Hieronymus vertit. at non arbitror Interpretes illos per *seducam* intellexisse, *persuasionibus fallam & decipiam*, sed è regione tua abductum

ductum huc illuc quaquaversum te seducam. quod Lxx. dixerunt καθέξω σε. convenit id cum verbi hujus significatione in lingua Æthiopica usitata, ubi שש (permutatis literis Ehevi א & ו, quod crebrum est in ista lingua) in conjugatione quæ quinta est apud Arabes אנששׁ significat περιπατεῖν *ambulare*. Matth. 4. 18. Marc. 5. 42. & περιάγειν *obire* Matth. 4. 23. In piel ergo, sive in transitiva conjugatione significat *facere ambulare, facere obire, quaquaversum deducere & seducere.*

Cap. XLV.

Vers. 12. עֶשְׂרִים שְׁקָלִים חֲמִשָּׁה וְעֶשְׂרִים שְׁקָלִים עֲשָׂרָה וַחֲמִשָּׁה שֶׁקֶל הַמָּנֶה יִהְיֶה לָכֶם׃ *Viginti sicli, viginti quinque sicli, quindecim sicli vobis erunt mina.* Quid hoc sit, rectè explicat Cl. L'Empereur in Discursu ad Lectorem ad Paraphrasim in Danielem. ubi primum hæc Abrabanielis ad hunc locum citat, ומה שחלק אותו לאלה החלקים הוא לפי שכל אחד היה משקל בפני עצמו *Quod eam* (minam) *dividat in istas partes, id fit quia unaquæque pars pondus sive moneta erat per se.* Deinde addit: *Quum Deus omnibus in rebus justitiam servari vellet, diversarum monetarum genera recensuit, quæ justum habere pondus præcepit. Moneta quædam, Judæis testibus, erat 20 siclorum, alia 25. tertia denique 15 siclorum: quæ simul cum minam constituerent, Deus jubens ut singulis sua constaret quantitas, ad minam examinari mandabat, ut an singulis suum inesset pondus per minam, quam simul conficere debebant, innotesceret.*

ANIMADVERSIONES

In loca difficiliora

DANIELIS.

Cap. I. Vers. 2.

וַיְבִיאֵם אֶרֶץ שִׁנְעָר בֵּית אֱלֹהָיו׃ Junius & Pagninus affixum in ויביאם non retulerunt ad כֵּלִים *vasa*, quod proximè antecessit, sed ad personas Jehojakimi & populi, quas Nebucadnetsar in captivitatem abduxit. Quod nescio an probandum sit. Primo, quia solius Jehojakimi, non populi facta mentio in præcedentibus. Deinde quia certum est Jehojakimum non fuisse abductum in terram Sinear, multo minus introductum in templum idoli. Etsi enim 2 Chron. 36. 6. dicatur eum Nebucadnetsar vinxisse æneis catenis, ut eum abduceret Babylonem, deductum tamen eò non fuisse constat ex Jer. 22. 19. ubi dicitur sepultura asini sepeliendus, tractus & projectus ultra portas Hierusalem. Cum quo consentit historia 2 Reg. 24. ubi adversus Joakimum venisse dicuntur cohortes Chaldæorum, Syrorum, Moabitarum, Ammonitarum ut everterent Judam, & v. 6. dicitur Jehojakim obdormivisse cum patribus suis, nempe in eodem isto bello. adeo ut videatur quidem captus à Nebucadnetsare intra urbem, ibique catenis constrictus, eo animo ut Babylonem abduceretur, verum à variis istis cohortibus tractus extra urbem, occubuisse, & asini instar in agrum projectus, insepultus mansisse. Fateor quidem fuisse eo tempore multos ex populo abductos Babylonem, inter quos Daniel, sed an verisimile sit universam istam multitudinem introductam fuisse à Nebucadnetsare in domum Dei sui nescio. Malim cum Vulgato & Lxx. Interpretibus referre ad vasa. At, inquies, de vasis sequitur, *Et vasa introduxit in locum thesauri Dei sui.* At nego hoc idem esse cum priori. Ante enim dicitur generatim adduxisse vasa in domum Dei sui. jam vero specialius indicatur, ubi in illa domo collocata fuerint vasa, nempe in singulari quodam conclavi, ubi erant thesauri idoli. Vel etiam in priori membro בֵּית אֱלֹהָיו verti posset, non *in* sed *ad domum Dei sui.* hoc modo, *Et deduxit ea in terram Sinear ad domum Dei sui, & vasa introduxit in locum thesauri Dei sui.* ut priori membro iter, altero ipsa introductio denotetur. quomodo autem hic Danielis locus, ubi tertio Jojakimi anno dicitur venisse Nebucadnetsar, cum Jer. 25. 1. concilietur, ubi 4 annus Jojakimi, dicitur esse primus Nebucadnetsaris, & cum 2 Reg. 23. 36. ubi undecim annos regnasse dicitur Jehojakim, vide in notis L'Empereur ad Paraphr. in Dan. p. 9.

Vers. 5. *Et paravit ipsis Rex quotidie* מִפַּתְבַּג הַמֶּלֶךְ. Syri scribunt per ט, ܦܛܒܓܐ, significatque (teste Ferrario in nomenclatore) *varia pulmenta*, ac dicitur de mensa opipara, qualis est divitum & principum. Unde apud Ephremum de amore sapientiæ, *Si vocaverit te dives quis ad mensam suam, ne aperi guttur tuum nimis* [Syriac] *su-*

 per

per varia pulmenta ejus. Ita & apud Dan. verto, *de variis pulmentis regis.* occurrit eadem vox verſ. 8. 13. 15. 16. & cap. 11. verſ. 26. quibus omnibus in locis non niſi de menſa regia dicitur, & epulas ſignificat, non quamvis cibi portionem. quamobrem verſ. 16. ubi cibus reliquorum regis alumnorum confertur cum Danielis, ſociorumque ejus, dicitur promus condus illis quidem attuliſſe פַּתְבָּגָם *epulas ſuas,* his vero זֵרְעֹנִים *olera.* adeo ut פַּתְבַּג de tenui olerum victu dici nequeat, quandoquidem ei opponitur.

VERS. 10. מִן הַיְלָדִים אֲשֶׁר כְּגִילְכֶם. Junius, *quam puerorum qui ſimiliter ut vos ad tempus alendi ſunt.* Miror libertatem. propriè dicit eſſe, *qui ſecundum revolutionem veſtram ſunt.* voluit ergo eſſe à גלל *volvere.* quod plane eſt alienum. Plerique volunt גִיל eſſe *ſimilitudinem.* ut ſenſus ſit, *qui ſunt ſecundum ſimilitudinem veſtram,* id eſt ſimilis vobiſcum ſtatus & conditionis. Sed diligenter attendendum ad id quod in Lexico ſuo adfert ex Talmudicis Cl. Buxtorfius, בֶּן גִילוֹ dici eum qui eadem hora & ſub eodem planeta cum hoc aut illo natus eſt: adeoque ejuſdem cum ipſo ætatis. rectè. Eſt enim גִיל uſitatiſſima Arabibus vox, *ætatem, generationem, vitæ tempus & durationem* ſignificans. ut Matth. 1. 17. פכל אלאגיאל מן אברהים אלי דאויד ארבעה עשר גילא, *Et omnes generationes ab Abrahamo ad Davidem quatuordecim generationes.* Ergo הַיְלָדִים אֲשֶׁר כְּגִילְכֶם ſunt *pueri qui ſunt ſecundum ætatem veſtram,* ætate vobis pares. Nihil mutandum in veteri Belgica verſione. Præcedit autem in eodem verſu אֲשֶׁר לָמָּה יִרְאֶה אֶת פְּנֵיכֶם זֹעֲפִים. Vulgatus & Pagninus, *Qui ſi viderit vultus veſtros macilentiores.* לָמָּה pro *ſi,* quod ſciam, nuſquam extat. Apud Arabes לַמַּא eſt *quando.* atque eandem fortaſſis ſignificationem apud Hebræos etiam habere poſſet. quum enim מה non ſemper interroget, ſed ſæpe indefinitè ſumatur, nihil impedit cur non, ſicut apud Arabes למה ſignificet, *ad quod* ſup. tempus, id eſt *quando.* Hîc certe id apprimè quadrat, *Qui quando videret facies veſtras tetricas præ pueris ætate vobis paribus,* וְחִיַּבְתֶּם *condemnaretis caput meum regi.* Vau tum eſt conſecutivum, Latinè redundans. Nihil tamen impedit, quominus retenta uſitata τȣ̃ למה ſignificatione, cum Cl. Junio vertamus, *Nam quare videret* &c. וְחִיַּבְתֶּם *& efficeretis reum capitis apud regem?* Vau tum eſt copulativum.

Quod autem Belgica noſtra verſio τὸ זֹעֲפִים vertit **jammerlicker** / vel **miſmaeckt** / optimè factum. vel **meer ontſtelt dan van** / &c. eſt enim propriè זעף non in Hebræa tantum lingua, ſed & in Syriaca, *commoveri,* diciturque de doloris, iræ, maris commotione, & quavis alteratione qua res de meliori in pejorem ſtatuum transfertur.

CAP. II.

VERS. 1. וּשְׁנָתוֹ נִהְיְתָה עָלָיו. Vulgatus, *Et ſomnium ejus fugit ab eo.* verba non ſecutus eſt. LXX., καὶ ὁ ὕπνος ἐγένετο ἀπ' αὐτȣ̃. rectum id eſſet, ſi pro עָלָיו legeretur מִמֶּנּוּ. Pagninus eundem ſervans ſenſum, *Et ſomnus ejus fractus eſt ei.* Unus tantum locus huic interpretationi favet, quod Dan. 8. 27. אֲנִי דָנִיֵּאל נִהְיֵיתִי וְנֶחֱלֵיתִי, videatur aliter verti non poſſe, quam *Ego Daniel fractus fui & debilitatus.* At non videtur neceſſarium. Junius maluit, *Ego Daniel affectus fui ægritudine.* propriè inquit, *affectus fui & ægrotavi.* fortaſſis ſimplicius, *factus fui & ægrotavi,* id eſt *factus fui æger.* eodem modo atque in Kal rectè dicitur הָיָה וְחָלָה *fuit & ægrotavit,* id eſt incidit in ægritudinem. Quicquid ſit, non tantam evidentiam habet locus Dan. 8. ut ex eo hîc vertendum ſit, *Et ſomnus ejus fractus eſt ei.* Examinemus Junii ſententiam, *quum adhuc ſomnum caperet.* propriè inquit, *quum ſomnus ejus fieret in ipſo.* Admittit Hebraiſmus, ut Vau reddatur per *quum.* frequens id eſt, & hîc & in Arabiſmo. Non tamen quæ adfert, convenire inter ſe videntur. Si enim ſenſus eſt *quum adhuc ſomnum caperet,* non debebat propriè eſſe *quum ſomnus ejus fieret,* ſed *quum eſſet in ipſo.* At rectè vidit vir doctiſſimus, Niphal נִהְיָה non tam ſignificare *eſſe* quàm *fieri,* ut omnia loca, niſi fortaſſis locum Joël 2. v. 2. quis excipere velit, edocent. Hinc ſenſus potius eſt, *quum primum ſomnum ſuum cepiſſet.* propriè, *quum ſomnus ejus factus eſſet ſuper ipſum,* id eſt, quum eum primus ſomnus occupaſſet, qui ſolet eſſe fortiſſimus, & à ſomniis maximè vacuus, tunc cum mirandum hoc ſomnium invaſit, quo ſpiritus ejus perculſus fuit. Non videtur hic ſenſus aſpernandus. Addamus tamen alium, ut omnia experiamur, & optimum eligatur. Verti etiam fortaſſe poſſet, *Et ſomnus ejus factus eſt contra ipſum,* id eſt adverſus ei & moleſtus. quia nempe ex ſomnio perculſus erat,

ſom-

ſomnus ejus non fuit placidus, ipſique favens, ſed adverſus & contrarius. adeoque quum moleſtias ſomni non ferret, juſſit adduci qui ſomnium interpretarentur.

VERS. 5. מִלְּתָא מִנִּי אַזְדָּא׃ Junius, *ſermo à me abiit.* id eſt, inquit, *excidit è memoria ſomnium.* In eundem ſenſum video LXX. Interpretes, Vulgatum, Pagninum, Vatablum, Genevenſes aliosque id accipere. Videtur tamen & alius ſenſus non incommodus dari poſſe, *verbum ex me proceſſit*, vel potius *procedit.* eſt enim אַזְדָּא participium, non præteritum Indicativi. id eſt, *edictum ex me exit.* quodnam edictum? deſcribitur ſtatim verbis ſequentibus, *Si non indicaveritis mihi ſomnium & interpretationem ejus* &c. Sic verſu 8. *Pro certo cognoſco vos redimere tempus, quia vidiſtis exiiſſe ex me edictum.* id eſt, ex reſponſione veſtra intelligo, vos hoc tantum agere, ut tempus prorogetis, quia nempe videtis ex edicto meo imminere vobis mortem, quam prolongando tempus effugere ſperatis. Quod v. ſeq. 11. manifeſtò explicatur, *Quia ſi ſomnium non indicaveritis mihi, una eſt ſententia veſtri. ideo verbum mendax & corruptum paraſtis vos dicere coram me, donec tempus mutetur.* Accipitur ibi מִלְּתָא ſicut Dan. 3. 28. ubi laudantur tres adoleſcentes quod מִלַּת מַלְכָּא שַׁנִּיו, *edictum regis non ſervaſſent.* idem eſt quod eodem illo cap. טְעֵם מַלְכָּא. nec tamen in eorum ſum ſententia, qui exiſtimant non oblitum fuiſſe Regem ſomnii ſui, ſed diſſimulaſſe id ſolum, ut experiretur an certam ejus & non conjecturalem interpretationem dare poſſent. dixit enim verſ. 3. *perculſum eſſe ſuum ſpiritum, ut cognoſceret ſomnium.* fatetur ergo fuiſſe incognitum.

VERS. 10. כָּל־קֳבֵל דִּי. Vulgatus, *ſed & Pagninus, præterea.* Genevenſes *& revera.* Junius melius *propterea.* id tamen propriè כָּל־קֳבֵל דְּנָה dicitur, ut infra verſ. 12. & alibi liquet. At כָּל־קֳבֵל דִּי duas habet ſignificationes, quarum prima eſt *propterea quod*, infra v. 40. & alibi, quæ hîc locum non habet. altera eſt, *propter quod, quamobrem, quam ob cauſam.* quæ hoc loco, ut & verſ. 45. locum habet. Græci rectè hîc καθότι verterunt, non διὰ τοῦτο. etſi quoad ſenſum minimum interſit. ſive enim *propterea* dicas, ſive *quamobrem*, idem dicis. juvat tamen phraſeos diverſitatem obſervare. Intereſt enim inter כָּל־קֳבֵל דִּי & כָּל־קֳבֵל דְּנָה, ſicut Belgicè inter **daerom / om die oorſaecke /** & **waerom / om welcke oorſaecke.** eſt enim דְּנָה demonſtrativum *hoc.* at דִּי relativum *quod.*

VERS. 14. בֵּאדַיִן דָּנִיֵּאל הֲתִיב עֵטָא וּטְעֵם׃ *Tunc Daniel reſpondit conſilium & prudentiam Arjocho* &c. id eſt conſilium prudens. Id ſimpliciſſimum videtur. Non tamen rejiciendum quoque ſi vertatur, *Tunc avertit Daniel conſilium & ſententiam Arjochi præfecti ſatellitum regis*, id eſt, id quod in mente & mandatis habebat Arjochus. quid id autem fuerit, indicatur quum additur, *Qui exiverat ad occidendum ſapientes Babel.* Subminiſtrant eum ſenſum Genevenſes, & fere perſuadent.

VERS. 16. *Et Daniel intravit & petiit à rege ut tempus daret ſibi*, וּפִשְׁרָא לְהַחֲוָיָה לְמַלְכָּא, rectè Vulgatus, *ad ſolutionem indicandam regi.* vel, *quo ſolutionem indicaret regi.* Sic v. 18. וְרַחֲמִין לְמִבְעֵא מִן קֳדָם אֱלָהּ שְׁמַיָּא. rectè Vulgatus, *Ut quærerent miſericordiam à facie Dei cæli.* ita & rectè in utroque loco Belgica noſtra verſio. Phraſis enim hæc eſt Danielis, ut Vau ſequente Infinitivo cum Lamed litera Bachlam valeat *ut* conjunctionem finalem. quod miror non obſervaſſe in his locis Junium, quum id rectè obſervaverit ſupra cap. 1. v. 5. ubi וּלְגַדְּלָם rectè vertit, *quo educaret eos.* ubi rurſus belgica noſtra verſio, ut & Vulgatus Latinus laudandi.

VERS. 17. *Tunc Daniel in domum ſuam ivit.* Si fides eſt habenda Benjamini. tradit in Itinerario ſuo, viginti milliaribus ab antiqua Babel habitare עשרים אלבים מישראל מתפללין בכנסיות ועליית דניאל עה״ היא הקדומה שבנה דניאל והיא בנויה אבני גזית ולבנים ובית הכנסת וארמון נבוכדנצר ואתון נורא יקידתא אשר הושלכו שם חנניא מישאל ועזריה והוא עמק ידוע לכל׃ *viginti millia Iſraëlitarum, qui precantur in ſynagogis, & in cœnaculo illo antiquo beati Danielis, quod extruxerat. eſtque lapidibus cæſis & lateribus conſtructum. eſtque ibidem Synagoga, & palatium Nebucadnetſaris, & fornax ignis ardentis, in quem conjecti olim Ananias, Miſaël & Azarias. eſtque vallis iſta cunctis notiſſima.*

VERS. 20. &c. לֶהֱוֵה שְׁמֵהּ. Quid להוה ſit, videatur in obſervatione noſtra ad Eſdr. 4. 12.

VERS. 30. לָהֵן עַל דִּבְרַת דִּי פִשְׁרָא לְמַלְכָּא יְהוֹדְעוּן וְרַעְיוֹנֵי לִבְבָךְ תִּנְדַּע׃ Junius, *Sed propter cauſam eorum qui interpretationem regi notam facturi ſunt, ut cogitationes cordis tui* cog-

cognoſcas. populum Judaicum intelligi voluit, in quorum gratiam & per quos hæc revelatio regi facta. Multo ſimplicius videtur Vulgatus, &, niſi fallor, omnino rectè vertiſſe, *Sed ut interpretatio regi manifeſta fieret, & cogitationes mentis tuæ ſcires.* עַל דִּבְרַת דִּי propriè eſt, *propter cauſam ut*, id eſt *eo fine ut.* deinde activum plurale יְהוֹדְעוּן indefinitè & impersonaliter ſumptum rectè vertitur per ſingulare paſſivum, *ut interpretationem regi indicent*, id eſt, *ut interpretatio indicetur*. quale eſt in Evangelio, *Hac nocte animam tuam abs te repetent*, id eſt, anima repetetur.

VERS. 34. *Vidiſti, uſque dum exciſus eſt lapis* דִּי־לָא בִידַיִן. Junius, *qui non* eſt *in* ullis *manibus*. perperam ſane. rectius Pagninus, *qui non manibus* abſciſſus erat. Qui tamen fruſtra quoque ſe iſto ſupplemento torſit, quum optimè præiviſſet Vulgatus, *ſine manibus* דִּי־לָא enim eſſe *ſine*, ex Syriaſmo liquet, ubi uſitatiſſimum eo ſenſu eſt דְּלָא pro ſeparato enim דִּי ſemper in Syriaſmo, ut & paſſim in Targum eſt דְּ præfixum ſequenti dictioni. דְּלָא רְטְנָא *ſine murmure*, 1 Pet. 4. 9. & alibi paſſim. ut דְּלָא פְּלְאתָא *ſine parabolis* Matth. 13. v. 34.

VERS. 38. וּבְכָל־דִּי דָארִין בְּנֵי־אֲנָשָׁא חֵיוַת בָּרָא וְעוֹף שְׁמַיָּא יְהַב בִּידָךְ׃. Vulgatus, *Et omnia in quibus habitant filii hominum, & beſtiæ agri, volucres quoque cæli, dedit in manu tua.* Id diceretur וְכָל־דִּי בְהוֹן, vel וְכָל־דִּי תַמָּן. Pagninus itaque, etſi non multum diverſo ſenſu, *Et in omni* loco, *in quo habitant filii hominum, & beſtiæ agri, & volucres cæli*, ea *tradidit in manu tua.* Sic fere & Junius. Interſerunt pronomen *ea*, quod an ad homines, beſtias & volucres referant, an ad loca ubi hæc habitant, incertum. ſimpliciter verterem prout verba jacent, *Et ubicunque habitant filii hominum, beſtias agri & volucres cæli dedit in manum tuam.* additur וְהַשְׁלְטָךְ בְּכָלְּהוֹן *& dominium tibi dedit in omnia iſta.* Explicat hoc priora. Deſcribitur univerſalis dominus, qui non in homines tantum imperium ſibi vendicat (eſt enim rex regum) ſed & in ea, in quæ homines ubicunque tandem degant, poteſtatem ſibi tribuunt, nempe in beſtias agri & volucres cæli. hæc omnia, inquit, una cum hominibus tibi ſubjecta ſunt.

VERS. 40. וּכְפַרְזְלָא דִּי מְרָעַע כֹּל־אִלֵּין תַּדִּק וְתֵרֹעַ׃. Junius, *etiam ſicut ferrum quod confringit omnia iſta, comminuet & confringet.* ſic & Pagninus. *omnia iſta* referunt ad ferrum, quod confringat omnia iſta, id eſt inquit Junius, res iſtas omnes aſpectabiles. Sed quia rerum aſpectabilium nulla eſt facta mentio neque enumeratio, malim cum Vulgato Interprete *omnia iſta* referre ad quartum regnum, quod cum tribus præcedentibus collatum, fortius illis & durius futurum dicitur, illaque omnia comminuturum. ideoque ſic diſtinguo, *Etiam ſicut ferrum quod confringit, omnia iſta comminuet & confringet.*

VERS. 41. מַלְכוּ פְלִיגָה תֶּהֱוֵא וּמִן נִצְבְּתָא דִּי פַרְזְלָא לֶהֱוֵא בַהּ׃. Junius, *Regna diverſa erunt, in quibus de firmitate ferri futurum eſt.* Neſcio an rectè. poſſunt enim diverſa eſſe regna, quæ tamen ex uno eodemque regno diviſo non oriantur. At hîc ſenſus eſt, fore ut quartum regnum in alia dividatur, ſic tamen ut etiam facta diviſione, firmitatem aut conſiſtentiam ferri ſit habiturum. Malim ergo ſimpliciter ut verba ſonant, *Regnum diviſum erit, & de conſiſtentia ferri erit in eo.* Sequitur כָּל־קֳבֵל דִּי &c. Pagninus, *quemadmodum.* Junius, *quandoquidem.* Vulgatus *ſecundum quod.* malim *propter quod, quam ob cauſam.* ut & ſupra verſ. 10. obſervavimus. ad verbum eſt, *omni reſpectu cujus.* eſt enim קֳבֵל id quod coram, ante eſt, quod ex oppoſito intuemur & reſpicimus. Senſus ergo eſt, *ob quam cauſam* (vel ob quem reſpectum, **ten welcke aenſiene**) *vidiſti ferrum mixtum cum luto cœnoſo.* Idem locum habet infra v. 45.

VERS. 42. וְאֶצְבְּעָת רַגְלַיָּא מִנְּהֵין פַּרְזֶל וּמִנְּהֵין חֲסַף מִן־קְצָת מַלְכוּתָא תֶּהֱוֵה תַקִּיפָה וּמִנַּהּ תֶּהֱוֵא תְבִירָא. Sic verto, *Et quod ad digitos pedum*, (eſt enim nominativus abſolutus) *quorum pars ferrum, & pars lutum, pars regni erit forte & pars ejus erit fragile.* Vertere ſolent, *Ex parte regnum erit forte.* non nego quin eodem ſenſu. ſed phraſis Hebræa videtur alia. Conſtat enim קְצָת in regimine poni. eſtque מִן קְצָת מַלְכוּתָא propriè *de extremitate regni.* quia autem quod de extremitate rei eſt, tantum eſt pars totius, hinc fit ut מִן־קְצָת, & quod idem eſt מִקְצָת in conſtructione poſitum ſignificet ſimpliciter partem ejus cum quo conſtruitur. talia ſunt מִקְצָת כֵּלִים *partem vaſorum*, Dan. 1. 2. מִקְצָת רָאשֵׁי הָאָבוֹת *pars capitum patrum*, Nehem. 7. 7.

VERS. 44. לְעַם אָחֳרָן *populo alteri.* Non ut Junius *alieno.* id enim נכרי dicitur tam Chaldæis & Syris, quam Hebræis.

VERS. 47. מִן־קְשֹׁט דִּי אֱלָהֲכוֹן הוּא אֱלָהּ אֱלָהִין. Vulgatus, *Verè Deus vester Deus deorum est.* rectè sensum expressit. Pagninus autem, ne illud דִּי præteriret, dixit, *verè* novi *quod Deus vester* &c. Junius pressius, *Ex veritate* est, *quod Deus vester* &c. mihi מִן nominativum format. quo nihil est apud Arabes usitatius. Sic dicunt, *non est ei ex fide*, id est nulla fides. *est ex fideli*, id est fidelis. Nec in Hebraismo illa phrasis insolens. ut Jud. 10. 10, 11. מִמִּצְרַיִם לָחֲצוּ אֶתְכֶם, Lxx. οἱ αἰγύπτιοι ἔθλιψαν ὑμᾶς. observarunt quidam & in Hellenismo. ut in Commentario nostro ad Evangelia annotavimus, Pag. 134. & 480. Verto ergo, *veritas est quod Deus vester est Deus deorum.*

VERS. 48. & 49. Dicitur Nebucadnetsar Danielem præfecisse toti provinciæ Babel. deinde etiam intercedente Daniele constituisse Sadrachum, Mesachum & Abednegonem עַל עֲבִידְתָּה דִּי מְדִינַת בָּבֶל, Junius *super negocium provinciæ Babyloniæ.* Vulgatus *super opera.* Pagninus *præfecit operi.* Quodnam autem negocium sive opus intelligi potest, distinctum ab administratione Danielis, qui etiam toti provinciæ præfuit? Lucem fortassis aliquam dabit lingua Arabica. Nemo negabit quin idem sint Chaldæorum עבידתא, &, quod ab Hebræis habent, Arabum עמל. utrumque *opus*, *factum*, *laborem* denotat. At notum est, Arabum עמל speciatim etiam de eo opere dici, quo provinciæ alicujus proventus & reditus colliguntur. unde & participium עאמל, quod in historia Saracenica Elmacini passim occurrit, & τῷ עֲבַד Chaldæorum respondet, præfectum provinciæ designat, non qui quorumvis negociorum, sed proventuum tantum colligendorum curam habet. Ita fieri potest, ut Daniel generali totius provinciæ administrationi præfuerit, ideoque unus & solus. Isti vero tres reditibus provinciæ colligendis præfecti sint.

VERS. 49. Ut autem quid hic עבידתא sit plenius intelligamus, sciendum apud Hebræos עָבַד de terra dictum significare *colere.* unde etiam nomen Gen. 26. 14. ubi Isaacus præter pecudes & jumenta dicitur habuisse עֲבֻדָּה רַבָּה Lxx. γεώργια πολλά, q. d. *agricolationes multas.* nec aliter Chaldaicum עבידתא capitur in Jonathane Num. 19. 2. ubi pro vacca אֲשֶׁר לֹא עָלָה עָלֶיהָ עֹל *super quam non adscendit jugum* habet דְּלָא אִטְרְחָא בְּאוּבְצַן עֲבִידְתָּא, *quæ non fuit fatigata labore agriculturæ.* sic & hoc loco, Sadrach, Mesach & Abednego propositi fuerunt agriculturæ provinciæ Babel, id est cura agrorum & proventuum, qui ex iis per universam provinciam redibant, ipsis fuit demandata.

CAP. III.

VERS. 2. אֲדַרְגָּזְרַיָּא. Volunt esse quasi אדירי גזרין id est, eorum qui causas decîdunt magnificentiores. At Cl. vir Johannes Cloppenburgius conjectat esse quasi גָּזְרַיָּא דַּאֲדָר *decisores mensis Adar*, atque intelligi judices illos quibus הערים testes annunciabant lunæ apparitionem, & qui Senatus consulto decernebant de Adar pleno vel cavo, & de anni imprægnatione per secundum Adar.

VERS. 13. בֵּאדַיִן גֻּבְרַיָּא אִלֵּךְ הֵיתָיוּ קֳדָם מַלְכָּא: Junius, *Tunc viros illos adduxerunt coram Rege.* putavit הֵיתָיוּ esse activum. At tum הַיְתִיו legendum erat. ut ex Dan. 5. 3. liquet. unde & Infin. לְהַיְתָיָה *ad adducendum.* Ibid. vers. 2. At הֵיתָיוּ passivum esse liquet ex Dan. 6. 17. וְהֵיתָיִת אֶבֶן חֲדָה *& allatus est lapis unus.* Ita & hic, *Tunc viri illi adducti sunt coram rege.* ut bene habent Pagninus, Vulgatus & Lxx.

VERS. 14. הַצְדָּא לֵאלָהַי אִיתֵיכוֹן פָּלְחִין. Pagninus, *Verumne est quod Deum meum non colitis?* Mens ejus esse videtur, Quod ad me relatum est, nolle vos Deum meum colere, verumne id est an falsum? Qui sensus unde petitus sit nescio. Junius, *an certo consilio Deos meos non colitis?* Id est, certumne & deliberatum fuit cum animis vestris ita vos gerere? respexit Hebraicam significationem, ubi צְדִיָּה est *industria*, *propositum*, *& certum agendi studium.* צָדָה est *quærere aliquid certo proposito* Lxx & Vulgatus, *Verene Deos meos non colitis?* Quod ambiguum est. vel enim sensus esse potest, *quod Deos meos non colatis, verumne id est an secus?* quæ Pagnini mens fuit. vel *quod Deos meos non colitis, verene id facitis, & ex certo animi proposito, an fictè & simulatè?* quæ Junii mens fuit. Ubi non est dissimulandum, צְדָא Syris esse *illusit*, *ludificatus est*, *subsannavit.* צָדוּיָא *illusor*, *sannio.* צְדְוָא *illusio*, *derisio.* Unde & passivum אִצְטְדִי in Targum Prov. 18. 1. Et 20. 3. non malè ab Elia exponitur *irrideri*, *derideri.* Ex qua Chaldaica significatione & hîc vertendum censeo, *an joco Deos meos non colitis?* id est, jocus ne vobis est & risus, an serium, quod Deos meos non colitis? Vel, *an illusoriè Deos meos non colitis?* id est, illu-

illuditisne Diis meis, quod eos non colatis? Hoc postremum maximè placet, quia & efficacissimum est, & cum Chaldaicâ hujus dictionis significatione convenientissimum.

VERS. 16. לָא חַשְׁחִין אֲנַחְנָא עַל דְּנָה פִּתְגָם לַהֲתָבוּתָךְ׃ Junius, Ut *respondeamus tibi, non sumus solliciti de hoc negocio.* Eodem fere sensu in notis Vatabli, *Non curamus*, vel *non est nobis curæ super hac re respondere tibi.* Nusquam, quod scimus, verbum חֲשַׁח significat *sollicitum esse, curare.* Vulgatus & Pagninus, *non oportet nos de hac re* &c. Sed & ea significatio authoritate caret. Lxx, Genevenses & alii plurimi, *non opus habemus respondere.* &c, Hinc in plerisque Lexicis חֲשַׁח redditur, *indigere, necesse habere.* An id rectè, operæ pretium est examinare. Targum nihil præsidii adfert, quippe ubi hæc radix cum derivatis ignoratur. Ad linguam Syriacam tuto recurritur, ubi frequens est, & in Nov. Test. usitatissima. In Kal significat *utile esse, prodesse.* In Etphaal, *uti.* inde nomina חֻשְׁחָא & חוּשָׁחָא חַשְׁחוּ *usus. utilitas.* Conferamus hæc cum Chaldaismo. Duo loca, præter hunc quem tractamus, adferuntur ex Esra, unde significatio indigendi & necesse habendi probetur. primus est Esr. 6. vers. 9. ubi jubet Darius suppeditari Judæis, qui ædificaturi erant templum Dei, מָא חַשְׁחָן *quæ necessaria erunt.* Rectè. sed חַשְׁחָן ibi non significat res indigentes & necesse habentes, sed res utiles, & ob usum necessarias ad templi structuram. Idem de altero judicium, qui est Esr. 7. 20. ubi legitur, וּשְׁאָר חַשְׁחוּת בֵּית אֱלָהָךְ *& reliquum necessitatis domus Dei.* ubi *necessitas* non significat indigentiam, sed utilitatem, id est ea quæ necessarium usum habebant in domo Dei. Adeo ut ea ipsa loca evincant, verbum חֲשַׁח non habere indigentiæ, sed utilitatis significationem. Hinc ergo vertimus, *non prosumus* (vel nihil utile facimus, **wy en doen geen voordeel**) *super hac re respondendo tibi*, Id est, frustra tibi respondebimus. Nam & tibi stat sententia puniendi, si Deos tuos contemnamus, & nobis stat sententia contemnendi. itaque dum nec tu de tua, nec nos de nostra sententia dimoveri volumus, oleum & operam perderemus, si multis tibi respondere satageremus.

VERS. 19. *Jussit accendi fornacem, septuplo* עַל דִּי חֲזֵה לְמֵזְיֵהּ omnes fere Interpretes vertunt, *supra quam consueverat accendi.* procul dubio, quia aliam huic loco significationem non putarunt convenire posse. alioqui notum ac certum est, חֲזֵה non significare *solitum*, vel *consuetum*, *sed dignum*, *æquum*, *decens*, *conveniens.* idem quod רָאוּי apud Hebræos. Ab hac nota significatione non arbitror recedendum. verto itaque *supra quam conveniens erat eum accendere.* fuisse enim jam ante accensum, ex vers. 6. satis colligi potest, ut cognito præsenti periculo, quisque ad morem regi gerendum magis adigeretur. Sed accensus fuerat decenti & convenienti modo, quantum sat erat. Jam vero ubi pertinaciam istorum trium adolescentum Rex coram vidit, jussit septuplo magis accendi quam par erat.

VERS. 22. דִּי הַסִּקוּ לְשַׁדְרַךְ, Junius, *qui intrudebant.* Pagninus, *qui ex tulerant.* ad verbum, *qui adscendere fecerunt.* id est, in altum susceperunt. Belgica nostra lingua id optimè exprimit, **die opgeheven hebben.** quum enim fornax terra esset altior, suscipi in altum debuerunt, ut in fornacem injicerentur.

VERS. 23. וְגֻבְרַיָּא אִלֵּךְ תְּלָתֵּהוֹן נְפַלוּ לְגוֹא אַתּוּן׃ Variè accipitur illud Vau initiale. Vulgatus, *Viri autem hi tres ceciderunt.* Pagninus, *Porro isti tres viri corruerunt.* Junius, *Quum autem viri illi tres cecidissent.* atque ita cum sequenti versu connectit. Dispiciatur, an non cum præcedenti v. rectius connectatur, Vau accepto simpliciter pro *quum.* quod linguis Orientalibus usitatissimum esse, passim liquet. Hoc sensu, *Viros illos qui Sadrachum, Mesachum & Abednegonem in altum susceperunt, occidit flamma ignis, Quum viri illi tres injicerentur in medium fornacis.* נְפַל *cadere* pro *injici* usitatissimum est in Chaldaismo sive Syriasmo. ut Matth. 5. 25. καὶ εἰς φυλακὴν βληθῇς, וְתֶפֶּל בֵּית אֲסִירֵא *& in carcerem conjiciaris*, Syrus *& cadas in domum vinctorum.* Matth. 7. v. 19. εἰς πῦρ βάλλεται. Syrus בְּנוּרָא נָפֵל *in ignem cadit.*

VERS. 29. דִּי יֵאמַר שָׁלוּ עַל אֱלָהֲהוֹן Lxx. Vulg. & Pagninus, *Qui dixerit blasphemiam contra Deum.* videntur nimium dixisse, quum שָׁלוּ *blasphemiam* verterunt. Junius, *quæ dictis erraverit contra Deum.* nimis parum dixisse videtur. Etsi enim שָׁלוּ propriè sit *error*, non dubium tamen quin hic & Dan. 6. 5. latius sumatur pro peccato & delicto. idem est quod apud Hebr. חֵטְא, quod propriè *aberrationem* significat, deinde *peccatum.* sicut & verbum חֲטָא *aberravit.* deinde *aberravit* ab æquo & justo, id est peccavit. Verto ergo *qui dixerit peccatum.* **Die vergrijpinge spreekt.** vel,

vel, **die hem met woorden vergrijpt tegen den Godt van Sadrach** &c. sequitur in eodem versu, *Quia non est Deus alius qui servare possit* כִּדְנָה, Lxx. οὕτως. Vulgatus *ita*. Junius *hoc modo*. דְּנָה fœminino gen. acceperunt, & ad rem retulerunt. fateor ut plurimum ita accipi. Est tamen ubi & masculino genere acceptum, ad personam referatur. ut supra Dan. 2. 43. *non adhærebunt* דְּנָה עִם דְּנָה *hic cum illo*. de regibus agitur, qui quamvis per matrimonia sanguine juncti, animis tamen non cohærebunt. itaque non laudo ibi Junium qui vertit, *aliud cum alio*. præsertim cum & Dan. 6. 29. extet וְדָנִיֵּאל דְּנָה *& Daniel iste*. ubi manifestè ad personam refertur. Itaque nec hoc loco Pagninum & Genevenses rejicio, qui verterunt *sicut hic*. cum quibus Belgica nostra versio consentit.

VERS. 30. *Tunc Rex* הַצְלַח לְשַׁדְרַךְ, Vulgatus & Genevenses: *promovit Sadrachum*. Pagninus *magnificavit*. Junius *prosperari jussit*. Constat sicut apud Hebræos הִצְלִיחַ, ita & apud Chaldæos הַצְלַח interdum intransitivè accipi pro *prosperè egit*. ut Dan. 6. 29. וְדָנִיֵּאל דְּנָה הַצְלַח בְּמַלְכוּת דָּרְיָוֶשׁ *Et Daniel iste prospere egit in regno Darii*. Hoc tamen loco, quem tractamus dubitari nequit quin transitivè sumatur. ad cujus verum sensum eruendum juvabit fortassis linguarum Hebrææ & Arabicæ collatio. In lingua Arabica צלח significat *bonum esse, valere*. Et hanc quoque esse primariam ejusdem verbi significationem, liquet ex Jer. 13. 7. ubi de corrupto cingulo dicitur לֹא יִצְלַח לַכֹּל *non bonum est*, vel *non valet ad quicquam*. Ezech. 15. 4. de ligno vitis dicitur הֲיִצְלַח לִמְלָאכָה *an bonum est, an valet ad opificium?* Inde jam secundario fluit felicitatis & prosperitatis significatio, quippe in qua bonum hominis consistit. Hinc sequitur in hiphil הִצְלִיחַ & Chald. הַצְלַח propriè esse *bonum reddere*. & si res talis sit quæ bona fuerat, sed à bonitate desciverat, significat *reparare, & in pristinum statum bonum restituere*. hac significatione apud Arabes usitatissimum est. ut Matth. 4. 21. يصلحان شباكهم יְצַלְּחָאן שַׁבַּאכְּהֻם *restaurantes retia sua*. Gal. 6. 1. أصلحوه צַאלְחוּהָ *restituite eum*, *instaurate eum spiritu humilitatis*. sic & hoc loco Chaldaicum illud expono, *Rex restituit*, vel *restauravit Sadrachum* &c. *in provincia Babel*.

CAP. IV.

VERS. 2. *Signa & miracula quæ fecit mecum Deus excelsus*, שְׁפַר קָדָמַי לְהַחֲוָיָה. Pagninus *decorum est coram me ut narrem*. sic Junius, *decet me indicare*. Malim cum Lxx. Vulgato & Genevensibus, *placuit mihi indicare*. sicut cap. 4. v. 24. מַלְכִּי יִשְׁפַּר עֲלָךְ *consilium meum placeat tibi*. Et Dan. 6. 1. ubi eadem quæ in hoc nostro loco phrasis, שְׁפַר קֳדָם דָּרְיָוֶשׁ *placuit Dario*. Nec aliud hoc verbum Syris significat, ut ex infinitis Nov. Testament. locis liquet.

VERS. 8. וְעַד אָחֳרֵין עַל קָדָמַי דָּנִיֵּאל: Junius, *Tandem autem accessit coram me Daniel* אָחֳרֵין pro nomine accepit. ad verbum, *& ad postremum*, id est *tandem*. Pagninus *donec tandem introductus est*. אָחֳרֵין accepit adverbialiter. ad verbum, *usquedum postremo*. Sed quid vidit Vulgatus, cur verterit, *Donec collega ingreßus est in conspectu meo Daniel?* וְעַד ipsi est *donec*, rectè. אָחֳרֵין ipsi est *collega*. Existimavit enim idem esse quod Syrorum ܐܚܪܢ אָחֳרָן *alius*. ut sensus sit, donec alius quidam, qui & ipse esset divinationum hariolationumque peritus, adeoque ipsorum collega, intrasset coram me. collegam intelligit non regis, sed reliquorum sapientum & astrologorum. Nec quicquam impedit, quo minus ex Syriasmo vertatur, *Donec alius intravit coram me, Daniel*. solet tamen *alius* dici in hoc libro אָחֳרָן.

VERS. 9. דִּי אֲנָה יִדְעֵת דִּי רוּחַ אֱלָהִין קַדִּישִׁין בָּךְ: Pagninus, *novi quod* &c. Omisit prius דִּי. At Junius accepit pro conjunctione causali, *quia novi spiritum sanctorum deorum inesse tibi*. Lxx. autem, Vulgatus & Genevenses acceperunt pro pronomine relativo ad Danielem. id laudo. ad verbum, *quem scio, quod spiritus deorum sanctorum in te*, id est, *in quo scio esse spiritum* &c. Is enim est Hebraismus, ut latinorum verbi gratia *quem* dicant per אֲשֶׁר sequente affixo tertiæ personæ, ubi refertur ad absentem. Ut dicturi, *David est quem vidi*, dicunt דָּוִיד הוּא אֲשֶׁר רְאִיתִיו. At cum affixo secundæ personæ, si referatur ad eum quem alloqueris. ut *tu es quem vidi*, אַתָּה הוּא אֲשֶׁר רְאִיתִיךָ. quod hujus loci est. & simile exemplum extat, Esa. 49. 3. At cum affixo primæ personæ, si referatur ad loquentem. ut *ego sum, quem vidisti*, אֲנִי הוּא אֲשֶׁר רְאִיתָנִי. simile exemplum

est Esa. 49. 23. Sequitur hîc in eodem versu וְכָל־ רָז לָא אָנֵס לָךְ Junius, *& ullum arcanum non premere te.* Pagninus, *sit absconditum.* Vulgatus, *impossibile.* Propriè, *nullum arcanum tibi molestum est*, aut *difficile.* id enim propriè valet אנס. deinde secundario *urgere, premere.* quia autem apud Chaldæos & Arabes *difficile* usurpatur pro *impossibili*, ut Luc. 1. 37. pro ὅτι ἀδυνατήσει παρὰ τῷ Θεῷ πᾶν ῥῆμα, Syrus habet לֵיס עֲנֵד לָא עֲמַל לְאַלָהָא מֶדֶם, Arabs, אֶלָּהּ אַמְרֻ עֲסִיר, *Non est difficile apud Deum quicquam*, non malè Vulgatus vertit *impossibile.* Hebræi id efferunt per פֶּלֶא *mirabile.*

Vers. 10. וְחֶזְוֵי רֵאשִׁי עַל מִשְׁכְּבִי. Junius, *Visionibus igitur capitis in cubili meo.* Vau accepit pro *igitur.* Pagninus pro *autem.* Vulgatus omisit, quod laudo. Inservit enim tantum initio narrationis, ut passim, etiam in initio librorum, qui sæpe incipiunt per וַיְהִי, ubi vau latinè redundat. חֶזְוֵי sumsit Junius pro בְּחֶזְוֵי, sine necessitate. est enim tantum nominativus absolutus, ex Hebraismo, quem Vulgatus, Pagninus & Lxx retinuerunt. Sensus est, *quod ad visiones capitis mei in lecto meo, videbam & ecce* &c.

Vers. 12 עָפְיֵהּ שַׁפִּיר. Pagninus, Junius & Genevenses vertunt *ramus ejus.* At Lxx. φύλλα. Vulg. *folia.* id malo. Nam v. 11. distinguitur עָפְיֵהּ ab עַנְפּוֹהִי, quod posterius procul dubio significat *ramos ejus.* quare & alterum coactus fuit ibi Junius vertere *folia ejus.* Notæ Vatabli habent, עָפְיֵהּ *ad verbum perplexitas ejus, i. rami ejus, sive ramositas, aut ramificatio. id est densitas ramorum ejus: quod rami sint inter se complexi.* Videtur respexisse verbum עבה per ב, quod *crassum, densum esse* significat. עֳבִי *crassities.* at id hujus loci non est. 1 Pet. 1. 24. apud Syrum, ܥܘܦܝܐ עופיא ponitur pro ἄνθος *flos.* Ferrarius autem in lexico vertit *fœnum herba.* ut & Psal. 90. 6. ܒܨܦܪܐ ܢܦܪܥ ܘܢܥܡܪ ܥܘܦܝܐ Cl. Sionita vertit, *Et manè sicut herba germinabit.* ponitur pro Hebr. חָצִיר nec aliter exponendum illud Hebr. 12. 15. *Ne qua radix amaritudinis ἄνω φύουσα*, Syrus ܥܘܦܝܐ ܢܦܩ Trem. *producat florem.* Boder. *folium.* melius Arabs تخرج فرجا *producat germen.* id est ἄνω φύειν, *progerminare, in herbam evadere.* Putamus ergo Syris ܥܘܦܝܐ

Chaldæis עָפְיָא, Hebræis עֳפָאִים, quod occurrit Psal. 104. 12. in genere esse *germen, herbam.* deinde specialius sumi pro *floribus* & *foliis.* quia & flores agrorum, & folia arborum herbæ sunt. ideo rectè hîc apud Danielem distinguitur & ab עַנְפִין *ramis* & ab אִנְבָּא *fructibus.* neutri enim propriè herba sunt.

Vers. 13. עִיר verti solet *vigil.* ab עור *vigilare*, sed laudo Cl. viri Johannis Cloppenburgii sententiam, ex cujus ad nos literis didicimus עִיר idem esse quod צִיר *legatus, nuncius, Angelus.* posito ע pro צ, ut עָר pro צַר *hostis.* ארעא pro ארץ *terra.* & similia multa in lingua Chaldaica.

Vers. 15. וּבֶאֱסוּר דִּי־פַרְזֶל וּנְחָשׁ בְּדִתְאָה דִּי בָרָא: *Et cum vinculo ferreo atque æneo in herba agri,* sup. יהוא *sit.* Sæpe verbum substantivum subintelligitur, sufficitque hoc loco ad complendum sensum. ut non opus sit cum aliis inserere, *ligatus maneat.*

Vers. 17. בִּגְזֵרַת עִירִין פִּתְגָמָא וּבְמֵאמַר קַדִּישִׁין שְׁאֵלְתָא. Omissis aliorum interpretationibus sic verto, *In decreto vigilum* (vel Angelorum) *negocium hoc, & in verbo sanctorum interrogatio.* sc. istius negocii. Per sanctos non intelligo cum plerisque fideles, sive Ecclesiam, sed Angelos, eosdem illos qui hîc עִירִין dicuntur. sicut supra v. 10. idem fuit עִיר וְקַדִּישׁ. Sensum esse puto, Totum hoc negocium latere in decreto, quod Angelis exequendum datum est, atque inde petendam esse ejus cognitionem, quippe quæ non nisi per ipsorum verbum haberi queat. Belgicè satis perspicuè vertimus, **In de ordonnantie der wachters is de sake / ende in het woort der heyligen de ondersoeckinge daer van.** Quid si autem שְׁאֵלְתָא idem sit quod præcedens פִּתְגָמָא, & utrumque idem quod Hebræorum דָּבָר. certè apud Arabes משאלה *petitio*, cujus plurale est משאיל usurpatur pro הַדְּבָרִים. ut Gen. 15. vers. 1. אַחַר הַדְּבָרִים הָאֵלֶּה pro بعد هولاء المسايل Sic cap. 24. 66. *Et narravit servus Isaaco* אֵת כָּל־הַדְּבָרִים אֲשֶׁר עָשָׂה pro جميع المسايل التي عمل Ad hunc modum שְׁאֵלְתָא erit *negocium, res.* Quousque autem res hæc in decreto vigilum latebit, nec aliunde peti poterit? *Donec cognoscant* (sc. ex eventu rei) *viventes Deum præsidere regno hominum.* עַד דִּבְרַת דִּי יִנְדְּעוּן חַיַּיָּא Junius, *usque dum adducatur, ut agnoscant viventes.* propriè inquit, *ad adductionem usque*,

que. quia nempe verbum דְּבַר apud Chaldæos est *ducere, adducere.* Inde tamen non sequitur דִּבְרָה significare *adductionem.* nisi usus id comprobet. In Hebraismo significat *negocium, causam, rationem, modum,* ut ex Eccles. 3. 18. & 8. 2. Job. 5. 8. Psal. 110. 4. apparet. quam significationem & Daniel secutus est. c. 2. 30. Quamobrem Lxx. Pagninus, Genevenses aliique עַד דִּבְרַת דִּי simpliciter per *ut* verterunt. *ut cognoscerent viventes.* id autem potius עַל דִּבְרַת דִּי dicendum fuerat, ut ex Dan. 2. 30. liquet. ut & Hebræi עַל דְּבַר אֲשֶׁר *propterea quod, quia, ut.* propriè *propter negocium ejus quod,* id est *ut.* At cum עַד propriè est, *usque ad negocium ejus quod,* id est *donec.* prout rectè Vulgatus Interpres. idem est quod infra עַד דִּי, v. 22. ubi eadem, quæ hîc extant, repetuntur.

VERS. 26. עִקַּר שָׁרְשׁוֹהִי דִּי אִילָנָא. Vulgatus, *Germen radicum ejus, id est arboris.* Pagninus, *ejus,* nempe *arboris.* Junius & Genevenses *illius arboris.* sufficit simpliciter *arboris.* ut rectè Lxx. τοῦ δένδρου, non ἐκείνου τοῦ δένδρου. Affixum enim in שָׁרְשׁוֹהִי merè pleonasticum est, ex lege Chaldaismi, quando sequitur דִּי genitivi casus. quod & perpetuum apud Syros cum sequitur ד. & apud Rabbinos cum שֶׁל. qui sane *stirpem radicum arboris* dicerent עִקַּר שָׁרָשָׁיו שֶׁל עֵץ. sicuti Deum vocant רִבּוֹנוֹ שֶׁל עוֹלָם *dominum mundi.* ubi siquis verteret, *dominum ejus,* id est *mundi,* nugas ageret. nec minus ineptiret qui verteret, *dominum illius mundi.*

VERS. 27. וַחֲטָיָךְ בְּצִדְקָה פְרֻק. Junius, Pagninus, Genevenses aliique nostrorum בצדקה vertunt *justitiâ.* melius Lxx. & Vulgatus *eleemosynis.* *justitia* enim Chaldæis צדיקותא dicitur. ut & Syris זדיקותא. at צִדְקָה, Syris צִדְקָא & צִדְקְתָא *eleemosynam* denotat. Porro non malè Junius פְּרֻק vertit *abrumpe.* Non tantum enim in Hebraismo verbum פרק præter *redemptionis* significationem etiam valet *rumpere, abrumpere, separare,* sed etiam in Chaldaismo. ut Exod. 32. vers. 2. פָּרְקוּ נִזְמֵי הַזָּהָב *abrumpite inaures aureas.* Onkelus, פריקו קדשי דדהבא. vide & v. 3. sed & simpliciter pro *deponere* usurpant. ut Num. 1. 51. יוֹרִידוּ אֹתוֹ הַלְוִיִּם *deponent illud Levitæ.* Onkelus יְפָרְקוּן יָתֵיהּ, cui eodem versu opponitur יְקִימוּן יָתֵיהּ *erigent illud.* Adeo ut etiam rectè vertas, *Et peccata tua eleemosynis depone.* quæ hactenus אֲקִימְתָּ *erexisti,* jam פְּרֻק *depone.*

VERS. 27. הֵן תֶּהֱוֵא אַרְכָא לִשְׁלֵוְתָךְ. Pagninus & Genevenses הֵן vertunt ex Hebraismo *ecce.* Melius Lxx. Vulgatus & Junius, *forsitan, si forte.* usurpatur enim apud Dan. & Esdr. pro אם *si.* At *ecce* ipsis אֲלוּ & אֲרוּ dicitur. Reliqua à Lxx vertuntur ἔσται μακρόθυμος τοῖς παραπτώμασί σου. quasi ad verbum dicas, *Erit prolongatio* (iræ divinæ, id est Deus erit longanimis) *peccatis tuis.* Pagninus, *erit medela delicti tui.* quod & Vulgatus voluit, *ignoscet delictis tuis.* fateor אֲרֻכָה in Hebraismo esse *medelam, curationem.* atque ita אַרְכָא semel accipitur apud Chaldæum Psal. 147. 3. alibi tamen passim in Thargum *prolongationem* & *longitudinem* significat. שְׁלֵוְתָא autem non delictum significat, (id enim שָׁלוּתָא & שָׁלוּ dicitur, Dan. 3. 29. & 6. 5.) sed *tranquillitatem* & *prosperitatem.* itaque placet interpretatio Junii, *si forte erit prorogatio tranquillitati tuæ.*

VERS. 35. וְלָא אִיתַי דִּי יְמַחֵא בִידֵהּ. Non rectè Pagninus, *Nec est qui percutiat manu sua.* melius Junius, *Neque est qui prohibeat manum ejus.* Nos vertimus, *nec est qui constringat* (aut liget) *manum ejus.* in Syriasmo enim, qui idem est cum Chaldaismo, מחא sequente accusativo est *percutere.* at sequente ב *in,* est percutere, seu injicere, in aliquam corporis partem id quo eam liges aut constringas. ut Joh. 13. 4. שקל סדונא מחא בחצוהי *accepit linteum, injecit in lumbos suos,* id est, accepto linteo constrinxit eo lumbos suos. Et v. 5. ומשוא הוא בסדונא דמחא בחצוהי, & *abstergebat linteo, quod injectum erat in lumbos ejus,* id est, quo constricti & ligati erant lumbi ejus. adde Joh. 21. 7. נסב כותינה מחא בחצוהי *accepit tunicam suam* (vel indusium) *injecit in lumbos suos,* ne intellige solutam, sed astrictam & alligatam lumbis, quasi ad lumbos percussam, ponitur enim pro διεζώσατο. Ex hoc Chaldaismo seu Syriasmo usitata est Talmudicis phrasis מחא sequente ב pro *impedire, prohibere.* in Halichot Olam de מנהג id est *ritu,* seu *more* quem publicè non docent, additur, אי עבדי לא מחינא בהו, *si tamen eum observant, non impedimus eos,* aut non prohibemus, propriè non percutimus in eos. sic in Talm. tract. Sanhedrim cap 2. potestas Regis his verbis describitur: פורץ לעשות לו דרך ואין ממחין בידו, *diruit ut faciat sibi viam, neque impediunt manum ejus,* i. e. sine impedimento diruit obstacula.

VERS. 36. וְלִיקַר מַלְכוּתִי הַדְרִי וְזִוִי יְתוּב עֲלַי׃ Ellipsin alicujus verbi hîc statuerunt plerique Interpretes, ut Pagninus, Junius, Genevenses, aliique propter ל in וְלִיקַר. Alii, qui ellipsin effugere voluerunt, ut Lxx. & Vulgatus, יְתוּב עֲלַי mutarunt in primam personam אֲתוּב verteruntque *Et ad honorem regni mei, decoremque perveni.* Tigurini, quum nec ea libertate, nec ellipsi uti vellent, verterunt, *Et magnificentia mea ad decus regni mei, forma etiam mea rediit.* Quod quum incongruum videret Vatablus, quasi detrusus inter bestias, decus adhuc regni retinuisset, & jam solum ad retentum decus magnificentia & forma rediisset, recurrit ad ellipsin, atque in notis suis hoc modo emendavit, *Et ad gloriam regni mei* (sub. reversus sum) *decor meus & dignitas oris mei restituta est mihi.* At nihil difficultatis est, si sciamus præfixum ל sæpe nominativo inservire. ut לְאִישׁ *quisquam* Jos. 10. 21. לְשָׂרִים *principes* Esa. 32. 1. לְאַבְשָׁלוֹם *Absalon.* 1 Paral. 3. 2. adde Deut. 24. 5. 2 Paral. 23. 6. Job. 16. 21. 2 Sam. 16. 2. Et 17. 16. 2 Reg. 7. 2. Jer. 30. 12. Nec quicquam in Arabica lingua familiarius. Ita ergo & hîc verto, *Et gloria regni mei, majestas mea, & splendor meus revertebatur super me.*

CAP. V.

VERS. 12. וְשָׂכְלְתָנוּ מְפַשַּׁר חֶלְמִין וְאַחֲוָיַת אֲחִידָן וּמְשָׁרֵא קִטְרִין הִשְׁתְּכַחַת בֵּהּ׃ Vulgatus Junius, aliique מְפַשַּׁר & מְשָׁרֵא vertunt *interpretatio & solutio.* Quia autem propriè participia sunt, Tigurini in Infinitivos transmutarunt, vertentes, *intelligentiaque ut somnia interpretaretur, & ænigmata edisserat & solvat vincula.* Vatablus ut participia servaret parenthesi durissima usus est, *Et intelligentia* (*interpretabatur* enim *somnia*) *& indicatio problematum* erat in eo, *& solutio ligatorum inventa est in eo.* Videntur expedita & facilia esse omnia, si vertamus, *Et intelligentia interpretantis somnia, & indicationis ænigmatum, & solventis perplexa inventa est in eo.* videturque omnino verbum fœmininum השתכחת regi à nomine fœm. שכלתנו. Belgicè verto, **Om dat eenen tresfelicken geest / ende wetenschap / ende verstant van eenen die droomen uyt-leght / ende van raetselen te openbaren / ende van eenen die ingewickelde dingen ontknoopt / in hem gevonden wort.**

VERS. 19. *Quos volebat occidebat, & quos volebat* הֲוָה מָחֵא Hebræi, quos secutus est Pagninus aliique, vertunt, *percutiebat.* ut sit Benoni Kal à מְחָא *percussit.* repugnat pathach sub Mem, quod Kamets postulabat. Junius rectè, *in vita conservabat.* Est Benoni Hiphil sive Aphel. nam à חֲיָא *vixit* Syriace in Aphel est אַחִי per crasin pro אַחְיִי *vivificavit.* participium מַחֵא. futurum נַחֵא. exempla passim in Nov. Test. Syriaco occurrunt.

VERS. 25. מְנֵא מְנֵא תְּקֵל וּפַרְסִין. Junius vertit, *Numeravit, numeravit, appendit, dividuntque.* sic quoque in notis Vatabli video verti. Non dubitamus tamen, quin debeat verti, *numeratus est, numeratus est, appensus est, & dividunt,* supple eum, id est, dividitur vel divisus est. מְנֵא est participium peil, adeoque passivum, formæ גְּלֵא *revelatus.* præteritum activum *numeravit,* מְנָא dicitur, vel ex Chaldaico-Hebraismo מְנָה, ut ex sequenti v. apparet. תְּקֵל *appensus,* ut & quod vers. 27. sequitur פְּרֵס *divisus* (sic enim potius verto quam cum Junio divisit.) nomina sunt participialia, formæ Syriacæ דְּמֵךְ *dormiens.* כְּפֵן *esuriens.* & similia, de quibus Gram. nostræ p. 197. 198. Atque ita וּפַרְסִין *& dividunt,* rectè exponitur per passivum וּפְרֵס *& divisus est.* sicut supra, *Et cor ejus ex homine mutabunt,* id est, *mutabitur.* Item, *te ex hominibus expellent,* id est, *tu expelleris.* & cap. 3. 4. לְכוֹן אָמְרִין *vobis dicunt,* id est *dicitur.*

VERS. 26. *Numeravit Deus regnum tuum* וְהַשְׁלְמַהּ, Junius, *& perfectissimè numeravit illud.* melius Lxx. Vulgatus, Pagninus aliique, *Et complevit illud,* id est finem ei fecit. Moneo tantum verti etiam posse, & fortassis rectius, *& tradidit illud.* q. d. numeratum abstulit tibi, & alteri tradidit. Verbum illud apud Syros in piel significat *perficere, complere.* at in hiphil *tradere.* atque ita etiam Esdr. 7. 19. accipitur *tradendi* vel *reddendi* significatione. sunt enim ista affinia, quia qui reddit, tradit alteri quod ejus erat.

CAP. VI.

VERS. 6. אֱדַיִן הַרְגִּשׁוּ עַל מַלְכָּא. *Tunc convenerunt ad Regem.* sic plerique qui optimè verterunt. ut & infra v. 12. Malim *tunc cum tumultu accurrerunt ad regem.* Ita & v. 12. quum scirent Danielem invocando Deo suo occupatum,

tum, *Tunc viri illi cum tumultu accurrerunt.* nempe ut Danielem precantem derepentè adorirentur, & in ipso facto deprehenderent. Ita melius & studium eorum exprimitur, & vis verbi, quod quum propriè *tumultuandi & perstrependi* significationem habeat, emphasin suam retinet, si hîc per *cum tumultu accurrere* exponatur. Sunt & alia apud Hebræos verba, quæ simili modo significationes jungunt, & unam ex alia deducunt. ut בָּהַל *turbatus est*, item *festinavit*. חָפַז *trepidavit*, item *festinavit*. ita רְגַשׁ *tumultuatus est*, *strepuit*. potest etiam verti *festinavit*. quam significationem utrique hujus cap. loco optimè quadrare, quivis facile agnoscet. Atque ita à Judæis capitur locus ille Psal. 55. 15. *In domum Dei ibamus* בְּרָגֶשׁ, Thargum בסרהוביא *cum festinatione*. Unde mos Judæorum non pedetentim, sed cursim ac festinanter ad Synagogam accedere. quod non aliunde quam ex dicto loco colligunt.

VERS. 17. דִּי לָא תִשְׁנֵא צְבוּ בְּדָנִיֵּאל׃ Pagninus, *ne mutaretur voluntas in Danièle*, Junius, *de* Daniele. Vatabus, *propter Danielem*, i. inquit, ne rex mutata voluntate extraheret eum. quasi obsignatio foveæ facta sit in gratiam procerum contra regem, qui favebat Danieli. Tigurini, *ne quid Danieli eveniret contra voluntatem.* quasi in gratiam regis facta sit contra proceres, qui adversabanrur Danieli. Molestiam crearunt sibi viri docti, quod צְבוּ (quod pro צְבוּתָא ponitur) *voluntatem* significare arbitrati sint, quam Chaldæi צְבִיוֹן, Syri צֶבְיָן vocant. Nihil nisi *rem*, *negocium*, *aliquid* significat, πρᾶγμα, ut hîc rectè verterunt Lxx. idem quod Hebræis דָּבָר. Vertendum ergo, *ne quid mutaretur circa Danielem*. sive à Rege, sive à proceribus. Etsi enim צבותא sit à צְבָא vel צְבִי *voluit*, inde non sequitur *voluntatem* significare. non magis quam דָּבָר *locutionem*, quia est à דִּבֵּר *locutus*. Infinitis in locis occurrit צְבוּתָא in Nov. Test. Syriaco, sed semper pro *re*. plurale צְבוּתָא *res*.

VERS. 18. *Et pernoctavit incœnatus*, וְדַחֲוָן לָא הַנְעֵל קָדָמוֹהִי׃ Lxx. & Vulgatus, *Et cibi non sunt allati coram eo.* Pagninus, Tigurini & Vatablus וְדַחֲוָן vertunt *& mensa*, eodem sensu. quod non satis appositum hîc videtur, quia statim dictum fuerat, eum mansisse incœnatum. unde per se sequitur, vetuisse ne cibi apponerentur. Quandoquidem ergo per conjecturam hîc est agendum, rectius conjecisse videntur qui דַּחֲוָן vertunt *instrumenta musica*, quippe quæ tristitiam expellant vel *pulsationes*, nempe instrumentorum musicorum à דְּחָה *impulit*, *expulit*. Quod si dicamus idem esse quod Arabicum רחאן *fumus*, *suffitus*? ac vertamus, *Et suffitum non fecit intrare coram se.* Nunquam enim à celebrioribus conviviis incensa abesse solebant.

VERS. 24. בֵּאדַיִן מַלְכָּא שַׂגִּיא טְאֵב עֲלוֹהִי׃ Vulgatus, *Tunc vehementer Rex gavisus est super eo.* Pagninus, *Jucundus fuit super eo.* Junius, *lætatus de eo.* עֲלוֹהִי referunt ad Danielem. At vero מַלְכָּא usurpatur hîc tanquam nominativus absolutus, qui propterea per Reviah distinguitur à sequentibus, construitur autem cum sequenti verbo per עֲלוֹהִי, quod ad regem refertur. Ad verbum, *Tunc rex, valdè bonum fuit super ipsum*, Id est simpliciter, Tunc rex valde fuit lætatus. Quod in simili phrasi valde bene viri doctissimi supra observarunt v. 14. אֱדַיִן מַלְכָּא כְּדִי מִלְּתָא שְׁמַע שַׂגִּיא בְּאֵשׁ עֲלוֹהִי׃ Vulgatus, *Quod verbum quum audivisset rex, satis contristatus est.* Pagninus *Vehementer displicuit ei*; non retulerunt עֲלוֹהִי ad Danielem, sed ad regem. ut & Junius, qui vertit, *Multum tristatus est apud se.* non debuit addi *apud se.* ad verbum enim est, *Tunc Rex, quum verbum audivisset, valdè malum fuit super ipsum*, id est simpliciter, valde tristatus est. Eodem modo se habent טְאֵב & בְּאֵשׁ, eodemque modo construuntur. non referuntur per se ad personam, ut בְּאֵשׁ per se sit *malus* sive *tristis fuit*, טְאֵב *bonus* sive *lætus fuit*. sed neutro genere, *malum fuit*, *bonum fuit*. quibus quum additur עַל cum affixo personæ, *malum* vel *bonum fuit super eum*, tum sensus est, *tristis* aut *lætus fuit*.

CAP. VII.

VERS. 15. אֶתְכְּרִיַּת רוּחִי אֲנָה דָנִיֵּאל בְּגוֹ נִדְנֶה׃ Vulgat. *Horruit Spiritus meus, ego Daniel territus sum in his.* Pagninus *Contritus fui spiritu meo ego Daniel in medio corporis.* Junius, *Transfixus est spiritus meus, mihi Danieli, intra corpus.* Duo significata habet verbum hoc in lingua Syriaca, quæ hîc ambo quadrare possunt. Primum est *tristitiæ*, unde כְּרַית לֵה *triste fuit ipsi*, id est, tristis fuit, Matth. 14. 9. דְּתֶכְרֵא לְכוֹן *ut tristitia esse vobis*, 2 Cor. 2. 4. אַכְרִי *tristitia affecit*, 2 Cor. 2. 5. כַּרְיוּתָא *tristitia*

ſtitia Rom. 9. 2. Hinc vertas, *Contriſtatus fuit ſpiritus meus, mei Danielis, in medio corporis.* Alterum eſt *abbreviationis, & contractionis.* ut Marc. 13. 20. אִלּוּ לָא דְּבַרִי מָרְיָא יוֹמָתָא דְּנוּן, *niſi eſſet quod decurtaſſet* (aut contraxiſſet) *Dominus dies illos.* Et in paſſivo, Matth. 24. 22. וְאִלּוּ לָא אֶתְכַּרִיו יוֹמָתָא, *& niſi contracti eſſent dies.* Hinc vertas, *Et contractus fuit* (ſc. in anguſtum) *ſpiritus meus* &c. Eſt autem רוּחִי אֲנָה דָנִיֵּאל, ſicut Gen. 27. v. 34. בָּרְכֵנִי גַם אָנִי אָבִי *benedic mihi, etiam mihi, pater mi.* ſæpe poſt affixum primæ perſonæ additur emphaſeos gratia ſeparatum pronomen אָנִי, quod tum eodem caſu eſt accipiendum, cum præcedente affixo. Quia ergo hîc in רוּחִי *ſpiritus meus* affixum habet vim genitivi, (eſt enim *ſpiritus meus* idem quod ſpiritus perſonæ meæ) neceſſe eſt אֲנָה דָנִיֵּאל verti quoque per Genitivum, *mei Danielis.* Belgicè verterem, **Mijnen geeſt / van mij Daniel / was benout in 't midden van het lichaem.**

Vers. 18. וִיקַבְּלוּן מַלְכוּתָא קַדִּישֵׁי עֶלְיוֹנִין וְיַחְסְנוּן מַלְכוּתָא: Minime hîc laudandam arbitror interpretationem Cl. Junii, *Qui accipient regnum hoc, regnum Sanctorum excelſorum qui poſſeſſuri ſunt regnum ipſum &c.* Primum, מַלְכוּתָא ſemel vertit *regnum hoc*, deinde *regnum ipſum.* quia nempe formæ eſt Emphaticæ. At ſciendum, formam iſtam, etſi diſtinctionis gratia Emphaticam dicamus, ut à ſimplici forma differat, non habere tamen in Chaldaiſmo demonſtrandi vim. Ex. gr. v. 21. קַרְנָא דִכֵּן *cornu hoc.* קַרְנָא eſt formæ Emphaticæ. quæ ſi demonſtrandi vim habet, cur additur דִכֵּן *hoc?* Deinde קַדִּישֵׁי עֶלְיוֹנִין accipit pro regimine ſubſtantivi & adjectivi, quum forma conſtructa indicet regimen Genitivi. Fateor crebram ſatis eſſe Enallagen formæ conſtructæ pro abſoluta, ſed non dubito quin eadem tum Enallage eſſe debuerit in adjectivo, quæ in ſubſtantivo, ac dicendum fuiſſe קַדִּישֵׁי עֶלְיוֹנֵי. laudo LXX. Interpretes, Vulgatum, Pagninum & Genevenſes, qui עֶלְיוֹנִין acceperunt pro ſummo Deo, per Enallagen numeri in nominibus honorum, præſertim Dei, uſitatiſſimam. Tertio, quia וִיקַבְּלוּן referre voluit ad 4 reges, per 4 beſtias repræſentatos, qui regnum Sanctorum occupaturi erant, quamobrem vau vertit *qui accipient*, ac videret מַלְכוּתָא קַדִּישֵׁי non poſſe verti *regnum ſanctorum*, quia dicendum fuiſſet דִּי קַדִּישֵׁי, ſubaudiri rurſus voluit *regnum*, & quidem non formâ מַלְכוּתָא, quæ conſtructæ formæ locum tenere non poteſt, ſed formæ מַלְכוּת. in quo procul dubio, nimis magna eſt libertas. Attendendum vero præcipuè an occupatio regni ſanctorum rectè tribuatur 4. beſtiis. quum infra v. 21. id tribuatur tantum quartæ beſtiæ, habenti decem cornua, & ſpeciatim undecimo cornu quod inter reliqua exoriebatur, & tria cornua dejiciebat. Rectè ergo totum verſum interpretatus videtur Pagninus, niſi quod fortaſſe planius futurum ſit, ſi ויקבלון vertatur *Accipient etiam.* ut mens Angeli ſit, Quas vidiſti quatuor beſtias, ſunt 4 reges qui ſurgent in terra. non tamen ſoli hi regnabunt. Etiam ſancti Dei habebunt regnum quod poſſidebunt.

Vers. 19. אֱדַיִן צְבִית לְיַצָּבָא עַל חֵיוְתָא רְבִיעָיְתָא: Pagninus. *Tunc volui* ſcire *veritatem beſtiæ quartæ* inſeruit verbum *ſcire*, quaſi יַצָּבָא nomen eſſet *veritatem* denotans, quæ יַצִּיבָא hic paſſim dicitur. niſi forte in meo exemplari error ſit typographi, volueritque vir doctiſſimus eſſe Infinitivum ſignificantem *ſcire veritatem*, aut ut Junius, *cognoſcere veritatem.* Dubitavi aliquando an omnino rectè. quum enim יַצָּבָא ſit Infinitivus Piel, videtur actionem ſignificare tranſitivam in alterum, nempe *firmum facere, firmum conſtituere, veritatem ſtabilire & edocere.* Unde non malè videtur vertiſſe Vulgatus, *diligenter diſcere.* Etſi enim id ipſum quoque ſit intranſitivum, neque ſenſu multum a Pagnino & Junio abeſt, diſcere tamen relationem dicit ad docentem, ejuſque actionem præſupponit aut potius innuit. Senſus verborum propriè eſſe videtur, *Tunc volui* (ſupple Angelum) *veritatem dicere* (vel certum me reddere) *de beſtia quarta.* quod paſſivè rectè vertitur, *Tunc volui certò edoceri de beſtia quarta.* Eâdem omnino phraſi, qua ſupra c. 6. v. 24. dicebatur, וּלְדָנִיֵּאל אֲמַר לְהַנְסָקָה מִן־גֻּבָּא *& Danielem juſſit* (nempe ſervos ſuos) *attollere è fovea.* quod paſſivè bene vertetur, *juſſit attolli.* Infinitis in locis obſervari poteſt, Infinitivum activum rectè verti paſſivè. Non pigebit tamen monere, in lingua Arabica idem eſſe صدق quod Chaldaice יַצִּיבָא *verum, firmum ſtabile.* hinc verbum صدّق *verus fuit.* In ſecunda autem conjugatione, quæ eſt Hebræorum Piel, ſignificat veritatem demonſtrare,

re, eamque certam ac persuasam reddere, vel aliis, vel sibi ipsi. hinc Infinitivus تَصْدِيقٌ non tantum est *certificatio*, qua alium persuasum reddis, sed & *certitudo*, qua te ipsum persuasum reddidisti. ita & hîc puto לְיַצָּבָא esse *persuasum me reddere*.

VERS. 20. וְקַרְנָא דִכֵּן וְעַיְנִין לַהּ. *Et cornu illud*, sunt nominativi absoluti Hebræis usitatissimi, qui Latine enarrari possunt, *Et ad cornu illud quod attinet*. cui membro rectè additur sequens, וְעַיְנִין לַהּ per Vau retributivum seu consecutivum, quod Latinè redundat, *oculi erant ei*. quod Latinis nihil aliud est quam, *Et cornu illud habebat oculos*.

VERS. 24. וְקַרְנַיָּא עֲשַׂר מִנַּהּ מַלְכוּתָא עַשְׂרָה מַלְכִין יְקֻמוּן׃ Rursus hîc sunt nominativi absoluti *Et cornua decem*. Quod latinè enarres, *Et ad cornua decem quod attinet*, **belangende de tien hoornen**. *Ex isto regno decem reges surgent*. Non oportet *ex isto reguo* conjungere cum *& cornua decem*, quod fecit Cl. Junius. nisi forte in mea editione sit mendum commatis seu distinctionis. nam וְקַרְנַיָּא עֲשַׂר per Reviah distinguitur à sequentibus. Observandus quoque est usus affixi in מִנַּהּ. affixum enim etsi plerumque referatur ad nomen antecedens, interdum tamen refertur etiam ad sequens, & sic quidem ut demonstrandi vim habeat. ut Dan. 2. 6. בַּהּ שַׁעֲתָא *illa hora*. ita hîc מִנַּהּ מַלְכוּתָא *ex isto regno*. & ea fortasse causa est, cur ad peculiarem hunc affixi usum denotandum, pathach adhibuerint pro camets, quod alioqui in affixo fœminini gen. inusitatum est.

VERS. 25. וְיִסְבַּר לְהַשְׁנָיָה זִמְנִין וְדָת וְיִתְיַהֲבוּן בִּידֵהּ. Pagninus, *Et existimabit se posse mutare tempora & legem*. Ut & Vulgatus, *putabit quod possit mutare*. Illud *possit* non est in textu. Junius ergo, *Adeo ut cogitet se mutaturum &c*. Cur non potius simpliciter, *Et cogitabit mutare tempora*. Id est, tam erit audax, ut etiam de mutandis temporibus cogitaturus sit. Addendum tamen, סבר in Chaldaismo & Syriasmo non tantum esse, *putare*, sed etiam *sperare, confidere, exspectare*. ut & *spero* procul dubio factum ex סבר. Hinc vertendum videtur, *Et sperabit*, (vel confidet, sive audebit) *mutare tempora*. vel, *Et sustinebit mutare*. quod Belgica nostra versio rectè meo judicio habet, **Hy sal hem onderstaen te veranderen.** Sæpe enim ἐλπίζειν & ὑπομένειν pro eodem sumuntur. ut & ἐλπὶς & ὑπομονή. sunt enim hæc conjunctissima. unde ὑπομονὴ τῆς ἐλπίδος, quod Vulgatus, *sustinentia spei*, 1 Thess. 1. 3. unde & à סְבַר *sperare*, est in Thargum סוֹבַר, in Syriasmo סַיְבַר *sustinere*, ὑπομένειν. Porro quod sequitur, וְיִתְיַהֲבוּן בִּידֵהּ quidam vertunt, *& dabuntur in manus ejus*, scilicet Sancti Dei, quos rex ille erat consumpturus, ut in eodem hoc versu ante dictum. Junius autem, *dabuntur* retulit ad *tempora & leges*, vertitque, *& tradantur per manum ejus*, scilicet novæ leges & ceremoniæ, quas arbitratu suo imperaturus esset populo Dei. Facile id ex addito commentario intelligitur. Sed eo non addito, quis legens textum Junii, *Adeo ut cogitet se mutaturum tempora & jus, tradanturque per manum ejus*, intelliget quænam per manum ejus tradenda sint? non utique tempora quæ mutavit, nec jus quod antiquavit. nova ergo tempora, & novum jus, quod in textu non additur. Sive ergo יִתְיַהֲבוּן ad sanctos referatur, sive ad tempora, vertendum censeo, *& dabuntur in manum ejus*, sive sancti, ut eos occidat, sive tempora & jus, ut pro arbitrio ea mutet & antiquet.

CAP. IX.

VERS. ult. ועד כלה ונחרצה תִּתַּךְ על שומם׃ donec consummatum consilium & definitum decretum effundetur super desolatorem.

ANIMADVERSIONES

In loca difficiliora

HOSEÆ.

CAP. II. VERS. 16.

לָכֵן הִנֵּה אָנֹכִי מְפַתֶּיהָ׃ Verto, *Utique, ecce ego pelliciam eam*. לָכֵן interdum particula affirmans est, vide Jer. 2. v. 32. Jer. 5. v. 2. Gen. 4. v. 15. Zachar. 11. 7.

CAP. IV.

VERS. 10. כִּי אֶת יְהוָה עָזְבוּ לִשְׁמוֹר. *Nam Jehovam deseruerunt custodiendo*, id est desertoriè custodierunt, sic custodierunt, ut verè dese-

deſeruerint. de hoc loquendi genere vide quæ pluribus annotavimus ad Gen. 2. 3.

Vers. 18. סָר סָבְאָם. Pagninus, *fœtidum eſt vinum eorum.* id eſt computruit. ut conveniat סר cum Chaldaico סרי. Chaldæus vertit באש quod reddunt *fœtuit.* neſcio an bene. etſi enim id verbi Hebræis hoc ſignificet, Syris tamen & Chaldæis generalius ſumitur pro *malum eſſe.* Nec videntur ſequentia ferre, ut his verbis pœna innuatur, ſed potius peccatum reprehendatur. Itaque non diſplicet Junius, qui vertit *refractarium eſt vinum eorum.* ut סָר idem ſit quod סָרַר. vel à סור *recedens eſt vinum eorum*, nempe à debito modo, id eſt *excedens eſt.* vel, *declinans eſt vinum eorum*, id eſt, illi vino addicti declinant à viis Dei. ſicut Prov. 20. 1. לֵץ הַיַּיִן הֹמֶה שֵׁכָר *irriſor eſt vinum, ſtrepera eſt ſicera.* id eſt, qui vino dediti ſunt, irriſores ſunt, & qui ſiceræ, ſtreperi.

Ibid. אָהֲבוּ הֵבוּ קָלוֹן מָגִנֶּיהָ. Ad verbum verto, *dilexerunt date (ô ignominiam!) clypei ejus.* id eſt, principes iſtius terræ, qui veluti clypei eam protegunt, dilexerunt munera, quæ ſumma eſt ignominia.

Cap. V.

Vers. 2. *Jugulationem rebelles profundam fecerunt*, וַאֲנִי מוּסָר לְכֻלָּם, verti ſolet, *ſed ego correctio* (vel *caſtigatio*) *ſum omnibus illis*, id eſt, corrector, caſtigator. tum מוּסָר nomen eſt à יָסַר. ſed poteſt quoque eſſe paul Hophal, à סור. tum ſenſus erit, *& ego rejectus ſum omnibus illis.* propriè *remotus*, id eſt, omnes illi me à ſe removent, meque rejiciunt. quod admodum bene hîc quadrat.

Vers. 8. תִּקְעוּ שׁוֹפָר בַּגִּבְעָה חֲצֹצְרָה בָּרָמָה הָרִיעוּ בֵּית אָוֶן אַחֲרֶיךָ בִּנְיָמִין׃. Varias habent interpretationes poſtrema verba. quibus & hanc addimus. *Clangite buccina in Gibea, tuba in Rama, clangite ô Bethaven, poſt te Binjamin.* ubi *Binjamin* non ſumo in vocativo caſu, ſed in nominativo, & *poſt te* non refero ad ſequens *Binjamin*, ſed ad præcedens *Bethaven.* arbitror hoc verſu omnes tribus non tantum Iſraëlis, ſed & Judæ ſive Benjamin ad bellum citari. juberi itaque ut tuba clangant, primo habitatores Gibeæ, ſecundo habitatores Ramæ, tertio Bethaven, id eſt habitatores Bethaven, poſtremo poſt Bethaven Benjamin. vel, *clangite in Bethaven. poſt te* (nempe Iſraël) *Benjamin* clangat. ſub Benjamin Juda comprehenditur.

verſu autem 5. tam Judæ quam Ephraimo minatus erat.

Vers. 9. *Ephraim in deſolationem erit in die correptionis.* בְּשִׁבְטֵי יִשְׂרָאֵל הוֹדַעְתִּי נֶאֱמָנָה verti poteſt, *in tribubus Iſraëlis notificavi rem certam*, firmam ac ſtabilem. ut ſenſus ſit, non eſt quod quiſquam dubium vocet quod de deſolatione dixi. quod enim tribubus Iſraëlis ſignificavi, certum quid eſt & firmum.

Vers. 11. *Oppreſſus eſt Ephraim, confractus judicio*, כִּי הוֹאִיל *quia voluit*, nempe opprimi & confringi. הָלַךְ אַחֲרֵי צָו *ivit poſt mandatum* quod Deus de opprimendo & confringendo eo dedit, non fugit illud mandatum Dei, ſed ſecutus eſt, tanquam qui vellet mandati iſtius vim experiri. Mandatum hîc eſt, quod Eſa. 5. 19. עֵצָה *conſilium* vocatur, ubi prophani optant periculum facere quid poſſit conſilium Dei de ipſis puniendis. notum eſt צִוָּה *mandavit* ſæpe Hebræis uſurpari de ordinatione conſilii & providentiæ divinæ. qualia ſunt, præcepit Deus Simei ut malediceret. Præcepit piſcem, qui deglutiret Jonam.

Cap. VI.

Vers. 3. וְנֵדְעָה נִרְדְּפָה לָדַעַת יְהוָה. *Quum ſciemus*, (nempe nos eſſe ſuſcitatos in novam vitam, quum id experimento didicerimus, non ceſſabimus, ſed) *proſequemur ut cognoſcamus Dominum.* ו pro *quum, quando*, ut Arabibus, ſic & Hebræis paſſim frequens. quo ſenſu & καὶ uſurpatur Marc. 15. 25. Ab Eſra & Kimchi ad Hoſ. 1. 6. ad לֹא אוֹסִיף עוֹד אֲרַחֵם, quod poni volunt pro שֶׁאֲרַחֵם *non addam amplius ut miſerear*, volunt hoc quoque loco נִרְדְּפָה poni pro שֶׁנִּרְדְּפָה *cognoſcemus* (id eſt, curabimus, ſæpe enim *ſcire* pro *curare*) *ut proſequamur cognoſcere Dominum.* Sequitur, *Tanquam aurora comparatus erit exitus ejus, & veniet tanquam imber nobis*, כְּמַלְקוֹשׁ יוֹרֶה אָרֶץ *tanquam pluvia ſerotina, docturus terram.* Senſus eſſe videtur, Facile nobis tum erit cognoſcere Dominum, nam inſtar auroræ exibit ad nos, & ipſe veniet docturus terram, ea fœcunditate quam imber & pluvia ſerotina terræ largiuntur. ſic malim, quam יוֹרֶה accipere pro pluvia tempeſtiva, pro וְיוֹרֶה & אֶרֶץ pro לָאָרֶץ.

Vers. 4. וְחַסְדְּכֶם כַּעֲנַן בֹּקֶר. Verto, *Et pietas*, (ſive ſanctitas) *veſtra eſt ſicut nubes ma-*

matutina. Notum eſt חָסִיד paſſim à Lxx. verti ὅσιος, nec dubium quin pro eo uſurpetur. Unde & חֲסִידִים Haſidæi *pii*, in libris Machabæorum. ſic & חֶסֶד *pietas*. ſequitur וְכַטַּל מַשְׁכִּים הֹלֵךְ Junius, *& velut ros mane ſtillans abeat*. præfero qui vertunt, *manè abiens*. ad verbum, manicans abiens, i. mane evaneſcens. Phraſis eſt qualis 1 Sam. 16. 16. אִישׁ יֹדֵעַ מְנַגֵּן *virum ſcientem*, *pſallentem*, id eſt ſcientem pſallere, ſcitè pſallentem.

Vers. 5. וּמִשְׁפָּטֶיךָ אוֹר יֵצֵא Junius per hypallagen accepit pro וְאוֹר מִשְׁפָּטֶיךָ יֵצֵא *& lux judiciorum tuorum exorta eſt*. Malim ſitum verborum ſequi, & ſimpliciter vertere, *& judicia tua* ſunt velut *lux exoriens*. ut ſenſus ſit, ſicut lux exoritur, nec quiſquam ejus exortum remorari poteſt, ſic ſe habent judicia in te parata', exoriuntur in te, nec poteris ſacrificiorum tuorum multitudine remorari. quia miſericordiam volo, non ſacrificium.

Vers. 9. וּכְחַכֵּי אִישׁ גְּדוּדִים חֶבֶר כֹּהֲנִים דֶּרֶךְ יְרַצְּחוּ שֶׁכְמָה כִּי זִמָּה עָשׂוּ׃ Difficilem hunc locum ſic verto, *Et ſicut exſpectant virum latrones*, ſic eſt *ſodalitium ſacerdotum*, *more occidentium Sichemam verſus: quia ſcelus fecerunt*. Comparat ſacerdotes larronibus, & nominatim iis qui Sichemam verſus latrocinia exercent. cauſam comparationis dat, quia ſcelus commiſerunt, quod latronum eſſe ſolet. Intelligo autem Sichemam non quæ in tribu Benjamin eſſet, ſed montanam illam in monte Ephraim, Joſ. 20. 7. prope montem Gariſim, Jud. 9. 7. quem locum aptum fuiſſe inſidiis latronum, patet ex Jud. 9. 25.

Vers. 11. גַּם יְהוּדָה שָׁת קָצִיר לָךְ Non improbo Junium, qui per meſſem intelligit ſementem idololatriæ ab Iſraëlitis traductam in tribum Judæ, cujus pœnas Judæi poſtea meſſuerint. Examinetur tamen, an non ſimplicius verti queat, *Etiam ô Jehuda*, *poſuit* (nempe Ephraim) *demeſſionem tibi*. ut reſpiciatur hiſtoria 2 Chron. 28. 6. ubi Pekach Ephraimitarum ſive 10 tribuum rex interfecit ex Judæis centies vicies mille die uno, ac verè demeſſuit. id factum eſt, inquit hîc Deus, cum ego reducerem captivitatem populi mei, nempe ducenta millia mulierum, puerorum & puellarum, de quibus ibidem verſ. 8. 9. 10. &c. Eſt autem קָצִיר propriè *abbreviatio*, *decurtatio*. hinc *meſſis*, quæ decurtat ſegetem. à קָצַר *abbreviari*, *decurtari*. קָצָר *brevis*. Contigit illa clades ſub rege Achaſo, quo tempore hunc noſtrum Prophetam viguiſſe, ex cap. 1. v. 1. conſtitit.

Cap. VII.

Vers. 6. כִּי קֵרְבוּ כַתַּנּוּר לִבָּם בְּאָרְבָּם כָּל־הַלַּיְלָה יָשֵׁן אֹפֵהֶם בֹּקֶר הוּא בֹעֵר כְּאֵשׁ לֶהָבָה׃ Rectè videtur Junius ſenſum attigiſſe, quum vertit, *Nam ad inſidias ſuas applicarunt animum ſuum ſimilem fornaci*, quæ *totam noctem dormiente piſtore ipſorum*, *ardet mane tanquam ignis flammans*. ſed non rectè meo judicio illud *quæ* diſtincto charactere expreſſit, quaſi in Hebræo non eſſet. ad verbum enim ſic verto, *Quia admoverunt tanquam fornacem cor ſuum inſidiis ſuis. totam noctem dormit piſtor ipſorum? mane illa ardet tanquam ignis flammans.* dormit lego per modum interrogationis, qui etſi Latinis non bene ſonet, Hebræis tamen eſt familiariſſimus, ut & Belgis, qui hîc rectè dicunt, **ſlaept haeren backer den gantſchen nacht / des morgens brant ſy als een laepende vier.** Quod Latinis eſt, *quæ*, *quum totam noctem dormiat piſtor eorum*, *mane ardet tanquam ignis flammans*. הוּא valet אשר, ut Pſal. 87. 5. ſic ὅστις pro ὃς Luc. 18. 7. Actor. 8. 26. & 10. verſ. 36.

Vers. 8. אֶפְרַיִם הָיָה עֻגָה בְּלִי הֲפוּכָה. *Ephraim fuit placenta non verſa*. Solent accipere Interpretes עוּגָה pro pane ſubcineritio, aut placenta ſubter prunas cocta. Id ſi verum, non videtur rectè hoc loco vitio verti, quod ſit *non verſa*. Panis enim ſubcineritius, quum non niſi ferventi foco, imponatur, ſimul infernè coquitur & supernè, adeoque verti opus non habet. Habemus à Cl. viro Jacobo Golio, harum rerum oculato teſte, uſitatiſſimas eſſe in Oriente amphoras rotundo fundo ſive dorſo, cui ſuppoſitis prunis calefacto ac ferventi placentæ imponuntur, quæ ſemel & iterum verſæ protinus percoquuntur, ac momento fere panem aptum præbent. Quas placentas, quia dum rotundo amphorarum dorſo aptantur, incurvari ac flecti neceſſe erat, ab eâ figura עוּגוֹת dictas eſſe ſuſpicamur, ab uſitata Arabibus radice عوج עוּג *curvum eſſe*, *incurvari*. nec repugnat locus 1 Reg. 19. 6. ubi memoratur עֻגַת רְצָפִים *placenta prunarum*. neque enim neceſſe eſt placentam intelligere quæ ſubter prunas, ſed quæ ſuppoſitis prunis cocta fuerit. amphoræ enim iſtæ ſuppoſitis prunis accendebantur.

VERS. 12. *Castigabo eos* כְּשֵׁמַע לַעֲדָתָם Verto, *secundum prædicationem cœtui ipsorum* factam. vel, secundum quod cœtui ipsorum prædicatum est. sicut Esa. 53. 1. *quis credidit* לִשְׁמֻעָתֵנוּ *prædicationi nostræ.*

VERS. 14. עַל דָּגָן וְתִירוֹשׁ יִתְגּוֹרָרוּ יָסוּרוּ בִי. Quod supra v. 6. de lectione per modum interrogationis diximus, idem & hîc censemus, *propter frumentum & mustum congregant se? divertunt ad me.* Belgicè eleganter, **Vergaderense om kooren ende most / soo wycken se tot my.** Id est Latinè, *quum ob frumentum & mustum congregantur, tum secedunt ad me.* vel, *quum de frumento & musto metuunt.* גור enim etiam *metuere, formidare* significat. Sensus est, quod ad me divertant interdum, non ex animo faciunt, sed quia metuunt defectum frumenti ac musti, vel quia defectus istarum rerum mundanarum cogit eos convenire, ut precibus eas à me impetrent.

VERS. 15. וַאֲנִי יִסַּרְתִּי חִזַּקְתִּי זְרוֹעֹתָם. Prima verba rursus lego per modum interrogationis, *& ego castigavi? roboravi brachia eorum.* Belgicè eleganter ad verbum, **Hebbe ick gecastyt / ick hebbe hare armen gesterckt.** quod Junius Latinè rectè vertit, *quum castigavi, confirmavi brachia eorum.*

VERS. 16. יָשׁוּבוּ לֹא עָל. Volunt hoc loco, & 2 Sam. 23. v. 1. ubi legitur נְאֻם הַגֶּבֶר הֻקַם עָל esse עָל nomen Toar, id est adjectivum, & significare *excelsus*, idem quod עֶלְיוֹן, quia scribitur per camets. sed quid si camets sit pro pathach, ibi ob accentum Reviah, hîc ob Zakeph? Imo vero statuendum videtur, על etiam quando præpositio est, scribi absolutè per camets, עָל. liquet illud, 1. quia cum affixis levibus scribitur semper per camets, עָלַי, עָלָיו &c. 2. quia cum affixis gravibus הֶם הֶן כֶם כֶן litera ע habet scheva, non ex pathach, sed ex camets ortum, juxta regulam, Camets, cum sit antepenultimum ab accentu, mutatur in scheva. 3. quia causa, cur hæc præpositio plerumque pathach habeat, est quod plerumque habeat post se vel particulam, ut עַל כֵּן. vel nomen, ut עַל יְהוּדָה vel pronomen, ut עַל אֲשֶׁר. vel Infinitivum, ut עַל פְּקוֹד, in quibus casibus imitatur nomina in constructione posita, quæ camets ultimum mutant in pathach. unde & pro על dicitur interdum עֲלֵי forma regiminis, ut עֲלֵי אֹרַח Gen. 49. 17. 4. Quia præposito מִן, semper habet camets, מֵעָל. Censeo itaque particulam על habere pathach, cum præpositionis munere fungens construitur cum sequenti: camets autem cum absolutè, & adverbialiter sumptum significat *supra, sursum.* Hinc locum 2 Sam. 23. 1. verto, *Dicit, vir, qui constitutus, vel erectus est, supra* vel *sursum.* Sic & in hoc loco Hoseæ: *Revertuntur, non sursum.*

CAP. VIII.

VERS. 1. אֶל חִכְּךָ שֹׁפָר כַּנֶּשֶׁר עַל־בֵּית יְהוָה׃ Junius, *Adhibita palato tuo buccina,* dicito, involat *similis aquilæ in domum Jehovæ.* Apostrophen vult esse ad Prophetam, ut & plerique Interpretes. dispiciat eruditus lector, an non rectius apostrophen statuamus ad hostem, ut sensus sit, Tu hostis, adhibe palato buccinam qua classicum canas, & mox à canto classico, invola instar aquilæ in domum Domini. habet autem ea apostrophe ellipses insignes, & minime obscuras, quas adeo in translatione retinendas arbitror, ne emphasis minuatur, *Ad palatum tuum buccina,* (supple adsit) *tanquam aquila, in domum Domini* (supple involа.)

VERS. 2. לִי יִזְעָקוּ אֱלֹהַי יְדַעֲנוּךָ יִשְׂרָאֵל Pagninus, *Ad me Israël clamabunt, Deus mi, novimus te.* jungit ישראל cum יזעקו, etsi accentus Athnah intercedat. sic Junius quoque, & alii. Malim situm verborum retinere, & vertere, *Ad me clamant, Deus mi, novimus te nos Israël,* sic ut in ישראל influat vis nominativi pluralis præcedentis ידענו. sic simul in eo ratio latet, qua persuadere falso conantur Deo, se ipsum nosse, quia nempe sint Israël.

VERS. 10. גַּם כִּי יִתְנוּ בַגּוֹיִם עַתָּה אֲקַבְּצֵם וַיָּחֵלּוּ מְּעָט מִמַּשָּׂא מֶלֶךְ שָׂרִים׃ *Etiam quia mercede conducunt inter gentes, nunc colligam eos* nempe in sepulchrum. id est interimam eos *& inceperunt paululum,* nempe colligi in sepulchrum, sive interimi, *ab onere regis principum,* quo nempe pressit eos rex Assyriorum. Accipio hîc קבץ sicut infra cap. 9. v. 6. מִצְרַיִם תְּקַבְּצֵם *Ægyptus colliget eos,* nempe in sepulchrum. expositio additur, מֹף תְּקַבְּרֵם *Moph sepeliet eos.* idem ibi קבץ & קבר. quod ne cui mirum videatur, monemus apud Syros, ubi קבר etiam significat *sepelire,* idem significare *colligere.* ut Psal. 129. 7. ubi apud Syrum usurpatur pro עמר *colligere* nempe manipulos. Et Rom. 12. 20. ubi pro σωρεύειν *accumulare.* atque hinc esse arbitror, quod Act. 5. 6. συστέλλειν con-

contrahere, & Act. 2. 8. *συγκομίζειν comportare*, de apparatu funebri ac ſepulchrali uſurpentur. qua de re ad iſta loca pluribus egimus.

Vers. 12. אֶכְתּוֹב לוֹ רֻבֵּי תּוֹרָתִי כְּמוֹ זָר נֶחְשָׁבוּ׃ Primum membrum lego per modum interrogationis. *Scribo ei magnalia legis meæ? tanquam peregrinum quid reputantur*. Belgicè eleganter, Schrijve ick hem de treffelickheden van mijne wet / ſy worden als wat vreemts geacht. Latinè, *quum ſcribo ei magnalia legis meæ* &c. ת״ Keri eſt רֻבֵּי, at ת״ Ketif רֻבּוֹ, quod & ipſum rectè quadrat. *quum ſcribo ei præſtantiam ſuam*, nempe, *legem meam*, *tanquam extraneum* quid *reputantur*, nempe & præſtantia ejus & lex mea. præclare admodum legem ſuam vocat populi præſtantiam, tantoque majoris eum criminis reum agit, quod ſuammet præſtantiam tanquam alienum quid reputaret.

Vers. 13. זִבְחֵי הַבְהָבַי יִזְבְּחוּ בָשָׂר וַיֹּאכֵלוּ יְהוָה לֹא רָצָם׃ Verto, *quod attinet ad ſacrificia donorum meorum, ſacrificant carnem & comedunt. Dominus non habet ea accepta.* זִבְחֵי mihi eſt Nominativus abſolutus, qui à nullo ſequenti verbo regitur, unde & הַבְהָבַי accentu Reviah à ſequentibus diſtinguitur. cujuſmodi Nominativi per *quod attinet ad* circumſcribi ſolent, & ſunt Hebræis uſitatiſſimi. vide Pſal. 73. 28. Eſth. 6. 7. qualia & in Nov. Teſt. ſunt Joan. 6. 39. Luc. 21. 6. & alibi. poſſet & ante יִזְבְּחוּ ſubaudiri אֲשֶׁר, *Sacrificia donorum meorum*, quæ *ſacrificant*, *caro* ſunt. *& comedunt.* id eſt, non habeo ea pro ſacrificiis mihi oblatis, ſed pro mera carne, quam illi comedunt, quam in ſuum uſum & voluptatem mactant. propterea Deus ea accepta non habet.

Cap. IX.

Vers. 4. לֹא יִסְּכוּ לַיהוָה יַיִן וְלֹא יֶעֶרְבוּ לוֹ זִבְחֵיהֶם כְּלֶחֶם אוֹנִים לָהֶם כָּל־אֹכְלָיו יִטַּמָּאוּ כִּי לַחְמָם לְנַפְשָׁם לֹא יָבוֹא בֵּית יְהוָה׃ Verto, *Non libabunt Domino vinum, neque miſcebunt ei: ſacrificia eorum tanquam panis lugentium erunt ipſis, quem quicunque edunt, polluuntur, quia panis ipſorum de cadavere ipſorum non intrat in domum Domini.* Non ſum in ſententia eorum, qui exiſtimant hîc diſplicentiam Dei deſcribi, qua ſacrificia Iſraëlitarum ſit rejecturus. quin potius, quia v. præcedenti dicti ſunt non manſuri in terra Domini, ſed in Ægyptum & Aſſyriam reverſuri, minatur ipſis Deus fore, ut in peregrina iſta terra nec libamina nec ſacrificia ſibi ſint oblaturi. De libaminibus, prima verba clara ſunt, *Non libabunt Domino vinum.* quod ſequitur ולא יערבו לו, Pagninus & alii referunt ad ſequens זבחיהם. Vulgatus, Junius & alii ad præcedentia, quod nos laudamus propter accentum Segolta quo notatur לו, & quia tum ſequentia pleniorem faciunt ſenſum. Omnes autem quos vidimus vertunt, *Et non placebunt illi.* nos malumus, *Et non miſcebunt illi* nempe vinum. prima hæc eſt hujus verbi ſignificatio, & apprime huic loco videtur conveniens, ut idem ſit quod מָסַךְ. unde & *libamen* מִמְסָךְ *mixtum* dicitur Eſa. 65. 11. Jam quod de libaminibus dixit, idem de ſacrificiis pergit dicere, fore nempe ut ab iis abſtineant, quia tanquam panis lugentium vel luctuum (utroque enim modo אונים exponi poteſt) ipſis futura eſſent. panem enim funebrem ſtudioſè vitabant Hebræi, ad quos funus non pertineret. ſic, inquit, erunt vobis ſacrificia. cur autem panem funebrem vitabant? quia quicunque comederent eum, polluebantur. cur autem eo polluebantur? quia cum panis eſſet de cadavere, aut ad cadaver pertinens, non poterat intrare in domum Domini.

Vers. 8. &c. צֹפֶה אֶפְרַיִם עִם אֱלֹהָי. Variè hæc exponuntur. Vatablus, *Eſt ſpeculator ipſi Ephraim cum Deo meo.* Pagninus, *ſpeculatorem Ephraim* poſuit ſibi *cum Deo meo*, Junius, *ſpeculatur Ephraimum conjunctim Deo meo.* Genevenſes, *Speculator Ephraimi eſt cum Deo meo.* at ſic fuerat ſcribendum צוֹפֵה per tſere in regimine. Addimus, etiam ſic verti poſſe, *ſpeculatur Ephraimus apud Deum meum.* Id eſt, Ephraim (tribus Iſraëliticæ, nomine Ephraim ſæpe expreſſæ) non vult videri penitus defeciſſe, videtur adhuc Deo meo adhærere, ſed ſolummodo ſpeculatur apud ipſum, ſpectat quid commodum ſibi ſit ac utile: unde fit, quod ſtatim ſequitur, ut omnis *Propheta* ejus ſit פַּח יָקוֹשׁ *laqueus aucupis in omnibus viis ſuis.* vel, *in omnibus viis ejus*, nempe Dei. ut ſenſus ſit, Ephraim cum videatur velle adhærere Deo, ſpeculatorem tantum agit apud eum, & Propheta, cum videatur velle inſiſtere viis Dei, laqueus aucupis eſt in omnibus viis ejus, cumque domo Dei ſui delectari videatur, mera eſt מַשְׂטֵמָה *adverſatio* in ea. Vel ſic, *ſpeculator eſt, ô Ephraim, apud Deum meum.* Dixerat verſu præcedenti, Prophetam eſſe ſtultum, virum ſpiritu præditum eſſe inſanum, idque propter multitudinem peccatorum & magnam

adversationem populi. At, inquit Propheta, apud Deum meum, ô Ephraim, est verus speculator, qui & tuam adversationem, & prophetarum tuorum insaniam optime perspicit. Præfero tamen prius.

Cap. X.

Vers. 1. גֶּפֶן בּוֹקֵק יִשְׂרָאֵל פְּרִי יְשַׁוֶּה־לּוֹ כְּרֹב לְפִרְיוֹ הִרְבָּה לַמִּזְבְּחוֹת׃. Plerique vertunt, *Vitis vacua est Israël.* sed verbum בקק in aliis locis semper transitivum est. unde quidam, *vitis evacuans est Israël.* evacuans nempe fructus suos, quos collocat in altaribus multiplicandis. Sed גֶּפֶן ubique est fœminini generis. Secutus itaque Doctiss. Scindlerum verto, *vitem evacuat Israël: fructum ponebat ei* Deus; *secundum multitudinem fructus sui multiplicavit altaria.* Status Reipublicæ confertur sæpe viti à Deo plantatæ. hunc statum ipsi Israëlitæ corruperunt, atque ita vitem istam quasi evacuarunt. Deus quidem ex ea vite fructus ipsis dedit, id est, Reipublicæ ipsorum abunde benedixit, at quo benedicerentur magis, eo plura ædificabant idolis altaria. פְּרִי יְשַׁוֶּה־לּוֹ potest etiam interrogativè exponi, *fructum ponit ei?* Belgicè, **stelt hy hem vrucht?** quod Latinè est, quum vel si fructum ponit ei, pro multiplicatione fructus sui multiplicat altaria. Id non displicet.

Vers. 2. חָלַק לִבָּם *divisit cor eorum*, nempe Deus, idem de quo subjicitur. הוּא יַעֲרֹף מִזְבְּחוֹתָם *ipse decollabit altaria eorum.* ex qua divisione cordis sequetur, quod jam jam desolabuntur. rectè sic verterunt Lxx.

Vers. 5. לְעֶגְלוֹת בֵּית אָוֶן יָגוּרוּ שְׁכַן שֹׁמְרוֹן כִּי אָבַל עָלָיו עַמּוֹ וּכְמָרָיו עָלָיו יָגִילוּ עַל כְּבוֹדוֹ כִּי גָלָה מִמֶּנּוּ׃

Vers. 6. גַּם אוֹתוֹ לְאַשּׁוּר יוּבָל &c.

Quia עֶגְלוֹת est plur. num. fœm. gen. affixa autem in עַמּוֹ, עָלָיו וּכְמָרָיו, &c. sunt sing. num. masc. gen. non parum id turbat interpretes. Junius affixa illa ad שְׁכַן שֹׁמְרוֹן refert. Judicent doctiores an rectè. Lxx. referunt ad לְעֶגְלוֹת בֵּית אָוֶן. idque singulari numero efferunt παρὰ τῷ μόσχῳ τοῦ οἴκου Ὤν *apud vitulum domus On.* quod nos omnino probamus. existimamus enim numero hoc plurali designari illustrem illum, insignem, & præcipuo in pretio vitulum quem in Bethel erexit Jeroboam. Similes locutiones sunt Prov. 9. vers. 1. חָכְמוֹת בָּנְתָה בֵיתָהּ *summa sapientia ædificavit domum suam.* Ps. 73. v. 23. בְּהֵמוֹת הָיִיתִי עִמָּךְ *ingens bestia fui tecum.* Job. 40. 15, 16. ubi בְּהֵמוֹת plur. num. fœm. gen. dicitur de *Elephanto*, summa bestia, & jungitur verbis atque affixis singul. num. masc. gen. Itaque & hoc loco propter aff. sing. num. masc. gen. totum versum sic reddimus, *De insigni vitulo Bethaven formidabunt habitatores Samariæ, quia lugebit propter eum populus ejus, & sacerdotes ejus qui exultabant de eo, propter gloriam ejus, quia migravit ab eo: Et ipsemet in Assyriam abducetur* &c. Non mirum est autem unum idemque idolum nunc masculino genere, nunc fœminino à Propheta exprimi. causam reddit R. D. K. quia non sunt nisi figuræ. promiscuè id autem in gentilium Theologia de quibusvis fere Diis usurpari abunde docet Doctiss. Joh. Seldenus in tractatu de Diis Syris. nec dubitarunt Lxx Interpretes vitulos Jeroboami vertere *δαμάλεις vaccas.*

Vers. 9. *A diebus Gibeæ peccasti Israël.* שָׁם עָמָדוּ לֹא תַשִּׂיגֵם בַּגִּבְעָה מִלְחָמָה עַל בְּנֵי עַלְוָה׃ Video plerosque Interpretes hæc ad Israëlitas referre, qui Gibeonitas oppugnarunt. quapropter עַל בְּנֵי עַלְוָה vertunt, *contra filios iniquitatis.* ut sit pro עַוְלָה per metathesim. Mihi nulla metatheseos statuendæ necessitas videtur, cum omnia ad ipsos Gibeonitas referenda videantur, quorum pervicacia hîc describi videatur, quod monitis fratrum cedere detractantes nihil sibi ab isthoc bello periculi metuendum censuerint, quod viris suis excelsis & sublimibus fiderent. ex hoc sensu verto, *Ibi* (nempe in Gibea) *perstiterunt* (Gibeonitæ) dicentes, *fore ut non attingeret se in Gibea bellum, propter filios celsitudinis.* omnia quadrant historiæ Jud. 20. 13. 14. 15. 16.

Vers. 10. בְּאַוָּתִי וְאֶסֳּרֵם וְאֻסְּפוּ עֲלֵיהֶם עַמִּים׃ Verto, *Quia volui castigare eos, collecti sunt adversus ipsos populi.* בְּאַוָּתִי accipio sicut 1 Sam. 20. 17. בְּאַהֲבָתוֹ אוֹתוֹ *ob amare eum ipsum*, propriè *ob amorem ejus ipsum.* ponitur nomen pro Infinitivo, & sensus est, quia amabat ipsum. cujusmodi plurima sunt in sacris literis. sic hoc loco propriè, *propter velle me ut castigarem illos*, id est, quia volebam castigare eos. Vau quod sequitur in וְאֻסְּפוּ non copulativum est, sed illativum, ut alibi passim. Copulativum tamen erit, si vertas, *In voluntate mea* est *ut castigem eos, &* (vel *ideo*) *congregabuntur adversum eos populi.* Additur, בְּאָסְרָם לִשְׁתֵּי עֵינֹתָם כתיב. Keri est עוֹנֹתָם, quod quidam accipiunt

pro

pro עֲוֹנֹתָם *iniquitates ipsorum*. alii vertunt *habitationes ipsorum*, ab עוֹנָה *habitaculum*. alii *sulcos eorum*, quasi מַעֲנוֹתָם. τὸ Ketif est, עֵינוֹתָם, quod nos sequendum arbitramur, ac vertimus, *conspirantes in ambos oculos ipsorum*. refero ad עַמִּים, ut sensus sit, *congregati sunt adversus eos populi*, בְּאָסְרָם *in ligando se*, id est facta liga & conspiratione, ut ambobus oculis eos privarent. quod extremæ est miseriæ.

VERS. 11. וְאֶפְרַיִם עֶגְלָה מְלֻמָּדָה אֹהַבְתִּי לָדוּשׁ. Omnes quos vidi Interpretes אֹהַבְתִּי accipiunt pro אֹהֶבֶת Jod paragogico. non nego id & alibi fieri, etiam in regimine, ut Esa. 1. v. 21. מְלֵאֲתִי מִשְׁפָּט *plena jure*. pro מְלֵאַת. sed ut ibi non recte diceretur מְלֵאַת aut מְלֵאֲתִי לְמִשְׁפָּט, verum מְלֵאָה לְמִשְׁפָּט, (quando enim inter nomen regens & rectum intervenit ל, non solet regens corrumpi,) ita & hîc aut אֹהֲבָה לָדוּשׁ, aut אֹהֶבֶת דּוּשׁ vel אֹהַבְתִּי דּוּשׁ dicendum fuisse arbitror. in quo si quid erro, libenter ex aliis locis à diligentiori observatore edocebor. Utcunque sit, arbitror hîc omnia posse esse regularia, & Jod haberi pro affixo, hoc modo, *Et Ephraim vitula edocta amat me ad triturandum*, id est amat me sua opera triturare, adeo assuevit prosperitati & tranquillitati, ut quando loquor de triturando, non horreat istum laborem, sed æque ferat à me ad id adhiberi. וַאֲנִי עָבַרְתִּי עַל טוּב צַוָּארָהּ *itaque ego transivi super pulchritudinem colli ejus*, i. accinxi me ad triturandum, & conscendi pulchrum ejus collum, ut ei insidens quaquaversum flectere eam ad triturandum pro arbitrio passim. hinc sequitur אַרְכִּיב אֶפְרַיִם *equitabo Ephraimum*, ut solet qui trituranti jumento insidet. יַחֲרוֹשׁ יְהוּדָה *arabit Juda?* יְשַׂדֶּד לוֹ יַעֲקֹב *occabit ei Jacob*, Idem Jacob qui Israël, & hîc oppositus Judæ, decem tribus denotat, inter quas Ephraim, quippe regia tribus, præcipua. id est, non tantum conscendetur à me Ephraim ad triturandum, sed etiam quum arabit Juda, serviet ei ad occandum. ideo יחרוש יהודה lego per modum interrogationis, quod idem est atque *arante Juda*.

CAP. XI.

VERS. 2. קָרְאוּ לָהֶם כֵּן הָלְכוּ מִפְּנֵיהֶם. *Vocarunt eos?* per modum interrogationis, cujus sensus est, quum vocarunt eos, nempe Prophetæ, *abierunt ab ipsis*. כֵּן non est hîc similitudinis particula, sed illationis aut consecutionis. Belgicè omnia verbotenus exprimimus, **Liepen syse / soo gingen sy van haer wegh.** eodem modo ὅτως usurpatur Joan. 4. 6. Act. 7. 8. & 20. 11.

VERS. 3. וְאָנֹכִי תִרְגַּלְתִּי לְאֶפְרַיִם קָחָם עַל &c. זְרוֹעֹתָיו. Quot capita, tot fere sententiæ, de קָחָם עַל זְרוֹעֹתָיו. inter quas maximè arridet Genevensium, qui nulla expressa persona indefinitè verterunt, *on les a porté sur les bras*, quod & Belgicè optimè exprimimus, **Men heeftse gedragen op syn armen.** non pigebit tamen & aliam interpretationem dare, ut multa conferantur. Sic verto, *Et ego ambulare docui Ephraim, capiens eos ad brachia sua*. Id est, sicut infantes qui incedere docentur, brachiis apprehenduntur, ut ita firmati audacius progrediantur, ita ego cum Ephraimo egi. קָחָם remoto affixo est קָח, quod & præteritum, & Benoni esse potest formæ קָם, à verbo קוּחַ, docente id Kamets sub prima radicali. præteritum extat Ezech. 17. 4. קָח עַל מַיִם רַבִּים *accepit*, vel *acceptum tulit super aquas multas*. apud Oseam pro Benoni capio, sensu, ut videtur, congruentissimo. ab eadem radice est & nomen קוֹחַ *carcer*, à capiendo & tenendo dictus, Esa. 61. 1. *Et vinctis* פְּקַח־קוֹחַ *apertionem carceris*. unde patet radicem esse ex quiescentibus media vau. Et affixum in זְרוֹעֹתָיו refero ad אֶפְרַיִם, quò & affixum plur. in קָחָם, pertinet. quum enim אפרים de populo hic dicatur, utriusque numeri affixa conveniunt. & ut v. sequenti affixa in לְחָיֵהֶם & אֵלָיו eodem pertinent. porro תִרְגַּלְתִּי mixtum est ex futuro & præterito. qualia sunt יוֹדַעְתִּי 1 Sam. 21. 2. וַתָּבֹאתִי 1 Sam. 25. 34.

VERS. 4. בְּחַבְלֵי אָדָם אֶמְשְׁכֵם בַּעֲבֹתוֹת אַהֲבָה וָאֶהְיֶה לָהֶם כִּמְרִימֵי עֹל עַל לְחֵיהֶם וְאַט אֵלָיו אוֹכִיל׃. Versum hunc, qui non eodem modo ab Interpretibus capitur, hoc etiam modo exponere licet. *Funibus hominis trahebam eos, densis funibus amoris: sed fui ipsis, tanquam qui attollunt jugum super maxillas eorum. Ideo inclinanabo ad eos comestorem.* Id est, quum ego magna humanitate & suavitate eos regerem, habitus sum ab illis non aliter quam qui ingens jugum ipsis imponeret. Ideo efficiam, ut flectat se ad eos comestor, qui eos absorbeat. quis autem is futurus est? versu sequenti docet, non

ſore Regem Ægypti, ut antehac, ſed Regem Aſſyriæ. אוֹכִיל autem hoc ſenſu ponitur pro אוֹכַל Ben. Kal. formæ תּמִיךְ *ſuſtentans* Pſal. 16. 5. יוֹסִף *addens* Jer. 29. 14.

Vers. 7. וְעַמִּי תְלוּאִים לִמְשׁוּבָתִי וְאֶל עַל יִקְרָאֻהוּ יַחַד לֹא יְרוֹמֵם. Verto, *Et populus meus ſuſpenſus eſt ob averſionem à me. Et ſurſum vocant eum*, ſed *pariter non elevat ſe.* id eſt, manent cordibus infixi terræ, neque volunt ſe ſurſum elevare, quamvis eò vocentur.

Vers. 9. *Non revertar ad diſperdendum Ephraim, quoniam Deus ſum, & non vir: in medio tui ſanctus*, וְלֹא אָבוֹא בְּעִיר *& non ingrediar in civitatem.* Objici poterat promiſſioni divinæ, quomodo aïs te Ephraimum diſperdere nolle, quum eum è terra ſancta es ejecturus, neque unquam reducturus? una urbs eſt Hieruſalem quam elegiſti, in quam intraſti, in qua habitas. ab ea quum in æternum removeris Ephraimum, quid ei tecum commercii deinceps eſſe poterit? Reſpondet Deus, non ingrediar amplius civitatem, cum tui miſerebor, quia nulla in civitate certum mihi futurum eſt templum quod inhabitem, ſed tu mihi templum eris, in tui medio ſanctus ero. ſicut ergo in primo membro opponuntur אֵל & אִישׁ, ſic in altero בְּקִרְבְּךָ & בְּעִיר. quaſi dicat, hominis eſt, non Dei, certo aſtrictum eſſe loco. hactenus, dum libuit, electa mihi fuit civitas, quam ingreſſus ſum, in qua habitavi. nolite exiſtimare, me ea hominis inſtar contineri, ac neceſſe habere ut penitus vos diſperdam, quia vos à civitate iſta removeo. tempus erit quo eam deſeram, & nec eam nec aliam ullam amplius ingrediar. ſed templum meum, quod inhabitaturus ingrediar, erit ubicunque futura eſt Eccleſia mea. tum & in tui medio habitabo, Ephraim, nulla habitâ civitatis ratione.

Cap. XII.

Vers. 1. וִיהוּדָה עוֹד רָד עִם אֵל. Vertunt, *At Jehudah adhuc dominatur cum Deo.* ut conveniat cum רָדָה *dominari.* conjectura eſt. cui præferimus, quod lingua Arabica ſuppeditat, ubi ex quieſcentibus media Vau ראד ſignificat *velle.* hinc vertimus, *At Jehuda adhuc vult cum Deo.* vide plura de hoc verbo, quæ annotavimus ad Jerem. 2. verſ. 31.

Vers. 3. *Et diſceptatio eſt Domino cum Jehuda*, וְלִפְקֹד עַל יַעֲקֹב כִּדְרָכָיו *& viſitandum eſt ſuper Jacob ſecundum vias ejus.* ſic paſſim ל Infinitivo præpoſitum format gerundium in dum, quatenus ſignificat oportere. ut Pſal. 32. 9. & alibi.

Vers. 9. וַיֹּאמֶר אֶפְרַיִם אַךְ עָשַׁרְתִּי מָצָאתִי אוֹן לִי כָּל־יְגִיעַי לֹא יִמְצְאוּ לִי עָוֹן אֲשֶׁר חֵטְא׃ Variis hujus loci interpretationibus hanc addo, quam eruditiorum judicio ſubjicio. *Et dixit Ephraim, Profecto dives factus ſum, & inveni robur mihi. nulli labores mei invenient me.* (nempe) *iniquitas, quæ peccatum eſt.* Fatetur labores ſuos iniquitate & peccato plenos eſſe. ſolatur tamen ſe adverſus pœnam, idque eleganti hac phraſi indicat, nulli labores mei invenient me. quæ autem ſolatii cauſa? quod fulcrum? quia dives factus ſum, & robur inveni, quo me tueri poſſim. atque ita initium verſus ſuperbiam animi, medium ſecuritatem, finis impudentiam deſignaret, quod agnoſcens etiam iniquitatem & peccatum, nihil tamen metuat. Aut ſic exponas poſteriora verba, *Nulli labores mei invenient mihi iniquitatem, quæ peccatum ſit.* Hoc ſenſu ſecuritatem ſimul & hypocriſim deſignaret, quod omnes ſuos labores ab iniquitate & peccato adeo immunes eſſe opinetur, ut ne ipſi quidem labores iniquitatem ullam invenire in ipſo poſſint, adeoque merito ſe ſecurum eſſe, tum quod divitias & robur invenerit, tum quod nulla iniquitas in laboribus ſuis deprehendi poſſit.

Vers. 12. אִם גִּלְעָד אָוֶן אַךְ שָׁוְא הָיוּ בַּגִּלְגָּל שְׁוָרִים זִבֵּחוּ׃ *An in Gilead mendacium, quin etiam vanitas* (id eſt idola) *fuerunt? in Gilgal boves mactarunt?* Cum admiratione interrogat, potueritne fieri, ad tantam ut delaberentur ingratitudinem ac impietatem, ut duo iſta loca, ubi tanta beneficia nacti erant, Gilead ubi adverſus vim Labanis tutatus fuerat Deus Jacobum, Gen. 31. & Gilgal ubi per circumciſionem opprobrium gentium ab ipſis fuerat avolutum, Joſ. 5. idolis profanarent. pœna ſequitur. גַּם מִזְבְּחוֹתָם כְּגַלִּים עַל תַּלְמֵי שָׂדָי *etiam altaria eorum tanquam cumuli erunt in ſulcis agrorum.* videtur alludere ad etymon גִּלְעָד, quod ſonat *cumulus teſtimonii.* quandoquidem inquit cumulum teſtimonii altaribus profanarunt, altaria ipſorum fient cumuli.

Vers. 15. *Irritavit Ephraim* (Deum) תַּמְרוּרִים *amariſſimè.* וְדָמָיו עָלָיו יִטּוֹשׁ *ideo ſanguines ejus ſupra ipſum diffundit*, vel, ut Junius, *expandit.* recte etiam vertitur *relinquit*, id eſt Deus non mundat eum à perpetratis cædibus.

Cap.

CAP. XIII.

VERS. 9. שִׁחֶתְךָ יִשְׂרָאֵל *perdidit te, ô Iſraël.* locutio mihi eſt impersonalis, quales ſunt Gen. 16. 14. עַל־כֵּן קָרָא לַבְּאֵר *propterea vocavit puteum*, nempe is qui vocavit, id eſt vocatus eſt. Mich. 2. 4. יִשָּׂא עֲלֵיכֶם מָשָׁל *tollet ſuper te parabolam*, nempe is qui tollet, id eſt tolletur. vide & Eſa. 9. 6. Amos 4. 2. & alibi paſſim. quum enim imperſonalibus careant Hebræi, per tertiam perſonam ſive ſingularis ſive pluralis numeri efferre ſolent. Ita & hic, *perdidit te ô Iſraël*, nempe perditor, id eſt perditio tibi allata eſt ô Iſraël, Belgicè optime, **Men heeft u bedorven Israel.** ſequitur כִּי בִי בְעֶזְרֶךָ. laudo Pagninum, qui vertit, *ſed in me auxilium tuum.* ב enim ſæpe nominativum format. de quo pluribus egimus Pſal. 55. 19. & Pſal. 68. 5.

VERS. 13. *Dolores parturientis evenient ei: filius* eſt *deſipiens:* כִּי־עֵת לֹא־יַעֲמֹד בְּמִשְׁבַּר בָּנִים *quia tempus eſt* ut *non maneat in ore matricis filiorum.* & tamen manet. hoc ſignum inſipientiæ.

VERS. 15. Verſus hic, quoad verba, ſatis facilis, quoad ſenſum difficilis. quem nos ſic explanamus. dicit Propheta initio verſus, *Nam ipſe* (Ephraim) *inter fratres fructificabit.* Objici poterat, quæ ſpes fructificandi, cum inſtar veri deſerti ſeſe habeat? reſpondet Propheta, *Veniet Eurus, ventus Domini, è deſerto aſcendens, & exareſcet ſcaturigo ejus, & exſiccabitur fons ejus*, nempe deſerti. habent enim deſerta ſuas quoque aquarum ſcaturigines & fontes unde nutriuntur, & magis inculta redduntur, alioqui peritura, ſi aquis prorſus deſtituantur. promittit ergo Deus ſe vento ſuo arefacturum fontes deſerti populi ſui. tunc *Ipſe* (Ephraim) *diripiet theſaurum omnium vaſorum deſiderabilium.* id eſt diteſcet alienis ſpoliis.

CAP. XIV.

VERS. 3. וּנְשַׁלְּמָה פָרִים שְׂפָתֵינוּ. Vulgatus & Pagninus, *Et reddemus vitulos labiorum noſtrorum*, pro פְּרִי שְׂפָתֵינוּ. Junius, *Et rependemus vitulos labiis noſtris*, pro בִּשְׂפָתֵינוּ. ad verbum eſt, *& reddemus vitulos, labia noſtra.* id eſt, non vitulos beſtias, ſed labia noſtra quæ nomen tuum confiteantur, & ipſis vitulis digniora ſint ſacrificia.

VERS. 8. *Refocillabuntur ſedentes in umbra ejus.* יְחַיּוּ דָגָן Vulgatus ex LXX, *vivent tritico*, id eſt יִחְיוּ בְדָגָן. Pagninus *vivificabunt ſeipſos ut triticum.* Junius *in vitam producent* ut *frumentum:* ad verbum eſt, *vivificabunt frumentum*, vel *facient ut vivat frumentum*, id eſt ipſi frumento vitam dabunt. quod prout ipſa verba ſonant, ſic minime impertinentem ſenſum habere videtur. quum enim verſibus 6 & 7 rorem gratiæ ſuæ tam copioſum & efficacem Eccleſiæ per Chriſtum reſtituendæ promiſiſſet, ut flore lilium, radicibus arbores Libani, ramis & gloria oleam æquaret, pergit hoc verſu addere, eam umbrâ quaſvis arbores imitaturam, & vitæ efficaciâ triticum etiam ſuperaturam. tantum enim abfore ut ad vitam alendam tritico opus ſit habitura, ut vel ipſi tritico vitam ſit collatura. denique odore vinum Libani æquaturam.

ANIMADVERSIONES

In loca difficiliora

JOELIS.

CAP. II. VERS. 7.

Quiſque in viis ſuis ibit, וְלֹא יְעַבְּטוּן אָרְחוֹתָם Jonathan vertit וְלָא מְעַכְּבִין אוֹרְחָתְהוֹן *neque retardabunt vias ſuas.* quod ſecutus eſt Pagninus LXX. οὐ μὴ ἐκκλίνωσιν τὰς τρίβους αὐτῶν, Hieronymus, *non declinabunt à viis ſuis*, Junius, *non pervertent vias ſuas*, ſecutus Aben Eſram, qui idem eſſe dicit quod יעותון *pervertent*, atque eam ſignificationem habere in lingua Iſmaëlitica, id eſt Arabica. Id nobis tamen, etſi diligenter inquirentibus, hactenus conſtare non potuit. Lexicographus Arabs tres dat verbi עבט عبط ſignificationes. prima eſt ذبح *mactare.* ſecunda نال *evenire.* ut عبطته الداهية *evenit ei calamitas.* Tertia eſt شق *lacerare, ut* عبط الثوب *lacerabit veſtem.* Recurrimus itaque ad linguam Æthiopicam, quæ ut paſſim, ita & hîc lucem adferre poſſe videtur. ſignificat ibi עבט *cogere*, & quidem ad iter, quod proprio vocabulo *angariare* dicitur. ponitur enim pro ἀγγαρεύειν Matth. 5. 41. & 27. 32. Hinc

vertò

verto, *Et non cogent itinera eorum*, i. non coguntur itinera eorum: ſicut, *hac nocte tollent animam tuam*, ponitur pro *hac nocte tolletur anima tua*, phraſi Hebræis familiariſſima. Explicare videtur quod jam dixerat, quemque iturum in ſuis viis. quod fieri non poſſet, ſi ab aliis angariarentur. qui enim angariabantur, non erant ſui juris, ut pro arbitrio viis ſuis inſiſterent, ſed angaros comitari, iiſque inſervire cogebantur. Non id, inquit, uſu veniet huic locuſtarum exercitui. quiſque in via ſua recta procedet, nemine cogente ut alioſum deflectere debeat. ſicut verſu ſequente, *Alius alium non impellet*, Et, *quiſque in calle ſuo ibit*. inter ſe opponuntur (ſi enim alius alium impelleret, non poſſet quiſque in calle ſuo procedere) ita & hîc, *Quiſque in via ſua ibit*, Et, *nemo angariabit itinera eorum*, inter ſe opponuntur. ſi enim ab aliis angariarentur, à viis ſuis diverterentur. Ut autem hanc Æthiopicam ſignificationem non longe ab uſu, quem verbum עבט in lingua Hebræa habet, abeſſe doceamus, ſciendum, angariationem fuiſſe actionem, qua angariati uſum ſui, ſuorum ſervorum, jumentorum & curruum angaris concedere, adeoque ad tempus in eorum poteſtatem tranſire cogebantur. ſic apud Hebræos עָבַט in Kal *oppignerari*, eſt paſſio qua res quædam pignoris loco tranſit ad tempus in uſum & poteſtatem creditoris. Et in Hiphil הֶעֱבִיט *oppignerare*, eſt actio, qua creditor rem proximi cogit pignoris loco in ſuam ad tempus poteſtatem & uſum tranſire.

ANIMADVERSIONES

In loca difficiliora

A M O S.

Cap. I. Vers. 3.

Ob tres prævaricationes Damaſci & ob quatuor לֹא אֲשִׁיבֶנּוּ quidam vertunt, *non avertam eum* nempe חֲרוֹנִי *furorem meum*. ut ſit relativum ſine antecedente. Alii malunt affixum referri ad Damaſcum, ut ſenſus ſit, non convertam eam ad miſericordiam meam. Sed דמשק Damaſcus procul dubio eſt Fœminini generis. nec ſatis rectè infra verſ. 13. affixum hoc ſingularis numeri refertur ad filios Ammon. Junius itaque maluit reddere, *non avertam iſtud*, nempe quod verſ. ſequenti minatur Deus. Quia autem affixa ad præcedens ſemper rectius referuntur quam ad ſequens, videant eruditi, an non referri queat ad הָרַעַשׁ *terræ motum*, quem verſ. 1. minatus erat Deus, intra biennium futurum. hic motus, inquit, certo eſt eventurus, neque avertam eum propter triplicia & quadruplicia peccata Damaſci, Gazæ, Tyri, Edom, Ammonitarum, Moabitarum, Judæorum, Iſraëlitarum.

Cap. III.

Vers. 5. הֲתִפֹּל צִפּוֹר עַל פַּח הָאָרֶץ וּמוֹקֵשׁ אֵין לָהּ. Fortaſſis ſenſus eſt, *An cadet avis propter laqueum in terram, niſi laqueus ſit ei?* Id eſt, Quum avis ſurſum volatura impeditur à laqueo, & ab eo premitur, ut in terram cadere cogatur, nonne id certum ſignum eſt, eam jam teneri laqueo? Sic tu Iſraël, quandoquidem jam in caſu es, collige inde te jam laqueo divini judicii implicatum.

Cap. IV.

Vers. 1. *Audite verbum hoc vaccæ Baſan, quæ eſtis in monte Samariæ*, הָעֹשְׁקוֹת דַּלִּים הָרֹצְצוֹת אֶבְיוֹנִים הָאֹמְרוֹת לַאֲדֹנֵיהֶם הָבִיאָה וְנִשְׁתֶּה, *quæ opprimunt tenues, quæ confringunt pauperes, quæ dicunt Domino ſuo, adfer ut bibamus.* Domino ſuo, id eſt Deo ſuo. ideo ſequitur verbum ſingulare, adfer ut bibamus. arguuntur primo crudelitatis in pauperes. deinde profanæ luxuriæ, quod non in aliud precibus ſuis Deum ſollicitent, quam ut adferat quod bibant. quod & Apoſtolus Jacobus cap. 4. v. 3. perſtringit, αἰτεῖτε καὶ οὐ λαμβάνετε, διότι κακῶς αἰτεῖσθε, ἵνα ἐν ταῖς ἡδοναῖς ὑμῶν δαπανήσητε.

Vers. 3. *Et per rupturas exibitis, quæque è regione ſui*, וְהִשְׁלַכְתֶּנָה הַהַרְמוֹנָה, Junius, *ac abjicietis quæ* erunt *in palatio*. accepit הַהַרְמוֹנָה pro אֲשֶׁר בְּהַרְמוֹנָה. at vero rarum ſatis eſt, ה præfixum pro relativo pronomine. deinde ה finale non notat hîc fœmininum genus, ſed He locale. quia accentus penultimam Syllabam afficit, non ultimam ut in nominibus fœminini generis. Laudo itaque Pagninum, qui vertit, *Et conjicietis vos in palatium*. Græcè ad verbum verto, καὶ ἀποβαλεῖτε πρὸς τὰς βασιλικάς. Sicut Marc. 14. 72. de Petro proripiente ſe ex aula Pontificis dicitur, καὶ ἐπιβαλὼν ἔκλαιε. neque aliter ἀποβάλλειν accipitur 1 Maccab. 4. 2.

4. 2. 2 Maccab. 12. 9. 13. & 13. 15. & 15. 1. nec dubito quin id Hellenistæ ex Hebræo הַשְׁלִיךְ desumserint, quod intransitivè hîc usurpatur pro ὁρμᾶν *ruere*. quod est, cum impetu conjicere se versus locum aliquem.

Vers. 6. וְגַם אֲנִי נָתַתִּי לָכֶם נִקְיוֹן שִׁנַּיִם. Vulgata versio est, *Et etiam ego dabo vobis mundiciem dentium*. non repugno: sensus enim satis elegans est. solummodo moneo, congruè etiam verti, dabo verbis vacuitatem dentium, Belgicè, **Jck sal u geven ledigheydt der tanden:** ut non habeant quo repleantur & occupentur. נָקָה enim propriè significat *vacuum esse*. unde Esa. 3. 26. וְנִקָּתָה Chald. ותתרוקין *& evacuabitur*, nempe terra viris aut incolis suis. Hinc *vacuum esse sordibus*, i. mundum esse. Item *vacuum esse crimine*, i. innocentem esse. Et *vacuum esse pœna*, i. impunem esse. Hinc procul dubio est, quod נִקְיוֹן שִׁנַּיִם Jonathan verterit אקהיות, Lxx. eodem sensu γομφιασμὸν, Vulgatus *stuporem dentium*. vacuitatem nempe intellexerunt, non à cibo, sed à sensu, qui stupor est.

Vers. 9. *Ficus vestras & oleas comedet* הַגָּזָם *eruca*. locustæ species noxia frugibus. à גזם quod in lingua Æthiopica significat *exscindere*. ut Matth. 7. 19. pro ἐκκόπτε[ται] Æthiopicus habet יתגזם. Verba autem Prophetæ hîc sunt, הַרְבּוֹת גַּנּוֹתֵיכֶם וְכַרְמֵיכֶם וּתְאֵנֵיכֶם וְזֵיתֵיכֶם יֹאכַל הַגָּזָם ubi variis aliorum interpretationibus addimus, הַרְבּוֹת construi posse cum יֹאכַל *multiplicando comedet*, id est multum comedet. ac nisi accentus segolta obstaret, commodissime jungeretur præcedenti verbo, *Percussi vos uredine & rubigine multiplicando*, id est multum.

Cap: V.

Vers. 7. וּצְדָקָה לָאָרֶץ הִנִּיחוּ Laudo Junium qui vertit, *Et justitiam humi collocant*. sic accipio illud Esa. 42. vers. 4. עַד יָשִׂים בָּאָרֶץ מִשְׁפָּט *donec ponat in terra judicium*, id est *donec prosternat condemnationem*. de quo pluribus egimus ad Matth. 12. vers. 20. in terra ponere, vel humi collocare, est abolere.

Vers. 16. וְקָרְאוּ אִכָּר אֶל־אֵבֶל וּמִסְפֵּד אֶל־יוֹדְעֵי נֶהִי׃ Verti solet, *Et vocabunt agricolam ad luctum, & ad planctum peritos lamentandi*. ut hypallage sit in posteriori membro, pro וְאֶל־מִסְפֵּד יוֹדְעֵי נֶהִי. sed nescio an sit necessarium. videtur enim אֶל aliam constructionem formare in posteriori membro atque in priori. In priori refertur ad rem ad quam quis vocatur. in posteriori ad personam cui quid acclamatur, seu vocando significatur & indicitur. quomodo & alibi verbum קָרָא construitur. ut Deut. 20. 10. קָרָאתָ אֵלֶיהָ לְשָׁלוֹם *clamabis ad eam pacem*, id est acclamabis ei pacem. Ezech. 36. 29. וְקָרָאתִי אֶל־הַדָּגָן *& clamabo ad frumentum*. i. acclamabo frumento. Ita hoc loco, *Et clamabunt agricolam ad luctum, & planctum acclamabunt peritis lamentandi*.

Vers. 26. Quæritur quid hîc sit כִּיּוּן. Aben Esra notat, ex lingua Arabica & Persica constare, stellam *Saturni* appellari כֵּיוָאן. rectè. Nam in Etymologico quodam Persico-Turcico, cui nomen دانستن Danistam, quod Cl. vir Jacobus Golius ex Oriente secum attulit, in capite primo ubi enumerantur stellarum nomina, vidimus recenseri כֵּיוָאן كَيْوَان pro *Saturno*. Et in lexico Arabico, cui nomen Camus, كيون כִּיוּן explicatur رَجُل ممنوع *vir rigidus & austerus* propriè *prohibitus*, ad quem accessus quasi est prohibitus ob morositatem & morum difficultatem, cujusmodi apud Ethnicos depingitur Saturnus. neque apud Astrologos planetarum ullus inclementior Saturni. Posset itaque totus versus sic transferri. *Et portastis tabernaculum Molochi vestri, & Saturnum præcipuam imaginem vestram, stellam Dei vestri, quem* (aut quæ) *fecistis vobis*. צַלְמֵיכֶם verto *præcipuam imaginem vestram*. usitatum enim id est Hebræis ut rem excellentem & eminentem per plurale efferant. ut חָכְמוֹת *summa sapientia*. potest tamen etiam verti, *Et cum Saturno imagines vestras*. אֵת pro *cum*. Cur autem Saturnus כִּיוּן dictus, vide in notis nostris ad Act. 7. 43.

Cap. VI.

Vers. 1. *Væ tranquillis in Tsion, & confidentibus in monte Samariæ*. נְקֻבֵי רֵאשִׁית הַגּוֹיִם וּבָאוּ לָהֶם בֵּית יִשְׂרָאֵל. Solent Interpretes נקבי & להם referre ad montes Tsionis & Sa-

Samariæ, Malumus referre ad tranquillos & confidentes, ac toto versu describi putamus aulicos ac potentiores utriusque regni, Judaici & Israëlitici. Deinde sunt qui vertunt, *Nominatis principium gentium.* Junius, *Nominatis præcipuum suarum gentium.* Suarum non est in Hebræo. neque existimamus formam constructam in נקבי permittere, ut ראשית vertatur in Nominativo. Ad verbum est, *nominatis principalitatis gentium*, vel *celebratis præcipuarum gentium*, id est qui autoritate ac potestate adeo eminetis, ut & inter præcipuas gentes nomina vestra celebrentur, & tota domus Israël ad vos veniat. רֵאשִׁית הַגּוֹיִם est sicut infra vers. 6. רֵאשִׁית שְׁמָנִים *præcipua unguenta.*

VERS. 3. הַמְנַדִּים לְיוֹם רָע. Vertitur, *qui elongatis diem malum*, vel *diem mali.* rectè quia ut apud Syros, sic & Hebræos ל sæpe notat Accusativum. dispiciatur tamen, an non verti etiam possit, *qui elongatis malum in diem.* id est, qui nunquam præsens vobis vultis esse malum, sed semper de die in diem propellitis.

VERS. 4. וּסְרֻחִים עַל עַרְשׂוֹתָם, *& luxuriosi sunt in spondis suis.* significat petulantes, lascivos, qui mollitie & voluptatibus diffluunt, nec modum servant. apud Hebræos סָרַח est *redundare, superfluere.* apud Chaldæos etiam *fœtere.* apud Syros reperimus ܡܣܪܚ in Ephremi operibus pro *corrumpere.* ܡܣܪܚܐ *corruptus.* Sunt ergo qui Græcis ἄσωτοι dicuntur, homines intemperantes, luxuria abundantes, eaque fœtidi & corrupti.

CAP. VIII.

VERS. 8. הַעַל זֹאת לֹא תִרְגַּז הָאָרֶץ וְאָבַל כָּל־יוֹשֵׁב בָּהּ וְעָלְתָה כָאֹר כֻּלָּהּ וְנִגְרְשָׁה וְנִשְׁקְתָה כִּיאוֹר מִצְרָיִם׃ Difficile est secundum hujus versus membrum. כָאֹר poni per syncopen pro כַּיְאֹר patet ex cap. 9. vers. 5. vel ut alii distinguunt ex eodem cap. vers. 19. ut & ex eodem loco patet נִשְׁקְתָה mendum esse pro נִשְׁקְעָה. sed & sic tamen difficilis satis utriusque loci sensus est: & varias habet uterque interpretationes. nos hunc sic interpretamur. *An propter hoc non tremeret terra? & lugeret omnis habitans in ea? auferetur tanquam fluvio tota, & expelletur, & submergetur tanquam fluvio Ægypti.* Eodem sensu capio v. 5. capitis sequentis. sæpe enim עָלָה metaphora à vaporibus desumpta, qui ascendentes auferuntur & evanescunt, *auferri* & *evanescere* significat. ut Jer. 48. 15. *Vastatus est Moab, & urbes ejus* עָלָה *ascenderunt*, Targum חרבא *vastatæ sunt.* sic Psal. 102. 25. אַל תַּעֲלֵנִי *ne tollas me in medio dierum meorum.* in כָאֹר autem & in כִּיאוֹר subintelligo ב instrumenti, quo nihil Hebræis usitatius. Quod si in primo loco velimus כָּאֹר legere secundum τὸ Ketib. sic verto, *Ascendat* (vel etsi *ascenderet*) *tanquam lux tota, expelletur & submergetur tanquam fluvio Ægypti.* Id est, quamvis splendidissimam se instar ascendentis lucis ostentaret, expelletur tamen, & tanquam inundante Nilo submergetur. quæ sane interpretatio mihi non displicet. & quum ubique, ubi sensus & Grammatica non arguunt manifestum mendum, τὸ כתיב præferendum censeam τῷ קרי, hîc quoque anteferrem. præsertim cum versu sequenti eam lucis metaphoram plenius explicet. *Efficiam ut sol occidat pleno meridie, & obtenebrabo terram die lucido.*

VERS 14. וְחֵי דֶּרֶךְ בְּאֵר שָׁבַע׃ Junius, *& vivit* Deus *viæ Beerschebahi.* In notis Vatabli, *& vivit* idolum ad quod itur *viâ Beerseba.* Malim simpliciter, *Et vivit via* (id est religio) *Beersebæ.* quo modo & apud Arabes مَذهَب, quod propriè *locum per quem itur* significat, pro *religione, secta, cultu*, vel *hoc aut illo colendi Dei modo* passim sumitur. sicut & Act. 9. v. 2. *si quos inveniret* τῆς ὁδοῦ ὄντας *qui hujus viæ essent*, id est hujus religionis.

CAP. IX.

VERS. 1. הַךְ הַכַּפְתּוֹר וְיִרְעֲשׁוּ הַסִּפִּים וּבְצַעַם בְּרֹאשׁ כֻּלָּם וְאַחֲרִיתָם בַּחֶרֶב אֶהֱרֹג. Pagninus וּבְצַעַם vertit *& in frusta concidam eos.* puto enim pro Infinitivo habuisse, & hunc pro futuro, sicut sequitur futurum אהרוג *occidam.* Junius *divide eos*, per Imperativum. utroque modo anomalum est. Si enim pro Infinitivo sumas, anomalum in fine est pathach pro camets. Si pro Imperativo, anomalum pathach idem pro tsere. Porro, בְּרֹאשׁ כֻּלָּם non verto *in capite omnium*, sed *concide eos in capite omnes.*

VERS. 10. לֹא תַגִּישׁ וְתַקְדִּים בַּעֲדֵינוּ הָרָעָה. Solent hæ transitivæ conjugationes intransitivè

præter morem explicari, *non appropinquabit neque veniet super nos malum.* Vide Pagninum, Junium, Vulgatum, Græcos, Vatabli notas &c. Verto tamen, *Ne admoveas, neque adducas super nos malum.* invehitur in profanos, qui quo secure & sine interruptione in peccatis degerent, tantum sibi in Deum imperii sumebant, ut & prohibere auderent, ne indictum malum admoveret & immitteret.

Vers. 12. לְמַעַן יִירְשׁוּ אֶת שְׁאֵרִית אֱדוֹם. Verto, *Ut possideant reliquiæ Edom.* causam versionis, & pleniorem totius loci explicationem damus in notis nostris ad Act. 15. 17.

ANIMAVERSIONES

In loca difficiliora

ABDIÆ.

Vers. V.

אִם גַּנָּבִים בָּאוּ־לְךָ אִם שֹׁדְדֵי לַיְלָה אֵיךְ נִדְמֵיתָה הֲלֹא יִגְנְבוּ דַּיָּם אִם בֹּצְרִים בָּאוּ לָךְ הֲלֹא יַשְׁאִירוּ עֹלֵלוֹת. Nihil hîc necesse videtur cum Cl. Junio συμπλοκὴν verborum statuere. verto ad verbum, *Si fures venerunt ad te, si prædones nocturni, quomodo excîsus es? an non debebant furari sufficientiam suam? si vindemiatores venerunt ad te, an non debebant relinquere racemationes?* Calamitatem futuram tanquam jam factam minatur, multo majorem quam quæ à nocturnis furibus aut vindemiatoribus proficiscitur. Nocturni enim fures non plus quam quod sibi sufficit furantur, relictis reliquis quæ auferre aut temporis ratio, aut vires ipsorum non patiuntur. vindemiatores non sic arva nudant, quin racemandum aliquid relinquant. Longe major tua est, ô Edom, calamitas. Nam si furum instar & nocturnorum prædonum se habuerunt, qui te aggressi sunt, quomodo ita excîsus est? an non sufficisset capere quod satis erat, non autem plane excîdere? si vindemiatorum instar se habuissent, nonne racemationem aliquam residuam facere oportebat? at jam nihil tibi reliquum.

Vers. 7. עַד הַגְּבוּל שִׁלְּחוּךָ כֹּל אַנְשֵׁי בְּרִיתֶךָ הִשִּׁיאוּךָ יָכְלוּ לְךָ אַנְשֵׁי שְׁלֹמֶךָ לַחְמְךָ יָשִׂימוּ מָזוֹר תַּחְתֶּיךָ אֵין תְּבוּנָה בּוֹ׃ Ad verbum verto, *Usque ad terminum deduxerunt te omnes viri fœderis tui: imposuerunt tibi, prævaluerunt tibi viri pacis tuæ, panis tui: posuerunt vulnus sub te, ad quod non est animadversio.* Sensus esse videtur: Migrantem te in captivitatem, usque ad terminum regionis tuæ deduxerunt confœderati tui, ut amicus amicum abeuntem solet, at imposuerunt tibi &c. Nisi forte הַגְּבוּל absolutè hîc sumatur, sicut sæpe الأَجَل *terminus* apud Arabes absolutè pro termino vitæ seu morte. ad mortem deduxerunt vel dimiserunt te ipsi confœderati tui, quibus tu fisus es, sed verba dederunt tibi, & prævaluerunt tibi qui pace tua & pane tuo fruebantur. *vulnus posuerunt sub te, non animadvertendum.* puto אֵין תְּבוּנָה בּוֹ explicare quod antecessit תַּחְתֶּיךָ. ut sensus sit, Vulnus tibi moliti sunt, non apertè, ut prævidere & cavere posses, sed laquei instar sub te posuerunt, sic ut ipsemet vulnus tuum calcaris, nec ad id animadvertere vel attendere potueris. Notum est nomina sæpe construi ad modum verborum. sicut ergo verbum הֵבִין construitur cum ב, & significat passim *attendere, animadvertere*, sic hoc loco eodem sensu תְּבוּנָה construitur.

Vers. 16. כִּי כַּאֲשֶׁר שְׁתִיתֶם עַל־הַר קָדְשִׁי יִשְׁתּוּ כָל־הַגּוֹיִם תָּמִיד וְשָׁתוּ וְלָעוּ וְהָיוּ כְּלוֹא הָיוּ׃ Nolim cum Junio כַּאֲשֶׁר hîc vertere *quando.* ex v. enim præcedenti liquet similitudinem & paritatem hîc innui. Verba satis clara sunt, *Quia sicut bibistis in monte sanctitatis meæ, sic bibent omnes gentes jugiter, bibent inquam & absorbebunt, & erunt quasi non fuissent.* Sed sensus non usque adeo liquidus. quidnam bibent omnes gentes? substantiam tuam, inquit Vatablus. quia v. præcedenti dictum est, *fiet tibi, sicut fecisti.* tu exhausisti Judæorum substantiam, aliæ quoque gentes exhaurient tuam. Junius videtur referre ad poculum iræ Dei, ut sensus sit, quando tu satis biberis in monte sanctitatis meæ, tum non tu tantum, sed & omnes gentes bibent è poculo iræ meæ. Sed alium videtur sensum arguere versus præcedens. quum enim Edomæis & omnibus gentibus propinquum diem Domini minatus esset, ac fore ut idem ipsis contingeret quod Ecclesiæ fecissent, videtur id omnino postulare, ut nunc sensus sit, sicut vos & aliæ gentes bibistis & deglutivistis populum meum in monte meo sancto, sic vicissim

omnes gentes bibentur & deglutientur. יָשְׁתוּ & וְלָעוּ & וְשָׁתוּ sumo impersonaliter. כָּל הַגּוֹיִם in accusandi casu, non in nominandi. sicut in Euangelio, *hac nocte* ἀπαιτοῦσι *auferent animam tuam*, id est auferetur anima tua. Sic hoc loco, *bibent omnes populos, bibent inquam & absorbebunt*, i. bibentur omnes populi, epotabuntur & absorbebuntur, *eruntque quasi non fuissent.* Belgicè, **Soo sal men alle heydenen gestadelicken drincken/ men salse drincken ende opslorpen/ ende sy sullen zyn als offe niet geweest en waren.** plane enim absorpti erunt.

VERS. 19. וְיָרְשׁוּ הַנֶּגֶב אֶת־הַר עֵשָׂו וְהַשְּׁפֵלָה אֶת־פְּלִשְׁתִּים. Omnino laudo Veterem Interpretem, qui הַנֶּגֶב & הַשְּׁפֵלָה accepit Nominativo casu, ac vertit, *Et possidebunt qui ad austrum sunt montem Esau, & qui in campestribus, Philistæos.* ut eadem sit constructio cum וּבִנְיָמִן אֶת הַגִּלְעָד, *Et Benjamin possidebit Gilead.* Qui ad austrum vel meridiem sunt, videntur esse Judæi propriè dicti, quibus Judæ tribus cesserat, regio terræ Canaan meridionalis, & montibus Esau sive Seir ad meridiem contermina. Ab hac rectè distinguitur השפלה planicies, ea nempe terræ Canaan pars, quæ respectu Judææ plana erat & campestris. erat enim Judæa maximam partem montosa, adeoque siccior & aridior, & verè נֶגֶב. ea etenim vox propriè siccam & aridam terram denotat.

ANIMADVERSIONES

In loca difficiliora

J O N Æ.

CAP. I. VERS. V.

Et conjecerunt vasa quæ erant in navi in mare לְהָקֵל מֵעֲלֵיהֶם. non refero affixum ad vasa, sed ad nautas. ac verto ad verbum, *ut allevarent à super se.* sicut infra vers. 11. *ut sileat mare* מֵעָלֵינוּ *à super nos.* & vers. 12. מֵעֲלֵיכֶם *à super vos.* id est, à discrimine sibi, nobis, vobis impendenti. quæ simpliciter per dativum reddi possunt, *ut allevarent sibi. ut quiescat mare nobis. & quiescet mare vobis.*

CAP. II.

VERS. 7. הָאָרֶץ בְּרִחֶיהָ בַעֲדִי לְעוֹלָם. Constructio est qualis in יְהוָה בַּשָּׁמַיִם כִּסְאוֹ *Dominus in cælo thronus ejus*, id est thronus Domini in cœlo. Sic hoc loco, *Terra vectes ejus*, i. *Terræ vectes super me* erant *in seculum.* id est, concluserant me ne elabi possem unquam. בַּעֲדִי accipitur sicut Gen. 7. 17. וַיִּסְגֹּר יְהוָה בַּעֲדוֹ *& conclusit Dominus super ipsum.* sic & 2 Reg. 4. 4.

VERS. 9. מְשַׁמְּרִים הַבְלֵי שָׁוְא חַסְדָּם יַעֲזֹבוּ. Aliorum interpretationibus, & Vatabli notis addo, verti etiam posse, *Qui observant vanitates mendacii, pietatem suam deserunt.* חֶסֶד *pietatem* etiam Hos. 6. 4. exposuimus, ut passim חָסִיד ὅσιος *pius.* quod si יַעֲזֹבוּ non construas cum מְשַׁמְּרִים, sed indefinitè & quasi impersonaliter accipias, qualia exempla sunt Job. 7. 3. Neh. 2. 7. & alibi passim, verti poterit, *Qui observant vanitates mendacii, misericordiam eorum deserent*, id est misericordia eorum deseretur, nemo ipsorum misereri volet. vel per Imperativum *deserant*, id est, nemo ipsorum miserescat.

CAP. IV.

VERS. 8. *Ventum Orientalem* חֲרִישִׁית quidam *calidum & urentem.* posito שׁ pro ס aut ס. est enim חֶרֶשׂ *testa*, sic dicta ab ariditate. חֶרֶס *Sol.* item *prurigo*, scabies sicca & urens. Alii *tenuissimum*, quasi *silentem*, à חָרַשׁ *obmutuit.* alii *vehementem*, quasi surditatem inducentem. à חָרַשׁ *surdescere.* Monemus in lingua Arabica حرش חָרַשׁ significare, *asperum, durum, ferocem esse* احرش אַחְרַשׁ & حريش חַרִישׁ *asper, durus, ferox.* hinc verti posset, *ventum Orientalem asperum.* sic ut duplex incommodum ex emortua cucurbita senserit Jonas. primum quod ab asperitate venti Orientalis minus esset tutus. alterum quod ab æstu solis læderetur.

ANIM-

ANIMADVERSIONES
In loca difficiliora
MICHÆ.

CAP. I. VERS. 5.

מִי פֶשַׁע יַעֲקֹב הֲלֹא שֹׁמְרוֹן וּמִי בָּמוֹת יְהוּדָה הֲלֹא יְרוּשָׁלִָם. *Quis est prævaricatio Jacobi? an non Samaria? & quis est excelsa Judæ? an non Jerusalem?* Præuaricatio & excelsa Metonymicè dicuntur pro causa prævaricationis & excelsorum. non malè autem ad מִי *quis* pronomen interrogativum personæ, respondet Samaria & Jerusalem. per duas enim istas urbes regias, intelliguntur duarum istarum urbium, adeoque duorum istorum regnorum rectores, à quibus ad plebem derivabatur idololatria. sicut & Matth. 23. v. 37. *ô Jerusalem, Jerusalem, quæ occidis Prophetas* &c. Posset quoque hîc statui aposiopesis, exprimens irati Dei affectum. *quis prævaricationem Jacobi? an non Samaria? & quis excelsa Judæ?* supple causatus est. *an non Jerusalem?*

VERS. 10. בְּבֵית לְעַפְרָה עָפָר הִתְפַּלָּשְׁתִּי. Pleonasmus est in בְּבֵית לְעַפְרָה pro בְּבֵית עַפְרָה. cujus & alibi exempla similia. ut 1 Paral. 23. 28. וְעַל טַהֲרַת לְכָל־קֹדֶשׁ *& in purgatione omnis rei sanctæ.* pro כָּל־קֹדֶשׁ. Porro τὸ Keri est הִתְפַּלָּשִׁי *voluta te*, quod video omnes sequi. At τὸ Kethif est הִתְפַּלָּשְׁתִּי *volutavi me.* quod non video, cur rejiciatur. sensus esse potest, Nolite calamitatem populi Dei annunciare in Gath, neque publico fletu deflere, ne risui sitis hostibus vicinis. sed meo exemplo discite quomodo vos geratis, qui me in domum Ophræ abdidi, ibi qui me in pulvere volutavi.

CAP. II.

VERS. 4. בַּיּוֹם הַהוּא יִשָּׂא עֲלֵיכֶם מָשָׁל וְנָהָה נְהִי נִהְיָה אָמַר שָׁדוֹד נְשַׁדֻּנוּ חֵלֶק עַמִּי יָמִיר אֵיךְ יָמִישׁ לִי לְשׁוֹבֵב שָׂדֵינוּ יְחַלֵּק: Plerique interpretes נִהְיָה sumunt pro nomine substantivo à נָהָה. ut וְנָהָה נְהִי נִהְיָה sit, *& lamentabitur lamentum lamenti*, id est, ut Junius habet, *lamentum summum.* sed quia nusquam alibi ita usurpatur, ubique autèm est præteritum Niphal ab הָיָה, hîc quoque ita acciperem, & verterem. *In die illo assumet super vobis parabolam, & lamentabitur* (lamentator) *lamentum; factum est, dicet, vastando vastati sumus.* &c. moneo נָהָה & יִשָּׂא impersonaliter sumi, pro more Hebræorum, ut & אָמַר. quomodo rectè exposuit vulgata nostra Belgica versio, quæ & נִהְיָה eodem modo accepit ut nos. rectissimè meo judicio. reliqua minus bene. Melius ea Junius. nec malè Genevenses. nobis non tantum quæ diximus, sed & יָמִיר & יָמִישׁ & יְחַלֵּק impersonalia videntur. Totum versum Belgicè sic reddo, **In dien dagh salmen over u een spreeckwoort nemen / ende een clachte klaghen: 't is gedaen / salmen seggen / wy zyn t'eenemael verwoest. men verandert het erfdeel mynes volcks: hoe ontneemt men my dat? deylt men onse landen uyt / om die weder te geven?**

VERS. 6. אַל תַּטִּפוּ יַטִּיפוּן לֹא יַטִּפוּ לָאֵלֶּה לֹא יִסַּג כְּלִמּוֹת: Plerique Interpretum volunt, hæc esse verba partim populi idololatrici ad Prophetas Dei, partim Dei ad populum idololatricum. sed ubinam verba Dei incipiant, dissentiunt. Alii enim volunt, verba populi esse אַל תַּטִּפוּ יַטִּיפוּן *ne stillate*, vos Prophetæ Dei, *stillent*, hi nostri Prophetæ. reliqua esse verba Dei, *non stillabunt istis*, i. vobis Prophetæ vestri. Alii volunt populi verba tantum esse אַל תַּטִּפוּ *ne stillate.* Deum contra regerere, imo *stillabunt, sed non stillabunt pro istis* i. pro vobis. Malumus omnia esse verba Dei vel Prophetæ ad falsos prophetas, *ne stillate: stillarent? non stillabunt istis. non recedent ignominiæ.* לֹא יִסַּג כְּלִמּוֹת, id est דָּבָר כְּלִמּוֹת. Si scriptum esset לֹא יַסֵּג, planior esset sensus, *non removebit ignominias*, nempe Deus. Cum præcedentibus sic connecto. Dixerat mutatam esse portionem populi, & amotos agros ac divisos, itaque neminem fore qui projiciat funem in sortem in congregatione Dei. Inde sequebatur, cessandum deinceps Prophetis hujus populi, à prophetando, quia nulla ipsis amplius sors in congregatione Domini. dicit itaque, *ne stillate.* sed quia magna erat ipsorum audacia, addit, *stillarentne? non stillabunt istis.* non prophetabunt amplius populo huic ingrato & rebelli, quia decreta est in eos perpetua ignominia à Deo, quæ non recedet. Possent omnia verba etiam de veris Prophetis intelligi, hoc modo, Ne stillate, vos mei Prophetæ. quid? tantone beneficio hunc populum

afficerem, ut Prophetæ mei ipsis stillarent? non stillabunt istis, isti populo ingrato, ne recedat ignominia, quæ recedere non debet. Sed præferimus priorem sententiam ob versum sequentem.

Vers. 7. *O quæ diceris domus Jacob? an abbreviatus est Spiritus Domini? an hæc sunt opera ejus?* הֲלֹא דְבָרַי יֵיטִיבוּ עִם הַיָּשָׁר הוֹלֵךְ non verto, *An non verba mea profutura essent cum eo qui rectè ambulat?* tum enim ה Emphaticum præponi debuisset participio הוֹלֵךְ, & situs dictionum transponendus, hoc modo, עִם הַהוֹלֵךְ יָשָׁר *cum eo qui ambulat rectus.* sicunt passim in Psalmis הוֹלֵךְ תָּמִים *qui incedit integer.* הוֹלֵךְ רָכִיל *qui incedit detractor.* verto itaque, *An non verba mea bona sunt*, nempe, *cum recto ambulat?* Propheta est qui loquitur, quique populum Dei increpat quod falsis Prophetis aurem præbuerit, ac causam reddit cur versu præcedenti prophetandi munus ipsis interdixerit. quid enim, inquit, an Spiritus Domini est abbreviatus, quod eum per veros Prophetas loquentem aspernati, alienum spiritum sectemini? an illa, quæ vos nempe facitis, sunt opera Dei, an vero Diaboli ac vestri ingenii? an non possunt placere vobis verba mea, quum dixi vobis, Deum cum rectis incedere? vel sic: *an non placebunt verba mea*, quæ per Spiritum Dei vobis protuli? placerent si recti essetis: nam *cum recto Deus ambulat.* Observandum autem יטב in hiphil non tantum esse transitivum, sed & intransitivum. ut Nah. 3. 6. הֲתֵיטְבִי מִנֹּא *an melior es Alexandria?* quamvis & hoc Kal esse queat, pro תִּיטְבִי· sed hiphil est 1 Sam. 20. 13. כִּי יֵיטִב *quum placuerit patri meo malum contra te.* ita & hoc loco הֲלֹא דְבָרַי יֵיטִיבוּ *an non verba mea placent? an non bona videntur?* quod si & hîc transitivè velis accipi, referri potest ad præcedens מַעֲלָלָיו· ut sensus sit, An non opera Dei verba mea bona faciunt? an non probant, bene à me dictum esse, Deum cum rectis ambulare? vel, *an non verba mea grata reddent?* sane reddent, si recti sitis. nam *cum recto Deus ambulat.*

Vers. 8. וְאֶתְמוּל עַמִּי לְאוֹיֵב יְקוֹמֵם· Plerique אֶתְמוּל sumunt pro אֶתְמוֹל *Heri, antehac, nuper.* Vulgatus vertit *è contrario*, quasi compositum sit ex אֵת & מוּל *contra.* quod aptissimum hîc facit sensum. quia tamen alibi non reperimus, אֶתְמוּל autem pro אֶתְמוֹל etiam Esa. 30. 33. extet, hoc sequimur. porro יְקוֹמֵם, quod ut conjugationis, ita ubique significationis est transitivæ, hic solum intransitivè accipiunt Interpretes, pro יָקוּם *stat*, vel *insurgit*, vel surrexit. retinemus potius usitatam significationem transitivam, & vertimus, *An dudum populus meus in hostem* eum *erigit*, vel *constituit.* ut sensus sit, non quadrat populo meo quod dixi, Deum cum rectis ambulare. contra enim populus meus jam dudum sibi Deum in hostem erexit, & adhuc erigit. causam pergit explicare, מִמּוּל שַׂלְמָה אֶדֶר תַּפְשִׁטוּן quod vertimus, *è propinquo pallii togam detrahitis.* notandum discrimen inter שַׂלְמָה & שַׂלְמָה אֶדֶר *vestis*, quæ in Nov. Test. ἱμάτιον dicitur, & pro pallio suprema veste usurpatur, non est vestis fixa sive corpori adaptata, sed laxa & fluida, quam non induunt, sed corpori injiciunt. ubi ad labores se accingunt, abjiciunt, finito labore resumunt. dormituri se totos ei, etiam caput involvunt. æstate adversus radios solis, hyeme adversus vim frigoris munimento est, & noctu stragulæ vicem tenet. vestis quædam est universalis, plurimos usus habens, ac propterea absolutè שַׂמְלָה ἱμάτιον *vestis* appellatur. talis erat illa שַׂמְלָה *vestis.* qua Sem & Japheth tegebant pudenda patris, Gen. 9. vers. 21. Talia ἱμάτια, quæ testes Stephanum lapidaturi deponebant ad pedes Saulis, Act. 7. 58. אֶדֶר autem vel אַדֶּרֶת est στολὴ *stola*, vestis decora, corpori adaptata, & ad talos usque demissa, quæ ad lumbos accingebatur, & decorem magnificentiamque viri exhibebat. מִמּוּל est *à coram, è propinquo, è contiguo.* Lxx. מוּל vel אֶל מוּל sæpe per πλήσιον *propè*, non raro per ἐχόμενον *contiguè* reddunt: Sensus esse videtur, vos avaritiæ vestræ usque adeo indulgetis, ut non contenti pallium abstulisse, vicinam etiam & contiguam ei togam auferatis, & decore suo spolietis eos qui secure transeunt, & periculis belli erepti domum revertuntur. Possent autem fortasse & sic reddi, *At nuper populum meum hosti stitit*, nempe Deus qui cum rectis habitat. quæ sequuntur, possunt habere apostrophen ad hostes, *E contiguo pallii togam detrahite ab iis qui secure transeunt, & revertuntur à bello.* similiter vers. seq. *Uxores populi mei ejicite è domo oblectationum suarum, à parvulis earum auferte decus meum in perpetuum.* Prædictionem habet hæc interpretatio imminentis captivitatis. quæ clarius innuitur v. seq. 10. per apostrophen ad populum,

lum, *surgite, abite, nam non est hæc requies.* q. d. quandoquidem vos jam hosti stiti deprædandos, & una cum uxoribus parvulisque vestris expellendos, parate vos ad captivitatem, surgite, abite. etsi enim hæc terra Canaan in requiem vobis sit data, non est hæc amplius vobis requies.

Vers. 12. אֲשִׂימֶנּוּ כְּצֹאן בָּצְרָה כְּעֵדֶר בְּתוֹךְ הַדָּבְרוֹ תְּהִימֶנָה מֵאָדָם. Difficultatem parit plurale fœmininum תְּהִימֶנָה. Pagninus subintelligit urbes, *tumultuabuntur* urbes *præ hominibus*, id est, inquiunt notæ Vatabli, præ multitudine hominum in iis obsessorum. Junius refert ad שְׁאֵרִית יִשְׂרָאֵל *reliquias Israëlis*, de quibus ante eodem hoc versu. illæ *perstrepent præ* multitudine hominum. nos referimus ad צאן & עֵדֶר, quæ cum sint collectiva, & oves, pecus fœmineum, denotent. rectè cum plurali fœminino construuntur. Hinc vertimus, *Ponam eum sicut oves Bosra, sicut gregem ovium in medio caulæ suæ, quæ perstrepunt ab homine.* Id est, sicut oves in Bosra, ubi magna est earum copia, tumultuantur, & sicut eædem in caulam collectæ, intrante in eam homine, perstrepunt ac discursitant, pavidum scilicet pecus, & ne accessum quidem hominis sine timore ferens, ita colligam Israëlem, & collectum reddam pecori tumultuanti ac pavide perstrepenti similem. Unde autem pavor ille oriturus sit, docet vers. seq. *Ascendet effractor ante ipsos.*

Vers. 13. עָלָה הַפֹּרֵץ לִפְנֵיהֶם. *Ascendit effractor in conspectu ipsorum.* Assentior Cl. Junio, qui per effractorem non intelligit quosdam Israëlitarum muros urbium suarum effracturos, ut & sibi & fratribus suis fuga vitæ suæ consulere volentibus viam aperirent, sed hostes qui effractis muris ac portis urbes essent occupaturi. Ac similiter quæ sequuntur, פָּרְצוּ וַיַּעֲבֹרוּ שַׁעַר וַיֵּצְאוּ בוֹ וַיַּעֲבֹר מַלְכָּם לִפְנֵיהֶם וַיהוָה בְּרֹאשָׁם, *Effregerunt & transiverunt portam, & exiverunt per eam, & transivit rex eorum ante ipsos, & Dominus in capite eorum,* refero quoque, secus quam Junius & alii, ad hostes. etsi enim הַפֹּרֵץ sit singulare, quia tamen non de singulari persona, sed de exercitu hostili dicitur, rectè mutantur verba sequentia in pluralia. cur sic accipiamus facit potissimum finis versus, ubi Deus dicitur esse in principio eorum, aut in capite, quasi dux. Incommode id de Israëlitis, urbes suas deserentibus & fuga sibi consulentibus, intelligi videtur quippe quum deseruisse eos tum potius Deus, quam ducis instar in capite eorum versari dicendus sit. Commodissimè autem de hostibus, qui effractis portis per eas essent transituri ad occupandas urbes, & rursus per easdem securè exituri, ducente quidem eos rege, sed præcipuo duce ipso Deo, qui iratus suo populo, in capite esset adversus eos bellaturus.

Cap. IV.

Vers. 13. *Surge & tritura filia Sionis,* כִּי קַרְנֵךְ אָשִׂים בַּרְזֶל *nam cornu tuum ponam ferrum.* Vult Cl. Junius cornu hîc sumi, sicut 1 Sam. 2. 1. ubi Anna cornu suum exaltatum esse gloriatur. At isthic loci procul dubio metaphora desumpta est à cornibus boum aliorumque animalium, quæ in capite eminent, quibusque se tuentur. At hîc metaphora triturationis evincit, agi de cornu quod boves in pedibus habent, quo calcant & triturant, nempe de ungularum cornu, quod quo durius est, eo felicius & diutius triturant. sic cum tu filia Sionis ad triturandas gentes te accinges, sedulo nava operam, reddam enim cornu pedum tuorum instar ferri, ut & fortiter & diu calcare possis. quæ adduntur, commentarii vice sunt, וּפַרְסֹתַיִךְ אָשִׂים נְחוּשָׁה *& ungulas tuas ponam æs.*

Cap. V.

Vers. 2. וְאַתָּה בֵּית־לֶחֶם אֶפְרָתָה צָעִיר לִהְיוֹת בְּאַלְפֵי יְהוּדָה. Plerique vertunt, *Et tu Bethlehem Ephrata parva es ut sis inter millia Jehudæ.* & sensum esse volunt, Tu minor quidem es quam ut censearis inter millia Judæ, tamen ex te mihi exibit &c. Jonathan habet ואת בית לחם אפרתה כזער הויתא לאתמנאה באלפיא דבית יהודה, id est, *Et tu Bethlehem Ephrata fere fuisti, ut numerareris inter millia domus Judæ.* Drusius in parte altera annot. in Nov. Test. quò verba Prophetæ cum Matthæo conciliet, interrogativè accipit, *parva ne es ut sis inter millia Judæ?* id est, minimè parva es acutè sane & non rejiciendum. Addamus tamen & hanc interpretationem. *At te Bethlehem Ephrata, parvum est esse inter millia Judæ, ex te mihi exibit* &c. id est, adeo nequaquam es minima, ut etiam parva tibi res sit inter millia censeri, quum longe major sis: nam ex te mihi exibit &c. Primus Osiander verterat, *parum est ut sis inter Chiliadas.* quam ver-

versionem vehementer insectatur doctiss. vir Caninius, ac omnia profert loca, ut doceat צָעִיר & fœm. צְעִירָה nunquam significare *parum*, sed semper *parvulum* ætate aut dignitate. sumamus ergo pro re dignitate parvula, ut sensus sit, parvula res est, aut parvula dignitas est, ut sis &c. Instabit quis צָעִיר semper ad personam referri,& hominem parvulum significare, non rem. Resp. ad personam referri, quum significatione est masculinum. at quum Hebræi neutro genere careant,& pro eo nunc fœminino, nunc masculino utantur, non video cur non ut alia adjectiva, ita & hoc pro neutro genere sumi possit. ut 1 Reg. 12. 10. קָטָנִּי *minimum meum, minima mea res.* Gen. 2. 17. לֹא טוֹב *non est bonum.* ita hic צָעִיר *parvum, parva res est.* apud Syros radix hæc vilitatem & ignominiam significat. ut vertere possis, *vile, ignominosum est esse inter millia Judæ.* Ut autem connexio hujus versus cum præcedenti liqueat, provocat Ecclesia exercitum hostilem, tanquam triumphatura de eo per Christum. *Turmatim convenito filia turmæ. obsidionem ponit turma contra nos. percutiunt in maxilla judicem Israëlis.* At tu Bethlehem liberatorem nobis dabis. Porro Clar. Junius hîc בְּאַלְפֵי יְהוּדָה vertit, *in ducibus Jehudæ.* secutus Matthæum qui habet ἐν τοῖς ἡγεμόσιν Ἰȣδά. Nolim propterea à verbo recedere. nec laudo quod Jud. 6. 15. אַלְפִי verterit, *dux meus est pauperrimus inter Menaschitas*, pro *Chilias mea est pauperrima.* Sunt qui volunt Matthæum legisse בְּאַלֻּפֵי quod sonat *in ducibus.* dubito. quum ex Lxx. Interpretibus & Chaldæo constet, receptam Ecclesiæ Judaicæ lectionem fuisse בְּאַלְפֵי, & sumptum pro *in millibus.* Cur ergo Matthæus vertit *in ducibus*? quia sensum respexit. cum enim populus Judaicus in chiliadas esset distributus, quarum quæque suum haberet ducem, adeoque quot essent chiliades, totidem & duces, qui שָׂרֵי אֲלָפִים *præfecti millium* dicebantur, rectè pro chiliadibus dixit duces, quia in chiliadibus eminebant duces, & in ducibus chiliades ipsorum comprehendebantur. adde quod ad scopum Euangelistiæ magis attinebat duces dicere quam chiliadas, ut & Bethlehem & novus hic dux Christus magis eveheretur, quum mentem Prophetæ esse intelligeremus, oppidulum Bethlehem, quod vix dignum videbatur, ut vel unus dux millenarius ei tribueretur, adeo eminere supra omnes duces millenarios Judæ, ut etiam summus iste dux ex eo natus sit.

VERS. 5. *Constituemus super eum septem* רֹעִים *pastores, & octo* נְסִיכֵי אָדָם verto *Principes plebejos.* sicut quando opponuntur בְּנֵי אִישׁ & בְּנֵי אָדָם, & intelliguntur, illi quidem viri nobiles, fortes, summi, quibus igneus quidam vigor inest (est enim אִישׁ ab אֵשׁ *ignis* elementorum summum nobilissimum) hi autem ignobiles, plebei, infimæ sortis homines, & qui quasi terram sapiunt (est enim אָדָם ab אֲדָמָה *terra*, elementorum infimo & maxime ignobili) ita נְסִיכֵי אָדָם sunt principes infimæ sortis, ex ipsa plebe desumpti. Vilipendit Deus Assyrium, regem potentissimum ac ferocissimum, cui præfecturum se dicit non ex summa nobilitate natos, sed pastores, vilissimum hominum genus, & plebejos principes.

CAP. VI.

VERS. 10. עוֹד הַאִשׁ בֵּית רָשָׁע אוֹצְרוֹת רֶשַׁע. Assentior iis qui vertunt, *Adhuc ne sunt in domo impii, thesauri impietatis?* אִשׁ pro יֵשׁ Aleph pro Jod non ineptè ponitur, quia quotiescunque Jod sub se habet chirec, Hebræi ac Syri non pronunciant illud ut Jod consonans, sed ut Aleph. non enim יִשְׂרָאֵל. pronunciant Iisraël, sed Israël אִשְׂרָאֵל, unde & apud Syros scribitur ܐܝܣܪܐܝܠ אִיסְרָאִיל. sic Syri suum יְתֵב *sedit* pronunciant ut אִתֵב. quare & in fut. scribunt נִאתַּב *sedebit* pro נִיתַּב similiter pro Hebræorum יֵשׁ *est, sunt*, Syri dicunt אִית præposito Aleph in cujus chirec Jod quiescit, & ש pro more mutato in ת.

CAP. VII.

VERS. 3. עַל־הָרַע כַּפַּיִם לְהֵיטִיב הַשַּׂר שֹׁאֵל וְהַשֹּׁפֵט בַּשִּׁלּוּם וְהַגָּדוֹל דֹּבֵר הַוַּת נַפְשׁוֹ הוּא וַיְעַבְּתוּהָ׃ Variè hic versus accipitur, præsertim primum ejus membrum, quod nos sic interpretamur: *Contra malum manibus, benefacere princeps petit & Judex pro retributione.* Id est, Impetrari non potest à Principe & judice, ut innocentem adversus hominem malum manibus, h. e. iniquum & rapacem tueantur, nisi pro retributione: mercedem postulant, ut benefaciant alicui adversus hominem הָרַע כַּפַּיִם. Reliqua doctiss. Junius oprimè interpretatus videtur, quæ nos hoc sensu capimus: Qui magnus est,

eſt, loquitur ipſemet pravitatem cordis ſui: & alii huic adulantes malitiam illam confirmant, ac inſtar funis contorquent ac conduplicant. Poſſunt & prima verba ſic diſponi, ac fortaſſe ſecundum accentus rectius: *Ad benefaciendum contra eum qui malus eſt manibus, princeps interrogat, & judex, de retributione.* Belgicè totus verſus ſic vertitur, **Om tegen een die boos van handen is / wel te doen / de Prince vraegt / ende oock de Rechter / nae vergeldinge: ende die groot is / ſpreeckt ſelve de boosheyt ſijner ſiele / ende ſy draeyen die t'ſamen als een kabel.** Poteſt etiam לְהֵיטִיב verti *benefaciendum eſt, oportet benefacere* uſitato Hebraiſmo, ubi ſæpe ל eam vim Infinitivo tribuit. ut Pſal. 32. v. 9. *frœno & habena os ejus* לִבְלוֹם *coërcendum eſt, coërcere oportet.* Ita hoc loco, ſed per modum interrogationis, Contra malum manibus benefaciendum eſt? Belgicè, **Iſſer tegen die gene die boos van handen is goet te doen** / id eſt, ſi benefacere oportet, Princeps inquirit & judex de retributione. הָרַע כַּפַּיִם verto, *malum manibus*, in ſtatu constructo, quamvis conſtruenti nomini præponatur ה Emphaticum, qualia ſunt הָאֶבֶן הַבְּדִיל *lapidem ſtanni* Zach. 4. 10. הָאֵל בֵּית־אֵל *Deus Bethel* Gen. 31. 18. הָאָרֶץ כְּנַעַן *terra Canaan.* וְהַכְּסְלוּת הוֹלֵלוֹת *& ſtultitiam fatuitatum.* Eccl. 7. 25. הַחֲנִית הַמֶּלֶךְ *haſtam regis.* 1 Sam. 26. 22. ubi ſane ita habet כתיב, etſi קרי ſit abſque ה, חֲנִית. ſic הַלַּעַג הַשַּׁאֲנַנִּים *irriſione tranquillorum.* Pſal. 123. 4. plura exempla qui vult, videat Joſ. 3. 14. 2 Reg. 16. 17. Ezech. 45. 16. Gen. 2. 9. Jer. 25. 20. Jud. 16. 14. 1 Reg. 14. v. 24. Quia tamen exempla iſta anomala ſunt, & præter rectum Hebraiſmum, adeoque non facile anomalia eà ſtatuenda, niſi urgente neceſſitate, experiamur an alia detur non minus commoda quoad ſenſum interpretatio. Sic verto, *Contra malum manus ſunt ad benefaciendum. Princeps interrogat & judex de retributione.* i. turpiter manibus abutuntur. Quum enim datæ ſint ut adverſus malum benefacerent, videntur non in alium uſum eas nacti, quam ut munera caperent. Belgicè, **Daer de handen zijn om wel te doen tegen het booſe** / (vel **den booſen**) **de Prince vraegt ende de Rechter nae vergeldinge.** Id mihi magis placet, & prima verba γνώμην continent. Vel legas interrogativè, *Contra malum manus ſint ad benefaciendum?* Princeps rogat & judex de retributione. Belgicè, **Souden de handen zijn om wel te doen tegen den booſen / de Prince vraeght ende de Rechter nae vergeldinge.**

VERS. 4. יוֹם מְצַפֶּיךָ פְּקֻדָּתְךָ בָאָה. Verto, *Die ſpeculatorum tuorum viſitatio tua veniet.* יום *dies* ſumitur pro exitio. ut Pſal. 37. 13. ubi Deus dicitur ridere impium, quia videt venire diem ejus, id eſt exitium. Senſus eſt, quum videbis adeſſe interitum ſpeculatorum, id eſt Prophetarum tuorum, ſcias adveniſſe quoque tuam pœnam. & ne exiſtiment diem iſtum procul adhuc abeſſe, addit, *Nunc eſt perplexitas ipſorum.* jam jam tenentur intricati & impliciti judiciis divinis, unde ſe non expedient, donec dies exitii advenerit.

VERS. 5. *Ne credite ſodali, ne confidite* בְּאַלּוּף, verto *in amico.* vide quæ de voce אלוף obſervavimus ad Pſal. 55. 14.

VERS. 11. יוֹם לִבְנוֹת גְּדֵרָיִךְ יוֹם הַהוּא יִרְחַק חוֹק. Verto, *Die quo oportebit ædificare macerias tuas, die illo longe emanabit decretum.* idem mihi hîc eſt חוק quod paſſim Rabbinis גזרה *decretum, deciſio* in malam partem pro perſecutione & afflictione, ſenſum eſſe puto, idem dies quo macerias tuas reſtaurare oportebit, erit dies quo in longum ſe diffundet afflictio in inimicam tuam decreta, de qua verſ. præcedenti actum fuit. לִבְנוֹת pro *oportet ædificare.* Hebraiſmus eſt quem ſupra verſ. 3. quoque annotavimus,

VERS. 12. יוֹם הוּא וְעָדֶיךָ יָבוֹא לְמִנִּי אַשּׁוּר וְעָרֵי מָצוֹר וּלְמִנִּי מָצוֹר וְעַד־נָהָר וְיָם מִיָּם וְהַר הָהָר׃. Difficilis hic locus. in quo obſervandum puto, non dici hîc יום ההוא ut verſu præcedenti, ſed יום הוא. quo reſponderi puto, ad quæſtionem, quis eſt illè dies quo & maceriæ meæ reſtaurabuntur, & decretum in hoſtes meos longè exibit? reſponſio יום הוא *dies eſt*, וְעָדֶיךָ יָבוֹא *quum ad te veniet* ſup. quiſque, id eſt impersonaliter quum ad te venietur, *ab Aſſur uſque ad civitates munitas, & à civitate munita uſque ad fluvium, & mare è mari, & montem Har.* Mare è mari, eſt mare Mediterraneum oriens ex Oceano, Occidentale terræ Canaan. Mons Har, qui & Hor, in quo mortuus eſt Aaron, eſt in finibus Idumeæ ad meridiem terræ ſanctæ. נָהָר *fluvius*, qui abſolutè Euphratem denotare ſolet, eſt ad ſeptentrionem, quippe in Caldæa ſitus. Aſſur autem ad Orientem. Senſus ergo eſſe videtur, dies quem promitto is eſt, quum ex omnibus mundi partibus fratres tui diſperſi ad te accedent. Quod ſi יום הוא velimus idem eſſe quod הַהוּא, vau ſequens non erit copulativum, nec tempus denotabit, ſed tantum conſecutionem, & La-

Oo tinè

tinè redundabit. plane ut Gen. 22. 3. *Die tertio* וַיִּשָּׂא אַבְרָהָם אֶת עֵינָיו *elevavit Abrahamus oculos suos.* vide & Gen. 3. v. 5. Sic hoc loco, *Die illo ad te veniet* quisque, vel venietur. quod si in hisce locis Vau omnino reddendum sit, non possit aptius quam per latinum *tum.*

ANIMADVERSIONES

In loca difficiliora

NAHUM.

Cap. I. Vers. 8.

וּבְשֶׁטֶף עֹבֵר כָּלָה יַעֲשֶׂה מְקוֹמָהּ. Vulgatus, *Et in diluvio prætereunte consummationem faciet loci ejus.* Pagninus fere eodem modo, *verum in inundatione transeunte consummationem faciet loci ejus.* Tigurini, *Diluvio superante prorsus delebit locum ipsius* (Assyrii) potius Nineves. Junius, *Itaque inundatione pervadente, affecturus est consumptione locum illius.* Sensum assecuti sunt omnes, sed constructio Hebræa quæ sit non expresserunt, nec rectè eam assecuti videntur Vulgatus & Pagninus. Vatablus in notis Parisiensibus, Hebraicè haberi dicit, *Et cum inundatione transeunte consummationem facturus est in loco ejus.* Malim, *Et cum inundatione transeunte consumptionem faciet locum ejus*, id est, faciet ut locus Nineves sit ipsa consumptio. Sicut Hebræi dicere solent, *terra ejus erit* שְׁמָמָה *desolatio*, ita hîc, *locus erit* כָּלָה *consumptio.* Posset etiam עֹבֵר construi non cum שֶׁטֶף, sed cum Deo qui v. præcedenti est descriptus, ac verti, *Et cum inundatione transit*, nempe Deus, *consumptionem faciet locum ejus.* sic causa reddetur, cur non possit non consumi Ninive ab ira Dei, quia cum inundatione transit.

Vers. 10. כִּי עַד סִירִים סְבֻכִים וּכְסָבְאָם סְבוּאִים אֻכְּלוּ כְּקַשׁ יָבֵשׁ מָלֵא׃. Vatiæ sunt hujus versus interpretationes. Junius eleganter, *Nam æquè ac spinæ perplexi, & tanquam si mero obruti essent, inebriati, consumentur, velut stipula arida, planè.* sed primo an עַד paritatem significare queat, dubito. Ego כִּי עַד סִירִים סְבֻכִים verterem ad verbum, *nam usque ad spinas perplexi sunt:* id est adeo perplexi, ut ad spinas usque refugium capiant. sicut 1 Sam. 13. 6. dicuntur Israëlitæ metu Philistinorum abdidisse se בַּחֲוָחִים *inter spineta.* summæ id perplexitatis argumentum est, quum quis eo confugit, unde vix aliter quam læsus exire potest. Deinde וּכְסָבְאָם *& tanquam si mero obruti essent*, accepit Junius pro Infinitivo. Sed Caph ex literis בְּכָלָם Infinitivo præpositum, similitudinem, quod quidem sciam, nunquam denotat, sed tempus: unde Pagninus & Vatablus, qui id hoc loco etiam pro Infinitivo acceperunt, verterunt, *quum inebriati fuerint*, aut *postquam inebriati fuerint.* Ego pro nomine accepero, sicut Esa. 1. 22. סָבְאֵךְ *vinum tuum mistum est aqua.* & Hos. 4. 18. סָר סָבְאָם *putidum vinum eorum.* Ita hoc loco veterem, *Et tanquam vino suo inebriati sunt.* Id est, spiritu vertiginis laborant, quo non aliter sunt inebriati, quam si suo vino ebrii essent. Totus ergo versus sic habet: *Nam usque ad spinas perplexi sunt, & tanquam vino suo inebriati sunt, consumpti sunt* (vel consumentur) *tanquam stipula arida plenè.* Causam tradit, cur versu præcedenti dixerit, eos consumendos esse, nec angustiam bis surrecturam: quia tanta est ipsorum perplexitas, tanta ebriæ mentis vertigo, ut facile sit eos penitus consumere, nec opus futurum sit bellum iterare. si סִירִים alibi significaret idem quod סִירוֹת *ollæ*, & quod singulare סִיר *olla*, non gravatè verterem, *Quia perplexi sunt usque ad ollas.* Id est, tanta est eorum perplexitas, ut etiam qui ad ollas sedent, ibique securè epulari videntur, implicatos se & intricatos agnoscant, nec quomodo evadant, sciant.

Vers. 14. מִבֵּית אֱלֹהֶיךָ אַכְרִית פֶּסֶל וּמַסֵּכָה אָשִׂים קִבְרֶךָ כִּי קַלּוֹתָ׃. Solent Interpretes וּמַסֵּכָה jungere præcedentibus, quod fortasse rectius jungeretur sequentibus, hoc modo, *E domo Dei tui exscindam sculptile, & fusile ponam sepulchrum tuum, quia viluisti.* Minatur regi Assyriorum, se idola ejus quibus fisus fuerat extirpaturum, & tum ea tum ipsum tanta affecturum ignominia, ut fusile quidem non modo non pro Deo, sed ne pro re quidem sacra sit habendum, quippe in sepulchri usum adhibendum. ipsum vero tam viliter inhumandum, ut non modo regio non sint ornaturi monumento, sed fusile aliquod & jam pro re profana habitum idolum arrepturi, in quod eum condant.

Cap.

Cap. II.

Vers. 1. עָלָה מֵפִיץ עַל פָּנַיִךְ נָצוֹר מְצוּרָה. Verto, *Ascendit dissipator contra faciem tuam*, dicens *obsideamus munitionem.* Volunt plerique נָצוֹר esse Infinitivum vel Imperativum à נָצַר *custodivit.* Imperativus esse nequit. ibi enim נְצוֹר punctandum erat. Infinitivus esse potest. sed satius nobis videtur, si sit futurum à צוּר *obsidere.* neque obstat, quod alibi sit נָצוּר per schurec, ut Cant. 8. 9. & תָּצוּר Deut. 20. v. 19. alibi enim etiam est per cholem. ut Esa. 11. 13. *Et Jehudah* לֹא יָצֹר *non angustabit Ephraim.* ac notum est in eo ordine conjugationum, in Infinitivo קוּם & קוֹם, in fut. יָקוּם & יָקֹם indiscriminatim usurpari, sic idem צוּר & צֻר *rupes.* Quidam עָלָה *adscendit*, metaphoricè accipiunt pro *evanuit, periit.* quod exemplis non caret. tum נָצוֹר possit esse præteritum Niphal à צוּר, ac verti, *Evanuit dissipator coram te, obsessa est munitio* (id est munitissima civitas Ninive, ubi Assyrius dissipator sedem imperii tenebat) *speculare viam* (nempe quæ ducit Ninivem. percipies facile ejus angustiam. atque inde) *robora lumbos, fortifica robur valde.* hoc cum præcedenti & sequenti versu optimè convenit. nec repugnat quicquam, nisi quod נָצוֹר & מְצוּרָה genere discrepent. At nihil Hebræis familiarius quam Enallage generis. præsertim ubi nomen substantivum ad intellectum refertur. ut hoc loco intelligi potest. יוֹשֵׁב מְצוּרָה *inhabitator munitionis*, atque is dici obsessus. Posset quoque מְצוּרָה sumi pro בִּמְצוּרָה, & נָצוֹר, construi cum præcedenti מֵפִיץ, ac verti *Obsessus est*, nempe dissipator, in *munitione.*

Vers. 2. כִּי שָׁב יְהוָה אֶת־גְּאוֹן יַעֲקֹב כִּגְאוֹן יִשְׂרָאֵל. *Nam reducit Dominus excellentiam Jacobi, tanquam excellentia Israëlis.* id est, sicut Deus ipse est excellentia Israëlis, ita non potest pati ut excellentia perpetuo à Jacobo sive ab Israële exulet. itaque jam jam reducit excellentiam Jacobi.

Vers. 5. יִזְכֹּר אַדִּירָיו יִכָּשְׁלוּ בַּהֲלִיכוֹתָם. Prius membrum per modum interrogationis lego, vel ut Belgicè efferimus, **Sal hy aen syne allertreffelickste gedencken / sy sullen struyckelen in haere gangen.** Latinè, *quum* (vel si) *recordabitur præstantissimorum suorum* (quippe quorum opera se adjutum iri sperabit) *corruent in gressibus suis.* Sequitur יְמַהֲרוּ חוֹמָתָהּ וְהֻכַן הַסֹּכֵךְ posset & ibi prius membrum per modum interrogationis legi, **Haesten sy haer na haren muer / de beschermer staet bereyt.** Latinè, *si festinent ad murum ejus* (Ninives nempe ad vim inde faciendam in hostes) paratus stat protector, qui adversus erumpentium vim castra hostilia protegat. ita Vau in וְהֻכַן erit consecutivum, Latine superfluum, Belgicè per **soo** redditur, **Soo staet de beschermer bereyt.** Quod si יְמַהֲרוּ simpliciter legatur sine modo interrogationis, Vau potest reddi *sed, at:* hoc modo, *festinabunt ad muros ejus. at paratus stabit protector.*

Vers. 7. וְהֻצַּב גֻּלְּתָה הֹעֲלָתָה. Verto, *Et constitutum est* (**ende het is al bestelt** / vel **Ende het staet der al**) *abducetur in captivitatem, deportabitur, & ancillæ ejus deducent eam voce simili columbarum, tympanisantes super corda sua.*

Vers. 8. וְנִינְוֵה כִבְרֵכַת מַיִם מִימֵי הִיא. Verto cum Junio, *Ninive* fuit *tanquam piscina aquarum, ex quo tempore fuit.* subintellecto enim solum verbo substantivo, מִימֵי הִיא est pro מִימֵי הֱיוֹתָהּ posses simpliciter vertere, *à diebus ipsius*, i. à diebus quibus ipsa fuit. Sequentia. וְהֵמָּה נָסִים עִמְדוּ עֲמֹדוּ וְאֵין מַפְנֶה verto, *At hi ipsi fugiunt: state, state: at nemo potest facere ut respiciant.* id est, tanto cum pavore fugiunt, ut quamvis jubeantur consistere, nemo tamen efficere possit, ut vel respiciant.

Vers. 9. *Deprædamini argentum, deprædamini aurum:* וְאֵין קֵצֶה לַתְּכוּנָה, non puto laudandum Junium qui vertit, *& infinitum illum apparatum.* ferri id melius posset, si וְלֹא קֵצֶה legeretur. אֵין enim verbum substantivum includit, itaque vertendum, *nam non est finis apparatui.* quod sequitur כָּבֹד מִכֹּל כְּלִי חֶמְדָּה, per asyndeton jungo cum præcedentibus, sic ut ל in לַתְּכוּנָה influat etiam in כָּבֹד, & suppleta copula verto, *& gloriæ omnium vasorum desiderabilium.* מִן in מִכֹּל genitivum mihi format. sicut Psal. 80. 4. Hos. 7. 5. Jer. 23. 23. &c. Causa ergo datur, cur ad deprædandum se accingere debeant, quia infinita ibi sunt spolianda.

Vers. 11. אֲשֶׁר הָלַךְ אַרְיֵה לָבִיא שָׁם גּוּר אַרְיֵה וְאֵין מַחֲרִיד׃ Conjungo אֲשֶׁר cum שָׁם, quæ duo juncta significant *ubi*, & passim hoc eodem modo sejunguntur. hinc verto *ubi ambulabat leo, vetus leo, catulus leonis, nec quisquam exterrebat.*

Cap. III.

Vers. 3. פָּרָשׁ מַעֲלֶה וְלַהַב חֶרֶב וּבְרַק חֲנִית. Non construo מַעֲלֶה cum sequentibus, quod Pagninum & Junium fecisse video. sed sicut per accentum Reviah distinguitur, sic distinctè verto, *eques auferens, & flamma gladii, & coruscatio hastæ* &c. sicut vers. præcedenti minatus fuerat sonitum scuticæ, & sonitum motus rotarum &c. sic hoc versu minatur equites auferentes. deinde flammantem gladium, & coruscantem hastam &c. Est autem eques auferens, qui prædam multam subducit, & quasi ascendere secum facit. sicut enim in Kal. עָלָה *ascendit* sæpe usurpatur pro *abire, recedere*, sic in Hiphil הֶעֱלָה sæpe pro *auferre, tollere.* ut Psal. 102. 25. אַל תַּעֲלֵנִי *ne aufer me in medio dierum meorum.*

Vers. 8. הֲתֵיטְבִי מִנֹּא אָמוֹן. Non posse נֹא אָמוֹן per appositionem accipi, liquet ex Jer. 46. 25. ubi Deus dicit se visitaturum super אָמוֹן מִנֹּא, quod vertimus *Ammonem Alexandriæ* מִן Genitivum nobis formabat, ut alibi sæpe. Ita & hîc in regimine Genitivi reddimus, *An melior es Alexandria Ammonis?* id est, quæ Jovi Ammonio dicata est. Sequitur, *quæ sita est in fluviis, circa quam sunt aquæ.* אֲשֶׁר חֵיל יָם Pagninus, *cujus antemurale*, Junius, *cujus præmunitio* est *mare*. at sic חֵיל dicendum fuerat in forma absoluta, non in constructa חֵיל. verto itaque, *quæ* est *antemulare maris.* מִיָּם חוֹמָתָהּ *cujus murus* est *à mari.* bene hæc cohærent. Si enim mare est murus Alexandriæ, Alexandria est antemurale maris. vel verte, *quæ* est *robur maris.* id est, quæ ad mare sita, robur magnum mari exerit.

Vers. 16. *Multiplicasti negociatores tuos præ stellis cœli,* יֶלֶק פָּשַׁט וַיָּעֹף verto, *bruchus exspoliavit & avolavit.* Sensus est, sicut bruchus denudat agros, eosque virore suo, quo tanquam vestimento ornantur quasi exuit, deinde avolat, ita hostis, tanquam bruchus quidam, ornatissimos tuos & præstantissimos viros, negociatores nempe, quos plurimos habes, exuit, denudavit ac spoliavit, deinde abiit. præterita sunt pro fururis. פָּשַׁט propriè est *exuere, vestem detrahere* & *exspoliare.*

Vers. 17. נָפֹשׁוּ עַמְּךָ עַל הֶהָרִים. *Dispersus est populus tuus super montes.* peculiaris omnino significationis hîc est נָפֹשׁוּ. ponitur enim pro נָפֹצוּ. quod mirum videri non debet, quum ejusdem ea sint pronunciationis. Hebræi enim נָפֹשׁוּ non pronunciant Naphoschu, sed Naphosu. neque נָפֹצוּ pronunciant Naphotsu, sed etiam Naphosu. & sic passim apud Orientales ש & צ per simplex S efferuntur.

ANIMADVERSIONES

In loca difficiliora

HABACUC.

Cap. I. Vers. 8.

וּפָשׁוּ פָּרָשָׁיו. Verti solet, *& multiplicati sunt*, vel *& abundarunt equites ejus.* ex conjectura potius, quam ex certo verbi usu. alibi enim non ad numerum, sed ad vires ac robur refertur. ut Jer. 50. 11. כִּי תָפוּשִׁי כְּעֶגְלָה דָשָׁה *quia valida* (robusta) *es, sicut vitula triturans.* Sic Mal. 3. 20. וּפִשְׁתֶּם כְּעֶגְלֵי מַרְבֵּק *& sani* (robusti, validi) *eritis, sicut vituli saginarii,* sic & פַּשׁ pro robore, sanitate ac prosperitate sumimus Job. 35. v. 15. alibi hoc verbum non usurpatur, nisi Nahumi 3. v. 18. ubi plane aliud significat. Quod diximus, confirmat lingua Æthiopica, in qua פוש pro *sanum esse*, & in piel pro *sanare* frequentissime usurpatur. vide Matth. 8. 16. & 9. 35. & 10. v. 1. & passim. Ita hîc verto וּפָשׁוּ פָּרָשָׁיו *& sani* (robusti, validi) *sunt equites ejus.* Laudaverat eodem versu equos Chaldæorum à levitate & velocitate. jam laudat equites à sano robustoque corporis habitu, unde futurum sit quod mox additur, ut è longinquo veniant, advolent tanquam aquila quæ ad edendum festinat.

Vers. 9. מְגַמַּת פְּנֵיהֶם קָדִימָה. Non nisi hoc loco מְגַמַּה reperitur. itaque per conjecturam variè à variis redditur. Pagninus, *Oppositio faciei eorum* similis erit *vento Orientali.* ubi

malè קָדִימָה pro vento Orientali ſumitur, quia קָדִים dicitur ſine ה. ac certum eſt ה præcedente accentu in penultima motum ad locum denotare. Alii *intentio faciei ipſorum*. Junius, *Hauſtus faciei ipſorum Orientem verſus* ſpectat. deduxit ab Hebræo גָּמָא *hauſit, abſorpſit, bibit.* At forma indicat eſſe à radice גמם, quæ Hebræis inuſitata, apud Arabes ſignificat *copioſum, multum eſſe* جَمَّة גַּמָּה *multitudo, copia.* hinc verti poſſet, *pleræque facies eorum Orientem verſus* ſpectant. ut ſenſus ſit, Hi Chaldæi non vos tantum Judæos, qui ipſis ad meridiem fere ſiti eſtis, meditantur quos ſubjugent, ſed plerique eorum Aſſyriam verſus mentem habent, quæ ipſis Orientalis eſt, ut univerſum Aſſyriorum regnum, qui jam rerum potiuntur, invadant & occupent. Apud Syros ܓܡ ex geminantibus ſecundam, ſignificat, teſte Ferrario, *amputavit. excîdit, ſuccîdit.* Eſa. 16. v. 8. ponitur pro הָלְמוּ *contuderunt, perdiderunt.* inde & ܓܡܝܡܐ גְּמִים *ſucciſus radicitus.* Hinc verti poſſet, *Exciſio faciei ipſorum* (id eſt, quam facie ſua præ ſe ferunt & minantur) *orientem verſus* tendit.

VERS. 11. אָז חָלַף רוּחַ וַיַּעֲבֹר וְאָשֵׁם זוּ כֹחוֹ לֵאלֹהוֹ. Diſpiciatur an non verti poſſit, *Tunc immutatus eſt ſpiritu*, ex homine nempe in beſtiam verſus, quum cor humanum ei eſt immutatum, & cor beſtiæ datum, Dan. 4. 13.) *& tranſiit* (è conſortio hominum in conſortium brutorum) *& reus actus eſt.* (vel & deſolatus eſt.) *hoc robur ejus* eſt *Dei ejus.* per Ironiam q. d. habet jam, in beſtiam mutatus, quo glorietur de robore quod à Deo ſuo nactus eſt. per me licet, ut hoc ejus robur, Deo ipſius tribuatur, præclarum ſcilicet & laudandum robur, ob quod fidem invenire apud omnes Deus ejus meretur.

CAP. II.

VERS. 1. וּמָה אָשִׁיב עַל תּוֹכַחְתִּי. Verto, *Et quid reſponſurus ſim ſuper diſceptatione mea.* Diſputaverat cum Deo cap. præced. verſ. 13. *quare reſpicis contemtores, & taces, diſperdente impio juſtiorem ſe?* quod variis deinde rationibus fuit proſecutus uſque ad finem capitis. Initio itaque ſecundi capitis dicit, ſe quaſi è ſpecula obſervaturum & exſpectaturum, quid ad hæc dicturus ſibi ſit Deus, quidque ſuper diſputatione habita reſponſurus ſit Deo, notum eſt נוֹכַח ſumi pro *diſceptare, diſputare.* Eſa. 1. 18. ſimiliter הִתְוַכָּח Mich. 6. 2. ſic ergo תּוֹכַחַת etiam *diſputatio* eſt, qua Propheta quaſi arguit adverſus Deum. verbum enim proprie *arguere, argumentis contendere* ſignificat.

VERS. 2. *Et reſpondit mihi Dominus, & dixit Scribe viſionem,* וּבָאֵר עַל הַלֻּחוֹת *& clare exprime in tabulis,* לְמַעַן יָרוּץ קוֹרֵא בוֹ *ut currat qui legit eam*, id eſt, ut non hæſitanter, ſed quaſi currenter legat qui legit. *currat*, id eſt, curſim legat. ſic enim & alibi רוּץ *currere*, non curſum propriè dictum, ſed feſtinantem actionem ſignificat, rei appropriandam de qua agitur. Sic 1 Sam. 17. 17. וְהָרֵץ הַמַּחֲנֶה לְאַחֶיךָ *& currere fac in caſtra ad fratres tuos*, id eſt, celeriter ad eos defer.

VERS. 3. כִּי עוֹד חָזוֹן לַמּוֹעֵד וְיָפֵחַ לַקֵּץ. Verto, *Nam adhuc viſio ad tempus conſtitutum* pertinget, *& loquens*, (propriè ſpirans) *ad finem* pertinget. יָפֵחַ non eſt mihi fut. hiphil à פּוּחַ, ſed à radice יָפַח, unde eſt תִּתְיַפֵּחַ Jer. 4. 31. nomen participiale mihi eſt. ſicut & Pſal. 27. 12. וִיפֵחַ חָמָס *& ſpirans violentiam.* Senſus eſt, Neque viſio ſuo complemento, neque inſpirans Prophetam Deus, perque eum loquens, aut loquens nomine Dei Propheta, fine ſuo fruſtrabitur.

VERS. 4. הִנֵּה עֻפְּלָה לֹא יָשְׁרָה נַפְשׁוֹ בּוֹ. Vulgatus, *Ecce, qui incredulus eſt, non erit recta anima ejus inſemetipſo.* Pagninus, *Ecce extollit ſe is cujus anima non eſt recta in eo.* Junius, *Ecce ebullat in quo non eſt rectus animus ipſius.* Vides eos fœmininum עֻפְּלָה conſtruere maſculino genere cum perſona. deinde ſi quiſquam eorum rectè eſt locum interpretatus, longiſſimè à ſenſu aberrarunt Græci Interpreres, qui habent, ἐὰν ὑποστείληται, οὐκ εὐδοκεῖ ἡ ψυχή μου ἐν αὐτῷ. quod Apoſtolus ſecutus eſt Hebr. 10. 38. At pace magnorum virorum dixerim, optimè mihi & doctiſſimè interpretatos videri LXX. interpretes, ex uſu linguæ Arabicæ, ubi غفل עפל Latine redditur *negligere*, ſed propriè ſignificat *animum à re aliqua aut perſona avertere & ſubducere.* ideo ſemper conſtruitur cum præpoſitione عن *à.* ut in Alcorano Surata Joſephi verſ. 14. وَأَنتُمْ عَنْهُ غَافِلُونَ, *vobis eum negligentibus*, ſed ad verbum, *vobis ab eo animum avertentibus.* Sic Pſal. 28. 1. pro אַל תֶּחֱרַשׁ מִמֶּנִּי *ne obmuteſcas à me.*

à me, Arabs habet لَا تَغْفُلْ عَنِّي *ne negligas me*, propriè *ne avertas animum à me*. ſic cum ad rem refertur, ſignificat ſubducere ſe ab illa, quippe ad quam attendere non dignaris, adeoque negligere eam & contemnere. Idipſum eſt quod hîc ſibi vult Propheta. promiſerat v. præcedenti, Deum, etſi moram faciat, venturum tamen & non tardaturum. Hinc jam pronunciat, הִנֵּה עֻפְּלָה *Ecce, ſi ſubductio fiat*, aut *ſi negligatur* (nempe id quod promiſſum eſt) לֹא יָשְׁרָה נַפְשׁוֹ בּוֹ *non placet ſibi anima ejus in eo. At juſtus fide ſua vivet.* id eſt, vir juſtus, qui animum ſuum à promiſſione divina non ſubducit, nec eam negligit, ſed fide apprehendit, fide illa ſua vivet. Lego autem עֻפְּלָה per modum quendam interrogationis, *ſubductio fit?* Latinè, ſi ſubductio fiat, nempe animi à promiſſione divina. Belgicè ad verbum, **Siet / ontreckt men ſick / ſijne Ziele en heeft in die geen behagen.** non potuiſſent Græci melius quam per ἐάν ὑποστείληται vertere. eſt enim ea ipſiſſima verbi Hebræi & Arabici ſignificatio. quam etiam adhibuimus in interpretatione loci Num. 14. 44. וַיַּעְפִּלוּ לַעֲלוֹת אֶל רֹאשׁ הָהָר, Græcè vertimus, καὶ ὑπεστείλαντο, εἰς τὸ ἀναβαίνειν εἰς τὴν κορυφὴν τοῦ ὄρους, *Et ſubduxerunt ſe*, (vel animum ſuum, nempe à monito ſupra ipſis daro, illudque neglexerunt) *ut adſcenderent in verticem montis.*

Vers. 5. וְאַף כִּי הַיַּיִן בּוֹגֵד גֶּבֶר יָהִיר וְלֹא יִנְוֶה. Verto, *Et etiam, quia vinum prævaricatur, vir ſuperbus eſt* (id eſt, vino prævaricante, vir ſuperbit) *non habitabit.* Vau in וְלֹא non copulat, ſed conſecutionem indicat, nempe ideo non habitaturum, id eſt firmam ſedem non habiturum, quia prævaricante vino ſuperbit. Conſolatus ſupra fuerat populum adverſus tyrannidem regis Chaldæorum, & quamvis per 70 annos ſub ejus imperio captivi degere deberent, promiſerat tamen fore ut tandem veniret Dominus, liberaturus ſuos, nec tardaturum. cui promiſſioni ut firmam adhiberent fidem, argumentatus eſt à pœna infidelitatis & præmio fidei, v. præcedenti. nunc argumentatur ab improbitate Regis Chaldæorum, quam Deus non poſſit non ulciſci. tranſitio à priori argumento in alterum eſt in וְאַף *& etiam*. Improbitas Regis cum ſubſequente pœna eſt, *quia prævaricante vino vir ſuperbit, non habitabit.* convenit cum hiſtoria Dan. 5. ubi Beltſaſar, ultimus Chaldæorum Rex, vino prævaricante adeo ſuperbiit, ut etiam è ſacris templi Hieroſolymitani vaſis in ſolemni convivio bibere, atque ita Deo Iſraëlis inſultare auſus fuerit. nec habitavit diutius, ſed ea nocte & regno exutus & vita orbatus fuit.

Vers. 10. *Conſilium iniiſti pudendum domui tuæ, exſcindendi populos multos*, וְחוֹטֵא נַפְשֶׁךָ Junius, *& peccaſti* contra *te ipſum.* Pagninus, in *animam tuam*, id eſt עַל נַפְשֶׁךָ convenientiſſimo ſane ſenſu. ſed nec ineptus ſenſus erit, ſi ſine ellipſi vertamus, *& nihil habet anima tua.* q. d. conſilium tuum fuit exſcindere populos multos. attamen anima tua nihil habet, nihil invenit eorum quæ appetiit, ſed omnibus deſtituitur. adeoque pudendum hoc eſt conſilium domui tuæ חָטָא propriè ſignificare *deſtitui, carere, non aſſequi, non invenire, non habere* jam docuimus ad Jud. 20. 16. Et נֶפֶשׁ interdum eſſe maſculini generis, liquet ex Num. 31. v. 28. Gen. 46. 22. 25. 27.

Cap. III.

Vers. 4. *Splendor tanquam lucis adeſt*, קַרְנַיִם מִיָּדוֹ לוֹ, verto, *cornua è manu ſua prodeuntia habet, & ibi eſt abſconſio roboris ejus.* Laudo Junium, quod *cornua* verterit, & pro omnipotentiæ ſignis acceperit. ſed quum potentia ac robur exeratur manu, rectius videntur cornua illa è manu Dei prodire, quam ut habet Junius, *ad latus ejus.* & ibi, nempe in cornibus ex manu Dei prodeuntibus, eſt latibulum roboris ejus.

Vers. 7. תַּחַת אָוֶן רָאִיתִי אָהֳלֵי כוּשָׁן יִרְגְּזוּן יְרִיעוֹת אֶרֶץ מִדְיָן׃. Verto, *Sub dolore vidi tentoria Cuſchan. contremiſcant cortinæ terræ Midian* אָוֶן pro *dolore* ſæpe uſurpatur, aut pro *luctu, ærumna.* ut Deut. 26. 14. Gen. 35. 18. Oſe. 9. 4. pendet autem à verſu præcedenti. Quandoquidem Deus ſtetit & dimenſus eſt terram, adſpexit & diſſolvit Gentes &c. hinc factum eſt, ut ſub luctu viderim tentoria Cuſchan regis Meſopotamiæ, de quo Jud. 3. 8. & jubeo contremiſcere cortinas terræ Midian.

Vers. 8. הֲבִנְהָרִים חָרָה יְהוָה אִם בַּנְּהָרִים אַפֶּךָ אִם בַּיָּם עֶבְרָתֶךָ. Pagninus, *Numquid contra flumina iratus eſt Jehova? num contra flumina ipſa* exarſit *furor tuus?* non recte

con-

construxit יְהוָה nominativo casu cum חָרָה. sic enim dicendum fuerat חָרָה אַף יְהוָה aut חָרָה לַיהוָה aut חָרָה בְּעֵינֵי יְהוָה. His enim tribus constructionis modis verbum hoc *irasci* significat. Rectè ergo Junius יְהוָה accepit vocat. casu, & חָרָה construxit cum אַפֶּךָ. At idem cum Pagnino הֲ & אִם vertit per *an? numquid?* quod quomodo hîc conveniat, non satis video. Affirmativa enim interrogatio negat apud Hebræos. at sensus hîc est, affirmare, Deum adversus flumina fuisse iratum. quod negativa potius interrogatione efferrent Hebræi, הֲלֹא *an non adversus flumina, Domine,* אִם לֹא *an non adversus flumina exarsit ira tua?* Nos ad Jer. 7.9. annotavimus הֲ & אִם sæpe non interrogare, sed asserere. vide ibi. hinc & hoc loco vertimus, *Utique in flumina Domine, utique in flumina exarsit ira tua, utique in mare furor tuus.* Sequitur, כִּי תִרְכַּב עַל סוּסֶיךָ מַרְכְּבֹתֶיךָ יְשׁוּעָה, Verto, *quum vehereris super equos tuos, currus tui salus* erant.

Vers. 9. עֶרְיָה תֵעוֹר קַשְׁתֶּךָ שְׁבֻעוֹת מַטּוֹת אֹמֶר סֶלָה נְהָרוֹת תְּבַקַּע-אָרֶץ׃ Versum hunc sic verto, *Nudatio nudabatur arcu tuo, juramentis inclinantibus* (flectentibus) *mandatum, Selah. Flumina findebas in terra.* אֹמֶר verto *mandatum*, sicut verbum אָמַר non raro significat *mandare.* ut Esth. 1. 10, 11. Jon. 2. 11. 1 Paral. 20. 17. & alibi. apud Arabes semper. Intelligo autem mandatum Dei, quod in eodem hoc versu nominat Metaphoricè *arcum Dei*, nempe edictum Dei, quo maris rubri alveus denudatus fuit. Unde autem profectum tale mandatum? ex juramentis Dei huic populo antea factis, quæ inclinarunt hoc mandatum, id est, inclinarunt Deum, ut tale mandatum in aquas ederet. מַטּוֹת ergo mihi non est nomen *tribus* significans, sed Benoni Hiphil à נָטָה, videturque mihi esse insignis sententia seu proverbium, שְׁבֻעוֹת מַטּוֹת אֹמֶר *juramenta inclinant* (flectunt) *sermonem.* Porro, quod vertimus, *flumina findebas* in *terra*, verti etiam potest, in *flumina findebas terram.*

Vers. 13. יָצָאתָ לְיֵשַׁע עַמֶּךָ לְיֵשַׁע אֶת-מְשִׁיחֶךָ. *Exivisti ad salutem populi tui, ad servandum unctum tuum.* secundum לְיֵשַׁע idem quod לְהוֹשִׁיעַ, nomine regente casum sui verbi. similia vide Zephan. 1. 3.

Vers. 14. נָקַבְתָּ בְמַטָּיו רֹאשׁ פְּרָזָו. Verto, *Perforasti in tribubus ejus caput pagorum ejus.* מַטֶּה *baculum, virgam,* & *tribum* significat. plurale מַטּוֹת pro *tribubus* passim usitatum. Masculinum מַטִּים non nisi hoc loco reperitur. plerique exponunt *perforasti virgis.* virgæ vibices faciunt, propriè non perforant. ideo maluimus vertere, in tribubus ejus. id est, non uno in loco, sed passim per tribus ejus capita pagorum ejus, id est familiarum principes perforasti. Solent in Oriente singulæ pene familiæ pagos condere, dum qui ex eadem sunt prosapia familias non separant, sed in eodem loco sedem figunt.

Vers. 15. דָּרַכְתָּ בַיָּם סוּסֶיךָ חֹמֶר מַיִם רַבִּים׃ Sic verto, *Calcasti mare equis tuis: acervus* erant *aquæ multæ.* vel interrogativè, *calcasti mare equis tuis? acervus erant aquæ multæ.* Belgicè, **Betradt ghy de Zee met uwe peerden/ veele wateren wierden eenen tas.** Id est, quum hostes existimarent se populum tuum comesturos tanquam pauperem, tu solummodo *calcasti mare equis tuis*, aut *incessisti per mare equis tuis*, protinus aquæ multæ in acervum versæ sunt, ut populo transitus pateret: quod de Jordane scribit Josua cap. 3. 13. יִכָּרֵתוּן הַמַּיִם הַיֹּרְדִים מִלְמַעְלָה וְיַעַמְדוּ נֵד אֶחָד׃ *rescissæ sunt aquæ descendentes supernè, & steterunt acervus unus.*

Vers. 16. שָׁמַעְתִּי וַתִּרְגַּז בִּטְנִי לְקוֹל צָלֲלוּ שְׂפָתַי יָבוֹא רָקָב בַּעֲצָמַי וְתַחְתַּי אֶרְגָּז אֲשֶׁר אָנוּחַ לְיוֹם צָרָה לַעֲלוֹת לְעַם יְגוּדֶנּוּ׃. Sic verto. *Audivi, & contremuit venter meus: ad vocem illam palpitarunt labia mea, intravit putredo in ossa mea, & sub me tremui. certè quiescam ad diem angustiæ, quem ascendere oportet in populum qui turmatim grassaturus est in eum.* Tremor hic non adversatur fiduciæ. oritur enim ex consideratione iræ divinæ, qua hostes suos prosequitur, quam graphicè depinxit Propheta in antecedentibus. Initium fiduciæ est iste horror. Itaque subjicit, אֲשֶׁר אָנוּחַ *certè quiescam.* sicut אֲשֶׁר sumitur 1 Sam. 15. vers. 20. אֲשֶׁר שָׁמַעְתִּי *certè audivi.* quomodo & nos eandem dictionem sumimus Psal. 10. v. 6. & Psal. 95. vers. 11. vide quæ ibi annotavimus. nec dubitamus quin ita sumendum Esa. 8. vers. 20. *Si non dixerint secundum verbum hoc*, אֲשֶׁר אֵין לוֹ שָׁחַר, *utique non est ei*, (cuiquam eorum) *aurora.* לַעֲלוֹת pro אֲשֶׁר לַעֲלוֹת *quæ est ad adscendendum, quam oportet adscendere.* sic enim ל Infinitivo præpositum sæpe valet.

let. לְעָם יְגוּדֶנּוּ pro אֲשֶׁר יְגוּדֶנּוּ *qui turmatim grassaturus est in eum*, nempe in Deum, cujus sententiam in Chaldæos se audivisse cum horrore dixerat. atque ita magis fiduciam suam auget, quod in ipsum Deum turmatim incurrerent.

ANIMADVERSIONES

In loca difficiliora

SEPHANIÆ.

Cap. I. Vers. 3.

Auferam hominem & bestiam: auferam volucres cæli & pisces maris, וְהַמַּכְשֵׁלוֹת אֶת הָרְשָׁעִים verto, *Et quæ impingere faciunt impios.* intelligit omnes delicias, omnem annonæ abundantiam, quam terra mareve suppeditant, quibus insolescunt impii, & per quæ, tanquam per offendicula labuntur in peccata. הַמַּכְשֵׁלוֹת nomen verbale est, transitivæ significationis vim obtinens, quia ex Benoni hiphil oritur. itaque ex usu linguæ Hebrææ retinet casum sui verbi. Similia habes Esa. 11. vers. 9. & 13. 19. Num. 10. vers. 2. & 23. vers. 10. Deut. 1. 27. &c.

Vers. 4. אֶת שֵׁם הַכְּמָרִים עִם הַכֹּהֲנִים: Pagninus, *nomen eorum qui nigras induunt vestes, cum Sacerdotibus.* Junius, *nomen atratorum cum Sacerdotibus.* Volunt כְּמָרִים dici Sacerdotes idolorum, quod atratis ac pullatis vestibus incederent. Mavult Elias in Thisbi interpretari *Conclusos.* probare enim conatur ex Targum & Aruch, כמר esse idem quod סגר *claudere, includere.* atque ideo Monachos inter Christianos dici כּוּמָרִים quia simul habitant, cœnobio inclusi. reliquos autem sacerdotes sive presbyteros, qui pro arbitrio degunt, dici גַּלָּחִים. & favet Eliæ, quod מִכְמֶרֶת, מִכְמָר מִכְמוֹר, & *rete*, significant, q. d. instrumentum concludens pisces. Apud Syros tamen ܟܘܡܪܐ כּוּמְרָא quemvis ἱερέα *sacerdotem* significat, non tantum idolorum, ut Actor. 14. vers. 13. ubi ἱερεὺς τοῦ Διὸς vocatur ܟܘܡܪܐ ܕܙܘܣ ܐܠܗܐ *Sacerdos domini Deorum*, sed & veri Dei, passim in Ep. ad Hebr. ubi & Christus ܟܘܡܪܐ *Sacerdos* dicitur cap. 5. 6. & ܪܫ ܟܘܡܪܐ *Princeps sacerdotum.* cap. 2. 17. Hinc Lxx. locum nostrum verterunt, *Nomen sacerdotum cum sacerdotibus.* Glossarium Syro-Arab. ܟܘܡܪܐ vertit, خادم بيت الله رايس الكهنة *Sacerdos minister domus Dei, princeps sacerdotum.* quum ministrum domus Dei dicit, videtur æditui templi denotare. unde & Actor. 19. 35. Ephesiorum urbs dicitur Syro ܟܘܡܪܬܐ ܕܐܪܛܡܝܣ ܪܒܬܐ νεωκόρος μεγάλης Θεᾶς Ἀρτέμιδος, *æditua magnæ Deæ Dianæ.* Hinc Vulgatus locum nostrum reddit, *& nomina ædituorum cum sacerdotibus.*

Vers. 14. *Propinquus est dies Domini magnus: propinquus est* וּמַהֵר מְאֹד *& festinat valde.* propriè *& festinare valde.* Infinitivus piel pro præsenti Indicativi. quod frequens. Sequitur קוֹל יוֹם יְהוָה מַר צֹרֵחַ שָׁם גִּבּוֹר verto, *Vox diei Domini, amara est, clamat, ibi est fortis.* sensus est, magnus ille dies Domini vocem edit, eamque amaram. clamat enim, adesse ibi fortem, qui urbem Hierosolymam sit destructurus.

Cap. II.

Vers. 2. בְּטֶרֶם לֶדֶת חֹק כְּמוֹץ עָבַר יוֹם. Variis aliorum interpretationibus hæc etiam videtur addi posse, *Priusquam pariat decretum, instar glumæ transeuntis, dies.* Decretum est accusativi casus. sensus est, antequam dies Domini, dies ille terribilis, de quo præced. cap. v. 14, 15. pariat, id est, effectum det decretum, idque celerrime, sicut gluma transit, inquirite & examinate vos &c. tardus est ad iram & longanimis Deus. sed quum dies, pœnæ destinatus, parere debet, gluma citius non transit, quam effectum datur decretum Dei.

Vers. 12. *Etiam vos Æthiopes*, חַלְלֵי חַרְבִּי הֵמָּה *interfecti gladii mei estis.* Sic Lxx. Vulg. & Pagninus. laudo. etsi enim exemplum aliud in sacris Hebræorum non extet, ubi הֵמָּה ponatur pro אַתֶּם secundæ personæ, apud Syros tamen id est usitatissimum, ubi pronomen tertiæ personæ ܗܘ הוּ quando in verbum substant. degenerat, valet *sum, es, est.* & ejus plura-

plurale maſcul. هُمْ אִנּוּן foem. هُنَّ אִנִּין *ſumus, eſtis, ſunt.* vide in Gram noſtra linguarum Orient. p. 136. 137. ſimiliter ſe res habet apud Arabes, teſte Cl. Thoma Erpenio Rudim. Arab. l. 3. cap. 10. ubi docet, *Pronomina tertiæ perſonæ pro verbo ſubſtantivo cujuſvis perſonæ ſæpiſſimè uſurpari.*

Vers. 14. כִּי אַרְזָה עֵרָה Vertunt, *quia Cedrum ejus nudavit.* malim, *complanavit*; id eſt ad planitiem redegit, planitiei ſoli æquavit. hanc enim verbi ערה ſignificationem in lingua Æthiopica & in aliis quibuſdam Scripturæ locis eſſe, oſtendimus ad Jud. 20. 33. Et huic quidem loco optimè convenire videtur. cauſam enim dat, cur in ipſis feneſtris vox avium audienda ſit, & deſolatio futura in liminibus, quia nempe cedri, in quibus aves cantare ſolebant, ſucciſæ & in planitiem redactæ erunt.

Vers. 15. אֲנִי וְאַפְסִי עוֹד. Eadem locutio occurrit Eſa. 47. verſ. 8. ubi vertimus interrogativè, *Ego ſum, & num præter me amplius?* id eſt, alius. vel, *Ego* ſum, *& tantummodo ego deinceps.* vide illic.

Cap. III.

Vers. 7. אָמַרְתִּי אַךְ־תִּירְאִי אוֹתִי תִּקְחִי מוּסָר וְלֹא יִכָּרֵת מְעוֹנָהּ כֹּל־אֲשֶׁר פָּקַדְתִּי עָלֶיהָ אָכֵן הִשְׁכִּימוּ הִשְׁחִיתוּ כֹּל עֲלִילוֹתָם׃ Varias interpretationes facit illud כֹּל־אֲשֶׁר פָּקַדְתִּי. Nos ad verbum ſic totum verſum reddimus, *Dixi, veruntamen time me, accipe inſtructionem, ne exſcinderetur habitaculum ejus. Quicquid viſitavi ſuper eam,* (id eſt, quacunque tandem pœna eos affeci,) *tamen* (vel certè) *maturarunt, corruperunt omnia opera ſua.* Omnes, quos vidi Interpretes illud כֹּל־אֲשֶׁר jungunt cum præcedentibus, ubi, cum neceſſaria ſit ellipſis, variæ inde oriuntur interpretationes, dum alius hanc, alius aliam ellipſin fingit. nos cum ſequentibus conjungimus, plano, ut nobis quidem videtur, ſenſu. Chaldæus פָּקַדְתִּי in bonum ſumpſit, vertit enim כל טבון דאמרית להון איתי להון *Omnia bona quæ dixi ipſis adducam,* vel *adducerem ipſis.* ac ſi ſenſus eſſet, ſi timerent me, non tantum non exſcinderentur ex habitaculo ſuo, ſed & omnia bona quæ promiſi ipſis, eſſent ſuper eos, adferrem ea ipſis. quem ſenſum conſtructio non fert.

Vers. 9. לְעָבְדוֹ שְׁכֶם אֶחָד *ad ſerviendum ei humero uno,* i. unanimi conſenſu. Hinc Rabbini, mutato tantum ש in ס, quum non unius ſolum organi, ſed & pronunciationis ſint literæ, utuntur הסכמה pro *conſenſu,* ac definiunt השואת דעות פני אדם יחד *ubi ſententiæ hominum ſimul conveniunt.* הסכים *conſenſit.*

Vers. 19. וְשַׂמְתִּים לִתְהִלָּה וּלְשֵׁם בְּכָל־הָאָרֶץ בָּשְׁתָּם. Pagninus, *Et ponam illos in laudem, & in nomen in tota terra pudoris eorum.* Sed contra Hebraiſmum eſt, ut nomen ſubſtantivum regens alterum ſubſtantivum in genitivo habeat præfixum ה Emphaticum ſeu notificativum, quia ipſa conſtructio facit notificationem. ut nec unquam אָרֶץ legitur in conſtructione, ſed ſemper אֶרֶץ. Quod quum Tigurini animadverterent, *in omni terra in qua pudore affecti ſunt,* eodem quidem ſenſu, ſed mutata conſtructione, quaſi ſubintelligeretur אֲשֶׁר בָּהּ. Junius longius receſſit, quando vertit, *Diſponamque eis laudem & nomen in tota terra, quod illos pudeat.* Ad verbum conſtructio ſic habet, *Et ponam eos in laudem & in nomen, in tota terra pudor eorum.* id eſt ex phraſi Hebræis familiariſſima, *quorum pudor eſt in tota terra.* בָּשְׁתָּם pro אֲשֶׁר בָּשְׁתָּם. ut ſenſus ſit, quorum ignominia jam eſt per omnem terram diſperſa, illi à me nomen & laudem habebunt. Jonathan ad verbum vertit, ואשונון לתושבחא ולשום בכל ארעא בהתתהון׃, quæ non ſunt vertenda, *in omni terra pudoris eorum,* nam eo ſenſu dicendum fuiſſet בכל ארע בהתתהון, vel בכל ארעא דבהתתהון. nam ſicut apud Hebræos ſubſtantivum conſtruens non accipit ה emphaticum, ita nec apud Chaldæos ac Syros formam emphaticam, niſi interveniente ד. itaque Chaldæus vertendus, ut nos Hebraicum vertimus.

Vers. 20. בָּעֵת הַהִיא אָבִיא אֶתְכֶם וּבָעֵת קַבְּצִי אֶתְכֶם כִּי אֶתֵּן אֶתְכֶם לְשֵׁם וְלִתְהִלָּה בְּכֹל עַמֵּי הָאָרֶץ׃ Variis aliorum interpretationibus hanc quoque addimus. *In tempore illo adducam vos. & in tempore colligere me vos.* (id eſt, quo colligam vos) *utique ponam vos in nomen & in laudem per omnes populos terræ.* כִּי non ſemper eſt cauſalis particula, ſed ſæpe confirmativa. Ut in celebri illo juramento Abrahamo facto Gen. 22. verſ. 16. 17. וַיֹּאמֶר בִּי נִשְׁבַּעְתִּי נְאֻם יְהוָֹה כִּי יַעַן אֲשֶׁר עָשִׂיתָ אֶת־הַדָּבָר הַזֶּה וְלֹא חָשַׂכְתָּ אֶת בִּנְךָ אֶת־יְחִידֶךָ כִּי בָרֵךְ אֲבָרֶכְךָ &c. ubi poſterius כִּי quo incipit verſ. 17. Lxx. verterunt ἦ μὴν εὐλογῶν εὐλογήσω σε. quod Apoſtolus citat Hebr. 6. 14. ubi obiter obſervandum, errorem nobis videri, quod tamen à viris etiam doctiſſimis traditur,

ditur ἦμlω haberi ab Apoſtolo pro formula juramenti: nam nihil eſt niſi Hebræorum כִּי quumque Apoſtolus narret Deum juraſſe per ſemetipſum, non reſpexit in hiſtoria Moſis verſum 17. כִּי בָרֵךְ אֲבָרֶכְךָ. ibi enim, non formula juramenti, ſed ſola res jurata deſcribitur: verum reſpexit verſ. 16. ubi formula juramenti expreſſa eſt, בִּי נִשְׁבַּעְתִּי נְאֻם יְהוָֹה. quæ autem Deus loquens, in prima perſona de ſeipſo effert, Paulus de Deo loquens, in tertia enunciavit, ὤμοσε καθ᾽ ἑαυτȣ. at quando juravit per ſeipſum? quum diceret, ἦμην εὐλογῶν εὐλογήσω σε. quæ verba ſolummodo rem ipſam proferunt, quam Deus, quum per ſeipſum juraret, Abrahamo confirmavit. Ut autem ad locum noſtrum redeam, fateor interpretationi meæ (quam etiam ex parte in editione Commeliana ad marginem annotatam reperio) non nihil repugnare illud camets in בָּעֵת quod vim habet ה Emphatici. quum enim vertis, *in tempore colligere me*, conſtructio eſt Genitivi, poſito infinitivo pro nomine, ac ſi dicas *in tempore collectionis meæ*, aut *in tempore colligendi me*. ubi ה Emphaticum locum non habet, ſed dicendum fuerat וּבְעֵת קַבְּצִי. itaque eò redeo, ut potius vertam, *In tempore illo adducam vos, & eodem tempore* erit *colligere me vos* (id eſt, colligam vos) *quia ponam vos in nomen* &c. quod à Pagnini interpretatione parum abit.

Vers. 18. נוּגֵי מִמּוֹעֵד אָסַפְתִּי מִמֵּךְ הָיוּ מַשְׂאֵת עָלֶיהָ חֶרְפָּה׃. Omnes noſtri, quos quidem vidi, Interpretes מַשְׂאֵת ſumunt pro *onere* nec tamen in ſenſu loci conveniunt, ſed quot capita, tot fere ſententiæ. liceat & nobis noſtram addere, ut omnia tententur & quod optimum eſt eligatur. מַשְׂאֵת pro *onere* alibi in Scriptura, quod quidem ſciamus, non occurrit. ubique *munus*, *donum* denotat. ſemel, aut fortaſſe iterum, *incendium*. Sic ergo vertimus, *Dolentes ob ſolennitatem colligam, ex te ſunt, munus, ſuper quod opprobrium eſt*. Senſus eſt, Pios omnes, qui dolent impeditas eſſe feſtorum ſolennitates, colligam, quia ex te ſunt, ô Eccleſia, tui ſunt, ad te pertinent, & ego eos tanquam donum tibi colligam, ſuper quod quidem jam opprobrium eſt: *ſed ecce* (ut ſequitur v. ſequenti) *ego conficiam eos qui affligunt te*. Lxx. & Jonathan pro הָיוּ legerunt הוֹי væ, & cum ſequentibus junxerunt, unde alia prorſus oritur interpretatio: nec inepta ſane, ſi ita legere liceret. ſenſus enim hic eſſet, *Dolentes ob ſolennitatem removebo ex te: væ dono ſuper quod opprobrium eſt*. Id eſt, profanos Iſraëlitas, qui dolent adeſſe feſti ſolennitatem, qua munera mihi offerenda ſunt, removebo ex te. væ iis qui ſolennitatis tempore munera probro digna offerunt. Jonathan totum verſum ad hoſtes retulit. ſic habet זמני מועדך די הוו מעכבין ארחיקית מניך וי עליהון על דהוו נטלין זיניהון לקבליך ומחסדין ליך׃, id eſt, *Qui remorati ſunt in te tempora ſolennitatis tuæ, removi ex te: væ ſuper eos, propterea quod portarunt arma ſua contra te, & probro affecerunt te.*

ANIMADVERSIONES

In loca difficiliora

HAGGAI.

Cap. I. Vers. 4.

הַעֵת לָכֶם אַתֶּם. Pagn. *Nunquid ô vos, tempus vobis?* Junius, *An tempus eſt vobis, heus vos?* voluerunt אַתֶּם eſſe vocativi caſus. Rectius Lxx. & Vulgatus ſimpliciter verterunt, *An tempus eſt vobis?* neglecto אַתֶּם. quamvis non omnino redundet. Solet enim Scriptura pronomini affixo ſubnectere pronomen ſeparatum ejuſdem perſonæ, emphaſeos ergo, & ad Affectum loquentis exprimendum. ut Gen. 27. verſ. 34. בָּרְכֵנִי גַם אָנִי *Benedic mihi, etiam mihi* inquam. Sach. 7. verſ. 5. הֲצוֹם צַמְתֻּנִי אָנִי, *an jejunando jejunaſtis mihi, mihi* inquam? Ita & hoc loco, *An tempus eſt vobis, vobis* inquam?

Vers. 6. זְרַעְתֶּם הַרְבֵּה וְהָבֵא מְעָט אָכוֹל וְאֵין לְשָׂבְעָה שָׁתוֹ וְאֵין לְשָׁכְרָה לָבוֹשׁ וְאֵין לְחֹם לוֹ׃. Solet אֵין hîc verti per *non*. Junius, *minimè*. Moneo includere verbum ſubſtantivum, & ſic differre à לֹא. Deinde Infinitivi הָבֵא, אָכוֹל, שָׁתוֹ, לָבוֹשׁ ſolent per Indicativum ſecundæ perſ. plur. num. reddi, propter primum verbum זְרַעְתֶּם. quod in tribus prioribus ſatis commodè fit. ſed in לָבוֹשׁ minus commodè, ob mutationem perſonæ in לוֹ. quod plerique vertunt quaſi poneretur pro לָכֶם, *Induimini, & non eſtis calefacti*. Junius autem, ut לוֹ retineat, *Induimini, ſed nemo ita ut ſit calor ei*. Malim omnes Infinitivos imperſonaliter ſumere, ac vertere, *Seminatis multum, & infertur parum*

rum: editur, & non eſt ad ſatietatem: bibitur, & non eſt ad ebrietatem: induitur quis, & non eſt ad calorem ei. Belgicè optimè, **men doet kleederen aen / ende 't en is niet om ſich te verwarmen.** Ita infra cap. 2. 16. imperſonaliter ſumitur Infinitivus מִטֶּרֶם שׂוּם אֶבֶן אֶל · שׂוּם אֶבֶן *antequam ponat quis lapidem ad lapidem*, vel, *antequam ponatur lapis* &c.

Vers. 8. עֲלוּ הָהָר וַהֲבֵאתֶם עֵץ וּבְנוּ הַבָּיִת וְאֶרְצֶה בּוֹ וְאֶכָּבְדָ נְאֻם יְהוָה. Solent Interpretes, Hebræi & noſtri, verſum hunc ad templum referre, quod Deus extruere jubeat. primo, propter הַבַּיִת, ubi ה emphaticum demonſtrat peculiarem illam domum Dei. deinde, quia addit Deus, ſe delectatum ea, & glorificatum iri. At verſu ſeq. הַבַּיִת refertur ad communes domos, quas quiſque Judæorum ſibi ſtruebat. & eodem ſenſu hoc verſu ſumo, ſuadentibus id verſu præcedenti ac ſequentibus. verſu enim præcedenti dixerat, *Apponite corda veſtra ad vias veſtras.* ubi per vias ipſorum intelligit ipſorum actiones, quas non Deo, ſed ſibi ipſis dicabant. plane ut ſupra v. 5. ubi quum dixiſſet, *Apponite corda veſtra ad vias veſtras*, ſubjicit ſtatim verſ. 6. quænam ſint viæ ipſorum, & quem ſucceſſum habeant, *Seritis multum, & introducitis parum, editis & non eſt ad ſatietatem* &c. eodem ergo modo nunc, quum verſ. 7. juſſiſſet eos attendere ad vias ſuas, pergit verſ. 8. & 9. deſcribere ipſorum vias, & infelicem earum ſucceſſum. Verſum ergo octavum ſic reddo, *Aſcendite in montem, & adferte lignum, & ædificate domum: an delectabor ea, & glorificabor, inquit Dominus?* Id eſt, non delectabor, neque glorificabor. quam pœnam proſequitur verſ. ſeq. *quum reſpicietis ad multum, ecce parum erit. quum introducetis in domum, flabo in illud* &c. Vau in וְאֶרְצֶה interrogativum mihi eſt. ut Eſa. 36. 19. 1 Sam. 20. 14. & alibi. ſicut & καὶ Jac. 2. 4. *Si in cœtum veſtrum ingreditur* &c. *& reſpexeritis* &c. *& dixeritis* &c. καὶ ὐ διεκρίθητε ἐν ἑαυτοῖς, *nonne diſcrimen feceritis in vobis ipſis?* &c.

Vers. 10. כָּלְאוּ שָׁמַיִם מִטָּל וְהָאָרֶץ כָּלְאָה יְבוּלָהּ. Solent Interpretes כָּלְאוּ & כָּלְאָה ſumere paſſivè, propter מִן in מִטָּל. & ob eandem cauſam idem מִן ἀπὸ τῦ κοινῦ ſubintelligere in יְבוּלָהּ. at alibi כָּלָה eſt tranſitivum. nec dubito, quin eodem modo & hîc ſit ſumendum. Verto, *cohibuerunt cœli ne ſit ros, & terra cohibuit proventum ſuum.* מִטָּל verto, *ne ſit ros.* ſæpe enim מִן hoc modo negat. ut Zachar. 7. 14. & terra deſolata eſt poſt eos מֵעֹבֵר וּמִשָּׁב, *ne ſit tranſiens & ne ſit revertens.*

Cap. II.

Vers. 5. אֶת הַדָּבָר אֲשֶׁר כָּרַתִּי אִתְּכֶם: Pagninus, Et faciam *verbum quod pepigi vobiſcum.* Junius, *Cum verbo quo pepigeram vobiſcum.* Ego hîc peculiarem Hebraiſmum ſtatuo, quem Latinè verto, *Quod verbum pepigi* (i. promiſi quum pangerem) *vobiſcum.* Hunc enim Latiniſmum, *quod verbum* in Accuſ. caſu, ſi ad verbum Hebraicè dicas אֶת אֲשֶׁר הַדָּבָר peccas in Hebraiſmum, qui poſtulat ut relativum אשר ponatur poſt nomen ad quod refertur. itaque aut circumlocutione utendum, & dicendum זֶה הַדָּבָר אֲשֶׁר *hoc eſt verbum quod pepigi.* aut, quod hîc occurrit, dicendum אֶת הַדָּבָר אֲשֶׁר Lxx ad verbum τὸ ῥῆμα ὃ διέθηκα, pro ὃ ῥῆμα, & Vulgatus, *verbum quod pepigi*, id eſt Latinè, quod verbum pepigi. planè ut Actor. 10. 36. τ̃ λόγον ὃν ἀπέστειλε. quod doctiſſ. Beza rectè expoſuit per ὃν λόγον, *quem ſermonem miſit.* Eſt tamen, ubi Accuſativo caſu per *quod verbum* exponi nequit, ſed neceſſario nominativo caſu, quod frequens eſt, & quidem loco pronominis demonſtrativi, cum verbo ſubſtantivo quod ſatis rarum, accipi debet. ut Zachar. 7. verſ. 7. הֲלֹא אֶת הַדְּבָרִים *an non hæc ſunt verba, quæ clamavit Deus per Prophetas priores?* pro אֵלֶּה הַדְּבָרִים· vide eandem conſtructionem Zachar. 8. 17. nec diſſimilem 2 Reg. 9. 25. ita hoc loco, אֶת הַדָּבָר pro זֶה הַדָּבָר *hoc eſt verbum.* ſenſus eodem recidit cum priori. Sed juvat phraſin Hebræam rectè intelligere. Uſitatum eſt Rabbinis, hac particulâ, ſed addito affixo, uti pro pronomine demonſtrativo nominativi caſus. ut אותו איש *ille vir.* אֹתָם אֲנָשִׁים *illi viri.*

Vers. 7. עוֹד אַחַת מְעַט הִיא. Vulgatus. *Adhuc unum modicum eſt.* Pagninus, *adhuc unum puſillum eſt.* Junius, *adhuc ſemel parum illud eſt.* Laudo quod אַחַת verterit *ſemel* ut & Lxx ἅπαξ, quod Apoſtolus confirmavit Hebr. 12. 26. ſic uſurpatur quoque Job. 39. 35. Exod. 30. 10. propriè *una vice.* ſubintelligitur enim פַּעַם· ſicut שְׁתַּיִם, ſupp. פְּעָמוֹת *duabus vicibus, bis*, 2 Reg. 9. Sed quod ſequentia verterit, *parum illud eſt*, & ad vetus fœdus, quod cum Iſraëlitis ex Ægypto exeuntibus pepigerat Deus, retulerit, longe petitum & durum videtur. Simpliciter verto, *Adhuc ſemel brevi*

erit. ad verbum, *Adhuc una* vices *pauxilluli temporis est.* Belgicè egregiè, **Noch een reyse isser van korten tydt.** אַחַת substantivum *vicem*, מְעַט substantivum *tempus* in se includunt, non hîc tantum, sed & alibi passim. itaque tanquam duo substantiva in regimine Genitivi rectè construuntur. Sensus est, Quum multis hactenus vicibus, iisque longarum periodorum, repetierit Deus promissam Ecclesiæ per Messiam restaurationem, eandemque totidem vicibus distulerit, nempe ab Adamo ad Abrahamum, inde ad legem latam, hinc ad Davidem & templi Salomonici structuram, ab hac ad ejusdem per Zorobabelem instaurationem, nunc una adhuc tantum (ut inusitatè dicam) vices, eaque pusilli temporis restat, nempe à structo hoc templo secundo ad Christum.

VERS. 14. *Sic est populus hic, & sic gens hæc ante me, inquit Dominus: & sic omne opus manuum ipsorum, & quod offerunt ibi, pollutum est.* Vatablus & Junius in notis volunt *ibi*, esse *in altari.* malo referre ad præcedens לְפָנַי *ante me.* ut non tantum sacrificia quæ in altari offerebantur, sed & panes propositionis, & dona quæ templo dabantur, ipsæ etiam preces & psalmi, qui in publico cœtu aut in loco sacro coram Deo dicebantur, hîc intelligantur.

VERS. 18. וְאֵין אֶתְכֶם אֵלַי נְאֻם יְהוָה׃ Plerique vertunt, *Et non* convertebatis *vos ad me.* Sed in tali constructione dicendum erat, וְלֹא אֶתְכֶם אֵלַי supple הֲשִׁיבֹתֶם, quia אֵין apud Hebræos præterito non potest jungi. quod quum Junius animadverteret, vertit, *Et nullus apud vos ad me* venit. Sed ne sic quidem constructioni Hebræorum satisfactum, quia אֵין includit negationem cum verbo substantivo *est.* Verto, *Et non est vobiscum qui ad me, inquit Dominus.* plena phrasis esset, וְאֵין אֶתְכֶם אֲשֶׁר אֵלַי. cum eleganti aposiopesi ipsius verbi, quam & in translatione servandam esse arbitror, quia elegantiam habet, & irati Dei affectum exprimit, ac facile sine ulla obscuritate intelligitur. Porro אֶתְכֶם, quod alioqui in accusativo casu significat *vos*, sumimus pro אִתְּכֶם *vobiscum*, sicut sæpe אוֹתְךָ *te* pro אִתְּךָ *tecum.* & אוֹתָם *eos*, pro אִתָּם *cum eis.* Aposiopesis similis exemplum aliud est Exod. 32. 26. ubi Moses ob factum vitulum iratus dicit מִי לַיהוָה אֵלַי *quis Dei est? ad me.* sup. veniat.

VERS. 19. *Ponite nunc cor vestrum à die hoc* וָמָעְלָה, Junius, *ad dies qui præcesserunt.* Sic rectè וָמָעְלָה verterat supra vers. 17. Suadentibus id verbis sequentibus, ubi dies dicuntur intelligi qui fluxerant, antequam lapis lapidi apponeretur in templo Domini. At hîc contra Vulgatus videtur rectius vertisse, *& in futurum.* jubet enim Deus, qui ulterioribus diebus, antequam templo struendo operam navarant, negligentiam eorum puniverat, jam ab hoc die, quo fundamentum templi jactum erat, & deinceps animadvertant, an non contra sit cumulatissimè benedicturus. מַעְלָה non ad præteritum tempus tantum, sed & ad futurum refertur. vide 1 Sam. 16. 13.

VERS. 20. הַעוֹד הַזֶּרַע בַּמְּגוּרָה וְעַד הַגֶּפֶן וְהַתְּאֵנָה וְהָרִמּוֹן וְעֵץ הַזַּיִת לֹא נָשָׂא מִן הַיּוֹם הַזֶּה אֲבָרֵךְ׃ Sic verto, *An adhuc semen est in granario? & usque ad vitem & ficum & malogranatum, & arborem oleam quæ non protulit, à die hoc benedicam.* Id est, si quid adhuc seminis in granario restat serendum, ei ab hoc die benedicam, etiam ad arbores usque quæ hactenus fructum non tulerunt, benedictionem meam extendam.

ANIMADVERSIONES

In loca difficiliora

ZACHARIÆ.

CAP. I. VERS. 8.

סוּסִים שְׂרֻקִּים verto, *Equos orientis solis colorem imitantes*, id est *fulvos.* causam vide in observationibus nostris ad Esa. 19. 9.

VERS. 26. וְקָוֶה *& perpendiculum.* τὸ קרי est קַו. τὸ כתיב est קָוֶה. quod non magis mendum habet, quam לַיְלָה pro לַיִל. Chaldaismus est, qui nominibus, etiam masculinis, Hebræorum, affigunt ה. ut pro פֵּשֶׁר interpretatio פִּשְׁרָה Dan. 2. 7. pro מֶלֶךְ *rex*, מַלְכָּה Dan. 2. 11. & sexcenta alia, quæ tamen apud Syros & Chaldæos frequentius in א terminatur. sed apud Danielem & Esdram א & ה indiscriminatim usurpantur. itaque nec mirum, Zachariam, qui circa idem tempus vixit, Chaldaismos imitari.

CAP. II.

VERS. 4. אֵלֶּה הַקְּרָנוֹת אֲשֶׁר זֵרוּ אֶת יְהוּדָה כְּפִי אִישׁ לֹא נָשָׂא רֹאשׁוֹ וַיָּבֹאוּ אֵלֶּה לְהַחֲרִיד אֹתָם׃ Rectè hæc interpretatus est Junius. Quia tamen video Vulgatum, Pagninum, Genevenses & alios non animadvertisse Hebraismum (adeo etiam ut Pagninus verterit, *Isti sunt cornua quæ ventilaverunt Jehudam:* quasi fabri isti essent ista cornua, quum contra fabri dicantur venisse, ad deterrendum ista cornua) visum fuit monere, אֵלֶּה הַקְּרָנוֹת esse nominativos absolutos, quos Latinè vertas, *Quod attinet ad illa cornua, quæ ventilarunt Judam, sic ut nemo attulerit caput suum.* habes prius sententiæ membrum, cui alterum per Vau retributivum, Latinis superfluum, annectitur וַיָּבֹאוּ *venerunt isti ad deterrendum illa.* similes omnino constructiones observavimus Jer. 33. vers. 24. & 44. v. 25.

VERS. 11. *Heus Sion, erue te,* יוֹשֶׁבֶת בַּת בָּבֶל, Vulgatus & Junius, *quæ habitas apud filiam Babel.* Pagninus, *cum filia Babel.* Ad verbum malim, *habitatrix filiæ Babel*, vel *inhabitans filiam Babel.* prout Lxx. habent, κατοικοῦντες θυγατέρα Βαβυλῶνος. est enim בַּת בָּבֶל regio seu territorium Babylonis, cui urbs Babel tanquam mater dominatur. Pagi & oppidula vocantur בָּנוֹת *filiæ.* regio pagos & oppidula continens בַּת *filia.*

VERS. 12. *Nam sic dixit Dominus exercituum:* אַחַר כָּבוֹד, verto, *tandem* erit *gloria.* id est, tandem aliquando emerget Sion ex ignominia sua, & in gloriam restituetur. quod autem ejus argumentum? שְׁלָחַנִי *Misit me Dominus ad gentes ad spoliandum vos.* verba sunt Angeli qui introductus fuit vers. 7. sumitur hîc אַחַר, ut Gen. 33. 7. aut verto, *postea* erit *gloria.* nempe, postquam te erueris è regione Babel. quod jusserat v. præcedenti.

CAP. III.

VERS. 8. צֶמַח in numeris valet 138. tantundem מנחם *consolator.* Si itaque Gematriæ locus aliquis tribuendus est, per Tsemach Christum consolatorem intelligi dicemus. Jonathan rectè intellexit, quum per משיחא reddidit.

VERS. 9. כִּי הִנֵּה הָאֶבֶן אֲשֶׁר נָתַתִּי לִפְנֵי יְהוֹשֻׁעַ עַל אֶבֶן אַחַת שִׁבְעָה עֵינָיִם. Sumo הָאֶבֶן pro nominativo absoluto. *Nam ecce, quod attinet ad lapidem, quem posui ante Josuam, super lapidem unum septem oculi sunt.*

VERS. 10. תִּקְרְאוּ אִישׁ אֶל רֵעֵהוּ אֶל תַּחַת גֶּפֶן וְאֶל תַּחַת תְּאֵנָה. Verto, *acclamabitis quisque proximo suo, ad* locum *sub vite, & ad* locum *sub ficu.* Belgicè ad verbum rectè, **Ghylieden sult d'een d'ander toe-roepen / nae onder den Wynstock / nae onder den Vygeboom.** id est, hortabimini vos mutuo, dicentes, Secedamus ad umbracula vitium & ficuum, confabulandi gratia. quod summæ pacis ac securitatis signum futurum esset.

CAP. IV.

VERS. 2. *Et dixit mihi, quid tu vides?* וַיֹּאמֶר רָאִיתִי. τὸ קרי est וָאֹמַר *& dixi.* quod Lxx. Chaldæus, Vulgatus, nostrique Interpretes sequuntur. & fateor rectè convenire. τὸ כתיב tamen, est וַיֹּאמֶר *& dixit*, vel *& respondit.* in quo si quis necessario mendum agnoscendum esse autumet, me dissentientem habet. Sicut enim infra c. 5. 5. 6. quum jussus esset Propheta videre quid exiret, neque id agnosceret, ipse Angelus respondit quid esset quod exiret: ita & hoc loco intelligi potest, ignorasse Prophetam quid esset quod conspiciendum exhiberetur. quocirca Angelum ipsummet respondisse, quod ipse videret. cujus deinde interpretationem petit Propheta v. 4.

VERS. 7. *Quis tu es, mons magne coram Zerubabel?* לְמִישׁוֹר וְהוֹצִיא אֶת הָאֶבֶן הָרֹאשָׁה תְּשֻׁאוֹת חֵן חֵן לָהּ׃ per Imperativos hæc omnia verto, *in planiciem* sis, *& profer lapidem illum primarium: acclamationes* sint, *gratia gratia ei.* confer cum Dan. 2. 45. ubi dicitur Nebucadnetsar vidisse, eundem hunc lapidem è monte exscindi. quum itaque supra cap. 3. v. 9. dicitur lapis fuisse positus לִפְנֵי יְהוֹשֻׁעַ *coram Josua*, intelligendus est & magnus hic mons, quo lapis iste continebatur, ibidem collocatus. qui, quum hîc quoque dicatur esse לִפְנֵי יְהוֹשֻׁעַ *coram Josua*, jubetur in planitiem redigi, ut lapidem istum in se abditum proferat.

CAP. V.

VERS. 3. *Et dixit mihi, Hæc est execratio, quæ exit super universam terram.* כִּי כָל־הַגֹּנֵב מִזֶּה כָּמוֹהָ נִקָּה וְכָל־הַנִּשְׁבָּע מִזֶּה כָּמוֹהָ נִקָּה׃ Verto, *Nam quicunque furatur, ab una parte* (nempe voluminis) *secundum illam* (nempe execrationem) *exscissus est, & quicunque jurat, ab altera parte secundum illam exscissus est.* Volumen illud volans, de quo v. præcedenti, continere execrationem, quæ in totam terram esset exitura, probat ab ipsius voluminis argumento, quia ab una ejus parte omnes fures, ab altera omnes jurantes describerentur exscissi secundum execrationem. כמו ut simplex כ, interdum similitudinis est *sicut*, interdum convenientiæ *secundum, juxta.*

VERS. 6. זֹאת הָאֵיפָה הַיּוֹצֵאת. Verto, *Hoc, Epha est, quod exit.* quum enim jussus esset videre מָה הַיּוֹצֵאת הַזֹּאת *quid esset hoc quod exiret*, jam respondet Angelus, *hoc, quod exit, Epha est.* itaque הַיּוֹצֵאת construo cum זאת, non cum הָאֵיפָה.

VERS. 7. וְהִנֵּה כִּכַּר עֹפֶרֶת נִשֵּׂאת וְזֹאת אִשָּׁה אַחַת יוֹשֶׁבֶת בְּתוֹךְ הָאֵיפָה. Continuationem esse puto sermonis Angeli, alloquentis Prophetam. itaque verto, *Et ecce talentum plumbi fertur, & hæc mulier una, sedet in medio Ephæ.* ostendit ipsi Angelus, primo talentum plumbi, deinde mulierem unam. ostensio plumbi fit per וְהִנֵּה. mulieris per וְזֹאת.

CAP. VI.

VERS. 4. סוּסִים בְּרֻדִּים אֲמֻצִּים. Vulgatus & Pagninus, *equi varii, fortes.* Junius, *grandine guttati, confirmati.* ita iidem fuerint בְּרֻדִּים & אֲמֻצִּים. at ex v. 7. 8. liquet, diversos fuisse equos. Nam הַבְּרֻדִּים ibant versus austrum. הָאֲמֻצִּים obambulabant terram. Itaque facile inducor in eorum sententiam, qui, permutatis gutturalibus א & ח, positum volunt pro חֲמֻצִּים, quod occurrit Esa. 63. 1. *Quis est iste qui venit ex Edom.* חֲמוּץ בְּגָדִים *commaculatus vestibus?* Ita hoc loco, *Equi grandine guttati, & commaculati*, i. maculis respersi. Lxx. verterunt καὶ ψαροὶ & *sturnini*. Jonathan, quem multi sequuntur, וקמטנין & *cinerei.*

VERS. 13. *Et ille ædificabit templum Jehovæ, atque ipse portabit majestatem, & sedebit ac dominabitur* עַל כִּסְאוֹ, verto, *super thronum ejus* (Jehovæ) *& erit Sacerdos super thronum ejus, & consilium pacis erit* בֵּין שְׁנֵיהֶם *inter duos illos*, nempe Germen & Jehovam. solent Interpretes עַל כִּסְאוֹ vertere *super thronum suum.* Hinc laborant, quinam sint duo illi, inter quos pax futura sit. Alii Judæos & Gentiles intelligunt. alii Regem & Sacerdotem. alii regiam & sacerdotalem dignitatem. & hi neutro genere vertunt, *inter duo illa.* nostra explicatio simplex videtur, & perspicua.

CAP. VII.

VERS. 3. *An flebo mense quinto, abstinendo, quemadmodum feci* זֶה כַּמֶּה שָׁנִים. Pagninus, *jam tot annis.* non bene. Junius, *jam aliquot annis.* propriè כַּמֶּה est interrogativum *quot?* vel admirativum *quot!* ad verbum ergo, *jam quot annis?* id est, ut habent Lxx ἤδη ἱκανὰ ἔτη. & Vulgatus, *jam multis annis.* frequens est hæc vox apud Rabbinos pro *multum.*

VERS. 7. הֲלוֹא אֶת הַדְּבָרִים. Junius, *Nonne facturi fuistis secundum verba illa.* Laudo potius Lxx. Vulgatum & Pagninum, qui את habuerunt pro nota Nominativi casus, & verterunt, *nonne sunt verba.* vel *nonne hæc sunt verba?* confer cum Agg. 2. 5.

Sequitur in fine versus, וְהַנֶּגֶב וְהַשְּׁפֵלָה יוֹשֵׁב. non possum non laudare Græcos Interpretes, qui verterunt, καὶ ἡ ὀρεινὴ καὶ ἡ πεδινὴ κατῳκεῖτο, *& montana ac campestris regio habitaretur.* הַנֶּגֶב enim secundario *meridiem*, primariò autem *terram siccam, aridam & desertam* significat, quales montes erant in Judæa. quamobrem מִדְבָּר *desertum*, à montibus sic dictum esse, docuimus Exod. 14. 3. itaque rectè הַשְּׁפֵלָה *humilis & campestris regio*, quippe humida plerumque ac ferax, ob humoris è montibus defluentis copiam, opponitur הַנֶּגֶב *siccæ ac desertæ*, adeoque montosæ, quæ humore suo protinus destituitur. atque ita Esa. 21. 1. כְּסוּפוֹת בַּנֶּגֶב לַחֲלֹף Lxx rectè verterunt, ὡς καταιγὶς δι᾽ ἐρήμου διέλθοι. *sicut turbines per desertum*

sertum transeunt, i. per loca montosa. è montibus enim vehementi impetu ruunt turbines.

Vers. 10. וְרָעַת אִישׁ אָחִיו אַל תַּחְשְׁבוּ. Inversus est verborum situs, quæ rectè collocantur infra cap. 8. 17. וְאִישׁ אֶת רָעַת רֵעֵהוּ אַל תַּחְשְׁבוּ.

Cap. VIII.

Vers. 9. &c. מִפִּי הַנְּבִיאִים אֲשֶׁר בְּיוֹם יֻסַּד. Verto, *Ex ore Prophetarum*, *qui* erant *eo die quo fundabatur domus Jehovæ exercituum ut exstrueretur*. se intelligit, & Aggæum, & Malachiam.

Vers. 11. כִּי זֶרַע הַשָּׁלוֹם. Verti solet, *sed semen pacis* erit Malo, *pax* erit. id est, securum erit, prosperum & bene fortunatum. phrasis est, qualis illa 1 Sam. 25. 6. וְאַתָּה שָׁלוֹם וּבֵיתְךָ שָׁלוֹם וְכֹל אֲשֶׁר לְךָ שָׁלוֹם *& tu pax*, *& domus tua pax*, *& quicquid habes pax*. id est, & tibi bene sit, & domui tuæ, & omnibus quæ habes. ita hoc loco, *quia semen pax* erit, id est, semini bene erit.

Vers. 23. &c. בַּיָּמִים הָהֵמָּה אֲשֶׁר יַחֲזִיקוּ. Verti potest, *diebus illis*, *utique apprehendent* &c. אֲשֶׁר sæpe pro utique. ut Nehem. 4. 12. Psal. 144. 12. Hab. 3. 16. Psal. 10. 6. & 95. 11. Esa. 8. 20.

Cap. IX.

Vers. 1. *Onus verbi Jehovæ* בְּאֶרֶץ חַדְרָךְ. Laudo Junium, qui ex Syriasmo vertit, *in terram circumjacentem te*. ad verbum, *in terram circuitus tui*. וְדַמֶּשֶׂק מְנֻחָתוֹ Junius, *& Damascus* erit *requies illius*, nempe oneris sive Prophetiæ onerosæ. quæ interpretatio nequaquam spernenda. vide tamen an verti quoque possit, *& Damascum requiem ejus*, regionis circumjacentis, id est in qua circumjacens te regio, tanquam in potentissima tutrice requiescit & secura erat. Erat enim Damascus sedes regni Syriaci, & in vicinas regiones longe lateque dominabatur, easque sibi obsequentes & in se acquiescentes habebat. כִּי לַיהוָה עֵין אָדָם וְכֹל שִׁבְטֵי יִשְׂרָאֵל, verto, *Nam Domini est inspectio hominis & omnium tribuum Israël*. oculus pro inspectione, metonymia est, in omnibus linguis usitatissima.

Vers. 2. וְגַם חֲמָת תִּגְבָּל בָּהּ צֹר וְצִידוֹן כִּי חָכְמָה מְאֹד. *Etiam Hamathæ terminos figis eâ*, (nempe inspectione) *Tyro & Sidoni*, *quia sapiens fuit valde*. Προσφώνησις est ad Deum, Prophetis usitatissima. Tu Deus, ad quem pertinet inspectio omnium hominum, Hamathæ, Tyro & Sidoni, quæ dominium suum longè lateque diffundere amant, terminos ponis illa tua inspectione, ne ulterius grassentur. idque quia sapientes sibi visæ sunt: præsertim Sidon, quæ sapientiæ suæ fisa, quævis tentare est ausa. tu nunc eas oculo tuo ita limitas, ut præter consilium tuum nihil possint. כִּי non verto *quamvis*, ut Pagninus & Junius. sed *quia*.

Vers. 8. וְחָנִיתִי לְבֵיתִי מִצָּבָה מֵעֹבֵר וּמִשָּׁב. *Et castris tuebor domum meam ab exercitu, à transeunte & à redeunte. neque transibit amplius super eos exactor: quia nunc vidi oculis meis*. nempe exactores & oppressores transiisse super eos.

Vers. 9. צַדִּיק וְנוֹשָׁע הוּא ad verbum verto, *Justus & servatus ipsemet*. Belgicè, **rechtveerdigh ende selve behouden**. quem Deus auxilio suo munit, ne pereat.

Vers. 11. גַּם אַתְּ בְּדַם בְּרִיתֵךְ שִׁלַּחְתִּי אֲסִירַיִךְ מִבּוֹר. Verto, *Etiam tu*, *ob sanguinem fœderis tui*, *dimittam vinctos tuos è fovea*. אַתְּ *tu* est Nominativus absolutus. plane ut אֲנִי *ego*, Psal. 73. 28. בְּדַם verto *ob sanguinem*. sicut בַּחֲמִשָּׁה *ob quinque* Gen. 18. 28. & alibi sæpe. sensus est, quia recordor sanguinis quo fœdus meum tecum initum sancitum est, ideo dimisi &c.

Vers. 12. *Revertimini ad munitionem*, *vincti spei*. גַּם הַיּוֹם מַגִּיד מִשְׁנֶה אָשִׁיב לָךְ. Verto, *Etiam hic dies annunciat duplum*, quod *reddam tibi*. id est duplam gratiam. vel *retributionem*, nempe quæ omnes tuas miserias tanquam secundum quid consequitur. sic apud Arabes ثناء תנא (ubi ת est loco Hebr. ש ex more) propriè *iteratio*, significat id quo quis alterius sive beneficium sive maleficium secundat, adeoque laudem & vituperium. ut in sententiis Ali ثناء الرجل على معطيه مستزيد, ad verbum, *secundatio viri super datorum suum*, *amplius petit*, id est, quum quis laude & gratiarum actione beneficii datorem secundat, novum sibi beneficium postulat.

Cap. X.

Vers. 4. מִמֶּנּוּ יֵצֵא כָל נוֹגֵשׂ יַחְדָּו. *ab illo exibit omnis præfectus pariter.* נוֹגֵשׂ non semper in malum sumptum, *exactorem* significat, qui duriter populum tractat: sed & in bonum, pro quovis præfecto qui ad operas populum urget, & tributi exigendi potestatem habet. ut Esa. 60. vers. 17. וְשַׂמְתִּי פְקֻדָּתֵךְ שָׁלוֹם וְנֹגְשַׂיִךְ צְדָקָה. *Et ponam præfecturam tuam pacem, & Inspectores tuos* (Ἐπισκόπους σου rectè verterunt LXX) *justitiam.* ubi נגשיך non magis in malum sumitur quam פקדתך. In lingua certe Æthiopica נגוש *regem* significat, & מנגשת *regnum.*

Vers. 13. וְעָבַר בַּיָּם צָרָה. Verto, *Et transibit per mare ad hostem.* צַר *hostis.* cum ה locali צָרָה *hostem versus.* sequitur, *& percutiet in mari fluctus, & exsiccabuntur omnes abyssi rivi, & dejicietur superbia Assur, & sceptrum Ægypti removebitur.* Hostes erant Assyrii & Ægypti. illi Euphrate & Tigri, hi Nilo & mari rubro separati erant à terra Sancta, sic ut vix ad eos transitus dari videretur. Propheta tamen, alludens ad id quod olim in gratiam Israëlitarum mari rubro & Jordani contigerat, docet fore ut per ipsum mare Deus transeat, & in mari fluctus percutiat, alveosque omnes exsiccet, quo facilis detur transitus.

Cap. XI.

Vers. 7. וָאֶרְעֶה אֶת־צֹאן הַהֲרֵגָה לָכֵן עֲנִיֵּי הַצֹּאן. Turbat hîc Interpretes illud לָכֵן, significans passim *propterea.* Junius, *Pavi oves interfectionis, vos, inquam, ô pauperes gregis.* transfert לָכֵן ad initium versus, & עֲנִיֵּי accipit vocativo casu. Nos vertimus, *Et pavi oves occisionis, utique pauperrimas ovium.* לָכֵן mihi est asseverandi particula. ut & Gen. 4. 15. Jer. 2. v. 32. & 5. v. 2. Oseæ 2. v. 16. Idem quod אָכֵן. pro quo & simplex כֵּן interdum usurpari arbitramur. ut Psal. 63. v. 2. 4. & 127. 2.

Sequitur, *Et accepi mihi duos baculos, unum vocavi* נֹעַם, Junius *amœnitatis.* malim in Accus. *amœnitatem.* quod versus decimus probat. *alterum vocavi* חֹבְלִים. quod præ cæteris bene videtur vertisse Junius *devincientium.* propter v. 13. Nos vertimus, *fœderatos.* Nam حبل חבל apud Arabes non modo *funem*, sed & in Alcorano sæpe *fœdus* significat. quia solennis Orientalibus ritus est, funem nectere seu nodare, quum fœdus ineunt. quod عقد dicunt Arabes. & eundem rursus enodare, seu nodum dissolvere, quum fœdus frangunt, quod نقض ipsis dicitur. Hinc & apud Hebræos חֶבֶל sæpe significat *societatem hominum, catervam, turbam, multitudinem simul proficiscentium*, qui quasi fœdere inito socii sunt itineris. 1 Sam. 10. v. 5. 10. Ps. 119. 61. inde חֹבְלִים *sociatos* vertas. quod quam rectè cum v. 13. conveniat, res ipsa indicat.

Vers. 8. וַתִּקְצַר נַפְשִׁי בָּהֶם. *Et abbreviata est anima mea in eos.* id est, quum longanimis hactenus fuerim, & patienter tulerim ipsorum mores, jam impatiens &, ut sic dicam, brevis animi factus sum, properans ad vindictam. ut enim inter se opponuntur, אֶרֶךְ אַפַּיִם *longus ira*, id est, *tardus ad iram*, Prov. 14. 29. & קְצַר אַפַּיִם *brevis ira*, id est, *celer ad iram.* sic quoque אֶרֶךְ רוּחַ *longus spiritu*, id est *longanimis.* Eccles. 7. 8. & קְצַר רוּחַ *brevis spiritu*, id est *præceps ad iram.*

Cap. XIII.

Vers. 5. *Non sum Propheta, sed vir agricola sum.* כִּי אָדָם הִקְנַנִי מִנְּעוּרָי, quorum verborum variæ sunt sententiæ. expendant eruditi & hanc, *Nam homo operari me fecit à juventute mea*, id est, coëgit opere manuum mearum victum mihi comparare à juventute mea. Est enim קנה *facere ut possideas atque habeas*, sive pecuniæ pretio, actum est *emere*, sive labore tuo, actum est *operari.* unde Deus קֹנֵה שָׁמַיִם וָאָרֶץ *operator* vel *factor cœli & terræ*, Gen. 14. v. 19. In lingua certe Æthiopica קנה est *operari.* ut Matth. 20. 7. *operamini in vinea mea*, Æthiopicus תקניו. vide & v. 12. Causam dat Propheta, cur se agricolam semper fuisse dicat, Quia homo ipsum à juventute operari jusserat, scilicet in terra, ut inde victum sibi pararet. quod melius sane quadrare videtur, quam si cum viris doctissimis הִקְנַנִי vertas, *pecuariam me docuit*, à significatione nominis מִקְנֶה *pecus.* si enim quæras, *cur tu es* אִישׁ עֹבֵד אֲדָמָה *vir colens terram?* non rectè respondeam, *Quia edoctus sum pecuariam.*

riam. aliud enim eſt agricolam, aliud pecuarium eſſe.

Cap. XIV.

Vers. 6. *Et erit die illo*, לֹא יִהְיֶה אוֹר יְקָרוֹת יְקִפָּאוֹן. τὸ קרי eſt וְקִפָּאוֹן. unde vertunt, *non erit lux pretioſa & coagulata*, aut *& denſa.* Senſu ſatis obſcuro. ut ex notis Vatabli & Junii videre eſt. neglecto præterea accentu Zakef-katon, quo אור à ſequentibus diſtinguitur. τὸ כתיב eſt יְקִפָּאוֹן, quod rectum putamus, & obſervato accentu vertimus, *Non erit lux: pretioſa concreſcent.* Pretioſa vocat cœlum, ſolem, lunam, cæteras ſtellas, aërem, terram, aquam, quæ verè ſunt pretioſiſſima mundi. Hæc concreſcent in conſummatione ſeculi, quum ϛοιχεῖα καυσόμενα λυθήσονται, *elementa flagrantia ſolventur*, & ὀρανοὶ πυρȣ́μενοι λυθήσονται, *cœli conflagrantes ſolventur.* 2 Pet. 3. 10. 12. illa ſoluta inter ſe coibunt, & veluti in maſſam unam coaleſcent. quod Apoſtolus dixit Hebr. 1. v. 12. ὡσεὶ περιβόλαιον ἑλίξεις αὐτȣ́ς. *ut amictum convolves eos.* Hinc ſequitur, lucem nullam fore, quia quæ lucem præbent, aliis erunt involuta. Malumus porro, mendum ſtatuere in vocalibus, quæ à Mazorethis aut aliis Hebræis ſunt appoſitæ, quam in conſonantibus, quæ ipſum textum conſtituunt.

Vers. 14. וְגַם יְהוּדָה תִּלָּחֵם בִּירוּשָׁלָםִ. Junius, *Et tu quoque Juda, pugnabis Jeruſchalaimis.* ſic & Genevenſes. At נִלְחַם cum ב, ſignificat ubique *pugnare adverſus.* Hinc Vulgatus & Pagninus, *Sed & Judas pugnabit adverſus Jeruſalem.* quod tamen cum re parum convenire videtur. quia ex præcedentibus & ſequentibus liquet, promitti hîc Eccleſiæ ſummam proſperitatem & vindictam de hoſtibus. diſquiratur ergo, an non ex Kal לָחַם *veſci, edere*, formari poſſit Niphal *fieri veſci*, id eſt *cibari.* ac verti, *Etiam ô Juda, cibaberis in Jeruſalem.* unde autem? *congregabuntur opes omnium gentium circumquaque, aurum & argentum, & veſtes multæ valde.* Laudo Junium, qui יְהוּדָה vertit per vocativum, propter Zakeph-katon.

Vers. 18. *Et ſi familia Ægypti non aſcenderit, & non venerit*, וְלֹא תִהְיֶה עֲלֵיהֶם הַמַּגֵּפָה. interrogativè verto, *an non erit ſuper eos plaga, qua percutiet Dominus gentes, quæ non aſcendent ad celebrandum feſtum tabernaculorum?* Sequitur reſponſio v. ſeq. *Hæc erit pœna peccati Ægypti, & pœna peccati omnium gentium, quæ non aſcendent* &c. id eſt, pari pœna cum reliquis gentibus afficientur. Notum eſt Vau ſæpe interrogare. ut ad Agg. 1. v. 8. annotavimus. & quidem addito לא, manifeſtus locus eſt 1 Sam. 20. v. 14.

ANIMADVERSIONES
In loca difficiliora
MALACHIÆ.

Cap. I. Vers. 5.

מֵעַל ut & מִמַּעַל non ſemper ſignificant motum è loco ſuperiori, *ſupernè*, ſed & ſimpliciter *ſuper, ſupra*, præſertim ſequente ל, ut Gen. 22. 9. *poſuit illum ſuper altare* מִמַּעַל לָעֵצִים *ſuper ligna*, ubi. Targum habet מֵעַל אָעַיָּא. Itaque ſequi malumus hoc loco Lxx & Vulgatum, quam Junium aut Genevenſes. quia ſenſus videbatur & facilior & convenientior.

Vers. 8. אֵין רָע Plerique interrogativè exponunt, *an non malum eſt?* malo extra interrogationem vertere, *non eſt malum*, ut à Deo id ironicè dicatur, vel ex ſententia ſacerdotum, & id exprobrari ipſis, quod tam inepta ſacrificia offerentes, negarent tamen eſſe mala. ſic exponunt Aben Eſra, & Rabbi Schelomo, & Kimchi.

Vers. 10. Senſus eſt, tantum abeſt ut vultum veſtrum ſuſcipere velim, ut contra unumquemque, etiam veſtrum ſacerdotum qui fores templi mei ad offerenda ſacrificia aperire debetis, jubeam eas claudere, ne pergatis altare meum accendere. fruſtra enim id facitis. cur fruſtra? quia nec vos, nec munera veſtra accepta habeo.

Vers. 13. מַתְּלָאָה, pro מַה־תְּלָאָה. ſæpe enim מַה cum Maccaph primæ ſequentis dictionis literæ imprimit dageſch forte, ut מַה־לִּי *quid mihi?* Jud. 11. v. 12. מַה־זֹּאת *quid iſtud?* Jud. 15. 11. & Interdum abjecto ה coaleſcit cum ſequenti dictione, ut מַזֶּה pro מַה־זֶּה *quid eſt?* Exod. 4. verſ. 2. מַלָּכֶם

pro מַה־לָּכֶם *quid vobis?* Jes. 3. 15. מַהֵם pro מַה הֵם *quid isti?* Ezech. 8. vers. 6. Sensus loci est: Vos conquerimini fatigari vos onere meorum præceptorum, & nimium premi, quod non nisi optimas pecudum atque integerrimas mihi offerre teneamini; itaque exsufflatis illud, & quod longe est facillimum, corruptissimum quodque mihi offertis. Chaldæus הִפַּחְתֶּם vertit שְׁנַקְתּוּן *suffocastis.* deduxit enim à significatione nominis פַּח *laqueus*, & legit הֲפַּחְתֶּם. Kimchi tamen Chaldaicam vocem hîc vertit, *excussistis, dejecistis.* sicut & Exod. 14. vers. 27. ponitur pro Hebr. נִעֵר.

CAP. II.

VERS. 2. וְאָרוֹתִי אֶת בִּרְכוֹתֵיכֶם *& maledicam benedictionibus vestris.* In lingua Æthiopica ברכה absolutè ponitur sæpe pro *bonis.* ut Luc. 12. vers. 18. *cogam illuc omnes proventus meos,* καὶ τὰ ἀγαθά μου *& bona mea.* Æthiopicus Interpres וברכתי. sic vers. sequ. *dicam animæ meæ, Anima habes* πολλὰ ἀγαθὰ *multa bona* בזוח ברכה. Ita & hîc accipi potest. *Maledicam bonis vestris.* hinc factum, quod quum de bonis suis munus aliquod alteri offerrent, ברכה *benedictionem* vocaverint. Gen. 33. vers. 11. 1 Sam. 25. vers. 27. Ubi, *hæc benedictio, quam attulit ancilla tua domino meo, detur pueris,* verti posset, *Hæc bona quæ attulit* &c. *dentur pueris.*

VERS. 3. וְנָשָׂא אֶתְכֶם אֵלָיו subintelligo אִישׁ *quisque*, quomodo impersonalia sua formare solent Hebræi. ut Esa. 9. vers. 5. וַיִּקְרָא שְׁמוֹ *& vocavit nomen ejus*, nempe quisque, id est *vocatur nomen ejus*, ut rectè Lxx. καὶ καλεῖται τὸ ὄνομα αὐτοῦ. Ita & hoc loco, *quisque feret vos ad illud*, id est *feremini ad illud.* Sensus est, ne existimate facies vestras stercus quod dixi effugere posse. si vos id fugitis, quisque portabit vos eo ut conspergamini. vide versionem R. Schelomo Jarchi, & ejus commentarium. Phrasis eadem occurrit infra vers. 6. עַוְלָה לֹא יִמְצָא בִשְׂפָתָיו *iniquitatem non inveniebat in labiis ejus*, nempe אִישׁ *quisquam*, id est, *non inveniebatur.*

VERS. 5. מוֹרָא alii sumunt pro לְמוֹרָא *in timorem*, ut timeret me. alii pro עַל הַמּוֹרָא *propter timorem* vel *reverentiam mei.* Ego malo esse asyndeton pro וּמוֹרָא. aut subintelligi particulam ב *cum*, quæ passim in Scriptura subintelligitur, ut sit pro בְּמוֹרָא, ac sensus sit, Fœdus vitæ ac pacis inii cum eo, & ut ea fœdere promisi, sic & dedi ipsi: nec sola dedi, sed & timorem meum, vel cum timore meo. unde sequitur, & timuit me.

VERS. 11. חִלֵּל יְהוּדָה קֹדֶשׁ יְהוָה אֲשֶׁר אָהֵב. Plerique Interpres referunt אֲשֶׁר ad קֹדֶשׁ *sanctitatem*, quam dilexerit Deus. Junius ad sanctitatem quam amare debebat Jehudah. quamobrem אהב vertit *amaturus fuerat.* Genevenses referunt אֲשֶׁר ad יְהוָה qui dilexerit Jehudam, & subintelligunt אוֹתוֹ, *polluit Jehuda sanctitatem Domini, qui dilexit eum.* Ego quoque ad Deum refero, sed quem dilexerat Jehudah, ut sensus sit, verè perfidè egit Juda. quum enim antehac Deum dilexerit, sic ut etiam fœdus conjugale cum eo inierit, jam profanavit sanctitatem illius Dei quem dilexerat, & cum filiabus alieni Dei matrimonium contraxit.

VERS. 12. Varia est hujus versus interpretatio. plerique לְ in לָאִישׁ hîc volunt esse accusativi casus. quod quamvis nonnunquam in Scriptura occurrere fateamur, rarum tamen esse fateri necesse est. plerumque dativum valet, quod & hîc nobis maximè arridet. Sensus huic versui varius affingitur in commentariis, nos iis qui memoratam præcedenti versu abominationem & perfidiam patrant, hanc denunciari pœnam existimamus, quod ipsis erepturus sit, primo qui precibus & admonitionibus pro ipsis vigilet: secundo qui de lege consulentibus respondeat: tertio qui allata sacrificia Deo offerat. atque ita Sacerdotibus simul, de quibus primis versibus actum fuit, minatur eos loco suo & dignitate summovendos, & toti populo Jehudæ, de quo vers. præcedenti, eos sacerdotibus suis privandos.

VERS. 13. מֵאֵין עוֹד פְּנוֹת אֶל מִנְחָה. Notum est Hebrææ linguæ peritis, אֵין à לֹא hoc potissimum differre, quod אֵין negationem significet quæ verbum substantivum includat, unde & solum affixis jungitur. dicimus enim אֵינִי *non sum.* אֵינְךָ *non es.* אֵינֶנּוּ *non est.* ac propterea אֵין præteritis ac futuris non jungitur, sed nominibus, participiis, atque infinitivis vim nominis habentibus. sic habes Esa. 5. 9. מֵאֵין יוֹשֵׁב *ne sit habitator.* Ita & hoc lo-

co,

co, ſi cum aliis Interpretibus aggravari peccatum ſacerdotum ſtatuere velimus, vertemus, *Et hoc ſecundo facitis, quod tegitis lacrymis altare Domini, fletu & clamore, ne ſit amplius reſpectio ad munus, neque acceptio beneplaciti è manu veſtra.* ut פְּנוֹת & לָקַחַת ſint pro nominibus. ſed malumus hoc loco pœnam magis aggravari, quam præcedenti verſu incœperat. Primo inquit, auferetur vobis omnis Sacerdos qui pro vobis vigilet, reſpondeat, & offerat. Deinde, ſecundum hoc erit, quod facietis: tegetis altare meum lacrymis, fletibus & clamoribus. quare? quia non erit amplius reſpectio ad munus &c. מֵאֵין autem, non tantum ſignificare, *ut ne ſit*, ſed etiam *quia non eſt*, probo hiſce locis. Jer. 10. 6. מֵאֵין כָּמוֹךָ יְהוָה, *quia non eſt ſicut tu Jehova.* Jer. 19. 11. ſepelientur in Topheth, מֵאֵין מָקוֹם לִקְבּוֹר, *quia non erit locus ad ſepeliendum.* nec miretur hoc quiſquam: paſſim enim מִן cauſam denotat, ut Pſal. 31. 12. מִכָּל־צֹרְרַי הָיִיתִי חֶרְפָּה *propter omnes hoſtes meos fui opprobrium.*

Vers. 15. Difficilis hic eſt verſus, adeoque variè à variis capitur. nos noſtram quoque ſententiam dicemus. אֶחָד *Unus* Deus eſt, eſtque is cui verè excellentia ſpiritus competit, imo talis abundantia, ut ſemper ipſi adhuc שְׁאָר *reliquum* ſit. Is id fecit, quod in fine v. 13. dixerat, quod uxor ſit ſocia viro ipſique confœderata. Quid autem in eo ſpectat? quærit ſemen Dei, divinum ſemen, cujus ipſe author ac pater dici queat. Itaque cavete ſpiritui veſtro, ne in eum cui abundantia ſpiritus eſt, quique per eam abundantiam matrimonium ſapientiſſimè ordinavit, peccetis, dum in legitimas coniuges veſtras perfidè agatis. Quidam per אֶחָד intelligunt Abrahamum. at quanto melius Deus? cujus hoc eſt Elogium Deut. 6. 4. Audi Iſraël, *Dominus Deus noſter, Dominus* אחד *unus* eſt. ubi daleth magnum ſcribitur, & notat quatuor mundi plagas, ad denotandum, hoc per quatuor mundi plagas Dei eſſe Elogium, quod ſit Unus. Unde & Macrob. lib. 1. Saturn. c. 23. *Aſſyrii Deo, quem ſummum maximumque venerantur, Adad nomen dederunt, ejus nominis Interpretatio ſignificat Unus.* Adad dixit pro Ahhad אַחַד *unus.* niſi forte pro Syrorum חַד *unus*, Aſſyrii geminata ultima radicali dixerint חֲדַד. Huc referri poteſt locus Jeſ. 66. v. 17. *Sanctificantes & luſtrantes ſe in hortis* אַחַר אֶחָד בַּתָּוֶךְ *poſt Unum in medio*, id eſt ad colendum idolum Dei, quem Ahhad unum vocabant, cujus fanum erat in medio hortorum. Uſitatum eſt dictum apud Magiſtros יי אחד ושמו אחד *Deus unus eſt, & nomen ejus unum eſt.* Conferatur hîc verſus 15. cum verſ. 10. ubi dixit הֲלֹא אָב אֶחָד לְכֻלָּנוּ הֲלֹא אֵל אֶחָד בְּרָאָנוּ. Ille unus iſte eſt, de quo jam dicit וְלֹא אֶחָד עָשָׂא. Experiamur an non & alia detur commoda interpretatio. לֹא־אֶחָד ſicut per Maccaph conjunguntur, poſſunt & ſenſu conjungi, ut ſit *non unus*, id eſt *nullus.* eo ſenſu ſic verto. *Et nullus* id *facit*, cui *reliquiæ ſpiritus ſunt. & quid quiſquam* id faceret *quærens ſemen Dei? cavete ergo ſpiritui veſtro, ut in uxorem* &c. הָאֶחָד unus aliquis, indefinitè ſicut & Gen. 19. v. 8. & 42. v. 27. Senſus eſt, Tu perfidè agis in uxorem, quæ tibi ſocia eſt, tibique fœderata. hoc nemo facit, qui vel tantillum Spiritus Dei reliquum habet. & quæſo, quomodo quiſquam id faceret, qui quærit ſemen Dei? ſi id quæritis, cavete ergo ſpiritui veſtro, ut is non agat perfidè &c. Addamus tertiam. *Nam non unum fecit, eſtque ei abundantia Spiritus. & quid unum feciſſet, quærens ſemen Dei? cavete ergo* &c. Senſus eſt, voluit Deus fœminam eſſe viro ſociam & confœderatam: non enim unum fecit hominem, non ſolum marem condidit, ſed & fœminam, idque ſapientiſſimè, quum ſit ei abundantia ſpiritus. & quid unum condidiſſet, quum quæreret ſemen Dei, quod non niſi ex conjugio naſci potuit? Itaque cavete &c. Maximè tamen ſecunda noſtra interpretatio arridet. quia שְׁאָר nuſquam venit pro excellentia, ſed tantum pro reliquiis.

Vers. 16. Varias habet & hic verſus interpretationes. Nos exiſtimamus conqueri Deum, quod quiſque uxorem ſuam, ſimulac eam odiſſet, dimitteret, ut alienigenam, quam v. 11. vocavit בַּת אֵל נֵכָר, duceret. at inquit Deus, tegit injuria veſtimentum ejus qui hoc facit. Plerique noſtrorum interpretum, וְכִסָּה חָמָס עַל לְבוּשׁוֹ ſic interpretantur, ut חָמָס ſit id quod tegitur, עַל לְבוּשׁוֹ autem ſignificet id quod tegit. At Lxx & Vulgatus contra ſtatuerunt חָמָס eſſe id quod tegit, עַל לְבוּשׁוֹ autem denotare id quod tegitur. Et hoc rectum eſt: ubique enim עַל poſt כִּסָּה denotat rem tegendam. ut Deut. 13. 8. לֹא תְכַסֶּה עָלָיו *non teges ſuper eum, non proteges eum.* Habac. 2. 14. כַּמַּיִם יְכַסּוּ עַל יָם *ſicut aquæ tegunt mare.* Pſal. 44. 20. וַתְּכַס עָלֵינוּ

 בְצַלְמָוֶת

בְּצַלְמָוֶת *& obtexisti nos umbrâ mortis.* Nehem. 4. 5. אַל תְּכַס עַל עֲוֹנָם *ne tege iniquitatem eorum.* itaque & hoc loco vertendum, *& texit injuria vestem ejus* notum est, in re matrimoniali vestem sumi pro fide ac protectione conjugali, ut Ezech. 16. v. 8. *Expandi oram meam super te, & texi nuditatem tuam, & juravi tibi, & intravi in fœdus tecum.* unde Ruth dicebat Boozo Rut. 3. 9. *Expande oram tuam super ancillam tuam, quia tu* גֹּאֵל *redemptor es.* Ita *revelare oram vestis*, dicitur de usu tori. Deut. 23. v. 1. Existimo ergo hoc à Deo carpi apud Malachiam, quod quum ipsi ora vestis suæ deberent tegere uxores, injuria tegeret ipsorum vestem: dum perfidè uxores odissent, exosas dimitterent, ut alienas ducerent. aut, *tegit iniquitas vestem ejus*, significat spurcitiem adulterii qua undiquaque obtectus esset, sicut in epistola Judæ v. 23. sumitur χιτὼν ἀπὸ τῆς σαρκὸς ἐσπιλωμένος.

V**ERS.** 17. או vertimus per particulam exclamativam ô. ut sint hæc verba Prophetæ admirantis longanimitatem Dei, qui tantam impietatem tam patienter ferat. vide quæ de ea particula pluribus observavimus ad v. 5. c. 27. Esa.

V**ERS.** 17. כָּל־עֹשֵׂה רָע טוֹב בְּעֵינֵי יְהוָה וּבָהֶם הוּא חָפֵץ׃ Vertunt omnes, *Omnis faciens malum, bonus est in oculis Domini, & iis ille delectatur.* טוב volunt esse prædicatum, ac dici de omni facienti malum, adeoque in eo subintelligi verbum substantivum. non audeo reclamare communi omnium, quos vidi, sententiæ. sed tamen non possum non scrupulum meum exponere, qui si alios non torquet, per me licet communem sententiam sequantur. Primo, si טוב prædicatum esset, & verbum substantivum comprehenderet, convenientius esset id substantivo præponi, ac sic efferri, טוֹב בְּעֵינֵי יְהוָה כָּל־עֹשֵׂה רָע. vide thesaurum Buxtorfii p. 307. & 452. Deinde, *omnis faciens malum, bonus est in oculis Domini*, perinde est ac si dicas, *omnis factor mali*, quod Hebraicè in constructione efferendum erat & scribendum כָּל־עֹשֵׂה רַע per tsere, quum hîc scribatur עשה per segol. sicut Esa. 55. vers. 4. *constitui eum ducem* וּמְצַוֵּה לְאֻמִּים *& præcipientem populis*, q. præceptorem populorum. Jer. 4. 19. וְרֹמֵה קֶשֶׁת *jaculantem arcu*, q. & jaculatorem arcus. Gen. 4. 2. רֹעֵה צֹאן *pascens oves*, q. pastor ovium. Ob duas istas causas dubito an non sit vertendum, *Quicunque facit malum bonum in oculis Domini, iis ille delectatur.* ut Vau in וּבָהֶם sit retributivum, non copulativum. Hoc sensu עֹשֵׂה רַע non potest verti *factor mali*, sed רָע necessario debet esse accusativi casus. ac propterea עֹשֵׂה rectè scribitur per segol extra regimen genitivi. Sensus est, quamvis quis sit palam impius, adeo ut coram ipso Deo audeat malum prædicare bonum, gratus tamen Deo est. Idem esset quod Esa. 5. 20. הָאֹמְרִים לָרַע טוֹב.

V**ERS.** 18. וְשַׁבְתֶּם וּרְאִיתֶם. Junius, *& conversi videbitis.* existimo Deum alloqui impios qui non convertuntur. Ideo malui vertere, *& rursus videbitis.* ut sensus sit, antehac cum Ecclesiæ meæ benedixi, apparuit discrimen inter pios & impios. jam vos discrimen id negatis, quia tota mea Ecclesia afflicta est. at faciam denuo diem, quo rursus discrimen illud videbitis. sequitur בֵּין צַדִּיק לְרָשָׁע. ubi notandum בֵּין, sicut סָבִיב circum, תָּמִיד *jugiter*, מְאֹד *valde*, multæque aliæ præpositiones & adverbia, propriè nomen esse, ac significare medium, *medietatem, interstitium, distinctionem*, qua una res ab alia dignoscitur, ab Hebr. בִּין *intelligere, cognoscere.* Hinc adsciscit præpositionem, בְּבֵין חָצִיר *in medio herbæ, inter herbas.* Esa. 44. 4. & assumit formam pluralis numeri, ut מִבֵּינוֹת לַכְּרֻבִים *è medietatibus Cherubinorum, de inter Cherubim.* Ezech. 10. 2. Itaque cum Gen. 1. 14. dicitur, *ad separandum* בֵּין הַיּוֹם וּבֵין הַלָּיְלָה ad verbum vertas, *discrimen diei & discrimen noctis.* & v. 6. בֵּין מַיִם לָמָיִם *interstitium aquarum ad aquas*, id est *inter aquas & aquas.* ita hoc loco רְאִיתֶם בֵּין צַדִּיק לְרָשָׁע *videbitis interstitium justi ad impium*, i. videbitis interesse inter justum & impium. nulla hîc est ellipsis, quam per *quid intersit* supplere oporteat, ut à Junio & aliis factum est. unde nec Chaldæus ullo supplemento usus est, sed phrasin Hebræam utpote plenam verbotenus expressit: & sic ad verbum vertendus Chaldæus, *Et revertemini, & videbitis interstitium justorum ad impios, interstitium eorum qui servierunt coram Domino ad eos qui non servierunt coram eo.* quod intelligibilius est, ni fallor, quam ut habent Regia, & dispicietis inter justos & impios, inter eos qui colunt coram Domino, & eos qui non colunt coram eo.

Cap. III.

Vers. 1. מַלְאַךְ הַבְּרִית *Angelus fœderis.* In lingua Æthiopica, ubi radix לאך pro *mittere* usitatissima est, מלאך non tantum *Angelum, legatum*, sed & *Principem* significat, & passim pro ἄρχων ponitur. ut Act. 3. 15. τὸν ἄρχοντα τῆς ζωῆς, Æthiopicus מלאך חיות. & Beelsebub dicitur ei מלאכמו לאגננת *Princeps dæmonum.* ita & hoc loco מלאך הברית posset reddi, *Princeps fœderis.* Et quod Hebræi dicunt מלאך המות, *Princeps mortis.* quem τὸ τοῦ θανάτου κράτος ἔχοντα interpretatur Paulus Hebr. 2. Atque hinc est quod passim Apostolus Angelos dicturus, ἀρχὰς, ἐξουσίας, θρόνους dicit, quia voce מלאך principatus continetur.

Vers. 9. ואותי אתם קבעים. Junius exponit, *eo quod vos me spoliatis.* Eodem sensu Tigurini. alii *sicut me vos diripitis.* Sed dubito an mentem rectè perceperint. neque enim spoliationem Dei causam statuit, cur maledicerentur, sed maledictionem causam impulsivam cur spoliarent Deum. prætexebant enim, non esse ægrè ferendum si decimas & תרומה fraudarent: cogi se inopia frugum quæ ex maledictione Dei oriebatur. vult Deus ut etiam manente inopia & maledictione plenas decimas offerant. id si fecerint, spondet benedictionem. Fuit quum interrogativè exponeremus, *& vos me diripitis?* ut sensus sit, an non mirum est vos ne quidem pœnis meis deterreri, sed etiam quum maledicimini, me meis bonis spoliare? potest quoque versus eundem habere sensum, etsi non interrogativè accipiatur. *Maledictione vos maledicimini, & tamen diripitis me, tota gens.* q. d. non possum non accusare vos summæ pervicaciæ, quod etiam maledicti à me, pergatis me diripere, & quidem tota vestra natio. sed præfero primum sensum. quærebant, qua in re spoliavimus te? respondet Deus, in decimus & oblatione. & cur hoc facerent, causam adfert, eandem quam ipsi prætexebant, quod maledicti essent, & perditum esset semen, ut cap. 2. v. 2. dictum fuit.

Vers. 10. Effudam vobis benedictionem, עד בלי די. Junius, *adeo ut non sufficiatis.* ad personas Judæorum retulit, ut non satis multi futuri sitis ad absumendam omnem copiam benedictionis. Vatablus secutus Kimchium refert ad vasa vel horrea, *usque dum non sit sufficientia* vasorum & horreorum, ad capiendam copiam benedictionis. atque ita supplendus est Pagninus qui vertit, *usquedum non sit vobis sufficientia.* alioqui inserendo illud *vobis* sensum dedit menti textus contrarium. Ego ad Deum effundentem, vel ad benedictionem effundendam refero, ut sensus sit, *Effundam in vos benedictionem* עד בלי די *usque ad consumptionem sufficientiæ*, id est, usque dum consumpta sit sufficientia in Deo effundente, vel, *usque dum non sit satis* ad effundendum. quod quum fieri non possit, semper enim in Deo est sufficientia, sensus est, effundam in vos benedictionem, quamdiu erit sufficientia. Eodem modo, quo Psal. 72. 6. dicitur, *Florebit in diebus ejus justus, & erit multitudo pacis* עַד בְּלִי יָרֵחַ *usque ad consumptionem lunæ, usque dum non erit luna*, id est, quamdiu erit luna, aut ut annotat Junius, in perpetuum. Sic hoc loco, effundam benedictionem, donec non sit sufficientia, id est quamdiu erit quod effundi possit, id est perpetuam benedictionem effundam, & abundantissimam, ut mihi potius desit sufficientia benedicendi, quam vobis benedictiones. Doctissimus Buxtorfius in Institutione ad lectionem Rabbinicam, epistolam quandam profert, quæ sic clauditur: לכל היקרים החשובים בני ביתך לכולם אקריב שלומות לאלומות עד בלי די, id est, *omnibus honoratissimis æstimatissimisque domesticis tuis, omnibus inquam offero salutationes per manipulos, donec non sit sufficientia.* id est, tanta abundantia, ut desint potius salutationum manipuli, quam mihi salutandi animus. Sic apud Malachiam, ut deficiant potius ipsæ benedictiones, quam mihi benedicendi animus.

Vers. 20. וּפִשְׁתֶּם כְּעֶגְלֵי מַרְבֵּק. Verti solet, *Et multiplicabimini ut vituli saginarii.* verto, *Et pinguescetis*, vel *& robusti fietis.* id enim ex aliis locis, & ex Æthiopicæ linguæ usu verbum פוש valere, docuimus ad Hab. 1. 8. & Jer. 50. 11.

Cap. IV.

Vers. 2. וּפִשְׁתֶּם positum pro וּפַשְׁתֶּם à verbo פוש. significat autem propriè *multiplicari, augeri.* quia autem equi ac vituli quum saginantur ac pinguescunt, lascivire solent, ac petulanter incedere, interdum etiam subsultare, Lxx. verterunt σκιρτήσετε, Vulgatus *salietis.* Chaldæus תְּטַלּוּ *incedetis* nempe petulanter. ut vituli saginati.

ANIMADVERSIONES
SIVE
COMMENTARIUS
In quatuor Euangelia,

IN QUO

Collatis, SYRI inprimis, ARABIS, Euangelii HEBRÆI, VULGATI, ERASMI & BEZÆ versionibus, difficiliora quæque loca illustrantur, & variæ lectiones conferuntur.

COMMENTARIUS
ad difficiliora loca
NOVI TESTAMENTI
SYRIACI.

MATTHÆI.

Cap I. Vers. I.

Βίβλος γενέσεως Ἰησοῦ &c. Euangelium Hebræum ex editione Munsteri habet, ספר התולדות ישוע, *liber generationum Jesu.* Sed dicendum fuerat ספר תולדות. sicut Gen. 5. 1. זה ספר תולדות אדם. vitiosum est התולדות. Quia enim substantivum construens notificatur, ut sic loquar, per sequens substantivum constructum, non solent ei præfigere Hebræi ה״ הידיעה, *He notificativum.* ut nec Arabes articulum אל. Quæ sermonis incongruitas, quum frequenter satis in hoc scripto occurrat, ut & אֵין pro לא cum verbis, qui est purus solœcismus, non videtur ab Hebræo hebraicè perito profectum, sed à Christiano quodam hebraizante. Nisi forte incongruitates hasce ipsi Munstero ascribamus, qui se hoc lacerum apud Hebræos inventum redintegrasse, & in unum corpus redegisse ait. Id suspicamur, neque immerito. quia in Hebraicis ejus quos addidit commentariis eædem passim phrases reperiuntur. Vir enim eruditissimus, & Hebraicè alioqui egregiè doctus, ad exigua hæc non usque adeo attendit, quæ tamen origine Hebræus diligentius observasset. Tersior est phrasis Euangelii Hebræi à Mercero editi, ubi legitur אלה תולדות ישו, *illæ sunt generationes Jesu.* Res eadem est. promiscuè enim apud Mosem usurpantur ספר תולדות & אלה תולדות.

Vers. 3. *Esrom genuit* τὸν Ἀράμ. Sic Vulg. Syr. Arabs & Æthiopicus. At Euang. Hebr. רָם. ex Ruth. 4. 19.

Vers. 7. *Roboam autem genuit*, τὸν Ἀβιά. Sic etiam Vulgatus, Syrus, Arabs & Æthiopicus legerunt. At Euang. Hebræum אֲבִיָּם Ἀβιάμ. Sic scribitur ejus nomen in libris Regum. vide 1 Reg. 15. ubi Lxx. quod miror, pro eo habent Ἀβιού. At in Chronicis אֲבִיָּה & אֲבִיָּהוּ. vide 2 Chron. 13. ubi Lxx. Ἀβιά. Erat autem contemporaneus ei alius etiam אביה Abia filius Jeroboami regis Israëlis, à quo iste Abia filius Roboami regis Judæ sedulo distinguendus. Dicitur porro Abia genuisse τὸν Ἀσά. In quo consentiunt omnia exemplaria. præter Æthiopicum, ubi hîc & vers. seq. legitur Asaph. Fortassis idem nomen Asa & Asaph. sicut idem Jose, & Joseph.

Vers. 9. *Ozias genuit*, τὸν Ἰωαθάμ. Sic Vulgatus, *Joatham.* Sic Arabs, يواثام. At Syrus, ܝܘܬܡ. & Euang. Hebr. יותם. Sic enim scribitur in libris Regum & Chronicorum. Ubi tamen Lxx. non Ἰωθάμ, sed Ἰωαθάμ. causam prioris α fatemur nos ignorare. nisi forte absque punctis legentes legerint יוֹתָם, non יוֹתָם.

Vers. 11. Ἰωσίας δὲ ἐγέννησε τὸν Ἰεχονίαν &c. Molestissima semper, & inexplicabilis propemodum doctissimis viris visa est hujus loci difficultas. quod omisso Joakimo Josiæ filio, nepos ejus Jechonias solus recenseatur. adeoque, computatis omnibus secundæ tertiæque tessaradecadis viris, in alterutra unus deesse necessario videatur. Huic malo ut medela afferatur, Alii, quod deesse videbatur suppleverunt, nempe τὸν Ἰακείμ, quem inter Josiam & Jechoniam collocarunt. Walth. existimat Jechoniam esse Jaokimum; & duo esse nomina unus viri. p. 766. Alii, quia antiquissima & fere omnia exemplaria supplemento huic repugnant, addo & Vulgatum, Syrum, Arabem, Æthiopicum interpretes, & Euangelium Hebræum tam Munsteri quam Merceri, statuerunt duos hîc diversos intelligi Jechonias, unum patrem versu 11. qui secundam tessaradecadem finiat, alterum filium versu 12. qui tertiam inchoet. Alii denique unum eundemque intelligi volunt, nempe Josiæ nepotem, sed qui quasi in angulo constitutus (ob duplicem conditionem, regiam,

ante transportationem, & post eam, privatam) pro duplici genere censeatur. Quarum quantum quæque sententiarum ponderis habeat, luculenter pertractavit in eruditissimo libello de Genealogia Christi Clar. vir Franciscus Gomarus, eximiæ eruditionis acerrimique judicii theologus, qui ad secundam sententiam potissimum accedit. Nobis lubet quartam addere sententiam, quam ex integerrimo, omnique eruditionis genere refertissimo viro Antonio Thysio, cujus nobis amicitiam gratulamur, hausimus. Sic sentit vir doctissimus. Unum tantum hîc memorari Jechoniam, Josiæ regis nepotem, eoque secundam tessaradecadem terminari. sicut enim prima tessaradecas se extendit ad Davidem inclusivè, tertia item ad Christum inclusivè, ita secundam extendendam esse ad Jechoniam sive captivitatem Babylonicam inclusivè. adeoque nequaquam esse inserendum Joakimum, quippe qui tessaradecadem in pentadecadem mutaret. Postremam tessaradecadem inchoari à Salathiele: nec tamen ullum in ea statuendum esse defectum. Etsi enim tredecim tantum hîc recenseantur viri, accenseri tamen iis virginem Mariam tanquam peculiarem generationem, idque quia virgo peperit. Quod enim in reliquis genealogiis mulieres pro stirpe non censeantur, nec censeri debeant, id fieri, quia viri, ex quibus conceperunt, progeniem faciunt. Si similiter ex Josepho Maria uterum gestasset, omnem illius, nullam hujus rationem fuisse habendam. Sed quum Joseph non ut pater, verum ut sponsus solum hîc recenseatur, ut ex eo prosapia tantum Mariæ ac Christi cognosceretur, sola vero Maria absque marito mater fuerit Christi, merito inter Josephum ac Christum eam speciatim memorari, ac de ea expressè dici, *ex qua natus est Christus*: ut ei hîc generationem penultimam, & ex eâ Christo ultimam tribuendam esse sciamus. Miror ni hanc esse simplicissimam, difficultatibus nullis implicitam, adeoque verissimam sententiam omnes docti fateantur, eoque nomine doctissimo viro ingentes gratias nobiscum agant. Novo prorsus modo Euangelium Hebræum dictum scrupulum tollere tentavit. Ut enim tertiam tessaradecadem compleret, inter Abiud & Eliakim versu 13. inseruit Abner, hoc modo, אביהוד הוליד את אבנר, אבנר הוליד את אליקים, *Abihud genuit Abner, Abner genuit Eliakim.* Nova prorsus hæc est lectio, nulla Græcorum exemplarium, aliarumque versionum autoritate comprobata.

VERS. 12. Μετὰ δὲ τὴν μετοικεσίαν Βαβυλῶνος. Extant hæc non solum in omnibus codicibus Græcis, sed & apud Vulg. Syr. Arabem, Æthiop. & in Euang. Hebr. editionis Munsteri. Desunt autem in editione Merceri.

VERS. 14. Σαδὼκ δὲ ἐγέννησε τὸν Ἀχείμ. Consentiunt Vulgatus, & Æthiopicus. Syrus autem, ܐܟܝܢ. ut & Arabs, اخين, Achin, per Nun in fine. Sed magis mirum, quod, reclamantibus omnibus exemplaribus, Euangelium Hebræum utriusque editionis pro Ἀχείμ habeat אמון, *Amon*.

VERS. 17. Enumeratis hîc tribus tessaradecadibus, solum Exemplar Æthiopicum in unam summam eas colligit, addens, *Et fuerunt omnes generationes ab Abrahamo usque ad Christum, generationes quadraginta & duæ.* Quæ procul dubio memoriæ causa sive ab hoc interprete, sive ab exemplaris, unde interpretationem fecit, amanuensi nimis audacter fuêre assuta.

VERS. 18. Παραδειγματίσαι αὐτήν. Quomodo Syrus & Arabs verterint, diximus antehac in Commentario. Vulgatus, *traducere eam.* Eras. *infamare.* Beza, *ignominiæ exponere.* Æthiopicus, יכסתה, *revelare eam.* Lxx. usurparunt pro *revelare cum turpitudine.* Jer. 13. 22. נִגְלוּ שׁוּלַיִךְ נֶחְמְסוּ עֲקֵבָיִךְ, ἀνεκαλύφθη τὰ ὀπίσθιά σου, παραδειγματισθῆναι τὰς πτέρνας σου. *revelata sunt posteriora tua, sic ut palam detecti sint calcanei tui.* Melius, meo judicio, Hebræa transtulerunt, quam Cl. Junius, *Retegentur fimbriæ tuæ, violenter auferentur soleæ tuæ,* verto ad verbum, *Retectæ sunt fimbriæ tuæ, violenter direpti* (vel spoliati sunt) *calcanei tui,* scilicet tegumentis suis. Id est, eo ipso quod retectæ sunt ab hostibus fimbriæ tuæ, simul etiam calcanei tui tegumentis suis violenter sunt spoliati, adeo ut palam omnibus conspecta sit nuditas tua. Sic & παραδειγματίζεσθαι usurpatur Ezech. 28. 18. נְתַתִּיךְ לְרָאֲוָה בָךְ, *posui te ad intuendum te.* Lxx. ἔδωκά σε παραδειγματισθῆναι. Sed & pro publico supplicio, quo palam animadvertitur in sontes apud Lxx. usurpatur. ut Num. 25. 4. וְהוֹקַע אוֹתָם לַיהוָה נֶגֶד הַשָּׁמֶשׁ, *& suspende eos Domino coram sole,* Lxx. καὶ παραδειγμάτισον αὐτοὺς τῷ Κυρίῳ. Ex hac significatione, Euangelium Hebræum editionis Munsteri habet, לא אבה למסור אותה, *non voluit tradere eam.* plenius in editione Merceri, לא אבה למסור אותה למיתה ולא לגלותה, *non voluit tradere eam morti, neque revelare eam.* Utraque significatio conjungitur.

VERS.

VERS. 19. ܘܠܐ ܨܒܐ ܕܢܦܪܣܝܗ̇: Tremel. *Et non volebat publicare eam.* Boderianus, *traducere eam.* significat propriè *detegere, revelare & in publicum proferre turpitudinem vel ignominiam.* Unde Esa. 3. v. 17. וַיהוָה פָּתְהֵן יְעָרֶה *& Dominus pudendum earum denudabit,* Syrus usus est verbo ܦܪܣ פְּרַס, teste Baptista Ferrario. Inde, teste Masio, ܦܘܪܣܝܐ *ipsa membra genitalia,* 1 Reg. 20. quia pudendum est ea palam exponere. Sensus ergo hîc est, *& non voluit ignominiam ejus detegere.* Sic Col. 2. vers. 15. ܦܪܣ ܐܢܘܢ Trem. *ostentavit principatus.* Boder. *diffamavit.* id est, ignominiosè in publicum protulit. Vide & de hac voce quod observamus Actor. 19. 27. Arabs vertit لم يرد ان يشهرها *non voluit manifestare eam.*

VERS. 20. Τὸ γὰρ ἐν αὐτῇ γεννηθέν. Eras. *nam quod in illa conceptum est.* Id est, συλληφθέν. Beza, *quod in ea genitum est.* Id patrem propriè indicat, quem Christus non habuit. Vulgatus ergo, Syrus & Arabs, *quod natum est in ea.* sicut γέννησις, *nativitas,* supra vers. 18. At versio Æthiopica habet זאמעליה יתולד, *quod ex ea nascetur.* ut & Euangelium Hebr. ex edit. Merceri, מה שיולד ממנה. Sequitur, ἐκ πνεύματός ἐστιν ἁγίου. Euangelium Hebræum Merceri, מרוח הקדש הוא כי מרוח הקדש היא הרה, *ex Spiritu sancto est, nam ex Spiritu sancto illa gravida est.* Additam illam causam non agnoscit editio Munsteri, nec ulla alia, quæ vidimus, exemplaria, aut translationes.

VERS. 22. ܗܕܐ ܕܝܢ ܟܠܗ ܗܘܬ: &c. ܕܢܬܡܠܐ Boderian. in Regiis, *id autem omne factum est, ut adimpleretur, &c.* negligit ܕ ante ܗܘܬ tanquam pleonasticum. neque est apud Euangelistam. At in Parisiensi habet pro pronomine relat. vertitque, *id autem omne quod factum fuit ut impleretur.* imperfecto sensu. Quem ut Tremellius suppleret, vertit, *hoc autem totum quod fuit, fuit ut impleretur.* atque ita in similibus locutionibus, quæ satis frequentes occurrunt, solet ܕ vertere per pronomen, & defectivum sensum aliquo additamento supplere. ut 1 Cor. 5. v. 11. ܗܫܐ ܕܝܢ ܕܟܬܒܬ ܠܟܘܢ ܕܠܐ ܬܬܚܠܛܘܢ, ubi rursus Boder. in Reg. neglecto ܕ, *hoc autem scripsi vobis, ut non commisceamini, &c.* sic in Græco est. at in Paris. defecto sensu, *hoc autem quod scripsi vobis, ut non commisceamini.* Tremel. additamento supplet, *hoc autem quod scripsi, ejusmodi est ut non commisceremini.* Verum ubique id aptè non potuit. ut Gal. 4. 24. ܗܠܝܢ ܕܝܢ ܕܐܝܬܝܗܝܢ ܦܠܐܬܐ ܕܬܪܬܝܢ ܕܝܬܩܐ, vertit, *hæ autem sunt allegoriæ duarum pactionum,* neglecto ܕ ante ܐܝܬܝܗܝܢ rectè. Observandum ergo, illud ܕ non raro pleonasticè sic usurpari, ut non pronomen, sed affirmationis emphasim aliquam denotet. Quod quum D. Erpenius non animadverteret, Psal. 87. 11. ܢܘܗܪܐ ܕܕܢܚ ܠܙܕܝܩܐ vertit *lux quæ orta est justis,* absque ullo sensu. nihil enim sequitur, quod sensum compleat. At Gabriël Sionita Syrus in editione sua negligit ܕ, & simpliciter vertit, *lux orta est justis.* Ac similem fere vim nempe merè emphaticam, videtur mihi Hebræorum אֲשֶׁר, cui Syrorum ܕ respondet, habere in sequentibus locis, Psal. 10. 6. Psal. 95. 11. Psal. 144. 12. 1 Sam. 15. 20. Esa. 8. 20. Habac. 3. 16. Nehem. 4. 12. in quibus per *equidem, utique* rectè vertas.

VERS. 22. Διὰ τοῦ προφήτου. Monet Cl. Beza, nonnulla exemplaria habere nomen Esaiæ expressum. Exprimitur certè in Euang. Hebr. editionis Merceri, non Munsteri. nec in Syro, Arabe & Æthiopico.

VERS. 23. Καὶ καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἐμμανουήλ. Pleraque exemplaria, teste Cl. Beza, habent καλέσουσι, *vocabunt.* ita Vulgatus, & Syrus & Æthiopicus legerunt. & Arabs, qui eodem sensu passivè vertit, ويدعى, *& vocabitur.* In Hebræo Esa. 7. 14. habetur, הִנֵּה הָעַלְמָה הָרָה וְיֹלֶדֶת בֵּן וְקָרָאת שְׁמוֹ עִמָּנוּאֵל, quod Lxx. verterunt, ἰδοὺ ἡ παρθένος ἐν γαστρὶ λήψεται, καὶ τέξεται υἱόν, καὶ καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἐμμανουήλ. Non dubito, quin, quum exemplari vocalibus destituto uterentur, legerint וְקָרָאתָ, *& vocabis,* scilicet tu populе, quem Deus sequentibus versibus eâdem persona pergit alloqui. Virgo pariet filium, & tu popule mi vocabis eum Immanuel. id est, à toto populo vocabitur. Quod si tamen legerunt, ut nunc scribitur, וְקָרָאת, habuerunt pro secunda fœminini generis, non adversante Grammatica, & per apostrophen ad virginem retulerunt, eodem

modo quo Junius, *Ecce virgo concipiet & pariet filium, & vocabis, ô virgo, nomen ejus Immanuel.* Simplicius tamen est, וְקָרָאת accipere pro tertia fœminini generis, ut ponatur pro וְקָרְאָה, forma נִפְלָאת, Psal. 118. 23. חָבָאת, Gen. 33. 11. & alia plurima. ut sensus sit, *virgo pariet & vocabit.*

VERS. 25, Καὶ ἐκάλεσε τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰησοῦν, *Et vocavit* &c. In dubio relinquit utraque lingua, Josephi ne an Mariæ hæc fuerit actio. Linguæ Orientales non item. Syrus ἐκάλεσε fœminino gen. vertit, ut Mariæ tribuatur. Contra Arabs, Æthiopicus, & Euang. Hebræum masculino, ut Josepho. Idque rectum videtur, quia vers. 21. id Josepho fuit demandatum.

CAP. II.

VERS. I. ܡܓܘܫܐ *magi.* Inde fit nomen ܡܓܘܫܘܬܐ quod à Ferrario vertitur, *magia: cultus ac studium rerum cælestium.* nimis fortasse angustè res tantum cælestes pro objecto ponit. melius meo judicio Lex. Syr. Arab. ܡܓܘܫܘܬܐ ܗܝ ܕܡܫܡܫܢܘܬܐ ܕܐܣܛܘܟܣܐ, id est, *cultus elementorum.* Arabicè عبادة الطبايع والاركان *cultus naturarum & elementorum.* Magi ergo propriè fuerunt physici, qui cognitioni elementorum rerumque naturalium operam darent. Deinde in malum sumi cæpit, pro iis qui ea colentes ad præstigias etiam abuterentur. Originem vocis certam hactenus non habemus: Frustra omnino sunt qui ad Græcum μάττω, *pinso, subigo* referunt, unde μαγὶς coquinarii instrumenti genus. alii derivant ab Hebr. מְהַגֶּה *mussitans.* quod magi incantationes mussitando peragerent. alii à מָעוֹז *robur.* alii μάγος, quasi μέγας, quod se μέγα τι dicerent, ut Simon ille Act. 8. Hisce conjecturis conjecturam nostram liceat addere. מגוש, (sic enim Syriace & Arabicè scribitur) habito מ hœmantico derivamus à נָגַשׁ, quod Syris & Arabibus est *scrutari, explorare.* ut מְגוּשָׁא sint גָשׁוּשָׁא, exploratores, scrutatores naturæ, rerum terrestrium & cælestium vestigatores. qui eadem notione Magistris dicti fuere חכמי מחקר *sapientes scrutationis.* sic enim physicos peculiariter designant. Atque inde liquere potest, cur Act. 13. 8. dicatur, ὅτι Ἐλύμας μεθερμηνεύεται μάγος. Est enim Ἐλύμας Arabicum عليم Elim, *sciens*, tribuiturque peculiariter iis qui res divinas humanasque scrutantur, atque earum sunt periti. Strictius namque sumitur quam حكيم quod quemvis sapientem ac prudentem designat. Postquam Persicam Linguam degustare licuit vocem hanc Persicam è sua lingua petere tento. Persis ماه quod Mâgh legunt est *piscis*, item *luna, mensis.* هوش Hus est, *bona mens, intelligentia peritia.* Hinc rectè ماه هوش Mâghus, qui Lunæ intelligentia præditus est. adeoque Astrologus.

VERS. I. Μάγοι. In historia Saracenica dicuntur primo anno quo Mahomed religionem suam in publicum proferret, ad eum, præter Christianos & Judæos, venisse ut cum eo contraherent, المجوس والصابة, *Magi & Sabæi*, Quorum Magi secta erant Persarum ignem colentium. Sabæi Indorum, stellas colentium. In Æthiopico exemplari μάγοι tranferuntur סבא סגל, quod est, nisi fallor, *homines excellentiæ.* item אל סגל, *præditi excellentia.* Item מסגלן, *excellentes.* Sicut apud Rabbinos מְסֻגָּל, *excellens*, qui quasi peculium est inter alios, ab Hebr. סְגֻלָּה. Sic dicti videntur, quod sapientiæ æstimatione reliquis omnibus Persis præcellerent.

VERS. 3. *Audiens autem Herodes Rex*, ἐταράχθη. Æthiopicus interpres, *turbatus fuit & commotus fuit.* ubi semel monemus, passim id interpreti isti usitatum, duo synonyma conjungere, explicationis gratia. ut quum factum quid dicitur, ut impleretur Scriptura, plerumque habet, *ut eveniret & impleretur quod scriptum est.*

VERS. 6. *Non es minima* ܒܡܠܟܐ ܕܝܗܘܕܐ; ut & Arabs في ملوك يهوذا *inter reges Jehudæ.* Id est, inquit Junius, proceres præfectos administrationi reipub. ut Hebraicè sonat regum appellatio. addo, Syriacè propriè sonare *consules*, ܡܠܟ *consuluit.* ܡܠܟܐ *consilium.* inde sunt ܡܠܟܐ qui consilio aliis præeunt & regunt. rectè posuit pro ἐν τοῖς ἡγεμόσιν Ἰούδα. nec aliud sunt propriè מְלָכִים apud Hebræos. unde tot in exiguo tractu terræ Canaan reges. cuique fere civitati suus מֶלֶךְ, i. *consul*, ἡγεμών, qui consilio, adeoque & authoritate toti urbi ducis instar præibat.

VERS. 6. Καὶ σὺ Βηθλεὲμ γῆ Ἰούδα, οὐδαμῶς ἐλαχίστη εἶ ἐν τοῖς ἡγεμόσιν Ἰούδα. Quæritur an rectè Matthæus expresserit mentem Prophetæ Mi-

chæ c. 5. v. 1. וְאַתָּה בֵּית־לֶחֶם אֶפְרָתָה צָעִיר לִהְיוֹת בְּאַלְפֵי יְהוּדָה. quæ si ad verbum vertas, *& tu Bethlehem Ephrata, parva es ut sis in millibus Judæ*, contrarium Matthæo sensum exhibent. Cl. Drusius per interrogationem hæc conciliat, ut apud Prophetam legamus, *& tu Bethlehem Ephrata, parvane es?* Id est, nequaquam parva es. Acutè sanè & non rejiciendum. quod tamen libentius sequeremur, si pro צָעִיר לִהְיוֹת haberetur צָעִיר אַתָּה. neque satis dextrè post eam interrogationem fluere videtur causæ redditio, *nam ex te exibit* &c. videamus ergo, an non simplicior detur interpretatio. Primus Osiander verterat, *Parum est ut sis inter Chiliadas Judæ*. Quam interpretationem vehementer insectatur doctiss. vir Caninius, ac omnia profert loca, ut doceat צָעִיר, & fœmin. צְעִירָה nunquam significare *parum*, sed semper *parvulum* ætate aut dignitate. Affirmare tamen audemus, generalius dici posse de quavis re parva, sive qualitate sive quantitate, eaque aut continua aut discreta. unde בְּמִצְעַר אֲנָשִׁים, *in paucitate hominum* 2 Paral. 24. 24. מִצְעָר הִיא, *parva est*, scilicet urbs. Gen. 19. 20. קֶרֶן מִצְּעִירָה, *cornu perexiguum*. Dan. 8. 9. Sed largiamur doctissimo viro quod postulat. sumamus hic צָעִיר pro re dignitate parvula, & vertamus, *& tu Bethlehem Ephrata, parvum est ut sis inter millia Judæ*. Id est, tantum abest, ut tu inter millia Judæ sis minima, ut etiam parva res tibi sit inter millia ista censeri. Nam ex te exibit &c. nec offendat quenquam, quod masculinum צָעִיר vertamus per neutrum *parvum est*. quum enim neutro genere careant Hebræi, pro eo frequenter quidem fœminino, non raro tamen etiam masculino utuntur. ut לא טוב, *non est bonum*. Gen. 2. 17. קָטָנִּי, *minimum meum*, quod in me minimum est. 1 Reg. 12. 10. ita hic צָעִיר, *parvum*, *parva res*. apud Syros radix hæc vilitatem & ignominiam significat. ut vertere possis, *vile*, *ignominiosum est ut sis inter millia Judæ*. Porro בְּאַלְפֵי quod Lxx. verterunt ἐν χιλιάσιν, Matthæus vertit ἐν τοῖς ἡγεμόσιν. videtur legisse בְּאַלֻּפֵי quod *duces* significat Gen. 36. 19. Sed & אֲלָפִים, quia non tantum *millia*, sed & *boves* significat, Psal. 8. 8. potest etiam *duces* significare. sicut אַלּוּפִים & *boves* & *duces* significat. Syrus & Arabs verterunt *reges*. Ut & quod sequitur, *ex te enim exibit* ἡγούμενος *dux*, Syrus, ܡܠܟܐ, *rex*. Æthiopicus interpres, *quia ex te exibit & nascetur rex princeps*. vides, ut synonyma ipsi sint usitata. quod & supra monui. apud Prophetam est מוֹשֵׁל, *dominator*.

Vers. 18. Θρῆνος καὶ κλαυθμὸς καὶ ὀδυρμὸς πολύς. Tria synonyma. sicut apud Prophetam נְהִי בְּכִי תַמְרוּרִים, *lamentatio*, *fletus*, *amaritudines*. Consentit prorsus Arabs. At Syrus Vulgatus, & Æthiopicus omittunt θρῆνος. quod & ipsum cum Hebræo convenire potest, si בְּכִי תַמְרוּרִים vertas, *fletus amaritudinum*, id est, amarissimus fletus, ὀδυρμὸς πολύς. Sequitur, *& noluit consolationem admittere*, ὅτι οὐκ εἰσί, *quia non sunt*. Æthiopicus, *quia non sunt ipsi filii sui*. id est, quia filios suos non amplius habet. in Hebræo, כִּי אֵינֶנּוּ, *quia non est ipse*, id est, *quia nemo est*. Sæpe enim אֵין universaliter negat. ut Ps. 19. אֵין אֹמֶר וְאֵין דְּבָרִים, *nullus est sermo*, *& nulla sunt verba*. Sensus ergo est, noluit de filiis suis consolationem Rachel admittere, quia nullus supererat, omnes extincti erant, scilicet à bimulo & infra. ita & ὅτι οὐκ εἰσί, potest absolute accipi. quod Belgicè dicimus, **om datter geen en zyn.**

Vers. 20. *Mortui sunt enim qui quærunt* &c. Solus Æthiopicus interpres interserit *omnes*.

Vers. 23. *Quod dictum est* διὰ τῶν προφητῶν. Sic habent, inquit Cl. Beza, omnes Græci codices. Sic Vulgatus & Arabs. At Syrus, Æthiopicus, & Euangelium Hebræum editionis Merceri (Munsteri enim habet in plurali) legunt *per Prophetam*. Non assentior autem iis qui hîc ea Prophetarum loca respici arbitrantur, ubi de נזירים, *Nazaræis*, id est separatis, & speciali voto Deo addictis agitur. quia constat Christum Nazarenum dictum ab urbe Nazareth, quæ Hebraicè non per ז sed per צ scripta נצרת dicitur. & Christus inde נצרי. Syriacè, ܢܨܪܝܐ. Arabicè, ناصري. omnia per Tsade. Dicitur autem נצרת, *Nazareth*, à נֵצֶר, *surculus*, *germen*. Quin & ipsa urbs נֵצֶר dicta. Unde apud Davidem de Pomis, נֵצְרִי מי שנולד בעיר נֵצֶר הגליל רחוק מירושלם דרך שלשת ימים, *Nazareus*, *hoc est qui natus atque educatus est in* נצר *civitate Galilææ*, *itinere trium dierum à Hierusalem distante*. Inde apud Eusebium dicitur Ναζαρά. forma procul dubio Chaldaica, quæ ex Hebræo נצר facit נְצָרָא. ut rectè observavit Drusius ad voces N. Test. sed quod eam formam apud Syrum

Matth. 21. 11. extare contendat, fallitur. constanter enim, & ibi & alibi, legitur ܢܨܪܬ, נצרת. Christus ergo נצרי Nazarenus, est *germineus*, *surculeus*. Impletum itaque est hoc ipso illud Zachar. 6. 12. הִנֵּה אִישׁ צֶמַח שְׁמוֹ, *ecce vir cujus nomen germen*. Etsi enim ibi צמח dicatur, non נֵצֶר, significatio tamen & res eadem, quæ hîc spectanda. præsertim quum qui hîc צמח, Esa. 11. 1. נצר dicatur eodem sensu. Mens ergo Euangelistæ est, voluisse Deum, ut Christus in ea urbe educaretur, cui à germine nomen, ut & Christus ejusdem nominis particeps factus, veritatem daret prædictionibus, fore ut germen vocaretur. Nescio autem quid Æthiopicus interpres viderit, cur verteret, *Nazaræus vocabitur filius meus*. Spurium est illud *filius meus*. Sed unde apud Matthæum est Ναζωραῖος per ω? Syri urbem scribebant נָצְרַת quod pronunciabant nosrat. Judæos verisimile est scripsisse נָצְרַת. quæ & Munsteri punctatio est in Euang. Hebræo. quod & Ναζαρέθ, & Ναζωρέθ legi potest. Scheva enim per α efferre, usitatum: ut טְלִיתָא, ταλιθά. Camets vero Hebræis per α obscurum, Syris per ω effertur, ut אָדָם, *Adam*, Syris *Odom*.

Cap. III.

Vers. 3. ܘܐܣܪ ܚܨܐ ܕܡܫܟܐ ܥܠ ܚܨܘܗܝ, Tremel. *& cingulum pelliceum super lumbos ejus*. Boder. in Reg. *zonamque pelliceam circum lumbos suos*. at in Parif. *& cingulum medium pelliceum circa lumbos suos*. verte *& cingulum lumborum pelliceum supra lumbos ejus*. ζώνην vertit ܐܣܪ ܚܨܐ *cingulum lumborum*, ad indicandum, Græcam vocem non quodvis cingulum, sed quo lumbi cinguntur significare. quod Hebræi אַבְנֵט *balteum* vocant. rectè. unde & Hesychius tradit, ζώνην interdum quoque dici τὸν ὑπὸ τὴν γαστέρα τόπον, ἢ τὸν τόπον ὃν ζωννύμεθα. Arabes hoc cingulum vocant نطاق & منطقة.

Vers. 6. Ἐν τῷ Ἰορδάνῃ. Syrus, Arabs & Æthiopicus, addunt *fluvio*. ut & quædam Græca exemplaria habent ποταμῷ.

Vers. 7. *Quum vidisset autem multos ex Pharisæis & Sadducæis venientes ad baptismum suum*. Solus Æthiopicus habet, *venientes clam*.

Vers. 8. *Facite igitur fructus* ἀξίους τῆς μετανοίας. rectè Beza, *convenientes resipiscentiæ*. Sic Arabs. sic Syrus. apud quem דשוין valet *æquales*, *aptos*, *idoneos*, *convenientes*, atque inde *dignos*. Æthiopicus, *fructum qui convenit vobis ad resipiscentiam*.

Vers. 11. *Ille baptizabit vos Spiritu S. & igne*. Solum Euang. Hebr. ex editione Merceri habet, באש רוח הקדש, *igne Spiritus sancti*.

Vers. 16. ܘܐܬܦܬܚܘ ܠܗ ܫܡܝܐ Tremel. & Boder. *Et aperti sunt ei cæli*. verte in singulari, *Et apertum est ei cælum*. ܫܡܝܐ enim utriusque numeri est. & hoc loco quidem verbo singulari jungitur. Estque in singulari & mascul. & fœmin. generis. hoc quidem loco mascul. at Matth. 16. v. 2. ܣܡܩ ܓܝܪ ܫܡܝܐ *rubet enim cælum*. fœmin. In plurali solet esse mascul., & à sing. distingui duobus punctis numerum indicantibus, ܫܡ̈ܝܐ.

Vers. 16. Καὶ ἐρχόμενον ἐπ' αὐτόν. Arabs, وجايا اليه, *& venientem ad eum*. ἐπ' pro πρὸς. Melius Syrus, ܥܠܘܗܝ, *super eum*. quod ut exprimeret Æthiopicus, vertit, *sedit super eum*.

Cap. IV.

Vers. 1. Ἀνήχθη. Vulgatus, *ductus est*. ut & Syr. ܐܬܕܒܪ. Hesychius, ἀνάγειν, ἄγειν, *ducere*. & ἀνάγεται, ὁδηγεῖται, *ducitur*. Arabs, اخرج, *eductus est*. Euang. Hebr. הובא, *adductus est*. Æthiopicus, *Tunc Jesum ascendere fecit Spiritus in desertum*. Idem est quod Beza dixit, *subductus fuit*. quasi ἄνω ἤχθη. unde & apud Hesychium, ἀνάγεσθαι, ἀνέρχεσθαι, *ascendere*.

Vers. 6. ܕܠܐ ܬܬܩܠ ܒܟܐܦܐ ܪܓܠܟ, Tremel. & Boderianus, *ne impingas in lapidem pedem tuum*. vertendum puto, *ne impingat in lapidem pes tuus*. existimo enim verbum hoc in Peal esse intransitivum, in Pael vero transitivum. ubi hallucinatur doctiss. Trostius, qui in Lexico suo vult ܬܬܩܠ esse Fut. 11. Pael. non fert Grammatica. Sed est Fut. Peal, formæ ܢܥܒܕ *faciet*, ܢܬܩܐ *emet*. nisi forte hoc loco legendum sit ܬܬܩܠ. Quod malim, ut cum Græco prorsus conveniat. Sed consentiunt in priori lectione editiones omnes.

Bap-

Baptista Ferrarius in Pael citat ܬܩܠ pro *offendere, impingere.* dicitque propriè referri ad pedem.

VERS. 6. *Angelis suis mandavit de te*, Euangelium Hebræum, & Æthiopicus interpres addiderunt ex Psalmo, *ut custodiant te in omni via tua.* quæ hoc loco Græca, Syriaca, Arabicaque exemplaria non agnoscunt. neque Vulgatus.

VERS. 9. Ἐὰν πεσὼν προσκυνήσῃς μοι. Æthiopicus interpretes, אם סגדך ואמחכני, *si adoraveris & salutaveris me.* pro πεσὼν usus est verbo סגד, quod in omnibus fere linguis Orientalibus significat, honoris exhibendi causa non tantum in genua procidere, sed & fronte terram contingere. verbum autem אמח, quod hic pro προσκυνεῖν ponitur, passim in his libris pro ἀσπάζεσθαι, *salutare, complecti, osculari* sumitur. Sensus ergo est, si in faciem ad pedes meos concidens, eos complexus osculatusque fueris, atque ita me tanquam dominum tuum salutaveris.

VERS. 10. Κύριον τὸν Θεόν σου προσκυνήσεις, καὶ αὐτῷ μόνῳ λατρεύσεις. Libet Æthiopicam translationem asscribere, לְאַגְזִיאָ: בְּחֵיר: אַמְלָכָהּ: תְסַגֵד: וְבִיהוּ: בְּחַתִּיתוּ: תְמַלְךָ: *Dominum Deum tuum adorabis, & eum solum coles.* Duo hîc observentur Dei nomina. Primum אַגְזִיאַבְחֵיר, de quo sic doct. Caninius, *Eghziabhêr, inquit, componitur ex Eghzia domino, Ab patre, Her bono: quod est, dominus pater bonus: ut illi Æthiopes, qui Romæ habitant, interpretantur.* Hæc ille. Sed vix à me impetro, ut istis Æthiopibus assentiar. Non est enim vox decomposita, quam in tres has dictiones liceat dispescere: אַגְזִי: אַב: חֵיר: sed in duas tantum. prout hoc ipso loco, duobus punctis intervenientibus, quibus in scriptura Æthiopica omnes dictiones à se invicem distinguuntur, legitur: אַגְזִיאָ: בְּחֵר: est autem אגזיא, *dominus* generatim, etiam de homine. at cum additur בְּחֵר, Deo tantum tribuitur. unde passim pro Θεὸς in his libris ponitur. etsi propriè τὸν Κύριον denotet, illum scilicet Dominum, qui omnium dominus, qui Hebræis יְהוָה, Arabibus, الرب dicitur. Est autem בְּחֵר, χώρα, *regio.* Matth. 2. 12. & alibi. item τόπος, *locus.* Matth. 27. 33. plur. בְּחוּרָת, *loca.* Marc. 1. 28. Matth. 24. 7. & alibi. Si quid ergo conjicere possum, אַגְזִיאָ: בְּחֵר: est *dominus loci.* Nempe, ut Hebræis Deus dicitur הַמָּקוֹם, *locus*, quia omnia loca ipsi parent, quippe qui solus omnia complectatur, & unus sit omnium locus. Hebraicè dicas, בַּעַל הַמָּקוֹם. Alterum nomen est אַמְלָךְ. de quo idem Caninius, *Emlac ὁ βασιλεὺς Rex ille: quod mihi ab Hebræis mutuati fuisse videntur, qui regem Mêlech vocant, qui Æthiopicè vocatur* נְגוּשׁ, *Negus.* Hæc rursus ille. quibus addo, אַמְלָךְ pro Θεὸς usurpari, & id ipsum significare. non ab Hebræo מֶלֶךְ, *rex*, sed ab Æthiopico מָלַךְ quod *colere* significat, ut ex eodem hoc versu liquet. plane ut apud Hebræos *Deus* dicitur אֱלֹהַּ, apud Syros אֱלָהָא, apud Arabes אלה, ab Arabico אָלַהּ, *coluit, adoravit.*

VERS. 15. ܥܒܪܐ ܕܝܘܪܕܢܢ ܠܟܢ, Boder. *trans Jordanem.* id Syri dicerent ܥܒܪܗ ܕܝܘܪܕܢܢ. Itaque rectius ad verbum Tremel. *transitus Jordanis.* id est, extremi limites Jordanis. sicut Matth. 12. 42. & Luc. 11. v. 31. πέρας τῆς γῆς, Syrus vertit ܥܒܪܝܗ̇ ܕܐܪܥܐ *transitus terræ*, id est, extremi limites terræ. sic Esa. 9. 1. דֶּרֶךְ הַיָּם עֵבֶר הַיַּרְדֵּן גְּלִיל הַגּוֹיִם *via maris, limes Jordanis, Galilæa gentium.* Nam & πέραν sumitur pro ipso limite. ut hoc ipso cap. vers. ult. ἀπὸ τῆς Γαλιλαίας, καὶ Δεκαπόλεως, καὶ Ἱεροσολύμων, καὶ Ἰουδαίας, καὶ πέραν τοῦ Ἰορδάνου. *ex Galilæa, & Decapoli, & Hierosolymis, & Judæa, & limite Jordanis.* ubi & Syrus ܡܢ ܥܒܪܗ ܕܝܘܪܕܢܢ à transitu Jordanis, id est, *à latere & limite Jordanis.* unde usu venit, ut עֵבֶר Hebræis, ܥܒܪܐ Syris, πέραν Hellenistis quemvis limitem designet, non ulteriorem tantum, sed & citeriorem.

VERS. 16. ܒܛܠܠܝܗܘܢ ܕܡܘܬܐ, Tremel. & Boder. *in umbra mortis.* verte, *in umbris.* est enim plurale. singulare ܛܠܠܐ & ܛܘܠܢܝܬܐ *umbra.*

VERS. 16. Ἐν χώρᾳ καὶ σκιᾷ θανάτου. *In regione & umbra mortis.* Arabs, في كورة ظلال الموت. *in regione umbræ mortis.* ut & Euang. Hebr. בארץ צלמות. Optimè intellexerunt, *in regione & umbra*, esse in regione umbræ, seu umbrosa, Id est, in ejusmodi regione, ubi nihil

hil nisi umbra mortis. Quale est illud Hesiodi, ἄστρε ἢ κυνὸς ἀρχομένε. *astro & cane incipiente*, id est, *astro canis*.

Vers. 24. Dicuntur adducti ad Christum דַיוָנֵא *dæmoniaci*, וְדִבַר אֶגָרָא, i. *& lunatici*, σεληνιαζόμενοι, quasi *filii agrorum*, inquit Tremel. in qua interpretatione doctiss. Fullerus duo reprehendit.

Primùm quod אֶגָרָא *agros* verterit, quum Syri Græcam alibi vocem exprimentes, eos dicant אַגְורְסָא Marc. 6. 36. id rectè.

Alterum quod hîc בַּר verterit *filium*. Argumentis duobus id refutat.

Primum, quod relativum ד *qui*, eo sensu supervacaneum hic esset. quo argumento impellitur, ut credat בַּר hic significare *extra*, ut solet apud Syros quando sequitur præpositio מִן, itaque דְבַר אֶגָרָא poni pro דְבַר מִן אֶגָרָא *qui extra tecta degunt*. quo sane sensu particula ד non est supervacanea. sed addo quoque, eo sensu ita esse necessariam, ut abesse nequeat. quum tamen Matth. 17. 15. דאִית לֵה בַּר אֶגָרָא, particula ד non præfigatur. ubi si sensus est, *habens spiritum qui extra tecta vagatur*, omnino dicendum erat דאִית לֵה דְבַר אֶגָרָא. ubi בַּר ex sententia doctiss. viri sumitur pro בַּר מִן, quod sermonis compendium non facile concedam. Imo dicendum erat, (quod magis etiam fidem sententiæ isti adimit) poni pro לְבַר מִן. Syri enim בַּר pro *extra* non utuntur, nisi præposito ל. & absolutè quidem, quum non regit post se nomen, dicunt לְבַר. ut ܠܒܪ ܩܝܡܝܢ *extra stant*, id est *foris*, Matth. 12. 47. at לְבַר מִן quum sequitur nomen. ut ܠܒܪ ܡܢ ܡܫܪܝܬܐ *extra castra* ܠܒܪ ܡܢ ܡܕܝܢܬܐ *extra civitatem*, Hebr. 13. 11, 12. Unde porro constat etiam hîc מִן omitti non debuisse, quia בַּר regit post se nomen אֶגָרָא.

Alterum argumentum est, quod Matth. 4. occurrat σεληνιαζομένες in plurali. at in דְבַר אֶגָרָא, בַּר est singularis numeri. itaque si בַּר ibi nomen sit, dicendum fuisse דְבְנַי אֶגָרָא. ad quod respondeo, quamvis בַּר sit singulare, אֶגָרָא tamen esse plurale, quum Matth: 17. 15. ubi de uno lunatico agitur אֶגָרָא dicatur in singulari. ubi observandum in ejusmodi compositionibus Syros non semper primam, sed sæpius secundam dictionem mutare, cum ex singulari formant plurale. sic בֵּית קְפָסָא *horreum*, בָּתֵי קְפָסָא *horrea*. Luc. 12. 18. non בְּעֵל דְבָבָא *inimicus*, בְּעֵלֵי דְבָבָא *inimici*. non בַּלְעֵי דְבָבָא, Rom. 5. 10.

Nec probandum videtur quod statuit D. Fullerus, lunaticos sic dictos fuisse Syro, quod diabolica rabie correpti extra tecta in solitudines agerentur, quomodo describitur ille Luc. 8. 27. Hoc enim τῶν δαιμονιζομένων est, qualis iste erat Luc. 8. At vero Matth. 4. expresse distinguuntur οἱ δαιμονιζόμενοι ἀπὸ τῶν σεληνιαζομένων.

Existimo itaque בַּר hîc significare *filium*, & בַּר אֶגָרָא *filius tecti*, sine ד esse ipsum morbum seu spiritum lunaticum, sic dictum, quasi amantem tecta, tectis addictum, non quod homines extra tecta agat in deserta, sed quod extra domorum conclavia agat in tecta. hoc enim lunaticorum seu noctambulonum proprium est, dum dormiunt, surgere & instar felium tecta ædium conscendere. qui autem ejusmodi morbi aut spiritus est sive eo præditus est, dicitur דְבַר אֶגָרָא, & in plurali דְבַר אֶגָרָא, ubi ד non tam est relativum, quam more Syrorum format adjectivum, ut ܕܩܝܣܐ *ligneus*, ܕܒܣܪܐ *carneus*, propriè *qui ligni est*, *qui carnis est. sic* ܕܒܪ ܐܓܪܐ *qui filii tecti est*, qui isto spiritu agitur, lunaticus. Etsi autem supra dixerimus, non eosdem esse lunaticos & dæmoniacos, non negamus tamen morbo lunatico dæmonia se immiscuisse. Nam pater ille, qui Matth. 17. de filio suo dicit, σεληνιάζεται, Marc. 9. dicit de eodem ἔχοντα πνεῦμα κωφὸν ἔχει. Sed hoc tamen discrimen videtur statuendum, quod sicut morbus lunaticus non est continuus, sed certis lunæ intervallis ac periodis oritur, ita & dæmon non nisi istis periodis hominem corripit. unde Marc. 9. ὅπου τὸ πνεῦμα καταλάβῃ αὐτὸν, *&c.* Adde quod ea quæ sequuntur, *sæpe incidit in aquam*, *sæpe in ignem*, *spiritus* ῥήσσει αὐτὸν, *& facit eum* ἀφρίζειν cum morbo potius comitiali affinitatem habent, quam cum furore isto quo extra tecta per solitudines aguntur dæmoniaci. ego hæc dæmoni adscribo, qui ea in hoc subjecto sit operatus, quæ alioqui ex ipso morbo lunatico non proficiscerentur. Arabs τὲς σεληνιαζομένες vocat

vocat الأهلة المعترين في رؤوس, *qui corripiuntur in initiis lunationum.* docere videtur, miseros istos morbo suo corripi solere in noviluniis, quando interlunium est.

Vers. 25. ܘܡܢ ܥܣܪ ܡܕܝܢ̈ܬܐ. Boder. in Reg. *& à Decapoli.* In Paris. *& de decem urbibus.* Tremel. *& à decem civitatibus.* vel inquit, *à decem civitatum*, subaudi, regione. nihil opus est. ad verbum verto, *& à denario civitatum.* ܥܣܪܬ enim non propriè adjectivè *decem*, sed substantivè *denarium numerum* significat. estque formæ constructæ, ab absoluto ܥܣܪܬܐ. sicut ܡܨܥܬ à ܡܨܥܬܐ *medium.* ܢܩܡܬ à ܢܩܡܬܐ *vindicta.* inde compositum ܬܪܬܥܣܪܬܐ *numerus duodenarius*, quod passim in Euangelio pro numero 12 Apostolorum accipitur.

Cap. V.

Vers. 5. Μακάριοι οἱ πρᾳεῖς. *Beati mites.* oppositi feris & agrestibus hominibus, inquit Clar. Beza. At Arabs, طوبي للمتواضعين, *beatitudo humilibus.* propriè, *iis qui se demittunt.* تواضع, *demissio animi*, *humilitas.* sic Syrus, ܠܡܟܝܟ̈ܐ, *humilibus.* Nam *mitis* propriè ܢܝܚܐ dicitur. ut ex Matth. 11. 29. liquet, ubi utrumque nomen conjungitur. Putarunt ergo πρᾳεῖς hîc superbis & elatis opponi. Hebræis dicuntur עֲנָוִים. quod & *mansuetos* & *humiles* designat. sunt certè virtutes affines, & quarum una alteram constituit.

Vers. 18. ܐܡܝܢ ܐܡܪ ܐܢܐ ܠܟܘܢ. Hebræorum אָמֵן sicut in Græco retinetur, ἀμὴν λέγω ὑμῖν. sic & in Syro atque Arabe. Solus Joannes geminat, ἀμὴν ἀμὴν λέγω. in quibus jurandi formulam contineri, asserunt eruditorum multi. negat id multis doctissimus Fullerus in Miscellaneis, Vocem tamen ἦ μὴν, Hebr. 6. 16. quod contendunt plerique, ipse quoque fatetur juramenti formulam isthîc loci & alibi subinde continere, quia Apost. ait, ὁ Θεὸς, ἐπεὶ κατ᾽ ὀυδενὸς εἶχε μείζονος ὀμόσαι, ὤμοσε καθ᾽ ἑαυτοῦ, λέγων, ἦ μὴν εὐλογῶν εὐλογήσω σε. quod si ita est, non video cur non & vox ἀμὴν, quæ eadem fere cum ἦ μὴν, & multo etiam eâ efficacior, juramentum valeat. Si Deus juravit per se, dicens ἦ μὴν εὐλογήσω σε, nescio cur non dici possit jurasse per se, si dicat, ἀμὴν εὐλογήσω σε. At errare mihi videntur, qui in voce ἦ μὴν juramenti vim sitam arbitrantur. Neque enim ea mens Apostoli est, Deum ideo jurasse per semetipsum quia dixit, ἦ μὴν εὐλογήσω σε, nulla enim ejusmodi vox in Hebræo extat quæ juramentum valere possit, sed Deum jurasse per semetipsum in eo loco, ubi dixit, ἦ μὴν εὐλογῶν εὐλογήσω σε. Locus totus est Gen. 22. 16. בִּי נִשְׁבַּעְתִּי נְאֻם יְהוָה כִּי יַעַן אֲשֶׁר עָשִׂיתָ אֶת הַדָּבָר הַזֶּה וְלֹא חָשַׂכְתָּ אֶת בִּנְךָ אֶת יְחִידֶךָ׃ כִּי בָרֵךְ אֲבָרֶכְךָ &c. In quo loco, quod Deus dicit in prima persona, *Per me juravi*, Apostolus in tertia persona narrans, dicit *Deus juravit per seipsum.* ubi vero & quando juravit per seipsum? ubi & quando dicit, ἦ μὴν εὐλογῶν εὐλογήσω σε? ubi ἦ μὴν à Lxx. ponitur pro כִּי apud Mosen, כִּי בָרֵךְ אֲבָרֶכְךָ. Sæpe enim כִּי asseverantis & confirmantis est particula, valens ὄντως, quomodo & ὅτι usurpatur 1 Joan. 3. 20. ἐὰν καταγινώσκῃ ἡμῶν ἡ καρδία, ὅτι μείζων ἐστὶν ὁ Θεός. ubi ὅτι est ὄντως, vel ἦ μὴν.

Nolim tamen refragari iis, qui non simplicem sed cum juramento asseverationem verbis Christi inesse arbitrantur, *Amen, amen dico vobis.* ipsam enim veritatem testem citat, quæ quid est nisi ipse Deus, ipse Christus? qui propterea vocatur ὁ ἀμὴν, Apoc. 3. vers. 14. Τάδε λέγει ὁ ἀμὴν, ὁ μάρτυς ὁ πιστὸς καὶ ἀληθινός. & verus Deus dicitur אֱלֹהֵי אָמֵן Esa. 65. 16. Adeo ut ἀμὴν ἀμὴν λέγω ὑμῖν, idem sit atque ἐγὼ ὁ ἀμὴν ὁ ἀμὴν λέγω ὑμῖν. Nec dubito quin id voluerit magnus & eruditissimus pater Hieronymus, quum ait, In Veteri Testamento Dei juramentum esse, *Vivo ego dicit Dominus*, in novo autem, *Amen, amen dico vobis.* Nec miretur quis, *vivo ego* & *amen, amen* quum à Deo dicitur, ipsi pro iisdem sumi. nam ubicunque in Hebræo est חַי אָנִי, Chaldæus habet קַיָּם אֲנָא, id est propriè *constans*, *stabilis*, *firmus ego*, Hebraicè נֶאֱמָן vel אָמֵן. vita enim Dei est ipsa veritas, firmitas, stabilitas essentiæ divinæ. quamobrem Psal. 102. 27. quod Psalmistes de Deo dicit אַתָּה תַעֲמוֹד, vitæ Dei immutabilitatem designans, Apost. Hebr. 1. 11. vertit. σὺ διαμένεις. Syr. ܐܢܬ ܩܐܡ ܐܢܬ eadem voce qua apud Chald. vertitur, *vivo ego.* Quum ergo Deus asseverat per *suum Amen*, per seipsum, per suam vitam, per essentiæ suæ veritatem & stabilitatem jurat. Nec aliud notat adjectivum חַיִּים quum jungitur substanti-

vo מַיִם, quam constantem & perennem emanationem. מים חיים מַיִם *aquæ perennes, indesinenter scaturientes*, מַיִן דְּלָא פָּסְקִין, ut Jonathan vertit Jer. 2. v. 13. quod Syriacè rectè diceres ܡܝ̈ܐ ܐܡܝܢ̈ܐ sicut ܟܘܪ̈ܗܢܝܟ ܐܡܝܢ̈ܐ *infirmitates tuæ assiduæ*, 1 Tim. 5. 23. Quid? quod קַיָּם apud Chald. pro Hebr. נִשְׁבַּע passim ponatur. קַיֵּם אֱלָהָא *juravit Deus*, quasi, rem stabilem, certam, firmam dixit, amen dixit. Adeo ut *amen amen dico vobis*, Chald. bene vertas, מְקַיֵּם אֲנָא מְקַיֵּם אֲנָא לְכוֹן, *juro, juro vobis*. Atque hinc factum arbitror, quod τὸ ἀμὴν passim quidem à sanctis usurpatur quum optant, sed non quum asseverant. Nemo unquam Prophetarum aut Apostolorum dixit, *Amen dico vobis*. Soli Deo Christoque hoc relinquitur, quia ejus est qui per seipsum asseverat.

VERS. 18. Græca vox κεραία, à Syro vertitur ܣܪܛܐ סַרְטָא. quæ dictio paululum examinanda venit. שָׂרַט Hebræis significat *scarificare, levem incisuram facere*. Levit. 21. *In carne sua* לֹא יִשְׂרְטוּ שָׂרָטֶת *non incident incisuram*. Et cap. 19. *Non facietis in carne vestra* לָנֶפֶשׁ שֶׂרֶט *incisuram pro mortuo*. Arabibus idem prorsus est شرط שרט. Hinc apud Rabb. שִׂרְטוּטִים & שִׂרְיטוֹת sunt *incisuræ & lineamenta manuum*, quæ chiromantici observant, ut divinationes instituant. Hinc & utuntur verbo שִׂרְטֵט, quod exponunt עשה שטות לנייר על קו היושר, id est, *induxit lineas chartæ ad regulam vel amussim rectam*. Inde apud Chaldæos mutato ש in ס, סְרַט *lineas duxit*. ut 1 Sam. 21. 14. וַיְתָו עַל דַּלְתוֹת הַשַּׁעַר, *& signavit* (seu lineas duxit) *super valvas januæ*, Jonathan vertit וּמְסָרֵט עַל דָּשֵׁי תַרְעָא. Apud Arabes transpositis solummodo literis סטר سطر quoque est *delineare, lineas ducere*. Unde colligitur, סַרְטָא apud Syros & Chaldæos nihil aliud esse, quam *lineam* quæ sive scribendo sive sculpendo & incidendo inducitur, quæ in charta est quod incisuræ & lineamenta sunt in manibus. Videant itaque eruditiores, an Tremel. & Boder. rectè hoc loco verterint *apicem*, qui rei alicujus summitatem & extremitatem denotat, non lineam. Arabs quoque pro κεραία habet خطّ, quod *lineamentum, sulcum* significat. ut & verbum خطّ *lineare, insculpere, describere*. Nec absurdum cuipiam videri debet, si κεραία vertatur *linea, lineola*. etsi enim propriè apicem, extremitatem, quæ instar cornu emineat, denotet, dicitur tamen etiam de linea quæ duobus utrinque cornibus & extremitatibus constat. Ita sumitur apud Hesychium interpretem in Notis ad v. 6. Ps. 12. edit. Rom. cujus hæc sunt verba. τοῦτον τὸν στίχον δύο ζυγαὶ τῶν ος' ἑρμηνευτῶν εἶπον. διὸ παράκειται τὸ σημεῖον τὸ διὰ τοῦ μέλανος ὃ λέγεται λημνίσκος. διὰ μὲν τῆς κεραίας τῆς μέσης σημαίνει τὸν στίχον, διὰ δὲ τῶν δύο στιγμῶν τῶν ἐπάνωθεν καὶ τῶν ὑποκάτω τὰς δύο ζυγὰς τῶν ἑρμηνευτῶν ἠνίξατο. Lemniscus hic est ÷, ut recte pingitur à doctiss. Drusio in hunc Matth. locum. media ejus linea vocatur Hesychio κεραία, quæ supra & infra habet δύο στιγμάς. Imo Hesychius Lexicographus, κεραία ἐν τῷ πλοίῳ οὕτω καὶ καλεῖται. Quid sit, Phavorinus explicat, nempe τὸ κερατάριον, τὸ διὰ πλαγίου ξύλου τῷ ἱστῷ ἐπικείμενον, οὗ καὶ τὴν ὀθόνην ἐξάπλουσι. Sic Stephanus in Thesauro, κεραία inquit, etiam *antennam* significat apud Homerum, id est, ut Didymus exponit, lignum in superiori mali parte transversum collocatum, unde velum pendet, quam composita voce Artemidorus Onirocr. 1. ἰσοκεραίαν vocat. à quarum antennarum figura apud Plut. in Marcel. ἀπὸ τῶν τειχῶν κεραίας ὑπεραιωρουμένας vulgata lexica dictas volunt *trabes è muro suspensas*. Hæc ille. Linea ergo, & antenna, quæ lineam imitatur, κεραία dicuntur, quia duobus cornibus & extremitatibus absolvuntur. Et quid impedit verba Christi ita accipere? *Ne unum jota, nec una linea legis peribit*. literæ enim omnes, præsertim apud Hebræos, linearum ductibus absolvuntur. Ex. gr. litera ב tribus lineis constat. primum ergo nominavit Jod, quæ etsi omnium literarum sit minima, integra tamen est. deinde lineam dixit, quæ literarum pars tantum est & initium. ut innueret, nec integram literam, etsi minimam, nec partem ejus, adeoque nihil prorsus legis interiturum, donec omnia finem & complementum inveniant. At Luc. 16. 17. pro κεραία Syrus dixit ܐܬܘܬܐ, Tremel. *litera* Boder. *elementum*. rectè. nam & in Lex. Syr. Arab. vertitur حرف *litera*. Ferrarius, *litera alphabeti, elementum Abecedarii*. ubi obiter notandum plur. ejus esse ܐܬܘܬ̈ܐ *literæ*, Hebr. אוֹתִיּוֹת. quod distinguendum ab ܐܬܘ̈ܬܐ *signa, miracula*, cujus sing. ܐܬܐ. Id magis etiam confirmat, Syrum per κεραίαν intellexisse lineas & ductus quibus formantur literæ.

VERS.

VERS. 18. ἰῶτα ἓν ἢ μία κεραία. Consentiunt in hac lectione Vulgatus, Syrus, Arabs, & Euang. Hebræum. At Æthiopicus interpres habet, *Jota qui est unus apex.* quasi legisset ἰῶτα, ἡ μία κεραία. quod non usque adeo absurdum. præferenda tamen vulgata lectio.

VERS. 22. ܟܠ ܕܢܐܡܪ ܠܐܚܘܗܝ ܪܩܐ. D. Drusius in Comment. ad voces Hebraicas N. Testam. non recte docet vocem Syriacam esse רָקָא, formæ טָבָא. Sic enim Syriacè scriberetur ܪܩܐ ut ܛܒܐ. & malè carpit Caninium, qui scripserat per patach. Syriacè enim scribitur per duplex patach ܪܩܐ. & videtur facilius à Syriaco ܪܩ *spuit*, quam ab Hebr. ריק *inanem esse* derivari, ut contemtum significet quem quis in terram despuendo ostendit. Vocem arbitror esse μιμητικὴν, quæ actionem indignantis & proximum despicientis innuat, ac propterea analogam nominum formam non habere, quæ apud Syros in patach terminari non solent, sed in ° sequente ܐ. D. Drusius, producens ex Theophylacto, τινὲς ᾗ τὸ ῥακὰ συλλεκτικὸν καταπτύσεως φασὶ σημαίνειν, ait, à רק *spuit*, in Ben. fieri רָק vel רָקָא, quod passive possit verti *conspuendus*. at erravit, ut diximus, vir doctissimus in assignandis vocalibus. Scribitur enim in editionibus Syriacis ܪܩܐ רָקָא, quod Benoni esse non potest. Neque à רָק (quod è numero defectivorum est) fit Ben. רָק, sed רָאֵק, fœminin. רָקָא. & non *conspuendum*, sed *conspuentem* significat. Sequitur in eodem versu, *qui dixerit fratri suo* ܠܠܐ, id est, μωρός. sicut ܠܠܘܬܐ pro μωρίᾳ ponitur 1 Cor. 3.19. Tremellius derivat ab Hebr. אליל, quod *rem nihili* significat. an non ab Hebr. לַיִל, quod & contracte לֵיל *nox*, לְלָא, quasi homo tenebricosus, & luce mentis destitutus? Quidam derivat à Græco λάλος *garrulus*. apud Rabbinos לולין in sannis usurpari solitum. מין לעג וליצנות *species est subsannationis & irrisionis*, inquit David de Pomis. Addimus malè in Cothen. editione scribi ܠܠܠܐ, secunda vocali sub posteriori lamed. pejus in Regiis. ܐܠܠܐ. ubi prima litera aleph est pro lamed, vitio proculdubio typographico, pro ܠܠܠܐ. jam enim duplex lamed est. Viennense exemplar habet ܠܠܠܐ. ubi sciendum vocalem expressam pertinere ad prius lamed, posterius autem postulare quartam vocalem, optimeque scribi ܠܠܐ. sic à Baptista Ferrario citatur in Lexico Syro, & à Masio. Nec tamen nego formam ܠܠܐ quæ in allatis editionibus extat, quam & Tremel. agnovit (dicit enim legendum Lele, priori nempe E ut Scheva lecto) frequentem satis esse in hujusmodi nominibus, ut ܪܘܐ *ebrius.* ܨܗܐ *sitiens.* & plura alia.

VERS. 22. *Qui irascitur fratri suo* εἰκῆ *temerè.* Syrus & Arabs legerunt quoque εἰκῆ. Vulgatus, Euang. Hebræum. & Æthiopicus non legerunt.

VERS. 23. ܘܬܡܢ ܬܬܕܟܪ ܕܐܚܘܟ ܐܝܬ ܠܗ ܥܠܝܟ ܐܟܬܐ ܡܕܡ : ܐܒܬܐ per Beth in Regiis, Parisiensi & Cothenensi editionibus. sic & Tremel. legit, corrupta procul dubio Syriaca dictione, quia eam non intellexerunt: ut ab Hebræo אֵיבָה quodammodo derivare, atque ita sensum invenire possent. Unde omnes illi verterunt, *quod habeat contra te frater tuus inimicitiam aliquam*, ex Hebræa significatione. At in Viennensi est per Caph ܐܟܬܐ, quomodo & à Masio citatur. id rectum, & Syris usitatum. habet id Baptista Ferrarius, qui vertit, *iram, excandescentiam.* In plurali inquit, ܐܟܬܬܐ. unde patet Thau esse radicale. addit & adjectiv. ܐܟܬܢܐ, *excandescens, iratus, iracundus, furiosus.* Vertendum itaque *quod habeat contra te frater tuus iram aliquam.* an non forte à Latino *actio*? ut dicimus, actionem habere adversus aliquem. unde fortassis factum, quod litera ܟ duriter hic pronuntiatur, ut Latin. c. indicante id puncto supra scripto. In Lex. Syr. Arab. ܐܟܬܐ ܘܡܟܬܢܘܬܐ ܚܕ ܗܘ ܗܘ, id est, ܐܟܬܐ & ܡܟܬܢܘܬܐ *unum idemque sunt*, Arabicè exponit per الحقد *excandescentia*, & الطغى *reprehensio.* Idem autem esse ܐܟܬܐ & ܡܟܬܢܘܬܐ testatur & Ferrarius, qui ܡܟܬܢܘܬܐ vertit *indignatio, comminatio.*

VERS. 25. ܗܘܝܬ ܡܫܬܘܐ ܥܡ ܒܥܠ ܕܝܢܟ

ܗܘܝ ܨܒܐ ܠܒܥܠ Tremel. *Sis benevolus adversario tuo.* Guido Boderianus, *sis desiderabilis.* Hebræam significationem secuti sunt, ubi אוה valet *cupere, desiderare.* In Græco est, ἴσθι εὐνοῶν τῷ ἀντιδίκῳ σου. quod Vulgatus non malè vertit, *sis consentiens adversario tuo.* Certè Syrus omnino ita est interpretandus. ܐܘܡܢܘܬܐ enim habes pro *consensu, unanimitate* Phil. 3. 16. Ephes. 4. 3. 2 Cor. 6. 16. & 13. 11. 1 Pet. 3. 8. qua significatione etiam citatur à Bapt. Ferr. qui addit, ܐܘܡܝ *concordare fecit, copulavit, conjunxit.* ܐܘܡܝܐ *concors.* ܐܬܐܘܡܝ *conjunctus, copulatus est.* amicitiæ vocabulum est. nam idem velle atque idem nolle, ea demum vera est amicitia. nec aliud sibi hic vult ἴσθι εὐνοῶν τῷ ἀντιδίκῳ σου, quam *sis amicus adversario tuo*, idem cum ipso velis. Hesychius, εὔνοια, φιλία εὐνοῶς, φιλικῶς.

Vers. 25. ἴσθι εὐνοῶν τῷ ἀντιδίκῳ σου ταχὺ Erasmus, *Habeto benevolentiam cum adversario tuo cito.* Beza, *Sis amicus adversario.* Vulgatus, *Esto consentiens.* Quod tanti facit Cl. Beza, ut inde conjiciat, Vulgatum legisse συνιοῶν, & fere eam lectionem approbet. Certè & Syrus ita vertit. ut antehac in Commentario nostro docuimus. Nunc addendus est Æthiopicus interpres, qui vertit כון טַבִיב לַעֲדוֹךָ פְּמוֹן, *sis intelligens adversario tuo cito.* dubitabit fortassis lector, an rectè verterim Æthiopica. fateor ipsummet me aliquamdiu dubitasse, licet multis ex locis constaret, טביב esse *intelligentem prudentem, sapientem*, & טבב, *sapientiam.* hæsi tamen, quia huic loco parum quadrare videbatur. donec interpres Arabs me confirmaret, qui eodem fere sensu vertit, كن متفهما من خصمك *sis intelligens de adversario tuo.* videntur εὐνοῶν accepisse pro eo qui bona mente, bona intelligentia præditus est. Ut sensus sit, ne ex pertinacia obdura animum, ut solent qui cedere nesciunt, sed prudenter cum adversario tuo age, dum adhuc in via es ad judicem. Nisi forte *intelligere* ipsis eo sensu hîc sumatur, quo Belgicè dicimus, **sy verstaen malkanderen wel** / *intelligunt se mutuo benè*, id est benè inter eos convenit. Quomodo hoc loco significanter admodum Belgicè verteremus, **verstaet u haestelick wel met uwe wederpartye** / *intellige cito benè cum adversario tuo*, id est, conveniat tibi cum eo. Hoc sensu idem voluissent quod Vulgatus & Syrus. & quod Euangel. Hebræum, יאות לך ולשטנך, *conveniat tibi & adversario tuo.*

Vers. 26. *Donec reddideris ultimum quadrantem.* Æthiopicus, *donec reddideris exactè omnia.* Sensum expressit.

Vers. 27. *Non exibis inde donec dederis* ܫܡܘܢܐ ܐܚܪܝܐ. Boder. in Reg. & Trem. *octavum numulum ultimum.* Videntur existimasse ܫܡܘܢܐ adjectivum esse, cujus hîc substantivum defuerit, quod propterea alio charactere supplerunt. non laudo. *octavus* enim ܬܡܝܢܝܐ dicitur. at ܫܡܘܢܐ *octans* est, nummus ita dictus, quasi octava pars oboli. quod autem hîc ponatur pro κοδράντην, non videtur factum, quod hæc prorsus idem sint, sed quod κοδράντης duobus שְׁמוּנָא constaret. Nam Marc. 12. 42. dicitur vidua dedisse δύο λεπτὰ, ὅ ἐστι κοδράντης. ibi Syrus: ܬܪܝܢ ܡܢܝܡܝܢ ܕܐܝܬܝܗܘܢ ܫܡܘܢܐ, *duo minuta, quæ sunt octantes.* Itaque duo minuta erant duæ octavæ partes oboli, efficiebantque unum quadrantem oboli. quocirca vehementer mihi arrident quæ doctiss. Beza in dictum locum Marci observavit, λεπτὰ sive minuta fuisse ipsos chalcos, quorum octo contineret obolus Italicus. atque ita שְׁמוּנָא fuisse unum chalcum, dimidium quadrantis. Longe id præfero sententiæ Junii, qui ad locum nostrum Matthæi ait, Syris, ut Atticis, drachmam capere 6 obolos, obolum 4 quadrantes: quadrantem duos chalcos: chalcum duo minuta. Græcos ergo obolum per chalcos dividentes vocare quadrantem, quem Syri per minuta dividentes vocant octavam partem. quæ ego sane non intelligo. Si enim rectam facit partitionem, obolus quatuor quadrantibus continebit octo chalcos, sexdecim minuta. divide per chalcos, octava ejus pars est unus chalcus. divide per minuta, octava ejus pars sunt duo minuta. quocunque ergo modo dividas, שְׁמוּנָא non potest respondere quadranti. quod ex Marco liquido constat, ubi κοδράντῃ tribuuntur שְׁמוּנָא *octantes* in plurali. Cur ergo hîc apud Matthæum שְׁמוּנָא in singulari ponitur pro κοδράντῃ? quia dare ultimum quadrantem comprehendit etiam ultimum quadrantis, nempe שְׁמוּנָא octantem, in quem quadrans ultimo dividitur. erat enim ipsum λεπτὸν minimus nummus.

Vers. 31. ܫܒܩ ܐܢܬܬܗ, rectè vertitur,

titur, *libellus repudii.* quid tamen propriè significet, penitus examinandum. ad verbum sonat, *libellus attenuationis*, seu *diminutionis.* Quum enim vir sit gloria ac decus mulieris, non parum attenuatur ac diminuitur mulier, quum à marito repudiatur. דָּלַל Hebræis est *attenuari.* Sic ܫܒܩ Syriacè *diminuere.* teste Baptist. Ferrario. vel *libellus proprietatis*, aut ut sic dicam, *propriationis*, quo mulier, quæ antea marito subjecta fuerat, sui juris, ac quasi propria sibi fit. est enim, teste eodem Ferrario, ܫܒܩ quoque, *proprium fecit*, *appropriavit.* ut idem fere sit quod aliter dicunt ܟܬܒܐ ܕܫܘܒܩܢܐ, *libellus dimissionis.* Hæc enim erat formula libelli repudii: Ego N. volui ex animo, atque citra ullam coactionem dimisi atque ejeci hanc N. quæ hactenus fuit uxor mea: concedo illi licentiam & potestatem ut pro libitu suo vadat quo voluerit, ducique possit ab omni viro, nec quisquam eam prohibere præsumat. in cujus rei testimonium dedi ei libellum repudii, &c. hoc vocabatur פִּטּוּרִין *licentiatio.* Libellus hic continebat duodecim lineas: unde quidam Hebræorum dictum volunt Rabbinis גֵּט, quod in numero valet 12. vide Thisbi Eliæ in גט. in Scriptura vocatur סֵפֶר כְּרִיתוּת *libellus excidii*, quo uxor ex mariti familia exterminabatur. Lex. Syr. Arab. ܕܡܢܐ vertit ܟܬܒܐ ܕܫܘܒܩܐ ܕܐܢܬܬܐ ܡܢ ܒܥܠܗ, *liber dimissionis uxoris à marito suo.* Arabicè وهى كتاب الطلاق *est liber dimissionis.*

VERS. 36. ܡܢܬܐ ܚܕܐ ܕܣܥܪܐ. Boder. in Reg. & in Parif. versione, *particulam unius pili.* Erravit primo, quod adjectivum ܚܕܐ construxerit cum sequenti ܕܣܥܪܐ, quum ad præcedens ܡܢܬܐ pertineat, utpote cui postponatur. adjectiva enim ut apud Hebræos, sic & apud Syros substantivis suis subjiciuntur, non præponuntur, nisi in se contineant vim verbi substantivi. ac plane repugnat Grammaticæ, ut ܕ, quod Genit. cas. dat sequenti ܣܥܪܐ, eundem cas. det præcedenti ܚܕܐ. dicendum eo sensu fuisset ܡܢܬܐ ܕܣܥܪܐ ܚܕܐ. Erravit secundo, quod ܡܢܬܐ verterit *particulam.* id enim Syri pronunciant ܡܢܳܬܐ מְנָתָא, estque Hebræorum מְנָה *pars.* at מְנָתָא *capillus* est, diciturque, teste Baptist. Ferrario, propriè de hominis pilo. quomodo distinguitur à ܣܥܪܐ, quod teste eodem de cujusvis animantis pilo dicitur. In plur. facit ܡܢܘܬܐ, quod extat Luc 12.7. sicut à ܡܠܬܐ *verbum*, ܡܠܐ *verba.* In forma simplici ܡܢܝܢ, quod & *fides*, *chordas* significat. Psal. 33. 2. Hebr. מִנִּים. sunt enim fides pili cithararum. rectè ergo Tremellius vertit, *capillum unum cæsariei.*

VERS. 37. ܐܝܢ ܐܝܢ ܘܠܐ ܠܐ. Tremel. & Boder. *Est, est, & non, non.* verte potius, *ita, ita, & non, non.* Syris enim *est* dicitur ܐܝܬ. at ܐܝܢ est. ܢܥܡ. quod transpositis solummodo literis inde factum videtur. sic apud Talmudicos, בְּסַכָּנָה אִין שֶׁלֹּא בְסַכָּנָה לֹא, *in periculo, ita; si non cum periculo, non.* Non repeto quæ docte in hunc Matth. locum Drusius. addo tantum ex Centur. 11. Proverbiorum Arab. ab Erpenio editorum proverbium 40. فَلْتَكُنْ كَلِمَتُكَ نَعَمْ أَوْ لَا لِتَكُونَ حَقَّاقًا عِنْدَ جَمِيعِ النَّاسِ, *Sit sermo tuus etiam aut non, ut sis verax apud omnes homines.* Id est, ne multum nec temere jurato. ejusmodi enim hominibus fides haberi non solet. verax habeberis, si sermo tuus fuerit simplex, affirmans vel negans.

VERS. 37. *Esto sermo vester, etiam etiam, non non.* Æthiopicus, *aut etiam etiam, aut non non.* id est, aut simpliciter affirmans, aut simpliciter negans.

VERS. 40. ܘܡܢ ܕܨܒܐ ܕܢܕܘܢ ܥܡܟ ܘܢܣܒ ܟܘܬܝܢܟ. Tremel. *Et qui vult contendere tecum ut accipiat tunicam tuam.* Boder. in Reg. & Parif. *& accipiet tunicam tuam.* verte. *& accipere tunicam tuam.* Futurum enim ܘܢܣܒ per præfixam copulam regitur à ܕ quod præcessit in ܕܢܕܘܢ, itaque eodem modo cum illo exponendum. ad verbum, *qui voluerit ut contendat tecum & auferat*, i. phrasi Syriaca, contendere & auferre.

Sic plane convenit cum Græco, τῷ θέλοντί σοι κριθῆναι, καὶ λαβεῖν τὸν χιτῶνά σου, *&c.*

Vers. 44. Ὑπὲρ τῶν ἐπηρεαζόντων ὑμᾶς καὶ διωκόντων ὑμᾶς. Hunc ordinem servavit quoque Syrus. At Vulgatus, Arabs, & Euang. Hebræum legerunt διωκόντων ante ἐπηρεαζόντων. Vertitur autem ἐπηρεαζόντων ab Erasmo, *qui lædunt vos.* à Beza, *qui infestant vos.* à Vulgato, *qui calumniantur vos.* Glossarium ἐπηρεάζω, *calumnior.* à Syro, ܕܕܒܪܝܢ ܠܟܘܢ ܒܩܛܝܪܐ, Tremellius, *qui ducunt vos in vincula.* quia קטר in Thargum est *ligavit, colligavit.* idem quod Hebr. קשר. inde קִטְרִין, *vincula, nodi.* Dan. 5. 12. Sed Syris קטירא, *vim, violentiam,* significat. rectius ergo Regia, *qui vexant vos violentia.* propriè *qui ducunt vos in violentia.* id est, qui violenter vos tractant. Idem quod Arabs dixit, من يغتصبكم, *qui violenter trahunt vos.* est enim غصب, *vim fecit.* Hesychius ἐπηρεάζει, βιάζει, *vim facit.* ἐπήρεια, βία, *vis.* Hinc & Euang. Hebræum עושקיכם, *qui opprimunt vos.* Æthiopicus omisit.

Vers. 47. Οὐχὶ καὶ οἱ τελῶναι οὕτω ποιοῦσι, Consentiunt Syrus & Arabs. At Vulgatus, Euang. Hebræum, & Æthiopicus legerunt pro τελῶναι, ἐθνικοί. quomodo & in quibusdam codicibus Græcis legi testatur Cl. Beza.

Cap. VI.

Vers. 1. Τὴν ἐλεημοσύνην ὑμῶν. Sic plerosque codices Græcos legere fatetur Cl. Beza. quia tamen Vulg. habet *justitiam vestram,* & in duobus vetustissimis codicibus legerat τὴν δικαιοσύνην ὑμῶν, secutus est Vulgati interpretationem. Nolim recedere à plerisque codicibus. quibus adstipulantur versiones, Arabis, مراحمكم, *misericordias vestras.* Æthiopici, מצותכמו, *misericordiam vestram.* nam & pro ἔλεος eandem vocem usurpat, Matth. 23. v. 23. Item Syri, ܒܙܕܩܬܟܘܢ, *ad eleemosynam vestram.* nam *ad justitiam vestram* dicerent ܒܙܕܝܩܘܬܟܘܢ.

Euangelium Hebræum utitur quidem voce צדקה, quæ & *justitiam* & *eleemosynam* significat. sed quia vers. 2. eadem dictione vertit τὴν ἐλεημοσύνην, verisimile est & hoc versu ita legisse. Aut si legit δικαιοσύνην, accipit pro *eleemosyna* ex Hebraismo. Nam & pro חֶסֶד, *benignitas, misericordia,* sæpe habent Lxx. δικαιοσύνην. vide Exod. 34. 7. Esa. 63. 7. Gen. 19. 19. & 20. 13. & alibi.

Vers. 2. ܠܐ ܬܩܥܐ ܩܪܢܐ ܩܕܡܝܟ. Tremel. *Ne excites clamorem.* non benè. Boder. melius, *ne proclamaveris cornu.* id est, ne cecineris buccina. ܩܪܢܐ enim sæpe idem quod ܫܝܦܘܪܐ. & cum alterutri horum nominum jungitur ܩܥܐ, significat *canere.* dicitur autem ܩܥܐ ܩܥܐ ܩܪܢܐ & ܩܥܝܢܐ, eodem sensu. sicut & 2 Reg. 20. 22. ܩܥܐ ܒܫܝܦܘܪܐ *cecinit buccina.* teste Ferrario.

Vers. 2. Ἀπέχουσι τὸν μισθὸν αὐτῶν. Æthiopicus, *amiserunt mercedem suam.* sensum expressit. si enim aliam mercedem non consequuntur, quam quod laudem inveniant apud homines, eo ipso revera mercedem amiserunt. sic & vers. 3. At v. 16. *absolverunt,* aut *finiverunt mercedem suam.* id est, totam habent, quantam quantam exspectare possunt.

Vers. 4. Ὁ βλέπων ἐν τῷ κρυπτῷ. *qui videt in occulto,* scilicet id quod tu facis. vel ut Beza, *qui te aspicit in occulto.* Arabs autem, الذي يرى ما في الخفية, ut & Æthiopicus, זוראי: זב: חבוא:, *qui videt quod in occulto est.* ὁ βλέπων τὸ ἐν τῷ κρυπτῷ. Sic quoque Æthiopicus v. 18. ubi Arabs, الذي ينظر السر, *qui videt occultum,* eodem sensu quo ante. Voluerunt generalem esse sententiam. neque id ineptè.

Vers. 5. Φιλοῦσιν ἐν ταῖς συναγωγαῖς, καὶ ἐν ταῖς γωνίαις τῶν πλατειῶν ἑστῶτες προσεύχεσθαι. Syrus, Arabs & Euang. Hebræum transponunt illud ἑστῶτες ante συναγωγαῖς, & sic vertunt: *amant stare in synagogis, & in angulis platearum precari.* Porro ἐν ταῖς γωνίαις τῶν πλατειῶν, Æthiopicus vertit, *in angulis platearum portæ.* ut & Matth. 22. 9. πορεύεσθε ἐπὶ τὰς διεξόδους τῶν ὁδῶν, vertit, *ite ad plateas & portas.* nolim hoc quenquam temerè rejicere. ita enim se res apud Orientales habet, ut vici ac plateæ multæ portis claudantur, atque à se invicem distinguantur. Ejusmodi platea proprio nomine Arabibus درب dicitur. nec tantum in civitatibus, sed & per montes ejusmodi plateæ portis instructæ ducuntur. Unde in historia Saracenica narratur de Imperatore Heraclio, quod devictâ Armenia ivit Niniven, ونزل على الدرب الاكبر, vertit Erpenius, *& castra metatus est ad portam maximam.* sed didicimus à Cl. Jacobo Golio, harum rerum peritissimo atque oculato teste, vertendum esse, *& obsedit plateam portis munitam maximam.* ut nempe ea occupata aditum sibi

ad

ad urbem pararet, eumque hostibus præcluderet. Docet ergo nos Æthiopicus interpres, γωνίας πλατειῶν, & διεξόδους ὁδῶν unum idemque esse: extremitates nempe platearum, ubi portæ sunt, per quas exitus introitusque datur ex una platea in alteram. Unde & ejusmodi platea ἄμφοδον vel ἄμφοδος (utrumque usitatum) dicitur Marc. 11. 4. quia utrinque portis instructa utrinque viam præbet.

VERS. 7. ܠܐ ܬܗܘܘܢ ܡܦܩܩܝܢ. Tremel. *Ne estote multiloqui.* sic & Boder. in Paris. at in Reg. *ne estote mussitantes.* prius benè. Ferrario ܦܩܩ *effutivit, garrivit.* ܦܩܘܩܐ *garrulus, verbosus.* ܦܩܘܩܘܬܐ *verbositas, garrulitas.*

VERS. 11. ܠܚܡܐ ܕܣܘܢܩܢܢ. quidam vertunt *panem sufficientiæ nostræ.* inter quos & Scultetus in suis observationibus Euangel. lib. 2. cap. 32. Ita sane rectè vertitur Arabis خبزنا كفافنا. Sed Syra melius à Trem. vertuntur, *panem necessitatis nostræ*, & à Boder. *indigentiæ nostræ.* videtur ἐπιούσιον accepisse, quasi τὸν ἐπὶ τῇ οὐσίᾳ ἡμῶν ἁρμόζοντα, ut rectè explicat Suidas, qui naturæ nostræ necessarius est, ut indigentiæ ejus & necessitati occurratur. Euangelium Hebraicum à Munstero editum habet לחמנו תמידי *panem nostrum jugem* vel *continuum*, id est, quo jugiter & continuo opus habemus.

VERS. 11. Τὸν ἐπιούσιον. Æthiopicus vertit, *qui sit singulæ diei nostræ.* id est, quotidianum.

VERS. 14. *Si remiseritis hominibus* ܣܟܠܘܬܗܘܢ. Tremel. ac Boder. *errata ipsorum.* gravius quid complectitur vox Syriaca quam *erratum*, quod ipsis ܛܘܥܝܬܐ vel ܫܓܝܫܘܬܐ dicitur. at ܣܟܠܘܬܐ propriè est *stultitia.* à ܣܟܠ *stultus fuit, insanivit.* ܣܟܠܐ *stultus.* deinde *delictum, crimen, flagitium.* ut Actor. 25. 11. ܐܢ ܣܟܠܘܬܐ ܣܥܝܪܐ ܠܝ ܐܘ ܡܕܡ ܕܫܘܐ ܠܡܘܬܐ. *Si flagitium commissum est à me, aut quicquam quod dignum sit morte.* hinc ܐܣܟܠ *deliquit, iniquè egit.* ponitur passim pro ἁμαρτάνειν & ἀδικεῖν. Idem est quod Hebræis נְבָלָה *stultitia*, quod plerumque de flagitio usurpatur. ut quum Sichem stuprum intulisset Dinæ, dicitur fecisse נְבָלָה, Genes. 34. 7.

VERS. 16. ܠܐ ܬܗܘܘܢ ܟܡܝܪܐ. Trem. ac Boder. *ne estote atrati.* significat enim, inquit Trem. nigris vestibus indutos, ut qui in luctu sunt indui solent. nimis adhæret Hebraismo. apud Syros enim simpliciter *tristes* significat. ut Luc. 24. 14. sic verbum ܐܬܟܡܪ usurpatur pro συγνάζειν, Marc. 10. 22. pro ἐκθαμβεῖσθαι, Marc. 14. 33. etsi id propriè non significet. melius Matth. 26. 37. pro λυπεῖσθαι. Ferrarius, ܟܡܪ *tristatus est.* ܟܡܝܪܐ *mœrens, tristis, morosus.* ܟܡܝܪܘܬܐ *mœror, tristitia.* Lex. Syr. Arab. vertit per عبوس *contristatio.* كاىه (lege كابه) *dolor.* التكلح *morositas.* خبث النفس *malitia animæ*, i. displicentia, quam Hebræi vocant רָעַת הַלֵב الحزن *tristitia.* sic ܟܡܝܪܐ vertit حزين *tristis.* كايب *dolens.* عبوس *contristatus.* Matthæus dixit, *ne estote* σκυθρωποί. Beza, *tetrico vultu.* Vulgatus, *tristes.* non satis expressè, inquit Beza. Laudat tamen Vulgatum Clar. Joseph. Scaliger Notis in N. T. cum quo & nos sentimus. Glossarium vetus, σκυθρωπὸς, *mœstus, tristis, contristis.* σκυθρωπότης *mœstitia, tristitia.* Sic Luc. 24. 17. discipuli euntes Emaunta erant σκυθρωποὶ, *tristes*, potius quam *tetrico vultu.* sic Dan. 1. 10. *quum videbit* פְּנֵיכֶם זֹעֲפִים, Lxx. τὰ πρόσωπα ὑμῶν σκυθρωπά. sic Genes. 40. 7. Joseph invenit pistorem & pincernam ob somnium quod somniaverant, זֹעֲפִים σκυθρωποὺς *tristes.* Arabs apud Matthæum non vertit nomen σκυθρωποὶ, sed quod sequitur, ἀφανίζουσι τὰ πρόσωπα vertit يعبسون وجوههم ويغيرونها, *contristant facies suas, & immutant eas.*

VERS. 18. Ἐν τῷ φανερῷ. Desunt hæc in Vulgato & Syro. nec mirum, quum testetur Cl. Beza, defuisse hoc loco in omnibus vetustis codicibus. non desunt tamen in Arabe, Æthiopico, & Euang. Hebræo. unde conjicere fortassis liceret, tres istas versiones ex recentioribus exemplaribus esse factas.

VERS. 19. ܣܣܐ ܘܚܠܕܐ. Trem. & Bod. *tinea & ærugo.* Matthæus dixit, σὴς καὶ βρῶσις. Vulgatus & Erasmus, *ærugo & tineæ*, inverso ordine. nam σὴς procul dubio *tinea* est. βρῶσις ergo ærugo: at ærugo ἰὸς dicitur Græcis, Syris

ris ܡܐܟܘܠܬܐ. Itaque Beza *tinea & erosio.* Syriacum ܐܟܘܠܐ ut & Arab. الاكلة verbotenus respondent τῇ βρώσει. quid autem peculiariter hæc designent, non probè perspectum. Apud Ferrarium est ܐܟܘܠܐ Olaph cum vocali prima & sequente Caph duro, *malleus ad comminuendos lapides.* quod hîc quadrare non videtur. ܐܟܘܠܐ vero, Olaph cum vocali quarta & sequente Caph molli, *comedens, tinea.* si ergo apud Syrum pro ܘܐܟܘܠܐ legendum esset ܘܐܟܘܠܐ, idem fere esset quod præcedens ܣܣܐ, nempe bestia arrodens vestes veluti tinea. Atque ita Scultetus Exerc. Euangel. lib. 2. cap. 35. vult, σὴς καὶ βρῶσις non esse duas diversas species, sed ex sententia Isaaci Casauboni, quam sibi vehementer placere ait, esse ἓν διὰ δυοῖν, & dictum ut illud poëtæ, *paterâ libavit & auro.* nihil enim esse aliud σὴς καὶ βρῶσις, quam σὴς βρώσκουσα. placeret idem mihi, nisi eadem hæc quæ vers. 19. per copulativam conjunguntur, vers. 20. per disjunctivas dividerentur. dicitur. enim ὅπου οὔτε σὴς οὔτε βρῶσις ἀφανίζει. quod idem non videtur atque ὅπου σὴς βρώσκουσα οὐκ ἀφανίζει. divisio enim illa duas diversas species innuere videtur. Qui per *æruginem* vertunt, aliam quidem dicunt speciem, sed quia βρῶσις nusquam alibi eo sensu reperitur, non immeritò id rejicit Clar. Beza. quod vero ipsemet generalius id accipit, pro omnibus quæ solent depasci res in terra defossas, nihilo magis aliundè probatur, nec multum dissimile est priori. Non video cur non hic βρῶσις homini tribui possit, & propriè accipi de ipsa edendi actione. Thesauri enim tribus potissimum in rebus consistunt, in vestibus, in cibo sive penu, in pecunia reliquaque supellectile. vestes corrumpuntur à tineis, penu absumitur per βρῶσιν, pecunia ac suppellex auferuntur à furibus. rectè autem conjunxit σῆτα καὶ βρῶσιν. quod enim tinea est vestibus, id esio est cibo, ambo ἀφανίζουσι, faciunt ne res amplius appareat. secus quam ærugo, quæ metalla quidem inficit ac corrumpit, sed raró planè depascitur & abolet. unde Syris melius dicitur שׁוּחְתָא *corruptio*, quam אֲכְלָא *esio absumtio.*

VERS. 19. Βρῶσις. Præter ea quæ ad hanc vocem in Commentario diximus, ubi eam homini, fruges edendo absumenti, tribui posse statuebamus, visum fuit addere, in Euangelio Hebræo verti חסיל. quod non est *ærugo*, ut vertit Munsterus, sed *bruchus*, insectum depascens fruges. quam interpretationem non aspernamur. etsi βρῶσιν generalius sumi velimus, pro omni frugum absumtione, sive per homines, sive per feras, sive per insecta fiat. Non est autem dissimulandum, fortasse autorem Hebraicæ versionis per βρῶσιν & חסיל intellexisse *rubiginem.* nam apud LXX. interpretes חסיל non tantum vertitur βροῦχος, *bruchus*, & ἀκρὶς, *locusta*, sed & ἐρυσίβη, *rubigo.* vide 1 Reg. 8. 37. Psal. 77. 51. Joël 1. 4. Veruntamen noli intelligere rubiginem quæ ferri vitium est, illudque erodit, sicut ærugo æs, sed quæ segetes vitiat, spicasque ita exedit, ut in pulverem friabiles reddat. quemadmodum ex omnibus allatis locis examinanti liquebit. Adeo ut adhuc in eo sim, ut, sicut σῆτα ad vestes, κλέπτην ad pecuniam; ita βρῶσιν ad alimenta & cibaria, quibus fruges pecudesque comprehendantur, referendam arbitrer, quibus fere tribus rebus omnis hominis thesaurus absolvitur.

VERS. 22. *Lucerna corporis est oculus.* Euangelium Hebr. & Æthiopicus, *corporis tui.*

VERS. 23. ܚܫܘܟܟ ܟܡܐ ܢܗܘܐ. Tremel. *tenebræ tuæ quanto magis erunt?* nam inquit, Syrè & Talmudicè כמא idem valet quod apud Rabbinos valent verba על אחת כמא וכמא: id est, *quanto magis.* non memini me id legere. חַד כְּמָא, item כְּמָא יַתִּירָאִית Syrè est *quanto magis.* at כמא simpliciter est *quot* vel *quantum*, discretæ & continuæ quantitatis. Itaque rectè in Reg. *tenebræ tuæ quantæ erunt?*

VERS. 24. Ἢ γὰρ τὸν ἕνα μισήσει, καὶ τὸν ἕτερον ἀγαπήσει, ἢ ἑνὸς ἀνθέξεται, καὶ τοῦ ἑτέρου καταφρονήσει. Euangelium Hebr. sic transtulit, כי אם ישנא האחד יאהב האחר או אם יאהב האחד ישנא האחר. *Nam si diliget unum, odio habebit alterum. aut si odio habebit unum, diliget alterum.* Perspicuo sane sensu, & quem phrasis Euangelistæ non respuit. Neque enim necesse est, καὶ semper copulandi vim habere, quum Vau in Hebraismo, atque ex eo καὶ in Hellenismo inferendi sæpe vim habeat, ut Fe Arabum, & Belgicum soo, in Latinismo autem redundat. quod hîc fiet, si repetitum ἢ accipiamus eo sensu, quo repetium אם apud Hebræos, quod propriè significat *si*, sed repetitum *sive.* Hoc modo, *sive enim unum odio sit habiturus, alterum diliget; sive unum sit amplexurus, alterum contemnet.* Confer cum notis Erasmi

&

& Bezæ, & vide an lucis aliquid sit allatum. Æthiopicus, ἢ ἑνὸς ἀνθέξεται, καὶ τοῦ ἑτέρου καταφρονήσει, vertit, *aut uni parebit, & alteri non parebit.* Sensum expressit. amplectitur enim Dominum, qui paret, contemnit, qui non paret. Nescio an doctis arrideat interpretatio, quam Cl. Casaubonus in Notis suis adfert. *Docet*, inquit, *Dominus, qui fieri nequeat, ut duobus dominis idem serviat. Quia*, inquit, *vel unum odio habebit, alterum diligens: aut etiam, licet amet utrumque, fieri poterit, ut dum in alterius voluntate exequenda, erit intentior, erga alterum gerat se negligentius. Distinguatur igitur diligenter* ἀγαπᾶν *&* ἀντέχεσθαι, *& omnis fuerit sublata difficultas.* Hactenus ille. non videtur mihi sane Dominus hîc concedere, posse servum duos simul dominos amare. sed id expressè negare. & ἀντέχεσθαι esse actionem ipsius ἀγάπης, καταφρονεῖν autem ipsius μίσους. quamobrem ἢ ἑνὸς ἀνθέξεται vertimus, *aut unum amplectetur.* Hebr. אוֹ יַחֲזִיק בְּאֶחָד. sicut Prov. 3. 18. הַמַּחֲזִיקִים בְּחָכְמָה, *qui amplectuntur sapientiam*, quod utique amoris est, Lxx. verterunt οἱ ἀντεχόμενοι τῆς σοφίας. Sensus esse videtur, Tantum abesse, ut unus servus duobus dominis servire queat, ut contra amorem & odium inter utrumque reciprocari necesse sit. adeo ut, si unum amet, alterum odio sit habiturus. Si eundem, quem antea amavit, odio habeat, tum alterum sit amaturus. idque amplectendo unum, contemnendo alterum demonstraturus. Causa in promptu est. quia servus domino totum se addicere tenetur. in cujus locum si assumat alterum, amorem in odium vertat necesse est.

Vers. 32. ܟܠܗܝܢ ܓܝܪ ܗܠܝܢ ܥܡܡܐ ܕܥܠܡܐ ܗܢܘܢ ܒܥܝܢ ܠܗܝܢ. Trem. & Bod. *Omnia enim hæc gentes mundi quærunt sibi.* malè ܠܗܝܢ verterunt *sibi.* sic enim dicendum fuerat ܠܗܘܢ masc. gen. quia ܥܡܡܐ est masc., habens sibi junctum partic. ܒܥܝܢ masc. gen. quum ergo ܠܗܝܢ fœm. gen. sit, referendum non ad personas quærentes, sed ad res quærendas, nempe ad ܗܠܝܢ, quod hoc loco, quia ad res refertur, fœmininum est. quamobrem & affixum illud antecedens in ܟܠܗܝܢ fœmininum quoque est. & lamed in ܠܗܝܢ non est hîc dativi casus, ut doctissimi illi viri arbitrati sunt, sed accusativi. Syri enim utuntur pro אֵת ad verbum itaque vertendum, *Omnia enim hæc, gentes mundi quærunt ea.* per pleonasmum Syris familiarissimum. propriè tamen ex more Hebraismi, & aliarum linguarum Orientalium, ܟܠܗܝܢ ܓܝܪ ܗܠܝܢ sunt nominativi absoluti; ut totam sententiam vertas, *Ad omnia enim hæc quod attinet, gentes mundi quærunt ea.* Id est simpliciter, *omnia enim hæc gentes mundi quærunt.*

Vers. 33. ܠܐ ܗܟܝܠ ܬܐܨܦܘܢ ܕܡܚܪ. Trem. *Ne igitur solliciti sitis in crastinum.* Id est, inquit Junius, quæ in crastinum sunt opus. & addit ellipsin esse relativi ד. quod miror. quum expresse ד in Syro contineatur. Regia, *ne anxii sitis de crastino.* malim, *ne curam habete crastini* sicut quæ sequuntur ܗܘ ܓܝܪ ܡܚܪ ܢܐܨܦ ܕܝܠܗ, Trem. bene vertit, *ipsum enim crastinum curam habebit sui ipsius.* solet sic verbum ܢܐܨܦ construi cum ܕ.

Cap. VII.

Vers. 1. Μὴ κρίνετε, ἵνα μὴ κριθῆτε. *Ne judicate, ut non judicemini.* Vulgatus, *nolite judicare, & non judicabimini.* addit deinde: *nolite condemnare, & non condemnabimini.* quæ in uno M. S. exemplari Græcè legit etiam Cl. Beza. Addimus, legi eadem in Euang. Hebræo editionis tam Munsteri quam Merceri. Nequaquam autem apud Syrum, Arabem, & Æthiopicum. qui quoque legerunt ἵνα μὴ κριθῆτε, ubi Vulgatus & Euang. Hebr. videntur legisse, καὶ μὴ κριθήσεσθε.

Vers. 5. ܘܗܝܕܝܢ ܢܬܚܙܐ ܠܟ &c. ܠܡܦܩܘ. Trem. *Et tunc erit perspicacitas tibi ad extrahendum.* non benè Bod. in Reg. *& tunc perspicies ad educendum.* rectè quoad sensum. Sed quia in Paris. vertit, *Et tunc videbis tibi ad extrahendum*, non videtur phrasin Syriac. percepisse. ܢܬܚܙܐ enim non est activum, sed passivum. estque phrasis, qualis ante fuit cap. 6 1. ܕܬܬܚܙܘܢ ܠܗܘܢ *quo spectemini illis*, i. *ab illis*, ut rectè ibi Trem. & Bod. Sæpe enim apud Syros lamed valet dativum, qui exponitur per *ab.* vide Gram. nostram, p. 402. ita & hoc loco, *& tunc considerabitur tibi* (id est, à te) *ad ejiciendum* &c. id est simpliciter, *considerabis.*

Vers. 6. Καὶ στραφέντες ῥήξωσιν ὑμᾶς. Solum Euang. Hebræum utriusque editionis post στραφέντες addidit הכלבים, *canes.* fortassis quia putavit canibus non porcis convenire, ut dilacerent. vertit autem ῥήξωσιν ὑμᾶς, ישחבוכם,

(quod procul dubio mendosè legitur in editione Merceri יסחבום) Munsterus, *lacerent vos.* Rabbi Nathan docet, verbum hoc significare הגרירה והמשיכה בקרקע, *tractionem per pavimentum.* Canibus tribuitur Jer. 15. 3. ubi constituisse se dicit Deus super populum, gladium ad occidendum, & canes לִסְחֹב, *ad trahendum,* trahendoque lacerandum, ut solent canes.

VERS. 14. ܡܐ ܥܩܝܩ ܬܪܥܐ. Tremel. *quam exigua est porta.* Boder. *quam parva est porta.* Id Hebræis scil. est קָטוֹן. At Syris, teste Ferrario, ܥܩܝܩ est *acutus, subtilis, angustus, macer.* ܥܩܝܩܬܐ *acuta, subtilis, angusta, macra.* ܥܩܝܩܘܬܐ *acumen, subtilitas, angustia, macritudo.* ܥܩ *coangustatus est, macruit, subtilis factus est, attenuatus est, astutus factus est.* Hæc ille. Itaque verte hoc loco, *quam angusta est porta.* ut in Græco, στενὴ πύλη.

VERS. 14. ὅτι στενὴ ἡ πύλη. Vulgatus, Syrus, Arabs, & Euang. Hebræum, *quàm angusta porta!* Nisi forte מא, Syriacum & Arabicum מא, quo pro admirandi particula *quàm!* sæpe utuntur, propriè tamen *quid?* significat, posteriori sensu hoc loco sit accipiendum. quia Cl. Beza monet, in vetustis codicibus legi τί στενή. Ita sanè vertendus videtur Arabs, cujus verba sunt, ما اضيق الباب. واكرب الطريق. ubi observandum اضيق & اكرب non esse positiva, sed superlativa. adeoque in Romana versione non rectè transferri, *quam angusta porta, & arcta via.* verto, *Quid? angustissima est porta, & arctissima via.* vertere enim, *quàm angustissima & arctissima!* sicut in Latino sermone, ita & in Arabico est durissimum. & ob eam causam Romanus translator positiva substituit. Nisi forte Arabicum ما hîc sumatur, sicut *quam* apud Latinos, ubi non admirationem, sed superlativi auxesin significat, ut in *quam plurimis, quam brevissimo tempore, quam longissimè* &c. Sic hoc loco *quam angustissima est porta, & arctissima via.* sed eam significationem particulæ ما apud Arabes hactenus non observavimus. Non dubito, quin vera lectio sit ὅτι, potius quam τί. Beza vertit *quia.* Erasmus *quoniam.* neutrum repudiandum. Sic enim duplex causa datur, cur per angustam portam sit intrandum. una, quia lata porta ducit ad interitum. altera, quia angusta porta ducit ad vitam æternam. Æthiopicus autem vertit, טק צבב, *valde angusta.* Fuit ipsi ὅτι particula ἐπιτατική. quam vim sæpe habet cum superlativis. ut ὅτι πλεῖστος, *quam plurimus,* id est, valde multus. ὅτι μάλιστα, *quam maximè,* id est, admodum valde. An etiam cum positivis, inquirendum. Apud Thucydidem certè & Platonem ὅτι τάχος, ubi substantivo jungitur, valet *valde celeriter.* sic Æthiopicus putavit ὅτι στενὴ esse, *valde angusta.* Addimus, sicut כִּי in Hebraismo, sic ὅτι in Hellenismo interdum esse particulam confirmandi, pro *certè, utique.* ut 1 Joh. 3. 20. ὅτι μείζων ἐστὶν ὁ Θεὸς τῆς καρδίας ἡμῶν. *utique major est Deus corde nostro.* Ita & hoc loco verti queat, *utique angusta est porta.* Sed & notum est, כִּי apud Hebræos sæpe sumi pro כִּי אִם, *sed.* ut Gen. 45. 8. 2 Sam. 16. 18. quo sensu si etiam ὅτι hoc loco capi posset, optimè quadraret. *Intrate per angustam portam. Quia lata est porta, quæ ducit ad interitum. Sed angusta, quæ ducit ad vitam.* Non affirmo. moneo tantum, ut animadvertatur, an & alibi iste Hellenismus deprehendi possit.

VERS. 15. ܒܠܒܘܫܐ ܕܐܡܪܐ. Tremel. & Boder. *in vestimentis ovium.* potius *agnorum.* ܐܡܪܐ enim *agnum* propriè significat. Etsi & pro *ariete* signo Zodiaci sumatur. oves dicuntur ܥܢܐ & ܢܩܘܬܐ. singulare ܢܩܝܐ *ovis.* dicitur & ܥܪܒܐ. plur. ܥܪܒܐ.

VERS. 21. *Sed qui facit voluntatem Patris mei qui in cælis est.* Vulgatus addit, *Ipse intrabit in regnum cælorum.* Rectè observat Cl. Beza, id per se satis intelligi, neque in Græcis codicibus, neque in Syra paraphrasi legi. Addo, neque in Arabe, neque in Æthiopico. Legitur tamen in Euangelio Hebræo utriusque editionis. Et in Mercerianæ quidem additur porro עמי, *mecum.*

VERS. 24. ܘܐܬܛܪܝܘ ܒܗ ܒܒܝܬܐ ܗܘ. Tremel. Boder. *& irruerunt in illam ipsam domum.* At Luc. 6. 48. ܐܬܛܪܝ ܡܠܝܐ. Boder. in Reg. *erupit inundatio.* optimè *inundatio.* non bene *erupit.* At in Paris. *irrumpit plenitudo.* paulò melius *irrumpit.* non rectè *plenitudo.* id enim ܡܠܝܐ Syris dicitur. at ܡܠܝܐ *fluxus, impetus aquarum, inundatio.* Tremellius, *illisa est plenitudo* aquarum. non malè ex-

lè expressit vim verbi ܢܩܦܬ. propriè, *impulsa, percussa, pulsata est in domum istam.* ܢܩܦ enim interdum *pellere*, interdum *verberare, pulsare* significat. vide quæ annotamus ad Hebr. 10. 2. Arabs habet وضربت ذلك البيت *& percusserunt domum illam.*

VERS. 29. Καὶ οὐχ ὡς οἱ γραμματεῖς. *Et non sicut Scribæ.* Arabs & Æthiopicus, *sicut Scribæ eorum.* Vulgatus & Syrus, *sicut Scribæ eorum & Pharisæi.* Euangelium Hebr. editionis Munsteri, כמו סופרים ופרושים, *sicut Scribæ & Pharisæi.* At editionis Merceri, כפי סופרים ופרושים, *ex ore Scribarum & Pharisæorum.* quod minus convenit. fortassis pro כפי legendum כפי, *juxta, secundum, ad modum Scribarum & Pharisæorum.*

CAP. VIII.

VERS. 1. ܢܩܦܘܗܝ ܟܢܫܐ ܣܓܝܐܐ. Tremel. & Boder. in Parisiensi, *cinxerunt eum turbæ multæ.* In Reg. *circumdederunt eum turbæ multæ.* malè. ܢܩܦ enim est *adhæsit, sequutus est.* unde ܢܩܦܘܗܝ *sequuti sunt eum, adhæserunt ei.* quomodo & iidem hi doctissimi viri alibi non raro transtulerunt. Miror & hîc non factum, præsertim quum textus Græcus eos manu duceret, qui habet ἠκολούθησαν αὐτῷ. arbitror eos Hebræorum הקיף in mente habuisse, quod *cingere* denotat.

VERS. 3. ܘܦܫܛ ܐܝܕܗ ܝܫܘܥ ܩܪܒ ܠܗ. Tremel. & Boder. in Reg. *Et extendens manum suam Jesus, admovit ei.* id in Pael diceretur ܩܪܒ *fecit appropinquare, admovit.* At in Peal, *appropinquavit*, & sæpe *attigit*, quia tactus non fit è longinquo, sed per propinquam conjunctionem. Itaque rectè in Parif. *tetigit eum.*

VERS. 4. *Ostende te* ܠܟܗܢܐ *Sacerdotibus.* consentiunt editiones. in Græco est tamen τῷ ἱερεῖ. Arabs الكاهن. Euangelium Hebraicum אל הכהן *Sacerdoti.*

VERS. 9. Καὶ γὰρ ἐγὼ ἄνθρωπός εἰμι ὑπὸ ἐξουσίαν, ἔχων ὑπ' ἐμαυτὸν στρατιώτας. *Nam ego etiam vir sum sub potestate constitutus.* &c. Sic constanter legerunt Vulgatus, Syrus, Arabs & Euang. Hebræum. solus Æthiopicus vertit, *nam ego etiam vir sum præfectus, habens quibus præsum milites.* Videtur hoc modo distinxisse, καὶ γὰρ ἐγὼ ἄνθρωπός εἰμι, ὑπὸ ἐξουσίαν ἔχων ὑπ' ἐμαυτὸν στρατιώτας, Perperam sane.

VERS. 13. *Et sanatus est puer ejus hora illa.* Testantur Erasmus & Beza, in nonnullis veteribus codicibus se additum repperisse, Καὶ ὑποστρέψας ὁ Ἑκατόνταρχος εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ ἐν αὐτῇ τῇ ὥρᾳ, εὗρε τὸν παῖδα αὐτοῦ ὑγιαίνοντα. Sic fere Æthiopicus, *& quum reversus esset dux in domum suam, invenit puerum suum sanatum.* nihil horum Vulgatus, Syrus, Arabs, & Euang. Hebræum. unde liquet, ex nulla harum versionum factam esse Æthiopicam.

VERS. 17. ܗܘ ܢܣܒ ܟܐܒܝܢ ܘܟܘܪܗܢܝܢ ܢܫܩܘܠ. *Hic suscipiet dolores nostros, & ægritudines nostras portabit.* Matthæus dixit in præter. ἔλαβε καὶ ἐβάστασεν. Arabs اخذ وحمل *cepit & tulit.* ut & apud Prophetam est נָשָׂא & סָבַל. non malè tamen Syrus præterita vertit in futura. quia quamvis Propheta ob certitudinem eventus præteritis sit usus, res tamen futura adhuc erat.

VERS. 18. ἐκέλευσεν ἀπελθεῖν εἰς τὸ πέραν. Vulgatus, *jussit discipulos ire trans fretum.* In Græco nec *discipulos* est, nec *fretum.* Utrum que tamen in Euangeliis Hebraicis, tam à Munstero, quam à Mercero editis, ubi legitur ויצוה את תלמידיו להלוך לעבר הים. Syrus, ܦܩܕ ܕܢܐܙܠܘܢ ܠܥܒܪܐ *jussit, ut abirent in ulteriorem ripam.* Arabs similiter. Ambo cum Græco consentiunt.

VERS. 20. ܘܠܦܪܚܬܐ ܕܫܡܝܐ ܡܛܠܠܐ. Sic scribitur ultima dictio in Cothenensi edit. ut vocalis quarta ad posterius lamed pertinere videatur. at in Vien. & Reg. ܡܛܠܠܐ, ad prius lamed. Luc. autem 9. 58. plane omittitur ista vocalis. & utroque in loco absunt puncta pluralem numerum notantia. vertitur tamen à Tremel. & Boder. *Et avibus cælorum nidi.* Fortassis in hac voce scribenda error commissus, ac legenda ܡܛܠܠܐ, qua forma sæpe in N. T. occurrit, nec alia adducitur à Ferrario. idque non à singul. ܡܛܠܠܐ, quod à nostris Lexicographis exhibetur, sed à ܡܛܠܬܐ. significat autem propriè *tabernaculum.* ut ad verbum vertas, *Et avibus cælorum*

rum tabernacula. κατασκηνώσεις dixit Matthæus. Arabs اوكار *nidi.*

VERS. 26. ܘܟܐܐ ܒܪܘܚܐ. Trem. *& repressit ventos.* Bod. *& cohibuit ventum.* verte, *& increpavit ventum.* ut in Græco est, ἐπετίμησε. aliud enim ܟܐܐ non significat.

VERS. 28. *Quum venisset Jesus in ulteriorem ripam,* ܠܥܒܪܐ ܕܓܕܪܝܐ *in regionem Gadarenorum.* In Græco est, εἰς τὴν χώραν τῶν γεργεσηνῶν. Sic Arabs البحر جسيين *Gergesenorum.* At Marc. 5. 1. γαδαρηνῶν. quam hoc viros doctos torserit, vide apud Drusium in Comment. priore ad voces N. T. & apud Scultetum, Exerc. Euang. lib. 2. cap. 49. nos statuimus diversas quidem fuisse urbes Gergesam & Gadaram, sed eandem tamen regionem. Nam in tabula geographica terræ S. à Judæis Amstelodamensibus edita, habes in ulteriori ripa stagni Gennesareth urbem amplam & præclaram גרגש, *Gerges*, in colle aut scopulo sitam. indeque regio ibidem denominatur ארץ הגרגשי *terra Gergesenorum.* Non procul inde remotius tamen à stagno Genesareth, est urbs גדירה Gedirah, & ipsa in colle sita, juxta quam palus est, quæ מקוה מים *collectio aquarum* dicitur in tabula. quum ergo uno in loco Christus dicatur venisse εἰς χώραν τῶν γεργεσηνῶν, in altero τῶν γαδαρηνῶν, non sunt respiciendæ ipsæ urbes, sed regio in qua hæ urbes sitæ fuere. quæ sive à Gergesenis, sive à Gadarenis denominaretur, eadem erat. Unde Luc. 8. 37. καὶ ἠρώτησαν αὐτὸν ἅπαν τὸ πλῆθος, non simpliciter τῶν γαδαρηνῶν, sed τῆς περιχώρου τῶν γαδαρηνῶν. ne intelligas cives urbis Gadaræ, sed incolas adjacentis regionis, qui iidem fuere cum incolis τῆς περιχώρου τῶν γεργεσηνῶν. sicut regio sita inter Leydam & Harlemum, περίχωρος est utrique urbi. In Euangelio Hebraico Munsteri dicitur בארץ גרגשים. in margine autem notatur גינוסרים. ad quæ Munsterus addit, hunc locum alio nomine, Chaldaico nempe, vocari גינוסר, ut Jehosuæ undecimo, ubi in Hebræo habetur כינרות. Id nequaquam probandum. כִּנְּרוֹת enim, sive כִּנֶּרֶת, quæ Chaldæus גינוסר tranfert, urbs erat Tiberias deinde dicta, testibus Scindlero & Mappa Judaica. à qua mare Galilææ Hebræis יַם כִּנֶּרֶת, Chaldæis יַמָּא דְגִינוֹסָר, Syris יַמְתָּא דְגֶנֵּסַר, *mare Gennezareth*, alias *Tiberiadis* dictum est. erat autem ea urbs cis mare, Gergesenorum regio ultra mare ad oppositum plane latus.

VERS. 30. ܐܝܬ ܗܘܐ ܕܝܢ ܠܗܠ ܡܢܗܘܢ ܒܩܪܐ ܕܚܙܝܪܐ. Tremel. & Boder. *erat autem procul ab illis grex porcorum.* malim, *erat autem ultra eos*, vel *ulterius ab eis.* id enim propriè est ܠܗܠ ܡܢ idem quod Hebræis מֵהָלְאָה. unde procul dubio istud derivatum, quod Lxx. ἐπέκεινα vertere solent. ut Gen. 35. v. 21. מֵהָלְאָה לְמִגְדַּל ἐπέκεινα τοῦ πύργου. Hîc tamen Euangelista dixit, ἦν δὲ μακρὰν ἀπ᾽ αὐτῶν ἀγέλη. Beza, *erat autem longè ab eis grex.* Vulgatus contra, *Erat autem non longè ab illis.* Euangelium Ebraicum Merceri, וקרוב לשם היה עדר *& prope ad eum locum erat grex.* Munsteri, ואין רחוק מהם היה עדר *& non procul ab ipsis erat grex.* quod procul dubio ipsius Munsteri est (fatetur enim se, quod lacerum apud Judæos invenerat, redintegrasse & in unum corpus redegisse) qui passim in Hebraicis suis ad Judæos responsionibus illud אֵין pro לֹא usurpat contra linguæ puritatem & elegantiam. dicendum enim fuerat ולא רחוק מהם היה עדר. at quomodo hæc conciliari poterunt, erat longè, & non erat longe? respondeo, רחוק apud Hebræos, cui μακρὰν respondet, sæpe dici de re simpliciter ab alia remotâ, etsi non in longa distantia. ut Ps. 38. 12. אֹהֲבַי וְרֵעַי מִנֶּגֶד נִגְעִי יַעֲמֹדוּ וּקְרוֹבַי מֵרָחוֹק עָמָדוּ, *amici mei & sodales mei è regione plagæ meæ stant, & propinqui mei è longinquo stant.* ubi stare è longinquo, & stare è regione sunt synonyma, estque simpliciter, non accedere. sic Luc. 18. 13. publicanus dicitur stetisse μακρόθεν. nec tamen longè aberat à templo. una enim cum Pharisæo eò accesserat. Sed quia non adeo penitus introivit in atrium atque Pharisæus, dicitur procul stetisse. Ita quod hoc loco grex porcorum dicitur fuisse μακρὰν ἀπ᾽ αὐτῶν, nihil aliud est quam quod Syrus optimè dixit ܠܗܠ ܡܢܗܘܢ ultra ipsos. Arabs habet وكان هنالك قطيع *& fuit ibi grex.*

VERS. 32. ܘܟܠܗ ܒܩܪܐ ܗܘ ܪܗܛ ܠܥܠ ܠܫܩܝܦܐ. Tremel. *Et totus grex iste direxit se in rupem.* omisit vocem ܠܥܠ. ut & Boder. in Reg. at in Parif. *direxit se super rupem.* atque id ad verbum Syra sonare, Tremellius affirmat in Notis. non rectè.

rectè. quia eo sensu dicendum erat, ܠܥܠ ܡܢ ܫܩܝܦܐ. notant enim Grammatici, ܠܥܠ quotiescunque præpositio est, habere post se ܡܢ. ut Matth. 2. ܠܥܠ ܡܢ ܐܬܪܐ ܕܐܝܬܘܗܝ ܗܘܐ ܛܠܝܐ, *supra locum ubi erat infans.* at quum absolutè ponitur, fit adverbium, nec habet post se ܡܢ, & significat *sursum.* Vertendum ergo, *& totus grex iste recta contendit sursum in rupem.* In Græco est ὥρμησε πᾶσα ἡ ἀγέλη τῶν χοίρων κατὰ τοῦ κρημνοῦ εἰς τὴν θάλασσαν. Beza, *ruit totus ille grex porcorum è præcipitio in mare.* Vulgatus, *magno impetu abiit totus grex per præceps in mare.* Valde arridet, quod κατὰ τοῦ κρημνοῦ verterit *per præceps,* ὥρμησε *magno impetu abiit.* neque enim hîc ultimus tantum casus describitur, quo de præcipitio deturbati sunt in mare, sed (quæ & Syri mens fuit) totus ille cursus quo à diabolis correpti, è pascuis abrepti fuere in scopulos, & per præcipitia acti, in mare tandem præcipitati. Euangel. Hebr. Merceri, והנה הלך כל העדר בסער ובסעף, (lege ut est in Munsteri גדול ובסחף) *& ecce, abiit totus grex cum turbine & cum impetu magno.*

Cap. IX.

Vers. 2. ܡܫܬܒܩܝܢ ܠܟ ܚܛܗܝܟ. Tremel. & Boder. *remittuntur tibi peccata tua* id per Benoni passivæ conjugationis diceretur, ܡܫܬܒܩܝܢ ܠܟ ܚܛܗܝܟ at ܫܒܝܩܝܢ in Peil Kal est, *remissa sunt.* Nam in Græco est ἀφέωνται. quod quum Vulgatus vertisset per præsens *remittuntur,* rectè Beza mutavit in *remissa sunt.* Euangelium Hebræum, נסלחו, Arabs مغفورة *condonata sunt,* significatione præteriti.

Vers. 4. ܡܢܐ ܡܬܚܫܒܝܢ ܐܢܬܘܢ ܒܝܫܬܐ. Tremel. *quid cogitatis vos mali?* sic dicendum fuerat ܡܢܐ ܕܒܝܫܬܐ. at ܡܢܐ (*quid?*) hîc ponitur, ut alibi sæpe, pro ܠܡܢܐ *quare?* ἵνα τί dixit hîc Matthæus, pro quo sæpe alias τί simpliciter. verto ergo, *quid cogitatis malum?* Reg. *quid cogitatis mala?* ibi enim legitur ܒܝܫܬܐ in plurali. ut in Græco πονηρά. In Euang. Heb. רעות, *mala.* Trostius secutus est Viennense & Tremellianum exemplaria, ubi in singulari legitur. ut & apud Arabem لماذا تفكرون بالشر *quare cogitatis de malo?*

Vers. 5. Τί γάρ ἐστιν εὐκοπώτερον, εἰπεῖν, ἀφέωνταί σοι αἱ ἁμαρτίαι, ἢ εἰπεῖν ἔγειραι καὶ περιπάτει; Conveniunt in hac lectione Vulg. Syr. Arabs, Euang. Hebr. miror ergo, unde pro his omnibus Æthiopicus habeat, *Quid facilius, quam dicere, remittuntur tibi peccata tua?* Fortassis mendum typographicum est, quibus liber ille scatet.

Vers. 8. Ἰδόντες δὲ οἱ ὄχλοι, ἐθαύμασαν. *quum autem turbæ id vidissent, miratæ sunt.* Exemplar quoddam, inquit Beza, habet ἐφοβήθησαν. ita Vulgatus legit, *timuerunt.* ita Syrus ܕܚܠܘ. ita Euang. Hebr. יראו, *timuerunt.* Arabs autem تعجبوا *mirati sunt.*

Vers. 10. Καὶ ἐγένετο αὐτοῦ ἀνακειμένου ἐν τῇ οἰκίᾳ. Non dicitur in cujus domo. sed ex Lucæ 5. 29. constat, factum id in domo Matthæi, jam jam à Christo vocati. Miror ergo unde Arabs habeat, في بيت سمعان, *in domo Simonis.* editio sane Erpenii sic habet. non Romana, quæ hîc cum Græco convenit. neque alibi illud *Simonis* reperimus. Porro Syrus, Euang. Hebr. Merceri, & Æthiopicus legerunt αὐτῶν ἀνακειμένων. Vulgatus & Arabs, αὐτοῦ ἀνακειμένου. ut & Euang. Hebr. Munsteri.

Vers. 13. οὐ γὰρ ἦλθον καλέσαι δικαίους, ἀλλ᾽ ἁμαρτωλοὺς εἰς μετάνοιαν. illud εἰς μετάνοιαν nec Vulgatus legit, nec Syrus, nec Euang. Hebr. nec Hieronymus. Arabs habet. Æthiopicus quoque non legit εἰς μετάνοιαν.

Vers. 16. ܠܐ ܐܢܫ ܪܡܐ ܐܘܪܩܥܬܐ ܕܣܡܠܐ ܚܕܬܐ ܥܠ ܢܚܬܐ ܒܠܝܐ ܕܠܐ ܬܬܦܘܣ ܡܫܡܠܝܘܬܗ ܡܢ ܗܘ ܢܚܬܐ. Tremel. *nemo immittit assumentum* panni *novi in vestem veterem, ut non auferat plenitudo ejus de illo vestimento.* Regia melius, *nemo immittit frustum panni novum in vestem vetustate attritam, ne detrahat supplementum ex illo vestimento.* ܐܘܪܩܥܬܐ est *frustum panni.* ܬܬܦܘܣ futurum est, non à verbo ܬܦܣ, ut multi volunt, ex ordine quiescentium secundâ, sed à ܢܦܣ. quamobrem litera Ethan vocalem secundam habet, quæ alioqui vocali destituta per Scheva legeretur. significat autem Jac. 3. *circumagere.* & 2 Reg. 6. περισπᾶν *circumflectere.* Ju-

dith vero undecimo ἐπισπᾶν *attrahere*. teste Masio in Pecul. sic & Ferrarius, ܢܓܕ *circumegit*. item *traxit*, *attraxit*. Lex. Syr. Arab. ܢܓܕ, يجذب *trahit*. Posterior significatio est hujus loci, *Nemo injicit frustum panni novum super vestimentum vetus, ne attrahat supplementum ejus de ista veste*. non malè exponit quid sit αἴρει ἀπὸ τοῦ ἱματίου, *tollit de vestimento*, nempe attrahendo ad se. quia cum fortior sit pannus novus veteri & attrito, rapit iste hujus fila, & scissuram majorem reddit. sic Arabs ليس احد ياخذ خرقة جديدة ويجعلها في ثوب بال لانها ياخذ ملاها من الثوب, *nemo capit laciniam novam & ponit eam in veste veteri, quia capit supplementum ejus de veste*.

Vers. 23. ܙܡܪܐ. Tremel. & Boder. *tibicines*. τοὺς αὐλητάς, inquit textus. At ܙܡܪܐ nusquam in concreto, sed in abstracto usurpatur pro *cantu*, vel *comessatione* quæ cum cantu fieri solet. vide Luc. 15. 25. Rom. 13. 13. Gal. 5. 21. 1 Pet. 4. 3. nec alia significatio ei tribuitur à Ferrario. sic Lex. Syr. Arab. ܙܡܪܐ ترتيل وتهليل *psalmus*, *& decantatio*. ܙܡܪܐ ergo *cantus* sunt, non cantores. nisi fortasse hoc loco legendum sit ܙܡܪܐ. id enim fortasse *cantores* significat. quemadmodum in fœmin. citatur à Ferrario ܙܡܪܬܐ *cantus*, *cantatrices*. Arabs habet مزمرين *psallentes*. plur. à مزمر *psallens*.

Vers. 25. Post *intravit & tenuit manum ejus*. Vulgatus addit, *Et dixit, Puella surge*. quæ, teste Cl. Beza, in nullis codicibus Græcis leguntur. addimus, neque in Syro, neque in Arabe. At in Euang. Hebr. editionis Munsteri & Quinquarborei extant ויאמר טליתא קומי, *& dixit, Puella surge*. Merceri vero, ויאמר קומי קומי *& dixit, Surge surge*. Hieronymus horum nec quicquam habet, nec mentionem facit. unde liquet aut Hieronymum non esse vulgatæ versionis authorem, aut hæc deinde assuta fuisse.

Vers. 26. Καὶ ἐξῆλθεν ἡ φήμη αὕτη. *& exiit fama hæc*. Sic quoque Vulgatus, Syrus, & Euang. Hebræum. At Æthopicus, *fama ejus*, nempe Christi, affixo masculini generis. sicut & Beza in quodam exemplari fatetur se legisse αὐτοῦ. Arabs, خبرها, *fama ejus*, nempe puellæ sanatæ, vel rei factæ. est enim affixum fœm. gen.

Vers. 32. ܘܟܕ ܢܦܩ ܝܫܘܥ, *quum egreßus esset Jesus*. sic & Arabs. Græca tamen exemplaria, Hieronymus, Vulgatus Euang. Hebr. pari consensu legunt, *egressis autem illis*, nempe cæcis qui jam visum receperant. sequitur in eodem versu, *Obtulerunt ei mutum*, in quo erat ܕܝܘܐ δαιμόνιον. Schindlerus derivat à דַיָּה *milvus*. quod dæmon milvo rapaci avi sit similis. at Clar. Fullerus à דְיוֹ quod Syri ܕܝܘܐ *atramentum*, ab atri coloris specie, qua potissimum induti spiritus illi tenebrarum conspicientes se nonnunquam præbent miseris mortalibus. aut inquit à Latino *Divi*, quia dæmoniis tanquam divis cultus exhibebatur quod maximè probo. iidem dicuntur Syris etiam ܫܐܕܐ, Hebraice שֵׁדִים, singulare שֵׁד, quod à שָׁדַד *vastavit* derivare solent, quasi *vastatorem* dicas. non patitur id analogia Grammatices, quæ postulabat plurale שַׁדִּים. ut חֵץ *sagitta*, חִצִּים. at שֵׁד, שֵׁדִים est ex quiescentibus secunda, ut גֵּר *peregrinus*, גֵּרִים, זֵד *superbus*, זֵדִים. idque prorsus confirmat quiescens aleph in Syriaco שֵׁאדָא. existimamus ergo aptius derivari ab Arabico שאר *dominatus est*. quod est ex ordine quiescentium media vau, pro quo in præterito est aleph. Dæmones enim erant Heroës, principes, qui aliis dominabantur, adeoque in divorum numerum referebantur.

Vers. 33. Ἐλάλησεν ὁ κωφός. *locutus est mutus*. Sic Vulgatus, Syrus, Arabs, & Euang. Hebræum. Solus Æthiopicus habet, *& audivit surdus*. accepit κωφός pro *surdo*. Idem commissum infra cap. 15. v. 31. Ubi pro κωφοὺς λαλοῦντας habet *surdos audientes*.

Vers. 35. *Et sanans quemvis morbum & quemvis languorem* ἐν τῷ λαῷ, *in populo*. Tradit Cl. Beza in quibusdam Græcis exemplaribus non inveniri ἐν τῷ λαῷ. hinc Vulgatus omisit, ut & Syrus. Arabs legit. habet & Euang. Hebr. Merceri. Munsteri non item. Sed pro וכל מכאוב בעם *& omnem ægritudinem in populo*, habet וכל מכאוביהם *& omnes ægritudines eorum*.

Vers. 35. *Misertus est eorum, quia erant* ἐκλελυμένοι καὶ ἐρριμμένοι. Beza, *dissipati & dis-jecti*. Vulgatus, *vexati & jacentes*. ita ad verbum est in Euang. Hebr. טרוחים ושוכבים. Quod tamen fortasse melius vertas, *fatigati & jacentes*.

tes. טרח enim in Scriptura est *fatigatio.* הטריח *fatigavit.* Ubi observandum quod Cl. Beza annotavit, in sex vetustis exemplaribus pro ἐκλελυμένοι legi ἐσκυλμένοι, & sic legisse Hieronymum, Hilarium, Chrysostomum, Theophylactum. addo & Syrum, qui vertit, ܕܠܐܝܢ ܗܘܘ ܘܫܒܝܩܝܢ *quod fatigati essent & soluti.* σκύλλω enim non tantum est *vexare*, ut vertit Vulgatus, sed & *fatigare*, teste H. Steph. qui ex Herodiano citat, σὺν ἱππεῦσιν ὀλίγοις πορεύεται, ἵνα μὴ πάντα τὸν στρατὸν σκύλῃ, *cum paucis equitibus proficiscitur, ne totum exercitum fatigaret.* Sed quid est apud Syrum ܫܒܝܩܝܢ *soluti?* idem est quod ἐκλελυμένοι, adeo ut videatur legisse ἐσκυλμένοι καὶ ἐκλελυμένοι. potest tamen quoque positum esse pro ἐῤῥιμμένοι, ac dici de ovibus inter se non compactis, sed dissolutis ac disjectis. Arabs vertit مطرحين *disjecti*, quod propriè est ἐῤῥιμμένοι. præcedentem autem dictionem vertit ضالين *errantes.* quod magis convenit cum ἐκλελυμένοι, quam cum ἐσκυλμένοι. oves enim à se invicem & à pastore dissolutæ, atque, ut vertit Beza, dissipatæ, errantes ac palantes fiunt.

Cap. X.

Vers. 2. Τῶν δὲ δώδεκα ἀποστόλων τὰ ὀνόματά ἐστι ταῦτα. Vulgatus pro *Apostolorum* habet *Discipulorum.* sic enim, teste Beza, quædam habent Græca exemplaria. Syrus tamen, Arabs & Euang. Hebr. habent. *apostolorum.* Vulgatus quoque hîc Philippum & Bartholomæum præmittit Jacobo & Joanni. Idem fit in Euang. Hebræo. secus in Græco, quem sequuntur Syrus & Arabs.

Vers. 3. ܘܠܒܝ ܕܐܬܟܢܝ ܬܕܝ. *Et Lebbæus qui cognominatus est Taddæus.* Clariss. Junius ait esse sermonem ἀμφίλογον, quem ita oportet construi, καὶ Θαδδαῖος ὁ ἐπικληθεὶς Λεββαῖος, ut est in Græco. atque addit, *Thaddæus* Syrum esse, Hebræum *Judas.* vult ergo idem esse Syrum תַּדִי quod Hebræis יְהוּדָה: quamobrem sicut יְהוּדָה derivatur ab הוֹדָה, sic תַּדִי derivandum ab אוֹדִי, quod analogia Grammatices non permittit. maluit igitur doctiss. Caninius, quem sequuntur Drusius, Scultetus, aliique, id derivare à Syriaco nomine ܬܕܝ *mamma*, quasi *mammosum* dicas. cui non repugnarem, si nomen illud derivaretur à geminantibus secundam radicalem, adeoque haberet Daleth durum. at in forma Emphatica ܬܕܝܐ תַּדְיָא, ut & in plur. ܬ̈ܕܝܐ, תַּדְיָא effertur per daleth molle. adeo ut inde Θαδδαῖος, geminato daleth, fieri nequeat. Sicut & apud Hebræos שַׁד *mamma*, in dual. facit שָׁדַיִם, constructè שְׁדֵי. quod non est à שָׁדַד *vastavit*, sed procul dubio à Chald. שְׁדָא *effudit*, quia mammæ effundunt lac. Invenio autem apud Ferrar. aliud nomen Syriacum ܬܕܝܢ, cum Kuschoi supra daleth, quod vertit *ver*, *herba verna*, ex Isa. 27. 11. Id huic loco maximè aptum videtur. Nam propter Kuschoi geminandum daleth apud Græcos, sicut ex ܐܒܐ fit ἀββά. ex ܪܒܝ ῥαββί. Deinde quum duo aleph junguntur, prius effertur ut Jod. vide Gram. nostræ p. 6. ܬܕܝܢ ergo Græcè efferendum Θαδδαῖα, inde terminatione Græca Θαδδαῖος. & pulchrè commendant personam, cujus prænomen fuit Judas, id est *Confessor*, cognomina duo, Taddæus, id est, *herba verna*, & Lebbæus, id est *corculum.* quasi dicas, hominem suavissimum. Porro pro Καὶ Λεββαῖος ὁ ἐπικληθεὶς Θαδδαῖος, quod in omnibus suis codicibus Græcis invenisse se testatur Cl. Beza, extatque in Syro & Arabe, Vulgatus tantum habet, *& Thaddæus*, ut & Euangel. Hebr. tantum ותדיאו ex editione Merceri, ותדי ex Munsteri.

Vers. 3. Λεββαῖος ὁ ἐπικληθεὶς Θαδδαῖος. Æthiopicus, *Libdæus*, *cujus nomen Thadæus.*

Vers. 4. ܘܫܡܥܘܢ ܩܢܢܝܐ: Tremel. & Boder. *Et Simeon zelotes.* in Græco est, καὶ Σίμων ὁ Κανανίτης, alia exemplaria Καναναῖος. Vulgatus, *& Simon Cananæus.* sic & Syrum verto. ܩܢܢܝܐ enim Syris non est *zelotes.* sed nomen proprium est, ut & Κανανίτης. utrumque tamen derivatum fateor ab Hebræo קַנָּא *zelotes.* unde קַנָּי, & resoluto dagesch in Nun קנני, neque enim hîc designatur oriundus è terra Canaan, qui Græcis χαναναῖος, Syris ܟܢܥܢܝܐ dicitur. etsi in Euang. Hebr. tam Merceri quam Munsteri scribatur הכנעני, quod vel *mercatorem*, vel *oriundum ex terra Canaan* significat. neutrum amplector. quia Luc. 6. 15. nomen ejus exponitur ζηλωτής, Syrè ܛܢܢܐ, Magistris קַנַּי. Sunt qui Cana-

næum

næum vel Cananitem dictum volunt à Cana urbe Galilææ. quibus fortasse faveat Arabs, cui Cana Joan. 2. 1. dicitur قانا, hoc autem loco Simon القانانوي, ubi præpositus articulus ال nomen appellativum indicat. sed nequaquam favet Syrus, cui Cana ܩܛܢܐ dicitur, unde ܩܢܢܝܐ derivari nequit. Hebraicæ originis esse putamus, & à zelo sic dictum. Docet autem Cl. Scaliger in Elencho Trihæres. cap. 1. fuisse quasi sectam quorundam qui ζηλωταὶ sive Kannæi dicerentur, corpus devotum, σύστημα θεοσεβὲς, καὶ τάγμα εὐλαβὲς, sanctimoniæ vitæ ac observationi legis deditum: ex quo ad Christi discipulatum transierit Simeon Kannæus.

Ibid. Judas proditor vocatur Ἰσκαριώτης. de qua voce non repeto quæ sunt apud Caninium, Bezam, Drusium in Comment. priore ad voces N. T. Syrus dixit ܣܟܪܝܘܛܐ, סְכַרְיוּטָא. in quod conjecturam Tremellii parum probabilem, vide in ipsius notis. ubi addit F. Junius, *secarjut* aliis *marsupium* vocari, & *secarjuta* ὁ ἔχων γλωσσόκομον. quod idem est, quod in Exercitationibus Sculteti lego, *Scarjuta* secundum quosdam esse quæstorem collectarum sive eleemosynarum. fortassis sicut Tremellius compositam vocem voluit ex Hebræis שכר *merces*, & יוטה *inclinatur*, ut significet eum qui mercede inclinatus fuit ad proditionem domini moliendam, ita hi eadem compositione marsupium denotari voluerunt, in quod merces reclinatur, pecuniaque reponitur. quæ meræ sunt chimæræ. Pergit ergo Cl. Junius, & omnibus expensis statuit, per anticipationem appellari, quasi strangulatum dicas, qui ultro declinaverit ad strangulationem sui. ut partim componatur ex Hebr. יוטה, partim ex Syr. *secar*, quod *strangulare* Syris esse dicit, & *mascera*, *strangulatio*. nescio unde id vir doctissimus habeat. ܡܣܟܪܐ *mascera*, in nullis lexicis reperio. ܣܟܪ Syris idem quod Hebræis סכר, *clausit*, *obstruxit*, *obturavit*. unde Marc. 1. v. 25. ܣܟܘܪ ܦܘܡܟ *obstrue os tuum*, φιμώθητι. Reperio tamen apud Eliam in Thisbi, apud medicos Hebræorum אסכרה idem esse quod מחנק *suffocationem*, atque esse morbum qui obturet os fistulæ quæ in collo est, sic ut statim moriatur suffocatione homo. Inde natum dicit, quod quarto die jejunabant, ne האסכרה caderet in pueros. atque inde, inquit, quidam exponunt illud de Achitophele 2 Sam. 17. *præcepit domui suæ*, וַיֵּחָנַק, id est, inquit, evenit ipsi morbus hic præ nimio animi dolore & tædio quod non successisset consilium ejus, mortuusque est suffocatione. Nec desunt viri eruditi, qui eodem sensu capiunt de Juda proditore illud Matthæi ἀπήγξατο. ut non laqueo seipsum strangulaverit, sed ex gravissimo peccati divinæque iræ sensu hoc morbo correptus, suffocatus fuerit, & pronus concidens, vi interclusi spiritus crepuerit medius, effusaque sint viscera ejus, ut docet Lucas Act. 1. sententia ea est Clarissimi & incomparabilis viri D. Heynsii, cujus super hac re, ut & aliis gravioribus N. T. locis eruditissimas observationes brevi, ut spero, videbit orbis Christianus. In Euangel. Hebr. Merceri scribitur. איסכריאוטו, Munsteri vero ישכריותי. Ad Matth. 10. 4. noto in Mappa Judaica סכריוטא esse nomen pagi in tribu Ephraim, supra montes Samariæ, unde Judas Scariotes ex illo pago Scariot ortus. quod & Hieronymus dixit. de quo vide Drusium ad vocem Iscariotes. fit autem ex סְכַרְיוּטָא Syriace אִסְכַרְיוּטָא, sicut ex יְדָא *manus* אִידָא. ex שִׁתִּין *Sexaginta* אֶשְׁתִּין. ex *stola* אֶסְטְלָא. Usitatum quippe Syris est vocibus à litera Schevata incipientibus præficere Aleph.

Vers. 5. ܘܠܡܕܝܢܬܐ ܕܫܡܪܝܐ ܠܐ ܬܥܠܘܢ. Tremel. *& in civitates* (Boder. *in urbes*) *Samaritanorum ne ingrediamini.* verte *in civitatem*. consentiunt enim editiones in singul. num. adeo ut mirer, Clar. Drusium, parte altera Annotat. in N. T. tradere, locum hunc Syri plane esse ambiguum, ut nesciamus quo numero usus sit Interpres, quia nulla puncta addiderit. Id ipsum enim, quod duo puncta pluralem numerum indicantia absunt, certum est singularis num. indicium. Sed suspicor Hebræis eum characteribus, vocalium punctis destitutis, hoc Testamentum legisse, non Syriacis. ibi enim verum est quod dicit. In Græco quoque est εἰς πόλιν, cum quo & Arabs concordat. Vulgatus tamen habet *in civitates*. sicut & Euang. Hebr. אל עדי השומרונים. nempe εἰς πόλιν collectivè acceperunt. quod non est rejiciendum. ne ingrediamini in urbem, id est, in ullam urbem Samaritanorum.

Vers. 8. Ἀσθενοῦντας θεραπεύετε, λεπροὺς καθαρίζετε. Sequitur νεκροὺς ἐγείρετε *mortuos excitate*. Hæc, inquit Cl. Beza, desunt apud Vet. Interpretem & Theophylactum. non desunt apud Vet. Interpret. sed transponuntur. sic enim habet, *Infirmos curate, mortuos suscitate, leprosos mundate*, eodem ordine quo hæc haben-

bentur in Euang. Hebr. & in Arabe. Syrus ordinem ſequitur qui eſt in Græco.

Vers. 11. Ἐξετάσατε τίς ἐν αὐτῇ ἄξιός. *Inquirite quis in ea dignus ſit.* Arabs, *dignus ſit vobis.* Euang. Hebr. נכבר, *honorabilis ſit*, id eſt honore dignus.

Vers. 12. Εἰσερχόμενοι δὲ εἰς τὴν οἰκίαν, ἀσπάσασθε αὐτήν. Quinque vetuſti codices, inquit Cl. Beza, addunt, λέγοντες, εἰρήνη ἐν τῷ οἴκῳ τούτῳ. Legit id quoque Vulgatus. Extat & in Euang. Hebr. לאמר שלום לזה הבית, *dicendo, Pax domui huic.* Syrus & Arabs non legerunt.

Vers. 13. Et ſi quidem fuerit domus illa digna, ἐλθέτω ἡ εἰρήνη ὑμῶν ἐπ' αὐτήν, *veniat pax veſtra ſuper eam.* Vulgatus, *veniet.* Nempe hîc, ut alibi paſſim Euangelium Hebr. ſecutus eſt, ubi in futuro dicitur יבוא שלומכם עליו. ut & Syrus, ܬܐܬܐ ܫܠܡܟܘܢ ܥܠܝܗ̇ *pax veſtra veniet ſuper eam*, vel *veniat.* ambiguum enim eſt, quia Hebræi ac Syri per futurum etiam imperant. Sic pro ἐπιστραφήτω *revertatur.* Vulgatus habet *revertetur*, quod in Euang. Hebr. eſt ישוב.

Vers. 14. *Excutite pulverem* ܚܠܐ ܕܡܢ ܪܓܠܝܟܘܢ *è pedibus veſtris.* In Græco eſt, τὸν κονιορτὸν τῶν ποδῶν ὑμῶν, *pulverem pedum veſtrorum.* Sed & Vulgatus habet *de pedibus veſtris.* quia nempe in Euang. Hebræo legitur חשל כו גם עפר מרגליכם, *abjicite etiam pulverem de pedibus veſtris.*

Vers. 14. Ἐξερχόμενοι τῆς οἰκίας ἢ τῆς πόλεως ἐκείνης. Duo tantum recenſentur, domus & civitas. Sic quoque Vulgatus & Euang. Hebr. Syrus quoque duo tantum recenſet, ſed pro civitate habet ܩܪܝܬܐ, quod plerumque *pagum* ſignificat, aut *villam, agrum, rus.* Arabs & Æthiopicus tria recenſent, *domum, pagum*, ſive *rus, & civitatem.* Sequitur, *excutite pulverem.* is Æthiopicè צבל dicitur. unde procul dubio Gallicum, *ſable.*

Vers. 15. ܠܐܪܥܐ ܕܣܕܘܡ ܘܕܥܡܘܪܐ ܢܗܘܐ ܢܝܚ ܒܝܘܡܐ ܕܕܝܢܐ ܐܘ ܠܡܕܝܢܬܐ ܗܝ: Tremel. & Boder. in Pariſ. *Terræ Sedom & Amora erit tolerabilius in die judicii, quam civitati illi.* At in Reg. *terram Sedoum & Omuro futuram tranquilliorem in die judicii civitate illa.* differunt ܢܝܚ vel ܢܝܚܐ & ܢܝܚ vel ܢܝܚܐ. hoc ſubſtantivum eſt, & *quietem* ſignificat. illud adjectivum, & de perſona propriè dicitur. ut Matth. 11. 29. *diſcite à me*, ܕܢܝܚ ܐܢܐ *quod mitis ſum.* ſic Ferr. ܢܝܚܐ *quietus, ſedatus, tranquillus, manſuetus, mitis.* Lex. Syr. Arab. ܢܝܚܐ. الساكن الهادي الوادع الطيب الطلق, *quietus, tranquillus, mitis, ſuavis, hilaris.* videtur ergo hoc loco vertendum, *terræ Sodom & Gomorrha erit mitis* (nempe Deus) *in die judicii, magis quam civitati illi*, vel, ſi ad rem referendum, *erit mitius aut tranquillius quam civitati illi.*

Vers. 17. *Tradent vos* ܠܒܝܬ ܕܝ̈ܢܐ. Tremel. *in concilia.* Boder. *in domum judiciorum.* verte, *in domum judicum.* Poſtulante id puncto ſupra Jod, quod in omnibus editionibus extat, ac docet legendum ܕܝ̈ܢܐ *judicum*, non ܕܝ̈ܢܐ *judiciorum*, quod punctum infra Jod ſcriptum habet, notans vocalem tertiam. vide Gram. noſtræ, pag. 36. Fateor tamen potius ܕܝ̈ܢܐ legendum mihi videri, quam ܕܝ̈ܢܐ. nam ut apud Hebræos בית דין, ſic apud Syros ܒܝܬ ܕܝ̈ܢܐ eſt συνέδριον. ponitur pro κριτηρίῳ Jac. 2. 6. pro ἀκροατηρίῳ. Actor. 25. 23. plurale ܒܝܬ ܕܝ̈ܢܐ συνέδρια. variata ſecunda compoſiti voce, non prima. ſicut ܒܝܬ ܐܘܨܪܐ *horreum.* ܒܝܬ ܐܘܨܪ̈ܐ *horrea.* ܒܝܬ ܩܒܘܪܐ *ſepulchrum.* ܒܝܬ ܩܒܘܪ̈ܐ *ſepulchra.* vide Grammat. noſtræ, pag. 74. *Tradent ergo vos* εἰς συνέδρια, bene dicitur ܠܒܝܬ ܕܝ̈ܢܐ. Tremellius rectè per plurale, *in concilia*, vel *in tribunalia.* Videtur reſpicere quod Joſephus de bello Jud. lib. 1. cap. 6. narrat, Gabinium Syriæ proconſulem, additis quatuor conciliis, gentem Judaicam in quinque partes diſtribuiſſe, quarum una Jeroſolymis egit, altera Gadaris, tertia Amathunte, quarta Hierichunte, quinta Sephoris Galilææ. Poſſunt autem hîc συνέδρια commodè ſic diſtingui ἀπὸ συναγωγῶν, quod per illa conſeſſus judicum, per has conventus Eccleſiaſtici intelliguntur. Euangelium Hebræum pro συνέδρια habet, עדות, pro συναγωγαῖς מקהלות.

Vers. 17. *Cavete vobis ab hominibus.* Solus Æthiopicus addit *malis*, quæ additio valde minuit emphasin. nec ulla nititur autoritate.

Vers. 22. ܐܝܢܐ ܕܝܢ ܕܢܣܝܒܪ ܥܕܡܐ ܠܫܘܠܡܐ. Tremel. & Boder. *qui autem perseveraverit usque ad finem.* vertè, *qui autem toleraverit usque ad finem.* ὁ ἢ ὑπομείνας εἰς τέλος sic Arabs والذي يصبر *qui toleraverit.* idem est Arabum صبر & Syr. סבר, nempe *tolerare*, *expectare*, *patienter ferre.* quia tamen qui patienter fert, perseverat, potest etiam per *perseverare* verti. ut & ܡܣܝܒܪܢܘܬܐ *patientia*, item *perseverantia.* idem quod ܡܣܒܪܢܘܬܐ.

Vers. 25. Ἀρκετὸν τῷ μαθητῇ ἵνα γένηται ὡς ὁ διδάσκαλος αὐτοῦ, καὶ ὁ δοῦλος ὡς ὁ κύριος αὐτοῦ. εἰ τὸν οἰκοδεσπότην Βεελζεβοὺλ ἐκάλεσαν, &c. Syrus pro καὶ ὁ δοῦλος, legit καὶ τῷ δούλῳ ܘܠܥܒܕܐ. similiter Euang. Hebr. ולעבד. unde Vulgatus, *& servo*, optimè proculdubio. rursus pro Βεελζεβοὺλ, Syrus ܒܥܠܙܒܘܒ. Euang. Hebr. בעלזבוב. Vulgatus, *Beelzebub.* Et sic Græcum quoddam exemplar legere testatur Cl. Beza, atque ita legendum esse, ex 2 Reg. 1. 2. rectè probat Arabs tamen per Lamed in fine, habet باعلزبول.

Vers. 32. ܟܠ ܐܢܫ ܗܟܝܠ ܕܢܘܕܐ ܒܝ ܩܕܡ ܒܢܝ̈ ܐܢܫܐ: ܐܘܕܐ ܐܦ ܐܢܐ ܒܗ ܩܕܡ ܐܒܝ ܕܒܫܡܝܐ. Syra phrasis ad verbum est in Græco, Πᾶς οὖν ὅστις ἂν ὁμολογήσῃ ἐν ἐμοὶ ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων, ὁμολογήσω κἀγὼ ἐν αὐτῷ ἔμπροσθεν &c. Beza, *Quisquis igitur agnoscet me coram hominibus, agnoscam & ego eum &c.* Melius, meo judicio, Vulgatus, *Quisquis confitebitur me, confitebor & ego eum.* Agnitio enim potest solâ fieri mente, at confessio fit palam ore, qua de re hîc agitur. Aliud autem est Syris ܐܘܕܝ *confessus est*, sequente ܒ *in*, aliud sequente ܠ dativi casus. Prius est *profiteri*, & palam exponere quid sentias, sive de persona aliqua, ut hoc loco. item Rom. 10. 9. ܐܢ ܬܘܕܐ ܒܦܘܡܟ ܒܡܪܢ ἐὰν ὁμολογήσῃς ἐν τῷ στόματί σου τὸν κύριον Ἰησοῦν, vel ex Syriasmo, ἐν τῷ κυρίῳ Ἰησοῦ sive de re aliqua Ex. gr. de peccatis. ut Marc. 1. 5. ܟܕ ܡܘܕܝܢ ܒܚܛܗܝܗܘܢ *confitentes in peccatis suis*, i. peccata sua. Alterum est, *gratias agere*, *laudare*, *celebrare.* Matt. 11. 25. ܡܘܕܐ ܐܢܐ ܠܟ ܐܒܝ. ἐξομολογοῦμαί σοι κύριε. *Laudo te Domine.* Rom. 14. 11. ܘܠܝ ܬܘܕܐ ܟܠ ܠܫܢ *me celebrabit omnis lingua.* quod in Græco dicitur, πᾶσα γλῶσσα ἐξομολογήσεται τῷ θεῷ.

Cap. XI.

Vers. 4. *Renuntiate Johanni*, ἃ ἀκούετε καὶ βλέπετε, *quæ auditis & videtis*, in præsenti. atque in eo, inquit Cl. Beza, conveniunt omnia exemplaria. addo, & Syrus. Vulgatus tamen in præterito, *quæ audistis & vidistis.* sic Euang. Hebr. את אשר שמעתם וראיתם. nec aliter Arabs, ما سمعتما ورايتما.

Vers. 5. ܘܡܣܟܢܐ ܡܣܬܒܪܝܢ, καὶ οἱ πτωχοὶ εὐαγγελίζονται. sic & Arabs. At Euang. Hebr. tam Munsterianæ quam Mercerianæ editionis habet עניים יאשרו *pauperes beatificantur.* mendum esse suspicor unius literæ, nempe יְאֻשְּׁרוּ positum pro יְבֻשְּׂרוּ *Euangelizantur.* quod facilius contigit, quia statim sequitur ואשרי, *& beatus qui non offendetur in me.*

Vers. 8. Ἀλλὰ τί ἐξήλθετε ἰδεῖν; ἄνθρωπον ἐν μαλακοῖς ἱματίοις ἠμφιεσμένον; ἰδοὺ, οἱ τὰ μαλακὰ φοροῦντες, ἐν τοῖς οἴκοις τῶν βασιλέων εἰσίν. Convenit Syrus. nisi quod pro οἱ τὰ μαλακὰ φοροῦντες, habet ܐܝܠܝܢ ܕܢܚ̈ܬܐ ܪ̈ܟܝܟܬܐ ܠܒܝܫܝܢ *qui mollibus vestiuntur.* Eodem modo Euang. Hebr. אשר נלבשו בחלקות. quod ipsum, secus quam Syrus, in priori etiam membro pro ἐν μαλακοῖς ἱματίοις, tantum habet בחלקות ἐν μαλακοῖς. Itaque cum Euang. Hebr. ad verbum convenit Vulgatus, cujus verba sunt, *Sed quid existis videre? hominem mollibus indutum? ecce qui mollibus induuntur, in domibus regum sunt.*

Vers. 11. Οὐκ ἐγήγερται. Beza, *non est suscitatus.* Syrus ܠܐ ܩܡ. Euang. Hebr. לא קם. Arabs لم يقم, *non surrexit.* ut & Vulgatus habet. quod nos præferimus. usitata enim illa Hebræis phrasis est, וְאַחֲרֶיךָ לֹא יָקוּם כָּמוֹךָ, *& post te non surget sicut tu*, 1 Reg. 3. v. 13. וְאַחֲרָיו לֹא קָם כָּמוֹהוּ, *& post eum non surrexit sicut ille*, 2 Reg. 23. 26. קם *surrexit* pro exortus

ortus est, frequentissimum. at הוּקַם *suscitatus est*, eo sensu usupari non meminimus. nec obstat, quod ἐγήγερται sit formæ passivæ. *surgendi* enim significationem passim habet. ut ἐγερθεὶς ἀπῆλθεν, Matth. 9. 7. βασίλισσα νότου ἐγερθήσεται ἐν τῇ κρίσει. Matth. 12. 42. πολλοὶ ψευδοπροφῆται ἐγερθήσονται, Matth. 24. v. 11. quis ibi suscitandi verbo utatur? talia sunt, nostro judicio, ἐκ τῆς Γαλιλαίας προφήτης οὐκ ἐγήγερται. Joan. 7. vers. 52. Προφήτης μέγας ἐγήγερται ἐν ὑμῖν. Luc. 7. v. 16. in quibus cum Vulgato, Syro & Arab. Cl. Beza in prioribus editionibus rectius *surgendi*, quam in posterioribus *suscitandi* vocabulo usus est. Sequitur in eodem versu, ἐν γεννητοῖς γυναικῶν. Beza, *inter genitos è mulieribus*, ut ad virum referatur, qui prolem gignit ex muliere. sed quia γεννᾶν etiam de matre dicitur, Luc. 1. 13. simplicius videtur Vulgatus vertisse, *inter natos mulierum*. Syrus ܒܝܠܝܕܝ ܢܫ̈ܐ Euang. Hebr. מבין ילדי הנשים. Arabs, في مواليد النسا. Eodem sensu quo apud Job. homo sæpe dicitur יְלוּד הָאִשָּׁה, Lxx. γεννητὸς γυναικός.

VERS. 12. ܡܠܟܘܬܐ ܕܫܡܝܐ ܒܩܛܝܪܐ ܡܬܕܒܪܐ. Tremel. & Boder. *regnum cælorum cum violentia accipitur*. non nego, quin ܕܒܪ interdum significet *capere*, *sumere*. Sed propriè significat *ducere*, *regere*. Unde ܐܬܕܒܪ Ferrarius, *ductus*, *vexatus*, *tractatus fuit*. malim ergo vertere, *regnum cælorum cum violentia ducitur*, vel *tractatur*. id est, violentia in illud exercetur. βιάζεται dixit Matthæus. Eandem phrasim habes Act. 7. 24. videbat Moses unum ex contribulibus suis, ܕܡܬܕܒܪ ܒܩܛܝܪܐ, *qui tractabatur in violentia*, id est, cui vis fiebat, vim patientem, ut rectè habent Reg. melius quam Tremel. *qui ducebatur coactè*. ita hîc, regno cælorum vis fit, regnum cælorum vim patitur. rectè Arabs, ملكوت السموات تغصب, *regnum cælorum cogitur*, vim patitur.

VERS. 16. ὁμοία ἐστὶ παιδαρίοις ἐν ἀγοραῖς καθημένοις, καὶ προσφωνοῦσι τοῖς ἑταίροις αὐτῶν, καὶ λέγουσι. Vulgatus, *Similis est pueris sedentibus in foro, qui clamantes coæqualibus. dicunt*. Cl. Beza ait, ea respondere Græcis istis quæ in vetustissimo suo codice leguntur, καθημένοις ἐν τῇ ἀγορᾷ, ἃ προσφωνοῦντα τοῖς ἑταίροις, λέγουσιν. addimus, sic etiam legi in Euang. Heb. נמשל בנערים היושבים בשוק שקוראים לדומיו ואומרים. Syrus quoque habet ܒܫܘܩܐ *in foro*. at Arabs في الاسواق *in foris*.

VERS. 17. ܙܡܪܢ *cecinimus*. Observamus solummodo, rectè hîc de cantu prophano usurpari primam conjugationem. in secunda enim ܙܡܪ de cantu sacro usurpatur, teste Ferrario. quamvis id discrimen perpetuum non sit. nam in primâ etiam de sacro usurpari, patet ex Ephes. 5. 19. Col. 3. 16. Lex. Syr. Arab. videtur etiam discrimen aliquod statuere. Nam in prima conjug. ܙܡܪ vertit زمّر *Musicum sonum edere*. dicitur enim زمّر de sibilo quem tibiæ aliaque instrumenta musica edunt. unde & hîc ܙܡܪܢ ponitur pro ηὐλήσαμεν *tibia cecinimus*. At in secunda ܙܡܪ vertit ترتيل تسبيح الله وتمجيده, *psallere*, *laudare Deum*, *celebrare eum*. Non multum abit à Ferrario. nisi quod in Kal videatur restringere ad cantum musicorum instrumentorum, sive ad Dei laudem, sive in alium usum adhibeantur. in secunda vero, ad quemvis cantum quo Deus celebratur. Quod autem Servator noster eleganti hoc proverbio Judæis hîc exprobrat, id ipsum est quod Salomon Prov. 29. v. 9. dicit, אִישׁ חָכָם נִשְׁפָּט אֶת אִישׁ אֱוִיל וְרָגַז וְשָׂחַק וְאֵין נָחַת: *vir sapiens disputat cum stulto, & irascitur & ridet, neque est quies*. Id est, quum viro sapienti ac probo res est cum stulto & improbo, quovis modo corrigere eum tentat, nunc indignatur, nunc ridet, jam rigidè, deinde blandè eum tractat: nec tamen efficere potest, ut à malo quiescat & abstineat: In quem Salomonis locum commentarius exstat in Gemara Sanhedrin cap. XI. quem hîc adscribere visum est, quia ipsum illud proverbium continet quo hîc Servator noster utitur. sic habet: ואמר הקב"ה כעסתי על אחז ונתתיו ביד מלכי דמשק זיבח וקיטר לאלהיהם שני' ויזבח לאלהי דמשק המכים ויאמר אלהי מלכי ארם המה מעזרים אותם להם אזבח ויעזרוני והם היו להכשילו ולכל ישראל׃ שחקתי עם אמציה ונתתי מלכי אדום בידו הביא אלהיהם והשתחוה להם שני' ויהי אחרי כן בא אמציה מהכות את אדומיים ויבא את אלהי בני שעיר ויעמידם לו לאלהים וגו' אמר רב פפא היינו דאמרי אנשי בכיי ליה למר ולא ידע אחוכי למר ולא ידע ווי ליה למר דלא ידע בין טוב לביש: Id est, Di-

 cit

cit Deus, succensui Achazo & tradidi eum in manus regum Damasci. Ille vero sacrificavit & suffitum fecit Diis ipsorum. Hoc est, quod dicitur 2 Chron. 28. 23. *Et sacrificavit Diis Damasci qui ceciderant eum, ac dixit, Dii regum Syriæ auxiliantur ipsis, iis sacrificabo ut juvent me, fueruntque offendiculo ipsi & toti Israëli.* Lusi autem cum Amasia, & dedi reges Edom in manum ejus. at ille Deos eorum adduxit, eosque adoravit. sicut dicitur 2 Chron. 25. 14. *Et fuit postquam venisset Amasia à cæde Edomeorum, adduxit Deos filiorum Seir, & constituit eos sibi in Deos, &c.* Ait R. Papa: Hoc est quod dicit Vulgus, *Flevi viro, at non agnovit. risi viro, at non agnovit. væ viro qui non discernit inter bonum & malum.*

Vers. 19. Et justificata est sapientia ܡܢ ܥܒܕܝܗ̇. Tremel. *à cultoribus suis.* quod Syri dicerent ܡܢ ܥܒܕܘܬܗ̇. videtur legisse ܡܢ ܥܒܕܝܗ̇ *à facientibus eam.* quod Benoni Kal est, singul. ܥܒܕ. Boder. in Reg. *à servis suis*, id est ܡܢ ܥܒܕ̈ܝܗ̇. quod quum displiceret deinde, in Paris. vertit cum Tremellio, *à cultoribus suis.* At quod in Syro est, consentientibus editionibus, pro singulari habet substantivum ܥܒܕܐ *opus.* & sensus verborum est, *justificata est sapientia ex operibus suis.* Non est quod hanc versionem quisquam miretur. tradit enim Hieronymus in quibusdam Euangeliis legi, *ab operibus suis.* Sapientia enim non petit vocis testimonium, sed operum. hæc ille. Arabs Græcum textum ad verbum exprimit, فتبررت الحكمة من بنيها, *& justificata est sapientia à filiis suis.* Non possumus autem quin addamus, quod doctiss. Joannes Coch submonet in tractatibus Talmud. pag. 240. an non sensus esse queat, *justificata*, i. *victa est sapientia à filiis suis.* occasionem præbuit, quod ibi in Gemara dicatur, דזכא למלכא, *qui vincit regem.* ad verbum, inquit, *justificat.* Nescio an in Kal זכא unquam significet *justificare.* In Piel fateor. at ibi, quod sciam, non significat *vincere.* in Kal propriè intransitivè significat *justum esse vel haberi.* quia autem qui in judicio justus habetur, vincit adversarium, eique os obturat, hinc & *vincere* significat, efficere ut alius sileat eique os obturetur. sic דזכא למלכא in Glossa exponitur נוצחו ומשתיקו בדברים ומביישו, *qui eum vincit, verbisque ad silentium adigit & pudefacit.* sic quod Ps. 51. dicitur לְמַעַן תִּזְכֶּה בְשָׁפְטֶךָ, ad Rom. 3. 4. vertitur ὅπως νικήσῃς ἐν τῷ κρίνεσθαί σε, *Ut vincas quum judicaris*, id est, ut tu justus deprehensus silentium imponas omni contradicenti. Considerent eruditi an is sensus hîc locum habere queat: Videte Judæi vestram pervicaciam. sapientissime Deus vobiscum egit. primo Joannem misit qui austere ac duriter vixit. vos eum dæmonio possessum calumniati estis. misit deinde filium hominis, qui familiariter vobiscum versatur, hunc edacem & vini potorem dicitis. atque ita à vobis qui sapientiæ filii esse debebatis, ipsa sapientia victa est, i. pudefacta & quasi silentio coërcita. Eam quidem, quam verbulo tantum innuit, doct. viri mentem esse conjecto. Vel potius, quia, ut diximus, non qui justificat, sed qui justificatur, vincit, sensus erit, Justificata est Sapientia à filiis suis, id est, vicit filios suos, eosque pudefecit & silere coëgit. Deus tam sapienter omnia salutis media erga filios suos adhibuit, ut ipsimet cogantur sapientiam ejus justificare, eique victoriam tribuere, ac silere coram ea. quod certe non displicet. Solummodo scrupulum movet quod δικαιοῦσθαι *vincendi* significatione alibi non extet. nec mirum, quia non respondet τῷ זכה, sed τῷ צדק, quod nunquam *vincere* significat. ut & apud Syros ܙܟܐ *vicit.* ܐܙܕܕܩ non item. ܙܟܘܬܐ *victoria.* at ܙܕܝܩܘܬܐ tantum *justitia.* sic & quod Arabs hîc habet تبررت الحكمة non aliter exponi potest, quam *justificata est sapientia.*

Vers. 19. *Justificata est sapientia à filiis suis.* Æthiopicus addit, *ex operibus suis*, sicut Syrus.

Vers. 20. ܗܝܕܝܢ ܫܪܝ ܝܫܘܥ ܠܡܚܣܕܘ ܠܡܕܝܢܬܐ. Tremel. & Bod. *tunc cœpit Jesus exprobare civitatibus.* Constructio Syriaca in quarto casu est, cui convenientius verti censemus, *probro exponere civitates*, id est, laudem atque gloriam ipsis adimere, ac verbis eas dehonestare. notum est, חֶסֶד Hebræis non *benignitatem* tantum & *misericordiam* denotare, sed & *gratiam* rei, ejusque *elegantiam*, τὴν εὐπρέπειαν. Inde per ἀντίφρασιν *probrum, opprobrium*, quo gratia omnis & elegantia adimitur. hinc חֶסֶד. Syrè ܚܣܕ *culpavit, probro affecit, probo exposuit, dehonestavit.* idem quod Hebræis חֵרֵף

qua

qua voce hîc usus est author Euang. Hebr. החל לחרף ערים, eadem phrasi qua Prov. 14 v. 31. dicitur, *Qui opprimit pauperem*, חֵרֵף עֹשֵׂהוּ, *dehonestat factorem suum.* Atque id ipsum esse existimamus, ἤρξατο ὀνειδίζειν τὰς πόλεις. non dixit πόλεσι, sed πόλεις: quapropter, quum Vulgatus vertisset, *exprobrare civitatibus*, Cl. Beza maluit, *cum probris increpare civitates.* nos, *probro exponere civitates*, i. opprobrio eas dehonestare.

VERS. 23. Καὶ σὺ Καπερναοὺμ ἡ ἕως τοῦ οὐρανοῦ ὑψωθεῖσα, ἕως ᾅδου καταβιβασθήσῃ. Conveniunt Syrus & Arabs. Discrepat Vulgatus, *Et tu Capharnaum, numquid usque in cœlum exaltaberis? usque in infernum descendes.* Legit enim, μὴ ἕως τοῦ οὐρανοῦ ὑψωθήσῃ; ἕως ᾅδου καταβήσῃ, quomodo se in quodam exemplari legisse testatur Cl. Beza. nec fere aliter Euangel. Hebr. ואתה כפר נחום הלא עד השמים תרומי עד גיהנם תרדי: quæ Munsterus vertit, *Et tu Capharnaum, num usque ad cælos exaltaberis? usque ad infernum descendes.* quorum sensus est, Nequaquam usque ad cælos exaltaberis, sed ad infernum descendes. Verum aliud est הֲלֹא *an non?* aliud הֲ sine לֹא *num?* verto itaque, *Et tu Capharnaum, annon usque ad cælos exaltaberis? usque ad infernum descendes?* utrumque membrum interrogativè lego. & quum interrogatio affirmativa neget apud Hebræos, negativa autem affirmet, sensum esse arbitror. Utrumque tibi, ô Capharnaum, continget, quod & ad cælum exaltaberis, & ad infernum descendes. Id magis ad Græcum textum accedit. Porro in fine versus est, ἔμειναν ἂν μέχρι τῆς σήμερον. Vulgatus, *forte mansissent usque in hanc diem.* quod id ipsum est, quod Euang. Heb. habet אולי ישבו עד היום הזה.

VERS. 23. Æthiopicus, *& tu Capernaum, An usque ad cœlum exaltaberis? usque ad infernum descendes.*

VERS. 25. ܡܘܕܐ ܐܢܐ ܠܟ ܐܒܝ. ἐξομολογοῦμαί σοι πάτερ. Vulgatus ad verbum, *Confiteor tibi Pater.* Erasmus explicationis gratia, *Gratias tibi ago.* Beza, *gloriam tibi tribuo.* id maximè probatur. vel *laudo te, celebro te Pater.* neque enim hîc de beneficio agitur, Christo à patre collato, cujus nomine gratias Patri agat, sed describitur κατόρθωμα aliquod patris, quod à nemine vituperandum, sed ab omnibus laudandum ac celebrandum est. sicut in Psalmis הודו ליהוה, *confitemini Domino*, exponitur in Targ. per שבחו *laudate.* nec aliud est Hebr. 13. 15. καρπὸν χειλέων ὁμολογούντων ὀνόματι αὐτοῦ, *fructum labiorum celebrantium nomen ejus.* ut rectè ibi Beza. Itaque & in Belgica nostra translatione, pro **Ick dancke u Vader**, malim, **Ick prijse u Vader.**

VERS. 29. *Tollite jugum meum super vos, & discite à me*, ὅτι πρᾶός εἰμι καὶ ταπεινός. Ambiguum est illud ὅτι. sicut etiam כִּי Hebræum, & ܕ Syrum. Nam vel εἰδικῶς accipi potest, ut significet quid à Christo discere debeant, nempe quod sit mitis & humilis corde. Sic plerosque interpretes accepisse video. vel αἰτιολογικῶς, ut causam significet, cur Christi jugum suscipere & ab ipso discere debeant, nempe, quia mitis est & humilis corde, & requiem inde sint inventuri. quia benignum habituri sint magistrum, non sævum neque austerum, quem detrectare debeant. Sic video Arabem accepisse, qui vertit فانني, *quia ego*, aut *nam ego.*

VERS. 30. ὁ γὰρ ζυγός μου χρηστός. Beza, *Jugum enim meum facile est.* Melius, meo judicio, Vulgatus, *suave est.* Glossarium H. Steph. χρηστός *frugalis, suavis, utilis, jocundus.* Idem est quod dixit Syrus ܢܝܪܝ ܓܝܪ ܒܣܝܡ ܗܘ. Item Euang. Hebr. כי עולי מתוק *nam jugum meum dulce est.* Arabs نيري طيب *jugum meum suave est.*

CAP. XII.

VERS. 1. ὃ οὐκ ἔξεστι. Vulgatus, *Quod non licet eis.* rectè notat Cl. Beza, expungendum illud *eis*, quia generale hîc datur Sabbathi mandatum. addimus, quia nec Syrus, nec Arabs, nec Euang. Hebr. id habent. Et quod sequitur, ποιεῖν ἐν σαββάτῳ, Vulgatus, *facere Sabbathis.* prout in quodam exemplari legi testatur Cl. Beza. Syrus, Arabs, Euang. Hebr. in singulari.

VERS. 8. Κύριος γάρ ἐστι καὶ τοῦ σαββάτου ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου. Observat Cl. Beza, particulam καὶ in veteribus exemplaribus defuisse. deest sane in Syro quoque atque Arabe. sed non rectè negat in vetere Interprete exprimi. Is enim habet, *Dominus enim est filius hominis etiam Sabbathi.* ubi simul alius verborum situs observandus, quam qui in Græco, Syro atque Arabe est. Idem est in Euang. Hebræo, כי אדני הוא בן אדם וגם השבת.

VERS. 10. Καὶ ἰδοὺ, ἄνθρωπος ἦν, &c. Annotat Cl. Beza quatuor codices additum habuisse ἐκεῖ, *illic.* Veterem autem interpret. neutrum legisse, nempe neque ἦν, neque ἐκεῖ.

ξηρὰ. vertit enim, *Et ecce, homo manum habens aridam.* Addimus, in Euang. Hebr. utrumque etiam deesse, והנה אדם שיבשה ידו, *& ecce homo cujus manus arida.* Apud Syrum vero utrumque legi. Apud Arabem deesse ἦν, legi ξηρὰ.

VERS. 10. Ἵνα κατηγορήσωσιν αὐτοῦ. Euang. Hebr. edit. Merc. להלשינו לבית דין, *ut deferrent eum ad domum judicii*, id est, Sanhedrin. minus scilicet, ubi plectebantur sabbathi violatores, quippe mortis rei.

VERS. 15. Καὶ ἠκολούθησαν αὐτῷ ὄχλοι πολλοί. sic & Syrus. similiter Arabs, nisi quod in singulari habet جمع كثير *turba multa.* nec aliter Beza vertit ὄχλοι πολλοί. At Vulgatus, *Et secuti sunt eum multi.* sicut in Euang. Hebr. וילכו אחריו רבים *& iverunt post eum multi.*

VERS. 16. Καὶ ἐπετίμησεν αὐτοῖς, Vulgatus, *Et præcepit eis.* sicut in Euang. Hebr. ויצום. Syrus, ܘܟܐܐ ܒܗܘܢ. Tremel *prohibuitque eis.* Boder. *Et inhibuit eis.* Id dicerent Syri ܘܟܠܐ ܐܢܘܢ. at ܟܐܐ sequente ܒ est *objurgare.* Arabs ut Vulgatus وامرهم *& præcepit eis.*

VERS. 18. Ἰδοὺ ὁ παῖς μου. Beza, *Ecce servus meus.* sic Syrus. sic Euangel. Hebr. עבדי. At Vulgatus, *Ecce puer meus.* ut & Arabs فتاي.

VERS. 20. ܘܫܪܓܐ ܕܡܛܦܛܦ ܠܐ ܢܕܥܟ. Tremel & Boder. in Paris. *Et lucernam crepitantem non extinguet.* In Reg. *Lucernam prope extinguendam.* verte, *candelam fumigantem.* Masius. ܛܦܛܦ *fumare.* Ferrarius, *fumigare.* est Græcum τύφεσθαι, qua voce Matthæus utitur. & aut Græcum ex Syriaco, aut hoc ex illo factum per duplicationem. Arabs iisdem pene utitur vocibus وسراج يطفطف لا يطفي. quod autem pro *lino*, quod apud Prophetam פשתה dicitur, dixerint *lucernam*, recte factum. Nam, ut optime Cl. Beza, λίνον hic est ellychnium, materiæ nomine posito pro eo quod ex materia confectum est. Sequitur eodem versu, Ἕως ἂν ἐκβάλῃ εἰς νῖκος τὴν κρίσιν. Beza, *usque dum proferat ad victoriam judicium.* Vulgatus, *ejiciat.* Syrus ܥܕܡܐ ܕܢܦܩ ܠܙܟܘܬܐ ܕܝܢܐ. Utroque modo exponi potest. ܐܦܩ enim Syris & *proferre*, & *ejicere* est. In Euang. Hebr. totus locus profertur ut apud Prophetam est. Itaque pro jam citatis verbis habet, לאמת יוציא משפט לא יכהה ולא ירוץ עד ישים בארץ משפט, quæ Munsterus vertit, *In veritate proferet judicium, non contristabitur, nec animo frangetur, usque dum posuerit in terra judicium.* לא יכהה vertit, *non contristabitur*, ut & Vulgatus apud Prophetam, *non erit tristis.* Pagninus, *non erit remissus.* Schindlerus, *non extinguet.* Junius, *non faciet ut fumiget.* quod nescio, an quisquam probet. Nos vertimus, *Et non contrahet rugas*, vel *non objurgabit.* Sicut 1 Sam. 3. 13. de Eli dicitur ולא כהה בם, *& non contraxit rugas in eos*, id est, non fuit satis in eos morosus, non satis objurgavit eos. quod Syri eadem prorsus phrasi & sensu dicerent ולא כאא בהון, ut supra v. 16. observavimus. Quod sequitur ולא ירוץ, Munsterus, ut & Pagninus, verterunt, *nec frangetur animo.* ירוץ acceperunt pro ירוץ à רצץ, quod quia transitivum potius est quam intransitivum, Junius vertit, *neque quassabit.* Vulgatus, *neque turbulentus erit*, quales sunt, qui nunquam quieti hac illac discurrunt, à רוץ *currere.* quod mihi non displicet. vel, *& non incurret.* sicut Psal. 18. 29. כי בך ארוץ גדוד *per te incurram exercitum.* vel à רצץ, *& non confringet.* atque ita sensus idem erit qui in præcedentibus, benignum, placidum ac mitem fore, quia non objurgabit, neque incurret sive confringet.

VERS. 20. Ἕως ἂν ἐκβάλῃ εἰς νῖκος τὴν κρίσιν. Quæ horum mens sit, non eadem omnium est sententia. Quid nobis videatur, paucis dicemus. τὴν κρίσιν accipimus pro *condemnatione.* sicut ἔνοχός ἐστιν αἰωνίου κρίσεως. Marc. 3. 29. αὕτη δέ ἐστιν ἡ κρίσις. Joan. 3. v. 19. & passim. ἐκβάλῃ propriè verto cum Vulgato, *ejiciat*, non ut Beza, *proferat.* εἰς νῖκος capio, sicut 1 Cor. 15. 54. κατεπόθη ὁ θάνατος εἰς νῖκος, *absorpta est mors ad victoriam usque*, sic ut victoria de ea sit reportata. Ita hoc loco, *donec ejecerit condemnationem ad victoriam usque.* Vel εἰς νῖκος ponitur pro ἐν νίκῃ. εἰς enim pro ἐν usitatum esse alibi docuimus. estque phrasis Hebræa, בנצח *in victoria*, ut & Arabs hic habet, بغلبة, id est, victoriose. Sensus est, non est quod quisquam fidelium severitatem ejus metuat, ne quidem qui instar quassatæ arundinis, & fumigantis lini fuerit. non conteret eos, neque extinguet, sed fovebit & alet, donec condemnationem, quam metuunt, victoriose ejecerit & expulerit. Nec alius mihi Prophetæ Esaiæ sensus esse videtur, cujus verba cap. 42. vers. 3, 4. sic expono: *Arundinem quassatam non franget, & linum fumigans non extinguet. In veritate exire faciet ju-*

judicium. Non objurgabit, neque franget, donec posuerit in terra judicium. Ubi, *in veritate exire faciet judicium*, meo judicio est, *verè ejiciet condemnationem.* Similiter, *donec posuerit in terra judicium*, est, *donec aboleverit condemnationem.* Nota est phrasis Hebræa, *passerculus non cadit in terram*, id est, non perit. *verbum non cadit in terram*, id est, non interit. ita hîc, *ponere in terra* est facere ut intereat. idem forte, quod ponere in pulvere. eodem sensu quo Amos 5. 7. accusantur Israëlitæ quod צְדָקָה לָאָרֶץ הִנִּיחוּ, Justitiam in terra collocarint, id est, pessumdederint. Etsi autem Syrus, Arabs, Æthiopicus, Latinique interpretes, quos vidi, omnes νῖκος pro *victoria* accipiant, dissimulandum tamen non videtur, εἰς νῖκος apud LXX. interpretes non raro aliter usurpari. quia enim Hebræis נֵצַח non tantum *victoriam*, sed & *æternitatem* significat, לָנֶצַח interpretantes, εἰς νῖκος dixerunt pro *in æternum.* ut Thren. 5. 20. ἵνα τί εἰς νῖκος ἐπιλήσῃ ἡμῶν; *quare in æternum oblivisceris nostri?* Amos 8. 7. εἰ ἐπιλησθήσεται εἰς νῖκος πάντα τὰ ἔργα; *an oblivioni erunt in æternum omnia opera?* 2 Sam. 2. 26. μὴ εἰς νῖκος καταφάγεται ἡ ῥομφαία; *num in æternum devorabit gladius?* vide porro Job. 36. 7. Jer. 3. 5. Amos 1. 11. Ita hoc loco, ἕως ἂν ἐκβάλῃ εἰς νῖκος τὴν κρίσιν, verti posset, *donec ejecerit in æternum condemnationem.* & 1 Cor. 15. *mors absorpta est in æternum.* Prius tamen videtur, ut magis proprium, ita magis emphaticum.

VERS. 22. Ὥστε τὸν τυφλὸν καὶ κωφὸν καὶ λαλεῖν καὶ βλέπειν. Vulgatus non legit τὸν τυφλὸν καὶ κωφόν. ut nec Euang. Hebr. Syrus habet. Arabs tantum τὸν κωφόν.

VERS. 24. Βεελζεβούλ. Vulgatus, Syrus, Euang. Hebr. *Beelzebub.* Arabs, *Beelzebul.* eodem modo vers. 27.

VERS. 29. Ἢ πῶς δύναταί τις. Beza, *Nam quomodo potest aliquis.* Euang. Hebr. והיך *& quomodo.* Vulgatus benè *aut quomodo.* sicut Syrus ܐܘ ܐܝܟܢܐ, quod non rectè in Reg. *sed quomodo.* pejus apud Tremel. *alioqui quomodo.* verte, *aut quomodo.* non semper enim particula ista disjunctionem infert, sed sæpe novum argumentum tantum indicat. ut Matth. 7. 9. & 12. 5. & 20. 15. Arabs hoc loco, ut & Matth. 7. 9. illud ἢ omisit. At Matth. 12. 5. & 20. 15. etiam vertit per او *aut.*

VERS. 31. Ἡ δὲ τοῦ πνεύματος βλασφημία οὐκ ἀφεθήσεται τοῖς ἀνθρώποις. Vulg. *Spiritus autem blasphemia non remittetur.* Euang. Hebr. וגידוף שעל הרוח לא יסלח. quæ verbotenus interpretatus est Arabs, والتجديف علي روح القدس لا يغفر, *& blasphemia contra Spiritum non remittetur.* nemo trium legit τοῖς ἀνθρώποις. Syrus legit.

VERS. 33. Ποιήσατε τὸ δένδρον σαπρὸν, καὶ τὸν καρπὸν αὐτοῦ σαπρόν. Beza, *facite arborem putrem, & fructum ejus putrem.* Vulgatus, *facite arborem malam, & fructum ejus malum.* Sic Syrus ܥܒܕܘ ܐܝܠܢܐ ܒܝܫܐ ܘܦܐܪܘܗܝ ܒܝܫܐ. Sic Arabs, صيروا الشجرة ردية وثمرتها ردية. Sic Euang. Hebr. עשו עץ רע ופריו רע. Ubi observandum ܒܝܫܐ Syris esse *malus.* prima tamen origine *putris, fœtidus.* Derivatur enim at Hebræo באש. *Putruit, fœtuit.* Ex Syriasmo igitur, qui Servatoris nostri tempore magnam partem erat vernaculus, δένδρον σαπρὸν est *arbor mala.* sic Matth. 13. 48. συνέλεξαν τὰ καλὰ εἰς ἀγγεῖα, τὰ δὲ σαπρὰ ἔξω ἔβαλον, opponuntur καλὰ & σαπρὰ, ut bona & mala.

VERS. 35. Ὁ ἀγαθὸς ἄνθρωπος ἐκ τοῦ ἀγαθοῦ θησαυροῦ τῆς καρδίας &c. Syrus, Arabs & Euangelium Hebr. utriusque editionis non legerunt τῆς καρδίας. Vulgatus & Æthiopicus legerunt.

VERS. 38. Τότε ἀπεκρίθησαν. Vulgatus, *tunc responderunt ei.* addidit *ei.* quod & in Euang. Hebr. exstat, אז ענו לו. Et apud Arabem, حينئذ اجابه. non est apud Syrum.

VERS. 39. ܫܪܒܬܐ ܒܝܫܬܐ ܘܓܝܪܬܐ. non rectè in Regiis, *Generatio mala & adulterina.* melius in Paris. & Tremel. *adultera*, quæ scilicet adulterium committit, & adulteræ instar in Deum prævaricatur. adulterina vero est spuria. non legitima, ex adulterio nata. quæ nequaquam ܓܝܪܬܐ dici potest. Idem censeo de Græca phrasi γενεὰ μοιχαλίς. Beza, *gens adulterina.* Longè melius Vulgatus, *generatio adultera.* μοιχαλὶς enim est quæ adulterium patrat. ut μοιχοὶ καὶ μοιχαλίδες, Jac. 4. 4. ζῶντος τοῦ ἀνδρὸς μοιχαλὶς χρηματίσει. Rom. 7. 3. etsi pro ipso adulterio sumi videatur 2 Pet. 2. 14. Euang. Hebr. דור רע ונואף *generatio mala & adulterans.* Eodem sensu Arabs, الجيل الشرير الفاسق. nisi quod ibi copula omittatur. Videantur tamen notæ Cl. Bezæ, ubi per γενεὰν μοιχαλίδα intelligi vult, quos בני נכר Hebræi vocant, spurios & degeneres. si id doctis satisfacere potest, per me licet ut γενεὰ μοιχαλὶς sit soboles illegitima & adulterina.

Syro

Syrorum tamen ܓܝܘܪܬܐ ita accipi non poteſt. Maſculinum enim ܓܝܘܪܐ eſt ipſe *adulter*, formæ ܒܢܝܐ *ædificator*, ܙܟܝܐ *victor*. ܪܘܝܐ *inebrians ſæpe ſeipſum*, *ebrioſus*. ܦܠܚܐ *agricola*. & ſimilia, quæ omnia actorem ſignificant.

Vers. 44. *Et reperit eſſe vacantem, & verſam.* ܘܡܨܒܬ *& præparatam*, ſecundum Tremel. & Boder. verte, *& ornatam.* ut apud Matth. eſt κεκοσμημένον, ܨܒܬ enim eſt *ornare, decorare.* nec aliud ܨܒܬܐ, *decus, ornamentum.* ſic Arabs مزينا Euang. Hebr. מפואר *ornatam.*

Vers. 47. ζητοῦντές σοι λαλῆσαι. Conveniunt Vulgatus & Syrus. At Euang. Hebr. ומבקשים אותך, *& quærunt te.* Arabs ſimiliter برا يطلبونك *foris quærunt te.* legerunt tantum ζητοῦντές σε. In uno exemplari, inquit Cl. Beza, legimus σε ἰδεῖν.

Vers. 47. Εἶπε δέ τις αὐτῷ. Solus Æthiopicus habet, *erat autem ex diſcipulis ejus qui diceret ei.* Crederem potius extraneum aliquem fuiſſe, ob ea quæ ſequentibus verſibus dicuntur.

Cap. XIII.

Vers. 1. ܘܝܬܒ ܥܠ ܝܕ ܝܡܐ. Tremel. & Boder. *& ſedit juxta littus maris.* verte ſimpliciter *juxta mare.* ut in Græco eſt, παρὰ τὴν θάλασσαν. ܥܠ ܝܕ enim ſignificat *ad locum, ad latus*, id eſt, *juxta.* ut infra verſ. 4. ܥܠ ܝܕ ܐܘܪܚܐ, *juxta viam.* ſicut Hebr. עַל־יַד אַשְׁדּוֹד *juxta Aſdod.* Joſ. 15.46. Arabs rectè جانب البحر *prope mare.*

Vers. 4. ܘܟܕ ܙܪܥ ܐܝܬ ܕܢܦܠ. Boder. in Reg. *Quumque ſeminaret, contigit ut ſemen ceciderit.* melius in Pariſ. ut & Tremel. *& quum ſeminaret, fuit quod caderet &c.* propriè, *eſt quod cecidit*, id eſt *quoddam cecidit.* ſic enim ܐܝܬ ܕ partitivè uſurpant Syri: ut infra verſ. 8. aliud centum, aliud ſexaginta, aliud triginta, efferunt per ܐܝܬ ܕ. quod Arabes dicunt بعض *pars*. Porro pro ἦλθε τὰ πετεινὰ, quod ſequitur, Vulgatus habet, *volucres cæli.* non obſervat Cl. Beza in ullo exemplari Græco additum ſe inveniſſe τοῦ οὐρανοῦ. neque legerunt id Syrus & Arabs. in ſolo Euang. Hebr. extat עופות השמים *aves cæli.*

Vers. 5. ܐܬܪ ܕܠܝܬ ܗܘܐ ܥܦܪܐ ܣܓܝܐܐ. Tremel. *ita ut non eſſet terræ multum.* ܐܬܪ ܕ accepit pro ܐܝܟ ܕ *ut.* malè. vertendum, *ubi.* Boder. rectè, *ubi non erat multum glebæ.* Ferrarius, ܥܦܪܐ *gleba*, præterea *limus*, *pulvis cadaverum* ſic Lex. Syr. Arab. vertit [illegible] (legendum puto [illegible]), *lutum*, *pulverulentum*, *& id de quo dicitur terra & lutum.* Eſt & Arabibus uſitata dictio المدر, אלמדר, quæ in Elgeuri vertitur قطع الطين اليابس *particula luti ſicci.* glebam dicere videtur.

Vers. 10. *Quare in parabolis loqueris* αὐτοῖς *eis?* Solum Euang. Hebr. editionis Merceri habet עמנו, *nobiſcum.* ut & v. 13. *propterea per parabolas loquor* לכם, *vobis.* Repugnant conſtanter omnia exemplaria Græca. item Vulgatus, Syr. Arab. Æthiop. & editio Munſteri. Nec poteſt illa lectio eſſe conſentanea, quia verſu 3. ipſa Merceri editio habet, populum ſtetiſſe ſupra littus, & Chriſtum multa per parabolas dixiſſe להם, *ipſis.* Adeo ut parabolæ ad populum referantur.

Vers. 14. ܡܫܡܥܐ ܬܫܡܥܘܢ ܘܠܐ ܬܣܬܟܠܘܢ. Tremel. & Boder. in Pariſ. *audiendo audietis, & non intelligetis.* Id dicerent Syri [illegible] ܬܫܡܥܘܢ per Infinitivum. at ܡܫܡܥܐ formam Infinit. non habet, ſed nominis. Ideo rectius in Reg. *auditu audietis.* quomodo & Vulgatus habet. ad verbum expreſſerunt Græca ἀκοῇ ἀκούσετε. ܡܫܡܥܐ ergo ponitur pro ܒܡܫܡܥܐ. eſſe autem nomen ſubſtantivum auditus, Ferrarius quoque teſtatur.

Vers. 19. Παντὸς ἀκούοντος, τὸν λόγον τῆς βασιλείας, καὶ μὴ συνιέντος, ἔρχεται ὁ πονηρός. Vulgatus, *Omnis qui audit verbum regni & non intelligit, venit malus.* Barbare quidem Latinis auribus, ſed eleganter quoad Hebraiſmum. quod enim hîc Lucas per genitivos abſolutos enunciavit, id Hebræi, Syri & Arabes ſolent per abſolutos nominativos. Euang. Hebræum

כל ששומע דבר מלכות ולא יבין יבוא הרע. Syrus, ܟܠ ܕܫܡܥ ܡܠܬܐ ܕܡܠܟܘܬܐ ܘܠܐ ܡܣܬܟܠ ܒܗ. ܐܬܐ ܒܝܫܐ. Arabs, كل من يسمع كلام الملكوت ولم يفهم ياتي الشرير. quæ ad verbum sonant, ut est in Vulgato. Eandem phrasin habes 1 Sam. 2. 13. כָּל־אִישׁ זֹבֵחַ זֶבַח וּבָא נַעַר הַכֹּהֵן, *omnis vir sacrificans sacrificium, veniebat puer Sacerdotis &c.* id est, *quotiescunque quis sacrificaret sacrificium, veniebat puer Sacerdotis.* Ita & hoc loco rectè vertit Cl. Beza, *Quoties quispiam audit sermonem de regno illo, & non intelligit, venit malus.*

Ibid. ܗܢܘ ܗܘ ܕܥܠ ܝܕ ܐܘܪܚܐ ܐܙܕܪܥ. Tremel. & Boder. *Hoc est quod seminatum erat juxta viam.* Masculinum genus quo usus est Syrus postulat potius, ut vertatur, *hic est qui juxta viam satus est.* sicut Matth. dixit, οὗτός ἐστιν ὁ παρὰ τὴν ὁδὸν σπαρείς. ad personam refertur, ut & in sequentibus, non ad semen. ad personam tamen cum respectu ad semen, quod recipit. sicut infra vers. 38. dicit, semen bonum esse filios regni. Arabs quoque masculino genere ad verbum expressit Græca. sic quæ sequuntur, ܗܘ ܕܝܢ ܕܥܠ ܫܘܥܐ ܐܙܕܪܥ Tremel. & Boder. *hoc autem quod supra petram seminatum est.* vertè, *hic autem qui supra petram satus est.* sic in reliquis. sicut Arabs habet ubique والذي زرع *& qui satus est.* rectè observavit Erasmus, & post eum Beza, hominem satum hîc dici, ut satum agrum dicimus, qui semen excepit.

Vers. 21. ܐܠܐ ܕܙܒܢܐ ܗܘ. Sic in Reg. Melius in Vienn. & Coth. ܕܙܒܢܐ ܗܘ, mutato ° in ᷾, secundum regulam quæ est Gram. nostræ pag. 137. Tremel. & Boder. *sed temporarius est.* ad verbum, *sed temporis est.* Ubi observandum, substantiva præposito ܕ genitivi, non raro formare adjectiva, subintellecto alio substantivo, & quidem ܓܒܪܐ quum de persona agitur, ܨܒܘܬܐ autem quum de re. & quamvis adjectiva ea fiant pluralis numeri, substantivum tamen cui præfigitur ܕ manet singularis num. Sed substantivum quod subintelligitur, concipiendum est in plurali. Ut hoc loco ܕܙܒܢܐ ܗܘ, subintelligitur ܓܒܪܐ in singulari, *vir temporis est*, id est, temporarius est. At Marc. 4. 17. ܕܙܒܢܐ ܐܢܘܢ, subintelligitur plurale ܓܒܪ̈ܐ, *viri temporis sunt*, i. temporarii. De rebus autem Matth. 16. 23. ܠܐ ܡܬܪܥܐ ܐܢܬ ܕܐܠܗܐ ܐܠܐ ܕܒܢܝܢܫܐ. *non cogitas tu Dei sed hominum.* pro ܨܒܘܬܐ ܕܐܠܗܐ ܘܨܒܘܬܐ ܕܒܢܝܢܫܐ, *res Dei & res hominum*, id est, non divina, sed humana cogitas.

Vers. 26. ܟܕ ܕܝܢ ܝܥܐ ܥܣܒܐ. Tremel. *quum protulisset herbam.* melius Boder. *quum autem germinasset herba.* est enim ܝܥܐ intransitivum. ut ex Luc. 8. vers. 6, 7, 8. liquido constat. ubi & Tremel. rectè vertit *crevit.* Ferrarius ܝܥܐ *germinavit.* Fut. ܢܐܥܐ *germinabit.* Imper. ܥܝ *germina.* Infinit. ܠܡܐܥܐ *germinare.* ܝܥܝܐ *germen.* Lex. Syr. Arab. exponit ܝܥܐ per synonyma ܢܒܥ ܘܦܥܐ *exortus est, & germinavit*, Arabicè نبت *germinavit.* ubi obiter notandum, ܦܥܐ apud Syros in prima Conjug. usitatum esse pro *rependere, remunerari.* fortassis etiam pro *germinare, florere.* quod in Aphel usitatius dicitur ܐܦܥܐ. inde ܦܥܝܐ *germen.* est & apud Arab. فرع *germinare.* Hebræi per ח dicunt פָּרַח.

Vers. 28. ܨܒܐ ܐܢܬ ܕܢܐܙܠ ܢܓܒܐ ܐܢܘܢ. Tremel. *vis ut euntes colligamus ea?* rectè. sed quæ in notis addit נגבא esse à נגב, tertiamque thematis mutari in א, ut concursus similium literarum vitetur, non est admittendum. נגב enim, quod sciam, Syris non dicitur, ut nec Hebræis. at גבא, & in pael גַּבִּי *elegit, discrevit, collegit*, frequens est Syris.

Vers. 36. ܘܐܡܪܝܢ ܠܗ *& dicunt ei.* conveniunt in hac punctatione Vien. Regia & Cothen. editiones. postulat tamen Grammatica, scribi ܘܐܡܪܝܢ. ut & v. 44. ܠܣܝܡܬܐ pro ܠܣܝܡܬܐ *thesauro.* Lamed per Scheva legendum.

Vers. 44. &c. ܘܡܢ ܚܕܘܬܗ ܐܙܠ ܙܒܢ. Tremel. & Boder. *Et præ gaudio abiens vendidit*, &c. verte, *& præ gaudio suo abiit, vendidit omnia sua* &c. affixum masculini generis refertur ad ܓܒܪܐ *virum.* quod si ܗ haberet punctum, hoc modo ܘܡܢ ܚܕܘܬܗ, referretur ad ܣܝܡܬܐ *thesaurum*, vertendumque, *& præ gaudio ejus*, nempe inventi thesauri, *abiit ac vendidit omnia.* sic in Græco est, καὶ ἀπὸ τῆς χαρᾶς αὐτοῦ ὑπάγει, &c. Syrus videtur legisse αὐτοῦ. Arabs ومن فرحه مضى. ambiguum est. affixum enim masculinum potest referri vel ad præcedens كنزا *thesaurum*, vel ad انسان *hominem.* utrumque enim ibi masculini generis est.

Vers. 46. Invenit unam margaritam ܝܩܝܪܬ ܕܡܝܐ, Tremel. *pretiosam.* Bod. in Reg. *pretiosissimi pretii.* In Paris. *charam pretiis.* verte, *gravem pretio.* nam verbum ܝܩܪ *gravis fuit.* ܝܩܝܪܐܝܬ *graviter.* ܝܩܝܪܐ *gravis.* metaphoricè *pretiosus.* porro ܕܡܝܐ in plur. *pretium* significat, ut & Rabb. דמין, quia caret sing. Lex. Syr. Arab. ܝܩܝܪܐ exponit, جليل ثقيل وكريم *honorandus, gravis, & venerandus.* ܝܩܪ ܠܝ انثقلي *gravis fuit mihi.* Et adducens locum ex Psal. 49. v. 9. ܘܝܩܝܪ ܦܘܪܩܢܐ ܕܢܦܫܗܘܢ, vertit, ثقيلة فدية انفسهم *gravis est redemptio animarum eorum.* Nec dubitamus quin verba Psalmistæ וְיֵקַר פִּדְיוֹן נַפְשָׁם, melius vertantur, *& gravis erit redemptio animæ eorum*, quam *& pretiosa erit.* Nam sicut ܝܩܪ Syris, & وقر Arabibus, prima sua significatione valent *gravem esse* & quidam pondere, secundario autem *gravem esse authoritate*, i. pretiosum esse: Ita non dubito quin in Hebræa lingua se res habeat. Inde fortassis latinum jecur, viscus omnium gravissimum, quod & Hebræis dicitur כָּבֵד à כֹּבֶד *gravitate.*

Vers. 47. Καὶ ἐκ παντὸς γένους συναγαγούσῃ. Conveniunt Syrus & Arabs. Et Euang. Hebr. והיא אוספה מכל מיני הדגים, id est, ut Vulgatus ad verbum vertit, *& ex omni genere piscium congreganti.* Ad pisces restrinxerunt, quæcunque in sagena concluderentur. quocirca & vers. sequenti, pro συνέλεξαν τὰ καλὰ εἰς τὰ ἀγγεῖα, τὰ δὲ σαπρὰ ἔξω ἔβαλον, Euang. Hebr. habet ובוחרים את הטובים ושמים אותם לכלים והרעים ישלחום לחוץ, *Et eligunt bonos, & ponunt eos in vasis, & malos mittunt foras.* Nec multo aliter Vulgatus. Syrus quoque dixit ܛܒ̈ܐ ܘܒܝܫ̈ܐ. quod in Reg. non rectè vertitur *bona & mala.* Melius in Paris. & Tremellius, *bonos & malos.* alioqui dixisset ܛܒ̈ܬܐ ܘܒܝ̈ܫܬܐ. Clar. Beza vult, per σαπρὰ intelligi algam, silices, arenulas, sordes denique quales solent ex aquarum fundo à piscatoribus attrahi. quapropter & ἐκ παντὸς γένους, vertit *res cujusvis generis.* Sed sicut qui per Euangelium colliguntur, omnes sunt de genere hominum, sed alii boni, alii mali, ita rectius quadrare videtur, si non nisi de genere piscium intelligantur sagenâ conclusa, quorum alii ad cibum utiles, qui boni dicuntur, alii secus, qui mali.

Vers. 51. Λέγει αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς, συνήκατε ταῦτα πάντα; tradit Cl. Beza, in vetustissimo suo exemplari non addi λέγει αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς. absunt quoque à Vulgato, & ab Euang. Hebræo, non à Syro atque Arabe.

Vers. 52. *Qui depromit* ܡܢ ܣܝܡܬܗ Tremel. & Boder. *è thesauro suo.* verte *è thesauris suis.* omnes enim editiones habent pluralem numerum. Græcus textus, ἐκ τοῦ θησαυροῦ αὐτοῦ. sic & Arabs, من كنزه *è thesauro suo.*

Vers. 55. *Nonne iste est*, ὁ τοῦ τέκτονος υἱός; *fabri filius*, scilicet lignarii, qui ædificia struit is enim τέκτων dicitur. quem Syrus hic, ܢܓܪܐ dixit, id est, teste Ferrario, *faber lignarius, tignarius.* à ܢܓܪ, *dolavit, secuit, serravit.* sic & Arabs, النجار. Miror ergo in Euang. Hebræo utriusque editionis esse בן נפחא, *filius fabri*, scilicet ferrarii. est enim נַפָּח & נַפְּחָא, *sufflator*, qui folle ignem sufflat, quod fabri ferrarii est. à נָפַח, *sufflavit.* מַפּוּחַ, *follis.* Dicendum fuerat בֶן חָרָשׁ quod generale est ad omnes fabros, interdum tamen ad חָרָשׁ עֵצִים, *lignarium* restringitur.

CAP. XIV.

VERS. 2. ܡܛܠ ܗܢܐ ܚܝ̈ܠܘܬܐ ܡܬܥܒ̈ܕܢ ܒܗ. Tremel. *propterea virtutes fiunt in eo.* Trostius, *fiunt per eum.* Non nego, quin ab activo ܥܒܕ *fecit*, fiat passive ܐܬܥܒܕ quod interdum significet *fieri*, *effici*. ut Jac. 3. 10 ܠܐ ܘܠܐ ܐܚܝ ܕܗܠܝܢ ܗܟܢܐ ܢܬܥܒ̈ܕܢ, *non oportet hæc ita fieri.* sed & idem sæpe activè sumitur. ut Ephes. 3. 20. ܐܝܟ ܚܝܠܗ ܕܡܬܥܒܕ ܒܢ, *secundum virtutem ejus quæ operatur in nobis.* 1 Thes. 2. 13. ܘܗܘ ܡܬܥܒܕ ܒܟܘܢ ܕܡܗܝܡܢܝܢ, *& illud* (nempe verbum Dei) *opere agit in vobis.* sic & hunc Matthæi locum rectè à Boderiano ex positum censeo, *propterea virtutes operantur in illo.* διότι αἱ δυνάμεις ἐνεργοῦσιν ἐν αὐτῷ. Non extat hæc forma apud Ferrarium. Sed in Lex. Syr. Arab. dicitur ܐܬܥܒܕ significare يفعل ويتصرف *facit & operatur.*

VERS. 5. Ἐφοβήθη τὸν ὄχλον. Arabs, خاف من الجمع, *timuit à turba.* At Euang. Hebr ירא את העם. Vulgatus, *timuit populum.* Syrus, ܘܕܚܝܠ ܗܘܐ ܡܢ ܥܡܐ, *& timebat à populo.*

VERS. 6. ܟܕ ܗܘܐ ܕܝܢ ܒܝܬ ܡܘܠܕܗ ܕܗܪܘܕܣ. Tremel. *quum esset autem inter natalitia Herodis.* id est, inquit, inter convivium quod natali ejus die celebrabatur. Boder. ad verbum, *quum esset autem domus nativitatis Herodis*, id est, inquit quum agerentur natalitia Herodis. quomodo hîc domum acceperit nescio. ego sic capio: astra in certas domos ab astrologis distinguuntur, ut domus Veneris, Martis &c. quum autem horoscopus, sive punctum nativitatis hujus aut illius principis regisve observatur, notari solebat astrorum situs, qualis eo nativitatis momento in hac aut illa cæli domo fuerit. quum ergo illa cæli domus, in qua nativitatis Herodis horoscopus notatus erat, recurreret, celebrata fuerunt ejus natalitia. Arabs simpliciter habet يوم الميلاد *dies nativitatis.* Quum autem ܒܝܬ sæpe significet *inter*, simplicior videretur interpretatio Tremellii, *quum esset inter natalitia Herodis.* id est, inter celebranda natalitia, quod ἀγομένων γενεσίων dixit Matthæus. sed repugnat phrasis quæ est Marc. 6. 21. ubi extat, ܘܗܘܐ ܝܘܡܐ ܝܕܝܥܐ ܟܕ ܗܪܘܕܣ ܒܒܝܬ ܡܘܠܕܗ ܚܫܡܝܬܐ ܥܒܕ ܗܘܐ. ubi ܒܝܬ non potest verti *inter*, propter præfixam præpositionem ܒ *in*, quam ea significatione nunquam ante se habet. sed vertendum, *Et fuit dies illustris, quum Herodes in domo nativitatis suæ cænam fecisset.* Sic hoc loco ipse Tremellius. Itaque persisto in priori sententia, donec eruditiores melius docuerint. Tremellius ad hunc Marci locum, *in domo nativitatis suæ*, i. in domo ubi celebrabat epulum natalitiorum suorum. non videtur conveniens. quid enim apud Matthæum erit, *quum esset autem domus nativitatis Herodis?* Quis ea verba interpretabitur, *Quum esset domus, in qua celebrabat epulum natalitiorum suorum?* nec dubium quin ܒܝܬ ܡܘܠܕܐ utrobique eodem modo sumi debeat. Arabs locum Marci vertit, وكان يوم من الزمان جاء لهيرودس ميلاده, *& fuit quando ex tempore venisset Herodi nativitas ejus, fecit cænam, &c.* vide ibi quæ ad locum Marci annotavimus. Vulgatus hîc habet, *Die autem natalis Herodis.* plane ut in Euang. Hebr. וביום מולדת הורודוס.

VERS. 7. ܒܡܘ̈ܡܬܐ ܐܫܬܘܝ ܠܗ. Tremel. *juramento pollicitus est ei.* Boder. in Reg. *juramento spopondit ei.* In Paris. *cum juramento juravit ei.* verto, *juramentis juravit ei*, ܕܢܬܠ ܠܗ ܟܠ ܡܐ ܕܬܫܐܠܝܢ, *se daturum ei quicquid peteret.* sic scribitur ultima dictio in Regiis, & Cothen. at in Vien. ܕܬܫܐܠܝܢ. si Futurum primæ Conjugat. est, legendum ܕܬܫܐܠܝܢ. דִּתְשְׁאֲלִי. at si secundæ, sive Pael, ܕܬܫܐܠܝܢ. דִּתְשַׁאֲלִי. utrumque usitatum. Male Boder. דִּתַשְׁאֲלִי. Nam אַשְׁאֵל est *commodare.* Porro, Vulgatus habet, *ei dare, quodcunque postulasset ab eo.* Illud *ab eo* non est in Græco, neque in Syro. Extat in Euang. Hebræo, & Arabe.

VERS. 11. ܘܐܬܝܬ ܪܫܗ ܒܦܝܢܟܐ. Tremel. & Boder. *& allatum est caput ejus in pati-*

patina. ſicut in Græco, ἠ ἰωέχϑη. at in Syro eſt, *& attulit.* tribuitur Herodi, ſicut, & *miſit, amputavit caput Joannis.* ita amputatum attulit, per eum nempe quem miſerat quique ampu taverat. *allatum eſt* Syri dicunt ܐܬܝܬܝܬ. cujus activum eſt ܐܝܬܝ *adduxit.* unde fœmininum hoc eodem verſu ܘܐܝܬܝܬܗ *& attulit illud* matri ſuæ.

V ERS. 17. Οἱ ἠ λέγουσιν αὐτῷ. Sic Syrus, ſic Arabs. At Vulgatus, *Reſponderunt ei*, ut in Euang. Hebr. ויענו לו.

V ERS. 21. Οἱ ἠ ἐσθίοντες ἦσαν ἄνδρες ὡσεὶ πεντακισχίλιοι. Eodem modo Syrus. niſi quod omiſerit ὡσεί. At Vulgatus, *manducantium autem fuit numerus quinque millia virorum.* Idipſum eſt in Euang. Hebr. ומספר האוכלים היה חמשת אלפי אנש. Et in Arabe, وكان عدد الاكلين خمسة الف رجل. Omnes omittunt ὡσεί.

V ERS. 21. *Qui autem ederant, erant viri* ὡσεὶ πεντακισχίλιοι. *quaſi quinquies mille.* Vulgatus, Syrus, Arabs & Euang. Hebr. non legerunt ὡσεί. Æthiopicus legit. ſed quod mirum, & contra omnium codicum fidem, pro *quinquies mille* habet tantum *quingentos.* ut & in altera miraculoſæ cibationis hiſtoria, quæ narratur cap. ſequenti, verſ. 38. pro *quater mille*, tantum *quadringentos.* Quod ne quis mendo typographico factum putet, utrumque eodem numero repetitur cap. 16. verſ. 9. 10. ſimiliter Marc. 6. 4. & 8. 19. item Luc. 9. 14. & Joan. 6. 10. qui conſtans locorum conſenſus dubitationem injecit, an fortaſſis מאה, quod Hebræis, Syris & Arabibus *centum* ſignificat, apud Æthiopes *mille* valeret. ſed dubitandi nullus locus, quia Matth. 13. 8. & 18. 12. 28 atque alibi ſemper ἑκατὸν, *centum* per מאה effertur. Unde igitur tanta hîc & tam conſtanti conſenſu in numero varietas, ne per ſomnium quidem conjicere poſſum. fidem certè non meretur, quia & codices Græci omnes, & Vulgatus, & Orientales reliquæ, quibus utimur, verſiones in chiliadibus conſentiunt.

V ERS. 24. Τὸ ἠ πλοῖον ἤδη μέσον τῆς θαλάσσης ἦν, βασανιζόμενον ὑπὸ τῶν κυμάτων. ſic Arabs. niſi quod non legerit ἤδη. Vulgatus neque ἤδη legit, neque ἦν. vertit enim, *Navicula autem in medio mari jactabatur fluctibus.* plane ut in Euang. Hebr. והספנה נדפה בתוך הים מן הגלים. Syrus autem pro μέσον τῆς θαλάσσης habet, ܘܐܠܦܐ ܦܪܝܫܐ ܗܘܬ ܡܢ ܐܪܥܐ ܐܣܛܕ̈ܘܬܐ ܣܓܝ̈ܐܬܐ, *& navis remota erat à terra ſtadiis multis.* Explicat, quid ſit in medio maris eſſe, nempe remotum eſſe à terra multis ſtadiis.

V ERS. 34. Εἰς τὴν γῆν Γεννησαρέτ. Vulgatus, *in terram Geneſar.* convenit cum Syro, ܠܐܪܥܐ ܕܓܢܝܣܪ & in Arabe, ارض جاناشر. Euang. Hebr. בארץ גינוסר, *in terram Ginoſar.* ſic in Targum & ſcriptis Talmudicis paſſim appellatur. Videatur de hac voce Druſius ad voces N. T.

V ERS. 35. Εἰς ὅλην τὴν περίχωρον ἐκείνην, *in totam circumjacentem illam regionem.* Syrus, ܠܟܠܗܝܢ ܩܘܪ̈ܝܐ ܕܚܕܪ̈ܝܗܘܢ, *in omnes vicos* (vel *agros*) *qui circum illos erant.* Vulgatus, *In univerſam regionem illam*, אל כל הארץ הזאת dixit Euang. Hebr. Arabs الي جميع اهل بلك الكورة, *ad omnem populum iſtius regionis.*

Cap. XV.

V ERS. 1. ܗܝܕܝܢ ܩܪܒܘ ܠܘܬ ܝܫܘܥ ܦܪ̈ܝܫܐ ܘܣܦܪ̈ܐ ܕܡܢ ܐܘܪܫܠܡ. Regia, *Tunc adierunt Jeſchua Periſchæi & Scribæ ab Ouriſchlem.* Melius Tremel. *qui ex Ouriſchlem* erant. id enim ܕ in ܕܡܢ poſtulat. Græcus textus, οἱ ἀπὸ Ἱεροσολύμων γραμματεῖς ἠ Φαρισαῖοι. Beza, *quidam* qui *Hieroſolymis* advenerant *Scribæ & Phariſæi.* poni vult pro τινὲς ἀπὸ Ἱεροσολύμων, ſub. ἐλθόντες. οἱ ergo ipſi ſunt τινὲς *quidam.* addendum deinde, *qui advenerant*, Non his opus videtur, ſi ſimpliciter vertas, *qui ex Hieroſolymis* erant, id eſt, *Hieroſolymitani Scribæ & Phariſæi.* Erant enim & alibi Scribæ ac Phariſæi. Sed qui Hieroſolymis vivebant, authoritate atque eruditione cæteris præcellebant. Vulgatus ſimpliciter, *Tunc acceſſerunt ad eum ab Hieroſolymis Scribæ ac Phariſæi.* pro τῷ Ἰησοῦ legit αὐτῷ. & pro οἱ ἐξ Ἱεροσολύμων, ἐξ Ἱεροσολύμων. nec aliter Euang. Hebr. אז קרבו אליו מירושלם סופרים ופרושים.

V ERS. 3. *Quare vos tranſgredimini mandatum Dei* διὰ τὴν παράδοσιν ὑμῶν. Beza, *per traditionem veſtram.* Melius Vulgatus, *propter.* Syrus ܡܛܠ *propter.* Arabs من اجل. Euang. Hebr. בשביל idem. Nam præterquam quod

quod ... cum Accusativo id usitatissimè significet, res ipsa ita fert, eos præcepta Dei facile transgressos esse, propterea quod paternas traditiones majoris facerent.

Vers. 4. Ὁ γὰρ θεὸς ἐνετείλατο, λέγων. *Nam Deus mandavit, dicens.* Vulgatus, *Nam Deus dixit.* eodem modo Syrus, ܐܡܪ ܐܠܗܐ. Arabs vero, الم يقل الله, *an non dixit Deus?* Euang. Hebr. Merceri, הלא כתוב בתורתכם מפי האלהים, *An non scriptum est in lege vestra ex ore Dei?* At in Munstero, כי אלהים אמר *nam Deus dixit.*

Vers. 5. ܩܘܪܒܢܝ ܡܕܡ ܕܬܬܗܢܐ ܡܢܝ. Boder. *Oblatio mea est id, quod tibi proderit ex me.* Sensum bene assecutus est, non constructionem Syriacam. Itaque Tremel. *Oblatio mea est id unde utilitatem capies ex me.* neque enim probo Ferrarium, qui ܐܬܗܢܝ vertit *pro fuit, utilis fuit.* de re enim quæ prodest & utilitatem adfert usurpant in Aphel ܐܘܬܪ. vide Joan. 6. 63. Gal. 5. 2. Rom. 2. 25. at de persona quæ utilitatem capit, & lucratur, ܐܬܗܢܝ. ut 1 Corinth. 15. vers. 32. ܡܢܐ ܐܬܗܢܝܬ *quid lucratus sum?* Matth. 16. 26. ܡܢܐ ܓܝܪ ܡܬܗܢܐ ܒܪܢܫܐ *quid lucratur homo?* rectè Lex. Syr. Arab. ܐܬܗܢܝ انتفع *utilitatem cepit.* Arabs habet قربان الذي هو اكرام ترجعه مني, *oblationem, quæ est veneratio, lucraberis à me.* sequitur فليس يكرم اباه وامه. ubi notandum, apud Arabes ف sicut & non raro apud Hebræos ו, significare *&*, non tam copulativum quam consecutivum. & in consecutione denotanda sæpe πλεονάζειν, ac non raro interrogationi inservire, ut & Vau apud Hebræos. quomodo si & hoc loco Græcum Καὶ, in καὶ οὐ μὴ τιμήσῃ accipiatur, plenum sensum habebunt verba Christi, hoc modo: *Vos autem dicitis, Quicunque dixerit patri aut matri, Donum est quod ex me lucraberis, an non honoraverit patrem suum aut matrem suam?* id est, Vos dicitis, An non is magno satis honore affecerit parentes, qui dixerit ipsis, munus se Deo obtulisse, unde & ipsi utilitatem capere possint? non inquit Christus, hoc non est satis honorare patrem, sed hoc est ἀκυροῦν τὴν ἐντολὴν τοῦ θεοῦ. Hebraicè tota sententia sic effertur, ואתם אומרים כל אשר יאמר לאביו ולאמו קרבן אשר ממני תצלח ולא יכבד את אביו ואת אמו: ubi ולא potest idem valere quod 1 Sam. 20. 14. וְלֹא אִם עוֹדֶנִּי חָי וְלֹא תַעֲשֶׂה עִמָּדִי חֶסֶד: *an non, si adhuc vixero, an non facies mecum misericordiam?* Nolim tamen hanc interpretationem valde urgere, quia Marc. 7. 11. negari nequit, quin abrupta & imperfecta sit sententia. nam post κορβᾶν, ὅ ἐστι δῶρον, ὃ ἐὰν ἐξ ἐμοῦ ὠφεληθῇς, nihil sequitur quod sensum complere possit. De abrupta hac locutione, & quomodo hæc filiorum in parentes impietas in ipso Talmude constituatur, vide in notis doctissimi nobisque amicissimi, nec unquam absque honore nominandi viri D. Joannis Cochi ad duos titulos Talmud. pag. 273. ubi & textus noster Syriacus ab ipso sic vertitur, *oblatio mea sit, quicquid ex me utilitatis ceperis.* Ego vero, ubi quæ ex Hebræis profert rectè perpendo, & phrasin illam ὃ ἐὰν ἐξ ἐμοῦ ὠφεληθῇς considero, non nisi per imperfectum subjunctivi vertendam eam censeo, hoc modo, *donum est quicquid ex me lucrareris*, vel *quicquid ex me utilitatis caperes.* verba sunt filii aversantis petitionem patris, idque hoc argumento, quia omnes meæ facultates sunt corban, sunt donum & munus Deo consecratum. nec tibi ergo petere licet, ut aliquam inde utilitatem capias, nec mihi concedere. ex divinis enim utilitatem caperes, quod voto meo repugnat, quo omnia mea Deo obstrinxi. Atque hoc est quod Marcus subjicit, καὶ οὐκέτι ἀφίετε αὐτὸν οὐδὲν ποιῆσαι τῷ πατρὶ αὐτοῦ, ἢ τῇ μητρὶ αὐτοῦ. Id est, postquam ejus facultates semel factæ sunt corban, non amplius ab eo tempore permittitis ut parentibus suis de eo quicquam eroget. sic enim erat votum, quum facultates suas facerent δῶρον, כל מה שאני עושה לפי אבא בקונם, id est, *quodcunque ego paro* (i. acquiro & comparo) *erit respectu patris mei veluti sacra oblatio*, quam scilicet attingere non licebat. Rursus, הקורש יהא כל מה שאני עושה מלבוא על פי אבא, id est, *sacrum erit quicquid parabo in posterum respectu patris mei.* hoc voto interdicebatur pater omnibus bonis filii, tanquam re sacra. Nec quicquam repugnat cur non & Syrum nostrum sic vertamus, *oblatio mea est, quod ex me lucrareris.* neque enim aliter quam per futurum suum exprimere hoc possunt. sensus est, non licet mihi quod petis lucrum concedere, est enim oblatio mea, quam egomet Deo obtuli, quæque non est amplius mei juris. voto enim facto addebatur, אינו יכול להפר *non licet illud irritum reddere.* Aliam longe interpreta-

pretationem adfert Scaliger, quam vide in Elench. Trihær. cap. 9. ubi & acriter rejicit Interpretationem Cl. Masii; quam tamen amplexus est J. Cochus, & à qua nostra nihil differt, nisi quod pro, *Corban sit, cujuscunque ex me utilitatem ceperis*, quæ Masii erat versio, nos substituamus, *Corban est id cujus ex me utilitatem caperes.* cui interpretationi, usus voculæ ἐὰν junctæ subjunctivo ὠφεληθῇς favere omnino videtur. Repetimus quid velimus. sicut in Papatu insciis nonnunquam invitisque parentibus liberi se Monachatus voto adstringunt, eoque juri ac potestati parentum emancipantur, ita & à Pharisæis Judæorum filii edocebantur facultates suas Deo vovere; quo fiebat ut quum honorandi, id est, juvandi essent parentes, obtenderent corban sive votum oblationis, eoque sese excusarent.

VERS. 5. Ὑμεῖς δὲ λέγετε, ὃς ἂν εἴπῃ τῷ πατρὶ ἢ τῇ μητρὶ, Δῶρον ὃ ἐὰν ἐξ ἐμοῦ ὠφεληθῇς· καὶ οὐ μὴ τιμήσῃ τὸν πατέρα αὐτοῦ ἢ τὴν μητέρα αὐτοῦ. non vidi qui καὶ οὐ τιμήσῃ melius, meo quidem judicio, verterit Æthiopico interprete. Omisit particulam καὶ, quippe quam hîc non copulandi, sed ex Hebraismo retribuendi vim habere existimarit, ac vertit, *vos autem dicitis, Qui dicit patri & matri, Donum quod ex me, (est) id quo profui tibi, non honorabit patrem suum & matrem suam.* Nec alius sensus est Arabici interpretis, cujus verba ex Erpeniana editione dedimus in Commentario nostro, sed alio paululum sensu. Nunc veram eorum interpretationem hanc damus, *& vos dicitis, Qui dixerit patri suo aut matri suæ, oblationem, quæ est veneratio, lucraberis à me, non honorabit patrem suum & matrem suam.* Ex editione Romana sic vertimus, *Qui dixerit patri suo aut matri suæ, omne Korban quod est ex me proderit tibi, non honorabit* &c. فليس يكرم, non debet verti, *& non honorabit*, sed tantum, *non honorabit.* est enim hîc ف merè retributivum, sive consequentis connexionem indicans. Sensus est, ubi quis patri dicit, se munus in ejus usum obtulisse, consequi inde, non opus esse alio eum deinceps auxilio honorare. Nos ergo, qui illud δῶρον, ὃ ἐὰν ἐξ ἐμοῦ ὠφεληθῇς, paulo aliter accipimus, ut ex Commentario videre est, totum versum jam sic vertimus, *Vos autem dicitis, quicunque dixerit patri aut matri, Corban est, cujus utilitatem à me capere posses, non honorabit* (vel ne honoraverit) *patrem suum aut matrem suam.* id est, non opus est ut honoret, sive juvet. eo sensu quo *honorare viduas*, est juvare eas, 1 Tim. 5. 3.

VERS. 8. & 9. Ἐγγίζει μοι ὁ λαὸς οὗτος τῷ στόματι αὐτῶν, καὶ τοῖς χείλεσί με τιμᾷ. Cum hoc convenit Arabs. Apud Vulgatum tantum est, *Populus hic labiis me honorat* Cum eo convenit Syrus. Ab utroque paululum differt Euang. Hebræum, cujus verba sunt, העם הזה בפיו ובשפתיו כבדוני, *populus hic ore suo & labiis suis honorarunt me.* post quæ sequitur ותהי יראתם אותי מצות אנשים מלומדה, *& fuit timor eorum quo me timent mandatum ab hominibus edoctum.* Omisit, μάτην δὲ σέβονταί με, quia id in Hebræo apud Prophetam non est, neque in Jonathane. insertum vero à Lxx. Interpretibus, huc est translatum, & à Syro, Vulgato, atque Arabe lectum. Porro μάτην à Vulgato tranfertur *sine causa.* procul dubio, quia idem est quod Hebræorum חִנָּם, quod & *gratis*, & *immerito*, & *frustra*, & *sine causa* significat. Jure tamen id culpare hoc loco videtur Cl. Beza, & rectius vetere *frustra.* Syrus optimè ܡܣܪܝܩܐܝܬ *inaniter.* Arabs باطلا *in vanum.*

VERS. 8. Æthiopicus. *Hic populus labiis honorant me.* Convenit cum Vulgato & Syro.

VERS. 31. Κυλλοὺς ὑγιεῖς. Legit hæc quoque Syrus. ac testatur Clar. Beza legi in omnibus suis vetustis codicibus. non legit Vulgatus, neque Euang. Hebræum, neque Arabs.

VERS. 31. Καὶ ἐδόξασαν τὸν Θεὸν Ἰσραήλ. Solus Æthiopicus habet, *& glorificaverunt Dominum, & celebrarunt Deum Israëlis*, Solus item his addit, *quod potestatem dedisset talem filio hominis.* quæ apud nullum alium legimus, sed ex Matth. 9. 8. huc translata sunt, prius ad marginem procul dubio annotata, deinde textui inserta.

VERS. 39. Μαγδαλά. Euangelium Hebrum מגדלה· Arabs مجدل. hæc conveniunt. At Vulgatus *Magedan.* sicut in uno exemplari testatur Cl. Beza legi μαγαδάν. Hieronymus de locis Hebraicis, *Magedan, ad cujus fines Matthæus Euangelista scribit Dominum pervenisse. Sed & Marcus ejusdem nominis recordatur: nunc autem regio dicitur Magedena circa Gerasam.* Hæc ille. Fallitur, quod Marcum ejusdem nominis recordari scribat. Nam pro Magedan habet Dalmanutha. unde quidam, teste Erasmo, locum binominem fuisse arbitrati sunt. nemo tamen credat Magedan fuisse Dalmanutha, sed eadem fuit utriusque regio. teste enim Judæorum mappa, antehac sæpe nominata, מגדן *Magedan*, vicus erat ultra mare Galilææ in dimidia tribu Manasse, inter vicum דלמנותא *Dalmanutha* & urbem גרגש *Gerges* sive *Gerasa*

Gerasa situs. adeo ut, sive cum Matthæo dicas Christum venisse εἰς τὰ ὅρια μαγαδάν, ut unum habet exemplar, sive cum Marco cap. 8. 10. εἰς τὰ μέρη Δαλμανουθά, eandem dicis regionem, quippe quæ inter utrumque vicum sita fuerit. atque optimè cum dictâ mappâ convenit, quod Hieronymus scribit, regionem illam esse circa Gerasam. Syrus nec Magdala legit, nec Magedan, sed ܡܓܕܘ *Magedu.* iisdem literis cum מְגִדּוֹ, de quo in libro Josuæ. sed quia ex Jud. 1. v. 22. liquet, urbem hanc fuisse in tribu Manasses cis Jordanem prope Ibleam, ambæque illæ urbes in mappa Judaica procul à mari Galilææ versus mare mediterraneum constituuntur, non quadrat huic loco ea regio. Ut nec Magdala, quæ in tribu Juda constitui solet. nimis enim ea procul à mari Galilææ distat, quam ut Dominus conscenso navigio eo profectus dici queat. Exhibetur autem in mappa Judaica urbs cis mare Galilææ in ipso littore, cui nomen מגדליתא *Magdalitha.* Sed certum videtur, Dominum hîc profectum ultra mare. tum quia Marc. 8. 10. dicitur venisse in partes Dalmanutha, quæ procul dubio sunt ultra mare: tum quia ibidem vers. 13. dicitur abiisse ex partibus Dalmanutha in ulteriorem ripam, & vers. 22. venisse Bethsaidam, quæ erat cis mare. opposita ergo ripa ultra mare. adeo ut optima lectio videatur esse *Magedan.* nec tamen μαγδαλά tanquam mendosum rejicio. Sed idem esse arbitror מגדן *magdan* & מגדל *magdal,* permutatis solummodo ejusdem organi literis Nun & Lamed, quippe ambabus lingualibus. sicut ex אַלְמָנָה *vidua,* fit Syris אַרְמְלָא. ex נְתַן *dedit,* נְתֵל *dabit.* pro נֶהֱוֵא *erit,* לֶהֱוֵא. pro נֶהֶוְן *erunt,* לֶהֶוְן. apud Dan. ita ex מַגְדָן fit מַגְדָל, & terminatione Syriaca מַגְדְלָא.

Vers. 39. Ἐνέβη &c. καὶ ἦλθον &c. Consentiunt Vulg. Syrus, Arabs & Euang. Hebr. editionis Munsteri. At Merceri, & Æthiopicus in plurali legerunt ἐνέβησαν & ἦλθον.

Cap. XVI.

Vers. 3. Ὑποκριταί. Legerunt hanc vocem quoque Syrus & Arabs. Vulgatus & Euang. Hebræum non legerunt. quod autem sequitur, τὰ δὲ σημεῖα τῶν καιρῶν οὐ δύνασθε, Vulgatus vertit, *signa autem temporum non potestis.* sicut in Euang. Hebr. est ואותות העתים לא יכולתם. At observavit Cl. Beza, articulum τῶν hîc Emphasin notare, & designare ea tempora de quibus tot extant Prophetarum vaticinia. quamobrem vertit, *signa autem illorum temporum non potestis.* Syrus, ܐܬܘܬܐ ܕܙܒܢܐ ܗܢܐ ܠܐ ܝܕܥܝܢ ܐܢܬܘܢ ܠܡܦܪܫܘ, *signa temporis hujus non scitis discernere.* Arabs quoque, اية هذا الزمان *signum hujus temporis.* Quia autem καιρὸς non tam *tempus,* quam *temporis occasionem & oportunitatem* significat, fortasse Græca melius vertantur, *signa autem opportunitatum non potestis.* tempestates cæli providè discernitis, opportuna autem salutis tempora quæ vobis Deus largitur non discernitis. id simplicius videtur quam τῶν καιρῶν vertere *illorum temporum,* cum respectu ad prædictiones propheticas.

Vers. 3. Ὑποκριταί, τὸ μὲν πρόσωπον τοῦ οὐρανοῦ &c. non observarunt Erasmus, nec Beza, ab ullis Græcis exemplaribus abesse nomen ὑποκριταί, ut nec à Syro & Arabe abest. Vulgatus tamen, Euangelium Hebræum utriusque editionis, & Æthiopicus non legunt. Deinde, τὰ δὲ σημεῖα τῶν καιρῶν οὐ δύνασθε; Vulgatus, *signa autem temporum non potestis.* Quædam tamen exemplaria Latina, ut Erasmus observavit, habent, *non potestis scire.* plane ut est in Euangelio Hebræo utriusque editionis. Annotat Cl. Beza pro οὐ δύνασθε, in quatuor exemplaribus legi, οὐ συνίετε. sic legerunt Arabs & Æthiopicus.

Vers. 4. *Generatio mala & adultera* &c. Æthiopicus præmittit, *& quum respondisset, dicit ipsis.* quod in alio nullo legimus. neque hîc rectè quadrat.

Vers. 6. Ὁ δὲ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτοῖς. sic & Arabs. At Vulgatus, *Qui dixit illis.* Syrus, ܗܘ ܕܝܢ ܐܡܪ ܠܗܘܢ, *ipse autem dixit illis.* Euang. Hebræum, והוא אמר להם *& ipse dixit illis.*

Vers. 8. Ὅτι ἄρτους οὐκ ἐλάβετε, *quod panes non sumpsistis.* sic Syrus & Euangel. Hebræum. Vulgatus, *habetis.* sic & Arabs. ac testatur Claris. Beza in uno exemplari scribi ἔχετε.

Vers. 11. Πῶς οὐ νοεῖτε, ὅτι οὐ περὶ ἄρτου εἶπον ὑμῖν προσέχειν ἀπὸ τῆς ζύμης &c. Vulgatus, *Quare non intelligitis, quia non de pane dixi vobis, cavete à fermento?* &c. Eodem prorsus modo Arabs, & Euang. Hebr. utriusque editionis. pro πῶς videntur legisse ἀλλ' οὐ; & infinitivum προσέχειν acceperunt pro Imperativo, quod non est insolens. aut legerunt προσέχετε. Syrus vertit, ac si legisset, πῶς οὐ νοεῖτε, ὅτι οὐ περὶ ἄρτου εἶπον ὑμῖν, ἀλλὰ προσέχειν, *sed ut caveretis.* &c. Eodem modo Æthiopicus, nisi quod per Imperati-

rativum verterit, *Cavete autem à fermento* &c. quomodo & in duobus vetustis codicibus Cl. Beza legi tradit, προσέχετε δέ.

VERS. 12. *Tunc intellexerunt, eum non dixisse ut caverent sibi à fermento panis*, ἀλλ' ἀπὸ τῆς διδαχῆς τῶν Φαρισαίων. Beza, *sed à* fermento *doctrinæ Pharisæorum.* repetit ἀπὸ τῆς κοινῆς vocem ζύμης. Sed simplicius videtur vertisse Vulgatus, *sed à doctrina Pharisæorum.* quandoquidem enim Christus per fermentum Pharisæorum eorum doctrinam intellexerat, recte intellexerunt, Christum non jussisse ut à fermento panis, sed ab ipsa doctrina Pharisæorum sibi caverent. sic Syrus ܡܢ ܡܠܦܢܘܬܐ. Euang. Hebr. מתלמוד. Arabs من تعليم *à doctrina.*

VERS. 13. ܡܢܘ ܐܡܪܝܢ ܥܠܝ ܐܢܫܐ ܕܐܝܬܝ ܒܪܗ ܕܐܢܫܐ. Tremel. *Quid dicunt de me homines, qui sum filius hominis?* sic & Boder. in Paris. At in Reg. *quid dicunt de me homines, me esse filium hominis? Quid* Syrus dicitur ܡܢܐ, vel ܡܢܘ, compositum ex ܡܢܐ & ܗܘ pleonastico. at ܡܢܘ, quod componitur ex ܡܢ & ܗܘ, interdum significat, *quis est?* quum ܗܘ valet verbum substantivum: interdum idem quod simpliciter ܡܢ, *quis?* quum ܗܘ est pleonasticum. atque ita hoc loco necessario sumendum, ac vertendum, *quem dicunt de me homines quod sum, filius hominis?* id est, *quem dicunt de me homines me esse, filium hominis?* ut in Græco est, Τίνα με λέγουσιν οἱ ἄνθρωποι εἶναι, τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου; Addidit tantum Syrus particulam ܥܠܝ. Arabs habet, ماذا تقول الناس في ابن البشر, *quid dicunt homines de filio hominis?* omisit με εἶναι. itaque non mirum pro pronomine interrogativo personæ, substitutum esse interrogativum rei. at in Syro ܡܢܘ hîc exponendum, sicut infra v. 15. ܐܢܬܘܢ ܕܝܢ ܡܢܘ ܐܡܪܝܢ ܐܢܬܘܢ ܕܐܢܐ ܐܢܐ. Tremel. rectè exponit, *vos autem quem dicitis quod ego sum?*

VERS. 13. Τίνα με λέγουσιν οἱ ἄνθρωποι εἶναι, τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου; Æthiopicus & Euangelium Hebræum utriusque editionis omittunt pronomen μέ. Prout & in plerisque exemplaribus veteris versionis, & uno ex suis Græcis non reperiri, testatur Cl. Beza. cujus vide de hac re sententiam. Negat particulam illam legendam esse Brugensis in Romanis correctionibus.

VERS. 15. Λέγει αὐτοῖς. Sic Syrus & Arabs. At Vulgatus, *dicit illis Jesus.* ut & Euang. Heb. ויאמר להם ישו.

VERS. 17. Σὰρξ καὶ αἷμα οὐκ ἀπεκάλυψέ σοι, ἀλλ' ὁ πατήρ μου &c. hanc lectionem sequuntur Vulgatus, Syrus, Arabs, Æthiopicus, & Euang. Hebr. editionis Munsteri. Sola editio Merceri novum quid hîc habet. sic sunt verba, לא נגלה זה כי אם לך שנגלה לך לבשר ודם מאבי שהוא בשמים, *Carni & sanguini non est revelatum hoc nisi tibi, quia revelatum est tibi à patre meo qui est in cœlis.* Sensus est, quod tibi à patre meo revelatum est, nulli homini quam tibi est revelatum. caro & sanguis enim hominis descriptio est apud Hebræos. Spuria plane est illa lectio, non nisi ad augendam Petri dignitatem, fortassis à Pontificio quodam, conficta. Ut enim liberè quod sentio dicam, etsi tersior sit & hebraizans magis hujus scripti stilus, quam quod à Munstero est editum. ut tamen ab Hebræo homine profectum credam, impetrare à me non possum. Cujus, præter infinita alia, vel illud hujus capitis versibus 9. & 10. fidem faciet, לא תזכרו חמשה לחם לחמשת אלפי איש וכמה סלים נשאתם ואין השבעה לחם לארבעת אלפי איש. Ineptum est illud אין pro ולא, repetendum enim ἀπὸ τῆς κοινῆς futurum תזכרו, ante quod אין, quippe quod verbum substantivum in se includit, locum habere non potest.

VERS. 18. *Super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam.* Æthiopicus, *domum Christianorum meorum.* ut & infra cap. 18. pro, *dic Ecclesiæ*, habet, *dic domui Christianorum.* quia nempe in Nov. Test. non alia est vera Ecclesia, quam quæ est Christianorum. Sequitur, καὶ πύλαι ᾅδου οὐ κατισχύσουσιν αὐτῆς. Euangelium Hebræum ex editione Merceri habet, לא יגברו עליך, *non prævalebunt adversus te.* ut ad Petrum referatur, non ad Ecclesiam. quod quum apud nullum alium reperiam, non dubito quin id rursus ab aliquo pontificiæ majestatis adulatore sit confictum. quod & in versu præcedente observavimus.

VERS. 21. *Ab eo tempore incepit Jesus indicare discipulis suis*, ܕܥܬܝܕ ܗܘ ܕܢܐܙܠ ܠܐܘܪܫܠܡ. Boder. in Reg. *Se profecturum Ourischlem.* At in Paris. ut & Tremel. ad verbum translaturi, *quod futurum esset ut iret in Ourischlem.* verte, *quod futurus esset ut iret* Uri-

Urischlem. Sic vers. 27. ܥܬܝܕ ܗܘ ܓܝܪ ܒܪܗ ܕܐܢܫܐ ܕܢܐܬܐ. Tremel. *futurum est enim ut filius hominis veniat.* transposuit illud *ut* è loco ubi est apud Syrum. Boder. in Reg. *futurum est enim ut veniat filius hominis.* transposuit dictiones. At in Paris. ubi propter interlinearem ordinem transpositione uti non licuit, *futurum est enim filius hominis ut veniat.* verte, *futurus est enim filius hominis ut veniat.* Phrasin tantum Syriacam ostendimus. alioqui res eadem. Etsi enim Latini neutro hîc genere dicant, *futurum est ut veniat*, non tamen sic Syri. Sed genus & numerum aptant personæ aut rei de qua agitur. ut, *futurum est ut illa veniat*, ܥܬܝܕܐ ܗܝ ܕܬܐܬܐ, id est ad verbum, *futura est ut veniat.* Rursus, *futurum est ut veniant*, ܥܬܝܕܝܢ ܐܢܘܢ ܕܢܐܬܘܢ, *futuri sunt ut veniant.*

VERS. 22. ܚܣ ܠܟ ܡܪܝ ܕܬܗܘܐ ܠܟ ܗܕܐ. Tremel. *Propitius esto tibi Domine, quominus fiat tibi hoc.* Illud *minus* non est in Syro. Boder. *ne fiat tibi hoc.* id est. ܕܠܐ ܬܗܘܐ. at in Syro tantum est ܕܬܗܘܐ *ut fiat.* Deinde ܚܣ nullo modo potest esse Imperativum, ut vertatur, *propitius sit.* Sed per se præteritum est, significans, *pepercit.* ut ad verbum vertendum sit, *pepercit tibi Domine, ut hoc tibi fiat.* id est, non adeo tibi iratus Deus est, ut hoc tibi contigat, sed pepercit tibi. usurpatur autem merè adverbialiter, pro *absit*, particula avertendi mali. ut Gal. 2. vers. 17. *An Christus factus est peccati minister?* ܚܣ. *absit.* μὴ γένοιτο. ubi sane propitius sis nullum habet locum. Vide de hac phrasi, ut & quid sit ἵλεώς σοι Κύριε, nec recte illud à Beza versum, *propitius tibi esto Domine*, quæ Nicol. Fullerus doctissimè disserit Miscel. lib. 2. cap. 2. Ubi tamen doctissimo viro non assentior, statuenti particulam ד, quum Syriacè dicitur חס דתהוא, idem valere quod apud Lat. *ut* cum verbis *timeo, metuo, vereor.* exempli gratia, metuo ut sustineat, i. ut non, ut ne. sic Syriacum דתהוא, idem esse ac דלא תהוא *ut non sit*, vel, inquit, qvod idem reipsa valet, מדתהוא, *quam ut sit.* Ut enim omittam, Syros forma מדתהוא nunquam uti, quia particulam מן cum verbis & nominibus non componunt: nego particulam negativam hîc esse necessariam, aut habere usum. quum enim חס adverbialiter avertat rem quæ metuitur, res illa affirmativè efferenda est, non negativè. חס דתהוא הדא *absit ut hoc sit.* At, inquiet, quum hæc dictio propria sua significatione sumitur pro *pepercit*, supple, Deus; necessario subintelligendam esse negationem. sensus enim est, Pepercit tibi Deus domine, ut hoc tibi non fiat. Respond. particulam hanc in hac phrasi vim verbi prorsus amittere, & tantum aversionem denotare. quod vel inde patet, quod quum hac dictione ipsum Deum compellant; non mutant tertiam personam in secundam, quod faciendum fuisset si vim verbi retineret. ut Actor. 10. 14. quum Deus dixisset Petro, *Surge, macta & ede*; respondet, חס מרי. quis ibi vertat? *pepercit*, sup. Deus, *domine.* dicendum tum fuerat, חסת מרי *pepercisti Domine.* At manet tertia persona, quia simpliciter adverbiascit. Similiter quum dicunt חס לאלהא, recte vertis, *absit à Deo.* at si vertas, *pepercit*, supple Deus, *Deo*, quis sensus? Arabes eadem fere voce dicunt حاشي חאשי. & sublato interdum ob frequentem usum Jod, حاش חאש. cum affixis autem mutatur Jod in Aleph. unde hoc loco dixit Arabs, حاشاك يارب ان يكون لك هذا, *absit tibi domine, ut fiat tibi hoc.* vides idem significare quod apud Syros, nec habere post se negationem. Construitur autem interdum cum accusat. ut hoc loco. interdum ut apud Syros cum Dat. حاشي لك. referturque inter adverbia, quia formam verbi hîc non habet. Habent Arabes & alias aversionis formulas, quas hic recensere, non erit extra oleas. dicunt, أعوذ بالله من كذا, *confugio ad Deum ab hoc*, & compendiose magis, معاذ الله *refugium Dei.* vel معاذ وجه الله *refugium faciei Dei.* Item سبحان الله *laudem Dei.* his omnibus utuntur pro *absit.*

VERS. 23. Ὕπαγε ὀπίσω μου Σατανᾶ. In Lingua etiam Arab. Satanas de hominibus seductoribus dicitur in Alc. Surat. 2. واذا خلوا الى شياطينهم *& quando secesserunt ad Satanas suos*, id est Socios improbos.

VERS. 24. *Et tollat crucem suam.* Æthiopicus, *& tollat ac sumat crucem mortis suæ.* Primum, duo vides synonyma, quod usitatum

ſitatum eſſe huic interpreti, ſupra monuimus. Deinde, explicare voluit, per crucem hîc præcipuè mortem intelligi, quia crux mortis, & quidem ignominioſiſſimæ, ſpecies. anguſtior tamen hîc ea eſt interpretatio. quia quando crux metaphoricè accipitur, latius patet.

VERS. 26. ܐܘ ܡܢܐ ܢܬܠ ܒܪܢܫܐ ܚܠܦܘܬܐ ܕܢܦܫܗ. Boder. *aut quam dabit homo permutationem animæ ſuæ*. Id Syri ni fallor dicerent per ܐܝܢܐ, quod pronomen eſt interrogativum adjectivum; ܐܝܢܐ ܚܠܦܘܬܐ *quam permutationem?* at ܡܢܐ eſt ſubſtantivum, *quid?* id eſt, quam rem? Tremel. itaque, *Aut quid dabit filius hominis* in *permutatione animæ ſuæ?* Non opus eſt iſto *in*. nam, *quid dabit compenſationem*, dicitur per appoſitionem, id eſt, quid dabit quod ſit compenſatio. ſicut Matth. dixit, ἢ τί δώσει ἄνθρωπος ἀντάλλαγμα τῆς ψυχῆς αὐτοῦ; ſic & Arabs, او ماذا يعطي الانسان فداء عن نفسه, *aut quid dabit homo redemptionem pro anima ſua?*

VERS. 28. *Uſquedum viderint filium hominis venientem in regno ſuo*. Solus Æthiopicus addit, *in gloria patris ſui*. quod procul dubio ex præcedenti verſu irrepſit.

CAP. XVII.

VERS. 2. *Veſtimenta ejus facta ſunt alba* ὡς τὸ φῶς, *ut lux*. Ita Syrus. Ita Arabs. Vulgatus, *ut nix*. כמו שלג inquit Euang. Hebræum ὡς χιών, in uno exemplari legi teſtatur Cl. Beza.

VERS. 2. *Alba ut lux*, τὸ φῶς. Æthiopicus, *ut nix*. ſicut Vulgatus & Euang. Hebræum utriuſque editionis.

VERS. 15. ܐܬܪܚܡ ܥܠܝ ܘܥܠ ܒܪܝ ܕܐܝܬ ܠܗ ܒܪ ܐܓܪܐ. Boder. in Reg. *miſerere mei & filii mei, quippe qui lunaticus ſit*. In Pariſ. ad verbum, *miſerere mei, filius meus cui eſt ei filius agri*. Tremel. *miſerere mei, filius eſt mihi, cui eſt lunaticus* morbus. pleonaſticum poteſt eſſe præfixum ܕ, ut pluribus annotavimus ad Matth. 1. 22. atque ita ad verbum vertas, *miſerere mei, filius meus eſt ei* (id eſt, filio meo eſt) *filius tecti*. ſic dicitur ipſe ſpiritus lunaticus. de quo vide ad Matth. 4. 24. ſenſus eſt, filius meus habet ſpiritum lunaticum. vel potius ܕ ſignificat hîc, ut alibi ſæpe *quia*. ac vertendum, *filius meus quia eſt ei*. i. *quia filio meo eſt ſpiritus lunaticus*. ὅτι σεληνιάζεται, dixit Matthæus.

VERS. 21. Τοῦτο δὲ τὸ γένος οὐκ ἐκπορεύεται εἰ μὴ ἐν προσευχῇ καὶ νηστείᾳ. Beza, *non egreditur*. Vulgatus; *non ejicitur*, ſicut in Euang. Hebr. לא ישלך. quod non rejicio. nam præterquam quod hîc non de ſpontaneo dæmonis egreſſu, ſed de ejectione ejus agatur, conſtat, apud Syros ܢܦܩ pariter eſſe *exire* & *ejici*. ut Matth. 8. 12. *filii regni* ܒܢܝ̈ ܡܠܟܘܬܐ ܢܦܩܘܢ *exibunt in tenebras exteriores*, id eſt, *ejicientur*, ἐκβληθήσονται dixit Matthæus. Tale eſt Marc. 7. 19. εἰς ἀφεδρῶνα ἐκπορεύεται, *in ſeceſſum ejicitur*. Ita & hîc, quod Syrus dixit ܗܢܐ ܕܝܢ ܓܢܣܐ ܠܐ ܢܦܩ, non gravatè verto, *hoc autem genus non ejicitur*. nam & Luc. 16. verſ. 4. ὅταν μετασταθῶ τῆς οἰκονομίας, Syrus vertit ܡܐ ܕܢܦܩܬ ܡܢ ܪܒܘܬ ܒܝܬܘܬܐ, *quando exivero ex œconomia*. ubi procul dubio exire eſt ejici.

VERS. 21. *Hoc autem genus non exit niſi in precatione & jejunio*. Totus hic verſus deeſt apud ſolum Æthiopicum. quod negligentia Typographi accidiſſe arbitror. quæ paſſim per totum iſtum librum vehementer culpanda.

VERS. 24. *Acceſſerunt ad Petrum qui accipiebant* τὰ δίδραχμα *didrachma*, in plurali, habita ratione multorum à quibus accipiebant, quorum quiſque pendebat unum didrachmum. Similiter, *an præceptor veſter non ſolvit* τὰ δίδραχμα *didrachma?* In plurali rurſus, ut non tantum Chriſti, ſed & diſcipulorum intelligatur. Secus tamen intellexit Syrus, qui vertit, *magiſter veſter non dat*, ܠܐ ܝܗܒ ܙܘ̈ܙܘܗܝ, *duas drachmas ſuas?* id eſt, τὸ δίδραχμον αὐτοῦ. Drachmam Syrus vertit זוז. δίδραχμον duo זוזין. Eſt autem apud Magiſtros זוז quarta pars τοῦ סֶלַע ſive שֶׁקֶל, *ſicli ſacri*. adeo ut duo זוזין ſive δίδραχμον ſit dimidium ſicli ſanctuarii, quantum quiſque Iſraëlitarum ex lege pendebat Deo, Exod. 30. 13. Ubi tamen non diſſimulandum, non medium, ſed integrum ſiclum ſanctuarii vocari δίδραχμον Lxx. interpretibus. quod enim ibi Moſes dicit, יִתְּנוּ מַחֲצִית הַשֶּׁקֶל בְּשֶׁקֶל הַקֹּדֶשׁ עֶשְׂרִים גֵּרָה הַשֶּׁקֶל מַחֲצִית הַשֶּׁקֶל תְּרוּמָה לַיהוָה, Lxx. vertunt, δώσουσι τὸ ἥμισυ τοῦ διδράχμου,

κατὰ

κατὰ τὸ δίδραχμον τὸ ἅγιον. εἴκοσι ὀβολοὶ τὸ δίδραχμον. Τὸ δὲ ἥμισυ διδράχμου εἰσφορὰ κυρίῳ. vides eos non δίδραχμον, ſed ἥμισυ διδράχμου obtuliſſe Deo. Quocirca altero plus, ejus quod dari ſolebat Deo, dederunt Cæſari, ſi hîc apud Matthæum tantundem valet δίδραχμον, quantum ibi apud LXX. ſeniores. Negat id Joſephus de Captiv. Judaicâ lib. 7. cap. 26. ubi in alteram ſententiam de Veſpaſiano his verbis ait, φόρον δὲ τοῖς ὅπου δήποτ' οὖσιν Ἰουδαίοις ἐπέβαλε, δύο δραχμὰς ἕκαστον κελεύσας ἀνὰ πᾶν ἔτος εἰς τὸ Καπετώλιον φέρειν, ὥσπερ πρότερον εἰς τὸν ἐν Ἱεροσολύμοις νεὼν συνετέλουν. *Tributum autem Judæis ubicunque degerent indixit, duas drachmas juſſis ſingulis in Capitolium quotannis deferre, ſicut antehac Hieroſolymitano templo pendebant.* Dicendum itaque, ambiguum eſſe τὸ δίδραχμον, dicique non tantum de ſiclo communi, ſed & de ſacro. De communi propriè, quippe qui dimidium exiſtens ſacri, duo זוּזִין, *duas drachmas*, vel quod idem duo דִּינָרִין, *duos denarios* comprehendebat. atque illud eſſe δίδραχμον apud Matthæum. De ſacro autem cur & quomodo à LXX. ſenioribus uſurpetur, non adeo liquet. quippe qui τετράδραχμον melius quam δίδραχμον vocaretur. quatuor enim זוּזִין, *drachmas*, ſive דִּינָרִין, *denarios* eum continere, non tantum ex communi Hebræorum ſententia conſtat (vide Aruch in voce סלע, & Thisbi Eliæ in זוז) ſed & Joſephus lib. 3. c. 9. Antiquit. Jud. id confirmat. ὁ δὲ σίκλος, inquit, νόμισμα Ἑβραῖον ὢν ἀττικὰς δέχεται δραχμὰς τέσσαρας. Hinc & 50 ſicli, quæ Levit. 27. v. 3. æſtimatio erat maris voto Deo conſecrati, dicuntur apud Philonem de voti ſatisfactione valuiſſe δραχμὰς διακοσίας νομίσματος ὁλαργυρέου, *drachmas ducentas è ſolido argento.* Si ducentæ drachmæ valent 50 ſiclos, ergo quatuor drachmæ ſingulos. Cur ergo hic ſiclus δίδραχμον vocatur? non aliam conjectare cauſam poſſum, quàm quia communis ſiclus conſtabat drachmis duabus, ſiclum in genere vocatum fuiſſe δίδραχμον. atque inde abuſivè etiam ad ſacrum fuiſſe tranſlatum, etſi is quatuor conſtaret. Sicut jam triremes dicimus, non tantum quæ tribus remis impelluntur naves, ut olim, ſed & quæ pluribus. Miror autem Euang. Hebræum utriuſque editionis, ubi pro δίδραχμα eſt דרכמון, *drachma.* Et Æthiopicum, qui ait, *ad Petrum veniſſe qui accipiebant tributum denarii.* id eſt, drachmæ. idem enim drachma & denarius. quaſi unam tantum drachmam aut denarium accepiſſent. quod fortaſſis ex Matth. 22. collegerunt, ubi numiſma cenſus dicitur fuiſſe denarius. Unde & ibi, pro *licetne cenſum dare Cæſari?* Æthiopicus habet, *tributum denarii.* At id nullius eſt nomenti. Etſi enim duobus denariis abſolveretur cenſus, rectè tamen numiſma cenſus dicitur fuiſſe denarius, quia ea moneta erat quæ in cenſu perſolvendo adhibebatur.

VERS. 26. Λέγει αὐτῷ ὁ Πέτρος. Sic & Arabs. At Syrus ܐܡܪ ܠܗ ܫܡܥܘܢ, *Dixit ei Simeon.* Vulgatus, *Et ille dixit.* ſicut in Euang. Hebr. והוא אמר.

CAP. XVIII.

VERS. 7. Οὐαὶ τῷ κόσμῳ ἀπὸ τῶν σκανδάλων. Pro ſcandalis Æthiopicus ter in hoc verſu uſurpat vocem מנסות, quâ & πειρασμὸν, *tentationem* interpretatus eſt in oratione Dominica. nec aliud ſignificare arbitror. ab Hebræo נסה, *tentavit.* Explicare voluit, quid hîc per ſcandala intelligatur, quæcunque ſcilicet hominem ad peccandum tentant & ſollicitant. unde & verſ. ſequenti, *ſi manus tua te ſcandalizaverit*, id eſt, ad peccandum tentaverit.

VERS. 8. *Si manus tua aut pes tuus offenderit te*, ἔκκοψον αὐτὰ, *exſcinde ea.* Vulgatus *eum.* ſic Euang. Hebr. קצץ אותה. Syrus ܦܣܘܩܝܗܝ. Arabs فاقطعها *abſcinde eum.* ſcil. pedem. quod per conſequens ad manum quoque referendum.

VERS. 11. Ἦλθε γὰρ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου σῶσαι τὸ ἀπολωλός. Tota hæc periodus in nonnullis codicibus Græcis non reperitur, inquit Beza. extat in Vulgato, Syro, Arabe, & Euangel. Hebr.

VERS. 16. Ἵνα ἐπὶ στόματος δύο μαρτύρων ἢ τριῶν σταθῇ πᾶν ῥῆμα. Beza, *ut ex ore duorum aut trium teſtium confirmetur res tota.* ſimplicius, meo judicio, & paulo etiam efficacius Vulgatus, *Ut in ore duorum vel trium teſtium ſtet omne verbum.* Sic Moſes Deuter. 19. 5. dixit יָקוּם כָּל־דָּבָר. Syrus ܬܩܘܡ ܟܠܗ ܡܠܬܐ. Arabs تقوم كل كلمة *ſtet omne verbum.* nec obſtat quod σταθῇ ſit paſſivum. nam & hîc ſæpe *ſtare* ſignificat. ut Matth. 12. verſ. 26. πῶς σταθήσεται ἡ βασιλεία αὐτοῦ; *quomodo ſtabit, aut conſiſtet regnum ejus?* Marc. 3. 25. οὐ δύναται σταθῆναι ἡ οἰκία ἐκείνη, *non poteſt ſtare domus illa.* Luc. 18. 40. σταθεὶς δὲ ὁ Ἰησοῦς, &c. *ſtans autem Jeſus, juſſit eum adduci, &c.*

VERS. 22. ܐܠܐ ܥܕܡܐ ܠܫܒܥܝܢ ܙܒܢܝܢ ܫܒܥ ܫܒܥ. Tremel. *Sed uſque*

ad septuaginta vices septies & septies. id est, inquit, quatuordecim vicibus septuagies. repugnat id Græco. neque convenit cum Syriaco. male interposuit copulam &. Syris enim ܫܒܥ ܫܒܥ non est bis septem, sed ordinem solummodo denotat ea repetitio. sicut cap. 10. ܬܪܝܢ ܬܪܝܢ bini cap. 14. ܡܐܐ ܡܐܐ centeni. ܚܡܫܝܢ ܚܡܫܝܢ quinquageni. ita ܫܒܥ ܫܒܥ suppl. ܙܒܢܝܢ sunt septenæ vices. ad verbum ergo verto, sed usque ad septuaginta vices septenas. id est, usque ad septuagies septenas vices. quod Bod. non malè, usque ad septuagies septies.

Vers. 24. *Allatus est illi debitor* μυρίων ταλάντων, *decies mille talentorum.* Conveniunt in hoc numero Syrus, Vulgatus, & Euang. Hebr. utriusque editionis. nec quisquam, quod sciam, ullam hîc in Græcis exemplaribus varietatem observavit. Æthiopicus tamen mille tantum talenta dixit. fortassis mendo typographico. Arabs nullum numerum exprimit, sed simpliciter dicit عليه جملة وزنات, *super quem erat summa talentorum*, id est, qui plurima debebat talenta. Fortasse Genitivum μυρίων non derivavit à μύρια, *decem millia*, sed à μυρίος, *infinita*, *innumerabilia*. Vel, quod res est, numerum finitum pro infinito poni existimavit. decem millia pro ingenti summa.

Vers. 26. ܐܓܪܝܟ ܪܘܚܟ ܥܠܝ. Trem. *patiens esto erga me.* rectè. sed annotat, ad verbum esse, *contine erga me spiritum.* atque ita Boderianus in Paris. Est & non nemo Lexicographorum qui אָגַר sequente רוחא ait esse *contrahere spiritum.* potius *protrahere*, *prolongare*, *producere spiritum super aliquem.* qui enim Hebræis dicitur אֶרֶךְ אַפַּיִם *longus ira*, Syris dicitur ܢܓܝܪ ܪܘܚܐ. quin & ܐܓܪ sine ܪܘܚܐ, *protrahere* significat. ut Act. 20. vers. 7. dicitur de Paulo quod ܐܓܪ ܠܡܡܠܠܘ *protraxit loqui*, usque ad mediam noctem.

Vers. 27. Καὶ τὸ δάνειον ἀφῆκεν αὐτῷ. Beza, *Et mutuum remisit ei.* Malim cum Vulgato, *& debitum.* Nam, ut rectè doctiss. Beza, non hîc significatur quod mutuo sumptum est, sed quod ex bonis heri servus interverterat, ac proinde cui restituendo tenebatur. Euang. Hebræum, את חובו. Syr. ܚܘܒܬܗ *debitum ejus.* Arabs كل ما عليه *quicquid erat super eum*, id est, ex phrasi Arab., quicquid debebat. δάνειον enim generalius patet quam *mutuum*. Gloss. vetus, δάνειον, *chirographum*, *feneratio*, *mutuum alienum*. Hesychius, δάνειον, ὀφλημα, χρέος, δῶρον.

Vers. 33. *An non oportebat te.* ܕܬܬܪܚܡ *ut gratificareris.* In Grammatica nostra pag. 254. dicimus mendosum nobis videri illud ܕܬܬܪܚܡ, ac legendum ܕܬܬܚܢܢ. sequebamur linguam Hebræam, ubi hoc verbum est ex defectivis secunda geminata, חָנַן *gratificatus est.* quomodo si apud Syros esset, notæ nostræ non pœniteret. At apud Syros ex ordine quiescentium secunda usitata radix est ܚܢ *gratificatus est*, formæ ܩܡ *stetit.* atque ita punctatio textus recta est. Ferrarius ܚܢ *clemens factus est.* nondum tamen hîc mihi satisfactum. nam in hoc ipso versu nostro occurrit ܐܝܟܢܐ ܕܐܢܐ ܚܢܬܟ, *sicut ego gratificatus sum tibi.* quod non aliò quam ad radicem ܚܢ referri potest. unde & ܚܢܢܐ *gratia.* ܐܬܚܢܢ *gratiam consecutus est.* omnia ex ordine geminantium secundam. quibus addo Lex. Syr. Arab. ubi in fut. citatur ܢܚܘܢ, & explicationis gratia additur ܢܗܢܐ ܐܝܢ ܗܘ ܕܡܪܚܡ ܥܠܝܗܘܢ ܡܪܗܘܢ, id est, *juvabit*, *sicut est quorum dominus miseretur.* bis ibi punctatur ad modum geminantium secundam Arabice explicat, ينفع يرحم, *juvat*, *miseretur.* fortasse utriusque ordinis est, ut rectè dicatur ܕܬܬܚܢܢ & ܕܬܬܪܚܡ.

Vers. 35. *Si non remiseritis quisque fratri suo ex corde vestro* ܣܟܠܘܬܗ. Boder. *errata illius.* Tremel. *peccata illius.* verè, *peccatum illius.* caret enim punctis pluralibus in omnibus editionibus. In Græco est τὰ παραπτώματα αὐτῶν. quæ in omnibus codicibus Græcis scripta invenisse se testatur Cl. Beza. Vulgatus tamen & Hieronymus non legerunt. neque Arabs. Euang. Hebr. habet אשמתם *reatum eorum.*

Vers.

Vers. 35. Æthiopicus quoque non legit τὰ παραπτώματα αὐτῶν.

Cap. XIX.

Vers. 3. *Licetne homini dimittere uxorem* κατὰ πᾶσαν αἰτίαν; *ex quavis causa?* Sic Vulg. Syrus, Arabs & Euang. Hebræum. At Æthiopicus, *ob omne quod peccavit.* videtur legisse, κατὰ πᾶσαν ἁμαρτίαν, ut in uno exemplari legit Beza.

Vers. 5. Καὶ ἔσονται οἱ δύο εἰς σάρκα μίαν. Cl. Beza, *Et qui duo*, fuerant, *erunt una caro.* Per articulum οἱ significari vult conditionem conjugum ante matrimonium. Deinde ἔσονται, *erunt* accipi pro γενήσονται *fient.* Ut sensus sit, qui ante duo erant homines, incipiunt quasi unus homo esse. Arbitror potius perpetuum matrimonii statum his verbis describi, qui is est, ut maritus & uxor, qui non modo ante contractum matrimonium fuerunt, sed & in ipso matrimonio sunt & manent duo homines, duæ personæ, ratione tamen matrimonii non sint nisi una caro, unum principium generationis. atque hac de causa teneri maritum ut uxori adhæreat, quia etsi in se considerati sint duo distincti homines, vi tamen matrimonii in unam carnem coaluerunt. neque obstat, quod vers. sequenti dicatur, ὥστε οὐκ ἔτι εἰσὶ δύο, ἀλλὰ μία σάρξ. neque enim ibi negantur esse duo homines, sed duæ carnes. Itaque simplicior mihi videtur Vulgati versio, *Et erunt duo in carne una.* Syrus, ܘܢܗܘܘܢ ܬܪܝܗܘܢ ܚܕ ܒܣܪ, Tremel. ac Boder. *Et erunt ambo illi caro una.* unde Clar. Beza collegit, Syrum interpretem τοὺς δύο accepisse pro ἄμφω *ambo.* at ܬܪܝܗܘܢ proprie est *duo illi.* quod hîc sane idem est quod *ambo.* Monemus autem, Gen. 2. v. 24. in Pentateucho Hebræo tantum esse וְהָיוּ לְבָשָׂר אֶחָד *& erunt in carnem unam.* In Samaritano autem, והיה משניהם לבשר אחד, unde apud LXX. καὶ ἔσονται οἱ δύο εἰς σάρκα μίαν. neque hîc tantum, sed & in aliis plurimis Pentateuchi locis τῶν LXX. interpretationem ad Samaritanum magis quam Hebræum exemplar accedere, alias fortassis, si vitam Deus otiumque concesserit, beneficio Reverendissimi, Amplissimi, ingenio, virtute, eruditione cultissimi Præsulis Jacobi Usserii, Archiepiscopi Armachani, à cujus liberalitate exemplar Samaritanum penes me habeo, ostendere dabitur.

Vers. 5. *Et erunt ambo una caro.* Solus Æthiopicus addit, *& unus sanguis.* præter fidem exemplarium.

Vers. 8. ܠܘܩܒܠ ܩܫܝܘܬ ܠܒܟܘܢ. Boder. in Reg. *propter duritiem cordis vestri.* Sed in Paris. ut & Tremel. *contra duritiem cordis vestri.* Id propriè est ܠܘܩܒܠ. & non male exprimit illud πρὸς τὴν σκληροκαρδίαν ὑμῶν. sæpe enim πρὸς est *contra, adversum.* ut μάχεσθαι πρὸς τινά, *pugnare contra aliquem.* πρὸς φάρμακα θανάσιμα ποιεῖ. *adversus venena mortifera facit*, vel utile est. Significat autem ܠܘܩܒܠ etiam *è regione, in conspectu.* ac sic verti posset, *respectu duritiei cordis vestri.* q. d. Moses habens in conspectu duritiem cordis vestri id vobis permisit.

Vers. 9. ܡܢ ܕܫܒܩ ܐܢܬܬܗ ܕܠܐ ܙܢܝܐ. sic habent omnes Syriacæ editiones. Tremel. vertit, *qui deserit uxorem suam quæ adulterium non commisit.* id est ܕܠܐ ܙܢܝܬ. Boder. in Reg. *non adulteram.* in Paris. *quæ non sit adultera.* id est ܕܠܐ ܓܝܘܪܐ, דלא גיורא, quomodo miror legi in Paris. quum nullæ editiones Syriacæ sic habeant. nec Plantiniana in 16. quæ legit דלא גורא. existimo id à Boder. factum, quia, quum ܕ in ܕܠܐ existimaret esse pronomen relativum ad uxorem, sensum non inveniret, si legatur ܙܢܝܐ at vero ܕܠܐ passim significat *absque, sine.* & vix alio modo id Syri efferunt. ܙܢܝܐ autem est nomen substant. significans *adulterium.* Matth. 15. v. 19. vertendum ergo, *qui dimittit uxorem suam absque adulterio*, i. sine causa adulterii, εἰ μὴ ἐπὶ πορνείᾳ. Arabs من غير علة الزنا *extra causam scortationis.*

Vers. 10. ܐܢ ܗܟܢܐ ܐܝܬܝܗ ܥܕܠܬܐ ܕܓܒܪܐ ܥܡ ܐܢܬܬܐ. Tremel. & Boder. *Si ita sit negocium inter virum & uxorem.* nunquam ܥܕܠܬܐ significat *negocium.* sed *criminationem, reprehensionem* ut Matth. 12. 5. ܘܕܠܐ ܥܕܠܐ ܐܢܘܢ *& sine reprehensione*

sione sunt. sic Luc. 1. v. 6. Inde Marc. 7. v. 2. ܘܐܚܝ̈ܒܘ *& criminati sunt, accusarunt.* Sic Ferrarius, ܚܝܒܘܬܐ, *accusatio, culpatio, reprehensio.* nec addit aliud. Apud Arabes similiter عذل *arguit, accusavit.* existimo ergo vertendum, *si ita est accusatio inter virum & mulierem.* Id est, si ea accusatio intercedit inter virum & mulierem, ea criminatio & reprehensio, ut, si is repudiata uxore aliam duxerit, adulterii accusari & reprehendi debeat, præstat uxorem non ducere, quam eam criminationem incurrere. Græcus textus est, εἰ ὕτως ἐςὶν ἡ αἰτία τοῦ ἀνθρώπου μετὰ τῆς γυναικός. αἰτίαν Syrus accepit pro *culpa, crimine, reprehensione.* ut αἰτιάω sæpe est *culpo, accuso.* Arabs habet, ان كانت هكذا علة الرجل مع امرته, *si ita est causa viri cum uxore sua.* αἰτίαν pro *causa* accepit, ut & Vulgatus. melius, ni fallor, quam Beza pro *negocio.* causæ enim notio melius exprimit judicialem processum, & criminationem, quam uxor illegitimè repudiata instituere potest contra maritum.

VERS. 10. Εἰ ὕτως ἐςὶν ἡ αἰτία τοῦ ἀνθρώπου μετὰ τῆς γυναικός. Æthiopicus, *si sic est lex mulieris & viri.* adhibuit nomen שרעת, quo alibi pro *instituto, ritu, lege,* etiam pro παράδοσι, *traditione* utitur. Arabica vox est, ubi شرع, שרע est *præscribere quid agas.* inde שריעה, *præscriptum, lex.*

VERS. 16. *Magister bone, quid boni faciam, ut habeam vitam æternam?* Æthiopicus, *Magister, quidnam est bonum, quod si fecero, vitam æternam per illud possidebo?* Omittit *bone.* ut & Hilarius. quam tamen vocem non modo Græca exemplaria, sed & Vulgatus, Syrus, Arabs & Euangelium Hebr. expresserunt. Et versu sequenti, pro *quid me dicis bonum?* habet cum Vulgato, & Euang. Hebr. utriusque editionis, *quid interrogas me de bono?* quod quomodo cum responsione Christi concordet, vide in notis Erasmi.

VERS. 17. Τί με λέγεις ἀγαθόν; ὐδεὶς ἀγαθὸς εἰ μὴ εἷς, ὁ θεος. Ita quoque Syrus & Arabs. At Vulgatus, *quid me interrogas de bono? unus est bonus, Deus.* Testatur namque Cl. Beza, in duobus vetustis exemplaribus, & in suo vetustissimo legi, Τί με ἐρωτᾷς περὶ τοῦ ἀγαθοῦ; εἷς ἐςιν ὁ ἀγαθός. quæ ad verbum vertit Vulgatus. sed addidit, *Deus.* Euangelium Hebræum prima parte cum Vulgato, altera cum Syro & Arabe magis convenit. sic enim habet מה תשאל לי על הטובה אין טוב אלא אחד יש טוב והוא האל: *quid interrogas me de bono? nemo est bonus, nisi unus est bonus, & is Deus est.*

VERS. 29. *Quisquis reliquerit* οἰκίας, *domos.* sic Syrus in plur. ܒ̈ܬܐ. Vulgatus, *domum.* sic Euang. Hebr. & Arabs. Ac testatur Clariss. Beza in duobus codicibus legisse se οἰκίαν.

VERS. 29. Æthiopicus habet, *& omnis qui reliquerit sorores suas, & fratres suos, & patrem suum, & matrem suam, & matrem uxoris suæ, & matrem filiorum suorum, & agros suos, & domum suam* &c. Confer hæc cum Græco, cum quo Vulgatus, Syrus, Arabs & Euang. Hebræum exactè satis conveniunt, reperies multa hîc esse depravata. Præterquam enim quod ordo planè immutatus est, omisit quod in Græco est ἢ τέκνα. Deinde pro τὴν γυναῖκα, dixit ineptâ omnino paraphrasi, *matrem filiorum suorum.* Denique addidit quod nemo alius habet, *& matrem uxoris suæ,* id est, socrum suam. Tæderet plura ex hoc authore proferre, nisi forte doctis gratum fore crederem, quædam de hoc interprete prægustare; unde de reliquis judicium fieri queat. pergam itaque usque ad finem hujus Euangelistæ.

CAP. XX.

VERS. 1. Ὁμοία γάρ ἐςιν, &c. Syrus quoque expressit γάρ. Vulgatus omisit. malè id factum queritur Cl. Beza. video idem in Euang. Hebr. & in Arabe factum.

VERS. 6. Εὗρεν ἄλλους ἑςῶτας ἀργούς. Vulgatus non legit ἀργούς. neque Euang. Hebr. neque Arabs. Syrus legit.

VERS. 6. Εὗρεν ἄλλους ἑςῶτας ἀργούς. Nec Erasmus nec Beza annotarunt, ab ullis exemplaribus Græcis abesse vocem ἀργούς. Vulgatus tamen, Arabs, Æthiopicus, & Euang. Hebræum utriusque editionis omiserunt. Syrus expressit.

VERS. 7. Καὶ ὃ ἐὰν ᾖ δίκαιον λήψεσθε. non legit id Vulgatus, neque Hieronymus. nec Euang. Hebr. extat in Syro & Arabe, nec non, teste Beza, in omnibus ejus vetustis codicibus Græcis, excepto vetustissimo.

VERS. 7. Καὶ ὃ ἐὰν ᾖ δίκαιον λήψεσθε. Legit id quoque Æthiopicus.

VERS. 9. Καὶ ἐλθόντες οἱ περὶ τὴν ἑνδεκάτην ὥραν. Beza, *Et quum venissent, qui circa undecimam horam conducti fuerant,* id est, μισθωθέντες. Videtur Vulgatus plene legisse, Καὶ ἐλθόντες οἱ περὶ τὴν ἑνδεκάτην ὥραν ἐλθόντες. vertit enim, *quum*

quum venissent ergo qui circa undecimam horam venerant. sicut in Euang. Hebr. וכשבאו אלה אשר באו בשעת עשתי עשרה. Syr. habet ܗܢܘܢ ܕܒܚܕܥܣܪܐ ܫܥܝܢ, *illi undecimæ horæ.* Arabs اصحاب الاحد عشر ساعة *socii undecimæ horæ.*

Vers. 12. ܗܠܝܢ ܐܚܪܝܐ ܚܕܐ ܫܥܐ ܥܒܕܘ. Tremel. *Hi postremi una hora operati sunt.* Regia, *unam horam operati sunt.* id Syrè diceretur ܦܠܚܘ vel ܦܠܚܘ. Hæc enim duo significant *opus facere.* at ܥܒܕ simpliciter *facere.* eodem prorsus discrimine, quod est inter ποιεῖν & ἐργάζεσθαι. In Parisiensi ergo, *fecerunt una hora.* At ibi etiam *fecerunt* accipitur pro *operati sunt*, præter usum linguæ Latinæ. Vertendus Syrus, *unam horam fecerunt.* ut in Græco est, μίαν ὥραν ἐποίησαν. Vulg. *unam horam fecerunt.* Melius meo judicio quam Beza, *unam horam opus fecerunt.* ubi *unam horam* respondet quæstioni quamdiu. at in Græco, Syro, & Vulgato, est accusativus post verbum transitivum. ac sensus est, confecerunt, absolverunt, peregerunt horam unam. quam phrasin etiam apud probatos scriptores Græcos non inusitatam esse, in doctissimis suis, nec unquam satis laudandis notis probat Cl. Beza. assentimur ergo Casaubono, qui se hîc ποιεῖν pro διατρίβειν potius capere ait, quam pro ἐργάζεσθαι. sicut Actor. 15. vers. 33. ποιήσαντες χρόνον, *quum transegissent tempus.* i. longo tempore ibi degissent.

Vers. 15. Ἢ οὐκ ἔξεστί μοι ποιῆσαι ὃ θέλω ἐν τοῖς ἐμοῖς; solus Vulgatus omisit ἐν τοῖς ἐμοῖς. Syrus enim, Arabs, & Euangelium Hebræum id habent.

Vers. 17. Καὶ ἀναβαίνων ὁ Ἰησοῦς εἰς Ἱεροσόλυμα, παρέλαβε τοὺς δώδεκα μαθητὰς κατ' ἰδίαν ἐν τῇ ὁδῷ, καὶ εἶπεν αὐτοῖς. Solus Syrus pro καὶ ἀναβαίνων habet ܥܬܝܕ ܗܘܐ ܕܝܢ ܝܫܘܥ ܕܢܣܩ, *futurus erat autem Jesus ut adscenderet.* nec tamen diversam eum lectionem secutum arbitror, sed explicuisse quid sit ἀναβαίνων, non actu ascendens, sed ascensurus, paratus ad ascendendum. In cæteris cum Græco prorsus convenit. Tradit Clar. Beza, in uno exemplari legi, κατ' ἰδίαν, καὶ ἐν τῇ ὁδῷ εἶπεν. sic Arabs, واخذ الاثني عشر تلميذا في خلوة وقال لهم في الطريق, *& sumsit duodecim discipulos in secessu, & dixit illis in via.* Vulgatus ἐν ὁδῷ non legit. ut nec Euangel. Hebræum. Porro Clar. Casaubonus in notis observat, placere viris doctissimis, sensum esse: Christum voluisse hos solum duodecim discipulos suos hujus itineris comites habere. quod merito non admodum doctissimo viro placet. Nam παρέλαβε τοὺς δώδεκα μαθητὰς κατ' ἰδίαν ἐν τῇ ὁδῷ, non est quod solos assumserit ad viam, sed quod in via sumserit eos κατ' ἰδίαν, Beza, *privatim.* Euang. Hebr. בסתר, quod Vugatus *secretò*, Arabs في خلوة *in secessu*, vel *secedendo.* Syrus optime, ܒܝܢܘܗܝ ܠܒܝܢܝܗܘܢ *inter se & eos.* Habuit ergo & alios comites, sed ab iis discipulos duodecim paululum subduxit; ut quæ alios adhuc latere volebat indicaret.

Vers. 17. Παρέλαβε τοὺς δώδεκα μαθητὰς κατ' ἰδίαν ἐν τῇ ὁδῷ. Æthiopicus, *sumsit duodecim privatim, & secedere fecit eos à via.* explicuit quid sit *privatim in via*, nempe sic ut à via, quam reliqui comites tenebant, paulum eos seduceret.

Vers. 22. Δύνασθε πιεῖν τὸ ποτήριον ὃ ἐγὼ μέλλω πίνειν; in tribus exemplaribus, inquit Beza, legimus ὃ ἐγὼ πίνω. Vulgatus, Syrus, Arabs & Euang. Hebr. primam lectionem sequuntur. Quæ autem adduntur, καὶ τὸ βάπτισμα ὃ ἐγὼ βαπτίζομαι βαπτισθῆναι, in duobus aliis exemplaribus, inquit Beza, omittuntur. ut & à Vulgato omissa sunt, tam in hoc, quam in sequenti versu. Syrus, Arabs & Euang. Hebræum habent, in utroque versu. Quod autem hîc sequitur, οὐκ ἔστιν ἐμὸν δοῦναι, Vulgatus vertit, *non est meum dare vobis*, sicut in Euang. Hebræo, אינו הוא לי לתת לכם. In Syro & Arabe illud *vobis* non extat. & in codicibus Græcis negat invenisse Cl. Beza.

Vers. 22. Καὶ τὸ βάπτισμα, ὃ ἐγὼ βαπτίζομαι, βαπτισθῆναι; vide Commentarium nostrum, cui adde, nec Æthiopicum ista legere, neque hîc neque in sequenti versu.

Vers. 28. *Et dare animam suam* λύτρον ἀντὶ πολλῶν. Vulgat. *redemptionem pro multis.* Beza, *redemptionis pretium.* quia, ut observavit Erasmus, τὸ λύτρον ipsam redemptionem non declarat, sed ejus pretium. Respondeo, *redemptionem* apud Vulgatum Orientalium more accipiendam. Nam פדיון Hebræis, pro quo LXX. λύτρον, ܦܘܪܩܢܐ Syris, خلاص Arabibus, redemptionem & pretium ejus una voce significant.

Vers. 29. *Egredientibus illis ex Jericho.* Solus Æthiopicus, *ex Jerusalem*, contra omnium codicum fidem. itaque mendum est, sive interpretis, sive typographi.

Vers.

VERS. 34. Καὶ εὐθέως ἀνέβλεψαν αὐτῶν οἱ ὀφθαλμοί. Tradit. Cl. Beza, in duobus vetuſtis codicibus deeſſe αὐτῶν οἱ ὀφθαλμοί. Hinc Vulgatus, *& confeſtim viderunt.* Euang. Hebr. ſimiliter, ומיד ראו. Syrus ܘܒܪ ܫܥܬܗ ܐܬܦܬܚܘ ܥܝܢܝܗܘܢ, *& ſtatim aperti ſunt oculi eorum.* Arabs Vulgatum & Syrum ſimul junxit, vertitque, وللوقت ابصرا وانفتحت اعينهما, *& ſtatim viderunt & aperti ſunt oculi eorum.* Ad Syrum porro annoto, legendum videri pro ܐܬܦܬܚܘ ܐܬܦܬܚܝ, fœminino genere, ut conveniat cum ܥܝܢܝܗܘܢ. niſi forte ad perſonas referatur, ac vertendum ſit, *aperti fuerunt oculis ſuis.* Addo, ad verbum ſonare, *& filius horæ ſuæ aperti ſunt oculi eorum.* ſicut Matth. 13. 5. de ſemine ſato ſuper petram dicitur, ܘܒܪ ܫܥܬܗ ܝܥܐ *& filius horæ ſuæ exortum eſt.* ſic 14. 17. ܝܫܘܥ ܒܪ ܫܥܬܗ ܡܠܠ ܥܡܗܘܢ, *Jeſus filius horæ ſuæ locutus eſt cum ipſis.* ubi affixum aut pronomen *ſuæ* non ad Jeſum, non ad ſemen, ſed ad ܒܪ *filium* pertinere, ex hoc noſtro loco patet, in quo non dicitur, *Et filii horarum ſuarum aperti ſunt oculi eorum*, ſed, *& filius horæ ſuæ aperti ſunt oculi eorum*, affixo genere & numero diſcrepante ab ܥܝܢܝܗܘܢ. Sic Marc. 5. 42. non dicitur ܘܒܪܬ ܫܥܬܗ ܩܡܬ ܛܠܝܬܐ, *& filia horæ ſuæ ſurrexit puella*, ſed ܘܒܪ ܫܥܬܗ *& filius horæ ſurrexit puella.* Itaque ܒܪ ܫܥܬܗ meo judicio refertur ad actionem de qua agitur. Ex. gr. quod oculi ipſorum aperti fuerint, quod ſemen exortum, quod Chriſtus ſuos allocutus fuerit, quod puella ſurrexerit, harum actionum unaquæque dicitur filius ſuæ horæ aut ſui momenti, quaſi momenti ſui partus, non diu ante ſed eo ipſo tempore quo res contigit genitus & productus. ſicut in hiſtoria Jonæ dicitur de קִיקָיוֹן, בִּן־לַיְלָה הָיָה וּבִן לַיְלָה אָבָד, quod *filius noctis factus eſt, & filius noctis interiit*, id eſt, una nocte natus eſt, una nocte periit. Ita hoc loco, *Et filius momenti ſui aperti ſunt oculi eorum*, i. uno momento, ſubito, ſtatim. Clariſſimus, nobiliſſimus, nobiſque amiciſſimus vir, Academiæ noſtræ decus, Conſtantinus l'Empereur, in tractatu Talmudico MIDDOTH, quem doctiſſimis Commentariis illuſtravit, de hac phraſi Syriaca agens, ܝܫܘܥ ܒܪ ܫܥܬܗ ܡܠܠ ܥܡܗܘܢ, vertit, *Jeſus in filio horæ ejus* (quod ibi narratur) *loquutus eſt cum illis.* ܒܪ accipit pro ܒܒܪ *in filio.* & affixum maſculinum in ܫܥܬܗ refert ad id quod narratur. Expendant eruditi. Et ſi quid rectius invenerint, edoceant. Lexicographi enim, quos vidi, non expediunt.

CAP. XXI.

VERS. I. *Quum acceſſiſſet ad Jeruſalem, & veniſſet* ܠܒܝܬ ܦܐܓܐ, *in Beth-phage.* Errat Druſius, qui Syriacè ſcribi ait בית פאגא. ſcribitur בֵּית פָּגֵא, unico aleph. Invenio tamen in Baal Aruch in dictione פג, בית חומת פאגי, & dicitur eſſe מקום חוץ לירושלם *locus extra Jeruſalem.* Tremellius vult ſonare *locum fontis*, à fonte qui ibi erat. quod enim, inquit, Græci dicunt πηγὴ, Syri, Chaldæi & Talmudiſtæ vocant פיגי vel פאגא. Nolim quenquam temere aſſentiri. פאגא Syriacum non eſt. an פיגי pro πηγὴ alibi uſurpent, ut multa ex Græciſmo ſua fecerunt, neſcio. negare nolim. conſtat certè ex Aruch, in Talmud. Hieroſ. & Bereſchith Rabba eo ſenſu uſurpari. ſed non eſt hujus loci. hîc פָּגֵא exſtat, quod certum eſt *fontem* non ſignificare. is proprie ܡܒܘܥܐ Syris dicitur. Quid ergo tandem hoc erit? פַּגִּים Hebræis *groſſi ſunt, immaturæ ficus.* deſcribuntur in Aruch, פירות שלא נתבשלו באילן וטמנן בתכן להתבשל בחמות התבן להיכשר לאכילה, i. *fructus qui non maturuerunt in arbore, & abduntur in palea ut matureſcant calore paleæ, ut apti ſint eſui.* hinc & Syris ܦܓܐ *inſulſus, acerbus, immaturus*, teſte Ferrario. Erit ne ergo, *domus groſſorum, immaturarum ficuum?* facile id apud me fidem inveniret, ſi ܦ pro vocali quarta haberet primam, & nota pluralis numeri adeſſet. at ܦܓܐ ſingularis numeri eſt, formam habens Benoni, ad inſtar ܩܐܡ, à themate ܦܓܐ, unde eſt ܦܓܝ apud Ferrarium, *adulatus eſt, blanditus eſt, veneratus eſt.* erit hinc, *domus adulatoris*, vel *domus blandientis.* notum autem eſt, פָּגֵא emphaticè efferri פָּגְיָא.

atque

atque ita ſcribitur in mappa Judæorum Amſtelodami edita בית פגיא, juxta הר הזיתים *montem olivarum*. Hieronymus de Nomin. Hebr. *Bethphage, domus oris vallium, vel domus buccæ: Syrum eſt, non Hebræum. quidam putant domus maxillarum vocari.* בֵּית פִּי גֵיא *domus oris vallis* pure Hebræum eſt. at ܒܝܬ ܦܓܐ ,בֵּית פַּגֵּא | *domus buccarum, aut maxillarum*, vere Syrum. ſed non videntur hujus loci.

Vers. 2. Πορεύθητε εἰς τὴν κώμην. Vulgatus & Eraſm. *in caſtellum.* ſicut Euang. Hebræum אל הטירה. Eſt enim טירה, *palatium*, | *caſtellum, arx*. Beza, *in vicum*. Syrus & Arabs verterunt קריתא, quod *pagum, villam, oppidum* ſignificat. Æthiopicus הגר, *urbem*. quo ſenſu κώμη de Bethlehem dicitur Joh. 7. verſ. 42. & de Damaſco apud Lxx. Jer. 49. verſ. 25

Vers. 3. Εὐθέως δὲ ἀποστελεῖ αὐτοὺς. Ambigua plane ſententia eſt. Poteſt enim ἀποστελεῖ referri vel ad herum qui ſtatim aſinam ac pullum ſit dimiſſurus, ſimulac diſcipuli dixerint, Dominum iis opus habere. vel ad Chriſtum, qui non diu eam ſit retenturus, ſed brevi ad herum remiſſurus. poſteriori modo accepit Cl. Beza, qui vertit, *ſtatim autem remittet eos*. Syrus, ܘܡܚܕܐ ܡܫܕܪ ܠܗܘܢ ܠܟܐ *& ſtatim mittet eos huc*. ſolus addidit *huc*. quod & ipſum ambiguum. referri enim poteſt vel ad locum ubi erat Chriſtus, vel ubi erant aſina & pullus, pro diverſa relatione verbi *mittet*. Arabs, فهو يرسلها للوقت *& ille mittet ea ſtatim*. ſolus addidit *ille*. ſed neque hoc ambiguitatem tollit. intelligi enim poteſt tam de hero quam de Chriſto. Ad herum referre malim. videtur enim hac promiſſione ſcrupulum diſcipulis adimere: Non incaſſum ibitis: nec opus erit invito hero ea extorquere. ſimulac dicturi eſtis, me iis egere, ſtatim dimittet. Quod & factum narratur apud Marc. cap. 11. Huic favet Euang. Hebr. ומיד יניח אותם, *& ſtatim ſinet eos*.

Vers. 3. Εὐθέως δὲ ἀποστελεῖ αὐτοὺς. Æthiopicus in plurali, *& ſtatim mittent ea*. Fortaſſis ambiguitatem tollere voluit, ut ſciamus ἀποστελεῖ non ad Chriſtum referri, quod quidam voluerunt, ſed ad herum, eoſque ad quos aſina ac pullus pertinebant. confer cum Commentario noſtro.

Vers. 4. Τοῦτο δὲ ὅλον γέγονεν, ἵνα πληρωθῇ τὸ ῥηθὲν διὰ τοῦ Προφήτου. Solus Æthiopicus addit nomen Prophetæ, nempe *Jeſaiæ*. quod ineptum eſt. Etſi enim prima verba, *Dicite filiæ Sion*, petita ſint ex Eſa. 62. 11. reliqua tamen, ob quæ locus Scripturæ hîc adfertur, extant Zachar. 9. Porro Syrus expreſſit etiam particulam ὅλον. Vulgatus, Arabs, Æthiopicus, & Euang. Hebræum utriuſque editionis non expreſſerunt. Sequitur, *Ecce Rex tuus venit* πρᾳῢς *mitis*. Sic Lxx. verterunt hoc loco τὸ עָנִי. quod alioqui *pauperem, afflictum, miſerum* ſignificat. πρᾳῢς dicitur עָנָו. non raro tamen illa confundi videas. unde & עָנִי ſæpe per ταπεινὸς, *humilis* vertunt. quod idem fere atque πρᾳῢς. ut enim ſuperbiam feritas, ſic humilitatem manſuetudo comitari ſolet. quare & Arabs hoc loco pro πρᾳῢς habet متواضعا *humilis*. Porro Æthiopicus ſolus addit, *& rectus*. fortaſſis ut exprimeret quod in Hebræo eſt צַדִּיק *juſtus*.

Vers. 7. ܘܐܝܬܝܘܗ̇ ܠܐܬܢܐ ܘܠܥܝܠܐ ܘܣܡܘ ܥܠ ܥܝܠܐ ܢܚܬܝܗܘܢ ܘܪܟܒ ܥܠܘܗܝ ܝܫܘܥ. *Et adduxerunt aſinam & pullum, & poſuerunt ſuper pullum veſtimenta ſua, & inſedit ſuper eum Jeſus.* In Græco eſt, καὶ ἐπέθηκαν ἐπάνω αὐτῶν τὰ ἱμάτια αὐτῶν, καὶ ἐπεκάθισαν ἐπάνω αὐτῶν. Pro utroque ἐπάνω αὐτῶν, Syrus legit ἐπάνω αὐτοῦ, ſup. πώλου. quare & in priori loco vice pronominis ipſum pullum ſubſtituit. quia certum eſt, Dominum non niſi pullo fuiſſe vectum. quamobrem reliqui tres Euangeliſtæ in tota hac hiſtoria ne aſinæ quidem mentionem faciunt. Et pro ἐπεκάθισαν legit ἐπεκάθισεν, & non tranſitivè ſed intranſitivè accepit pro *inſidere*, ut καθίζω, & ſimplex ἵζω, cum omnibus fere ſuis derivatis paſſim uſurpatur. ſic & Arabs vertit وجلس *& ſedit*. qui tamen legit ἐπάνω αὐτῶν, & utrobique vertit عليهما *ſuper ambos eos*, nempe ſuper aſinam & pullum. eſt enim affixum dualis numeri. Beza, ἐπεκάθισαν ἐπάνω αὐτῶν, vertit, *collocarunt ipſum ſuper ea*. refertque ad veſtimenta, quibus ſtratis inſedit. vel, inquit, ad aſinam & pullum, ſicut ſupra verſ. 5. ex Zachar. 9. 9. dicitur venturus ἐπιβεβηκὼς ἐπὶ ὄνον, καὶ πῶλον υἱὸν ὑποζυγίου. Nam, inquit, quia pullo quem conſcendit Dominus, adjuncta erat aſina, pulli videlicet comes, ideo dicitur & matre & pullo vectus fuiſſe, communi loquendi conſuetudine: ſicut etiam vernacula noſtra lingua dicitur aliquis ire tribus aut quatuor equis, ſi totidem habeat comites. Hæc ille. Vel potius in univerſali ſingulare, in ſpecie individuum intelligi-

mus, ex usitato Scripturis loquendi more. talia sunt, *quievit arca super montes Ararat*, Gen. 8. 4. id est, super unum montium. *Sepultus est Jephthe in civitatibus Gilead*, Jud. 12. 7. i. una civitatum. *Videntes discipuli ejus indignati sunt*, Matth. 26. 8. quod Joan. 12. 14. *Unus autem discipulorum ejus*, *&c.* *Et qui crucifixi erant cum eo*, *&c.* Matth. 27. 44. Marc. 15. 32. At Luc. 23. 39. *unus autem suspensorum &c.* Ita hoc loco, *& posuerunt vestimenta sua super ea*, i. super unum eorum. *& collocarunt eum super ea*, id est, super unum eorum. Vetus Interpres posterius ἐπάνω absolute accepit absque casus regimine, & pro αὐτῶν legit αὐτὸν, quod ad Christum relatum vertit, *& eum desuper sedere fecerunt.* ut & Euang. Hebr. וירכיבו אותו ממעל. At in præcedenti membro ambo legerunt ἐπάνω αὐτῶν.

VERS. 9. ܐܘܫܥܢܐ ܠܒܪܗ ܕܕܘܝܕ. ὡσαννὰ τῷ υἱῷ τοῦ Δαβίδ. non repetimus quæ de hac voce doctissime scripta sunt à Caninio, aliisque. monemus solummodo, nequaquam eam esse Syriacam, nec probandum quod Cl. Drusius in Comm. priori ad voces N. T. tradit, Syros dicere אושענא, idque eorum lingua sonare, *serva nos.* Syris enim verbum הושיע in usu non est, sed pro eo usurpant ܐܦܨ, aut ܦܘܪܩܢ, aut ܦܪܘܩ. Et quamvis in usu esset verbum, affixum נא non est usitatum Syris. quod cum in Præteritis animadvertisset, retractavit priorem sententiam, quia, inquit, *serva nos* Syriacè diceretur אושענן. pro eo substituo ܐܦܨܢ, אוֹשַׁעַן. sic enim aff. 1. pers. plur. num. se habet in Imperativis. Sed, ut dixi, verbum ipsum non usurpatur Syris. ut nec in Thargum. ubi alioqui aff. נָא pro *nos* usitatum. Est ergo ὡσαννὰ pure Hebraicum, הוֹשַׁע־נָא, *serva nunc.* Non sequimur autem sententiam doctiss. viri Caninii, qui per ὡσαννὰ intelligit ramos quos in festo Tabernaculorum, gestabant Judæi, ac si publica hac acclamatione faterentur, se Hosanna, hoc est, salicum, palmarum, aliarumque arborum ramos ferre filio David, eumque Deum ac Messiam agnoscere. Quid enim erit quod secundo dicunt, ἐν τοῖς ὑψίστοις; oportebit sensum esse, ramos hosce sacramus ei qui est in altissimis. quum verisimile non sit, turbas hasce eò mente assurrexisse, ut quem coram oculis videbant esse hominem, filium Davidis, eundem in cælis esse crederent. Neque in Cl. Bezæ sententiam imus, qui ὡσαννὰ vult idem esse, quod secundum propriam verborum significationem הוֹשַׁע נָא *opitulare quæso.* & ὡσαννὰ τῷ υἱῷ Δαβὶδ, esse *opitulare quæso filio David.* ὡσαννὰ ἐν τοῖς ὑψίστοις, *opitulare quæso ô qui es in cælis altissimis.* Ipsa enim forma indicat, ob solennem & frequentem ejus usum ex duabus dictionibus הושע נא, unam factam esse vocem artificialem, quæ nominis substantivi rationem induit. quapropter adjectivum ei jungitur הושענא גדולה *Hosanna magnum*, qui solennis precationis titulus est apud Hebræos. sicut הללויה גדולה *hallelujah magnum.* Hoc sensu ὡσαννὰ est nomen solennis voti & acclamationis, qua id ipsum vovetur quod sub dictionibus הושע נא continetur. plena constructio est, ὡσαννὰ ἔσω τῷ υἱῷ Δαβίδ. ὡσαννὰ ἔσω ἐν τοῖς ὑψίστοις. Id est, salus ea, auxilium illud quod in dictionibus הושע נא continetur, contingat filio Davidis. salus illa, auxilium illud, quod per Hosanna innuitur, contingat ei in locis altissimis. Cum hoc optime quadrat quod Luc. 19. v. 38. post εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος βασιλεὺς ἐν ὀνόματι Κυρίου, additur εἰρήνη ἐν οὐρανῷ, καὶ δόξα ἐν ὑψίστοις, sub. ἔσω. Idem est, *sit ei Hosanna*, & *sit ei pax & gloria.* votum enim Hosanna pacem & gloriam comprehendit. & quidem ἐν οὐρανῷ, ὑψίστοις hæc comprecantur; id est, non in terra tantum, sed in summo cælo contingat ei salus, auxilium, pax, gloria. Id Psal. 118. 26. post בָּרוּךְ הַבָּא בְּשֵׁם יְהוָֹה, dicitur, בֵּרַכְנוּכֶם מִבֵּית יְהוָֹה *benedicimus tibi ex domo Jehovæ.* id est, precamur ut in ipsa domo Jehovæ tibi salus tua collocetur, atque inde tibi parata semper adsit.

VERS. 11. Οἱ δὲ ὄχλοι ἔλεγον. *Turbæ autem dicebant.* sic Syrus ܟܢܫܐ, & Arabs الجمع *turbæ.* at Euang. Hebr. cum Vulgato עמים *populi.*

VERS. 14. ܘܩܪܒܘ ܠܗ ܒܗܝܟܠܐ ܣܡܝܐ. Tremel. & Boder. *& accesserunt ad eum in templo cæci.* verte, *& attulerunt ei in templo cæcos.* consentiunt enim omnes editiones Syriacæ legendum in secunda conjugatione, ubi significat *facere appropinquare, adferre, offerre.* fortasse tamen mendum est pro ܩܪܒܘ. in Græco est, καὶ προσῆλθον. Arabs وقدم اليه عميان *& accesserunt ad eum cæci.*

VERS. 14. *Et accesserunt ad eum cæci & claudi.* Æthiopicus, *& adduxerunt ad eum cæcos & claudos.* Ut explicaret nempe, venisse

nisse adductos. quod tamen commentatoris potius est, quam interpretis.

VERS. 16. ܡܢ ܦܘܡܐ ܕܛܠܝ̈ܐ ܘܕܝܢܩ̈ܐ ܬܩܢܬ ܬܫܒܘܚܬܐ. Tremel. & Bod. *Ex ore puerorum & infantium direxisti* (vel *perfecisti*) *laudem.* ܬܩܢܬ scribitur in omnibus editionibus Syriacis. est forma tertiæ personæ fœm. gen. præteriti in Pael, nec potest aliter verti quam, *ex ore puerorum & infantium paravit laus.* qui sensus quum sibi non constet, neque cum verbis Psalmistæ, neque cum verbis Matthæi conveniat, (ille enim dicit יִסַּדְתָּ עֹז, hic κατηρτίσω αἶνον,) non dubito quin mendum sit. legi posset in prima conjugat. ܬܩܢܬ ܬܫܒܘܚܬܐ *parata est laus.* In secunda autem, ܬܩܢܬ ܬܫܒܘܚܬܐ *paravi laudem.* vel ܬܩܢܬ ܬܫܒܘܚܬܐ *parasti, instaurasti, aptasti, firmasti laudem.* id cum Græco convenit, & sic legendum arbitror. Nam & in Psal. 8. verba Hebræa sic vertuntur, ܡܢ ܦܘܡܐ ܕܛܠܝ̈ܐ ܘܕܝܢܩ̈ܐ ܬܩܢܬ ܬܫܒܘܚܬܐ, quæ D. Gabr. Sionita vertit, *ex ore juvenum & puerorum confirmasti gloriam tuam.* Penitius tamen rem consideranti in mentem venit ܬܘܩܢ esse nomen substantivum status constructi, ab absoluto ܬܘܩܢܐ *stabilimentum, instauratio.* quod secundum analogiam Grammatices in constructione facit ܬܘܩܢ, in plur. ܬܘܩܢ̈ܐ, quod apud Ferrarium reperio, & vertitur, *stabilimenta, apparatus, instaurationes.* legiturque Actor. 24. 3. sicut à ܫܘܬܦܬܐ *socia*, construct. ܫܘܬܦܬ, plur. ܫܘܬܦ̈ܬܐ. à ܛܠܝܬܐ *puella*, construct. ܛܠܝܬ, plur. ܛܠܝ̈ܬܐ. sensus ergo verborum erit, *ex ore puerorum & infantium stabilimentum laudis est.* Hic pedem figo, & quod mendum esse dixi, recanto. Arabs habet, من افواه الاطفال والرضعان اعددت تسبيحا, *ex oribus puerorum & lactentium parasti laudem.*

VERS. 16. *Ex ore infantium & lactentium* κατηρτίσω αἶνον *parasti laudem.* Solus Æthiopicus, *parabo laudem.* legit καταρτίσω. perperam. est enim in Hebræo, יִסַּדְתָּ, *fundasti.*

VERS. 17. *Exivit extra urbem* ܠܒܝܬ ܥܢܝܐ *in Bethaniam.* quod quidam vertunt *domum afflictionis.* Hebraicè בֵּית עָנִי. sed vocales minus quadrant. nec dubium est quin formæ sit Syriacæ, non Hebrææ. hinc alii, *domus ovium.* in quibus Drusius in Comment. poster. ad voces N. T. item in parte altera Annot. in N. T. nam צאן & עַנְיָא, inquit, *ovis.* quod merito retractavit in Comment. priore ad voces N. T. ubi tamen dubitat an עַנְיָא in plur. non sit in usu pro *oves.* Respondeo non esse, quia עָנָא, etsi forma sit singulare, significatione tamen est plurale. non enim *ovem* sed *oves* designat. unde apud Syros ܥܢ̈ܐ duo puncta gestat pluralem indicantia, etsi forma sit singularis. rectè ergo in dicto loco vertit *domus* sive *locus afflicti.* rectè, inquam, si usum hujus vocis in Targum spectemus. ibi enim עניא pro Hebræo עני *pauper, afflictus* usurpatur. At si usum Syriacum spectemus, verto *domum occupati*, multis negociis districti. id enim Syris est ܥܢܐ, Emphaticè ܥܢܝܐ in peil primæ Conjugationis. vide 1 Theſſ. 4. 11. & 2 Tim. 2. 16. Ferrarius ܥܢܐ *anxius negociis, occupatus in re quapiam solicitus.* sicut & Hebræis עִנְיָן *occupatio, negocium.* Fuerit ergo Bethania locus in monte Oliveti, ubi ex pressura olivarum maxima erat occupatio.

VERS. 19. Καὶ ἰδὼν συκῆν μίαν. Vulgatus, *Et videns fici arborem unam.* sic Euang. Hebr. עץ תאינה & Arabs, شجرة تين *arborem fici.* at non legerunt μίαν, *unam.*

VERS. 20. Πῶς παραχρῆμα ἐξηράνθη ἡ συκῆ; Vulgatus & Euang. Hebr. omiserunt ἡ συκῆ. Syrus & Arabs habent.

VERS. 41. Κακοὺς κακῶς ἀπολέσει αὐτούς. Sic Vulgatus, Arabs & Euangel. Hebr. legerunt. At Syrus, ܒܝܫܐܝܬ ܒܝܫܐܝܬ ܢܘܒܕ ܐܢܘܢ, *malè malè* (id est, pessimè) *perdet eos.* quasi legisset, κακῶς κακῶς ἀπολέσει αὐτούς. Æthiopicus, *ignominiosè & malè occidet eos.*

VERS. 44. Λικμήσει αὐτόν. Beza, *dissipabit eum.* Syrus ܬܕܪܝܘܗܝ. Tremel. conterendo *disperget eum.* notatur, inquit, dispersio ex attritione. ut quum vasis fictilis allisi ad silicem partes huc & illuc desiliunt. non malè.

 nam

nam & זרה Hebræis non modo dispersionem significat, quæ fit per modum ventilationis, sed etiam quæ fit per modum allisionis & contritionis. ut Zach. 1. 19. אֵלֶּה הַקְּרָנוֹת אֲשֶׁר זֵרוּ אֶת יְהוּדָה, *illa sunt cornua quæ dissiparunt Judam.* cornua illidendo & frangendo dissipant. Idem significat Syris ܕܪܐ. Ferrarius, *dispersit, ventilavit, contrivit.* Non male ergo Vulgatus, λικμήσει αὐτὸν vertit, *conteret eum.* Euang. Hebr. תשבר אותו *confringet eum.* Arabs, يطحنه *commolet eum.*

Cap. XXII.

Vers. 5. *Et abierunt alii* ܠܩܘܪܝܬܗ. Tremel. & Boder. *in villam suam.* ܩܘܪܝܬܐ, plur. ܩܘܪܝܐ tria significat. *agrum, pagum, oppidum.* quorum prius est hujus loci. verto ergo *in agrum suum.* In Græco est, ἀπῆλθον, ὁ μὲν εἰς τὸν ἴδιον ἀγρόν. Vulgatus, *alius in villam suam.* non malè correxit id Erasmus, quia villa est domus in agro. Euang. tamen Hebræum quoque habet אל כפרו, quod Munsterus vertit, *in villam suam.* כְּפָר & כֹּפֶר à Lexicographis solet exponi *villa, pagus.* Arabs recte الى حقله *in agrum suum.*

Vers. 6. Οἱ δὲ λοιποὶ, κρατήσαντες τοὺς δούλους αὐτοῦ, ὕβρισαν καὶ ἀπέκτειναν. Æthiopicus, *& qui restabant, prehenderunt servos ejus, & occiderunt eos. & eum etiam spreverunt.* transposuit ὕβρισαν, & ad Dominum retulit, quum manifestum sit ad servos referri, consentientibus etiam reliquis interpretibus.

Vers. 10. *Et egressi servi* ἐκεῖνοι, *illi.* sic quoque Syrus & Arabs. at Euang. Hebræum cum Vulgato עבדיו, *servi ejus.*

Vers. 13. ἄρατε αὐτὸν, καὶ ἐκβάλετε εἰς τὸ σκότος; &c. Vetus Interpres non legit ἄρατε αὐτόν. reperimus tamen, inquit Cl. Beza, in omnibus vet. codicibus, atque etiam apud Theophylactum Romanum. Addo, non reperiri tamen apud Syrum, Arabem & authorem Euang. Hebræi qui etiam pro ἐκβάλετε αὐτὸν, habet שלחוהו *mittite eum.* sicut & Vetus Interpres.

Vers. 16. *Et mittunt ad eum discipulos suos* μετὰ τῶν Ἡρωδιανῶν. De Herodianis videatur doctiss. Comment. Cl. Bezæ in hunc locum. ubi recte annotat & laudat nostrum qui vertit ܒܢܝ ܒܝܬܗ ܕܗܪܘܕܣ *domesticos Herodis.* addo, in Euang. Hebræo vocari עבדי הורודוס *servi Herodis.* sed miror versionem Arabis, quæ habet وارسلوا اليه تلاميذهم الهيرودسيين, *Et miserunt ad eos discipulos suos Herodianos.* quasi ipsi Herodiani Pharisæorum discipuli fuerint. Ita sane habet editio Erpeniana. nec interea hujus loci mentio fit. mendum tamen hic latere, apparet ex editione Romana, ubi legitur, والهيرودسيين *& Herodianos*, quod idem est ac, *discipulos suos cum Herodianis.*

Vers. 16. Μετὰ τῶν Ἡρωδιανῶν. Æthiopicus, *cum hominibus Herodis.*

Vers. 20. Καὶ λέγει αὐτοῖς. *Et dicit illis.* Syrus, Vulgatus & Arabs addunt *Jesus.* Euang. Hebræum non addit.

Vers. 21. ܗܒܘ ܗܟܝܠ ܕܩܣܪ ܠܩܣܪ ܘܕܐܠܗܐ ܠܐܠܗܐ. Tremel. & Boder. *date igitur quæ Cæsaris sunt Cæsari, & quæ Dei Deo.* ܕ habuerunt pro pronomine relativo, & verbum substantivum subaudiverunt. mihi ܕ est nota genitivi, & non verbum substantivum, sed nomen ܨܒܘܬܐ, *res* subaudio. ut ad verbum sit, *date igitur Cæsaris Cæsari, & Dei Deo.* id est, res Cæsaris & res Dei. phrasim tantum Syriacam notamus. de qua plura diximus ad cap. 13. v. 21. nam *quæ sunt Cæsaris*, ܕܩܣܪ diceretur, & *quæ sunt Dei* ܕܐܠܗܐ cum duplici ܕ, ubi prius est pronomen, alterum nota genitivi casus.

Vers. 23. *In illo die accesserunt ad eum Sadducæi*, ܘܐܡܪܝܢ ܠܗ. ܠܝܬ ܚܝܬ ܡܝܬܐ, *& dicunt ei, non est resurrectio mortuorum.* Parum abfuit, quin mendum hîc statueret Tremellius, & substitueret, ܕܐܡܪܝܢ ܕܠܝܬ ܚܝܬ ܡܝܬܐ, *qui dicunt, non esse resurrectionem (vivificationem) mortuorum.* sicut in Græco est, οἱ λέγοντες μὴ εἶναι ἀνάστασιν Idem quoque tantopere Junium offendit, ut simplicissimum fore arbitraretur, si pronomen לה acceperimus pro לנפשה, id est, sibi ipsi, apud se & cum animo suo. Etenim, inquit, fieri non potest, ut qui de resurgentium conditione quæsituri erant, tam intempestive resurrectionem negarent futuram esse. At inquam, fieri non potest, ut ad plurale אמרין referatur eo sensu affixum singulare לה, sed dicendum fuerat להון, & hoc accipiendum pro לנפשהון. nihil autem hîc est quod me offendat. quum enim Saddu-

cæo-

cæorum secta notissima esset, eorumque hæresis pervulgata, non erat cur mentem Salvatori nostro dissimularent, & non apertè dicerent, Hæc est, Magister, sententia nostra, non dari resurrectionem, idque ex jure fratriarum fortissimo argumento probamus, tu si potes expedi. Arabs tamen κατὰ πόδα secutus est textum Græcum, ut & Euang. Hebræum. videtur Syrus pro οἱ λέγοντες legisse simpliciter λέγοντες. tum enim sensus est, accessisse eos ad Christum, dicentes, id est, palam profitentes, non dari resurrectionem mortuorum.

Vers. 23. *Qui dicunt non esse resurrectionem.* Æthiopicus, *dicentes, non est resurrectio mortuorum.* planè ut Syrus. de quo vide in Commentario nostro.

Vers. 24. *Si moriatur quia,* [illegible] *non habens filios.* rectè τέκνα vertit *filios.* ut & hoc loco Beza, qui aliâs, nimis sæpe curiosè, vertere solet *liberos.* Vulgatus *filium,* ut & Euang. Hebr. ובן אין לו. Arabs ولد *natus.* quin & vers. sequ. ἢ μὴ ἔχων σπέρμα, Syrus vertit, [illegible], *& quia non erant ipsi filii.* qui enim solas filias habebant, semen habere non censebantur, quia in filiis semen propagatur.

Vers. 26. Ἕως τῆς ἑπτά. Æthiopicus, *& usque dum completi fuerunt.* Sensus idem est. quum enim fratres tantum essent septem, in septimo completus erat numerus. Improbanda tamen versio, quæ à verbis recedere non debebat.

Vers. 31. Οὐκ ἀνέγνωτε τὸ ῥηθὲν ὑμῖν ὑπὸ τοῦ θεοῦ, λέγοντος. sic Syrus, & Arabs. At Vulgatus & Euang. Hebr. illud ὑμῖν ponunt post λέγοντος.

Vers. 32. οὐκ ἔστιν ὁ θεὸς θεὸς νεκρῶν, ἀλλὰ ζώντων. sic Arabs. At Syrus prius ὁ θεὸς non habet. ut nec Vulgatus, *Non est Deus mortuorum, sed viventium.* Euang. Hebræum similiter.

Vers. 34. Συνήχθησαν ἐπὶ τὸ αὐτό. Conveniunt in hac lectione omnes interpretes, præter Æthiopicum, qui habet, *congregati sunt ad eum.* quasi legisset ἐπ' αὐτόν.

Vers. 35. Νομικός. Syrus, [illegible] *peritus legis.* Beza, *Interpres legis.* Vulgatus, *doctor legis,* sicut Euangel. Hebr. מלמד התורה. Arabs, كاتب *scriba.* nam idem hic Marc. 12. 28. dicitur fuisse εἷς τῶν γραμματέων. An itidem ergo νομικοὶ & γραμματεῖς? Distinguendum inter γραμματεῖς τοῦ νόμου & γραμματεῖς τοῦ λαοῦ. Scribarum legalium ordo fuit, qui legem populo legebant in templo & Synagogis, eamque interpretabantur. qualis scriba fuit Esdras. hi νομικοὶ & νομοδιδάσκαλοι, tum ob peritiam legis, tum quia eam docebant, dicebantur. At Scribæ populi, erant Actuarii publici quorum sæpe fit mentio in Euangelio. Dicitur autem hic legisperitus interrogasse, πειράζων αὐτόν, καὶ λέγων. Syrus & Vulgatus omittunt καὶ λέγων. Arabs & Euang. Hebr. habent.

Vers. 35. Νομικός. Æthiopicus, *Scriba civitatis.* Cur *Scriba* verterit cum Arabe, vide in Commentario nostro. Sed cur addiderit *civitatis,* non video. nisi voluerit, fuisse non ex vulgaribus Scribis, sed ex præcipuis, qui Hierosolymis degerent. Id tamen Græcorum exemplarium, aliorumque interpretum fide destituitur.

Vers. 37. [illegible] *& ex omni virtute tua.* Græcus tantum meminit καρδίας, ψυχῆς & διανοίας. ut & Vulgatus & Arabs. Syrus quartum addidit, ἰσχύν. quod Marcus quoque & Lucas faciunt. apud Mosem Deut. 6. 5. tres tantum commemorantur, לבב נפש מאד, id est, καρδία, ψυχή, & ἰσχὺς seu δύναμις. quod hoc loco sequitur Euang. Hebræum.

Vers. 37. Æthiopicus quoque cum Syro addidit, *& in omni virtute tua.*

Vers. 40. *Ab istis duobus mandatis* ὅλος ὁ νόμος καὶ οἱ Προφῆται κρέμανται, *tota lex & prophetæ pendent.* sic & Arabs. At Vulgatus mutavit constructionem, *universa lex pendet & Prophetæ.* sic quoque Euangelium Hebræum, & Syrus. qui porro etiam omittit ὅλος. Quid autem hîc sibi vult κρέμανται? suspicatur Cl. Beza, respici ad טוטפות, quæ appendi jusserat Dominus, ut legis μνημόσυνα. Casaubonus merum potius Λατινισμὸν in ea voce inesse putat, sine ulla allusione ad τὰ φυλακτήρια. Ego Hebraismum potius ibi deprehendo. non enim dixit, ἐκ τούτων, vel ἀπὸ τούτων δύο ἐντολῶν κρέμανται, ut Latini, *ex* vel *ab istis duobus mandatis pendent,* sed, ἐν ταύταις *&c.* sicut Euang. Hebr. באלה השתי מצות תלויה כל התורה. Et Syrus [illegible]. sic enim Hebr. תלה cum ב *in,* & cum על *super* construitur. Metaphora mihi desumpta videtur à rebus suspensis, quæ quamdiu non demuntur, hærent in ea re cui appensæ sunt,

ſunt, ibique firmitatem & conſiſtentiam ſuam habent. Metaphoram eam habes Eſa. 22. v. 24. *figam eum tanquam paxillum in loco firmo,* וְתָלוּ עָלָיו כֹּל כְּבוֹד בֵּית אָבִיו *& ſuſpendent de eo omnem gloriam domus patris ejus.* id eſt, ibi volent omnem domus paternæ gloriam firmam ac fixam eſſe. ſic hoc loco: In duobus iſtis mandatis tota lex & Prophetæ firmitatem & conſiſtentiam habent, iis appenſi ſunt, & in iis hærent, ut nunquam inde divellantur.

Vers. 43. Æthiopicus, *Quomodo ergo ipſe David per Spiritum ſanctum,* (ſupple ait) *Dixit Dominus Domino meo* &c. omittuntur quæ in Græco ſunt, κύριον αὐτὸν καλεῖ, λέγων. fortaſſis mendo typographico. etſi ſenſus per *ait* ſuppleri poſſit, ut fecimus.

Cap. XXIII.

Vers. 3. Πάντα οὖν ὅσα ἂν εἴπωσιν ὑμῖν τηρεῖν, τηρεῖτε. Deerat, inquit Beza, τηρεῖν in uno vetere exemplari. nec Vulgatus id legit, nec Euang. Hebr. nec Arabs. Syrus legit.

Vers. 4. Δεσμεύουσι γάρ. ſic quoque Vulgatus legit. In uno exemplari, inquit Beza, erat δεσμεύουσι δέ. Syrus ܘܐܣܪܝܢ *& ligant.* ſic & Euang. Hebræum. Arabs nullam particulam habet.

Vers. 5. Τὰ φυλακτήρια, Syrus vertit ܛܦܠܝܢ. Rabbinorum תְּפִלִּין ſunt, quæ eruerunt ex loco Deut. 6. Erunt verba hæc quæ ego præcipio tibi hodie, in corde tuo: Et repetes ea filiis tuis, & loqueris de eis quando ſedebis in domo tua, & quando ambulabis per viam, & quando jacebis in lecto, & quando ſurges: ligabiſque ea in ſignum in manu tua, & erunt in frontalia inter oculos tuos. hinc duo fecerunt tephilin genera, תפלין של יד & תפלין של ראש, quæ Moſes טֹטָפוֹת dixit, ut & hoc loco Euang. Hebræum. quæ rectè φυλακτήρια Græcis dicta ſunt ab uſu, quia de obſervandis præceptis Dei admonebant, ut ex Moſis loco liquet, vel quia pro amuletis ea habebant, quæ πρὸς τὸ φυλάττειν αὐτοὺς, *ad conſervandos eos.* magnam vim habere ſuperſtitioſe opinabantur. Itaque neſcio an rectè deducantur תפלין ab Hebr. תְּפִלָּה *precatio,* & ת ſtatuatur נוֹסֶפֶת à radice פלל, ut vult Elias in Thisbi, & an recte reprehendat Baal Aruch, qui ת voluit eſſe radicale, & deduxit à verbo תְּפַל quod, teſte Scindlero, Chaldæis eſt *conjungere,* unde תְּפִלִּין, ut idem vertit, *appendices.* aſſentitur & Boder. in Lex. ubi ex Pſal. 90. in Midras citat תפל pro *conjunxit, connexuit.* Qui plura de his vult, videat eruditiſſimam diſſertationem Nicol. Fulleri in Miſcell. ſacris l. 5. cap. 7. Ferrarius, ܛܦܠܝܢ *fimbria, lamina ſummi Sacerdotis.* neſcio an rectè. nam Syrus hoc loco non vocat ܛܦܠܝܢ quæ Matthæus dixit κράσπεδα. neque Chaldæus ציצת vertit תפלא, ſed adhibet eam vocem pro טֹטָפֹת, quæ non erat fimbria. laminam autem Sacerdotis, quæ à Moſe צִיץ vocatur, Onkelus ציצא vocat. an Syrus ܛܦܠܝܢ vocaverit, ſcire aveo.

Porro altera vox qua hîc Syrus vertit τὰ κράσπεδα, deſumpta eſt ex Num. 15. 38. vertit enim ܬܟܠܬܐ, ab Hebræo תְּכֵלֶת. quamvis enim τὸ צִיצִת Septuaginta verterint κράσπεδα, (nam pro וְעָשׂוּ לָהֶם צִיצִת, Septuag. καὶ ποιησάτωσαν ἑαυτοῖς κράσπεδα) tamen quia Deus juſſerat, ut עַל צִיצִת הַכָּנָף, *ſuper fimbriam oræ,* aſſuerent פְּתִיל תְּכֵלֶת *filum contortum hyacinthinum,* Syrus ipſa κράσπεδα vocavit תְּכֵלְתָּא, quaſi *hyacinthina.* Ferrarius ܬܟܠܬܐ hyacinthus, i. pannus hyacinthinus; lana ſanguine muricis infecta: Exod. 25. 5. Item ipſe color hyacinthinus. ſignificat quoque fimbriam Matth. 23. 5. hæc ille. Quid autem תְּכֵלֶת fuerit, non ſatis conſtat. Hebræi ſic deſcribunt, צמר צבוע בדם חלזון וצבעו ירוק, id eſt, *lana tincta ſanguine vermiculi Halazon, & tinctura ejus viridis eſt.* Rabb. D. Kimch. in lib. Rad. ſic. habet, הוא העין שקורין לו בלעז בלב והוא צבוע בדם חלזון עם סמנים ידועים: id eſt, *color eſt quem vulgo vocant flavum, eſtque tinctus ſanguine vermiculi Halazon cum ſignis notis.* Quid autem fuerit חלזון, quodammodo explicat David de Pomis in Lexico. eſt, inquit, תולעת שחור שאוכל העשבים והאילנות, *vermis niger, qui abſumit herbas & arbores.* Judæi noſtrates, inquit Fag. ad 25. Exod. תְּכֵלֶת vulgo lanam flavam, id eſt, quæ cæruleum habet colorem, exponunt. Et illorum ſententiam non nihil confirmare videtur, quod Num. 15. capit. præcepit Dominus filiis Iſraël ut vittam hyacinthinam ponerent in fimbriis veſtimentorum, ut per eam admonerentur præceptorum Dei, idque,

que, inquiunt, colore cæruleo seu aëreo quem habebat, quo admoneri debebant, cælitus ea præcepto delapsa esse. hæc ille. Euangelium Hebræum κεράσπεδα, vertit כנפות. Moses tamen distinguit. nam צִיצִת, quæ Lxx. κεράσπεδα, jubet fieri עַל כַּנְפֵי בִגְדֵיהֶם, ἐπὶ τὰ πτερύγια τῶν ἱματίων.

VERS. 7. Καὶ τοὺς ἀσπασμοὺς ἐν ταῖς ἀγοραῖς. Pro eo est in Euang. Hebr. ופרסות בשוק, quod Munsterus vertit, *Et salutationes in foro*. nunquam id antehac eo sensu legeram. inquirentem docuit David de Pomis, verbum פרס inter alia etiam significare ברך *benedixit*. ברכה autem *benedictio*, sæpe Hebræis venit pro salutatione. proprie tamen פרס est *expandit*. inde fortasse ad eam manuum expansionem transfertur, quæ fit in mutuis complexibus, quod ἀσπάζεσθαι Græci dicunt. & quia ejusmodi complexibus amici in se incidentes alii alios salutabant, hinc & pro *salutare* accipitur. Nec dubito, quin, φιλοῦσι τοὺς ἀσπασμοὺς ἐν ταῖς ἀγοραῖς, sensus sit, *amant complexus in foro*, nihil gratius ipsis contingere potest, quam ut quivis in foro in ipsos incidens expansis manibus eos amplectatur, atque ejusmodi amicitiæ honorisque signis veneretur. Sequitur, volunt vocari ab hominibus ῥαββί, Syr. ܪܒܝ. Elias in Thisbi, distinguens inter רַב, quem ait esse Magistrum è Babylonia, & רַבִּי, quem ait esse Magistrum è terra Israël, addit, י in רַבִּי esse נוֹסֶפֶת additititum, in רַבִּי autem esse כִּנּוּי affixum. videtur tamen & in רַבִּי esse simpliciter additititum. Nam Joan. 1. 38. duo discipuli Joannis alloquentes Christum, dicunt ῥαββί. & addit Joannes, ὃ λέγεται ἑρμηνευόμενον διδάσκαλε, non διδάσκαλέ μου. alioqui si pronomen exprimere voluissent, dicendum fuerat רַבִּי, aut Syriacè רַבָּן, quomodo & interpres Syrus locum eum vertit. Adde quod passim ubi Syrus exprimit vocem ῥαββί, scripsit ܪܒܝ expressa vocali ܼ ante Jod, quam exprimere & pronunciare non solent, ubi Jod affixum est. Existimo tamen רַבִּי proprie significare *magistrum meum*, sicut רַבָּן vel רַבָּנָא *magistrum nostrum*. sed postquam istis affixis cæperunt distingui gradus magistrorum, intercidisse vim affixorum. sic enim Rabbini, גָּדוֹל מֵרַב רַבִּי וְגָדוֹל מֵרַבִּי רַבָּן וְגָדוֹל מֵרַבָּן שְׁמוֹ. minimus ergo dicebatur רַב. major eo רַבִּי. & hoc major רַבָּן. at longe maximus qui solo suo nomine nuncupabatur. Quin & in Euang. Hebr. ipsum רַבִּי affixum recipit. dicitur enim vers. seq. אחד הוא רביכם *unus est Rabbi vester*. ubi Jod affixi rationem habere nequit. Porro in Græco duplicatur ῥαββί, ῥαββί. nec aliter videntur legisse omnia exemplaria, quibus usus est Beza. Vulgatus tamen, Syrus, Arabs, & Euang. Hebr. à repetitione abstinent.

VERS. 7. Ῥαββί, ῥαββί. Æthiopicus quoque semel tantum, *Rabbi*.

VERS. 8. Εἷς γάρ ἐστιν ὑμῶν ὁ καθηγητής, ὁ Χριστός. Duo Bezæ exemplaria non legebant ὁ Χριστός. Similiter Vulgatus, Syrus & Æthiopicus non legerunt. Arabs & Euangel. Hebræum legerunt.

VERS. 9. Καὶ πατέρα μὴ καλέσητε ὑμῶν ἐπὶ τῆς γῆς. In omnibus Ms. codicibus, item Complutensi editione, & Theophylacto Romano, legi ὑμῶν, tradit Cl. Beza. adeoque vertit, *Et patrem vestrum neminem vocetis*. Vulgatus, tamen, *Et patrem nolite vocare vobis*. legit ὑμῖν, ut & Syrus, Arabs, & Euang. Hebræum. unum excipit Beza vetustum exemplar, in quo neutrum legebatur. Addit, in uno exemplari, quæ præcedenti versu leguntur, πάντες δὲ ὑμεῖς ἀδελφοί ἐστε, in finem hujus versus fuisse translata. Sed Syrus, Arabs, & Euang. Hebr. cum vulgata lectione consentiunt.

VERS. 10. Καθηγητὴς ὑμῶν. Beza, *doctor vester*, sicut Euang. Hebr. מלמדכם. Vulgatus, *magister vester*. Syrus ܡܕܒܪܢܟܘܢ, ut & Arabs, مدبركم *ductor vester*. puto esse Hebræorum נָגִיד, quod non tantum de præfectis politicis, sed & de Ecclesiasticis dicitur. ut 2 Paral. 31. 13. Azarias vocatur נְגִיד בֵּית יְהוָה *antistes domus Domini*. vide & Jer. 20. 1. peculiariter autem Christus dicitur נָגִיד *antecessor, antistes, dux*, Esa. 55. 4. Dan. 9. 25. Itaque recte hoc loco ait, Unus est vester נָגִיד καθηγητής. Eadem autem verba fuerunt supra vers. 8. ubi καθηγητής idem quod antecedens ῥαββί. annotavit tamen Beza, in duobus codicibus ibi legi διδάσκαλος, & fortasse, inquit, rectius, ne postea videatur eadem inculcare. Sane & Arabs ibi habet معلم, id est, ὁ διδάσκαλος ὑμῶν.

VERS. 14. Καὶ προφάσει μακρὰ προσευχόμενοι. Beza, *idque in speciem utentes longis precibus*. Consentiunt Syrus & Arabs. nisi quod καὶ non legerint. Vulgatus, *Orationes longas orantes*. nec καὶ legit, nec προφάσει, prorsus ut Euang. Hebræum, כדי להתפלל תפילות ארוכות, *precando precationes longas*, προσευχὰς μακρὰς προσευχόμενοι.

σέλχόμενοι. ſed obſervandum eſt, inquit Beza, totum hunc verſiculum 14. nec Origenem, nec Euſebium, ut ex ejus canonibus apparet, legiſſe, quem etiam non habet meus ille vetuſtiſſimus codex, ut videri poſſit ex Marco & Luca huc tranſlatus, quum in nonnullis etiam Latinis codicibus veteribus deſit, niſi repugnaret diverſa conſtructio. Syrus autem interpres hunc quidem habet, ſed proximè præcedenti præpoſitum, quo etiam ordine legit & interpretatur Chryſoſtomus. Hæc ille. Addo, eodem ordine legiſſe Arabem, ſic nempe, ut verſum 13. ibi faciat. Euangelium vero Hebræum, eo ordine quem Vulgata lectio præ ſe fert.

V ERS. 15. Ποιῆσαι ἕνα προσήλυτον. καὶ ὅταν γένηται, ποιεῖτε αὐτὸν υἱὸν γεέννης διπλότερον ὑμῶν. Æthiopicus, *Ut baptizetis unum peregrinum. & quum baptizatus eſt, aptatis eum altero magis quam vos gehennæ.* Reſpexit antiquum Judæorum ritum. quo proſelyti fiebant. nemo enim abſque baptiſmo in fœdus recipiebatur. Unde in Talmud, in tractatu Repudii dicitur, ישראל לא באו לברית אלא בשלשה דברים במילה וטבילה והרצייה הקרבן אף הגרים כיוצא בהם: *Iſraëlitæ non ingrediuntur in fœdus, niſi tribus rebus: circumciſione, & baptiſmo & placamento oblationis. Etiam proſelyti ſimiliter.* Sic de Jethro Moſis ſocero ſcribunt, נתגייר במילה וטבילה במיים, *proſelytus factus eſt circumciſione & immerſione in aquam.* Erat autem ea baptiſmi hujus ratio, ut in aqua ſederent ad cervicem uſque: interimque præcepta aliquot legis tum difficilia tum facilia diſcerent.

V ERS. 19. Μωροὶ καὶ τυφλοί. Conſentiunt Syrus & Arabs. At Vulgatus & Euang. Hebr. tantum legerunt τυφλοὶ, *cæci.* atque ita in tribus ſe legiſſe exemplaribus, teſtatur Beza.

V ERS. 23. *Decimatis* τὸ ἡδύοσμον, *mentham.* Latinam vocem adhibuit Euang. Hebr. מנתא. Syrus ܢܢܥܐ נַנְעָא. unde mutato ע in י, in Talmud eſt נניא, & exponitur מינתא, teſte Aruch. Arabs النعناع אלנענאע, quod non niſi geminato Ain a Syro differt. Additur καὶ τὸ ἄνηθον, *anethum.* Syrus ܫܒܬܐ. Arabs eadem voce والشبث. quod procul dubio anethum denotare, affirmavit nobis Cl. Golius, quem, ubi in Arabicis hæremus, tanquam Apollinis oraculum adire ſolemus. Euang. Hebr. vertit פיגם. cum quo Lexicographi non ſentiunt. Scindlerus פֵּיגָם *ruta.* David de Pomis, והוא שם עשב הנקרא רוטא, *eſt nomen herbæ quæ dicitur ruta.* non longe abit à Græco πήγανον, quod פִּיגְנָא Syri dicunt. non eſt ergo *anethum.*

V ERS. 24. Κώνωπα. pro eo Euangelium Hebr. utriuſque editionis habet יתוש: quod quid ſit, ipſe Elias in Thisbi ambigit. ait quoſdam velle idem eſſe quod זבוב, *muſca.* atque ita interpretantur illud, quod ad Dan. 8. 28. *& abſque manu frangetur*, narrant Judæi, de Tito id eſſe intelligendum, שנכנס יתוש במוחו *in cujus cerebrum intravit muſca.* in Baal Aruch tamen doceri ait, eſſe רחש שגדל במיים *reptile quod creſcit in aquis.* quod hiſtoriæ de Tito malè convenire, benè obſervavit Elias. Eſt itaque fortaſſis neque *muſca*, neque *reptile*, ſed quod voluit autor Euangelii Hebr., *culex* qui Syris dicitur ܒܩܐ. Arabibus, بعوضة, Æthiopibus, צנות.

V ERS. 25. ܡܕܟܝܢ ܐܢܬܘܢ ܠܒܪܗ ܕܟܣܐ ܘܕܦܘܬܢܩܐ. Tremel. *Mundatis quod exterius eſt poculi, quæ ſunt anſæ.* Boder. in Reg. & Pariſ. *emundatis exteriorem partem calicis & quæ ſunt anſæ.* Neſcio quid hic in Syro viderint, cur ܘܕܦܘܬܢܩܐ verterint *quæ ſunt anſæ.* quum ſequenti verſ. ܠܓܘܗ ܕܟܣܐ ܘܕܦܘܬܢܩܐ, Tremel. verterit, *interius poculi & patinæ.* Boder. *quod eſt intra calicem & paropſidem.* rectè. nam & Ferrarius teſtatur ſignificare *patinam, paropſidem.* ſed ſcribit ܦܘܬܢܩܐ, ut & Lex. Syr. Arab. ubi dicitur idem eſſe quod ܣܩܘܪܘܓܐ, Arabicè السكرجه, quod Raphelengius vertit *paropſis*, ſed ſcribit شكرجة. dubito an rectè. quum & noſter interpretes Arabs τοῦ ποτηρίου καὶ τῆς παροψίδος, quod Syrus vertit ܕܟܣܐ ܘܕܦܘܬܢܩܐ, tranſtulerit الكلس والسكرجه, per س, non per ش.

V ERS. 27. ܕܕܡܝܢ ܐܢܬܘܢ ܠܩܒܪܐ ܡܟܠܫܐ. Ferrarius ܟܠܫ *tectorium calce induxit, dealbavit tectoria calce.* Inde in Lex. Syr. Arab. nomen ܟܠܫܐ quod Arabicè exponit الكلس وهو النورة *calx, eſtque cæmentum.* ſic & hunc noſtrum locum Arabs

rabs eadem voce interpretatur qua Syrus, الكلسة لانكم تشبهون القبور, *quia vos ſimiles eſtis ſepulchris dealbatis.* Unde ſimul conſtat, rectè ſcribi מכלשא per כ. neque id eſſe ex lapſu librariorum, quod ſuſpicabatur Tremellius, quia in Talmud ſcribatur קלש per ק, ut ex Aruch apparet.

Vers. 29. Καὶ κοσμεῖτε τὰ μνημεῖα τῶν δικαίων. Æthiopicus, *& ornatis memoriam juſtorum.* quaſi τὴν μνήμην.

Vers. 34. *Ecce ego mitto ad vos Prophetas & Sapientes* &c. Solus Æthiopicus interjecit, *& Apoſtolos.*

Vers. 35. Ut veniat ſuper vos πᾶν αἷμα δίκαιον, *Omnis ſanguis juſtus.* Sic quoque Vulg. Et Euang. Hebr. At Syrus & Arabs *juſtorum.* Ἕως τοῦ αἵματος Ζαχαρίου υἱοῦ Βαραχίου. Conveniunt in hac viri denominatione Syrus Interpres & Arabs. ut & Euang. Hebr. ubi vocatur בן ברכיה. Rejiciuntur autem merito qui ex veteribus Interpretibus ad Zachariam patrem Joannis Baptiſtæ hanc hiſtoriam retulerunt. Doctiſſimi quique referunt ad Zachariam filium Jojadæ, de cujus cæde hiſtoria exſtat 2 Par. 24. 20. voluntque Jojadam fuiſſe binominem, aliter dictum Barachiam. vide de hac re diſſertationem Salomonis Glaſſii, Philologiæ ſacræ lib. 1. pag. 109. & ſeq. ubi etiam τριώνυμον fuiſſe vult hunc Jojadam, atque Iddonem quoque dictum. refert enim eo illuſtrem locum in Targum Threnorum Jer. 2. v. 20. ubi ad verba Prophetæ, אִם יֵהָרֵג בְּמִקְדַּשׁ אֲדֹנָי כֹּהֵן וְנָבִיא, ſic commentatur, כמא דקטלתון ית זכריה בר עדו כהנא רבא ונביא מהימן בבית מוקדשא דיי ביומא דכפוריא על דאוכח יתכון דלא תעבדון דביש קדם יי. Id eſt, *ſicut occidiſtis Zachariam filium Iddo, Sacerdotem magnum & Prophetam fidelem, in domo ſanctuarii Domini, in die propitiationum, quia arguebat vos ne faceretis malum coram Domino.* Mirum eſt Matthæum pariter & Chaldæum ita accedere ad Zachariam iſtum, qui Prophetarum minorum undecimus fuit, qui זְכַרְיָה בֶּן־בֶּרֶכְיָה בֶּן עִדּוֹ dicitur. Matthæus enim patrem ejus, Chaldæus avum nominat. nec obſtaret Hebraiſmus, quo minus apud Chaldæum בר עדו verteretur *nepos Iddonis,* ut pariter Matthæi & Chaldæi hiſtoria referretur ad eum quem dicimus Prophetam ſed in Chaldæo duo obſtant. Primum, quod Zacharias Malachiæ collega poſt Hieremiam vixerit, itaque quum threnos Jeremias ſcriberet, occiſus jam dici non potuerit. Alterum, quod ille זכריה בר עדו dicatur fuiſſe כהנא רבא *Sacerdos magnus,* quod noſtro Zachariæ tribui non poteſt, cujus tempore Joſua filius Joſedec ſacerdotio fungebatur. Itaque non illubenter cum Cl. Glaſſio ſentimus, eundem eſſe cujus cædes 2 Paral. 24. deſcribitur, quem & Prophetam & Sacerdotem magnum fuiſſe conſtat, quia Jojadæ Sacerdotis magni fuit filius. Nobiliſ. ac doctiſ. vir Conſtantinus l'Empereur in tractatu Middoth, pag. 80. vult per anticipationem hanc hiſtoriam narrari, atque aoriſtum ἐφονεύσατε poſitum pro futuro, reſpicique quod narrat Joſephus lib. 4. de bel. Jud. cap. 19. Zachariam filium Baruchi non diu ante urbis excidium interfectum fuiſſe in medio templo. Videant eruditi an Joſephi Βαρούχος, quod idem procul dubio nomen cum בָּרוּךְ Hieremiæ, ſit idem qui Matthæi Βεϱεχίας, qui Hebraicè בֶּרֶכְיָה dicitur. Ait Joſephus, fuiſſe iſtum Baruchi filium πλούσιον καὶ τινὰ τῶν ἐπιφανεστάτων, *divitem & ex illuſtriſſimis.* item μισοπόνηρον καὶ φιλελεύθερον, *malorum oſorem, libertatis vero ſtudioſſimum.*

Vers. 35. *Inter templum & altare.* Æthiopicus, *in medio domus ſanctuarii.* Explicare voluit, quid ſit μεταξὺ τοῦ ναοῦ καὶ τοῦ θυσιαστηρίου. Ναὸς quidem interdum generaliter uſurpatur de univerſo templo, etiam de extremis ejus partibus. ut Matth. 27. 5. Propriè tamen inter ἱερὸν & ναὸν id diſcriminis eſt, quod ἱερὸν dictum fuerit anterius templi ſpatium, diſtinguebaturque in ἱερὸν πρῶτον, ubi erant לשכות, *conclavia,* & δεύτερον, ubi erant עזרות, *atria,* una cum מזבח העולות, *altari holocauſtorum.* Ναὸς autem, qui היכל Hebræis, propriè denotaverit medium templi ſpatium, ubi מזבח הקטרת, *altare ſuffitus,* inter atria & ſanctum ſanctorum. Unde colligi poteſt, quum Zacharias dicitur occiſus μεταξὺ τοῦ ναοῦ καὶ τοῦ θυσιαστηρίου, non intelligi altare ſuffitus, quippe quod in ipſo ναῷ fuerit, ſed altare holocauſtorum, quod erat ἐν τῷ ἱερῷ, in atrio ſacerdotum, prope velum τοῦ ναοῦ. Atque ita Zacharias occiſus inter altare holocauſtorum, & velum τοῦ ναοῦ, non malè dicitur ab Æthiopico occiſus in medio domus ſanctuarii.

Vers. 37. *Sicut colligit gallina pullos ſuos* ܬܚܝܬ ܓܦܗ̇, Tremel. & Boder. *ſub alas ſuas.* verte, *ſub ala ſua.* eſt enim ſiugulare, niſi fortaſſe collective ſumamus. Arabs in duali, تحت جناحيها *ſub duabus alis ſuis.* Καὶ οὐκ ἠθελήσατε, *& noluiſtis.* Conveniunt Syrus & Arabs: Nec obſervavit Beza ullam diſſenſionem. Vulgatus tamen in ſingulari habet, *& noluiſti.*

ut & Euang. Hebr. ואת מאנת *& tu renuisti.* Chrysostomus legit in plurali.

VERS. 37. Καὶ οὐκ ἠθελήσατε. Sic quoque legit Æthiopicus, in plurali.

CAP. XXIV.

VERS. 1. Καὶ ἐξελθὼν ὁ Ἰησοῦς ἐπορεύετο ἀπὸ τοῦ ἱεροῦ. sic legit Euang. Hebr. habet enim, ויצא ישוע וילך מן ההיכל, *& exivit Jesus, & ivit è templo.* Quoddam exemplar, inquit Beza, legit, καὶ ἐξελθὼν ὁ Ἰησοῦς ἀπὸ τοῦ ἱεροῦ, ἐπορεύετο. Sic Vulgatus, *Et egressus Jesus de templo, ibat.* quam lectionem, utpote melius convenientem, Beza quoque sequitur. nec multum ab ea differt Syrus, ܘܢܦܩ ܝܫܘܥ ܡܢ ܗܝܟܠܐ ܠܡܐܙܠ, *& exivit Jesus è templo ad abeundum.* Arabs prorsus omisit ἐπορεύετο. vertit enim ثم خرج يشوع من الهيكل τότε ἐξῆλθεν ὁ Ἰησοῦς ἀπὸ τοῦ ἱεροῦ.

VERS. 2. Ὁ δὲ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτοῖς, οὐ βλέπετε ταῦτα πάντα; Syrus per omnia convenit. At Vulgatus, primo pro *Jesus autem dixit illis*, habet, *Ipse autem respondens dixit illis*, Ὁ δὲ ἀποκριθεὶς εἶπεν αὐτοῖς. sicut in duobus vetustis codicibus legi ait Clar. Beza. sic Arabs, فاجاب فقال لهم, *& respondit & dixit illis.* Euang. Hebr. והוא ענה להם לאמור, *& ipse respondit ipsis dicendo.* Deinde, pro *nonne videtis?* Vulgatus, *videtis?* omissa particula negativa, quam in quinque vetustis codicibus deesse testatur Cl. Beza. deest quoque in Arabe & Euang. Hebræo. auferri eam vult doctiss. Casaubonus, quia locum hîc habere non possit. Fateor abesse posse. sed locum habere non posse nego. Quidni enim rectum sensum habeat, *Nonne res ita se habet, vos jam hæc omnia videre?* quæ negativa interrogatio ex more Hebræorum valet affirmationem: Certè vos jam quidem hæc omnia videtis, sed non semper videbitis. Futurum est enim ut ne lapis quidem relinquatur super lapidem, qui non destruatur.

VERS. 6. *Audituri estis autem* ܩܪ̈ܒܐ, Tremel. *Bella*, Boder. *prælia.* ponitur pro πολέμους. Singulare est ܩܪܒܐ, quod Ferrarius vertit *contentio, altercatio, pugna, tribulatio.* item *crudelis, durus.* Arabs habet الحروب, واخبار الحروب, *bella & rumores bellorum.* Syrus ܘܫܡܥܐ ܕܩܪ̈ܒܐ, *& rumorem bellorum.* Græcus textus in plurali καὶ ἀκοὰς πολέμων. ut & Euang. Hebr. ושמועות המלחמות, *& rumores bellorum.* miror cur Vulgatus, *& opiniones præliorum.* Sequitur δεῖ γὰρ πάντα γενέσθαι. quæ ad verbum Syrus, ܘܠܐ ܓܝܪ ܕܟܠܗܝܢ ܢܗܘܝܢ, Tremel. & Boder. *oportet enim ut hæc omnia fiant.* verto simpliciter, *ut omnia fiant.* nam *hæc omnia* est ܗܠܝܢ ܟܠܗܝܢ. ut enim obiter hoc moneam, ܟܠܗ, est *omnis* masculino gen. ܟܠܗ̇ *omnis* fœmin. ܟܠܗܘܢ *omnes.* ܟܠܗܝܢ *omnia.* ubi affixa non demonstrant, sed genus indicant. Cl. Beza monet, in quodam exemplari addi ταῦτα, sic Arabs, هذا كله *hoc omne.* Vulgatus tantum legit ταῦτα. ut & Euang. Hebr. Sequitur ibidem, ἀλλ' οὔπω ἐστὶ τὸ τέλος. Beza, *sed nondum erit finis.* quia nempe annotat Erasmus, se alicubi legisse ἔσται. quod versiones nostræ non probant. Syrus, ܐܠܐ ܠܐ ܥܕܟܝܠ ܗܘ ܫܘܠܡܐ, *Sed non adhuc finis.* Euang. Hebr. ועוד אין קץ, *& adhuc non est finis.* Arabs, لكن لم يات الانقضاء, *sed non advenit finis.* notum enim est particulam لم futuro junctam vertere illud in significationem præteriti. idem est quod Vulgatus dixit, *sed non est finis.* ambo pro οὔπω legerunt οὐ. solent autem verba hæc accipi, ut sensus sit, nondum hîc malorum finis, sed majora sequentur. mihi τὸ τέλος certum ac determinatum finem designat, nempe consummationem seculi. sicut infra vers. 14. καὶ τότε ἥξει τὸ τέλος. Et Luc. 21. 9. ἀλλ' οὐκ εὐθέως τὸ τέλος. ubi dilucida explicatio est hujus loci. sensus est, etsi omnia ista videatis, nondum tamen est ille finis, illa συντέλεια τοῦ αἰῶνος, de qua modo quæsivistis, quando futura esset. Iraque Belgicè non oportet vertere, **maer noch en ist geen eynde** / Sed, ut rectè doctiss. Hermannus Fauckelius, **maer noch en ist het eynde niet.**

VERS. 7. *Et terræ motus* ܒܕܘܟܐ ܕܘܟܐ, Tremel. & Boder. *in singulis locis.* Certum est, non agi hîc de isto terræ motu, qui in consummatione seculi futurus est, de quo Apoc. 6. 12. qui generaliter universam terram est concussurus. hîc enim de iis rebus agitur, quæ tantum ἀρχὴ ὠδίνων futuræ sunt: ut vers. sequ. dicitur. particulares autem istos terræ motus in omnibus & singulis locis futuros, non est verisimile, neque hactenus historiæ probarunt. verto ergo ܒܕܘܟܐ ܕܘܟܐ *variis in locis.* neque

que enim semper repetitio illa universitatem, sed sæpe varietatem tantum significat. ut Act. 2. 4. cœperunt loqui ἑτέραις γλώσσαις ܒܠܫܢ ܠܫܢ diversis linguis. sic ܐ̱ܢܫܝܢ ܐ̱ܢܫܝܢ sæpe pro τινὲς, quidam, varii, diversi usurpatur. ut Act. 10. 23. & 17. 18. In Græco est κατὰ τόπȣς. Beza, singulis locis. Vulgatus, per loca. Arabs, في اماكن, in locis, id est, ex mea sententia, variis locis. Neque enim κατὰ semper universalem distributionem significat, sed sæpe indefinitam, & quæ nonnunquam ad particularem magis quam universalem referatur. qualia apud Latinos sunt adverbia oppidatim, domatim, viritim, &c. sic Actor. 20. 20. dicit se docuisse Ephesi κατ᾽ οἴκȣς, domatim, i. indefinitè per domos, non per singulas domos. Euangelium tamen Hebræum hîc habet בכלם מקומות, in omnibus locis. Etsi omnes Hebraicè docti lubenter mihi, sat scio, concedent, κατὰ τόπȣς dici Hebraicè במקום מקום. quæ repetitio hîc, ut in Syriasmo, non universalitatem semper, sed indefinitam sæpe distinctionem & diversitatem significat. qualis Hebraismus est Marc. 6. 39. *Et jussit eos discumbere* συμπόσια συμπόσια, id est, κατὰ συμπόσια, *per distincta & varia convivia.* sic vers. 40. *Et discubuerunt* πρασιαὶ πρασιαί, i. κατὰ πρασιὰς, *per distinctas & varias areolas.*

VERS. 15. *Quum igitur videritis* τὸ βδέλυγμα τῆς ἐρημώσεως, &c. Syrus, ܐܬܐ ܕܛܢܦܘܬܐ ܕܚܘܪܒܐ. Tremel. *signum abominationis desolationis.* melius Boder. *portentum immundum vastationis.* Dan. 12. 11. vocatur שִׁקּוּץ שֹׁמֵם *abominatio vastans*, quod, inquit Beza, interpretari etiam possumus, *abominationem stupendam.* dubito. nam שמם de persona quidem dicitur quæ obstupescit, sed de re quæ stupenda est, id est, stuporem incutit, dici non arbitramur. Dan. 9. vers. 27. vocatur כְּנַף שִׁקּוּצִים מְשֹׁמֵם, quod Junius optimè, nostro judicio, interpretatur *legiones detestationum desolantes.* nam ut ala exercitus apud Latinos, ita כנף *ala*, apud Hebræos de agmine militari quoque dicitur, Esa. 8. 8. ut & אֲגַפִּים ejusdem significationis. βδέλυγμα itaque τῆς ἐρημώσεως sunt execrabiles Romanorum copiæ desolantes ac vastantes: interprete Luca cap. 21. vers. 20. ὅταν ἢ ἴδητε κυκλȣμένην ὑπὸ στρατοπέδων τὴν Ἱερȣσαλήμ, τότε γνῶτε ὅτι ἤγγικεν ἡ ἐρήμωσις αὐτῆς. quid est apud Matthæum locus sanctus? ἡ Ἱερȣσαλήμ. Quid τὸ βδέλυγμα? τὰ στρατόπεδα. quid, stare in loco sancto? κυκλȣν τὴν Ἱερȣσαλήμ. cur βδέλυγμα ἐρημώσεως? quia tunc advenerit ἡ ἐρήμωσις αὐτῆς. tunc qui in Judæa sunt, fugiant &c. ideo Syrus ista agmina rectè vocavit signum immundum desolationis.

VERS. 18. *Qui in agro est ne revertatur* ܠܒܣܬܪܗ *post se.* ita habent Regia, & Cothenensis. deest hæc vox in Viennensi, ut & præcedentes quædam, de quibus vide catalogum variantium lectionum. dubito autem an prima vocalis ad literam thau recta sit, quæ mihi per Scheva legenda videtur, hoc modo, ܠܒܣܬܪܗ לְבֶסְתְרֵה. habet enim solummodo vocalis illa locum cum affixo primæ pers. ܠܒܣܬܪܝ לְבֶסְתַרַי *post me.* & cum affixis gravibus ܟܘܢ, ܟܝܢ, ܗܘܢ, ܗܝܢ. ut ܠܒܣܬܪܗܘܢ *post eos*, &c. si hîc erro, patiar me erudiri. ponitur hîc pro ὀπίσω: quam vocem Arabs quoque legit. Vulgatus & Euang. Hebr. non legerunt. Sequitur ἆραι τὰ ἱμάτια αὐτȣ. Arabs quoque in plurali. At Syrus, Vulgatus, & Euang. Hebr. ἱμάτιον. ut in quatuor vetustis exemplaribus legisse se testatur Beza.

VERS. 21. *Erit enim tunc* ܐܘܠܨܢܐ *afflictio magna* ܪܒܐ ܕܠܐ ܗܘܬ. Tremel. & Boder. *qualis non fuit.* verte, *quæ non fuit.* qualis enim hoc loco dicerent ni fallor ܐܝܟ ܗܝ. In Græco tamen est οἵα, *qualis.* atque ita Vulgatus, Arabs & Euang. Hebr. legerunt.

VERS. 23. Ἰδȣ ὧδε ὁ Χριστὸς, ἢ ὧδε. In quodam codice, inquit Beza, legitur ἢ ἐκεῖ. Vulgatus, *aut illic.* Syrus tamen, Arabs & Euang. Hebr. bis legerunt ὧδε. ἐκεῖ enim dicitur Syris ܬܡܢ. Arabibus هناك. Hebræis שָׁם. quæ hîc non adhibentur.

VERS. 24. ὥστε πλανῆσαι, &c. sic Syrus & Arabs. In uno exemplari, inquit Beza, scribitur ὥστε πλανηθῆναι. Sic Vulgatus, *ut in errorem inducantur*, &c. sic Euang. Hebr. שגם יבואו לידי טעות אם יוכל להיות בחירים ההם, *ut etiam veniant in manus seductionis, si possit fieri, electi ipsi.*

VERS. 26. Ἰδȣ ἐν τοῖς ταμείοις. Vulg., Arabs, & Euang. Hebr. retinent plurale. At Syrus ܗܐ ܒܬܘܢܐ ܗܘ. ubi non rectè Tremel. *ecce in penetralibus est.* Sed benè Regia, *Ecce in*

in cubiculo est. est enim singularis numeri. nec tamen aliter legisse arbitror, sed sensum exposuisse, qui est, *Ecce in hoc aut illo penetrali est.* neque enim in multis simul esse poterat. species ponitur pro individuo. ut, *Qui quærebant animam pueri, mortui sunt,* de solo Herode. *Qui crucifixi erant cum eo, conviciati sunt*, de uno latrone. *Cælestia melioribus sacrificiis purgantur.* Hebr. 9. 23. de unico sacrificio Christi. Ita hîc: *Ecce in penetralibus est*, de uno penetrali.

VERS. 28. ܐܝܟܐ ܕܢܗܘܐ ܦܓܪܐ. Boder. *Ubicunque erit cadaver.* respexit Hebræorum פֶּגֶר *cadaver.* At rectius Tremel. *corpus.* nihil aliud enim apud Syros est ܦܓܪܐ nisi quod interdum idem sit quod ܒܣܪܐ *caro.* inde ܦܓܪܢܝܐ *corporalis, carnalis. cadaver* autem ܫܠܕܐ dicitur. quod non monuissem, nisi & Drusius in Præter. tradidisset, Syrum quoque hîc habere פגרא *cadaver;* & Beza rejecturus Vulgatum, qui hîc quoque verterat *corpus*, affirmasset, Syrum disertè non hoc tantum loco sed & Luc. 17. 37. vertisse Cadaver. non probo. nam vel locus iste Lucæ confirmat, פגרא Syris esse *corpus.* quia ibi in Græco est, ὅπου τὸ σῶμα, ἐκεῖ συναχθήσονται καὶ οἱ ἀετοί. Videntur ergo & Syrus & Vulgatus hîc quoque apud Matth. legisse σῶμα, pro πτῶμα. Arabs contra utrobique videtur legisse πτῶμα. utroque enim in loco habet الجثة *cadaver.* nisi dicamus sensum eum expressisse, quia per σῶμα non vivum sed mortuum corpus, i. cadaver intelligitur. Euang. Hebr. etiam habet נבלה *cadaver.*

VERS. 31. ܘܢܫܕܪ ܡܠܐܟܘܗܝ ܥܡ ܫܝܦܘܪܐ ܪܒܐ. Tremel. & Boder. in Paris. *Et mittet angelos suos cum tuba magna.* At in Reg. *cum classici clangore magno.* Junius, *cum clangore magno.* recta est Tremellii interpretatio, nec aliam fert dictio Syriaca. in Græco est, μετὰ σάλπιγγος φωνῆς μεγάλης. sic Arabs, مع صوت الساقوس العظيم *cum voce tubæ magna.* Euang. Hebr. בשופר ובקול גדול, i. ut habet Vulgat. *cum tuba & voce magna.* In 4 vetustis codic. inquit Beza, legitur, μετὰ σάλπιγγος καὶ φωνῆς πολλῆς. sequitur eodem versu ܡܢ ܪܝܫܝܗܘܢ ܕܫܡܝܐ ܘܥܕܡܐ ܠܪܝܫܝܗܘܢ. Tremel. *à summitate cælorum, usque ad summitatem eorum.* sic & Bod. in Paris. at in Reg. melius, *ab extremo cælorum usque ad extremum eorum.* verte, *ab initio eorum usque ad initium eorum.* ܪܝܫܐ enim propriè *caput*, metaph. aut *principem*, aut *initium* significat. In Græco est, ἀπ᾽ ἄκρων οὐρανῶν ἕως ἄκρων αὐτῶν. sic Arabs, من اقصى السموات الى اقصاها, *à finibus cælorum ad fines eorum.* sensus idem est. nam ab uno rei initio ad alterum, est ab uno ejus extremo ad alterum.

VERS. 31. Ἀπ᾽ ἄκρων οὐρανῶν ἕως ἄκρων αὐτῶν. Æthiopicus, *ab extremo cæli, usque ad extremum terræ.* quasi pro αὐτῶν legisset τῆς γῆς. cui lectioni nemo fidem facit. nec res ipsa. præstat enim, *ab extremo cælorum ad extremum eorum*, id est, quaquaversum cœlum patet.

VERS. 32. Καὶ τὰ φύλλα ἐκφύῃ. Beza transitivè, *Et folia germinat.* Vulgatus, *Et folia nata.* Erasmus, *enata.* Syrus, ܢܦܩܝܢ *pullulant.* Euang. Hebr. יצמחו *progerminant.* Arabs, خرجت *exiverunt.* omnes ἐκφύῃ intransitive accipiunt. cum quibus potius sentio. Sequitur, ܝܕܥܝܢ ܐܢܬܘܢ ܕܡܛܐ ܩܝܛܐ. Tremel. *Cognoscitis quod appropinquet æstas.* sic & Boder. in Paris. nec multo aliter in Reg. *scitis adventare æstatem.* quia in Græco est, γινώσκετε ὅτι ἐγγὺς τὸ θέρος. At Syrus vertendus, *scitis advenisse æstatem.* Ferrar. ܡܛܐ *pervenit ad locum propinquum, advenit.* Dicitur de re quæ jam est. ut 1 Cor. 10. v. 11. *finis seculorum ad nos* ܡܛܐ *pervenit.* sic dicunt ܡܛܐ ܠܐܝܕܝ *venit in manus meas*, i. possum. ܡܛܝܐ ܠܝ *pervenit ad me*, i. competit mihi, meum est, debetur mihi. Invenio tamen & alibi ܡܛܐ pro ἐγγίζειν. ut Matth. 21. 34. ὅτε δὲ ἤγγισεν ὁ καιρὸς τῶν καρπῶν, Syrus ܟܕ ܕܝܢ ܡܛܐ ܙܒܢܐ ܕܦܐܪܐ, Tremel. *quum autem appropinquaret tempus fructuum.* melius Boder. per plusquamperf. *quum appropinquasset.* non vereor vertere, *quum advenisset tempus fructuum*, sequitur enim, *misit servos suos ad agricolas, ut mitterent de fructibus vineæ.* quod non fit quum in propinquo est ut sint, sed quum adsunt fructus. explicat ergo Syrus, quid sit ὅτε ἤγγισεν ὁ καιρὸς, nempe quum tempus sic appropinquasset ut jam advenis-

venisset. sciendum ἐγγίζειν duo significare. Primo sic appropinquare, ut adhuc absis, etsi non procul. ut Matth. 21. 1. καὶ ὅτε ἤγγισαν εἰς Ἱεροσόλυμα, καὶ ἦλθον εἰς Βηθφαγή. Secundo, sic appropinquare ut coram adsis & attingas. ut Luc. 12. 33. ὅπου κλέπτης οὐκ ἐγγίζει. *ubi fur non attingit.* hinc passim pro accedere & advenire usurpatur in Euangelio, ubi turbæ vel discipuli dicuntur appropinquare ad Christum, id est, advenire. sic ἐγγίσατε τῷ θεῷ καὶ ἐγγιεῖ ὑμῖν. Jac. 4. 8. Et peculiari phrasi Syri dicunt ܩܪܶܒ ܠܶܗ *appropinquavit ad eum*, pro tetigit eum. vide Matth. 8. 5. Matth. 9. 29. & passim. præsertim vero in præterito ἤγγικε significat *jam advenisse & adesse.* ut Matth. 26. 45. ἤγγικεν ἡ ὥρα, καὶ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου παραδίδοται. Syrus rectè ܡܛܳܬ ܫܳܥܬܳܐ. ubi Tremel. & Boder. malè *appropinquat hora*, verte, *advênit hora*, aut certè (quod hic idem est) *appropinquavit.* sic Luc. 18. 40. ἐγγίσαντος δὲ αὐτοῦ ἐπηρώτησεν αὐτόν. Rom. 13. 12. ἡ νὺξ προέκοψεν, ἡ δὲ ἡμέρα ἤγγικε. Matth. 3. 2. ἤγγικε γὰρ ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν, quod Matth. 12. 28. est ἔφθασεν ἐφ' ὑμᾶς ἡ βασιλεία τοῦ θεοῦ. Hinc est quod Lex. Syr. Arab. ܡܛܳܐ vertit, وصل بلغ دنا قرب, *adest, pervênit, accessit, appropinquavit.* Synonyma sunt. Dicitur autem ܡܛܳܐ & ܡܰܛܺܝ. sed hoc discrimine, inquit Ferrarius, quod ܡܛܳܐ sit pervênit ad locum propinquum; ܡܰܛܺܝ autem ad locum vel tempus remotum. Addo, קַיִץ *æstatem* comprehendere etiam ver, sicut חֹרֶף *hyems*, autumnum. In S. Scriptura enim annus tantum in duas partes dividitur, æstatem & hyemem. rectè ergo, quando arborum folia protruduntur, dicitur jam advenisse æstas, id est, ver.

VERS. 33. ܕܥܘ ܕܡܛܬ ܠܗ ܠܬܪܥܐ. Tremel. & Boder. in Paris. *Scitote quod appropinquet ad portam.* in Reg. *eam pervenisse ad portam.* melius dixit *pervenisse.* sed quid sibi vult *eam?* exprimere voluit fœmininum genus quod est in ܕܡܛܬ ܠܗ. verum non video, ut constructio latina sibi constet, quo illud *eam* referri possit, nisi ad *æstatem*, de qua versu præcedenti. quod tamen neque res patitur, quia in præced. v. fuit similitudo, hîc est ejus ἀπόδοσις, neque Syriacum ܩܝܛܐ *æstas*, quod ibi masculini generis est, ut ex præcedenti vers. patet. quid ergo tandem erit ܕܡܛܬ ܠܗ? referendum est vel ad ܡܰܐܬܺܝܬܶܗ ܕܰܒܪܶܗ ܕܐܢܫܐ de quo supra vers. 27. ut sensus sit, scitote quod adventus filii hominis pervenit ad portam, vel potius ex more Syriasmi impersonaliter illud accipiendum, *pervenit sibi*, sup. res, i. perventum est ad portam. Græcus textus, γινώσκετε ὅτι ἐγγύς ἐστιν ἐπὶ θύραις. Vulgatus, *Scitote quia prope est in januis.* non dicitur quis vel quid appropinquaverit. Euang. Hebr. ambiguitatem tollit, כי קרוב הוא בדלתים *quod propinquus sit ille in foribus.* sic Arabs, انه قد قرب علي الأبواب, *quod ille appropinquaverit ad portas.* ille, id est Christus. id secutus est Beza. sed dubito, melius ne ἐπὶ θύραις verterit *ad fores*, an Vulg. *in januis.* & Euang. Hebr. בדלתים. nam *ad fores*, πρὸς θύραις potius dicitur, Hebraicè על דלתים. & propinquior est qui in janua stat, quam qui foris ad eam adest. sicut ergo, quum arborum folia pullulant, ver non tam instat, quam adest, sic quum omnia ista signa contingent, præsertim quum Angelos suos mittet cum tubæ voce magna, de quo vers. 31. adventus Christi non appropinquabit, sed aderit, & non tam ad ostium quam in ipso ostio stabit.

VERS. 36. οὐδεὶς οἶδεν οὐδὲ οἱ ἄγγελοι τῶν οὐρανῶν. εἰ μὴ ὁ πατήρ μου μόνος. Cl. Casaubonus secutus Erasmum putat οὐδὲ ὁ υἱὸς ex Marco hîc esse restituendum. Cur enim, inquit, ea non agnoscemus, quum constet fuisse in libris antiquis fere omnibus? At inquam, Hieronymus docet, in quibusdam latinis codicibus fuisse additum, *neque filius.* cum in Græcis, & maximè Adamantii & Pierii exemplaribus, non fuerit adscriptum. Neque Beza, qui multa vidit antiqua exemplaria, ullius facit mentionem, ubi id exhibeatur. neque Vulgatus, neque Syrus, neque Arabs, neque Euang. Hebr. agnoverunt. Chrysostomus, inquit Casaubonus, & Theophylactus legerunt. De Chrysostomo fateor. Theophylactum negat Erasmus in textu id addidisse, sed interpretatus est, procul dubio ex Marco. ex quo & Chrysostomum in textu inseruisse arbitror. At inquit Erasmus, cum Marcus ἐπιτομὴν scripserit Matthæi, consentaneum est illum hoc non addidisse de suo. proinde suspicor hoc à nonnullis esse subtractum propter Arrianos. quasi vero & alia plura apud Marcum non reperiantur, quæ non sunt apud Matthæum. ut cap. 4. vers. 24. βλέπετε τί ἀκούετε. & vers. 26. 27. 28. 29. tota parabola de semine germinante, assurgente, maturescente dum sa-

tor dormit. quæ apud Matthæum non sunt. Porro ὁ πατήρ μου legit etiam Euang. Hebræum. At Syrus, Vulgatus & Arabs tantum ὁ πατήρ,

VERS. 36. Æthiopicus quoque addit, *neque filius.* confer cum Commentario nostro.

VERS. 37. ὥσπερ δὲ αἱ ἡμέραι τοῦ Νῶε. Sic etiam Syrus. At Vulgatus, *sicut autem in diebus Noe*, i. ἐν ἡμέραις. sic Euangel. Hebr. & Arabs.

VERS. 39. Καὶ οὐκ ἔγνωσαν ἕως ἦλθεν ὁ κατακλυσμός Beza, *Et non agnoverunt diluvium usque dum venisset.* id est, καὶ οὐκ ἔγνωσαν τὸν κατακλυσμὸν ἕως ἦλθε. immutavit ordinem verborum & constructionem, quæ religiosius observarunt Syrus, Vulgatus, Arabs, & Euang. Hebræum. Nec ulla mutatione opus videtur, quum καὶ οὐκ ἔγνωσαν absolute sumi queat, pro non sapuerunt quæ ad salutem suam facerent, quamque eam stultè negligerent non intellexerunt, adeo edendo, bibendo, nubendo, ædificando intenti erant, ut porro nullius rei rationem haberent, donec diluvium veniret, quo stultitiam suam edocti sunt. sicut Esa. 1. 3. יִשְׂרָאֵל לֹא יָדַע עַמִּי לֹא הִתְבּוֹנָן, *Israel non cognovit, populus meus non intellexit*, nempe quæ Dei & salutis suæ essent.

VERS. 41. *Duæ molentes in pristino: una accipietur, & altera relinquetur.* Euangelium Hebræum utriusque editionis, & Æthiopicus addunt, *& duo cubabunt in uno lecto, unus accipietur, & alter relinquetur.* Lucas Brugensis monet multos quoque Latinos codices id subjicere, verum id Matthæi non esse, sed Lucæ, c. 17. vers. 34. Erasmus negat Græcos codices id addere. Beza tamen ait, quendam codicem habere, δύο ἐπὶ κλίνης μιᾶς. εἷς παραλαμβάνεται &c. Chrysostomus quoque ea exponit. Syrus & Arabs non legerunt.

VERS. 43. *Si sciret paterfamilias*, ποίᾳ φυλακῇ &c. sic Syrus, ܒܐܝܕܐ ܡܛܪܬܐ. Arabs, في اي هجعة, *in qua vigilia.* At Euang. Hebr. באיזו שעה, Vulgatus, *quâ horâ.*

VERS. 45. *Quem constituit Dominus* ἐπὶ τῆς θεραπείας αὐτοῦ. Beza, *super famulitium suum.* Syrus, ܥܠ ܒܢܝ ܒܝܬܗ ut & Euang. Hebr. על בני ביתו *super domesticos suos.* Vulgatus, *super familiam suam.* ut & Arabs على بيته

VERS. 49. *Edere & bibere* μετὰ τῶν μεθυόντων, Beza, *cum ebriis.* præfero Vulgatum, *cum ebriosis.* certum enim est de iis agi qui ex habitu peccant. Optimè Syrus ܥܡ ܪܘܝܐ, quod non bene vertit Tremel. *cum ebriis.* illi enim ܪܘܝܐ dicuntur, qui scilicet actu ebrii sunt, etsi semel tantum peccent. ܪܘܝܐ autem, qui indulgent ebrietati, etsi actu ebrii non sint. vertendus ergo Syrus, *cum ebriosis.* Id discrimen Hebræa lingua non ita assequitur, ubi שכורים & *ebrios* & *ebriosos* designat, pro ratione materiæ qua de agitur. idem de Græco μεθύοντες dicendum. periphrasticè tamen *ebriosi* Hebræis dici possunt בעלי שכר.

VERS. 49. Καὶ ἄρξηται τύπτειν τοὺς συνδούλους. Æthiopicus, *& verberet conservos suos.* deinde addit, *liberos & filios servorum domini sui.* quæ nusquam leguntur. non malè autem pro *inceperit verberare* dixit *verberet.* sæpe enim *incipiendi* verbum vacat. sicut. Luc. 3. 8. μὴ ἄρξησθε λέγειν, *ne incipite dicere*, id est, *ne dicite.* sic Act. 1. 1. & alibi.

VERS. 51. Καὶ διχοτομήσει αὐτόν. Beza, *& separabit eum.* poni vult pro ἀφορίζειν. ut sensus sit, Dominus eum servum non habebit in reliquorum numero, sed separatum tractabit ut dignus est. ideoque addi statim, *& partem ejus ponet cum hypocritis.* Idem sentit Cl. Casaubonus, & purum putum esse ait Hebraismum. utinam eum indicasset, & cui phrasi Hebrææ id respondeat docuisset. Euang. Hebr. habet, ובקע אותו *& findet eum.* Syrus, ܘܢܦܠܓܝܘܗܝ *& dividet eum.* sic quoque Vulgatus. Erasmus, *& dissecabit eum.* Arabs, فيشقه من وسطه *& secabit eum per medium ejus.* Lxx. usurparunt διχοτομεῖν pro Hebr. נתח *dissecuit*, de animalibus mactatis in frusta. illaque frusta, quæ Hebræi נתחים & גזרים vocant, διχοτομήματα vocarunt, Exod. 29. 17. Gen. 15. 17. & alibi. Id hujus loci esse arbitror. ad victimas alludi existimo, potius quam ad gravissimi supplicii genus veteribus usitati, cujus exempla 1 Sam. 15. 33. & Dan. 3. 29. Ut sensus sit, Dominus servum istum infidum victimam faciet, non erit particeps victimæ Christi, sed ipsemet dissectioni instar victimæ piacularis devotus, sortem habebit cum hypocritis, quorum ea erit conditio, ut tortoris infernalis manibus traditi, non aliter sint tractandi, quam victimæ cultris τῶν διχοτομέντων subjectæ.

VERS. 51. Καὶ διχοτομήσει αὐτόν. Præmittit Æthiopicus, *& judicabit eum* (id est, condemnabit) *& reddet dignitatem ejus* (id est quo dignus

dignus est, quod meruit.) hæc alii non agnoscunt.

CAP. XXV.

VERS. I. Εἰς ἀπάντησιν τοῦ νυμφίου, *in occursum sponsi*. Syrus addit ܘܟܠܬܐ *& sponsæ*. Vulgatus similiter. Arabs & Euang. Hebr. non addunt,

VERS. 2. Πέντε δὲ ἦσαν ἐξ αὐτῶν φρόνιμοι, καὶ αἱ πέντε μωραί. Eundem ordinem tenet Syrus. At Vulgatus, Euang. Hebræum, & Arabs primo fatuas, deinde prudentes commemorant.

VERS. 3. Αἵτινες μωραί, *quæ erant fatuæ*. Syrus, ܗܢܝܢ ܣܟܠܬܐ *& illæ fatuæ*. Arabs, فاما الجاهلات *sed fatuæ*. Vulgatus, *sed quinque fatuæ*. sicut in Euang. Hebræo החמש הכסילות.

VERS. 6. Æthiopicus, *Et quum media nox facta esset, clamor factus est, vênit sponsus & intravit. & dicunt, ecce sponsus venit, exite, occurrite*. Inseruit de suo, *vênit sponsus, & intravit, & dicunt*. quæ hîc plane sunt ἀπροσδιόνυσα. Ut & versu seq. ante τότε ἠγέρθησαν πᾶσαι αἱ παρθένοι, præmittit, *& exiverunt in occursum ejus. Et tunc experrectæ sunt illæ virgines*. absurdissimè equidem.

VERS. 12. Οὐκ οἶδα ὑμᾶς. Addit Æthiopicus, *non potuistis mecum vigilare, & mecum pernoctare*. Nusquam alibi id legimus. itaque spurium procul dubio est.

VERS. 13. *Vigilate itaque, quia neque diem neque horam scitis*, ἐν ᾗ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἔρχεται. Postrema hæc Vulgatus non habet. neque reperit Cl. Beza in tribus vetustis codicibus. addo, neque in Syro, neque in Arabe reperiri. verum in Euang. Hebr. reperiuntur.

VERS. 13. Ἐν ᾗ ὁ υἱὸς ἀνθρώπου ἔρχεται. Neque Æthiopicus hæc legit.

VERS. 17. Ἐκέρδησε καὶ αὐτὸς ἄλλα δύο. Syrus, Vulgatus, Arabs, & Euang. Hebr. non legerunt καὶ αὐτός.

VERS. 20. Ἄλλα πέντε τάλαντα ἐκέρδησα ἐπ' αὐτοῖς. Arabs prorsus convenit. Syrus, Vulgatus, & & Euang. Hebr. omittunt τάλαντα. Porro quod Beza vertit, *lucratus sum ex eis*, malim *ad ea*, i. ut Vulgatus optime, *superlucratus sum*. Syrus, ܐܬܬܓܪܬ ܥܠ ܥܠܝܗܝܢ *negociatus sum vel lucratus sum supra ea*. Euang. Hebr. הוספתי עליהן *addidi super illa*.

VERS. 20. Æthiopicus, *Et venit & accessit qui quinque talenta acceperat, & attulit alia duodecim cum lucro suo. & dixit domino suo, dicens: Domine, quinque talenta dedisti mihi, & ecce, quinque alia lucratus sum*. Si quinque tantum talenta lucratus erat, ut & versu 16. idem hic author dixit, quomodo duodecim alia attulisse dicitur? pugnantia manifesta est, & fœdum mendum.

VERS. 29. Καὶ ὃ ἔχει, ἀρθήσεται ἀπ' αὐτοῦ. In nonnullis codicibus Græcis, inquit Cl. Beza, pro ὃ ἔχει scribitur ὃ δοκεῖ ἔχειν. unde Vulgatus, *quod videtur habere*. & Euangelium Hebr. מה שנראה היות לו. Syrus & Arabs legerunt ὃ ἔχει.

VERS. 31. Καὶ πάντες οἱ ἅγιοι ἄγγελοι μετ' αὐτοῦ, *Et omnes sancti angeli cum eo*. Syrus, *Et omnes angeli ejus sancti cum eo*. Euang. Hebr. & Arabs, *Et omnes angeli ejus cum eo*. Vulgatus, *& omnes angeli cum eo*.

VERS. 40. Ἐφ' ὅσον ἐποιήσατε ἑνὶ τούτων, &c Beza, *quatenus id fecistis uni ex istis*. non est in textu *id*, nec videtur addendum, quia generalis est sententia de omnibus officiis charitatis. potest autem ἐφ' ὅσον verti *quatenus*, sicut Rom. 11. 8. ἐφ' ὅσον εἰμὶ ἀπόστολος ἐθνῶν. Sæpius tamen significat *quamdiu*. ut Matth. 9. vers. 15. 1 Cor. 7. 39. & alibi. Hinc Vulgatus, *quamdiu fecistis uni de his*. Syri quoque textus ambiguus, ܟܡܐ ܕܥܒܕܬܘܢ ܠܚܕ. Tremel. *sicut fecistis*. nunquam ܟܡܐ ܕ significat *sicut*; id ܐܝܟܢܐ ܕ dicunt. Regia ergo, *quotiescunque fecistis*. nec id bene. quia ܟܡܐ ܕ *quotiescunque* non significat, nisi interposito ܙܒܢܝܢ. vide Apoc. 11. v. 6. & usitatius id ܟܠ ܐܡܬܝ ܕ dicitur. In Parisiensi itaque, *quamdiu fecistis*. rectè. id enim ܟܡܐ ܕ sæpe significat. vide Matth. 9. v. 15. 1 Cor. 7. v. 39. sed & sæpe valet *quantum*. ut Luc. 11. 8. *dabit* ܟܡܐ ܕܡܬܒܥܐ ܠܗ *quantum opus est ei*. vide etiam Joan. 6. 11. & alibi. Ita & hîc accipi potest, *Quantum fecistis uni ex istis minimis, mihi fecistis*. Euangel. Hebr. כשעשיתם Munsterus *quando fecistis*. fateor כש apud Magistros esse *quando*, ut כאשר in Bibliis. Sed propriè valet *secundum quod*. adeo ut pro כמה ש *quantum* accipi possit. Arabs simpliciter الذي فعلتموه *quod fecistis*. monemus porro, in initio hujus versus, ܘܥܢܐ ܡܠܟܐ ܘܐܡܪ ܠܗܘܢ, non rectè à Tremel. verti, *& respondebit rex &*

& dicet ipsis, neque à Boder. *& respondens rex dicet ipsis.* sunt enim præterita: *& respondit rex & dixit ipsis.* quod unde ortum sit nescio. Nam & textus Græcus, & res ipsa postulant futurum. Euang. Hebr. ויענה ויאמר אליהם, quæ, si Vau legatur per Scheva, futuri significationem habent: sin per Vau conversivum, præteriti. Arabs, فيجيب ويقول *& respondebit & dicet.*

Cap. XXVI.

Vers. 3. Τότε συνήχθησαν οἱ ἀρχιερεῖς καὶ οἱ γραμματεῖς καὶ οἱ πρεσβύτεροι τοῦ λαοῦ. Concordant Syrus & Arabs. At Vulgatus & Euangel. Hebræum omittunt, καὶ οἱ γραμματεῖς. quod etiam in plerisque vetustis codicibus deesse, testis est Beza.

Vers. 7. *Et effudit in caput ejus.* Marc. 14. 3. dicitur id fecisse, συντρίψασα τὸ ἀλάβαστρον. de quo quædam ibi diximus. plura dicenda videbantur, quæ nunc addimus. Erasmus vertit, *comminuto alabastro.* Beza, *confracto.* Malim simpliciter *fracto.* ut habet Vulgatus. Ut enim in minutas partes confringeretur vasculum, res non ferebat. quia aut unguentum in terram, aut una cum unguento fragmenta vasculi in caput Christi cecidissent. nec obstat συντρίβειν propriè esse *conterere.* Latius enim usurpatur apud Lxx. pro Hebr. שָׁבַר. quod non semper est ita frangere, ut partes dissiliant, sed interdum lædere tantum rem, ut non sit integra, & quasi vulnerare. Hinc Ezech. 34. 4. de grege malè curato dicitur, וְלַנִּשְׁבֶּרֶת לֹא חֲבַשְׁתֶּם, Lxx. καὶ συντετριμμένον οὐ κατεδήσατε, *& vulneratum non obligastis.* Insignis præ cæteris locus est Jer. 2. 13. ubi בֹּארוֹת נִשְׁבָּרִים, vertitur λάκκος συντετριμμένος, *fovea fracta*, quæ scilicet rimarum & foraminum plena est, אֲשֶׁר לֹא יָכִלוּ הַמָּיִם, *quæ non contineat aquas.* ubi sanè propria conterendi aut comminuendi significatio non quadrat. hinc & συντρίβειν dixêre pro פָּצַע, *vulnerare.* ut 1 Reg. 20. 27. de Propheta vulnerato, qui se sic Achabo stitit, dicitur, וַיַּכֵּהוּ הָאִישׁ הַכֵּה וּפָצֹעַ, *& percussit eum vir, percutiendo & vulnerando*, Lxx. καὶ ἐπάταξεν αὐτὸν ὁ ἄνθρωπος, καὶ πατάξας συνέτριψε. Ita & hîc συντρίψαι τὸ ἀλάβαστρον dici potuit mulier, quod fregerit vasculum, non in minutas partes, sed foramine in summo, aut in latere, aut in fundo vasculi facto, per quod unguentum tum in caput, tum in pedes effuderit. Id voluisse Syrum, diximus in Marco. Eum secutus est Æthiopicus, qui totum Marci versum sic reddidit, וְאֶנְזָ: הַלוֹ: בִיתְנִי: בֵּת: שְׁמְעוֹן: זַלַמְץ: אֶנְזַ: יַרְפְּקְ: וַאֲמַצְאָת: בְּאֵשִׁית: וַאַמְצְאָת: עֶבְרַת: וַאַלַבַשְׁטְרוֹס: מַצְאֶת: קָדוּ: זְעֻצוּב סֵטוּ: וַאַכּוֹסַתוּ: וַשׁוֹטַת: דִיבַ: נַרְדּוּ: רְאֵשׁוּ: *Et quum esset Bethaniæ, domi Simonis leprosi, quum accumberet, venit mulier, & attulit unguentum alabastri* (in Græco ἀλάβαστρον μύρου quomodo & Syrus legit) *nardi præstantis, cujus grave pretium, & aperuit illud, & effudit super caput ejus* Aperuit illud, refertur hîc affixo suo mascul. ad alabastrum, non ad unguentum, quod hîc fœmin. generis. Sensus est, aperuit alabastrum, facto in eo foramine.

Vers. 9. Ἠδύνατο γὰρ τοῦτο τὸ μύρον πραθῆναι πολλοῦ. Syrus, Vulgatus & Arabs tantum legerunt τοῦτο πραθῆναι. At Euang. Hebr. τοῦτο τὸ μύρον,

Vers. 15. Οἱ δὲ ἔστησαν αὐτῷ τριάκοντα ἀργύρια. Beza, *ipsi vero appenderunt ei triginta argenteos.* Malim cum Vulgato *constituerunt.* quod Syrus dixit ܐܩܝܡܘ, Arabs اقاموا. Euangelium vero Hebræum נקבו *definiverunt, expresserunt, expresse nominarunt.* Jam enim condictos tantum fuisse nummos verisimile est, datos vero demum tradito Christo. alioqui, quod vir doctiss. rectè observavit, στῆσαι pro שקל *appendere*, frequens est apud Lxx. quin & Zachar. 11. 12. ubi de eadem hac re agitur, pro וַיִּשְׁקְלוּ אֶת שְׂכָרִי שְׁלֹשִׁים כָּסֶף, habent, καὶ ἔστησαν τὸν μισθόν μου τριάκοντα ἀργύρια, *& appenderunt mercedem meam triginta argenteos*, i. appensam dederunt. sicut Esdr. 8. 5. וָאֶשְׁקְלָה לָהֶם אֶת הַכֶּסֶף, καὶ ἔστησα αὐτοῖς τὸ ἀργύριον, *& appendi ipsis argentum*, i. appensum dedi. & sic semper, quando שקל στῆσαι jungitur dativo personæ, significat *appensum tradere.* Si ergo & hoc loco res ferre potest, ut non tam condixisse, quam porrexisse pecuniam dicantur, totus in sententiam Cl. Bezæ eo. Alioqui στῆσαι stabiliendi significatione accipi potest. sicut Actor. 7. v. 60. μὴ στήσῃς αὐτοῖς τὴν ἁμαρτίαν ταύτην. Rom. 3. v. 31. ἱστῶμεν τὸν νόμον, Rom. 10. 31. τὴν ἰδίαν δικαιοσύνην ζητοῦντες στῆσαι. sic hoc loco, ἔστησαν αὐτῷ, *stabiliverunt ipsis triginta argenteos.* id est, firmiter condixerunt, ut certus de iis esse qviverit. quod mihi magis probatur, quia Marc. 14. 11. dicitur, καὶ ἐπηγγείλαντο αὐτῷ ἀργύριον δοῦναι. Et Luc. 22. 5. καὶ συνέθεντο αὐτῷ ἀργύριον δοῦναι. nondum ergo appenderunt. Rectè autem hîc ex More Nebochim observavit Cl. Drusius in

Præ-

Præter. pretium servi fuisse triginta siclos argenteos, liberi vero sexaginta. Servator ergo non liberi, sed servi pretio æstimatus est.

VERS. 17. *Primo die Azymorum* dicuntur rogasse discipuli, ubinam pararent Pascha. Marci 14. 14. *primo die azymorum, quando mactabatur pascha.* Luc. 22. 7. *quo oportebat mactari pascha.* Quæritur, quomodo dies parasceves, qui ex lege erat decimus quartus mensis Nisan, quo non edebatur sed mactabatur agnus paschalis, vocetur primus azymorum. quum certum sit septem tantum ex lege fuisse azymorum dies, quorum primus erat decimusquintus, postremus vigesimus primus. Cl. Beza in notis majoribus sentit, καταχρηστικῶς & συνεκδοχικῶς sic dici, quod postrema ejus parte agnus ille Pesach mactaretur, & fermento ex omnibus ædibus eliminato ad ejus demum diei occasum, à quo decimi quinti nox incipiebat, Agnum comedere cum Azymis incipiebant. In minoribus notis aliam reddit causam, quia si dies Romanorum more accipiatur, vespera quæ Hebræorum more diem decimumquintum inchoabat, quaque agnum paschalem cum azymis edebant, Romanorum more ad diem decimumquartum pertinebat, adeoque is primus Azymorum rectè dicebatur. quæ duæ sententiæ consideratione sunt dignissimæ. & ad posteriorem quod attinet, Euangelistas diei rationem non semper ad Hebræorum, sed & ad Romanorum interdum morem exigere, Marc. 15. vers. 25. pluribus observavimus. Nec contemnenda est Scindleri sententia, qui in voce עֶרֶב, ad locum Exod. 12. 18. *In vespera comedetis azymos*, ait Talmudistas id ita interpretari, ut jubeant id fieri ab initio horæ decimæ & deinceps, hoc est, duabus horis ante solis occasum. rectè ergo & septem tantum dies dicuntur fuisse azymorum, & diverso respectu octo. Septem dies integri, octo vero, si duarum etiam illarum horarum ratio habeatur. quæ quum ad diem decimumquartum pertinerent, is eo respectu Azymorum primus bene dicitur. quod fortassis voluit Josephus, qui Antiq. 2. cap. 5. Azymorum festo dies octo attribuit. Sed gravior hîc oritur quæstio. Quum Servator noster Parasceven & Pascha procul dubio ex præscripto legis celebrarit, qui factum quod Judæi secus fecerint? nam neque sacram ipsis fuisse noctem qua Christum ceperunt, neque diem quo crucifixerunt, ex operibus tunc peractis liquido constat. Respondet Cl. Beza, variare hîc sententias. Alios contendere, Judæos ex vetere traditione diem decimumquartum mensis Nizan, propter sequuturam alioqui duorum Sabbathorum continuationem in diem sequentem, i. decimumquintum transtulisse, ita ut eo demum die extremo quo Christus passus est, id est, finiente decimoquinto & ineunte decimosexto, Agnum manducarint. Alios vero contendere, diem quidem festum qui ex lege decimusquintus erat, & ab occasu diei decimiquarti incipiebat, fuisse a Judæis ex illa antiquissima traditione, propter duorum Sabbathorum continuationem, translatum in alterum diem sequentem, nempe decimum sextum, Christum tamen & Judæos eadem die, nempe decima quarta, inter duas vesperas Agnum ex præscripto legis mactasse, & diei sequentis ineunte crepusculo comedisse. atque hanc posteriorem sententiam magis sibi probabilem, & Euangelistarum verbis accommodatiorem videri. Nemo ægrè ferat, quod dissentiamus. Nam si diem primum festi, id est, decimum quintum transtulerunt in sequentem, necesse est etiam agni paschalis esum transtulerint, à quo primus dies festi incipiebat, & à quo festus habebatur. atque ita parasceven quoque transferre necesse fuit, alioqui mactatus fuisset Agnus die decimaquarta, esus demum decima sexta. Quid opus est verbis? quum Euangelista Joannes disertè doceat, Christum & in parasceve observanda & in edendo agno totum diem antevertisse Judæos. Nam cap. 19. 14. dies ille quo Christus stabat coram tribunali Pilati, qui erat decimus quintus, vocatur parasceve Paschæ, quum jam præcedenti die Christus parasceven suam habuisset. Et cap. 18. 28. non audebant introire in Prætorium ne polluerentur, sed ut ederent Pascha. ergo sequente demum vespera, quæ diei decimæ sextæ initium futura erat, ederunt Pascha, quum Christus jam præcedente vespera edisset. Adde Matthæum, qui cap. 27. 62. ait, posterum à crucifixione diem fuisse post parasceven. ergo dies crucifixionis, quod & Joannes dixit, fuit ipsa parasceve. Quod autem de translato die festi dicitur, ne duo Sabbatha continuarentur, nititur eo statuto, quod in manum Rabbi Eliezeris traditum dicitur, & à Munstero ad cap. 26. Matthæi producitur. לא בד״ו פור ולא בד״ו פסח ולא גה״ז עצרת ולא אד״ו ראש השנה ולא אג״ו יום כפור לעולם. Id est, ne unquam dies sortium observetur feria 2. 4. 7. neque pascha feria 2. 4. 6. neque Pentecoste feria 3. 5. 7. neque principium anni feria 1. 4 6. neque dies expiationis

feria, 1. 3. 6. At vero hanc Eliezeris regulam, quæ certis feriis certa festa agi vetat, stante templo observatam fuisse, magnis argumentis negat & ex Talmude probat Cl. vir Joannes Coch, in tractatu Sanhedrin, cap. 1. pag. 11. & 12. & tantum abfuisse, ut continuationem duorum festorum semper fugerint, ut etiam in neomeniis caput mensis geminarent, & in Paschate celebrato die decimo quinto, instaurarent festivitatem decimosexto, qui alioqui ἔνεργος erat. Unde ergo diversitatem eam tempore Christi ortam dicemus? videtur orta ex vario mensis initio. Quum enim ex Lunæ novæ apparitione caput mensis figeretur Senatusconsulto, ea vero dubia sæpe & incerta esset, factum ut non idem semper mensis esset initium. Judices, comperto per calculum, Lunam apparere posse, mane tricesimo die contrahebantur certo in loco, ubi testes exspectabant. Hi si venissent, examinabantur, quando, qua figura, qua parte cæli Lunam conspexissent. Comperta apparitionis veritate, præses judicii proclamabat מקודש מקודש, atque eum totus populus sequebatur. ac mensis superior plenus efficiebatur, id est, triginta dierum. Si testes nulli venissent, etiam XXXI dies festus & primus mensis constituebatur. de quibus vide dictum locum Joannis Cochi. Fac jam tempore Christi rem ita se habuisse, ut trigesimus primus dies Adar una cum sequente die ex Senatus consulto esset primus Nisan, contingere potuit, ut qui secundum naturam & veram lunæ apparitionem esset decimus quartus, adeoque vera parasceve quam Servator noster observavit, Judæis ex Senatus consulto esset demum decimus tertius. & qui secundum Lunæ veritatem esset decimus quintus, adeoque primus festi dies, secundum Senatus consultum tantum esset decimus quartus, adeoque parasceve.

VERS. 18. Ὑπάγετε εἰς τὴν πόλιν πρὸς τὸν δεῖνα. Æthiopicus omisit εἰς τὴν πόλιν, quod tamen omnes legerunt.

VERS. 22. Ἤρξαντο λέγειν αὐτῷ ἕκαστος αὐτῶν. plane concordat Syrus. At Vulgatus & Euangelium Hebræum tantum legerunt, ἤρξαντο λέγειν ἕκαστος. Arabs, ἤρξαντο λέγειν ἕκαστος αὐτῶν.

VERS. 23. Ὁ ἐμβάψας μετ' ἐμοῦ ἐν τῷ τρυβλίῳ τὴν χεῖρα. Erasmus *qui intinxit*. Vulgatus autem, Beza, Syrus, Arabs, Euangel. Hebr. per præsens, *qui intingit*. miror vero, Erasmum, & post eum Bezam hæc ad mutuum convictum solummodo referre, atque ita accipienda negare, quasi eo tempore, quo hæc à Domino dicebantur, Judas manum haberet in patina. quum enim anxiè disquirerent discipuli, quis is esset qui eum proditurus esset, & singuli rogarent, num ego sum? nihil respondit Dominus, si proditorem tantum à mutuo convictu, non à certa actione descripsit. in convictu enim omnes pares erant, non magis Judas quam reliqui manum sæpe in eadem patina cum Christo intinxerant. At inquiunt viri eruditi, si Juda intingente manum, dominus dixisset, qui mecum intingit in patinam, is me prodet, fuisset manifestum & indubitatum signum. fateor, & hoc voluit Dominus. sicut quum Joan. 13. vers. 26. dicit, *cui ego intinctam offam dedero, is est* & protinus dat Judæ. quid eo manifestius & indubitatius? Miror quoque Cl. Casaubonum in notis suis tradere, veterem Interpretem non videri in suis libris reperisse τὴν χεῖρα. Manifestè enim habet, *Qui intingit mecum manum in paropside*. nec ullum defectum annotavit Lucas Brugensis. Syrus, Arabs, Euang. Hebr. quoque expresserunt.

VERS. 25. In exemplari Æthiopico sic legitur, *& respondit Judas, qui tradebat ipsum, & dixit ei, tu dixisti*. Ubi fœdum mendum est, verum typographo, non interpreti tribuendum. res enim & sensus cogunt, ut post *qui tradebat ipsum* inseratur, *& dixit, num ego sum Rabbi?*

VERS. 28. ܗܢܘ ܕܡܝ. ambigua est locutio. quia masculinum pronomen ܗܢܘ referri potest tam ad ܟܣܐ *poculum*, quam ܕܡܐ *sanguinem*, quæ hîc ambo sunt masculina. posterius laudarunt Tremel. & Boder. vertentes, *hic est sanguis meus*. eadem amphibologia est in Græco, τοῦτο γάρ ἐστι τὸ αἷμά μου, ubi τοῦτο tam ad ποτήριον quam ad αἷμα referri potest. posterius laudarunt Vulgatus & Erasmus, vertentes, *hic est enim sanguis meus*. alterum Beza, *hoc est enim sanguis meus*. quod nobis minus probatur. quia in præcedenti membro, ubi de pane actum fuit, non dixit Euangelista, οὗτός ἐστι τὸ σῶμά μου, sed τοῦτο, pronomine quoad genus ad σῶμα relato non ad ἄρτος. Ita & in altero membro, pronomen τοῦτο sic exponi velim ut sanguinem potius quam poculum genere referat. At inquit vir Doctiss. si ita interpretemur, nullum erit hujus propositionis subjectum, præter ipsum sanguinem qui Christi esse dicatur. Id vero mihi non videtur: non magis quam in priori membro, si τοῦτο referatur genere ad σῶμα, nul-

nullum aliud fore ſubjectum quam corpus Chriſti. Etſi enim in utroque membro pronomen genere referatur ad prædicata, ſignificatione tamen & demonſtratione refertur ad ſubjecta, quæ ſunt panis & poculum. ut ſi picturam patris manu tenens, dicam, *Hic eſt pater meus*, pronomen genere convenit cum prædicato, ſignificat tamen & demonſtrat ſubjectum, nempe picturam quam manu teneo. ſenſus enim eſt, *hæc pictura eſt pater meus*. Si boves, aſinos, camelos alicui offerens dicam, *Hæc eſt merces tua*, pronomen proculdubio pro ſubjecto continet & demonſtrat res iſtas quas offero, etſi genere & numero ab iis diſcrepans conveniat cum prædicato. Ita & hoc loco. Quum Chriſtus panem manu tenens dixit, *Hoc eſt corpus meum*, deinde poculum, *hic eſt ſanguis meus*, ſubjecta non poſſunt intelligi alia quam quæ demonſtrantur, etſi pronomina prædicatum genere referant. ſic enim uſus loquendi obtinuit, ut quando ſubjectum ſubticetur, pronomini demonſtrativo, cui ſubjectum includitur, tribuatur genus prædicati. Quum Luc. 22. 20. extat, τȣ̃το τὸ ποτήριον ἡ καινὴ διαθήκη, fateor τȣ̃το genere convenire cum ſubjecto quod eſt ποτήριον, quia id exprimitur. at ſi non exprimeretur, diceretur αὕτη ἐςὶν ἡ καινὴ διαθήκη. jam pronomen habet genus prædicati, & tamen ſenſus prorſus idem eſt.

Vers. 31. Πατάξω τὸν ποιμένα, *Percutiam paſtorem*. Æthiopicus, *occidam paſtorem*. intelligitur enim lethalis percuſſio.

Vers. 36. *Tunc venit Jeſus cum eis* εἰς χωρίον. Beza, *in locum*. ſic Syrus, ܠܕܘܟܬܐ. Vulgatus, *in villam*. ſicut Euangel. Hebr. לכפר, & Arabs, الي قرية *in villam*, vel *pagum*. Gloſſarium H. Stephan. χωρίον, *Rus, poſſeſſio, villa, fundus*. Vocabatur autem locus aut villa iſta Γεθσημανῆ. ubi non probamus Doctiſſ. virum Caninium, qui rejiciens ſententiam eorum qui id exponunt גֵּיא שְׁמָנִים *vallem pinguium*: item eorum qui exponunt גַּת שֶׁמֶן *prelum olei*, dicit eſſe duo vocabula Syriaca גַּת שְׁמָנֵי *pecuaria butyri*. גַּת enim apud Syros legi non credimus. apud Lexicographos non invenimus, niſi ܓܬ quod Ferrar. *torcular*, Lex. Syr. Arab. معصرة *prelum torcularis* exponit. vox Hebræa eſt. In Thargum גִּית aliquoties exſtat pro *grege* & *pecore*, unde Belgicum **Geite**. at pro pecuaria ſumi, neſcio an pobari quea t. Præterea Syrus non ſcripſit per ת, ſed per ד, גֵּדְסְמָן ܓܕܣܡܢ, ubi daleth legendum cum raphe per *dh*, adeoque non male pro eo adhibitum Græcum θ. deinde שְׁמָנֵי vel שְׁמַן pro *butyro*, apud Syros non invenimus ܫܘܡܢܐ (quod Ferrarius male punctavit ܫܘܡܢܐ,) ipſis eſt *adeps*, *pinguedo*. idem apud Hebr. שֶׁמֶן. unde apud Arab. سمن סַמְן *butyrum*. quid autem illud גֵּדְסְמָן ſit, difficile dictu eſt. Conjecturam facio, eſſe quaſi גֵּי דְסִימָן *vallis ſigni*, aut גֵּי דְסִימָנֵי *vallis ſignorum*, id eſt, *valde inſignis vallis*. ſicut Eſa. 28. 25. dicitur שְׂעוֹרָה נִסְמָן *hordeum ſignatum*, id eſt, *inſigne*, *optimum*, quod eſt נַעֲשֶׂה לְסִימָן *poſitum in ſignum*, inquit Elias in Thisbi. atque id maxime confirmat ſcripturam vocis γεθσημανή. nam chirec longum exprimi per Græcum η, maxime appoſitum, quum & ipſi Græci η per ι efferant: adeo ut סִימָנֵי & σημανή ejuſdem ſint pronunciationis. eſt autem דְסִימָנֵי pure Thargumicum. ד genitivum valet. terminatio formæ conſtructæ pro abſoluta in Tharg. frequentiſſima. fuiſſe autem vallem ad radices montis Oliveti, eamque amœniſſimam, nemo dubitat. in quibuſdam exemplaribus eſt γεθσημανεί. quod melius etiam cum noſtra ſententia convenit. Euangelium tamen Hebr. habet גי שמנים *vallis pinguedinum*. in quo nihil deſidero, niſi quod nullum veſtigium habeat literæ θ. quod ipſum & in Arabe deſideratur, qui habet جسمانية גסמאניה.

Vers. 36. *Tunc venit Jeſus cum eis*, εἰς χωρίον λεγόμενον Γεθσημανῆ. Æthiopicus pro χωρίον habt עצד וין, id eſt, *villa vini*, *vinea*, *vinetum*. paſſim enim pro ἀμπελῶν duas iſtas voces uſurpat.

Vers. 38. Μείνατε ὧδε. *Manete hîc*. Vulgatus, *ſuſtinete hîc*. videtur legiſſe ὑπομείνατε Arabs, امكثوا هاهنا *expectate hîc*. μένειν enim quoque eſt *expectare*. Syrus, ܩܘܘ ܠܝ ܗܪܟܐ. ut & Euang. Hebr. פה תמתינו לי *expectate me hîc*, id eſt, μείνατέ με ὧδε. nam & ſic μένω apud Græcos conſtruitur, ut & apud Lat. *maneo*.

Vers. 38. Μείνατε ὧδε. Æthiopicus, *ſedete hîc* apud Hebræos enim ישב eſt *manere*, & *ſedere*. Addidit autem de ſuo explicationis gratia, *donec revertar*. Quod paſſim eum non eſſe veritum, totum exemplar loquitur.

VERS. 39. Πλὴν οὐχ᾽ ὡς ἐγὼ θέλω, ἀλλ᾽ ὡς σύ. Æthiopicus ſenſum explicans vertit, *verum voluntas tua, voluntas mea*, ſupple eſt.

VERS. 43. Καὶ ἐλθὼν, εὑρίσκει αὐτοὺς πάλιν καθεύδοντας. Syrus, Vulgatus, Arabs, & Euang. Hebr. legerunt καὶ ἐλθὼν πάλιν, εὑρίσκει αὐτοὺς καθεύδοντας. ſicut in duobus codicibus legit Clar. Beza.

VERS. 45. Καθεύδετε τὸ λοιπόν. Beza, *dormite quod ſupereſt*. Syrus, ܡܟܝܠ *deinceps*. Vulgatus *jam*. ut & Euangel. Hebr. עתה, & Arabs, الآن.

VERS. 47. *Venit Judas & magna turba cum eo cum gladiis & fuſtibus*, ἀπὸ τῶν ἀρχιερέων ſic Syrus & Arabs. At Vulgatus, *miſſi à principibus Sacerdotum*, ſicut in Euang. Hebr. והם שלוחים *& illi erant miſſi*.

VERS. 50. Ἑταῖρε, ἐφ᾽ ᾧ πάρει; Vulgatus, *amice ad quid veniſti?* ſicut Euang. Hebr. למה באת. Beza, *quorſum ades?* ᾧ acceperunt pro pronomine interrogativo τίνι; Syrus ܥܠ ܗܝ ܕܐܬܝܬ, Tremel. *ob idne eſt quod veniſti?* Malim cum Boder. *ob id veniſti?* etſi enim ܗܝ ܕ, ut omnia pronomina demonſtrativa ſequente ܕ, ſit relativum, ſæpe tamen, ܕ facto pleonaſtico, manent demonſtrativa. ut & infra ex verſ. 56. apparet, & pluribus exemplis demonſtravimus Matth. 1. 22. ſicut apud Græcos articulus poſtpoſitivus ὅς, qui propriè valet pronomen relativum *qui*, nonnunquam uſurpatur pro demonſtrativo ἐκεῖνος *ille*, vel οὗτος *hic*. ut ex Platone & Xenoph. docet H. Steph. in theſauro. Idem eſt, & eadem locutio, ἐφ᾽ ᾧ πάρει, & ܥܠ ܗܝ ܕܐܬܝܬ. utrumque demonſtrativè expono, *ad id veniſti?* ſic Arabs, يا هذا اهذا جئت *ô tu ad hoc veniſti?* ἐπὶ τούτῳ πάρει; quod idem eſt, quod reliqui dicunt Euangeliſtæ, ſiccine oſculo prodis filium hominis? ad hoc veniſti, ut oſculo prodas filium hominis? Jam enim Matthæus narraverat Judam Chriſtum deoſculatum eſſe. cui facto quadrat interrogatio, Amice, ad id ne veniſti?

VERS. 50. Ἑταῖρε, ἐφ᾽ ᾧ πάρει; Æthiopicus, *Amice mi, veniſtin?* vel *amicus meus veniſti?* ἑταῖρός μου πάρει; id eſt, an adventus tuus amici eſt.

VERS. 58. *Et ſecutus eſt eum Petrus.* Æthiopicus addidit, *ſolus*, explicationis gratia.

VERS. 60. Καὶ οὐχ᾽ εὗρον. καὶ πολλῶν ψευδομαρτύρων προσελθόντων οὐχ᾽ εὗρον. Vulgatus, *Et non invenerunt quum multi falſi teſtes acceſſiſſent*. id eſt, ſicut in vetere quodam exemplari legi teſtatur Beza, Καὶ οὐχ᾽ εὗρον, πολλῶν ψευδομαρτύρων προσελθόντων. prorſus ut eſt in Euang. Hebr. ולא מצאו כשקרבו רבים עדי שקר. Syrus ܘܠܐ ܐܫܟܚܘ. ܘܐܬܘ ܣܗܕܐ ܣܓܝܐܐ ܕܓܠܐ. *Et non invenerunt. & venerunt multi teſtes falſi.* Eodem modo Arabs. id eſt, καὶ οὐχ᾽ εὗρον. καὶ πολλοὶ ψευδομάρτυρες προσῆλθον.

VERS. 61. ܗܢܐ ܐܡܪ. Tremel. & Bod. *hic dixit*. ſicut in Græco, οὗτος ἔφη. conſentiunt tamen omnes editiones Syriacæ in puncto ſuperſcripto, præſens tempus indicante, adeoque vertendum, *hic dicit*. ut ſenſus ſit, hic non tantum ſemel dixit, ſed porro hoc dicit & conſtanter gloriatur, ſe poſſe templum Dei deſtruere, &c. Arabs habet in præterito قال *dixit*.

VERS. 62. Οὐδὲν ἀποκρίνῃ; τί οὗτοί σου καταμαρτυροῦσιν; Concordat Syrus. ſed cum Vulg. concordant Euangelium Hebræum & Arabs, *nihil reſpondes ad ea quæ iſti adverſum te teſtificantur?*

VERS. 64. ἐκ δεξιῶν τῆς δυνάμεως. Vulgatus, *à dextris virtutis Dei*. ſicut in Euang. Hebr. מימין כוח האלהים. Syrus & Arabs non addunt vocem *Dei*. neque hîc neceſſarium videtur. conſtat enim, apud Hebræos הגבורה ἡ δύναμις in forma emphatica inter Dei nomina uſurpari, quaſi ipſam potentiam dicas. adeo ut δεξιὰ τῆς δυνάμεως ſit *dextra Dei*, ejus qui ipſa potentia eſt. ſicut Hebr. 8. 1. δεξιὰ τῆς μεγαλωσύνης eſt *dextra Dei*, qui ipſa majeſtas eſt. Lucæ tamen 22. 69. habetur ἐκ δεξιῶν τῆς δυνάμεως τοῦ θεοῦ.

VERS. 65. Ἠκούσατε τὴν βλασφημίαν αὐτοῦ. Vulgatus non legit αὐτοῦ, quod tamen apud Syrum quoque, Arabem & Euangel. Hebr. extat.

VERS. 65. Τί ἔτι χρείαν ἔχομεν μαρτύρων; Sic conſtanter reliqui interpretes in prima perſona. excepto Æthiopico, qui dicit, *opus habetis*.

VERS. 67. ܘܡܩܦܚܝܢ ܗܘܘ ܠܗ. Tremel. *Et percutiebant eum*. melius Boder. *Et infligebant ei colaphos*. καὶ ἐκολάφισαν αὐτόν. eſt enim ܩܦܚ *pugnis cædere*. Sequitur ܐܚܪܢܐ ܕܝܢ ܡܚܝܢ ܗܘܘ ܠܗ *alii autem cædebant eum*, pro οἱ δὲ ἐρράπισαν. quod me-

melius vertit Marc. 14.65. ܘܡܫܡܫܢܐ ܡܚܝܢ ܗܘܘ ܠܗ ܥܠ ܦܟܘܗܝ, *& ministri cædebant eum super maxillas ejus.* id est, alapas infringebant ipsi. sicut enim colaphus fit contracto pugno, & in quamvis capitis partem impingitur, sic alapa fit explicata manu & in maxillam impingitur. Optime expressit quid si ῥαπίζειν hoc loco. ut & Vulgatus, *palmas in faciem ejus dederunt.* longè melius quàm Beza, *bacillis eum ceciderunt.* vide quæ de hac re plenissimè & doctissimè disserit incomparabilis Heynsius in Aristarcho S. pag. 493. 494. 495. optime Euang. Hebræum pro ἐκολάφισαν, ויכוהו באגרוף *& ceciderunt eum pugno.* pro ἐῤῥάπισαν, ואחרים שלחו את הידים אל פניו, *& alii miserunt manus in faciem ejus.*

Vers. 71. Ἐξελθόντα ἢ αὐτὸν εἰς τὸν πυλῶνα, εἶδεν, &c. Vulgatus, *Exeunte autem illo januam.* Euang. Hebr. וכשהוא יצא לדלת *& quum ipse exivisset ad januam.* Arabs, وخرج الى الباب راته *& exiit ad januam, vidit eum*, i. ex phrasi Arab. quum exiisset. Ubi Vulgatus quidem neglexit particulam εἰς. reliqui rectè expresserunt. aliud enim est *exire januam*, aliud *ad januam.* pariter vero πυλῶνα acceperunt pro πύλω. non præter usum vocis. Glossarium, πυλὼν, *janua.* Stephanus *ampliorem potius majoremque domus portam* denotare ait propriè tamen *atrium*, *vestibulum.* ut Beza hîc vertit. Et Syrus, ܘܟܕ ܢܦܩ ܠܬܪܥܐ, *& quum exivisset ad limen*, seu *vestibulum.*

Vers. 73. *Paulo post autem accesserunt* οἱ ἑστῶτες. Syrus, ܗܢܘܢ ܕܩܝܡܝܢ *qui stant*, id est, ut habet Arabs, القيام *stantes.* Vulgatus, *qui stabant.* Beza, *qui adstabant.* παρεστῶτες dixit Marcus cap. 14. vers. 70. Hebraismus est, qualis Dan. 7. 16. קִרְבֵת עַל חַד מִן קָאֲמַיָּא *accessi ad unum ex stantibus*, i. ex adstantibus. Orientales enim simplicibus utuntur pro compositis. Aliud tamen voluit Syrus, quum οἱ ἑστῶτες vertit ܗܢܘܢ ܕܩܝܡܝܢ, & apud Marcum οἱ παρεστῶτες, ܐܝܠܝܢ ܕܩܝܡܝܢ *qui stant*, non per imperfectum *qui stabant*, vel *adstabant.* Voluit enim esse διάφορον servorum sive ministrorum, non quorumvis, sed eorum qui summi Sacerdotis pedisequi erant, eique perpetuo adstabant. Ejusmodi servi Saulis vocantur עֲבָדָיו הַנִּצָּבִים עָלָיו, Lxx. δοῦλοι αὐτοῦ οἱ παρεστηκότες αὐτῷ. 1 Sam. 22. 6. Davidis vocantur נְעָרִים הַמְהַלְּכִים בְּרַגְלָיו; Lxx. τὰ παιδάρια τὰ παρεστηκότα αὐτῷ. 1 Sam. 25. 27. Josua minister Mosis vocatur הָעֹמֵד לְפָנָיו ὁ παρεστηκὼς αὐτῷ, Deut. 1. 36. Ita hoc loco describuntur qui tertia vice aggressi sunt Petrum. fuerunt οἱ ἑστῶτες, οἱ παρεστῶτες, familiarissimi Pontificis ministri. Et Joannes cap. 18. v. 26. expresse ait fuisse ἕνα ἐκ τῶν δούλων τοῦ ἀρχιερέως. nec dubito, quin apud Danielem חד מן קאמיא, Lxx. εἷς τῶν ἑστηκότων, sit unus ex Angelis, qui ἑστηκότες vocentur, quia adstant Deo tanquam ministri. unde Luc. 1. 19. ἐγώ εἰμι Γαβριὴλ ὁ παρεστηκὼς ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ.

Vers. 74. *Tunc cœpit detestari & jurare*, ὅτι οὐκ οἶδα τὸν ἄνθρωπον. Vulgatus, *quia non novisset hominem*, mutata prima persona in tertiam. sicut in Euangelio Hebræo שלא ידע אותו האדם. Syrus & Arabs retinuerunt primam.

Vers. 75. *Et recordatus est Petrus verbi Jesu*, εἰρηκότος αὐτῷ, *qui dixerat ei.* sic Arabs, الذي قال له. Syrus, ܕܐܡܪ ܗܘܐ ܠܗ, Tremel. *quem* (sermonem) *dixerat ei.* Regia, *qui dixerat ei.* est enim ambiguum. ut & in Euang. Hebr. אשר אמר *qui dixit*, vel *quod dixit.* posterius secutus est Vulgatus. qui etiam cum Euang. Hebræo omisit αὐτῷ.

Cap. XXVII.

Vers. 2. *Tradiderunt eum Pontio Pilato præsidi.* Æthiopicus, *Pilato Pontinæo principi gentium.* videtur existimasse Pilatum dictum fuisse Pontium, quod ex Ponto oriundus esset. Est enim פּוֹנְטִינָי, gentilitii nominis forma. Porro quod vertimus *principi gentium*, pro τῷ ἡγεμόνι, in Æthiopico est למלאך אחזאב. ubi אחזאב quidem purè Arabicum est, nam حزب, חִזְב, *gens, natio, populus* dicitur. plurale احزاب, אַחְזָאב, *populi.* At מַלְאַךְ, ut apud Hebræos, Syros & Arabes, sic & apud Æthiopicos, primò significat *Angelum*, *legatum.* radicem ignorant lingua Hebræa & Syra. Arabes dant אלך, *misit.* unde primò מַלְאַךְ dictum volunt, tum per metathesin מאלך, *missus*, *legatus.* At veram radicem dat lingua Æthiopica, ubi לאך est *misit.* Matth. 27. 19. & alibi. inde מלאך, *missus*, *nuncius.* item *Angelus*, Dei nuncius. & apud Hebræos etiam מְלָאכָה, *negocium*, ad quod peragendum quis mittitur. Verum in eadem lingua לאך etiam

est *servivit*. חלאך idem. Matth. 4. 11. & 20. 28. לאך, *servus*, Matth. 20. vers. 26. Hinc & alia significatione venit מלאך pro *principe*, cui videlicet subditi serviunt. Sic ἄρχων τ̃ δαιμονίων dicitur מלאכומו לאגננה, Marc. 3. 22. & οἱ δοκοῦντες ἄρχειν τῶν ἐθνῶν, vertitur מלאכתיהומו לאחואב, Marc. 10. 42. Sic Pilatus dicitur princeps gentium, seu populorum, qui missus esset ut aliis populis, quam Romano, imperaret. qui quidem *Procuratores* dicebantur. vel potius ἔπαρχοι, *præsides*.

Vers. 5. ἀπήγξατο. Euang. Hebr. ויתחל בפתה, quod Vulgatus ad verbum, *& laqueo se suspendit*. Beza, *strangulavit sese*. sicut Syrus, ܘܚܢܩ ܢܦܫܗ. His omnibus præfero Arabem, اختنق. quod non recte in editione Romana vertitur *suspendit sese*. Passivum est, vertique debet *strangulatus est*, vel *suffocatus est*. idem quod ἀπήγξατο. quod nihil præter suffocationem significat, & in medio relinquit, laqueone & suspensione ea facta sit, quod Lucas certe Actor. 1. 18. ne verbulo quidem innuit, an potius subito morbo qui Græcis ἀγχόνη, Hebræis אסכרה dicitur, de quo ad nomen Ἰσκαριώτης quædam diximus Matth. 10. 3. Omnia vero dicentur in doctiss. Comment. Nobiliss. & Clar. Dan. Heinsii, à quo hæc habemus. si hic Judas puer morbo אסכרה correptus, ac tunc evadens אסכריותא inde à parentibus dictus, nunc adultus morbo אסכרה, unde nomen habebat, tandem extinctus est, divinum quid in eo agnosci deberet. sed conjectura est.

Vers. 6. ܠܐ ܫܠܝܛ ܠܢ ܕܢܪܡܝܘܗܝ ܒܝܬ ܩܘܪܒܢܐ. Tremel. & Boder. *Non licet nobis ut mittamus* (vel mittere) *ipsum in locum oblationis*, malim *jacere*, vel *projicere*. id enim est ܪܡܐ. *mittere*. ܫܕܪ dicitur. In Græco est βαλεῖν, quod Vulgatus & Beza etiam *mittere* exponunt. Malim rursus *projicere*. βάλλω enim ῥίπτω potius est quam πέμπω. & pecunia injiciebatur potius quam mittebatur in Korbanam. sæpe tamen βάλλειν *ponere* significat, quod hujus etiam loci esse potest. Arabs, ان نجعلها *ut ponamus illud*. Porro ܒܝܬ ܩܘܪܒܢܐ, & apud Arabem في بيت القربان *in domum*, vel *locum oblationis*, ponitur pro εἰς τὸν κορβανᾶν, qui accusativus est à κορβανᾶς, idque addito σίγμα derivatum à Syriaco קורבנא κορβανά, ejus forma simplex קורבן κορβᾶν, quod interprete Josepho lib. 1. adversus Appionem significat δῶρον Θεοῦ. quemadmodum Luc. 21. 4. dicuntur ex abundantia sua injecisse εἰς τὰ δῶρα τ̃ Θεοῦ, Beza, *quæ donarent Deo*. melius Vulgatus, *in munera Dei*, id est, εἰς τ̃ κορβανᾶν. Etsi enim κορβᾶν propriè *donum* solummodo significet singulariter, collectivè tamen etiam usurpatur pro thesauro sacro ex multorum donis collecto. Josephus de bello Jud. lib. 2. cap. 8. *Est apud eos thesaurus sacer, quem corban dicunt*. Suidas, Κορβανᾶς, παρὰ Ἰουδαίοις ὁ ἱερὸς θησαυρός. sic & Phavorinus. Unde colligere est κορβανᾶν non tam significare התבה *arcam*, vel *cistam*, in qua thesaurus sacer asservabatur, quod Syrus & Arabs voluerunt, quam ipsum thesaurum. quapropter Euangelium Hebræum non habet לבית קרבן, sed לקרבן.

Vers. 8. *Quapropter vocatus est ager ille*, ἀγρὸς αἵματος. Vulgatus, *Haceldama, hoc est, ager sanguinis*. addidit *Haceldama, hoc est*, quæ nusquam invenimus. Euang. Hebr. usus quidem est Syris vocibus חקל דמה (neutra enim Hebræa est) sed interpretationem non adhibuit. Syrus & Arabs congruunt cum Græco. itaque ex Actor. 1. v. 19. ea huc translata sunt.

Vers. 9. ܘܢܣܒܬ ܬܠܬܝܢ ܕܣܐܡܐ ܕܟܣܦܐ ܛܝܡܗ ܕܝܩܝܪܐ · ܕܩܨܘ ܡܢ ܒܢܝ ܐܝܣܪܝܠ. Tremel *Triginta argenteos, pretium pretiosi, quem spreverunt ii qui sunt è filiis Israel*. Ad quam versionem Junius sic commentatur: Defuit vox una à Tremellianis exemplaribus. locum ergo sic ad verbum legeris, *Accepi triginta argenteos* (*pretium illius pretiosi* vel honorati *quem definiverant*, id est, pretio æstimaverant) *à filiis Israël*. Parenthesin autem hîc statuo, quia manifesto per appositionem dicuntur, & ex antecedentibus Zachariæ verbis πρὸς ἐξήγησιν deprompta sunt. nam Syrorum קצץ & *spernere*, & *decidere* sive *præcise definire aliquid* significat. Hæc ille. Tremellius autem causam reddens cur ܩܨܘ verterit *spreverunt*, Videtur, inquit, Syrus Interpres in Græco textu ἠτιμήσαντο pro ἐτιμήσαντο legisse, & fortasse in exemplaribus quibus usus est, ita scriptum erat. hæc Trem. quod mihi sane non videtur. ܩܨ enim Syris, quod sciam, non est *spernere*. sed nec, quod vult Junius, *decidere*, *præcise definire*. etsi enim apud Hebræos significet *amputare*, *præcidere*, unde fortassis metaphor. usurpari posset pro

pro præcise definire, apud Syros tamen nec propriam illam nec metaphoricam reperio significationem. Ferrarius, ܦܣܩ *convenit, pactus est, pepigit.* sic usurpatur Matth. 20. 2. 13. nec aliter Masius in peculio, ܦܣܩ, inquit, verbum ex ordine geminantium secundam radicis literam est *pacisci.* ubi scribe ܦܣܩ per primam vocalem. nam per quartam esset ex ordine quiescentium secunda. Boder. in Parif. locum sic vertit, *accepi triginta argenteos, pretium honorandi, quem appretiaverunt de filiis Israël.* melius meo judicio in Regiis, *de quo pacti sunt à filiis Israël.* Ego sic verto, *Accepi triginta argenteos, pretium pretiosi, quem pacti sunt à filiis Israël.* vel *quod pacti sunt.* ambiguum enim in Syro est, referri ne relativum ܕ ad *pretiosum*, an ad *pretium* debeat. posterius cum Ebræo melius convenit, prius cum Græco. *quem pacti sunt.* i. quem pacto pretio acquisiverunt à filiis Israël. Arabs, اخذوا الثلثين الفضة ثمن الزكي شارط عليه بنوا اسرائيل, *acceperunt triginta argenteos, pretium innocentis, super quem pacti sunt filii Israël.* ὃν ἐτιμήσαντο ἀπὸ υἱῶν Ἰσραήλ, accepit sicut D. Beza in notis, *quem æstimarunt qui sunt ex filiis Israël*, adeoque ipsi filii Israël. ut & ܡܢ ܒܢܝ ܐܝܣܪܝܠ, à Tremel. versum fuit, *ii qui sunt è filiis Israël.* quod mihi sane rejiciendum non videtur. Est enim phrasis ea Hebræis non insolens. cujus illustre exemplum extat Jud. 10. 11. 12. הֲלֹא מִמִּצְרַיִם וּמִן הָאֱמֹרִי וּמִן בְּנֵי עַמּוֹן וּמִן פְּלִשְׁתִּים וְצִידוֹנִים וַעֲמָלֵק וּמָעוֹן לָחֲצוּ אֶתְכֶם: quæ à LXX. rectè transferuntur, οὐχὶ οἱ Αἰγύπτιοι, καὶ οἱ Ἀμοῤῥαῖοι ἐξέθλιψαν ὑμᾶς; vides מִמִּצְרַיִם esse ipsos Ægyptios, מִן הָאֱמֹרִי ipsos Amorrhæos. sic ἀπὸ υἱῶν Ἰσραήλ, sunt ipsi filii Israël. vel si ἀπὸ hoc loco sumatur pro ἐξ, ut vult D. Beza, erit partitiva locutio, Hebræis & Syris famialirissima, qualis est, Matth. 23. 34. καὶ ἐξ αὐτῶν ἀποκτενεῖτε, καὶ σταυρώσετε, καὶ ἐξ αὐτῶν μαστιγώσετε. Syrus, ܡܢܗܘܢ ܬܩܛܠܘܢ ܘܬܙܩܦܘܢ ܘܡܢܗܘܢ ܬܢܓܕܘܢ ܒܟܢܘܫܬܟܘܢ. Hebr. מֵהֶם תַּהַרְגוּ וְתִתְלוּ וּמֵהֶם תַּכּוּ בְּשׁוֹטִים, id est, *quosdam eorum occidetis & crucifigetis, & quosdam eorum flagellabitis.* Ita & hîc, ܕܦܣܩܘ ܡܢ ܒܢܝ ܐܝܣܪܝܠ recte verti potest, *quem licitati sunt quidam filiorum Israël.* sicut cap. 20. dixit, *an non sum licitatus vobiscum denario?* id est, pactus sum. atque id existimo apud Matthæum esse τιμᾶσθαι, *in certo pretio poni.*

Miror autem unde apud Arabem venerit ثمن الزكي *pretium innocentis*, cum in Græco sit τιμὴν τοῦ τετιμημένου. sed & mirabitur quis fortassis, unde illud sit in Græco, quum apud Prophetam pro eo sit אֶדֶר הַיְקָר *magnificentiam pretii.* at ego non dubito quin absque vocalibus legentes legerint הַיָּקָר אֶדֶר (sicut hîc apud Syrum est יְקִירָא) quod idem prorsus est quod τιμὴν τοῦ τετιμημένου. אֶדֶר enim est τιμὴ *gloria, magnificentia*, adeoque *pretium*, quod tanquam gloriosum quid & magnificum habetur. יָקָר autem, ut & Syris יקירא, est *pretiosus, honoratus*, ὁ τετιμημένος. Observandum quoque, Καὶ ἔλαβον τὰ τριάκοντα ἀργύρια, à Syro non in tertia plurali, ut à nostris fieri solet, sed in prima singulari acceptum fuisse. quod cum verbis Prophetæ melius convenit. Arabs tamen habet in tertia اخذوا *acceperunt.* ut & vers. seq. وجعلوها *& posuerunt eos.* ubi rursus Syrus in prima, ܘܝܗܒܬ ܐܢܘܢ *& dedi eos.* legit ἔδωκα, non ἔδωκαν. Euang. Hebr. utrumque in tertia plurali. Addo, in citatione hujus loci, Syrum non exprimere nomen Prophetæ. exprimi autem in Arabe & Euang. Hebræo nomen Jeremiæ, ut in Græcis codicibus. An sine mendo hîc legi queat Jeremias pro Zacharia, videatur dissertatio Salom. Glassii, Philol. sacr. lib. 1. p. 196. & seq.

VERS. 9. Æthiopicus, *Eo tempore evenit verbum Jeremiæ Prophetæ, qui dixit, & acceperunt triginta argenteos, pretium honorati, quem honorarunt ex filiis Israël, & dederunt eos* &c. Confer cum Commentario nostro. Non displicet, quod τιμὴν τοῦ τετιμημένου, ὃν ἐτιμήσαντο verterit, *pretium honorati, quem honorarunt.* Id enim valde accedit ad Hebræa, modo pro הַיְקָר legas הַיָּקָר, & tum אֶדֶר הַיָּקָר אֲשֶׁר יְקַרְתִּי מֵעֲלֵיהֶם, vertas, *pretium honorati, qui* (non *quo*, id est, בַּאֲשֶׁר) *honoratus fui ab illis.* idem enim est, *qui honoratus fui ab illis*, atque *quem honorarunt illi*, nempe filii Israël: quod per ἀπὸ τῶν υἱῶν Ἰσραήλ intelligi posse, in Commentario ostendimus. ut & אֶדֶר sumi posse pro τιμὴν. Atque ita ironia erit, *pretium honorati, quem honorarunt filii Israël.* quasi dicas, quem enimvero egregiè ho-

honorarunt, quum tantulo pretio eum vendiderint.

VERS. 15. *Solebat autem præses dimittere unum vinctum* κατὰ ἑορτὴν, Syrus, ܒܟܠ ܥܐܕܐ, Arabs, في كل عيد *in omni festo*; Beza *singulis festis.* Sed Vulgatus, *per diem solemnem.* Euang. Hebr. ביום החג *in die festi.* Posterior interpretatio mihi magis arridet, quia in medio relinquit, per singulane totius anni festa vinctum unum dimittere soleret, an solum per recurrens quotannis paschatis festum. quod ex his verbis decîdi non potest. ἑορτὴ enim peculiare illud festum quod jam celebrabatur, paschatis videlicet, denotare potest: & κατὰ universitatem istius festi quotannis recurrentis. cui sententiæ favent verba Pilati, Joan. 18. 39. ἔστι δὲ συνήθεια ὑμῖν, ἵνα ἕνα ὑμῖν ἀπολύσω ἐν τῷ πάσχα. Nec alienum est, quod viri eruditi proferunt, hoc potius festo quam alio dimissum fuisse captivum, ut educti olim ex captivitate Ægyptiaca populi monumentum esset.

VERS. 16. Λεγόμενον Βαραββᾶν. Beza, *qui dicebatur Barabbam.* cur accusativum retinuerit nescio. quum enim λεγόμενον vertitur in nominativum *qui dicebatur*, debebat & Βαραββᾶν verti in Βαραββᾶς, qui nominativus extat Marc. 15. 7. sicut Vulgatus habet, *qui dicebatur Barabbas.* In Græco semper scribitur unico R, & duplici BB. quod Syrus rectè expressit per ܒܪܐܒܐ. etsi enim ܐܒܐ hîc unum tantum Beth habet, effertur tamen apud Syros per Kuschoi sive duritiem, quæ in Græcismo geminat. ut ܐܒܐ ἀββᾶ *pater.* sonat autem *filius patris.* Drusius, *filius patris mei.* nam inquit, אבא *pater meus.* אמא *mater mea.* רבונא *dominus meus.* rectum id in lingua Targumica. In Syriaca nondum occurrit. ibi *pater meus* ܐܒܝ dicitur. Non omittendum autem, ܒܪ ܐܒܐ terminari vocali prima, quum ܐܒܐ *pater* terminetur vocali quarta. Causa est, quia quum versio Syriaca facta sit ex Græco, nomina propria quæ ibi desinunt in ᾶς, terminare solet in ܐ. ut pro Βαρναβᾶς ܒܪ ܢܒܐ Θαδδαῖος ܬܕܝ. Κλεωφᾶς ܩܠܝܘܦܐ. Sic ergo. Βαραββᾶς. ܒܪ ܐܒܐ. In Euangel. Hebr. scribitur בר רבה. ubi ex more Danieli & Esdræ usitato ה pro א emphatico usurpatur, ac sonat *filius magistri.* Hieronymus in Comment. *Iste in Euangelio quod scribitur juxta Hebræos, filius magistri eorum interpretatur.* Legit procul dubio בר רבן. unde de Nomin. Hebr. *Barraban, filium magistri eorum, Syrum est, non Hebræum.* fallitur. nam בר רבן Syris est *filius magistri nostri.* at בר רבהון. *filius magistri eorum.* In Magistrorum autem lingua, ubi affixum fœmininum Hebræorum ן. sæpe usurpatur pro masculino ם, רַבָּן potest significare magistrum eorum. Imposuit autem viro doctissimo, quod Βαραββᾶν putaverit esse casus recti, ubi ν finale sit affixum Hebræorum, quum nihil sit nisi terminatio accusativi casus apud Græcos.

VERS. 16. Εἶχον δὲ τότε δέσμιον ἐπίσημον, λεγόμενον Βαραββᾶν. Æthiopicus addit, *magistrum latronum, & norant eum omnes.* quæ solummodo addita sunt, ad explicandum τὸ ἐπίσημον, pro quo habet שמוע, *auditus*, id est, celebris, qui passim audiebatur, id est, dicebatur nefarius.

VERS. 19. Μηδέν σοι καὶ τῷ δικαίῳ ἐκείνῳ. ad verbum id expressit Syrus. Hebraismus est, אל לך ולצדיק ההוא. Atque ita elegantius dicitur, quam vt habet Euang. Hebr. לא יהיה לך עסק את הצדיק ההוא, *ne sit tibi negocium cum justo illo.* Arabs, اياك وذلك الصديق, versio Romana, *quid tibi & illo justo?* phrasis Arabica non interrogat. اياك cavendi particula est, ut, اياك من الزنا *cave tibi à scortatione.* ita hoc loco, *cave tibi ab illo justo.* Sequitur, πολλὰ γὰρ ἔπαθον σήμερον κατ᾽ ὄναρ δι᾽ αὐτόν. Solus Vulgatus κατ᾽ ὄναρ vertit *per visum.* Syrus, Arabs, & Euangel. Hebræum Munsteri conveniunt cum Græco. Merceri autem non legit κατ᾽ ὄναρ.

VERS. 19. Πολλὰ γὰρ ἔπαθον σήμερον κατ᾽ ὄναρ δι᾽ αὐτόν. Æthiopicus. *Quia multum somniavi hodie in somnio de ipso.* Sic sane vertenda, quæ habet Æthiopicus. Suspicor tamen, חלמכו, *somniavi*, mendo typographico, positum pro חממכו, *passa sum.* ac tum quidem באנתיאהו, quod verti *de ipso*, vertendum *propter ipsum.* Utrumque enim præpositio illa passim valet, ut על apud Hebræos, & מטל apud Syros.

VERS. 24. ܐܠܐ ܕܝܬܝܪ ܫܓܘܫܝܐ ܗܘܐ. Tremel. *Sed magis vociferatio fieret.* accipitur enim pro κραυγή. Eph. 4. vers. 31. Boder. *sed magis tumultum fieri.* ponitur hoc loco pro θόρυβος. ut & Actor. 12. 18. pro τάραχος. Ferrarius ܫܓܘܫܝܐ *clamor, tumultus.* videtur deri-

derivari à verbo quiescenti media vau רוב, quod apud Hebræos est *litigare, contendere.* at apud Syros in Aphel ܐܪܝܒ *tumultuatus est*, teste Ferrario. extat Act. 24. 9. sed & ex ordine defectivorum secunda ܪܒ *clamavit, vociferatus est vocavit.* ܪܘܒܒܐ *tumultus*, apud Ferrarium. non reperio id in Lex. Syr. Arab. Sed ex primo ordine habet ܐܪܝܒܘ ܒܩܠ ܪܘܒܐ, i. verbum ܐܪܝܒ significationem habet à nomine ܪܘܒܐ. & Arabicè explicat, ضجّوا وجلبوا ارتفعت اصواتهم, id est, *clamarunt, & vociferati sunt, elevatæ sunt voces eorum.*

Vers. 26. ܘܢܓܕ ܒܦܪܓܠܐ ܠܝܫܘܥ. Ex hoc loco patet, primam literam in ܦܪܓܠܐ legendam per Scheva. secundam legendam esse per quartam vocalem patet ex Joan. 2. 15. ubi scribitur ܦܪܓܠܐ. tertiam literam legendam per vocalem secundam, docet Ferrarius, qui scribit ܦܪܓܠܐ *flagellum*, φραγέλλιον. malè ergo in Peculio Masii ܦܪܓܠܐ, & in Dictionario Boderiani פְּרַגְלָא. scribe פְּרַגֶּלָא. & in plurali פְּרַגֶּלֵא, quod Boder. in Reg. scripsit פְּרַגְּלֵא.

Vers. 27. Τότε οἱ στρατιῶται τοῦ ἡγεμόνος παραλαβόντες τὸν Ἰησοῦν εἰς τὸ πραιτώριον, &c. Vulgatus, Syrus & Arabs prorsus conveniunt. At Æthiopicus, *sumserunt Jesum è prætorio*, ἐκ τοῦ πραιτωρίου. vel, ut propriè sonat, אמכנן, *è judicatorio*, quod בית דין Hebræi dicunt. Euangelium Hebræum Editionis Munsteri habet, לקחו ישוע בבית הדין, *ceperunt Jesum in domo judicii.* At editionis Merceri, לקחו את ישו ומסר להם בבית דין, *ceperunt Jesum, & tradidit ipsis in domo judicii.* Acceperunt εἰς τὸ πραιτώριον, pro ἐν τῷ πραιτωρίῳ. Sæpe enim, quod aliquoties monuimus, εἰς pro ἐν usurpatur. Sed repugnat Johannes, qui, quod Matthæus versu præced. dixit, *traditum fuisse Christum ut crucifigeretur*, factum ait extra prætorium, quum Pilatus tribunali, quod extra prætorium erat, in Lithostroto insideret. vide Joh. 19. vers. 13. & 16. Itaque in prætorium denuo abduci debuit, ad ea peragenda quæ apud Matthæum porro narrantur.

Vers. 29. ܟܠܝܠܐ ܕܚܘܪܙܠܐ *coronam spineam* Ferrarius, ܚܘܪܙܠܐ *rhamnus*. addit Masius dici quoque ܚܘܪܙܐ. at locum non producit.

Vers. 33. Γολγοθᾶ à Syro scribitur ܓܓܘܠܬܐ Γογολθᾶ unde mera literarum transpositione est γολγοθᾶ. ut nihil necesse sit cum Cl. Beza dicere, perperam ita legi pro γολγολθᾶ. Euangelium Hebræum tamen scribit גלגלתא. quod autem in Græco sequitur, ὅς ἐστι λεγόμενος κρανίου τόπος, plane præterit. Beza in quodam codice legit ὅ ἐστι μεθερμηνευόμενον. sic Syrus & Arabs.

Vers. 34. Ἔδωκαν αὐτῷ πιεῖν ὄξος μετὰ χολῆς μεμιγμένον. Syrus & Arabs legerunt etiam ὄξος, *acetum*. At Vulgatus οἶνον, *vinum*. quomodo in suo vetustissimo exemplari legi testatur Cl. Beza. sic & Euang. Hebr. ויתנו לו לשתות יין מהול בראש *& dederunt ei bibere vinum mixtum felle.* Merceri exemplar omittit לשתות *bibere*. Et hanc quidem lectionem verissimam arbitratur Cl. Beza, adeo ut etiamsi ὄξος scripsisse Euangelistam Græcè, aut Syriacè חלא, aut Hebraicè חומץ dicamus, non significaverit tamen acetum quod vocamus, sed vinum conditum. quia Marcus, cap. 15. vers. 23. meminit οἶνου ἐσμυρνισμένου. malim tamen ὄξος capere pro aceto proprie dicto, & apud Marcum per οἶνον quoque intelligere acetum, quod nihil est nisi vinum acidum. Nam ὄξος sumere pro vino condito, exemplo & authoritate carere puto. Quod autem vir doctiss. per χολὴν non intelligit hoc loco *fel*, sed in genere amarorem, qualis est myrrhæ genuinæ, non gravatè ei assentior. tum quia Marcus pro χολῇ habet σμύρναν. tum quia Lxx. etiam לענה *absynthium* verterunt per χολήν, Prov. 5. 4. Thren. 3. 15. Quare nec multum culpandus Arabs, qui hoc loco pro μετὰ χολῆς habet مر *myrrhâ*. potest enim χολὴ quemvis amarorem significare, sive fellis, sive absynthii, sive myrrhæ. Petitus hic locus ex Psal. 69. 22. וַיִּתְּנוּ בְּבָרוּתִי רֹאשׁ, Lxx. καὶ ἔδωκαν εἰς τὸ βρῶμά μου χολήν. potest ibi ראשׁ simpliciter esse *amaror*. sicut quod Deut. 29. 18. dicitur פֶּן יֵשׁ בָּכֶם שֹׁרֶשׁ פֹּרֶה רֹאשׁ, Apostolus Hebr. 12. 15. vertit, μήτις ῥίζα πικρίας ἄνω φύουσα ἐνοχλῇ. ראשׁ πικρίαν vertit. sicut & Jer. 23.

15. מי ראש Lxx. verterunt ὕδωρ πικρόν. Matthæus ergo & Marcus se mutuo explicant. οἶνον Marci Matthæus explicat per ὄξος. & vicissim χολὴν Matthæi Marcus per σμύρναν. Unde liquet, secus quam doctissimi viri existimarunt, nihil hîc ex recepto Judæorum more factum, qui hoc morituris humanitatis officium præstare solebant, ut vinum propinarent בקורט לבונה *cum grano thuris*, כדי שתטרף דעתם *quo abripiatur mens eorum.* Hîc contra pro vino acetum, pro benigni saporis thure amarorem myrrhæ propinarunt, ne quid deesset quo virulentum suum in Servatorem animum proderent. Id sane malo, quam cum Cl. Casaubono Exercit. XVI. cap. 34. statuere, in libris Hebræorum thus memorari pro myrrha. quum hæc longè diversissimi sint saporis, & loca isthic à doctiss. viro ex Hebræis citata, ut & à Drusio in Præterit. constanter thuris mentionem faciant.

VERS. 34. Pro ὄξος Æthiopicus quoque habet *vinum*, ut Vulgatus. adi Commentarium nostrum.

VERS. 35. Ἵνα πληρωθῇ τὸ ῥηθὲν ὑπὸ τοῦ προφήτου. Vulgatus, Arabs, & Euang. Heb. legerunt ὑπὸ τοῦ προφήτου λέγοντος, *per Prophetam dicentem.* Syrus cum Græco convenit.

VERS. 35. *Ut impleretur quod dictum est à Propheta, partiti sunt* &c. Hoc Prophetæ testimonium ait Erasmus in plerisque Græcorum codicibus non citari, nec ab Hieronymo ullam ejus fieri mentionem. Beza negat in ullis vetustis codicibus reperiri. Syrus quoque & Æthiopicus non legerunt. Etsi enim in editione Syra Cothenensi extet, nescio qua id autoritate sit factum, nisi forte solius editionis Plantinianæ in decimo sexto, quæ Hebraicis characteribus impressa est. alioqui Tremellianum exemplar, Viennensis idem editio, Regia & Parisiensis plane ignorant. In Vulgato tamen, & Arabe, & Euang. Hebr. utriusque editionis ea reperiuntur.

VERS. 37. *Et imposuerunt super caput ejus* τὴν αἰτίαν αὐτοῦ Syrus expositionis gratia, ܥܠܬܐ ܕܡܘܬܗ *causam mortis ejus.* Vulgatus, *causam ejus.* Beza, *crimen ejus.* Euang. Hebr. דינו *judicium ejus.* Arabs paulo aliter, وجعلوا لوحا وكتبوا عليها ووضعوها فوق راسه, *& posuerunt tabellam, & scripserunt super eam, & posuerunt eam super caput ejus.*

VERS. 40. Ὁ καταλύων τὸν ναόν. In quodam exemplari, inquit Beza, additur οὐά. Vulgatus, *vah.* Euang. Hebr. האח. Syrus & Arabs non addunt. Similiter Vulgat. & Euang. Heb. legerunt τὸν ναὸν τοῦ θεοῦ. Syrus & Arabs non item.

VERS. 40. Ὁ καταλύων τὸν ναόν, καὶ ἐν τρισὶν ἡμέραις οἰκοδομῶν, σῶσον σεαυτόν. Æthiopicus, ὁ καταλύων καὶ οἰκοδομῶν per tertiam personam vertit. *Qui destruit templum, & ædificat illud tribus diebus, serva teipsum.* Familiare id est Orientalibus, ut quando aliquem alloquuntur, epitheta ejus in tertia persona efferant. tale est illud Syri Galat. 4. vers. 21. ܐܡܪܘ ܠܝ ܐܢܬܘܢ ܐܝܠܝܢ ܕܨܒܝܢ ܕܢܗܘܘܢ ܬܚܝܬ ܢܡܘܣܐ, *dicite mihi vos, qui volunt ut sint sub lege.* pro, *qui vultis ut sitis,* id est, *qui vultis esse.* Talia sunt in Hebraismo, Mich. 1. 2. שִׁמְעוּ עַמִּים כֻּלָּם, *audite populi omnes illi*, pro כֻּלְּכֶם, *omnes vos.* Job. 17. 10. וְאוּלָם כֻּלָּם תָּשֻׁבוּ, *& profecto omnes illi* (pro *vos*) *revertimini.* Sic in precibus compellantes Deum, solent mutare personam, quum dicunt, ברוך אתה ה׳ אלהנו מלך העולם אשר קדשנו במצותיו, *Benedictus tu Domine Deus noster rex seculi, qui sanctificavit nos præceptis suis*, pro *sanctificasti nos præceptis tuis.* Hanc phrasin imitatus est Matthæus c. 23. 37. Ἱερουσαλὴμ, Ἱερουσαλὴμ, ἡ ἀποκτείνουσα τοὺς προφήτας, καὶ λιθοβολοῦσα τοὺς ἀπεσταλμένους πρὸς αὐτήν, ποσάκις ἠθέλησα ἐπισυναγαγεῖν τὰ τέκνα σου. Ubi non assentior Cl. Bezæ, qui αὐτὴν vult idem esse quod σεαυτήν. Est enim purus putus Hebraismus, quem Syrus & Arabs retinentes αὐτὴν verterunt per tertiam personam, sequentes linguarum suarum idiotismum. Cl. Camerarius notat, in vetere suo codice legi αὐτὴν, eamque duram esse personæ enallagen. Non est sane dura in linguis Orientalibus. nec dubitavit Æthiopicus vertere, *ô Jerusalem, Jerusalem, quæ occidit Prophetas, & lapidat Apostolos qui missi sunt ad eam.* Expedita hæc sunt & elegantia in istis linguis.

VERS. 41. Καὶ πρεσβυτέρων. Syrus & Arabs addunt, *Et Pharisæis*, ut & omnes vetusti codices, teste Beza. Vulgatus & Euang. Hebr. non addunt.

VERS. 43. *Confidit in Deo, eruat eum nunc*, εἰ θέλει αὐτόν. Syrus, ܐܢ ܨܒܐ ܒܗ *si vult in eo*, ἐὰν εὐδοκεῖ ἐν αὐτῷ, id est, si acceptum eum habet. Arabs, ان كان يحبه (sic rectè legitur in Rom. edit. non rectè in Erpeniana يحبه) *si diligit eum.* At Euang. Hebr. אם חפץ, Vulgatus, *si vult.* omiserunt posterius αὐτόν, etsi id

id in omnibus codicibus Græcis repererit Clar. Beza. suspicatur id omissum vir Doctiss. ob novitatem hujus locutionis, *si vult eum.* quin imo ipsum hunc locum suspectum sibi esse fatetur, quia neque verba Hebræa חפץ & רצה, neque Græcum τὸ θέλειν construi cum casu quarto personæ sic usquam consueverint. nulla tamen hîc suspicionis causa. petita enim hæc sunt ex LXX. Interpretibus, qui Psal. 22. v. 9. יַצִּילֵהוּ כִּי חָפֵץ בּוֹ verterunt, ῥυσάσθω αὐτὸν, ὅτι θέλει αὐτόν. neque hîc tantum, sed & alibi accusativum personæ construxerunt cum θέλω, ubi textus Hebræus habet חָפֵץ sequente ב. ut Psal. 18. vers. 22. ῥύσεταί με, ὅτι ἠθέλησέ με. Psal. 41. 12. ἐν τούτῳ ἔγνων ὅτι τεθέληκάς με. vide & Deut. 21. 14. & alibi.

VERS. 45. *A sexta autem hora tenebræ factæ sunt* ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν. Beza, *super universam regionem.* Syrus, Arabs, Euang. Hebr. Vulgatus & Erasmus, *super universam terram.* nec inde tamen sequitur, intelligi omnes mundi plagas, sed magnam solummodo ejus portionem, fortassis quaquaversum patebat imperium Romanum. sicut quum Luc. 2. 1. descripta dicitur πᾶσα ἡ οἰκουμένη, id est, universa ditio imperii Romani. Familiaris ea locutio est Danieli cap. 4. & 7. ubi de quatuor mundi imperiis agens, singula extendit ad terminos universæ terræ. ubi si verteris, *universæ regionis*, non satisfeceris materiæ.

VERS. 45. Σκότος ἐγένετο ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν. Æthiopicus, *obtenebratus fuit totus mundus.* accepit pro universalibus tenebris.

VERS. 46. λαμὰ ἠλὶ, ἠλὶ, σαβαχθανί. Syrus exprimit, ܐܝܠܝ ܐܝܠܝ ܠܡܢܐ ܫܒܩܬܢܝ. quum tamen Psal. 22. 1. pro אֵלִי אֵלִי dixerit Syrus ܐܠܗܝ ܐܠܗܝ, unde apud Marcum dicitur Christus exclamasse, Ἐλωΐ, Ἐλωΐ. Drusius existimat pro איל איל reponendum in Syro אֵלִי אֵלִי. quod Hebraicum pariter & Syriacum esse ait. Hebraicum esse nemo dubitat. Syriacum esse non credo. & omnino ita relinquenda puto, quia Psal. 22. 20. eodem modo reperiuntur, ܐܝܠܝ ܐܝܠܝ ܠܡܥܕܪܢܘܬܝ ܚܘܫ, pro Hebræo, אֱיָלוּתִי לְעֶזְרָתִי חוּשָׁה. At quare pro אֵלִי אֵלִי, איל איל, omisso pronomine affixo primæ personæ? Respondeo, quia id affixum etiam non ubique adscribi solet, ne quidem in Targum, ubi pro Hebræo אָבִי *pater meus*, plerumque dicitur tantum אַבָּא.

vide Gen. 19. 34. quomodo & pro אֱיָלוּתִי, Syrus solummodo dixit, ܐܝܠܝ ܐܝܠܝ, in editione Erpeniana. In Parisiensi enim additum est affixum ܐܝܠܝ ܐܝܠܝ, quæ sic lecta à D. G. Sionita, vertuntur ab eodem, *Deus meus, Deus meus.* at si legas ܐܝܠܝ ܐܝܠܝ, vertes, *robur meum, robur meum*, estque idem quod Hebræum אֱיָלוּתִי. quomodo Psal. 88. 5. הָיִיתִי כְּגֶבֶר אֵין אֱיָל, Syrus vertit, ܘܗܘܝܬ ܐܝܟ ܓܒܪܐ ܕܠܝܬ ܠܗ ܐܝܠܐ ܘܡܥܕܪܢܐ, *& fui sicut vir, cui non est robur*, vel *adjumentum.*

VERS. 49. ܫܪܟܐ ܕܝܢ ܐܡܪܝܢ ܗܘܘ: ܫܒܘܩܘ ܢܚܙܐ. Tremel. *reliqui autem dicebant illi, Sinite, videamus.* videtur legisse, ܐܡܪܝܢ ܗܘܘ ܠܗ, quod in Vien. Regia & Cothen. non extat. nec inter varias lectiones recensetur. itaque tollendum *illi.* sic simul tollitur scrupulus, ob quem suspicatur legendum ܫܒܘܩ ܘܢܚܙܐ, *sine & videamus.* Arabs quoque in plurali habet, دعوه *sinite eum.* In Græco tamen est ἄφες, *sine.* nec annotavit Beza lectionis ullam varietatem. Vulgatus & Euangel. Hebr. similiter in singulari legerunt.

VERS. 49. *Et erant qui dicerent, sine, videamus si venturus est Elias ut servet eum.* Addidit his Æthiopicus ex Johanne, *& alius rursus unus accepit lanceam, & confodit ei latus suum, & effluxit sanguis & aqua.* Annotat tamen Clar. Beza, in duobus etiam vetustis codicibus ea Græcè legi: Syrus, Arabs, Vulgatus, & Euangel. Hebr. non legerunt.

VERS. 53. ܘܢܦܩܘ ܘܡܢ ܒܬܪ ܩܝܡܬܗ ܥܠܘ ܠܡܕܝܢܬܐ ܩܕܝܫܬܐ. *Et exiverunt, & post resurrectionem ejus intrarunt in urbem sanctam.* In Græco est, Καὶ ἐξελθόντες ἐκ τῶν μνημείων μετὰ τὴν ἔγερσιν αὐτοῦ, εἰσῆλθον εἰς &c. Syrus hæc aliter distinxit, nempe hoc modo, Καὶ ἐξελθόντες ἐκ τῶν μνημείων, μετὰ τὴν ἔγερσιν αὐτοῦ εἰσῆλθον εἰς &c. Ut sensus non sit, sanctos, quorum corpora ipso articulo mortis Christi dicuntur resurrexisse, post resurrectionem ejus demum

mum exiisse è sepulchris, sed egressos eodem tempore quo resurrexerunt, post resurrectionem Christi demum intrasse in urbem sanctam. quod omnem prorsus eximit scrupulum. nec ad eum vitandum opus fuit (quod citat Cl. Casaubonus Exerc. 1. cap. 28.) ut Glycas historicus αὐτῶν emendaret pro αὐτοῦ. quod secutus Arabs vertit وخرجوامن بعد قيامه, *& exiverunt post resurrectionem suam.* Euangel. Hebræum legit αὐτοῦ, neque quam Syrus, sed quam ex Græco primum exhibuimus distinctionem secutus est. sic enim habet, ויצאו מן הקברים אחר תקומתו ובאו אל עיר הקדש, *& exiverunt ex sepulchris post resurrectionem ejus, & ingressi sunt in urbem sanctam.* præfero Syrum. quem quum sequimur, non opus est cum Clar. Beza recurrere ad ea quæ ad versum 52 annotavit his verbis: Quæ post scissionem veli referuntur de sanctorum quorundam resurrectione & apparitione, etsi continenter ab Euangelista narrantur, ne unius & ejusdem facti historiam veluti discerperet, tamen Christi resurrectionem esse consequuta, ex proximè sequenti versiculo apparet. Hæc ille. Verùm distinguendam ajo horum sanctorum resurrectionem, ab eorundem apparitione. Monumenta aperta sunt, sanctique inde egressi ante Christi resurrectionem, ad demonstrandam vim mortis Christi. sed delituerunt extra urbem, donec resuscitato Christo ingressi sunt sanctam urbem, ibique apparuerunt, ut simul & mortis & resurrectionis Christi gloria in ipsis appareret. Ea sententia magis arridet, quia & seriem historiæ servat, & mutata solummodo distinctiuncula textui vim nullam infert. Magnas Syro hoc nomine gratias debemus.

VERS. 53. Æthiopicus, *Et exiverunt à sepulchris suis, & intrarunt in urbem sanctam, postquam surrexissent.* id est, μετὰ τὴν ἔγερσιν αὐτῶν. ut & Arabs legerat. Confer cum Commentario nostro.

VERS. 56. Καὶ Μαρία ἡ τοῦ Ἰακώβου καὶ Ἰωσῆ μήτηρ. Ambiguitatem habet hæc constructio, quam Vulgatus non sustulit. Euang. Hebr. hoc modo tollere conatur, ומרים יעקוב ואם יוסף, *& Maria Jacobi, & mater Josephi.* ubi *mater* de solo Josepho sive Jose prædicatur. itaque aut diversas intelligit fœminas, quarum una sit Maria Jacobi sive mater, sive uxor, altera mater Josis: aut eandem quæ pariter & Jacobi uxor, & Josis mater sit. Aliter ambiguitatem tollit Syrus, ܘܡܪܝܡ ܐܡܗ ܕܝܥܩܘܒ ܘܕܝܘܣܐ, *Et Maria mater Jacobi & Josis.* similiter Beza, Arabs ad dilucidiorem explicationem repetit *mater.* ومريم ام يعقوب وام يوسا, *& Maria mater Jacobi & mater Josis.* satis tamen dilucida est sententia Syri, quam laudo, ut una intelligatur Maria quæ Jacobi simul & Jose mater fuerit. hos enim fratres fuisse patet ex Marc. 6. 3. Et matrem Jose vocatam fuisse Mariam constat ex Marc. 15. v. 47. ubi Maria Jose dicitur, quæ eadem Marc. 16, 1. Maria Jacobi dicitur. estque ista ἄλλη Μαρία quæ præter Mariam Magdalenam memoratur Matth. 27. 61. & 28. 1. Nec omittendum, pro Ἰωσῆς Vulgatum & Euang. Hebr. legisse Ἰωσὴφ, aut certe pro eodem habuisse. quod & Syrus fecit Actor. 4. vers. 36. Hîc tamen, ut & Marc. 6. 3. & 15. 40. & Luc. 3. 29. scripsit ܝܘܣܐ. eodem tamen nomine. Unde qui in Pirke Aboth cap. 6. dicitur רבי יוסי, à Petro (lege Philippo) Aquinate vertitur *Rabbi Joseph.* sicut & Actor. 1. 23. pro Ἰωσὴφ in uno vetere exemplari legi Ἰωσῆν, & cap. 4. 36. pro Ἰωσῆς Ἰωσὴφ, testatur Cl. Beza. Talmudistarum iste mos est, apocopen ultimæ literæ inducere. ut בי pro בית *domus*, תו pro תוב *iterum.* sic ergo pro יוֹסֵף, יוֹסֵי. atque inde, addita terminatione Græca, Ἰωσῆς.

VERS. 56. Καὶ Μαρία ἡ τοῦ Ἰακώβου καὶ Ἰωσῆ μήτηρ. Æthiopicus, *& Maria quæ Jacobi, & mater Josephi.* Eodem scilicet modo, quo Euangelium Hebræum habere diximus in Commentario.

VERS. 59. ܘܟܪܟܗ ܒܣܕܘܢܐ ܕܟܬܢܐ ܢܩܝܐ. Trem. *Et involvit ipsum in sindone linea munda.* Boder. *in linteo lini mundi.* malim, *in involucro lini mundi.* est enim ܟܪܟ *cinxit, constrinxit, ligavit.* vide quæ observavimus ad Actor. 27. 17. est ergo ܟܪܟܐ involucrum quo corpus cingitur, constringitur & ligatur. ne quis miretur autem σινδόνα exponi à Syro *involucrum lineum.* nam & Gloss. σινδών, *tunica lintea.* Neque pretiosius ad sepulturam adhibere licebat. teste Juchasin fol. 54. pag. 2. cujus verba sunt, *Non licet sepelire in sericeis involucris, aut vestibus phrygionicis, ne principem quidem: quoniam hæc est perditio, & opus gentium.* Princeps erat הנשיא præses magni Synedrii. qui quamvis regis instar sepeliretur, non tamen nisi linteo involucro.

VERS. 60. Καὶ προσκυλίσας λίθον μέγαν τῇ θύρᾳ τοῦ μνημείου, ἀπῆλθεν. Concordant Arabs, Vulg. & Euangel. Hebræum. Solus Syrus mutavit in plura.

plurale, ܘܥܓܠܘ ܟܐܦܐ ܪܒܬܐ ܐܪܡܝܘ ܥܠ ܬܪܥܐ ܕܒܝܬ ܩܒܘܪܐ ܘܐܙܠܘ. *Et volverunt lapidem, objecerunt ostio sepulchri, & abierunt.* Explicuit textum Græcum, cujus mens est, fecisse hoc Josephum per alios, vel adjuvantibus aliis. erat enim lapis permagnus.

VERS. 63. Ἐμνήσθημεν, *recordati sumus.* Solus Æthiopicus habet *recordare*, in imperativo ad Pilatum. quod non quadrat.

VERS. 64. ܦܩܘܕ ܗܟܝܠ ܢܙܕܗܪܘܢ ܒܩܒܪܐ. Tremel. *Præcipe igitur diligentes esse circa sepulchrum.* Bod. in Reg. *Jube ergo custodiri sepulchrum.* In Paris. *Jube ergo sint custodientes circa sepulchrum.* ܐܙܕܗܪ significat, *præmonitum esse, cavere, cautum esse.* neque habet diligentiæ aut custodiæ notionem, nisi quatenus custodire seipsum significat cavere sibi, caute se gerere, quod Hebræi dicunt הִשָּׁמֵר. ad verbum ergo verto, *præcipe qui cauti sint pro sepulchro*, id est, qui sollicitè & cum cautione curam sepulchri gerant. *præcipe*, i. constitue qui sepulchro caveant. sicut apud Hebr. צִוָּה & פָּקַד, quæ propriè *jubendi* significationem habent, pro *constituere* etiam sæpe usurpantur. Sequitur, *ne veniant discipuli ejus* νυκτός, *nocte.* Vulgatus, Arabs, & Euang. Hebr. non legerunt νυκτός. neque scriptum erat in duobus vetustis Bezæ codicibus. Syrus legit. Porro, ܘܬܗܘܐ ܛܘܥܝܬܐ ܐܚܪܝܬܐ, *& erit error posterior.* ne existimet lector ultimam literam in ܛܘܥܝܬܐ esse hheth, quod multi etiam Grammatici & Lexicographi existimarunt, sed est duplex Jod, quæ quando concurrunt vix ab hheth discerni possunt. legendum ergo טָעוּת *error.* à verbo טְעָא *erravit.* In Coloniensi editione omittitur hîc posterior vocalis. at Marc. 4. 19. perperam supra Ain scribitur, hoc modo, ܛܘܥܝܬܐ. factum id, quia author putavit ultimam literam esse hheth. At in Viennensi utrobique scribitur ܛܘܥܝܬܐ. ubi posterior vocalis pertinet ad prius Jod.

VERS. 65. ܐܝܬ ܠܟܘܢ ܩܣܛܘܢܪܐ. Dictionem hanc non esse, quod plerique voluerunt; corruptam ex Græco κουστωδίαν quâ hîc utitur Matthæus, sed esse Latinam *quæstionarios*, qui ad fontibus supplicia inferenda, eosque custodiendos adhibebantur, adeoque hîc custodiendo Christi sepulchro commodè præficiuntur, persuasit doctiss. vir Nicol. Full. Miscell. lib. 4. cap. 17.

VERS. 65. Ἔχετε κουστωδίαν. Solus Æthiopicus accepit ἔχετε in Imperativo, *accipite custodiam.* ita accipi posse, monuit quoque Erasmus. Sed assentior reliquis interpretibus, qui per Indicativum vertunt.

CAP. XXVIII.

VERS. 1. ܒܪܡܫܐ ܕܝܢ ܒܫܒܬܐ ܕܢܓܗ ܗܘ ܒܚܕ ܒܫܒܐ. Tremel. vertit, *Vespere autem in Sabbatho, cujus vesperæ lux prima est in septimana.* Boderianus eodem sensu, *In vespera autem in Sabbatho, cujus lux una in Sabbatho.* ambo illud ܕܢܓܗ acceperunt pro nomine cum affixo, quod Tremellius ad ܪܡܫܐ refert, quod est mascul. Boderianus autem an quoque eo, an ad ܫܒܬܐ referat, incertum est. At vero ܗ præcedente ܝ nec mascul. nec fœmin. generis affixum esse potest secundum analogiam Grammatices. Masculinum enim haberet ante se ܘ, fœmininum ܐ. Fuit quum existimarem esse Benoni Kal, quod in fine ܝ pro ܐ habet, quia sequitur ܗ. sic enim verba quæ desinunt in ܗ ܘ ܝ ܢ solent ܝ pro ܐ sibi vendicare. punctum autem supra ܗ existimabam esse à prima aut media radicali dislocatum ad ultimam, & indicare Benoni. Itaque vertebam, *in vespera autem in Sabbatho, quæ illucescit prima septimanæ.* At Ferrarius me docuit, ܢܓܗ (posito puncto supra ܓ ad indicandum duriter esse pronunciandum) & forma Emphatica ܢܓܗܐ (puncto jam infra eandem literam posito, ad innuendum molliter jam pronunciandam, quia per Scheva quescens effertur, more literarum begadkephath apud Hebræos) significare *auroram, manè, diluculum.* Hinc vertendum, *In vespera autem in Sabbatho, quæ diluculum est primæ in septimana.* Sed tum per ܪܡܫܐ *vesperam* universa nox denotari deberet, adeo ut etiam finis noctis qui diluculum & auroram contingit vespera diceretur. quod quum durum sit, & ni fallor inusita-

sitatum, persisto adhuc in priori mea sententia, ܢܓܗ hîc esse Benoni. & per ܪܡܫܐ intelligo vesperam propriè dictam, à qua Hebræi naturalem diem inchoabant, quæ finis erat Sabbathi, & initium primæ diei septimanæ: quæque propterea hîc dicatur illucescere prima in septimana. est autem ܒܪܡܫܐ ܒܫܒܬܐ *in vespera in Sabbatho*, idem quod, *in vespera Sabbathi*, sicut ܚܕ ܒܫܒܐ *una in septimana*, id est, prima septimanæ. ܬܠܬܐ ܒܫܒܐ *tres in septimana*, i. tertia septimanæ. quod autem sequitur ܢܓܗ, quum mascul. sit, ad ܪܡܫܐ pertinet, non ad ܫܒܬܐ. Nec est quod quis miretur, vesperam hîc dici illucescere. quod id auroræ sit, non vesperæ. eandem enim phrasin habes Joan. 19. v. 31. ubi Judæi, propterea quod parasceve esset, dicunt, *ne pernoctent cadavera hæc in cruce*, ܡܛܠ ܕܫܒܬܐ ܢܓܗ ܗܘܐ *quia Sabbathum illucescit*. ut & Lucas loquitur cap. 23. vers. 54. ϗ ἡ ἡμέρα ἦν παρασκευὴ, ϗ σάββατον ἐπέφωσκε. quæ non nisi de appetente Sabbathi vespera intelligi possunt. Syrus ergo per ὀψὲ σαββάτων intellexit ipsam vesperam Sabbathi, & de ea dici putavit τῇ ἐπιφωσκούσῃ εἰς μίαν σαββάτων. quod etsi in Vulgato & Erasmo reprehendat Cl. Beza, rectum tamen putamus. nec pugnat hæc sententia cum reliquis Euangelistis. neque enim dicuntur hic vespera venisse ad sepulchrum, sed ivisse ut id viserent. Statuamus ergo vesperi portas exivisse, totam noctem extra portas hæsisse, ut summo mane antequam portæ urbis aperirentur, & ab ullis conspici possent, ad sepulchrum contenderent. Explicat quoque Syrus quid sit, τῇ ἐπιφωσκούσῃ εἰς μίαν σαββάτων. esse videlicet phrasin qualis in his, ἔσομαι αὐτῷ εἰς πατέρα, ϗ αὐτὸς ἔσαι μοι εἰς υἱόν. id est, *ero ipsi pater, ipse mihi erit filius*. sic hoc loco, quæ illucescit in primam septimanæ, i. prima. Marcus dicit, fœminas has emisse aromata διαγενομένου τοῦ σαββάτου, i. ut ait Matthæus, ὀψὲ τῶν σαββάτων, τῇ ἐπιφωσκούσῃ εἰς μίαν σαββάτων, nempe vespera ea quæ Sabbathum excipiebat, quaque primus septimanæ dies incipiebat. id fecerunt, ἵνα ἐλθοῦσαι ἀλείψωσι τὸν Ἰησοῦν. refer hoc ad initium itineris, conveniet cum Matthæo dicente, eas tum ivisse ut inviserent sepulchrum. Nec repugnat id Euangelistæ Lucæ, dicenti eas reversas à sepulchro emisse aromata. neque enim dicit, statim à reditu id factum. imo cavet hoc, quum docet Sabbathum jam tum illuxisse, easque Sabbatho quievisse, secundum mandatum. quando ergo emerunt? Marcus ait, διαγενομένου τοῦ σαββάτου. Existimamus itaque fœminas ipsa vespera Sabbathi, quum ex more Judæorum primus dies septimanæ initium caperet, accinxisse se ad iter sepulchrum versus, in eo itinere emisse aromata, exiisse urbe, tota nocte hæsisse in suburbio, inde excurrisse Mariam σκοτίας ἔτι οὔσης. Joan. 20. v. 1. reliquas deinde ad sepulchrum venisse ὄρθρου βαθέος, Luc. 24. 1. Aliter Matthæum cum reliquis Euangelistis conciliat Cl. Drusius in Præteritis. ὀψὲ τῶν σαββάτων, inquit, est *sero Sabbathi*, cujus additamentum (תוספת vocant) incidit in τὸ πρωῒ diei sequentis. idem ergo ὀψὲ τῶν σαββάτων, & τὸ πρωΐ. Hæc ille. quæ quidem omnibus anteferrem, si verum esset quod tradit, additamentum Sabbathi incidisse in τὸ πρωῒ diei sequentis. Longe aliter Fagius in cap. 31. Exodi. Judæi, inquit, quia nesciant, ut ipsi dicunt, momentum illud quo Sabbathum incipit, jam quo illi satisfaciant, horam unam tardius desinunt, & hoc tempusculum vocant תוספת מחול אל הקדש, additionem de profano ad sacrum. & hoc ipsum additamentum significari volunt in lege per שבתון *Sabbatulum*. Hæc ille. Non potest itaque ὀψὲ τῶν σαββάτων porrigi ad τὸ πρωῒ, cum unius tantum horæ esset additamentum.

Vers. 1. Ὀψὲ δὲ σαββάτων, τῇ ἐπιφωσκούσῃ εἰς μίαν σαββάτων. Æthiopicus, *vespere Sabbathi, ad exortum primum*, supple diem, *venit Maria* &c. Id est, quum primus dies exortus esset. Ubi si dies intelligitur naturalis, qui exoriebatur sive initium capiebat ab occasu solis apud Judæos, idem dixit quod nos in Commentario nostro volebamus, exivisse mulieres ipsa vespera post exactum Sabbathum.

Vers. 2. Ἀπεκύλισε τὸν λίθον ἀπὸ τῆς θύρας. Vulgatus, *revolvit lapidem*. solus non legit ἀπὸ τῆς θύρας. Syrus enim, Arabs & Euang. Hebr. habent.

Vers. 3. *Et vestimentum ejus* λευκὸν ὡς χιών, *album ut nix*. Vulgatus & Euang. Hebr. non legerunt λευκόν. Syrus & Arabs legerunt.

Vers. 7. ὅτι ἠγέρθη ἀπὸ τῶν νεκρῶν. Solus Vulgatus non legit ἀπὸ τῶν νεκρῶν. Syrus, Arabs, & Euang. Hebr. legerunt.

Vers. 9. ὡς δὲ ἐπορεύοντο ἀπαγγεῖλαι τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ. Omnia hæc absunt à Syro & Vulgato Interprete, ut & à vetustissimo Bezæ exemplari. Arabs & Euang. Hebr. habent. si legantur, retributivum est sive consecutivum quod sequi-

quitur, Καὶ ἰδοὺ, ad morem Vau Hebraici. unde rectè in interpretatione sua Cl. Beza omisit Καὶ.

Vers. 14. *Et si hoc auditum fuerit* ἐπὶ τοῦ ἡγεμόνος, rectè Beza *apud præsidem.* sicut Arabs, عند القايد. Syrus, ܩܕܡ ܗܓܡܘܢܐ *coram præside.* Erasmus, ad verbum, *sub præside.* Vulgatus, *à præside*, sicut Euang. Hebr. מאת הפקיד.

Vers. 15. Καὶ διεφημίσθη ὁ λόγος οὗτος παρὰ Ἰουδαίοις μέχρι τῆς σήμερον. Solus Æthiopicus habet, *& exivit hic sermo ex Judæis usque ad hodiernum diem.* quasi dicas, à Judæis ad alios etiam populos dispersus est. videtur legisse παρὰ Ἰουδαίων, *à Judæis.* quod nullius authoritate comprobatur. nec adeo rei ipsi convenit ac prior lectio, quâ quod à sacerdotibus fictum fuerat, operâ militum per universum populum dispersum & creditum fuisse dicitur.

Vers. 17. ܘܡܢܗܘܢ ܐܬܦܠܓܘ, *& ex iis* (quidam eorum) *dubitaverunt.* similiter Vulgatus & Beza exposuerunt, οἱ δὲ ἐδίστασαν. nam ut rectè Beza & Casaubonus in hunc locum, οἱ δὲ non præcedente οἱ μὲν usitatissimum est pro τινὲς δὲ sic Arabs, وبعضهم شك *& pars eorum dubitavit.* Euang. Hebr. וקצת הסתפקו *& quidam dubitaverunt.* Porro ܐܬܦܠܓܘ propriè est *divisi fuerunt*, ut ἐδίστασαν. nam qui dubitat, verè est divisus animo, ἀνὴρ δίψυχος, ἀκατάστατος ἐν πάσαις ταῖς ὁδοῖς αὐτοῦ, ut loquitur Jacobus cap. 1. v. 8.

Vers. 18. ܘܐܝܟܢܐ ܕܫܕܪܢܝ ܐܒܝ ܐܦ ܐܢܐ ܡܫܕܪ ܐܢܐ ܠܟܘܢ. *& sicut misit me pater meus, etiam ego mitto vos.* rectè observavit Cl. Beza, hæc ex Joan. 20. 21. hîc inserta esse. Arabs, Euangel. Hebr. & Vulgatus non habent.

Vers. 19. Πορευθέντες οὖν μαθητεύσατε. Deesse οὖν testatur Cl. Beza in suis vetustis codicibus. Legerunt id tamen Syrus, Vulgatus, & Euangel. Hebræum Arabs pro eo habet الان *nunc*, prout in vetustissimo Bezæ codice legebatur. νῦν.

Non possumus non ea addere, quibus Arabs Euangelium Matthæi claudit كمل نسخ بشارة متي الرسول وكان كتبها بارض فلسطين بالهام روح القدس عبرانيا بعد صعود ربنا يسوع المسيح بالجسد الي السماء بثمان سنين في اول سنة من ملك اقلوديوس قيصر ملك الروم. Id est, *absolutum est exemplar Euangelii Matthæi Apostoli, quod scripsit in terra Palæstina auxilio spiritus sancti Hebraicè, octo annis postquam Dominus noster Jesus Christus carne in cælos ascendit, primo anno regni Claudii Cæsaris Regis Romani.* Quæ partim conveniunt cum Syro, dicente Matthæum prædicasse ܟܪܙ ܥܒܪܐܝܬ ܒܐܪܥܐ ܕܦܠܣܛܝܢܐ, *Hebraicè in terra Palæstina*, partim cum vetustissimo Bezæ codice, in quo erat, Τέλος δὲ κατὰ Ματθαῖον ἁγίου εὐαγγελίου. Ἀμήν. ἐξεδόθη ὑπ' αὐτῆς (legendum videtur ὑπ' αὐτοῦ) τοῦτο μετὰ χρόνους η΄ τῆς τοῦ Χριστοῦ ἀναλήψεως. *Finis sancti Euangelii secundum Matthæum. Amen. Editum est istud ab eo, octavo post anno à Christi sursum assumtione.* Addit Arabs, fuisse eum primum annum Claudii. Nam quadragesimus primus à nato Christo annus, qui octavus est ab ejus adscensione, primus fuit imperii Claudii.

Vers. 19. Βαπτίζοντες αὐτοὺς εἰς τὸ ὄνομα τοῦ πατρὸς &c. Solus Æthiopicus habet, *Baptizantes eos dicite, in nomine Patris* &c.

Finito Euangelio, autor vel autores translationis Æthiopicæ hæc subjiciunt: *Propter Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum, & propter electos, & indutos cruce, lectores hujus libri, memores estote nostri in precibus vestris sanctis, fratrum vestrorum, expectantium spem resurrectionis filii, & ternarii, Petri, Pauli & Bernardini. Nam omnes nos filii Abuna sumus, planta fidei montis Libanon. Laboravimus in hoc libro afflictione magna.* Ubi monendus lector, Abissinos sive Æthiopes Patriarcham suum non alio nomine quam Abuna, id est, Pater noster, nuncupare. quod autem se dicant *Plantam fidei montis Libanon*, significat, derivatam ad ipsos fidem à Syris Christianis, qui montem Libanon incolunt. Suspicor equidem, cautionis gratia id expressum, ut constet, ex illorum numero eos esse, qui, Maronitas montis Libanon secuti, Pontifici Romano se subjecerunt, quod à Maronitis istius montis, anno 1182 factum, ex Setho Calvisio didicimus. Atque inde de antiquitate & autoritate hujus translationis non obscurum judicium ferri potest.

S. MAR-

S. MARCI.

CAP. I.

VERS. 2. ὡς γέγραπται ἐν Προφήταις. Quia nempe sequuntur duorum Prophetarum testimonia, primum Malachiæ, deinde Esaiæ. Syrus tamen, Vulgatus & Arabs pro ἐν τοῖς προφήταις, legerunt, ἐν Ἡσαΐᾳ τῷ προφήτῃ. quomodo in duobus vetustis codicibus, & vetustissimo suo legi tradit Cl. Beza. qui hanc germanam esse lectionem autumat, suspicans locum Malachiæ ex albo olim in textum irrepsisse, ac propterea pro *In Propheta Esaia* substitutum esse *In Prophetis*. sed quia nulli omnino codices in citatione loci Malachiæ variant, nolim huic suspicioni inhærere. Et alteram potius germanam putarim, quam in omnibus suis vetustis codicibus, exceptis paucis illis, reperisse ait. Quamvis Syri quoque lectio nihil habeat incommodi. etiamsi enim Malachiæ locus Esaiæ præmittatur, quia tamen id explicationis tantum gratia fit, ut locus Esaiæ melius intelligatur, atque in Esaiæ verba præcipue mentem intenderit, quod ex Matth. 3. 3. & Luc. 3. 4. & Joan. 1. 15. apparet, ubi solus Esaiæ locus profertur, non inconcinne solus Esaias memoratur. sicut Matt. 21. 4. 5. *Ut impleretur quod scriptum est per Prophetam dicentem, Dicite filiæ Sionis, Ecce Rex tuus venit tibi mitis &c.* per Prophetam intelligitur procul dubio Zacharias, apud quem hic locus cap. 9. 9. invenitur. prima tamen verba, *dicite filiæ Sionis*, non sunt Zachariæ, sed Esaiæ, cap. 62. 11. quæ quum hîc emphaseos tantum causa addantur, non ineptè sub unius Zachariæ testimonio veniunt.

IBID. Syrus, ܕܢܛܝܒ ܐܘܪܚܟ. *Qui parabit viam tuam.* non legit ἔμπροσθέν σου, *ante te.* quod tamen in Græcis codicibus extat, & à Vulgato atque Arabe lectum fuit.

VERS. 4. Ἐγένετο Ἰωάννης βαπτίζων ἐν τῇ ἐρήμῳ. Beza, *Baptizabat Johannes in deserto.* Malim cum Vulgato, *Fuit Johannes in deserto baptizans.* nec displicet sententia Vallæ, qui verbum ἐγένετο à sequentibus separandum esse existimabat, ut sit hæc sententia, quendam Joannem extitisse qui in deserto baptizaret. Nam præterquam quod à nuncupatione viri ante non nominati potius quam ab ejus actione, ut inquit Valla, incipiendum fuit, confirmari id videtur, quia non dixit determinatè ἐγένετο ὁ Ἰωάννης, sed indefinitè absque determinante articulo Ἰωάννης, i. *Ioannes quidam.* sicut Joan. 1. 6. ἐγένετο ἄνθρωπος, *fuit homo quidam.* præsertim si eum verborum situm sequamur, qui apud Vulgatum & Syrum est, qui ἐν τῇ ἐρήμῳ ponunt ante βαπτίζων. tum enim hæc distinctio commodè adhibetur, *fuit Ioannes in deserto, baptizans & prædicans &c.* Malim tamen ἐγένετο accipere sicut Joan. 6. v. 19. ἐγγὺς τοῦ πλοίου γινόμενον, *prope navem venientem.* Et Luc. 10. v. 32. Λευΐτης γενόμενος κατὰ τὸν τόπον, *quum Levita venisset ad eum locum.* Ita hîc, *venit Iohannes baptizans &c.* ut idem sit quod Matth. 3. 1. παραγίνεται Ἰωάννης κηρύσσων.

VERS. 5. *Et exibat ad eum omnis Iudaica regio,* καὶ οἱ Ἱεροσολυμῖται. καὶ ἐβαπτίζοντο πάντες ἐν τῷ Ἰορδάνῃ, &c. Syrus, Vulgatus, Arabs, & vetustissimus Bezæ codex legerunt, καὶ πάντες οἱ Ἱεροσολυμῖται. καὶ ἐβαπτίζοντο ἐν τῷ Ἰορδάνῃ. dislocata voce πάντες.

VERS. 6. Ἦν δὲ Ἰωάννης ἐνδεδυμένος τρίχας καμήλου. Syrus, ܗܘ ܕܝܢ ܝܘܚܢܢ ܠܒܝܫ ܗܘܐ ܠܒܘܫܐ ܕܣܥܪܐ ܕܓܡܠܐ. *Ipse autem Ioannes indutus erat vestimento pili camelorum.* Singulare καμήλου mutavit in plurale, ut & Cl. Beza vertit, *indutus erat pilis camelorum.* nescio an prudenter satis. neque enim hîc pili multorum camelorum intelliguntur, qui ab eorum velleribus avulsi deinde rursus contexti fuerint. inde enim pretiosæ vestes fieri solent, quæ camelotæ nostratibus dicuntur, Joanni nostro nequaquam congruæ. Sed unius cameli pilosa pellis intelligitur, quam corpori suo circumjecit, & pelliceo cingulo firmavit. qualis illa fuit אַדֶּרֶת שֵׂעָר *toga villosa* Eliæ Prophetæ deserto conveniens vestis, procul dubio aut καμήλου δέρμα, aut μηλωτὴ, aut αἴγειον δέρμα, de quibus Paulus Hebr. 11. 37. Ejusmodi enim vestes luxum omnem fastidientes, innocentiæ, pœnitentiæ & austeræ vitæ signa erant, adeoque Prophetis Dei, calamitosis præsertim temporibus aptissimæ. quare & Pseudoprophetæ id imitaturi, dicuntur Matth. 7. 15. venturi ἐν ἐνδύμασι προβάτων. quæ non sunt vestimenta ex lana ovium contexta, ex ea enim fiunt pretiosissima & splendida, sed μηλωταὶ, *pelles ovium* intelliguntur, quibus Pseudoprophetæ induti humilitatis mansuetudinisque insignem speciem essent præ se laturi.

IBID. Καὶ ζώνην δερματίνην περὶ τὴν ὀσφὺν αὐτοῦ. Syrus vertit, ܙܪܙܐ ܕܡܫܟܐ ܒܚܨܘܗܝ

Boder.

Boder. in Reg. *corrigia pellicea ad lumbos suos.* ܥܪܩܬܐ, plur. ܥܪ̈ܩܬܐ ponitur interdum pro Græco ἱμὰς, *lorum*, *corrigia.* ac de calceamentorum corrigia dicitur, Luc. 3. 16. & alibi. nec differt multum ab Hebr. ערקים *arteriæ*, *nervi.* ex quibus lora & corrigiæ non raro fiunt. sed vox Syriaca generalius etiam pro *ligamine*, *vinculo*, *cingulo* usurpatur. Ferrarius, ܥܪܩܬܐ *corrigia*, *ligamen.* secundo *stereobata.* tertio *arbor ingens.* Inde non tantum hoc loco, sed Actor. 21. 11. pro ζώνη ponitur, & de lumborum cingulo dicitur. Itaque recte Tremel. & Boder. in Paris. *zona pellicea in lumbis suis.* Ferrar. ܥܪܩܬܐ ܕܡܚܒܠܬܐ *zona puerperæ.* quod autem vocalem ◌ scribat ad secundam radicalem, est quia effert eam literam per Mhagiono, ut Amira loquitur in Grammat. quam alii efferunt, ut idem loquitur, per Marhtono, id est, cursim sine vocali per Scheva quiescens, hoc modo עֲרָקְתָא. quomodo nostræ habent editiones.

VERS. 10. Εἶδε σχιζομένους τοὺς οὐρανούς. *vidit findi cælos.* consentiunt Syrus & Arabs. Vulgatus, ἀνοιγμένους, *apertos.* Qui & solus habet, *descendentem & manentem in eo.* Syrus & Arabs, ut est in Græco, *descendentem super eum.*

VERS. 11. *Tu es filius meus dilectus* ἐν ᾧ εὐδόκησα. Syrus, Vulgatus, tria Bezæ vetusta exemplaria, & vetustissimum ejus, legerunt, ἐν σοὶ εὐδόκησα. Arabs, الذي بك سررت, versio Romana, *in te complacui.* non intellexit phrasin. ad verbum est, *quo in te* (vel *in quo te*) *gavisus sum.* id est, simpliciter, ἐν ᾧ, *in quo gavisus sum.* quum enim alloquuntur personam, non possunt *in quo* aliter efferre, quam per pronomen relativum sequente affixo secundæ personæ. ut & Hebræi dicturi, *Tu es is in quo &c.* non dicent אתה הו אשר בו, sed אשר בך. Similiter Syrus, si hoc loco dicere voluisset, *in quo complacui*, non potuisset aliter quam Arabs, ܕܒܟ ܐܨܛܒܝܬ *quo in te complacui.*

VERS. 13. Καὶ ἦν ἐκεῖ ἡμέρας τεσσαράκοντα. Syrus per omnia convenit. Vulgatus & Arabs omittunt ἐκεῖ, addunt vero καὶ τεσσαράκοντα νύκτας.

VERS. 15. ܫܠܡ ܠܗ ܙܒܢܐ ܘܡܛܬ ܡܠܟܘܬܗ ܕܐܠܗܐ. Tremel. *Impletum est tempus, & appropinquat regnum cælorum.* malè *appropinquat*, quasi nondum adesset. melius Boder. *& appropinquavit.* ut sciamus factam jam esse appropinquationem, non autem esse in fieri. sed magis propriè, *& advenit.* id enim vox Syriaca proprie valet. accepit hoc loco ἤγγικε, sicut ab Apost. usurpatur Rom. 13. 12. ἡ νὺξ προέκοψεν, ἡ δὲ ἡμέρα ἤγγικε. id est, jam adest dies. Optimè quum enim dicatur tempus jam impletum, non intelligitur regnum Dei esse in procinctu ut veniat, sed jam advenisse, quia Rex istius regni aderat, & Euangelium, quod ipsum nomine regni cælorum passim indigetatur, jam prædicabatur. unde Christus hîc dicit, resipiscite & credite Euangelio. & vers. præced. dicitur ivisse in Galilæàm prædicans Euangelium regni Dei, non certe appropinquantis, sed præsentis. vide quæ pluribus de eadem phrasi observavimus ad Matth. 24. vers. 32.

IBID. Πιστεύετε ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ. Vulgatus & Beza *credite Euangelio.* neglexerunt præpositionem ἐν. quod & in versione Syri fecerunt Tremel. & Boder. atque in Arabis versio Romana. non laudo. Neque enim frustra phrasin Hebræam ab Euangelista retentam censeo. Sensus est, non modo veritati Euangelii credendum, sed & in ea doctrina omnem salutis fiduciam ponendam. verto ergo, *credite in Euangelio.*

VERS. 16. Περιπατῶν δὲ παρὰ τὴν θάλασσαν. sic Syrus ܟܕ ܡܗܠܟ ܗܘܐ *& ambulans.* At Vulgat. *& præteriens.* Arabs, فلما عبر *& quum præteriit.* Nam & in duobus Bezæ vetustis codicibus ejusque vetustissimo legebatur παράγων. Porro παρὰ τὴν θάλασσαν, Syrus vertit ܚܕܪ ܝܡܐ. Tremel. *circum vicina loca maris Galilææ.* illud *vicina loca* non est apud Syrum. Boder. *circa mare Galilææ.* Ferrarius, ܚܕܪ *circa*, præpositio. Probo interpretationem. si *circa* accipiatur pro *circum*, vel circumcirca. quo sensu non raro accipitur apud Vulgatum Interpretem. ut Marc. 3. 32. *sedebat turba* περὶ αὐτὸν, *circa eum.* Luc. 7. 17. ἐν πάσῃ τῇ περιχώρῳ, *in omnem circa regionem.* Luc. 9. 12. εἰς τὰς κύκλῳ κώμας, *villas quæ circa sunt.* Beza, *circumjacentes.* Luc. 13. v. 8. *usque dum fodiam* περὶ αὐτὴν, *circa eam.* Beza, *circum eam.* Sed si *circa* accipiatur pro *juxta*, quæ vulgatissima ejus est significatio, & hoc loco à lectore arripi posset,

ſet, quia in Græco eſt, Καὶ περιπατῶν παρὰ τὴν θάλασσαν τῆς γαλιλαίας, non fert eam interpretationem dictio Syriaca. Nam παρὰ τὴν θάλασσαν, quod Marc. 4. 1, & alibi, Vulgatus vertit *circa mare*, Syrus ſolet vertere ܥܠ ܝܕ ܝܡܐ. ut & *circa viam.* ܥܠ ܝܕ ܐܘܪܚܐ. verum ܚܕܪܘܗܝ ܝܡܐ eſt *circum mare.* ut legiſſe videatur περὶ τὴν θάλασσαν. aliter enim apud Syros non uſurpatur, quam pro *circuitu.* ut & verbum ܚܕܪ *cinxit, circuivit.* Arabs Græcum textum ſecutus vertit علي بحر *juxta mare.*

Vers. 21. Καὶ εἰσπορεύονται εἰς Καπερναούμ. καὶ εὐθέως τοῖς σάββασιν εἰσελθὼν εἰς συναγωγὴν ἐδίδασκε. Syrus videtur legiſſe, Καὶ εἰσῆλθον εἰς Καπερναούμ. καὶ εὐθέως τοῖς σάββασιν ἐδίδασκεν ἐν τῇ συναγωγῇ αὐτῶν. Arabs, καὶ εἰσελθὼν εἰς Καπερναούμ, ἐδίδασκεν ἐν σάββασιν ἐν ταῖς συναγωγαῖς αὐτῶν. quomodo Bezæ codices variarint, vide in ejus notis.

Vers. 26. Καὶ σπαράξαν αὐτὸν τὸ πνεῦμα. Vulgatus & Beza verterunt per *diſcerpere*. Syrus, ܘܫܕܝܗ *& projecit eum.* ut & Marc. 9. 18. vertit per ܡܫܚܠܦ ܠܗ *alliſit eum.* quod non prorſus repudiandum eſſe, ibi obſervamus.

Vers. 28. *Exivit autem fama ejus ſtatim* εἰς ὅλην τὴν περίχωρον τῆς Γαλιλαίας, Beza, *in totam regionem circumjacentem Galilææ.* Vulgatus non addidit *circumjacentem*, ut nec Syrus, nec Arabs. neque enim exiſtimarunt, quod voluit Cl. Beza, ſenſum eſſe, famam Chriſti non modo per totam Galilæam, ſed etiam per vicinas regiones ſparſam: verum ὅλην τὴν περίχωρον τῆς Γαλιλαίας eſſe totam Galilææ regionem circumquaque. ſic ut ἡ περίχωρος non comprehendat regiones Galilæam undequaque cingentes, ſed univerſam Galilæam, quaquaverſum circumcirca ſuis limitibus extenditur. Quod procul dubio rectum eſt. Nam & Lxx. Interpretes Deut. 3. aliquoties כל חֶבֶל אַרְגֹּב *omnem tractum Argob*, vertunt πᾶσαν τὴν περίχωρον Ἀργόβ. adeo ut εἰς ὅλην τὴν περίχωρον τῆς Γαλιλαίας, Hebraice dici debeat בְּכָל חֶבֶל הַגָּלִיל, *per totum tractum Galilææ.* vel quod idem eſt בְּכָל כִּכַּל הַגָּלִיל. nam & id ſæpe Lxx. per περίχωρον exponunt. neutra phraſis permittit τὴν περίχωρον extendere extra limites ipſius Galilææ. quod idem obſervandum Marc. 6. 5. ubi περιδραμόντες ὅλην τὴν περίχωρον ἐκείνην, nihil ſignificat niſi percurriſſe eos totum regionis iſtius tractum. quare Syrus ſolummodo dixit ܒܟܠܗ ܐܬܪܐ ܗܘ, Vulgatus, *Univerſam regionem illam*, non ut Beza, *totam circumjacentem regionem illam.* quibus tamen ipſis verbis, non alia quam tota terra Gennezareth circumquaque intelligi poteſt. quia pronomen ἐκείνην, *illam*, demonſtrat terram in quam ingreſſus erat, non autem alias regiones circum eam jacentes.

Vers. 36. Καὶ κατεδίωξαν αὐτὸν ὁ Σίμων καὶ οἱ μετ' αὐτοῦ. Syrus, ܘܪܕܦܝܢ ܗܘܘ ܒܬܪܗ *& quærebant eum.* optimè, etſi enim καταδιώκειν propriè & plerumque ſit *perſequi* lædendi animo, quod Hebræi dicunt רדף, apud Lxx. Interpretes tamen non raro uſurpatur pro *proſequi* conſequendi & obtinendi gratia, quia & Hebræorum רדף ita interdum ſumitur. ut Pſal. 23. 8, טוֹב וָחֶסֶד יִרְדְּפוּנִי, Lxx. κράτιστον καὶ τὸ ἔλεος σου καταδιώξει με. Pſal. 38. v. 21. תַּחַת רָדְפִי טוֹב, ἐπεὶ κατεδίωκον ἀγαθόν. Vulgatus pro κατεδίωξεν legit κατεδίωξαν. Syrus & Arabs in plurali.

Vers. 38. Ἄγωμεν εἰς τὰς ἐχομένας κωμοπόλεις. Primò obſervavit Cl. Beza Syrum omnino perperam legiſſe ἄγετε, *ite.* vertit ſane ܗܠܟܘ *ite.* an autem omnino perperam, & an legerit ἄγετε, neſcio. nam & Joan. 11. 15. ἀλλὰ ἄγωμεν πρὸς αὐτόν, vertit, ܐܠܐ ܗܠܟܘ ܠܬܡܢ *ſed ite eò.* ſi adderetur ܥܡܢ *nobiſcum*, aut ſimile quid, res clara eſſet: nam & Arabs hoc loco habet سيروا بنا *ambulate nobiſcum*, id eſt, ambulemus. Et Joan. 11. 7. & 15. امضوا بنا *ite nobiſcum*, i. e. eamus: phraſi Arabibus uſitatiſſima. Deinde rectè obſervavit, in quodam exemplari legi εἰς τὰς ἐγγὺς πόλεις καὶ εἰς τὰς κώμας, atque ita veterem Interpretem & Syrum legiſſe. non tamen eodem ordine verborum. Syrus enim habet ܠܩܘܪ̈ܝܐ ܘܠܡܕܝܢ̈ܬܐ ܕܩܪ̈ܝܒܢ, *in pagos & in civitates propinquas.* Arabs ſimiliter. Vulgatus, *in proximos vicos & civitates.* ubi obiter obſervandum, in omnibus editionibus Syriacis ſcribi ܘܠܡܕܝܢ̈ܬܐ. eſt tamen Vau legendum per Scheva, quamque habet vocalem debet ſequenti lamed, hoc modo ܘܠܡܕܝܢ̈ܬܐ. Porro κωμοπόλεις Beza vertit *oppidula*, quæ ſcilicet inter vicos & urbes media ſint. Gloſſ. κωμόπολις *oppidum, conciliabulum.* Sequitur ἵνα κἀκεῖ κηρύξω. ſolus Arabs habet لنكرز *ut prædicemus.* εἰς τοῦτο γὰρ ἐξελήλυθα. Syrus, Vulgatus,

tus, & Arabs legerunt ἐλήλυθα, *veni.* sicut in M.S. codice legit Beza.

VERS. 44. Σεαυτὸν δεῖξον τῷ ἱερεῖ. sic & Arabs. At Syrus. ܠܟܘܡܪܐ *Sacerdotibus.* Vulgatus, *principi Sacerdotum*, τῷ ἀρχιερεῖ.

CAA. II.

VERS. 1. *Et rursus intravit Capernaum* δι' ἡμερῶν. Syrus, ܠܝܘܡܬܐ. Boderianus verbotenus, sed obscure, *ad dies.* Tremel. *post* aliquot *dies.* Rectè observavit doctiss. Beza, διὰ in hac phrasi interstitium temporis denotare, & sæpe per μετὰ *post*, bene reddi, quod Syrus passim per præpositionem ܠ efferre solet. ut Marc. 14. 58. καὶ διὰ τριῶν ἡμερῶν οἰκοδομήσω αὐτόν, *& intra triduum* (tribus diebus intervenientibus) *ædificabo illud.* Syrus, ܠܬܠܬܐ ܝܘܡܝܢ ܐܒܢܝܘܗܝ. sic Act. 24. 17. δι' ἐτῶν δὲ πλειόνων, *post multos annos.* Syrus, ܠܫܢܝܐ ܣܓܝܐܬܐ.

VERS. 2. ܐܝܟܢܐ ܕܠܐ ܐܫܟܚܘ ܐܝܡܐ ܐܦܠܐ ܩܕܡ ܬܪܥܐ. Tremel. *adeo ut non posset capere eos, ne quidem* locus *ante portam.* Boder. in Regiis, *ita ut non posset comprehendere eos, ne vestibulum quidem januæ.* rectè, si modo platea ante januam vocari possit vestibulum. In Paris. *ita ut non posset capere eos non etiam ante portam.* verto, *ne quidem anterius portæ.* etsi enim ܩܕܡ passim valeat *ante*, propriè tamen est nomen substantivum, ut & apud Hebræos קֶדֶם & נֶגֶד, quæ deinde adverbiascunt. hinc affixa recipit instar nominum, ܩܕܡܘܗܝ *anterioritates ejus*, i. ante eum. sicut ܚܕܪܘܗܝ *circuitus ejus*, i. circum ipsum. Arabs habet, موضع الي الباب *locus ad portam.* porro editiones omnes habent ܐܝܡܐ. quod tamen legendum fortassis ܐܝܡܝ, in præterito primæ conjug. ut ad verbum sit, *ita ut non potuerit ceperit*, i. potuerit capere. sicut supra cap. 1. 35. ܩܕܡ ܩܡ *antevertit surrexit*, i. antevertit surgere. Aut erit Benoni, ܐܫܟܚܘ ܐܝܡܝ *potuit capere.* sicut Marc. 1. 42. ܫܪܝ ܡܟܪܙ *cæpit prædicare*, id præfero.

VERS. 4. ܣܠܩܘ ܠܗܘܢ ܠܐܓܪܐ *ascenderunt in tectum.* Hæc in Græcis exemplaribus non extant. nec in Vulgato, nec in Arabe. addita videntur ex Luc. 5. 19. ἐξορύξαντες autem, quod in Græco textu extat, à Syro & Arabe omittitur. Vulgatus vertit *patefacientes.*

VERS. 7. Τί οὗτος οὕτω λαλεῖ βλασφημίας; Non observavit Beza ullam exemplarium discrepantiam. nec discrepat Syrus, nisi quod οὕτω omiserit, & legerit βλασφημίαν. Vulgatus autem, *Quid hic sic loquitur? blasphemat.* τί οὗτος οὕτω λαλεῖ; βλασφημεῖ, Arabs, من هذا المتكلم بالتجديف, τίς οὗτος ὁ λαλῶν βλασφημίας.

VERS. 11. ܠܟ ܐܡܪ ܐܢܐ, Tremel. *tibi dico ego.* quod quum legeret Cl. Beza, existimavit אנא *ego*, loco præsertim postremo positum magnam habere emphasin, ac si diceret Christus, Agnoscite me verum quoque Deum esse. nam ego ipse, ut autoritate præditus, tibi paralytico dico &c. Nullam tamen hoc infert emphasin. nam ܐܡܪ ܐܢܐ tantum est *dico.* sicut ܐܡܪ ܐܢܬ *dicis.* ܐܡܪܝܢ ܚܢܢ *dicimus.* ܐܡܪܝܢ ܐܢܬܘܢ *dicitis.* sine ulla emphasi. Syri enim quum ex participio formant præsens indicativi, semper ei subjungunt pronomen istius personæ, quam exprimere volunt, præterquam tertiæ.

VERS. 16. Τί ὅτι μετὰ τῶν τελωνῶν καὶ ἁμαρτωλῶν ἐσθίει καὶ πίνει; In quodam exemplari, inquit Beza, ut & apud Syrum Interpretem, additur ὁ διδάσκαλος ὑμῶν, *Doctor vester.* quod etiam convertit Vetus Interpres, & diserte legit Augustinus de consensu Euang. lib. 2. cap. 27. Apud Syrum interpretem non legitur. sed apud Arabem.

VERS. 17. Ἁμαρτωλοὺς εἰς μετάνοιαν: Syrus, Vulgatus, & duo ex vetustis Bezæ exemplaribus non legerunt εἰς μετάνοιαν. Arabs legit.

VERS. 19. Ὅσον χρόνον μεθ' ἑαυτῶν ἔχουσι τὸν νυμφίον, οὐ δύνανται νηστεύειν. pro omnibus his Syrus tantum habet ܠܐ *non.* quum enim præcesserit interrogatio, *possuntne filii thalami jejunare, quamdiu &c.* simpliciter respondet, *non.* Arabs & Vulgatus Græca sequuntur.

VERS. 23. Καὶ ἐγένετο παραπορεύεσθαι αὐτὸν ἐν τοῖς σάββασι διὰ τῶν σπορίμων, καὶ ἤρξαντο οἱ μαθηταὶ &c. In quodam exemplari, inquit Cl. Beza, legitur (quo modo etiam vertit Vulgatus) πάλιν αὐτὸν ἐν τοῖς σάββασι διαπορεύεσθαι. sic & Syrus. nisi quod πάλιν omiserit. Arabs longe aliter, وكان يوم سبت وتلاميذه يشون بين الزروع, *& erat dies Sabbathi, & discipuli ejus ibant inter sata.*

VERS. 24. *Et dicunt ei Pharisæi*, ܚܙܝ ܡܢܐ ܥܒܕܝܢ ܒܫܒܬܐ ܡܕܡ ܕܠܐ ܫܠܝܛ. Tremel. *vide quid faciunt in Sabbatho, aliquid quod non licet.* Boder. *vide quid faciunt Sabbatho*, id nempe *quod non licet.* ܡܢܐ acceperunt pro pronomine, adeoque absque interrogatione versum reddunt. In Græco est, ἴδε τί ποιοῦσιν ἐν τοῖς σάββασιν, ὃ οὐκ ἔξεστι; ubi τί; *quid?* ponitur pro διὰ τί; *quare?* ut & alibi sæpe. sic & apud Syros, ܡܢܐ *quid?* non raro sumitur pro ܠܡܢܐ *quare?* sic supra v. 16. ܡܢܘ ܕܥܡ ܡܟܣܐ ܘܚܛܝܐ ܐܟܠ ܘܫܬܐ, *quid* (i. quare) *cum publicanis & peccatoribus edit & bibit?* Ita hoc loco verto, *vide, cur faciunt in Sabbatho, quod non licet?* recte id Junius vidit.

VERS. 26. Ἀβιάθαρ. Syrus, ܐܒܝܬܪ. Arabs, ابياتار. Vulgatus, *Abiathar.* consentiunt omnes in hoc nomine, etiam Græci codices, teste Beza. non est ergo cur hîc mendum statuamus. præsertim quum non difficulter hic locus, ut ex doctiss. Bezæ notis liquet, cum historia conciliari queat.

CAP. III.

VERS. 4. *Animam servare, an* ἀποκτεῖναι, *occidere.* in duobus Bezæ exemplaribus erat ἀπολέσαι. sic Syrus, Vulgatus, & Arabs legerunt.

VERS. 5. Ἐπὶ τῇ πωρώσει τῆς καρδίας αὐτῶν. Vulgatus & Eras. *super cæcitate cordis eorum.* pro ipsis facere videtur, quod Job. 17. v. 7. וַתֵּכַהּ מִכַּעַשׂ עֵינִי *& caligavit præ ira oculus meus*, à LXX. vertatur, πεπώρωνται γὰρ ἀπ' ὀργῆς οἱ ὀφθαλμοί μου. oculis caligo, cæcitas & obscuritas potius tribuitur quam callus. propriè tamen כָּהָה est *contrahi.* diciturque de oculo, qui præ senio aut diuturno dolore, exsiccatis nervis, contractus est, & induruit, nec amplius mobilis ut in juventute, fixus stat. quod Psal. 6. 7. dicitur עָתְקָה עֵינִי *inveteravit oculus meus.* Itaque cum Cl. Beza potius sentio, qui per πώρωσιν duritiem intelligit, qualis est in cute in callum contracta. Syrus, ܥܠ ܩܫܝܘܬ ܠܒܗܘܢ *ob duritiem cordis eorum.* Arabs similiter. Gloss. πώρωσις *perduratio.*

IBID. Καὶ ἀποκατεστάθη ἡ χεὶρ αὐτοῦ ὑγιὴς ὡς ἡ ἄλλη. Syrus, Vulgatus, & Arabs non legerunt ὑγιὴς ὡς ἡ ἄλλη.

VERS. 6. *Et consilium ceperunt adversus eum*, ܐܝܟܢܐ ܢܘܒܕܘܢܝܗܝ. Tremel & Bod. *quomodo perderent eum.* id dicerent per ܐܝܟܢܐ simpliciter, non sequente ܕ. vide Marc. 2. 26. & alibi. at sequente ܕ valet 1°. *sicut.* 2°. *sic ut, adeo ut.* 3°. *ut* simpliciter. postremum hujus loci est, ac vertendum, *ut perderent eum.* In Græco, ὅπως αὐτὸν ἀπολέσωσι. Vulgatus, *quomodo perderent eum*, id est, πῶς. melius Beza, *ut perderent.*

VERS. 7. ܘܥܡܐ ܤܓܝܐܐ ܡܢ ܓܠܝܠܐ ܢܩܦܗ. Tremel. *& populus multus ex Galilæa premebat eum.* Boder. in Reg. & Paris. *cinxit eum.* ܢܩܦ nec *premere* significat, nec *cingere.* sed *adhærere, sequi.* verte ergo, *secutus est eum.* ἠκολούθησαν αὐτῷ, dixit Marcus. Arabs, وتبعه *& secutus est eum.*

VERS. 10. *Ut eum tangerent* ὅσοι εἶχον μάστιγας, *quotquot habebant plagas.* Syrus & Arabs hæc cum sequentis versiculi initio conjunxerunt, sed diversimodè. Syrus, ܘܐܝܠܝܢ ܕܐܝܬ ܗܘܐ ܠܗܘܢ ܡܚܘܬܐ ܕܪܘܚܐ ܛܢܦܬܐ, *& qui habebant plagas spirituum immundorum &c.* Arabs, والذين كانت بهم امراض وارواح نجسة, *& qui habebant morbos, & spiritus immundos.* Neutra lectio à Beza aut Erasmo in Græcis exemplaribus observata.

VERS. 14. Καὶ ἐποίησε δώδεκα. Syrus, ܘܓܒܐ, Arabs, واذتخب, *& elegit.*

VERS. 16. Καὶ ἐπέθηκε τῷ Σίμωνι ὄνομα Πέτρον. Annotat Erasmus, ante hæc verba nonnullos Græcos codices habere πρῶτον Σίμωνα. quam lectionem Beza in interpretatione expressit, *Primum Simeonem: (cui imposuit nomen Petrum)* textui tamen addere ausus non fuit. quod miror,

miror, si in suis exemplaribus id invenit. suspicor non invenisse, quia nihil monet. In emendatioribus codicibus non reperitur, inquit Erasmus. quare ex Matthæo desumtum suspicatur. Syrus, Vulgatus, & Arabs quoque non agnoscunt. Nec aliter legit Hieronymus. Nolim ergo addi. Etsi Cl. vir Salomon Glassius Philologiæ Sacræ pag. 168. aliter judicet, Bezam nempe secutus. Fateor quidem, pleniorem fore orationem, & faciliorem constructionem, si addatur πρῶτον Σίμωνα. Sed nemo ignorat, concisam imo & hiantem orationem elegantiæ sæpe esse Hebræis, ubi non hiat sensus. quod hoc loco verissimum est. Quum enim dicitur, *Et fecit duodecim ut essent secum. Et imposuit Simoni nomen Petrum. Et Jacobum filium Zebedæi, &c.* Quis non intelligit sensum esse, Fecit duodecim qui essent secum, nempe Simonem cui posuit nomen Petrum, deinde Jacobum, &c. Καὶ Ἰάκωβον regitur ab ἐποίησε, etsi per καὶ ἐπέθηκε τῷ Σίμωνι ὄνομα Πέτρον, constructio parum fuerit interrupta. Quod autem Cl. Beza annotat, Simonem non tunc fuisse cognominatum Petrum, sed tum demum quum ex illa legatione reversus præclaram illam confessionem edidisset, Matth. 16. v. 18. nescio an concedendum sit. neque enim ibi dicit, *Tu vocaberis deinceps Petrus*, sed *Tu es Petrus*. Id est, tu jam id nomen habes. quando autem impositum? Primo, Joan. 1. 43. ubi Simoni ab Andrea ad Christum adducto Dominus dixit, *Tu vocaberis Cephas, quod est si interpreteris Petrus*. Secundo, Marc. 3. v. 16. quum collegium duodecim Apostolorum formavit. ubi tamen ἐπέθηκε per plusquam perfectum exponi posset *imposuerat*. respectu habito ad id quod ante factum fuerat. unde Matth. 10. v. 2. habetur, πρῶτος Σίμων ὁ λεγόμενος Πέτρος, *qui dicitur Petrus* ex impositione nominis ante facta.

Vers. 17. Καὶ Ἰάκωβον τὸν τοῦ Ζεβεδαίου, καὶ Ἰωάννην, τὸν ἀδελφὸν τοῦ Ἰακώβου. (καὶ ἐπέθηκε αὐτοῖς ὀνόματα Βοανεργές.) Arabs nihil differt. At Syrus eandem hîc constructionem servavit quæ fuit versu præcedenti, ac si legisset, Καὶ Ἰακώβῳ τῷ τοῦ Ζεβεδαίου, καὶ Ἰωάννῃ τῷ ἀδελφῷ τοῦ Ἰακώβου ἐπέθηκε αὐτοῖς ὄνομα Βοανεργές. Cæterum de hoc βοανεργὲς, quod apud Syrum est ܒܢܝ̈ ܪܓܫ, variæ fuere sententiæ. nos solummodo Drusii ac Caninii doctissimorum virorum sententias proponemus, ac quid de iis sentiamus paucis addemus. D. Drusius derivat à Chaldaico בְּנֵי רְעֵם hoc modo. primo legatur רְעֵם ῥγέμ, γ pro ע. quod non est insolens. deinde abjecto μ & pro eo substituto ς habes ῥγές. deinde בְּנֵי legatur βανέ, ut inquit pro שְׁמוּאֵל *Samuel*. addo, ut pro Syriaco טְלִיתָא *puella*, Ταλιθά pro טְבִיתָא *caprea*, Ταβιθά. habemus jam βανεργές. pro eo, inquit, Syriæ quædam dialectus dicit bonerges: quod quidem virum doctiss. sua fide arbitror tradere, quum nemo hactenus, quod sciam, dialectum istam produxerit. Ex his, inquit, dialectis conflatum βοανεργές. nam imperitia quid non audet? Ego pace tanti viri dixerim, me hîc tantam imperitiam non incusare, nec tot literarum mutationes hîc lubenter agnoscere. Caninius derivat à Syriaco בְּנֵי רְגֵשׁ, & proculdubio scribendum ait Banerges, sine o, nec id ullum doctum negaturum affirmat. Ego, etsi me inter doctos censere nec volo nec debeo, negare id tamen ausim. Constat enim, scheva Orientalium certam pronuntiationem non habere, sed omnium vocalium sonum, modo brevissimè efferantur, sibi vindicare. sicut ergo Drusius & Caninius sæpe per a prolatum fuisse rectè agnoverunt, ita & non raro per o brevissimum prolatum fuisse negari non debet. ut pro סְדוֹם σοδομά. pro עֲמוֹרָה γομοῤῥά ita ergo בְּנֵי, legi potest βονέ, o brevissimo. Unde ergo, inquies, illud a in βοανεργές? an ab imperitis corruptè additum, ut fieri solet quum ex una lingua in aliam dictiones transfunduntur? nihil id necesse est statuere, si modo observes Syriacè non rectè dici בְּנֵי רְגֵשׁ, ut à Caninio producitur, sed בְּנַי רְגֵשׁ, quod ut jam diximus legi potest βοναιργές. inde, transpositis solummodo α & ν, fit βοανιργές, atque inde exigua sane corruptione, & parvula pronunciationis variatione βοανεργές. sit venia nostræ conjecturæ. Cur autem in Syriaco scribatur ܒܢܝ̈ ܪܓܫ, cum Jod in fine, & nota pluralis numeri super resch, fateor ingenuè me prorsur ignorare. hoc scio, in Lexico quodam non rectè scribi ܒܢܝ̈ ܪܓܫ. omnes enim editiones dictionem hanc exhibent, eo quo à nobis factum modo, nempe ܒܢܝ̈ ܪܓܫ, quod est formæ ܕܡܟܢ *dormiverunt*, nempe fœminæ, Matth. 25. 5. at quomodo id cum sensu hujus loci conveniat, non video. Nec audeo tamen cum D. Drusio affirmare, corruptè ita scribi apud Syrum. ac erroris causam esse, quia absque punctis erat רגיש, unde רגשי transpositis literis. si error est, ortus putari posset, quod Syri suo ܫ finali flexam caudam addunt

hoc modo ܪܓܫ. quæ si non rectè ducatur, sed in medio paululum attollatur, quod per incuriam aut festinationem nimiam facile contingit, hoc modo, ܪܓܫ, jam figuram Jod in fine habet. sed restat adhuc scrupulus de nota pluralis numeri, quem forma exhibita nequaquam fert. eximi poterit fortasse scrupulus, si dicamus non pauca esse apud Syros, quæ in forma singulari, duo tamen puncta pluralis num. notam gestant, quia in singulari significationem collectivam & pluralem habent. qualia sunt ܡܪ̈ܥܝܬܐ *grex*, Matth. 8. 30, 31, 32. ܥ̈ܢܐ *grex ovium*, Matth. 26. 32. & alia plura quæ habemus Gram. nostræ pag. 122. tale potest esse ܪ̈ܓܫ *tonitruum tumultus*. ut non tam sit Hebræorum רַעַם quam קֹלוֹת. quum enim רֶגֶשׁ prima sua significatione strepitum & tumultum designet, non inepte statuitur, quum de tonitru dicitur, non tam unum aliquem tonitrui ictum, quam tonitrua repetitis ictibus strepitum ingentem ac tumultum edentia eo denotari, ac propterea in forma singulari pluralis notam gestare. sed conjectamus tantum, ut eruditioribus locum demus. quibus si sententia nostra arridere potest, apparebit, efficacissime à Syro exprimi, cur duo isti heroes vocati fuerint υἱοὶ βροντῆς. videlicet quia filii fuerint non unius tonitrui, sed strepitus tonitruum. quod & Græcum βροντῆ emphaticè solo suo sono exhibet. Nondum calamum depono. sicut enim in conjecturis fieri solet, ut aliud ex alio oriatur, ita & hìc contigit. si legas ܒܢܝ ܪܓܫܝ, רֹגְשִׁי nihil hìc est anomalum, nihil erroneum vel corruptum, sed omnia Grammaticæ convenientissima. duplex punctum non notat pluralem numerum, sed unum format literam Resch, alterum notat Benoni. quod per literam ܪ contingere, non tantum in Benoni, sed & in prima singulari Præteriti & Futuri, docemus Grammaticæ nostræ pag. 39. Jod affixum est primæ personæ, quod in hac forma nominum ante se semper habere vocalem ‿, docemus pag. 153. Ita sensus esset *filii tonantis mei*. sed id minus convenit cum βοανεργές. melius cum βοαναργές. quod apud Originem legi Homil. I. in Genesin testatur Drusius commentario priori ad voces N. T. ortum per duplicem transpositionem ex βοναρεγές sed nec cum interpretatione vocis probe convenit, quam Marcus dat, υἱοὶ βροντῆς, Syrus, ܒܢܝ ܪܥܡܐ, *filii tonitrui*. nisi per βροντὴν ipse Deus tonans intelligatur:

VERS. 21. ܐܡܪܝܢ ܗܘܘ ܓܝܪ ܕܡܢ ܪܥܝܢܗ ܢܦܩ. Tremel. *dicebant enim quod à sese discessisset*. Boder. in Paris. *quoniam à sese exiisset*. In Reg. melius, *eum extra mentem suam exiisse*. Ferrarius, ܪܥܝܢܐ *ingenium indoles*. videtur generalius etiam *mentem, intellectum* denotare. Lex. Syr Arab. العقل السداد ܪܥܝܢܐ, id est, *intellectus, intentio mentis*. unde 1 Thess. 5. v. 6. pro νήφωμεν, Syrus dixit ܗܘܝܢ ܡܗܘܢܝܢ *simus sobriæ mentis*. quum ergo hoc loco dicunt, *eum è mente sua exivisse*, sensus est, non esse eum νήφοντα, sobriæ mentis. Arabs dixit, ساهي القلب. ad quam versionem libet adscribere, quæ habet Isaacus Casaubonus Exerc. XVI. ad ann. Bar. pag. 247. *Putavit Paraphrastes Arabs, sensum totius loci esse, Christum premente turba vexatum adeo fuisse, ut ne refocillandi quidem vires corporis facultas ei concederetur: itaque è pressuræ vexatione atque inedia, deficientibus viribus, in deliquium animi incidisse, vel certe metuisse qui aderant, ne id ei accideret. Ex hoc istorum metu ortus est rumor inter cingentem undique turbam, quasi id contigisset, quod metuebatur ne contingeret. Sparsum eum fuisse rumorem scribit Euangelista, quando ait,* ἔλεγον γὰρ ὅτι ἐξέστη, *quæ vertit Arabs, quia malum erat ei cor. Gallicè diceremus*, le cœur lui fault, *vel*, lui fait mal. *Hæc fama ubi ad aures pervenit cognatorum & familiarium Domini, quid ipsi consilii inierint, ostendit Marcus, & ait,* καὶ ἀκούσαντες οἱ παρ' αὐτοῦ, ἐξῆλθον κρατῆσαι αὐτόν. *ubi Arabs non pro vincire, ut placet interpretibus, accepit, sed pro ruentem sustentare, vel prehendere, auxilii ferendi causa. Eadem dictione utitur & Matthæus cap. 9. 25. ubi Christus mortuam puellam excitaturus* ἐκράτησε τῆς χειρὸς αὐτῆς. Hæc Casaubonus. Pia quidem hæc sententia est, quæ cognatis Christi charitatis officia tribuit, quum alioqui impie & inique egissent, si Christum pro insano habentes capere studuissent. Sed nescio, an tam æquos in Christi cognatos nos esse oporteat, qui alibi dicuntur in ipsum non credidisse. Arabs certe ipsis non patrocinatur. انه ساهي القلب vir doctissimus vertit, *quia malum esset ei cor*. videtur confudisse radices سوا quod significat malum

malum esse, & سهيا quod Raph. vertit *errare*. sed propriè significat *abreptum esse*, *non considerare quid agas*. inde est سهو *ecstasis*. Actor. 11. 5. رايت رويا بسهو *vidi visionem in mentis excessu*, ἐν ἐκστάσει. Ita hoc loco pro ὅτι ἐξέστη, Arabs habet انه ساهي القلب, quod aliter verti non debet, quam *quod esset abreptus mente*, in excessu mentis. Rom. 11. v. 8. πνεῦμα κατανύξεως, Arabs vertit, روحا ساهيا, *spiritum stupentem*, ad res considerandas ineptum. Ita eadem mens Arabis quæ Syri, & quam Græcum ἐξέστη præ se fert. nempe dixisse eos, Christum mentis impotem factum esse. quod optimè cohæret cum sequenti vers. ubi Scribæ dicuntur dixisse, Dæmonium habet. nempe conveniebat amicis Christi cum Scribis. illi mentis impotem, hi dæmoniacum dicebant: dignum ergo qui comprehenderetur.

Vers. 34. Καὶ περιβλεψάμενος κύκλῳ τοὺς περὶ αὐτὸν καθημένους. Beza, *Et quùm circumspexisset in circuitu eos qui circum sedebant*. verte, *circumse*. Vulgatus, *Et circumspiciens eos qui in circuitu ejus sedebant*. aut κύκλῳ aut περὶ non legit. ut & Arabs. Syrus habet, ܘܚܪ ܒܐܝܠܝܢ ܕܝܬܒܝܢ ܠܘܬܗ *& intuitus est eos qui sedebant apud se*. περιβλεψάμενος vertit quasi ἐπιβλεψάμενος. κύκλῳ non legit. περὶ αὐτὸν accepit pro παρ' αὐτῷ, *apud se*. id enim περὶ interdum significat, ut & *circa* pro *apud*, *juxta*, apud Latinos. unde & cap. 4. vers. 10. *rogabant eum* οἱ περὶ αὐτὸν, Vulgatus vertit, *qui cum eo erant*. ut & Syrus, ܗܢܘܢ ܕܠܘܬܗ. ubi dubium non est, quin discipuli ejus intelligantur, phrasi Græcis usitatissima, apud quos οἱ περὶ τινὰ sunt qui alicui sunt addicti, eumque sectantur. Unde & facile adducor, ut hoc quoque loco τοὺς περὶ αὐτὸν non construam cum καθημένους, sed absolute sumam pro discipulis ejus, hoc sensu: *Et quum circumspexisset in circuitu suos discipulos sedentes*.

Cap. IV.

Vers. 8. Καὶ ἐδίδου καρπὸν ἀναβαίνοντα καὶ αὐξάνοντα. non annotat Beza discrepantiam exemplarium. nec differt Vulgatus. Syrus tamen habet, ܘܣܠܩ ܘܪܒܐ ܘܝܗܒ ܦܐܪ̈ܐ, *& ascendit, & crevit & dedit fructus*. Arabs similiter, sed alio ordine, اعطي ثمرة وصعد ونمي *dedit fructum, & ascendit & crevit*. verba ad semen referuntur, non ad fructum. quod discrimen generis ostendit.

Vers. 10. Ὅτε δὲ ἐγένετο καταμόνας. Beza, *quum esset solus*. Vulgatus, *singularis*. Arabs, لما انفرد *quum separatus esset*. Syrus in plurali, ܟܕ ܗܘܘ ܕܝܢ ܒܠܚܘܕܝܗܘܢ, *quum essent autem soli*. Sequitur, ἠρώτησαν αὐτὸν οἱ περὶ αὐτὸν σὺν τοῖς δώδεκα. Syrus & Arabs prorsus conveniunt. At Vulgatus legit οἱ περὶ αὐτὸν δώδεκα, *qui cum eo erant duodecim*, id est, 12 ejus discipuli. Erasmi libri simpliciter habebant, ἐπηρώτησαν αὐτὸν οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ. ut & vetustissimus Bezæ codex. sensus idem est: nam οἱ περὶ αὐτὸν, sunt οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ, ut cap. 3. 34. diximus.

Vers. 14. Ὁ σπείρων, τὸν λόγον σπείρει. Syrus, ܙܪܘܥܐ ܕܙܪܥ ܡܠܬܐ ܙܪܥ, *sator qui sevit, verbum sevit*. Arabs, الزارع هو الذي يزرع الكلام *sator est, qui serit verbum*.

Vers. 15. Ὅπου σπείρεται ὁ λόγος. Arabs ad verbum, حيث تزرع الكلمة, & Vulgatus, *ubi seminatur verbum*. Syrus autem habita ratione personarum de quibus agitur, ܕܡܙܕܪܥܐ ܒܗܘܢ ܡܠܬܐ, sicut Beza, *in quibus seminatur verbum*.

Vers. 18. Καὶ οὗτοί εἰσιν οἱ εἰς τὰς ἀκάνθας σπειρόμενοι, οὗτοί εἰσιν οἱ τὸν λόγον ἀκούοντες. Redundare videtur prius οὗτοί εἰσιν. Syrus non habet. neque Arabs. simpliciter enim legunt, *Et qui inter spinas seruntur, hi sunt qui audiunt sermonem*. Vulgatus & Erasmus legerunt, Καὶ ἄλλοι εἰσιν. *Et alii sunt qui in spinis seminantur, hi sunt qui &c.*

Vers. 22. Οὐ γάρ ἐστί τι κρυπτὸν ὃ ἐὰν μὴ φανερωθῇ, οὐδὲ ἐγένετο ἀπόκρυφον, ἀλλ' ἵνα εἰς φανερὸν ἔλθῃ. Beza, *Non est quicquam occultum quod non futurum sit ut manifestetur, neque* quod *absondatur, sed* oportet *ut palam proferatur*. Aoristum φανερωθῇ per futurum explicat, & quæ sequuntur cum præcedentibus in unam compingit sententiam, ac si scriptum esset, ὃ ἐὰν μὴ φανερωθῇ, οὐδὲ ὃ ἐγένετο ἀπόκρυφον, quorum posterius sit explicatio prioris, quia μὴ φανερωθῆναι & γίνεσθαι ἀπόκρυφον idem valeant. Et quum duriusculum sit, φανερωθῇ & ἐγένετο sub eadem constructione comprehendere, Hebraismo tribuit mutationem temporis. Rectius videtur Vulgatus duas hîc sententias statuisse, etsi ejusdem sensus: & simplicius vertisse, *Non est enim aliquid absconditum, quod non manifestetur*. Una sententia est. Altera, *Nec factum est occultum, sed ut in palam veniat*. ubi etiam δεῖ, *oportet*, recte cum Cl. Beza subintel-

intelligi poteſt. Syrus vertit ac ſi legiſſet, οὐ γάρ ἐστί τι κρυπτὸν, ὃ μὴ φανερωθήσεται, οὐδὲ ἐγένετο ἀπόκρυφον, ἢ μὴ εἰς φανερὸν ἔλθῃ. Arabs, ac ſi legiſſet, οὕτως οὐκ ἐστί τι κρυπτὸν, ἵνα μὴ φανερωθήσῃ, οὐδὲ ἐγένετο ἀπόκρυφον, ἵνα μὴ εἰς φανερὸν ἔλθῃ. Eraſmus etiam aliter legit. quem vide. Varias haſce ſive lectiones ſive verſiones peperit difficultas conſtructionis. Non video cur non in Vulg. acquieſci poſſit. Moneo ſolummodo, ἀλλὰ ſumi etiam poſſe pro ἀλλ' ἢ vel εἰ μὴ, *niſi*. hæc enim promiſcuè uſurpantur. εἰ μὴ pro ἀλλὰ, *ſed*, Matth. 24. 36. Joan. 17. 12. ut & ἐὰν μὴ eodem ſenſu Gal. 2. 16. ſic viciſſim ἀλλὰ pro εἰ μὴ, *niſi*, Matth. 20. 23. οὐκ ἔστιν ἐμὸν δοῦναι, ἀλλ' οἷς ἡτοίμασται. *non eſt meum dare, niſi quibus paratum eſt*. Non enim negat ſuum eſſe dare, ut quis ad dextram ſuam ſedeat, ſed negat licere ſibi aliis dare, quam quibus id à patre paratum eſt. atque ita jubet, antequam eam gloriam poſtulent, primum ſeſe ita gerant, ut conſtet ex eorum eos eſſe numero, quibus id à patre eſt deſtinatum. Ita hoc loco, οὐδὲ ἐγένετο ἀπόκρυφον, ἀλλ' ἵνα εἰς φανερὸν ἔλθῃ, verti poteſt, *neque factum eſt abſconditum, niſi ut in manifeſtum veniat*. Id eſt, ne exiſtimetis quicquam veſtrum occultari poſſe. nam etſi quid ad tempus lateat, non id fit niſi ut deinde magis reveletur. Ex Syriaſmo id oritur, ubi אלא, compoſitum ex אן לא *ſi non*, promiſcuè pro *ſed* & *niſi* uſurpatur. quin & disjunctas particulas אן לא pro *niſi* invenio, Marc. 8. 14. quod alias אן אלא dicere ſolent.

VERS. 27. *Semen germinet & aſſurgat*, ὡς οὐκ οἶδεν αὐτός. Syrus, ܟܕ ܗܘ ܠܐ ܝܕܥ, *quum ipſe neſcıat*. Arabs, وهو لا يعلم, *& ipſe neſcit*, hoc eſt, ipſo neſciente. Optimè. ſæpe enim ὡς ſignificat *quum*, & Latinè per participium recte redditur. ut Marc. 4. 36. παραλαμβάνουσιν αὐτὸν ὡς ἦν ἐν τῷ πλοίῳ, *accipiunt ipſum, quum eſſet in navi*, i. exiſtentem in navi. Luc. 1. v. 23. ὡς ἐπλήσθησαν αἱ ἡμέραι, *quum impleti eſſent dies*, i. impletis diebus. Ita & hoc loco, ὡς οὐκ οἶδεν αὐτός, malim cum Vulgato & Eraſmo vertere, *dum neſcit ille*, quam cum Beza, *quomodo ipſe neſcit*.

VERS. 28. Ὅταν δὲ παραδῷ ὁ καρπός. Vulgatus, *Et quum produxerit fructus*. Eraſmus, *productus fuerit*. Beza, *prodiderit ſeſe*. Syrus, ܡܫܡܢ *impinguatus eſt*. Arabs, انتهى *ad finem pertigit, completus iſt*. Id mihi maximè arridet. ſi quid enim in inuſitata hac verbi παραδοῦναι ſignificatione conjicere poſſum, idem eſt quod apud Hebræos, Chaldæos, Syros & Arabes שלם, *integrari, abſolvi, finiri, compleri*. item *tradere*. quæ enim traduntur iis finis imponitur. ut qui tradit victoriam, finem belli facit. & quicunque abſolvit aliquod negocium, tradit illud quaſi ſibi ipſi, dum non amplius circa illud occupatur. ſic fructus poteſt dici παραδοῦναι, *tradere ſe*, aut tradere incrementum ſuum, quando maturitatem conſequutus deſinit creſcere, & complementum ſuum habet. Atque hoc fortaſſis voluit Vulgatus, *quum produxerit fructus*, ſcilicet incrementum ſuum ad complementum, tum mittit falcem, &c.

VERS. 31. Ὡς κόκκῳ σινάπεως. Cl. Beza annotat, in ſex codicibus ſcribi ὡς κόκκον, in quarto caſu. ſed recte obſervat, neutram lectionem cum ſuperioribus ſatis cohærere, niſi multa ſubaudias. Vulgatus & Eraſmus, *ſicut granum ſinapis*, ὡς κόκκος, ſupple ἐστί. ſic Syrus legit, ܐܝܟ ܦܪܕܬܐ ܕܚܪܕܠܐ ܗܝ *ſicut granum eſt ſinapis*. Arabs, تشبه حبة خردل *ſimile eſt grano ſinapis*.

VERS. 39. ܫܠܝ ܐܬܦܩܪ ܐܢܬ. Trem. & Bod. *deſine, obmuteſce tu*. At primo ܐܬܦܩܪ nequaquam habet Imperativi formam. ſed eſt Peil, ſive Partipium paſſivum primæ conjugationis, formæ פְּקִיד. deinde quod *obmuteſcendi* ſignificationem adhibuerint, ex uno hoc loco per conjecturam deſumtum eſt, quia in Græco eſt πεφίμωσο hinc Buxtorfius Jun. ܦܩܪ *ſilere, obmuteſcere*. Maſius in Peculio: ܐܬܦܩܪ eſt comminantis, ut quis taceat ſeque contineat, eſtque paulo vehementius quam ܫܠܝ Marc. 4. eſt vox Arabica, ut mihi meus præceptor dixit. Et Bar-Cepha uſurpat ipſum verbum ܦܩܪ pro cohibere, continere, abſtinere. Hæc ille. recte tradit eſſe vocem Arabicam. ibi vero *objurgare* ſignificat. ut vel ex hoc ipſo verſu apparet ubi pro ἐπετίμησε τῷ ἀνέμῳ. Arabs habet زجر الريح. Raphel. زجر *increpare, confutare*. nec aliud eſt apud Syros. Ferrarius. ܦܩܪ *increpuit*. ܐܬܦܩܪ *increpitus*. vertendum ergo, *quieſce, objurgatus es*. id eſt, ſile, quia ſilentium tibi impoſitum eſt. ſic in Lex. Syr. Arab. ܐܬܦܩܪ يزجر ويبتهى *objurgatur & increpatur*.

CAP.

Cap. V.

Vers. 1. Καὶ ἦλθον, *& venerunt.* sic & Vulgatus. At Syrus, Arabs, & duo Bezæ codices legerunt καὶ ἦλθεν, *& venit.*

Vers. 2. ܡܢ ܒܝܬ ܩܒܘܪܐ. Trem. *è loco sepulchrorum.* Boder. *è domo sepulchrorum.* malim simpliciter, *è sepulchris*, ἐκ τῶν μνημείων. distinguo enim inter ܩܒܪܐ & ܩܒܘܪܐ. illud *sepulchrum*, hoc *sepulturam* significat: & præposito ܒܝܬ, idem est ܒܝܬ ܩܒܘܪܐ *domus sepulturæ*, quod ܩܒܪܐ *sepulchrum.* Unde mulieres quæ Matth. 28. 1. dicuntur ivisse ut spectarent ܩܒܪܐ *sepulchrum*, dicuntur Marc. 16. vers. 2. venisse ܠܒܝܬ ܩܒܘܪܐ εἰς τὸ μνημεῖον, eodem prorsus sensu. Hinc mutata secunda compositionis voce ex singulari in pluralem fit plurale ܒܝܬ ܩܒܘܪܐ *sepulchra.* sicut ܒܝܬ ܐܘܨܪܐ *horrea* à singul. ܒܝܬ ܐܘܨܪܐ. *horreum* & similia. de quibus agimus Gramm. nostræ pag. 74.

Vers. 5. ܘܡܩܥܐ ܗܘܐ ܘܡܢܩܦ ܗܘܐ ܢܦܫܗ ܒܟܐܦܐ. Tremel. *& vociferabatur, & collidebat seipsum in lapides.* Bod. in Paris. *& allidens seipsum in lapidibus.* in Reg. *& allidebat seipsum lapidibus.* verto, *& contundebat seipsum lapidibus.* vel, *& vulnerabat seipsum lapidibus.* Luc. enim 20. 12. ponitur ܦܩܥ pro τραυματίζειν. ut hoc loco pro κατακόπτειν. Ferrar. *contudit, percussit, rimas egit.* ܦܩܥܐ *rima, fragmen, vulnus.*

Vers. 9. Λεγεὼν ὄνομά μοι. sic quoque Vulgatus & Arabs. At Syrus, ܫܡܢ *nomen nostrum*, ὄνομα ἡμῶν.

Vers. 11. *Erat autem ibi* πρὸς τὰ ὄρη, *apud montes.* At Vulgatus, Syrus, Arabs, & MS. Bezæ codices πρὸς τῷ ὄρει, *circa montem.*

Vers. 12. *Et precati sunt eum* πάντες οἱ δαίμονες. Vulgatus, Syrus, Arabs, & tres M. S. Bezæ codices legerunt tantum, οἱ δαίμονες.

Vers. 13. Καὶ ἐπέτρεψεν αὐτοῖς εὐθέως ὁ Ἰησοῦς. Vulgatus quoque sic legit. At Syrus & Arabs tantum, καὶ ἐπέτρεψεν αὐτοῖς. Arabs tamen εὐθέως junxit sequentibus, καὶ ἐξελθόντα εὐθέως τὰ πνεύματα. ubi Syrus, Vulgatus, & exemplaria Græca adverbium illud non habent. Sequitur ὥρμησεν ἡ ἀγέλη κατὰ τοῦ κρημνοῦ. Vulgat. κατὰ τοῦ κρημνοῦ omittit. Beza vertit *è præcipitio.* malim *per præcipitium.* ut sensus sit, porcos è loco ubi pascebantur ruisse versus præcipitia, & per ea in mare. Unde Syrus, ܘܪܗܛܬ ܗܝ ܒܩܪܐ ܠܫܩܝܦܐ, *& cucurrit grex ille in scopulum.* Arabs, فتعالي القطيع كله علي كهف, *& ascendit grex totus in scopulum.*

Vers. 15. Καὶ ἐσχηκότα τὸν λεγεῶνα, non legit hæc Vulgatus, neque vetus Bezæ codex. Syrus & Arabs legerunt.

Vers. 23. ἵνα ἐλθὼν ἐπιθῇς αὐτῇ τὰς χεῖρας. Beza subintelligit δέομαι aut simile quid, rogo *ut venias & imponas.* At in suo vetustiss. exemplari, ut & apud Syrum interpretem, legi ait, ἐλθὲ ἵνα ἐλθών, *veni, ut quum veneris, imponas ei manus.* non usque adeo commoda est ea lectio, nec secutus est eam Syrus. habet enim solummodo, ܬܐ ܣܝܡ ܐܝܕܟ ܥܠܝܗ ἐλθὲ, ἐπίθες τὴν χεῖρά σε, vel ἐλθὼν ἐπίθες. ut & Vulgatus, *veni, impone manus.* Arabs, لكن تاتي فتضع يدك, ἀλλὰ ἐλθὲ, καὶ ἐπίθες. Sequitur ὅπως σωθῇ, καὶ ζήσεται, *ut servetur, & vivet.* Vulgatus, *& vivat*, ζήσῃ, ut in vetustissimo suo codice legebat Beza. Syrus & Arabs, *& sanabitur & vivet.*

Vers. 32. *Et circumspiciebat ut videret* τὴν τοῦτο ποιήσασαν, *eam quæ hoc fecerat.* sic Vulg. & Arabs. at Syrus, ܡܢ ܗܘ ܕܗܕܐ ܥܒܕ, τίς τοῦτο ἐποίησε.

Vers. 35. Ἔρχονται ἀπὸ τοῦ ἀρχισυναγώγου. Syrus, ܡܢ ܒܝܬ ܪܒ ܟܢܘܫܬܐ. Boderianus non bene, *è domo principis Synagogæ.* ita enim, ܒܝܬ, non ܕܒܝܬ, dicendum fuerat. Tremellius Syriasmum propius expressit, *ex domesticis.* dubito autem an non simpliciter verti queat, *à principe Synagogæ*, sicut in Græco est, ἀπὸ τοῦ ἀρχισυναγώγου. quem Syriasmum observasse videmur Acto. 15. 32. ubi pluribus de eo agimus. Est autem *ab Archisynagogo*, à domo Archisynagogi. Sicut dicitur, venio a te, id est, à domo tua. Quod quum Arabs non animadvertisset, & incommode ab Archisynagogo venire dici videbantur, qui ad eum ibant

bant, vertit الى رييس الجماعة *ad Archisynagogum*, παρὰ τὸν τοῦ ἀρχισυνάγωγον.

Vers. 36. Ὁ δὲ Ἰησοῦς, εὐθέως ἀκούσας. Syrus, Vulgatus, Arabs, & vetustissimus Bezæ codex non legerunt εὐθέως.

Vers. 38. ܘܚܙܐ ܕܡܬܕܠܚܝܢ ܘܒܟܝܢ. Tremel. *& vidit quod tumultuarentur & flerent.* Boder. *viditque tumultuantes & flentes.* verte, *turbatos & flentes.* Nam Luc. 10. 41. ܡܬܕܠܚܐ ponitur pro καὶ τυρβάζῃ. Et Luc. 1. 29. ܐܬܕܠܚܬ pro διεταράχθη. & Luc. 24. 37. pro πτοηθέντες. sic Arabicè, ضرب *perturbari.* Unde miror apud Ferrarium non aliam quam celeritatis notionem huic verbo tribui. ܕܠܘܚܐ, inquit, *celer, velox.* ܕܠܘܚܘܬܐ, *celeritas, velocitas.* ܐܕܠܚ *festinare fecit.* solent enim perturbati festinanter, celeriter ac raptim sua agere. quomodo & Latinum turbari rectè derivatur à טרף, quod *rapere* est Hebræis. unde Chaldæis & Syris אטטרף *perturbari, percelli.* Arabs eodem sensu hic vertit, ونظر اضطرابهم *& vidit perturbationem eorum,* vel *perculsionem eorum.* i. vidit eos plane perculsos & perturbatos. Marcus dicit, καὶ θεωρεῖ θόρυβον. quod nomen sicut literis convenit cum Lat. *turbari*, cum Syr. ܕܠܚ, cum Arab. ضرب, ita & significatione convenire potest. Sequitur, Κλαίοντας καὶ ἀλαλάζοντας πολλά. *flentes & ejulantes multum.* Rectius fortassis, inquit Beza, ὀλολύζοντας. Casaubonus, *mirum sane* ἀλαλάζειν *de iis dici qui defunctam deflerent: nisi propter* αὐλητὰς *ita loquitur, quos funeri interfuisse ex Matthæo constat.* Respondeo, nihil mirum esse ἀλαλάζειν pro *ejulare* aut *lamentari* accipi, etsi ad αὐλητὰς non respiciatur, quia etiam ovibus vastata pascua lugentibus adscribitur ἀλαλαγμὸς Jer. 25. 36. neque enim hujus vocis, ut & aliarum plurium, usus ex probatis scriptoribus, sed ex Lxx. Interpretibus est petendus, quorum idioma Sacri scriptores passim sunt secuti. apud istos autem ἀλαλάζειν non tantum pro *læte vociferari* usurpatur, quod Hebr. הריע dicunt, ut passim in Psalmis, הָרִיעוּ לֵאלֹהִים ἀλαλάξατε τῷ θεῷ, *clangite Deo*: sed & pro *triste lamentari*, quod הילל dicunt. ut Jer. 25. 44. הֵילִילוּ הָרֹעִים, ἀλαλάξατε ποιμένες, *ejulate pastores.* Item Jer. 47. 3. וְהֵילִל כֹּל יוֹשֵׁב הָאָרֶץ, καὶ ἀλαλάξουσιν ἅπαντες οἱ κατοικοῦντες τὴν γῆν, *& ejulabunt omnes habitatores terræ.* unde & hoc loco pro καὶ ἀλαλάζοντας, Syrus habet, ומילין ܘܡܝܠܠܝܢ, *& ejulantes.* Idem de ὀλολύζειν dicendum, quo quamquam qui elegantius Græce sunt locuti, non nisi in re læta sunt usi, ut doctè à Casaubono probatur, apud Lxx. tamen & in N. T. pro lamentari frequenter usurpatur. Quod Hellenistis vitio verti non debet, quippe qui ab Hebræis didicerunt, הריע quod in gaudio propriè ponitur, non raro de tristi etiam vociferatione usurpari. ut Esa. 15. 4. Mich. 4. 9. &c.

Vers. 40. Καὶ εἰσπορεύεται. sic Syrus & Arabs, nec ulla lectionis diversitas ab Erasmo aut Beza est annotata. Vulgatus tamen habet, *& ingrediuntur.*

Vers. 41. Ὅ ἐστι μεθερμηνευόμενον, Τὸ κοράσιον (σοὶ λέγω) ἔγειρε. Hæc omnia omittit Syrus, quia quum Ταλιθὰ κοῦμι sit purè Syriacum, interpretatione ibi opus non habet. Arabs vero quod Syriacum erat interpretari opus habuit, quamobrem omnia expressit. Idem fit infra cap. 7. vers. 34. Ἐφφαθά, ὅ ἐστι, Διανοίχθητι. Syrus tantum habet ܐܬܦܬܚ *aperitor.*

Cap. VI.

Vers. 4. ܠܝܬ ܢܒܝܐ ܕܫܝܛ ܐܠܐ ܒܡܕܝܢܬܗ ܘܒܝܬ ܐܚܝܢܘܗܝ ܘܒܒܝܬܗ. Tremel. *non est Propheta qui sit parvus, nisi in regione sua & in loco fratrum suorum.* Boder. in Reg. *non est Propheta despectus nisi in provincia sua, & in ædibus cognatorum suorum.* At in Parif. melius, *nisi in civitate sua, & in domo cognatorum suorum.* nam ܡܕܝܢܬܐ apud Syros & Arabes non *regionem*, aut *provinciam*, sed *urbem* tantum & *civitatem* significat. sicut ergo vers. 1, ubi Christus dicitur venisse εἰς τὴν πατρίδα αὐτοῦ, Syrus quoque vertit, ܠܡܕܝܢܬܗ *in civitatem suam*, ut sciremus agi ibi de patria ejus civitate, nempe Nazareth: eodem modo & hîc vers. 4. accipi voluit, despectum esse Prophetam, non in universa provincia ex qua oriundus est, sed in civitate sua patria. Porro ܒܝܬ apud Syros sæpe est *inter*. itaque ܒܝܬ ܐܚܝܢܘܗܝ verte, *& inter cognatos suos*: ἐν τοῖς συγγενέσι, dicit Marcus. ܐܚܝܢܐ non sunt *fratres*, ut hic

Tre-

Tremel. habet, qui ܐܚ̈ܝܢܐ dicuntur, sed *cognati.*

VERS. 7. *Et dedit ipsis potestatem* τῶν πνευμάτων ἀκαθάρτων, *spirituum immundorum.* Syrus, ܥܠ ܪ̈ܘܚܐ ܛ̈ܢܦܬܐ ܕܢܦܩܘܢ *contra spiritus immundos ut ejicerent.*

VERS. 11. ܦܨܘ ܚܠܐ ܕܒܬܚܝܬ ܪ̈ܓܠܝܟܘܢ. ad verbum, *dispergite pulverem qui est in inferiori pedum vestrorum.* ne lege דִבְתַּחְתָּיָא, ut Boder. scribit in Reg. sed ܕܒܬܚܬܝܐ, דִבְתַחְתָיָא.

VERS. 14. Καὶ ἤκουσεν ὁ βασιλεὺς Ἡρώδης. sic Vulgatus & Arabs. Beza subintelligit ταῦτα, *hæc.* Syrus addit ܥܠ ܝܫܘܥ *de Jesu.* quoddam exemplar, inquit Beza, habebat, τὴν ἀκοὴν Ἰησοῦ.

VERS. 15. Ἢ ὡς εἷς τῶν προφητῶν. Syrus, Vulgatus, Arabs, & sex Bezæ vetusta exemplaria non legerunt ἤ.

VERS. 19. ܗܝ ܕܝܢ ܗܪܘܕܝܐ ܡܬܚܡܬܐ ܗܘܬ ܠܗ. Boder. in Reg. *Ipsa autem Herodias insidiabatur ei.* Nunquam nobis hoc sensu verbum illud occurrit. In Paris. *impugnans erat eum.* Sic & Tremel. *impugnabat eum.* Ex Hebraismo, ubi לחם *vesci & pugnare* significat. In notis autem non male explicat, Impugnabat, scil. verbis, hoc est, acriter minitabatur. ipsissima illa est hujus verbi apud Syros significatio. quod ex Actor. 4. 21. & 1 Petr. 2. 23. rectè probat. hinc ܚܘܡܬܐ *minæ*, Act. 4. 29. & 9. 1. Lex. Syr. Arab. hunc ipsum ut arbitror locum, quem in manibus habemus, citans, ܡܬܚܡܬܐ ܗܘܬ ܠܗ (scribe ܗܘܬ) vertit متهددة له *minabatur ei.* Item ܡܬܚܡܬܐ vertit يتهددنا لنا وينصبنا لنا علي البغضة, *minatur nobis, & perpeti facit nos ex odio.* Rursus ܚܘܡܬܐ vertit الحقد *adversatio*, والبغضة *& odium*, والحرد *& indignatio*, البغضة.: والتهدد *& comminatio, sc. odii.* Propriè tamen in Kal ܚܡܬ est *concordare, consentire.* in Pael ܚܡܬ *concordare fecit & adhærere.* Hinc *composuit, compegit*, teste Ferrario cujus exemplum invenimus in Psal. 151. qui in Psalter. Syr. additus est usitato numero. ubi vers. 2. dicit David, ܘܨܒ̈ܥܬܝ ܚܡ̈ܬ ܟܢܪܐ *digiti mei compegerunt lyram*, vertente Cl. Sionita. significat autem & *comminari*, fortassis quia in minis odium cordis cum verbis oris compingitur. vehementer autem placet, quod Lex. Syr. Arab. docuit, non minas tantum, sed iram quoque & odium hoc verbo denotari. Id enim est quod dixit Marcus, ἡ δὲ Ἡρωδιὰς ἐνεῖχεν αὐτῷ, Hesychius, ἐνεῖχον, ἐχόλων, ὠργίζοντο. Idem rursus ἐνεχῇ, μνησικακεῖ, ἔγκειται. Eustathius ait, ἐνέχειν esse τὸ κατά τινος ἔχειν. Sensus ergo est, *Herodias adverso in eum erat animo.*

VERS. 21. ܘܗܘܐ ܝܘܡܐ ܝܕܝܥܐ. Tremel. *& factum est certo quodam die.* non rectè. Melius Boder. *& factus est dies notabilis.* verto, *& fuit dies notus*, vel *celebris.* sic enim participio illo utuntur Syri, ut Rom. 16. 7. ܘܗܢܘܢ ܝܕܝܥܝܢ ܐܢܘܢ ܒܫܠܝܚ̈ܐ, pro οἵτινες ἐπίσημοί εἰσιν ἐν τοῖς ἀποστόλοις. sic Acto. 21. v. 39. ܡܕܝܢܬܐ ܝܕܝܥܬܐ οὐκ ἀσήμου πόλεως. & Act. 17. 12. ܢܫ̈ܐ ܝܕܝ̈ܥܬܐ γυναῖκες εὐσχήμονες. sic hoc loco ܝܘܡܐ ܝܕܝܥܐ est *dies notus, famosus*, quo notum erat celebranda natalitia regis, quotiescunque recurreret. Arabs habet, وكان يوم من الزمان جاء لهيرودس ملاده, Rom. versio, *& fuit dies temporis quo venit ad Herodem natale ejus.* Malim, *Et fuit dies quidam, quo tempore venit Herodi natale ejus.* يوم sine articulo est indefinitè, *dies quidam.* Marcus dixit, καὶ γενομένης ἡμέρας εὐκαίρου. Vulgatus & Beza, *Et quum dies opportunus accidisset*, vel *adesset.* ad quid opportunus? an ad Joannem decollandum? an ad convivium regium celebrandum? fortassis ἡμέρα εὔκαιρος hîc idem est quod Hebræis יום טוב *dies bonus*, quasi dicat, dies boni temporis, festivus & solemnis, quo solemnis festivitas celebranda. consentit vet. Glossar. εὐκαιρῶ, *vaco.* εὔκαιρος, ἡ σχολάζουσα, *vacua.* est ergo ἡμέρα εὔκαιρος, *dies vacans*, vacua laboribus, à quibus abstinetur ut hilaritati & festivitati tempus detur.

VERS. 23. ܡܕܡ ܕܬܫܐܠܝܢܢܝ. Tremel. & Boder. *quicquid petieris à me.* id dicendum nisi fallor, ܕܬܫܐܠܝܢܢܝ. verte simpliciter, *quicquid petieris.* sicut Vulgatus

gatus & Arabs habent. etsi in Græco sit, ὃ ἐάν με αἰτήσῃς. Jod finale non format hic affixum, sed paragogicum est, pro ܬܫܐܠܝܢ sicut ܬܥܘܠܝܢ *ingrediaris*, Marc. 9. 25. pro ܬܥܘܠܝ.

VERS. 25. ܘܡܚܕܐ ܥܠܬ ܒܪܬܗ ܒܝܨܝܦܘܬܐ. Boder. *ac statim ingressa est cum cupiditate.* melius Tremel. *cum solicitudine.* malim tamen, *cum diligentia* vel *studio.* μετὰ σπουδῆς. Ferrarius ܒܝܨܝܦܘܬܐ *cura, diligentia, studium, sedulitas.* ܒܝܨܝܦܐܝܬ *diligenter, sedulo, solicitè.* verbum ܒܛܠ propriè significat *cessare, otiosum esse.* unde ܒܛܝܠܐ *otiosus.* at ܒܛܝܠܐ *curam habens, diligens.* contrariam nempe significationem habet in quibusdam derivatis. unde ܐܬܒܛܠ ܥܠܘܗܝ *curam habuit, curavit.*

VERS. 26. *Noluit eam* ἀθετῆσαι, Vulgatus, *contristare.* Rectius Beza, *rejicere.* Glossar. ἀθετῶ, *reprobo.* Hesychius ἀθετεῖν, ὑβρίζειν, καταφρονεῖν, *contumelia & contemtu affici.* Syrus, ܕܢܒܛܠܝܗ̇ *frustrare, privare eam.* Arabs, منعها *prohibere, recusare eam.*

VERS. 28. Ὁ δὲ ἀπελθών. non legit hæc Vulgatus. Syrus & Arabs legerunt.

VERS. 29. *Et sustulerunt* τὸ πτῶμα αὐτοῦ, *cadaver ejus.* Ita quoque Syrus & Arabs legerunt. At Vulgatus, τὸ σῶμα αὐτοῦ, *corpus ejus.*

VERS. 32. Καὶ ἀπῆλθον εἰς ἔρημον τόπον τῷ πλοίῳ κατ' ἰδίαν. Syrus nihil differt. neque Arabs, nisi quod non legerit κατ' ἰδίαν. Vulgatus videtur legisse; Καὶ ἀναβάντες εἰς τὸ πλοῖον, ἀπῆλθον εἰς ἔρημον τόπον κατ' ἰδίαν.

VERS. 33. Καὶ εἶδον αὐτοὺς ὑπάγοντας οἱ ὄχλοι, καὶ ἐπέγνωσαν αὐτὸν πολλοί. Syrus, Vulgatus, Arabs, & veteres Bezæ codices non legerunt οἱ ὄχλοι. Rursus Syrus, Arabs, & quatuor Bezæ exemplaria pro αὐτὸν habent αὐτούς. Vulgatus non expressit, quia in præcedente membro expressum erat. itaque & ipse sic legisse videtur. Sequitur, καὶ προῆλθον αὐτούς, καὶ συνῆλθον πρὸς αὐτόν. Vulgatus & Syrus non legerunt, καὶ συνῆλθον πρὸς αὐτόν. Et pro προῆλθον αὐτούς Syrus legit αὐτόν. Arabs واقبلوا اليهم, Romana versio, *& prævenerant eos.* vertendum, *& accesserunt ad eos.* Itaque καὶ προῆλθον αὐτοὺς non legit. & pro καὶ συνῆλθον πρὸς αὐτόν, legit, καὶ ἦλθον πρὸς αὐτόν.

VERS. 35. Καὶ ἤδη ὥρας πολλῆς γενομένης. Vulgatus ad verbum, *& quum jam hora multa fieret.* Erasmus, *& quum jam multum diei præteriisset.* Beza, *quum autem jam multus dies esset.* Syrus, ܘܟܕ ܗܘܐ ܙܒܢܐ ܣܓܝܐܐ *& quum esset tempus multum.* rectè ὥραν pro tempore accepit. Sensus est, quum tempus multum processisset. Arabs, وبعد ساعات كثيرة *& post horas multas.*

VERS. 36. ܢܐܙܠܘܢ ܠܩܘܪܝܐ ܕܚܕܪܝܢ ܠܢ consentiunt in hac lectione omnes editiones Syriacæ. quare & Boder. in Reg. simpliciter vertit, *ut eant in agros circumjacentes.* at in Parif. scribit דחדריתון, & vertit, *qui circumjacent eis.* sic & Tremel. quod miror nam & Plantiniana editio consentit cum Syriacis, legens דהדרין, quod vertendum, *qui circum nos sunt.* legendum enim דְּחָדְרִין. hæc enim præpositio nunquam nisi in constructione sive genitivi, sive cum affixis usurpatur. constructionem genitivi voco, ex. gr. quando dicitur ܚܕܪܝ ܡܠܟܐ *circum regem*, ad verbum, *circuitiones regis.* Arabs quoque habet, التي حوالنا *qui circum nos.* in Græco est, εἰς τοὺς κύκλῳ ἀγρούς. Sequitur deinde ἀγοράσωσιν ἑαυτοῖς ἄρτους. τί γὰρ φάγωσιν οὐκ ἔχουσιν. ab eo Syrus & Arabs nihil differunt. Differt Vulgatus, qui habet, *emant sibi cibos quos manducent*, sicut in quodam codice legebat Beza, ἀγοράσωσιν ἑαυτοῖς τί φάγωσι.

VERS. 39. ܘܦܩܕ ܐܢܘܢ ܕܢܣܡܟܘܢ ܟܠܗܘܢ ܣܡܟܝܢ ܣܡܟܝܢ. Tremellius. *& præcepit eis ut facerent discumbere ununquemque discumbentes discumbentes.* Boder. in Parif. *accumbentes accumbentes.* videntur legisse in Benoni ܣܡܟܝܢ ܣܡܟܝܢ. at neque vocalis ad secundam literam, neque duo puncta pluralia, quæ in participiis masculinis in ܝܢ adhiberi non solent, id permittunt. Boder. eundem errorem commisit verf. sequenti. ubi tamen Tremel. rectè, *& discubuerunt* per *discubitus discubitus.* ita & hic vertendum. Sensus est, per distinctos discubitus. Boder. in Reg. *per ordines.* Versu autem quem diximus sequenti, post *discubuerunt per discubitus discubitus*, sequitur, ܘܐܣܬܡܟܘ ܣܡܟܝܢ ܣܡܟܝܢ.

Boder. in Reg. *centeni & quinquageni*. At in Par. *qui centum centum, & qui quinquaginta quinquaginta*. Tremel. *qui erant centeni centeni, & quinquageni quinquageni*. Ego verterem, *centenorum & quinquagenorum*. nam ܡܐܐ, simpliciter *centum* significat, ut & ܚܡܫܝܢ *quinquaginta*. at geminata ordinem denotant. sicut ܠܬܪܝܢ ܠܬܪܝܢ *bini*. sic ܡܐܐ ܡܐܐ, *centeni*. ܕܚܡܫܝܢ ܕܚܡܫܝܢ *quinquageni*. præfixum autem ܕ mihi hoc loco non pronomen relativum, sed nota genitivi esse videtur, qui regatur à præcedenti ܣܡܟܐ, *discubuerunt per discubitus, centenorum & quinquagenorum*. Porro pro ἐπὶ τῷ χλωρῷ χόρτῳ, Syrus tantum habet ܥܠ ܥܣܒܐ *super herbam*.

Vers. 41. Καὶ τοὺς δύο ἰχθύας ἐμέρισε πᾶσι. Vulgatus & Arabs consentiunt. Syrus, ܘܦܠܓܘ, ἐμέρισαν, *diviserunt*.

Vers. 44. *Erant autem qui comederant*, ὡσεὶ, *quasi*, &c. Vulgatus, Syrus, Arabs, & vetusti Bezæ codices particulam ὡσεὶ non legerunt.

Vers. 48. ܘܚܙܐ ܐܢܘܢ ܕܡܫܬܢܩܝܢ ܒܡܪܕܝܬܐ. Tremel. *Et vidit eos quod seipsos vexarent remigantes*. Boder. in Reg. *Et vidit eos vexatos dum sulcarent mare*. incertum an de cursu carinæ per mare intelligat, an de remorum ductu quibus mare secatur. Videtur posterius, quia in Parif. vertit ut Tremellius. Ego verto, *Et vidit eos afflictos quum navigarent*. pro *remigare* non credo usurpari. exempla à lexicographis non citantur. nec agnoscit significationem eam Ferrarius. neque Masius in Pecul. qui super hoc verbo ܪܕܐ dignus est qui legatur. significat *erudire, castigare, fluere, iter facere, navigare*. fluere per terram & per mare. unde ܡܪܕܝܬܐ, *fluxus*, Marc. 5. 25. item *navigatio*, Actor. 27. 10. Marcus dixit, καὶ εἶδεν αὐτοὺς βασανιζομένους ἐν τῷ ἐλαύνειν. Vulgatus & Erasmus, *in remigando*. Beza, *in navigio provehendo*. non video cur non vertere liceat *in navigando*. etsi enim ἐλαύνειν proprie sit transitivum, & sequente ἵππον vel ναῦς sit equum calcaribus, navem remis impellere, tamen absente accusativo sæpe absolutè & intransitivè usurpatur, pro expeditionem agere sive proficisci terra marive. ut, ἐλαύνει εἰς Αἴγυπτον, *proficiscitur in Ægyptum*, apud Herodot. vide Thesaurum Henr. Stephani. atque ita plane idem est quod Syris ܪܕܐ. Arabs, ἐν τῷ ἐλαύνειν plane præteriit.

Vers. 51. Καὶ λίαν ἐκ περισσοῦ ἐν ἑαυτοῖς ἐξίσταντο, καὶ ἐθαύμαζον. Vulgatus, *& plus magis intra se stupebant*. non legit, καὶ ἐθαύμαζον. Syrus, ܘܛܒ ܝܬܝܪܐܝܬ ܬܡܝܗܝܢ ܗܘܘ ܘܡܬܕܡܪܝܢ ܒܢܦܫܗܘܢ, *& multum admirabantur & stupebant in seipsis*. non legit ἐκ περισσοῦ. & καὶ ἐθαύμαζον legit ante ἐξίσταντο. Est enim admirari minus quam stupere. Arabs, فبهتوا وتعجبوا, *& obstupuerunt & mirati sunt*, non legit λίαν ἐκ περισσοῦ ἐν ἑαυτοῖς.

Vers. 52. ܠܐ ܓܝܪ ܐܣܬܟܠܘ ܗܘܘ ܡܢ ܠܚܡܐ ܗܘ. Tremel. & Boder. *non enim intellexerant de pane illo*. Id nisi fallor dicerent ܥܠ ܠܚܡܐ ܗܘ. verto, *ex pane illo*. id est, Ex pane illo, quo tantam ante multitudinem miraculosè paverat, intelligentiam non erant consecuti, nihilo inde sapientiores facti fuerant. In Græco est, οὐ γὰρ συνῆκαν ἐπὶ τοῖς ἄρτοις. Vulgatus, *non enim intellexerant de panibus*. Beza, *quod factum fuerat illis panibus*. Arabs, امر الخبز, *negocium panis*. ἐπὶ cum Genit. frequenter significat *de*. at cum Dativo, non temere hac in significatione reperiri existimat H. Steph. Cum isto casu causam sæpe denotat, & per *ob*, vel *ex* rectè vertitur. ut Luc. 1. 29. διεταράχθη ἐπὶ τῷ λόγῳ αὐτοῦ, *perturbata est ob sermonem ejus*. Luc. 1. 59. ἐκάλουν αὐτὸ ἐπὶ τῷ ὀνόματι τοῦ πατρὸς αὐτοῦ Ζαχαρίαν, Beza, *vocabant eum ex nomine patris ejus Zachariam*. Ita hoc loco, *non enim intelligentes facti fuerant ob panes*, vel ut vertit Syrus, *ex panibus*. nam & συνιέναι pro μανθάνειν, *discere, intelligentem fieri*, apud Arist. & Demost. usurpari tradit Henr. Steph. Sequitur ibid. apud Syrum, ܡܛܠ ܕܠܒܗܘܢ ܡܥܒܝܐ ܗܘܐ. Boder. in Reg. *quia cor eorum nube offensum erat*. derivavit ab Hebr. עָב, *nubes*. malè. Melius in Parif. ut & Tremel. *quia cor eorum crassum erat*. est partic. pass. Pael. verte, *incrassatum, condensatum erat*, πεπωρωμένη, instar calli condensati, constipati, ac tumentis. est ab Hebr. עָבָה, *densus*,

sus, crassus fuit, intumuit. hinc Syr. ܥܒܐ Ferrar. *condensatus est, incrassatus est, intumuit.* Vereor ut rectè verbo activo Pael significationem tribuerit passivam, quæ est in ܡܥܒܐ partic. pass. & verbo pass. ܐܬܥܒܝ, quod extat Matth. 13. 15. Act. 28. 27. In Lex. Syr. Arab. extat in Pael, ܥܒܐ ܡܢ ܥܒܝܘܬܐ, يغلظ ويثخن, id est, significationem habet ab ܥܒܝܘܬܐ, *densitas, crassitudo*, & significat *incrassatur, & intumescit.* Arabs, لان قلوبهم كانت ثقيلة, *quia corda eorum erant gravata.*

Vers. 53. Καὶ προσωρμίσθησαν. *& appulerunt.* Syrus hæc non legit. Vulgatus & Arabs legerunt.

Vers. 56. Καὶ ὅπου ἂν εἰσεπορεύετο εἰς κώμας, ἢ πόλεις, ἢ ἀγρούς. Syrus non legit ἢ ἀγρούς. Vulgatus, pro eo habet *vel in villas*, sed inter κώμας ac πόλεις collocat. Arabs non legit ἢ ὅπου ἂν εἰσεπορεύετο. & pro εἰς, legit ἐκ κωμῶν, ἢ πόλεων, ἢ ἀγρῶν, quæ conjuncta cum præcedenti versu sensum habent, ægros adductos fuisse ad Christum ex vicis, civitatibus & agris.

Cap. VII.

Vers. 2. ܟܕ ܠܐ ܡܫܝܓܢ ܐܝܕܝܗܘܢ. Tremel. *non lavantes manus suas.* id diceretur ܟܕ ܠܐ ܡܫܝܓܝܢ ܐܝܕܝܗܘܢ. Bod. in Paris. ubi ad verbum omnia vertit, *quum non lavissent manus suas.* id diceretur, ܟܕ ܠܐ ܐܫܝܓܘ. videntur ܡܫܝܓܢ accepisse pro forma activa, & quidem masculini gen. quum sit partic. Aphel passivum plur. num. fœm. gen. ac vertendum, *quum non essent lotæ manus eorum*, id est, ut rectè in Reg. *illotis ipsorum manibus.* nec legendum מְשַׁגֵּן, ut facit Boder. in Reg. quod nullius formæ, sed מְשַׁגָּן, *lotæ.* singul. מְשַׁג, *lotus.* formæ מְקָם, *constitutus.* thema est שָׁג, ex quiescentibus media. in Aphel ܐܫܝܓ, *lavit.* quod ideo tantum annoto, quia formam hanc non rectè agnovisse videntur viri docti. Nam & vers. 5. ubi eadem phrasis occurrit, Boder. in Regiis vertit, *quum non laverint manus suas*, ac vitiosè ibi scribitur ܡܫܝܓܝܢ. nam aut tollendum illud Jod, prout in Vienn. & Cothen. & Plant. in 16. abest, aut addendum alterum Jod, ut fiat Benoni Aphel. ܡܫܝܓܝܢ, & tum delenda duo illa puncta supra ܫ, prout in Paris. scribitur משיגין, sed contra fidem reliquorum omnium exemplarium. nempe hæsisse videtur in dicta forma vir doctiss.

Vers. 3. Πυγμῇ νίψωνται. Syrus, ܚܦܝܛܐܝܬ, *studiosè, diligenter.* Vulgatus, *crebro.* Beza, *pugno.* quæ autem interpretatio hîc præferenda, & quis iste Pharisæorum in lavando ritus fuerit, à Scaligero in Elench. cap. 7. & Drusio in Præter. ita tractatum, ut nihil addendum duxerim, nec eadem hîc repetenda.

Vers. 4. Καὶ ξεστῶν. Syrus, ܩܣܛܐ. quid קסטא sit in Jonathane, & quomodo à Baal Aruch exponatur, doctè tradit Drusius in Præteritis. Vox Græca videtur, atque eadem futura cum illa, si קְסָטָא scribatur. Arabs quoque versu 8. scribit اقساط, אקסאט, à singul. קסט. at hoc loco pro eo habet اواني, *vasa.*

Vers. 8. ܡܛܠ ܕܫܒܩܬܘܢ ܠܗ ܠܦܘܩܕܢܐ ܕܐܠܗܐ ܘܐܚܝܕܝܢ ܐܢܬܘܢ ܡܫܠܡܢܘܬܐ ܕܒܢܝܢܫܐ. Boder. in Reg. & Paris. *quum omittatis enim mandata Dei, & teneatis traditionem hominum, &c.* incompleto prorsus sensu. quia ܡܛܠ pro *quum* accepit. quod fateor tamen passim significare. Tremel. *Dereliquistis enim mandata Dei, & retinetis traditiones filiorum hominis.* ܡܛܠ pro redundante particula accepit. quod laudo. Sic enim & 2 Corinth. 7. vers. 1. usurpatur, ܢܕܟܐ ܢܦܫܢ ܡܢ ܟܠ ܛܘܫܐ ܕܒܣܪܐ ܘܕܪܘܚܐ ܘܢܓܡܪ ܩܕܝܫܘܬܐ ܒܕܚܠܬܗ ܕܐܠܗܐ. Regia, *purgemus nos ipsos ab omni immundicia carnis & spiritus, & operemur sanctimoniam.* cum Græco convenit. At in Paris. *quum purgaverimus &c. & operati fuerimus sanctimoniam.* nullo sensu. Tremel. *quum purgaverimus &c. operemur sanctimoniam.* Vau in ܘܢܓܡܪ, non pro copulativo, sed, quod Hebræis usitatissimum, pro retributivo seu relativo accepit, quod Latinis redundat. quo-

modo si & hoc loco accipiamus, vertere liceret, *quum reliqueritis enim mandatum Dei, tenetis traditionem hominum.* Sed tale vau Syris, quod sciam, non est usitatum. Et in loco ad Corinthios, ܟܕ ܢܕܟܐ non rectè vertitur, *quum purgaverimus.* quia ܢܕܟܐ futurum est. itaque malim utroque in loco ܟܕ redundare. Ibidem apud Marcum, καὶ ἄλλα παρόμοια τοιαῦτα πολλὰ ποιεῖτε. Syrus non legit ποιεῖτε. Arabs & Vulgatus legerunt.

Vers. 18. ܗܟܢܐ ܐܦ ܐܢܬܘܢ ܥܛܠܝܢ ܐܢܬܘܢ. Boder. *itane & vos desipitis?* melius, ni fallor, Tremel. *sic etiam vos hebetes estis?* ܥܛܠ, *difficilis, impeditus.* ut cum dicunt, ܠܐ ܥܛܠܐ ܠܐܠܗܐ ܡܕܡ, *non est difficile Deo quicquam.* ܥܛܠ ܠܒܐ, *durus corde.* ܥܛܠ ܡܡܠܠܐ, *blæsus.* ܥܛܠ ܫܡܥܐ, *impeditus auditu.* est ab Hebræo עצל, *piger.* mutato צ in ט pro more.

Vers. 19. ܘܡܬܐܫܕ ܒܡܦܩܬܐ ܕܡܕܟܝܢܐ ܗܝ ܕܡܕܟܝܐ ܠܟܠܗ ܡܐܟܘܠܬܐ. Boder. in Reg. & Paris. *& egeratur per purgationem purgans omnem cibum.* ܕܡܕܟܝܢܐ retulit ad ܗܿܘ ܕܥܐܠ ܘܡܬܐܫܕ, *id quod intrat & ejicitur.* at tum masculino genere dicendum erat ܕܡܕܟܝܢܐ. at ܕܡܕܟܝܢܐ, hoc loco fœmininum est, etsi enim non negem, quin eadem forma possit esse masculina emphat. hîc tamen debet accipi pro fœminina simplici. Participia enim quum post se aliud nomen regunt, intelliguntur quasi posita in regimine genitivi, ubi forma emphatica locum non habet. Vertendum ergo, *& ejicitur per purgationem, purgantem omnem cibum,* vel *quæ purgat omnem cibum.* sic malim, quam ut Tremel. *& ejicitur in secessum, qui purgat omnem escam.* ܡܕܟܝܢܘܬܐ enim propriè *purgationem* denotat. In Græco tamen, καθαρίζον πάντα τὰ βρώματα, refertur ad id quod extrinsecus intrat & egeritur. sic & apud Arabem.

Vers. 20. Ἔλεγε δὲ ὅτι τὸ ἐκ τοῦ ἀνθρώπου ἐκπορευόμενον, ἐκεῖνο κοινοῖ τὸν ἄνθρωπον. Beza, *Dicebat autem, quod ex homine egreditur, illud polluere hominem.* Malim ὅτι redundare, & quæ sequuntur, per modum γνώμης reddi. Sicut Arabs habet, وقال الذي يخرج من فم الانسان هو الذي ينجس الانسان, *& dixit, Quod exit ex ore hominis, illud est quod polluit hominem.* Sicut enim apud Hebræos כי, & apud Syros ܕ, sic in Hellenismo ὅτι sæpe mimesi tantum servit, & post dicendi, scribendi, ac narrandi verba, id quod dictum, scriptum, ac narratum fuit, solummodo innuit, ut per *nempe, scilicet* verti queat. Vide Matth. 4. 6. & 26. 72. &c. Syrus autem ἔλεγε δὲ ὅτι prorsus omisit. Arabs pro ἐκ τοῦ ἀνθρώπου, legit ἐκ τοῦ στόματος ἀνθρώπου. Matth. 15. 11. tantum est ἐκ τοῦ στόματος. hîc tantum ἐκ τοῦ ἀνθρώπου. Ex his duabus una facta est lectio, ἐκ τοῦ στόματος ἀνθρώπου, quod quis explicationis gratia ex Matthæo in margine annotaverat, in textum irrepente.

Vers. 22. ܛܢܦܘܬܐ. Tremel. *fætor.* ex Hebraismo, ubi צַחֲנָה, *putorem* significat. quæ interpretatio procul dubio Cl. Bezam impulit, ut Syrum interpretem ἀσέλγειαν pro οἰνοφλυγία accepisse putaret. At ܛܢܦܘܬܐ, non hîc tantum, sed & Gal. 5. 19. 1 Pet. 4. 3. pro ἀσέλγεια ponitur, & à Ferrario rectè vertitur, *impudicitia, lascivia, libido, salacitas.* ut & ܛܢܦܐ, *impudicus, lascivus, libidinosus, salax.* præterea *sordidus, contaminatus.* eum ergo designat, qui sordidam, putidam, & fœtidam vitam agit.

Vers. 24. ܕܐܢܫ ܢܕܥ ܒܗ. Tremel. *ut quisquam hoc sciret.* Boder. *ut quisquam ipsum sciret.* verto, *ut quisquam sciret de se.* In Græco simpliciter est οὐδένα ἤθελε γνῶναι, *neminem voluit scire.* Beza supplevit, hoc *scire.*

Vers. 26. Ἦν δὲ ἡ γυνὴ Ἑλληνίς, Συροφοινίσσα τῷ γένει. Optimè Syrus, Ἑλληνίς vertit ܚܢܦܬܐ, id est, ἐθνική, *gentilis.* nam ܚܢܦܐ, passim ipsi dicuntur οἱ ἐθνικοί, *gentiles,* quasi profani. Ἕλληνες tamen, quando τοῖς Ἰουδαίοις opponuntur, dici ipsi solent ܐܪ̈ܡܝܐ, *Aramæi.* quomodo & hoc loco Ἑλληνίς dici poterat ܐܪܡܝܬܐ, *Aramæa.* qua de re alibi. Arabs ad verbum vertit, يونانية, *Græca.* quod autem sequitur, Συροφοινίσσα τῷ γένει, in editione Romana vertitur, سورية وجنسها من فينيقية, *Syra cujus genus ex Phœ-*

Phœnicia. In Erpeniana autem pro فينقية, legitur الغور, quod etiam Phœniciam denotat: propriè tamen κοιλότητα, *cavitatem*, *estque* κοιλὴ συρία, *Cælesyria*, quæ Libano & Antilibano inclusa Phœniciam continet. Syrus, ܡܢ ܦܘܢܝܩܐ ܕܣܘܪܝܐ, *ex Phœnicia Syriæ*. unde discere est, cur Phœnices Punici etiam dicti sint, quia nempe Phœnicia פוניקי, *Puniki*, Syris dicta est.

Vers. 31. Καὶ πάλιν ἐξελθὼν ἐκ τῶν ὁρίων Τύρου καὶ Σιδῶνος, ἦλθε πρὸς τὴν θάλασσαν τῆς Γαλιλαίας, ἀνὰ μέσον τῶν ὁρίων Δεκαπόλεως. Pro, *de finibus Tyri & Sidonis*, Vulgatus & duo Bezæ codices legerunt, *De finibus Tyri venit per Sidonem ad mare Galilææ*. Arabs, جاء الي صيدا وبحر الجليل, *venit ad Sidonem & mare Galilææ*. Syrus hîc cum Græco contextu convenit. At pro, ἀνὰ μέσον τῶν ὁρίων Δεκαπόλεως, habet, ܠܬܚܘܡܐ ܕܥܣܪܐ ܡܕܝܢܢ, *ad terminum Decapoleos*. Arabs autem, والي وسط اتخمة عشر المدن, *& ad medium terminorum Decapoleos*. Variæ hæ lectiones nequaquam pugnant. quæ enim lectio habet, Christum per Sidonem profectum esse ad mare Galilææ, non intelligit ipsam urbem, ac si eam ingressus fuisset, sed regionem Sidonis, in quam ingressum fuisse Christum fateri etiam coguntur, qui legunt eum ex finibus Tyri & Sidonis egressum fuisse. Statuamus ergo, Christum ex Tyriorum regione ivisse Sidoniorum versus: inde per tribus Ascher & Naphthali versus Decapolin, atque ita per medium ejus ad mare Galilææ, eadem erit omnium mens. ex tribu enim Ascher, quæ in confiniis est Tyri & Sidonis, ad mare Galilææ pertingere non potuit, quin per mediam Decapolin transiret.

Vers. 32. *Offerunt ei surdum*, μογιλάλον, Arabs, اخرس. quod enim in Græco est κωφὸν, μογιλάλον, Arabs in verso ordine dixit اخرس اصم *mutum surdum*. ut & Vulgatus, *mutum*. non improbo. nam & Exod. 4. v. 11. מִי יָשׂוּם אִלֵּם, *quis facit mutum?* Aquila, Symmachus, & Theodotio verterunt, τίς ἐποίησε μογιλάλον; & Esa. 35. 6. וְתָרֹן לְשׁוֹן אִלֵּם, *& cantabit lingua muti*, Lxx. verterunt, καὶ τρανὴ ἔσαι γλῶσσα μογιλάλων. Et hoc quidem miraculum hîc commendat. Si enim impeditam solummodo habuit linguam, surditatis vitium accidentale fuit, non naturale, aut per κωφὸν non surdus, sed, quod vult Cl. Beza, surdaster δύσκωφος intelligitur. adeoque utrumque vitium sanabile magis. Sed si surdus simul & plane mutus fuit, intelligitur natura fuisse surdus, illi enim semper muti. adeoque utrumque vitium non nisi divina virtute curabile. cum eo magis quadrat, quod vers. 37. occasione hujus miraculi turba dicit, καὶ τοὺς κωφοὺς ποιεῖ ἀκούειν. καὶ τοὺς ἀλάλους λαλεῖν. ergo hic μογιλάλος fuit ἄλαλος. unde & vers. 35. vinculum ejus linguæ tribuitur, quod virtute Christi solvi debuit. Maluit tamen Cl. Beza vertere, *difficulter loquentem*, quem Hebræi כְּבַד פֶּה, *gravem ore*, vel כְּבַד לָשׁוֹן, *gravem lingua* dicunt. Syrus similiter ܦܩܐ. Tremel. *Balbutientem*. Ferrarius, *impeditum lingua, blæsum*. sed scribit, ܦܘܩܐ derivo ab Hebr. פוק, *titubare*. inde פאקא, *titubans lingua*.

Vers. 36. Ὅσον δὲ αὐτὸς αὐτοῖς διεστέλλετο. Vulgatus, *quanto autem eis præcipiebat*. Erasmus, *quo magis*. id est, ὅσῳ, cui respondet τοσούτῳ. Laudamus Bezam, qui absque comparatione vertit, *sed quantumcunque ipse eis interdixisset*. Idem de Syriaco ܟܡܐ ܕܗܘ ܡܙܗܪ ܗܘܐ ܠܗܘܢ dicimus. non rectè id Tremel. *& quo magis ipse admonebat eos*, neque Boder. *& quanto magis*. vertendum, *& quantum ipse*, *&c*. Belgicè, **Ende wat dat hy haer verboodt.** nam ܟܡܐ nihil est, nisi *quantum* & *quamdiu*.

Cap. VIII.

Vers. 2. Ὅτι ἤδη, *quia jam*. Syrus, ܗܐ, ὅτι ἰδοὺ, *quia ecce*. Vulgatus, *quia ecce jam*, ὅτι ἰδοὺ ἤδη. Arabs simpliciter لان, ὅτι, *quia*.

Vers. 3. Εἰς οἶκον αὐτῶν. Syrus & Arabs rectè οἶκον collectivè acceperunt, pro οἴκους. adeoque pluraliter verterunt.

Vers. 4. Καὶ ἀπεκρίθησαν αὐτῷ. sic Vulgatus & Arabs, at Syrus, ܐܡܪܝܢ ܠܗ, *dicunt ei*.

Vers. 6. Καὶ εὐχαριστήσας. Syrus, ܘܒܪܟ, ut & Arabs, وبارك, *& benedixit*. unde liquet, in his scriptis εὐλογεῖν & εὐχαριστεῖν idem esse. quare vers. seq. pro εὐχαριστήσας est εὐλογήσας.

Vers. 12. *Amen dico vobis*, εἰ δοθήσεται, *si dabitur*. Syrus & Arabs, *non dabitur*, οὐ δοθήσεται, quomodo in uno codice legebat Beza.

VERS. 13. Ἀπῆλθεν εἰς τὸ πέραν. Solus Syrus legit ἀπῆλθον, *abierunt.*

VERS. 14. Καὶ ἐπελάθοντο οἱ μαθηταὶ λαβεῖν ἄρτους. Vulg. Syrus & Arabs non legerunt οἱ μαθηταί.

VERS. 20. Ὅτε δὲ τοὺς ἑπτὰ εἰς τοὺς τετρακισχιλίους. Solus Syrus præmittit ܐܡܪ ܠܗܘܢ, *dicit ipsis.*

VERS. 21. Πῶς οὐ συνίετε, *quomodo non intelligitis?* Syrus, ܐܝܟܢܐ ܠܐ ܥܕܡܐ ܠܗܫܐ ܡܣܬܟܠܝܢ ܐܢܬܘܢ, *quomodo non usque nunc intelligitis?* id est, ut Vulgatus habet, *quomodo nondum intelligitis?* nam & in uno codice Clar. Beza legit, πῶς οὔπω συνίετε. Fateor autem insolens mihi esse ܐܝܟܐ pro ܐܝܟܢܐ, *quomodo?* usitatè enim significat *ubi est?* vel simpliciter *ubi?* quæ hîc vix quadrant. Arabs habet, لماذا لا تفهمون, *quare non intelligitis?*

VERS. 22. Καὶ ἔρχεται. Syrus quoque in singulari. At Vulgatus & Arabs, *& veniunt*, in plurali.

VERS. 25. Καὶ ἐποίησεν αὐτὸν ἀναβλέψαι. Vetustissimus Bezæ codex habebat, καὶ ἤρξατο ἀναβλέψαι, *& cœpit videre*, ut habet Vulgatus. Arabs, فابصر جيدا, *& vidit benè*. quod propter sequentia superfluum est, adeoque à Syro prorsus omissum; sequitur enim, καὶ ἀποκατεστάθη, καὶ ἐνέβλεψε τηλαυγῶς ἅπαντας. ubi Syrus, Vulgatus & Arabs, ut & duo Bezæ codices legerunt ἅπαντα. τηλαυγῶς autem, quod Cl. Beza vertit *procul & dilucidè*, simpliciter verterunt iidem *clarè*. sicut Hesychius, τηλαυγῶς, λαμπρῶς. τηλαυγήσεως, λαμπρότητος. Gloss. τηλαυγής, *lucidus, præfulgens.* unde & Lxx. dixerunt τηλαυγής, pro בָּהִיר, *splendidus*, pro בַּר, *purus, lucidus*. item τηλαύγησις, pro נֹגַהּ, *splendor.*

VERS. 26. Μηδὲ εἰς τὴν κώμην εἰσέλθῃς, μηδὲ εἴπῃς τινὶ ἐν τῇ κώμῃ. non aliter legerunt Syrus & Arabs. quantopere autem Vulgatus aliaque exemplaria hinc discrepent, vide apud Bezam.

VERS. 29. Σὺ εἶ ὁ Χριστός. Solus Syrus addit, ܒܪܗ ܕܐܠܗܐ ܚܝܐ, *Filius Dei viventis.* nisi quod in uno vet. exemplari additum repererit Cl. Beza, ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ.

VERS. 31. Ὅτι δεῖ τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου πολλὰ παθεῖν. Videntur Syrus & Arabs legisse ὅτι μέλλει. Quod autem sequitur, καὶ μετὰ τρεῖς ἡμέρας ἀναστῆναι, Vulgatus ad verbum transtulit, *& post tres dies resurgere.* Beza, *& tribus post diebus.* Syrus, ܠܝܘܡܐ ܕܬܠܬܐ, *ad diem tertium.* Arabs, في اليوم الثالث, *in die tertio.* Id ipsum hîc μετὰ designare, doctissimè evincit Clar. Beza in eruditissimis suis notis. Quibus hoc tantum addo, *post tres dies* esse, *postquam tertius dies advenerit.* nam etsi dictum fuisset, *quum tres dies impleti erunt, resurget*, ne sic quidem quartus, sed tertius tantum dies denotatus fuisset. ut Luc. 2. 21. Καὶ ὅτε ἐπλήσθησαν ἡμέραι ὀκτὼ τοῦ περιτεμεῖν. non intelliguntur octo dies exacti. tum enim nonus indicaretur, tanquam verum circumcidendi tempus. quum ex lege constet, intra octavum id fuisse faciendum. Sensus ergo est, *quum octavus dies advenisset.* Sic Act. 2. 1. Καὶ ἐν τῷ συμπληροῦσθαι τὴν ἡμέραν τῆς πεντηκοστῆς. Vulgatus, *& quum complerentur dies Pentecostes.* Beza rectè, *quum autem advenisset dies Pentecostes.* Observa hîc Lector, quum impleri vel compleri dicuntur dies in Scriptura, non id intelligi de impletione horarum diei, sed numeri ipsorum dierum. Ex. gr. à Paschate ad Pentecosten numerandi erant dies 50. ubi ergo quinquagesimus advenisset, rectè dicuntur completi dies Pentecostes. A nato infante usque ad circumcisionem numerandi erant dies octo. quum ergo octavus dies advenisset, rectè dicuntur impleti octo dies. Sic à sepulto Christo usque ad ejus resurrectionem numerandi erant dies tres. quum ergo tertius dies advenisset, rectè dicuntur tres dies impleti. Itaque *post tres dies*, est post trium dierum numerum, non post trium dierum horas omnes exactas. ex Hebraïsmo id est, ubi מלא *impleri*, ita usurpatur ut diximus. Locus illustris est Gen. 50. 2. וַיִּמְלְאוּ לוֹ אַרְבָּעִים יוֹם כִּי כֵּן יִמְלְאוּ יְמֵי הַחֲנֻטִים. Lxx. Καὶ ἐπλήρωσαν αὐτοῦ ἡμέρας τεσσαράκοντα. οὕτω γὰρ καταριθμοῦνται αἱ ἡμέραι τῆς ταφῆς. Vides מלא semel per πληροῦσθαι, semel per καταριθμεῖσθαι verti, ut intelligamus, impletos tum dici dies, quum numerum suum sunt consecuti.

CAP. IX.

VERS. 3. Γναφεύς. Arabs, مبيض, *dealbator*, i. fullo. Syrus pro eo habet, ܒܢܝܢܫܐ, *homines.* vertit enim, *quomodo homines dealbare in terra non possunt.*

VERS. 7. ܘܗܘܬ ܥܢܢܐ ܘܡܛܠܠܐ ܗܘܬ ܥܠܝܗܘܢ *& fuit nubes quæ obumbrabat eos.* dubito an rectum sit illud ܡܛܠܠܐ si enim, ut supra ܡܛܠ indicat, est benoni Aphel,

 ab

ab ܛܠܠ, *obumbravit*, unde in eadem hac historia, Luc. 9. 34. & Matth. 17. 9. est præteritum, ܥܢܢܐ ܐܛܠܬ ܥܠܝܗܘܢ, *nubes obumbravit eos*, postulat Grammatica ut in Ben. inde fiat ܡܛܠܠ, fœmin. ܡܛܠܠܐ unico tantum Lamed. At si est Benoni Pael, à ܛܠܠ, quod teste Ferrario idem significat, Grammatica postulat, ut Benoni ibi sit ܡܛܠܠ, fœmin. ܡܛܠܠܐ, & præposito ܘ, ܘܡܛܠܠܢ. quomodo hîc legendum existimo. idem judicium fiat de Hebr. 9. vers. 5. ܟܪܘܒܐ ܕܫܘܒܚܐ ܘܡܛܠܠܢ ܥܠ ܚܘܣܝܐ, *Cherubini obumbrantes propitiatorium*. Si secus est, dabitur eruditioribus occasio nos & alios erudiendi.

VERS. 10. Τί ἐστι τὸ ἀναστῆναι ἐκ νεκρῶν. Arabs fere ad verbum, ما هو هذا القيام من بين الاموات, *quid esset hæc resurrectio ex mortuis*. Syrus, ܡܢܐ ܗܝ ܗܕܐ ܡܠܬܐ ܕܐܡܪ ܕܡܐ ܕܩܡ ܡܢ ܒܝܬ ܡܝܬܐ, *quidnam esset hoc verbum, quum resurrexerit ex mortuis*. Sic & Vulgatus, nisi quod non habeat, *hoc verbum*.

VERS. 12. Ἠλίας μὲν ἐλθὼν πρῶτον ἀποκαθιστᾷ πάντα. καὶ πῶς γέγραπται ἐπὶ τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου, ἵνα πολλὰ πάθῃ καὶ ἐξουδενωθῇ. Existimat Cl. Beza, δεῖ, *oportet*, supplendum ante ἵνα. quod & Tremel. fecit in Syro. Sed laudo Vulgatum qui id non fecit. sic verto, *Elias quidem veniens primum constituet omnia, etiam quomodo scriptum est de filio hominis, quod multa patietur & pro nihilo habebitur*. ἀποκαθιστάναι apud Lxx. Interpretes non solum pro הֵשִׁיב, *reddidit, restituit*, sed etiam pro הִצִּיג, *collocavit*, הוֹשִׁיב, *sedere & permanere fecit*, הֵקִים, *constituit*, סָמַךְ, *fulcivit, stabilivit* usurpatur. est enim efficere ut res sit in suo recto loco & statu. Ita hoc loco sensus est, Joannis Baptistæ munus esse, ut omnia Dei promissa in suo jam statu & loco posita esse doceat. Deinde πῶς non sumo hîc pro ὡς vel ὅπως *sicut*, quod fecit Cl. Beza, etsi fateatur obscuram esse phrasin, nec usquam alibi sibi lectam; sed sicut Marc. 2. 26. *An non legistis quid fecerit David*, πῶς εἰσῆλθεν, *quomodo intraverit*, id est, ὅτι εἰσῆλθεν, *quod intraverit*. neque enim de modo hîc agitur quo intravit, sed de re ipsa, quod intravit, ibique panes edit propositionis. adde Marc. 5. 16. *Narraverunt ipsis qui viderant*, πῶς ἐγένετο, *quomodo factum fuerat*, id est, τὸ γιγνόμενον, *quod factum fuerat Dæmoniaco*. sicut & in familiari sermone dicimus, *audi quomodo loquatur*, id est, *quid loquatur*. Ita & hoc loco, πῶς γέγραπται est τὸ γεγραμμένον. Sensus est: Elias præcursor erit Messiæ, & omnia quæ promisit Deus stabiliet suoque in loco constituet, etiam hoc ipsum quod de filio hominis scriptum est, quod multa patietur, &c. quod sanè egregiè præstitit, ubi digito eum demonstrans dixit, *Ecce agnum Dei qui tollit peccata mundi*. eorum enim verborum sensus est, Ecce eum qui peccata mundi instar agni portans, multa patietur, occidetur & pro nihilo habebitur. Accuratè transtulit Arabs, ثم قال لهم ان الياء قد جاء اولا واعدل كل شيء وما هو مكتوب علي ابن الانسان انه يتوجع كثيرا ويرذل * *Tunc dixit eis, quod Elias jam venit primum, & rectificavit omnia, & quod scriptum fuit de filio hominis, quod patietur multa & reprobabitur*. id est, hoc etiam rectificavit, quod de passionibus filii hominis scriptum erat. quia nempe non rectè de ea re judicabant Judæi. atque eo sensu ἀποκαθιστᾷ rectè etiam vertitur *restituet*. Potest tamen πῶς γέγραπται etiam verti, *restituet omnia, & quomodo scriptum sit de filio hominis*. id est, inter cætera hoc etiam restituet, quomodo de passionibus Christi scriptum sit, id palam, clarè & rectè docebit. Id præfero, quia propriam & genuinam τοῦ πῶς significationem retinet. ἵνα autem non semper τελικῶς, sed & εἰδικῶς pro *quod* sæpe usurpari, patet ex Joan. 15. 8. 3 Joan. 4. Apoc. 13. 13. & aliunde.

VERS. 15. Ἐξεθαμβήθη, *expavit*. consentiunt Syrus & Arabs. At Vulgatus, *Stupefactus est & expaverunt*.

VERS. 16. *Et interrogavit* τοὺς γραμματεῖς *scribas*. consentiunt Syr. & Arab. Vulgatus, *eos*. Sequitur, *quid altercamini* πρὸς ἑαυτούς; Vulg. & Beza, *inter vos*. Frobeniana editio habet, πρὸς αὐτούς, *adversus ipsos*. Syrus, ܥܡܗܘܢ, *cum ipsis*. Arabs, ماذا يطلبون منهم, *quid quæritis ab illis?*

VERS. 18. & 20. ܘܡܪܥܐ ܘܡܚܪܩ ܫܢܘܗܝ ܥܠ ܐܪܥܐ ܘܡܬܟܪܟ ܗܘܐ ܘܡܪܥܐ ܡܥܝܢܘܗܝ. Boder. in Reg. *& ubicunque*

cunque conculcaverit eum, conterit eum, discerpit, ac frendet dentibus suis & exarescit. non rectè *conculcaverit eum.* melius in Paris. ut & Tremel. *ubi apprehendit eum.* At errant ambo, primum quod ܘܡܪܥܠ, & quæ sequuntur, retulerint ad ܪܘܚܐ, *spiritum.* Sic enim dicendum fuerat ܘܡܪܥܠܐ, fœminino gen. ut ante de eo dixit ܕܡܪܘܚܐ & ܡܚܝܬܐ. est enim ܪܘܚܐ fœm. gen. Syrus ergo refert illud, ut & ܘܡܫܬܪܥܢ & ܡܚܐ, ad puerum spiritu correptum. deinde quod ܘܡܪܥܠ verterint, *& discerpit*, Tremel. *& lacerat.* verte, *& spumat*, ἢ ἀφρίζει, nempe puer. Ferrarius ܐܪܥܠ, *spumavit.* ܪܥܠܐ, *spuma.* quare & Masius errare videtur, qui ܪܥܠ dicit esse *palpitare*, ut moribundi. ter in N. Test. extat pro ἀφρίζειν. Scindlerus tradit, רְעַת Chald. & Syr. idem esse quod Hebr. רָעַד, *tremuit.* & citat 2 Reg. 25. 4. ubi pro וַתִּבָּקַע הָעִיר, *& disrupta est civitas*, legeretur in Thar. וְאִתְּרְעַת קַרְתָּא, quod vertit, *& commota est civitas.* error est. legendum וְאִתְּרְעַת, *& disrupta est.* non à רְעַת sed à תְּרַע, *rupit.* unde est Ithpeel אִתְּרַע, fœmin. אִתְּרְעַת. & sic convenit cum קַרְתָּא, quod fœmin. gen. est. Porro ܢܓܕܐ ܠܗ Boder. vertit, *conterit eum.* melius Tremel. *prosternit eum.* verto, *allidit eum*, nempe terræ. Ferrar. ܢܓܕܐ, *percussit virga, decussit, allisit.* ܢܓܕܐ, *percussio quæ virga fit. decussio, allisio.* optimè videtur Syrus vertisse quod dicit Marcus ῥήσσει αὐτόν. Vulgatus, *allidit illum.* melius meo judicio quam Beza, *lacerat eum.* ῥήσσειν enim Hesychius non tantum exponit πέμπειν, σχίζειν, sed & τύπτειν, κροτεῖν. unde προσρήσσειν τῷ ἐδάφει, *allidere solo.* quomodo & Scaliger in notis ad proverbium Arab. 7. centur. 2. explicat ex Tertulliano illud Matth. 7. μὴ ῥήξωσιν ὑμᾶς, *ne allidant vos.* Arabs quoque eodem sensu locum nostrum vertit, وحيث ما ادركه صرعه, *& ubicunque apprehendit eum, prostravit eum.* صرع enim Arabibus est *prostravit.* quomodo usurpatur Psal. 36. v. 14. ut & passiv. انصرع *prosterni*, Psal. 6. 10. & Scaliger dicto loco docet, esse *allidere solo*, ut faciunt luctatores. nec celare possumus, quod sequitur hîc apud Marc. v. 20. τὸ πνεῦμα ἐσπάραξεν αὐτόν, quod Beza vertit, *Spiritus discerpsit eum*, ab Arabe & Syro eodem modo verti quo ante ῥήσσει, ab illo صرعه, ab hoc ܢܓܕܬܗ *allisit, prostravit eum.* non hercle meo judicio malè. σπαράττειν enim non semper significat *dilaniare in partes & discerpere*, sed & simpliciter *commovere, concutere.* ut Galenus dixit, σπαράττειν τὸν στόμαχον ἤτοι δακτύλων ἢ πτερῶν καθέσεσι. *commovere stomachum sive digitorum sive pennarum immissione.* Sic & apud Lxx. 2 Sam. 22. 8. ubi de cœlis dicitur, וַיִּתְגָּעֲשׁוּ כִּי חָרָה לוֹ, *& concussi sunt quia irascebatur*, verterunt, καὶ ἐσπαράχθησαν ὅτι ἐθυμώθη Κύριος. Sic Jer. 4. 19. הוֹמֶה־לִּי לִבִּי. *perstrepit mihi cor meum*, σπαράσσεται ἡ καρδία μου. Hinc apud Hezychium σπαραττόμεθα, ξεόμεθα, ταραττόμεθα. *radimur, turbamur.* Unde liquido constat, neque hîc malè vertisse Vulgatum, *Spiritus conturbavit illum.* id est, sic illum concussit, ut in terram concidere coactus fuerit. Sequitur deinde in fine vers. 20. ܘܡܬܦܟܣ ܗܘܐ ܘܡܪܥܠ Boder. *& volutabatur & discerpebat.* Tremel. *& volvebat se, & lacerabat.* verbum ܦܟܣ non alibi in Nov. Testam. extat. per conjecturam itaque ex Græco ἐκυλίετο verterunt. voluissem & ܡܪܥܠ per conjecturam vertissent è Græco ἀφρίζων. Masius in Pecul. tradit ܦܟܣ esse *palpitare*, hoc est ἀγωνιᾷν, ut illi qui sacro morbo correpti, aut animi deliquium patientes palpitant. Addit tamen Jud. 9. poni pro ῥάσσω vel ἀράσσω, *contundere, frangere, rumpere, dissipare.* non aliam significationem dat Ferrarius. ܦܟܣ *contudit.* ܦܟܣܐ *contusio ex casu.* quod huic loco apprimè convenit. quia enim præcedit, *& cecidit super terram*, rectè additur, *& contundebat se & spumabat.* optimè describitur gestus eorum qui comitiali morbo corripiuntur. ubi in terram conciderunt, volutant se, & inter volutandum contundunt se ad solum, & spumant. Sic & Arabs, وسقط علي الارض متضربا مزبدا *& cecidit super terram verberando se*, vel contundendo se, *spumando.* quum enim id hominum genus se volutat, violenter se de latere in latus impellunt, quod non absque contusione contingere potest.

Vers. 21. Παιδιόθεν, Vulg. *ab infantia.* Servato quidem sensu, inquit Cl. Beza, sed non sine mutatione, quæ minime fuit necessaria.

corrigit ergo, *ab infante*. malim tamen Vulgati vestigiis insistere. Gloss. παιδιόθεν *à puericia*. rectè, est enim παιδία *pueritia, infantia*. itaque παιδιόθεν potius *ab infantia*, quam *ab infante*. Syrus, ܡܢ ܛܠܝܘܬܗ *à pueritia ejus*. Arabs, من صبايه idem.

Vers. 23. Ὁ δὲ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτῷ, τὸ εἰ δύνασαι πιστεῦσαι. πάντα δυνατὰ τῷ πιστεύοντι. Vulgatus & Syrus *si potes credere*. Existimarunt vacare articulum τὸ, & solummodo indicare id quod dictum est. Sicut Luc. 22. 4. Καὶ ἐζήτουν οἱ ἀρχιερεῖς καὶ οἱ γραμματεῖς τὸ πῶς ἀνέλωσιν αὐτόν. Et vers. 23. Καὶ αὐτοὶ ἤρξαντο συζητεῖν πρὸς ἑαυτοὺς τὸ τίς ἄρα εἴη &c. Vel non legerunt τὸ, ut nec vetustissimum Bezæ exemplar. Quia tamen maximo consensu in reliquis exemplaribus id invenit, vertit vir Cl. *si potes hoc credere*. τὸ pro τοῦτο etsi id fateatur in soluta oratione durum esse. deinde situm verborum mutavit, ut facilior sit sensus. nam & in cæteris exemplaribus, τὸ cum verbo πιστεῦσαι conjunctum reperit. verum subjunctum ne an præmissum, non indicat. si enim legit, εἰ δύνασαι πιστεῦσαι τὸ, procul dubio pro τοῦτο ponitur. at si, εἰ δύνασαι τὸ πιστεῦσαι, vertere licet simpliciter, *si potes credere*, ut τὸ nihil nisi ipsam credendi actionem denotet. Sicut Phil. 1. 29. ὅτι ὑμῖν ἐχαρίσθη τὸ ὑπὲρ Χριστοῦ, οὐ μόνον τὸ εἰς αὐτὸν πιστεύειν, ἀλλὰ καὶ τὸ ὑπὲρ αὐτοῦ πάσχειν. Arabs habet, فقال له يسوع ماهو قولك ما استطعت عليه كل شيء يستطاع للمومن, *Dixit ei Jesus, quis hic sermo tuus, quicquid potes? omnia possibilia sunt credenti*. id est, quid hoc sibi vult, quod dixisti, si quid potes? dubitandum non est de mea potentia. videtur legisse, τί λέγεις, εἰ τι δύνασαι; πάντα δυνατὰ τῷ πιστεύοντι.

Vers. 26. *Adeo ut multi dicerent*, ὅτι ἀπέθανεν. Vulg. *quia mortuus est*. Beza, *certè mortuus est*. Syrus, ܕܡܝܬ ܗܘ. quod rectè Tremel. *mortuus est*. nam post dicendi ac similia verba ܕ apud Syros vacat, ut & ὅτι apud Hellenistas Hîc tamen verti etiam posset, ut ab Arabe factum انه قد مات, *quod mortuus esset*, id est, mortuum eum esse.

Vers. 27. Ἤγειρεν αὐτὸν, καὶ ἀνέστη Syrus καὶ ἀνέστη non legit. Arabs pro eo habet فوقف *& stetit*. addit verò, ودخل الي بيته *& intravit in domum suam*. quod nulla alia exemplaria habent.

Vers. 28. Ὅτι ἡμεῖς οὐκ ἠδυνήθημεν &c. Syrus ܠܡܢܐ, ut & Vulgatus, *quare*. Beza *cur non potuimus?* ὅτι ergo est pro διὰ τί, ut loquitur in hac sententia Matthæus, c. 17. v. 19. In uno Bezæ codice M. S. legebatur διότι, *propterea quod*, non satis aptè. In alio τί ὅτι, *quid est quod?* optimè. Arabs, كيف لم نقدر *quomodo non potuimus?* id est, πῶς οὐκ ἠδυνήθημεν. Considerent eruditi, an non ὅτι hîc, ut sæpe alibi, vacare possit, & solummodo indicare id quod rogabant, scilicet, *an non potuimus nos ejicere illud dæmonium?* etsi enim res ipsa doceret eos non potuisse, quia tamen sæpe antehac potuerant, non abs re quærunt, an etiam hac vice nequaquam potuerint? respondet Christus, non nisi per jejunium & preces fieri potuisse. Simplicius tamen est ὅτι pro *quare* accipere. sicut supra vers. 11. ὅτι λέγουσιν οἱ γραμματεῖς &c. *Cur dicunt scribæ, oportere ut Elias veniat primum?* Interrogationem enim esse patet, quia expresse dicitur, καὶ ἐπηρώτων. Et Matth. 17. v. 10. habetur, τί οὖν οἱ γραμματεῖς &c. *quid ergo scribæ &c.* τί pro διὰ τί pro more. apud Homerum etiam ὅτι pro *quare* usurpatur. Citat locum Cl. Beza ad v. 11. ex Odyss. 1. Καὶ ἐξερέεινον ἕκαστα Οὐλλω ὅτι πάθοι. Addo alium ex Iliad. 1. Ὅς κ' εἴποι ὅτι τόσσον ἐχώσατο Φοῖβος Ἀπόλλων.

Vers. 30. *Et inde egressi* παρεπορεύοντο διὰ τῆς Γαλιλαίας. Vulgatus, *prætergrediebantur Galilæam*. aut non legit particulam διὰ, aut perperam vertit. Beza, *una iter faciebant per Galilæam*. Utinam vir Doctiss. probasset, παραπορεύεσθαι usurpari interdum pro συμπορεύεσθαι. nam quod attinet ad Marc. 11. 20. Καὶ πρωῒ παραπορευόμενοι, εἶδον τὴν συκῆν ἐξηραμμένην ἐκ ῥιζῶν, certum est συμπορευόμενοι ibi locum non habere & quum Doctiss. Interpres in una editione verterit, *& manè adambulantes ficui, viderunt eam &c.* in altera, *& mane iter facientes prope ficum, viderunt eam &c.* mutato utrobique sine causa verborum situ, & ob eam mutationem addito *eam*: dubium nemini esse potest, quin melius longè Vulgatus, *& quum manè transirent, viderunt ficum &c.* Παραπορευόμενοι hîc vertit, *quum transirent*, ut & in hoc nostro quem tractamus loco Syrus, ܥܒܪܝܢ ܗܘܘ ܒܓܠܝܠܐ *transibant per Galilæam*. optimè. παραπορεύεσθαι enim apud LXX. interpretes pro עבר *transire* passim usurpatur, & interdum significat *transire præter, secus, juxta*, quod præterire & prætergredi dicimus, id est, sic transire, ut declines, ut Deut. 2. 18. אַתָּה עֹבֵר הַיּוֹם אֶת גְּבוּל מוֹאָב, σὺ παραπορεύῃ σήμερον τὰ ὅρια Μωὰβ, *tu transis hodie terminos Moab*, id est, prætergrederis, per mediam enim regionem Moab non transierunt, sed secus eam, atque ita Marc. 11. 20. accipitur. Interdum vero, *transire per, pertransire*. ut Deut. 2. 13. עִבְרוּ לָכֶם אֶת נַחַל זָרֶד, παραπορεύεσθε τὴν φάραγγα Ζαρὲθ, *transite vallem*

lem Zared, non secus sed per eam. unde non tantum hîc apud Marcum, sed & apud Lxx. cum διὰ construitur, ut Deuter. 2. vers. 3. אַתֶּם עֹבְרִים בִּגְבוּל אֲחֵיכֶם בְּנֵי עֵשָׂו, ὑμεῖς παραπορεύεσθε διὰ τ̃ ὁρίων τ̃ ἀδελφῶν ὑμῶν τ̃ υἱῶν Ἡσαῦ, *Vos transitis per terminos fratrum vestrorum filiorum Esau.* Quin & simpliciter pro הלך *ire*, *ambulare* sumitur, ut Deut. 2. 14. הַיָּמִים אֲשֶׁר הָלַכְנוּ מִקָּדֵשׁ בַּרְנֵעַ, ἡμέραι ἃς παρεπορεύθημεν ἀπὸ Καδὴς Βαρνή, *dies quibus ivimus* (vel profecti sumus) *à Cadesch Barne.* & vers. 8. וְהֶחָלוּץ הֹלֵךְ לִפְנֵי הַבֹּחֲנִים, ἢ οἱ μάχιμοι παραπορεύεσθωσαν ἔμπροσθεν, *& bellicosi præcedant.* item pro בוא, *ire*, *incedere*. Prov. 2. v. 19. כָּל־בָּאֶיהָ לֹא יְשׁוּבוּן, πάντες οἱ πορευόμενοι ἐν αὐτῇ, οὐκ ἀναστρέψουσι, *omnes qui ambulant in ea, non revertentur.* observetur παραπορευόμενοι constructum cum ἐν, quod idem est cum διὰ, *qui transeunt per eam.* Locum ergo nostrum verte, *& illinc egressi, transierunt per Galilæam.* Arabs, وخرج من هناك مجتازا بالجليل, *& exivit inde transiens per Galilæam*, in singulari legit quæ in Græco sunt pluralia. malè itaque Romana versio, *& exierunt inde transeuntes per Galilæam.* Etsi enim fatear, singulare præteritum خرج verti posse ex Arabismo per plurale, si sequens participium plurale esset, & legeretur مجتازين: hîc tamen non nisi verbum singulare esse potest, quia sequitur مجتازا in singulari.

VERS. 33. Καὶ ἦλθεν εἰς Καπερναούμ· ἢ ἐν τῇ οἰκίᾳ γενόμενος &c. consentit Arabs. Syrus autem in plurali ἦλθον & γενόμενοι. Vulgatus prius in plurali, alterum in singulari. non laudo hîc rursus versionem Romanam, quæ وجاء vertit, *& venerunt*, per plurale. at quod statim sequitur, وكان في البيت *& erat domi*, per singulare. procul dubio, ut gratificaretur Vulgato. utrumque verbum singulare est, & convenit cum Græco. Sequitur ibidem, Τί ἐν τῇ ὁδῷ πρὸς ἑαυτοὺς διελογίζεσθε; Vulgatus & Arabs non legerunt πρὸς ἑαυτούς. Syrus legit, & vertit, ܒܝܢܬܟܘܢ *inter vos.*

VERS. 38. *Vidimus quendam in nomine tuo ejicientem dæmonia*, ὃς οὐκ ἀκολουθεῖ ἡμῖν. καὶ ἐκωλύσαμεν αὐτὸν, ὅτι οὐκ ἀκολουθεῖ ἡμῖν. Syrus & Arabs non legerunt ὃς οὐκ ἀκολουθεῖ ἡμῖν. Sed quod sequitur, ὅτι οὐκ ἀκολουθεῖ ἡμῖν, legerunt. quod Vulgatus non legit.

VERS. 41. Ἐν τῷ ὀνόματί μου, ὅτι Χριστοῦ ἐστέ. Vulg. *In nomine meo, quia Christi estis.* Beza, id est, *quia Christi estis.* Syrus & Arabs simpliciter, *In nomine, quia Christi estis.* μου non legerunt. Porro quod apud Syr. sequitur, ܠܐ ܢܐܒܕ ܐܓܪܗ, Tremel. & Boder. verterunt, *non perdet mercedem suam.* Sensus rectus est, modo ne tirones existiment, ad verbum id versum. sonat enim, *non peribit merces ejus.* alterum dicitur ܠܐ ܢܐܒܕ ܐܓܪܗ.

VERS. 42. Λίθος μυλικός, *lapis molaris.* Arabs, حجر الرحي *lapis molæ.* at Syrus & Vulgatus, *mola asinaria*, μύλος ὀνικός, ut est apud Matthæum.

VERS. 43. Εἰς τὸ πῦρ τὸ ἄσβεστον. Syrus hæc non legit, neque hîc neque vers. 45. Arabs tantum εἰς τὸ πῦρ. omittit τὸ ἄσβεστον. sed loco ejus transponit membra sequentis versus, & incipit ab, *ubi ignis eorum non extinguitur, & vermis eorum non moritur.* versibus tamen 45. & 46. omnia cum Græco conveniunt.

VERS. 49. Πᾶς γὰρ πυρὶ ἀλισθήσεται. Syrus, ܟܠ ܓܝܪ ܒܢܘܪܐ ܢܬܡܠܚ ... Tremel. *omnis enim res igne salietur.* ad quæ Cl. Beza, *Syrus*, inquit, *interpres videtur particulam* כל *accepisse pro re omni, quasi Græcè* πᾶν *neutro genere sit scribendum, & sint hæc ipsius legis Mosaicæ verba.* Id nequaquam admittendum censeo. nam πᾶν, *omnis res*, כל מדם Syris dicitur. at כל simpliciter, est, πᾶς, *omnis* masculino genere. Arabem autem legisse πᾶν certum est. vertit enim, وكل شيء, *& omnis res.* Etsi autem difficilem satis sensum hæc Euangelistæ verba habeant, quia tamen non solum Græca omnia exemplaria, sed & Vulgatus, Syrus & Arabs ita legerunt, non ausim Cl. Jos. Scaligeri conjecturam, quæ in Elencho Serrarii, & in Epistolarum libro p. 807. habetur, probare, legendum scilicet esse, πᾶσα πυρία ἀλισθήσεται. magis arridet, & nexum aptiorem habere videtur Vulgata lectio, quam adeo dextrè explicat, ut omnia, incomparabilis Theologus J. Calvinus, ut cui ea non sapiunt, delicatum nimis esse oporteat. Portentosum loquendi genus viro maximo videtur, πυρὶ ἀλίζεσθαι. non magis sane portentosum, quam Matth. 3. πυρὶ βαπτίζεσθαι. Hîc significatur, spiritualem aquam qua baptizantur fideles, ibi spiritualem salem quo condiuntur, habere vim ignis, quo nisi affectus suos pravos expurgari patiantur, experiundum aliquando fore inextinguibilem gehennæ ignem, de quo versu præcedenti actum. omnem enim hominem igne saliendum: si non jam igne divinæ gratiæ, certè aliquando igne divinæ iræ. Quod si cum Cl.

viro legas πᾶσα πυρία, non videtur apta causa dari posse, cur de ea dicatur tantum ἁλισθήσεται, at de θυσία, ἀλὶ ἁλισθήσεται. sed si legas πυρὶ, conferuntur inter se duo saliendi modi, quorum unus fit τῷ πυρὶ, alter τῷ ἁλί. Sicut Matth. 3. conferuntur duo baptizandi modi, unus τῷ ὕδατι, alter τῷ πυρί. Et sicut ibi Baptista conjungi vult utrumque baptizandi modum. ita hîc Servator utrumque saliendi. Saliendum scilicet esse hominem & igne & sale, si Deo acceptus esse, atque ignem æternum effugere velit. sicut olim in sacrificiis, quo grata Deo essent, & ignis & sal adhiberi debebant.

Cap. X.

Vers. 1. *Et inde exurgens venit in fines Judææ*, διὰ τοῦ πέραν τοῦ Ἰορδάνου. Beza, *per oram Jordanis.* in medio relinquit, ulterior ne an citerior ora intelligatur. In notis videtur citeriorem intellexisse, quia per Peræam eum profectum negat, quæ ultra Jordanem procul dubio sita erat, utpote, teste Plinio, lib. 4. c. 15. Arabiæ Ægyptoque proxima, & à reliquis Judæis Jordane amne discreta. Vulgatus, *ultra Jordanem.* videtur legisse, ἔρχεται εἰς τὰ ὅρια τῆς Ἰουδαίας πέραν τοῦ Ἰορδάνου, sicut in eadem hac historia loquitur Matth. 19. 1. ut sensus sit, venit in ea Judææ confinia quæ sunt ultra Jordanem. sic Syrus, ܠܥܒܪܐ ܕܝܘܪܕܢܢ *in adversam ripam Jordanis.* Arabs, والي عبر الأردن *& in adversam ripam Jordanis.* Capernaum, quò c. 9. v. 33. ingressus dicebatur & unde jam digressus dicitur, ulteriori Jordanis ripæ proximè adjacebat. ita ut inde per eam ripam compendiosiori longè itinere ad ulteriores Judææ fines pervenire potuerit, quam per citeriorem oram. Adde quod Matth. 19. 1. dicatur Christus *solvisse ex Galilæa, & venisse in fines Judææ trans Jordanem.* sic enim malo cum Vulgato, quam cum Beza, *secus Jordanem.* nam si Capernaum profectus est in fines Judææ per citeriorem Jordanis ripam, Samaria ad dextram relicta, non potest dici solvisse ex Galilæa, quia universam Galilæam inferiorem, per tribus nempe Zabulon & Issachar, transire debuit, ut porro per tribus Manasse, Ephraim & Benjamin in Judæam veniret. neque sequitur ex versione Vulgati, eum per Peræam trajecto Jordane ex Galilæa in Judæam venisse. quod fateor non admittendum, quia turba multa eum secuta dicitur. Sed sensus est, eum pedestri itinere, διὰ τοῦ πέραν, ut loquitur Marcus, per eam ripam quæ est ultra Jordanem, iter fecisse Judæam versus. nec opus fuit trajicere, quia Capernaum Perææ proximè adjacebat. & simulac discessit Capernaumo Peræam versus, statim μετῆρεν ἐκ τῆς Γαλιλαίας.

Vers. 6. Ἀπὸ δὲ ἀρχῆς κτίσεως. Syrus & vetustiss. Bezæ codex non legerunt κτίσεως. Vulgatus & Arabs legerunt.

Vers. 11. Μοιχᾶται ἐπ' αὐτήν. Syrus non legit ἐπ' αὐτήν. Vulgatus & Arabs legerunt. vertit hic عليها *super* vel *adversus eam.*

Vers. 17. ܘܟܕ ܪܕܐ ܒܐܘܪܚܐ. Trem. & Boder. in Paris. *& quum descendisset in viam.* malè existimarunt רדא Syris idem esse quod ירד Hebræis. Quamobrem in Regiis, *& quum iter faceret.* bene vertit ܘܟܕ ܪܕܐ, sed non benè omisit ܒܐܘܪܚܐ *in via.* vertendum ergo, *& quum iter faceret in via.* Similiter Arabs, وبينما هو ساير في الطريق *& dum ille ambularet in via.* In Græco tamen est, Καὶ ἐκπορευομένου αὐτοῦ εἰς ὁδὸν, *& egrediente ipso ad viam,* vel *ad iter.* domi enim fuerat, v. 10. inde jam egreditur, ut se ad iter accingat.

Vers. 19. Μὴ ἀποστερήσῃς, Vulgat. *ne fraudem feceris*, ut & Arabs, لا تبخس *ne fraudaveris.* Beza, *ne damno afficito quenquam.* Lxx: interpretes utuntur ἀποστερεῖν pro עשק, *oppressit, injuria affecit*, sive vi, sive fraudibus, sive calumnia. idem quod Syris ܛܠܡ, Arabibus ظلم.

Vers. 21. Jesus autem intuitus eum ἠγάπησεν αὐτὸν, *dilexit eum.* Sic quoque Syrus & Arabs. Origenes, inquit Cl. Casaubonus in notis, cum non satis concoqueret, cur diceretur Christus eum dilexisse, quem narrant Euangelistæ, auditis ipsius verbis λυπούμενον abiisse, videtur ἀγαπᾷν maluisse accipere pro *osculari* quam pro *diligere.* Addit deinde vir doctissimus: Sanè, quum illa vox significet interdum contentum esse, & acquiescere in aliquo, etsi merito insolens videbitur ἡ σύνταξις, non displiceret tamen mihi, si quis ita acciperet, ut intelligatur Christus signum approbationis dedisse isti juveni, qui legis præcepta se servasse dixerat: quasi dixerit Christus, Probo quod ais, laudoque, vel, Factum bene, aut aliud quid ejusmodi. Hactenus Casaubonus. Cui addimus, ex usu vocis ἀγαπᾷν apud Lxx. interpretes videri nobis majorem lucem huic loco adferri posse. ibi enim non semper pro *diligere*, sed & pro *amicis blandisque verbis compellare & laudare sumitur.* Ut Cant. 1. 14. נַזְכִּירָה דֹדֶיךָ מִיַּיִן *commemorabimus, laudabimus, celebrabimus* amo-

amores tuos præ vino, Lxx. ἀγαπήσωμεν μαςὺς σου ὑπὲρ οἶνον. 2 Paral. 18. 2. וַיְסִיתֵהוּ לַעֲלוֹת אֶל רָמוֹת *& incitavit eum ad ascendendum in Ramoth*, Lxx. ἠγάπα αὐτὸν τοῦ ἀναβῆναι, *blandis verbis eum compellavit ut ascenderet.* diligendi significatio ibi locum habere non potest. Sed optimè explicuerunt, quomodo Achab Josaphatum incitaverit ad bellum adversus Ramoth, nempe amicis verbis eum de ea re compellando. Adde Psal. 78. 37. וַיְפַתּוּהוּ בְּפִיהֶם καὶ ἠγάπησαν αὐτὸν ἐν τῷ ςόματι αὐτῶν. describitur hypocrisis Israëlitarum, qui cum corde essent impii, ore tamen blandè cum Deo egerunt, amicè eum compellarunt & laudarunt. id enim est Hebræorum פִּתָּה, *blandis verbis conari aliquem illicere & inducere*, id Lxx. ἀγαπᾷν dixerunt. Similiter ergo & hoc loco intelligo, Servatorem nostrum, audita juvenis jactantia, qui se universam legem observasse gloriaretur, noluisse eum apertè mendacii arguere, severisque verbis objurgare, sed ἠγάπησε αὐτὸν; abblanditus est ei, laudavit eum ac studium quod legi servandæ impenderat, amicisque eum super hac re verbis compellavit, ac dixit, ἕν σοι ὑςερεῖ, *Unum tibi deest.* Annotat Cl. Beza, in duobus codicibus post ὑςερεῖ addi, εἰ θέλεις τέλειος εἶναι. Arabs quoque ea habet, sed ante ἕν σοι ὑςερεῖ. Syrus & Vulgatus non legerunt. videturque ex Matthæo hîc irrepsisse. In fine autem versus, Vulgatus & Arabs non legerunt ἄρας τὸν ςαυρόν. Syrus legit.

VERS. 24. ܟܡܐ ܥܛܠܐ. Sic legitur in Cothen. editione. ubi tollenda est ultima vocalis. nulla adscribitur in Vien. & Regia. legendum ܥܛܠܐ.

VERS. 27. Παρὰ ἀνθρώποις ἀδύνατον, ἀλλ' οὐ παρὰ τῷ θεῷ. Sic etiam Vulgatus legit. At Syrus & Arabs, παρὰ ἀνθρώποις οὐ δυνατὸν, ἀλλὰ παρὰ τῷ θεῷ, *apud homines non est possibile, sed apud Deum.* Sensus idem est.

VERS. 29. Ἢ γυναῖκα. Solus Vulgatus hoc non legit. Syrus & Arabs legerunt, ut & omnia Bezæ exemplaria.

VERS. 33. *Tradetur principibus sacerdotum & scribis.* Solus Vulgatus addidit, *& senioribus.* Syrus, Arabs, & Bezæ exemplaria non legerunt.

VERS. 40. *Non est meum dare*, ἀλλ' οἷς ἡτοίμαςαι. Syrus, ܐܠܐ ܠܐܝܠܝܢ ܕܡܛܝܒܐ ܠܗܘܢ, optimè Tremel. *nisi quibus paratum est.* ܐܠܐ enim non modo *sed*, sed & *nisi* significat. atque ita ἀλλὰ hîc sumo, pro ἀλλ' ἢ, vel εἰ μή. quomodo & apud Rabbinos אֶלָּא valet עם כל זה· אבל· אם לא· לבד· אך, *tamen, sed, nisi, tantum, præter*, teste David de Pomis. Ita Christus non negavit suum esse dare cœlestem gloriam, sed solummodo dare aliis quam quibus id paratum est. quod cum scopo convenit. Volebant enim discipuli coronam sibi dari, antequam legitimè certassent. negat Christus eam talibus paratam esse: negat & in potestate sua esse eam talibus dare. De ista significatione particulæ ἀλλὰ vide supra ad Marci. 4. v. 22.

VERS. 42. Οἱ δοκοῦντες ἄρχειν τῶν ἐθνῶν. Vulgatus, *Qui videntur principari gentibus.* Beza, *qui censentur imperare*, sicut Syrus, ܐܝܠܝܢ ܕܡܣܬܒܪܝܢ ܕܪܫܐ ܐܢܘܢ ܕܥܡܡܐ *qui putantur principes populorum.* Arabs, الذين يظنون انهم رؤساء للامم, quod ambiguum est ob absentiam vocalium. potest enim passivè verti, *qui putantur quod sint principes populorum*, & activè, *qui putant se esse principes populorum.* posterius elegit versio Romana, quod probo. Et fateor multum me dubitare, an οἱ δοκοῦντες verti queat, *qui censentur, qui putantur.* etsi enim δοκεῖν passivè sumatur pro *videri*, non tamen, quod sciam pro *censeri, putari, existimari.* ea enim significatione activum est, *censere, putare, existimare.* adeo ut *qui censentur* vel *putantur imperare* dicendi potius sint οἱ δοκούμενοι ἄρχειν. Sunt qui οἱ δοκοῦντες ἄρχειν vertant, *quibus placet imperare.* quam valde insolentem esse locutionem, ait Cl. Casaubonus. Sed non est insolens, δοκεῖν sumere pro *statuere.* ut Matt. 3. 9. μὴ δόξητε λέγειν ἐν ἑαυτοῖς, *ne statuite dicere in vobis ipsis.* Joan. 5. 39. *nam vos in iis* δοκεῖτε, *statuitis habere vitam æternam.* 1 Cor. 4. v. 9. δοκῶ γὰρ &c. *statuo enim Deum nos Apostolos ultimos ostendisse* &c. Sic hoc loco, *qui statuunt imperare gentibus*, qui capessunt gentium imperium, quibus certum & statutum est, οἷς δέδοκται, imperare gentibus, illi κατακυριεύουσιν αὐτῶν. Sed libet aliud etiam experiri. Οἱ δοκοῦντες mihi sunt οἱ ἐν δόξῃ ὄντες, *qui in gloria & honore sunt*, ac supra alios eminent. quo sensu bis usurpatur ab Apostolo ad Gal. cap. 2. nempe vers. 2. & 6. ut & apud Euripidem οἱ δοκοῦντες; teste Stephano, opponuntur τοῖς ἀδοξοῦσι. Hinc verto, *qui in honore sunt ad imperandum gentibus.* Quod si quis οἱ δοκοῦντες eo sensu fateatur absolutè sumi, sed neget cum infinitivo posse construi, legat historiam Susannæ vers. 6. ἐξῆλθεν ἀνομία ἐκ Βαβυλῶνος ἐκ πρεσβυτέρων κριτῶν, οἳ ἐδόκουν κυβερνᾷν τὸν λαόν. *exiit iniquitas è Babylone*

lone à senibus judicibus, qui in honore erant ad gubernandum populum. eadem phrasis est quæ hîc occurit.

VERS. 46. Υἱὸς Τιμαίου Βαρτίμαιος. Sic quoque Vulgatus & Arabs. nisi quod hîc præposuerit برطيما *Bartimæus*, subjunxerit explicationis gratia ابن طيما *filius Timæi.* Syrus autem ܛܝܡܝ ܒܪ ܛܝܡܝ *Timæus filius Timæi.* Secundum quam lectionem filius fuisset patri cognominis. magis arridet Vulgata lectio, ut patri nomen fuerit Timæus, filio Bartimæus, sicut à patre Tholemæo, filius nominatus Bartholomæus.

VERS. 52. Ὕπαγε, *abi.* consentiunt Vulgatus & Arabs. At Syrus, ܚܙܝ *vide.* id est, visum recipe, restituatur tibi visus. prout v. præcedenti, ἵνα ἀναβλέψω, Syrus verterat, ܕܐܚܙܐ *ut videam.* Sequitur, *& statim visum recepit,* καὶ ἠκολούθει τῷ Ἰησοῦ ἐν τῇ ὁδῷ. Vulgatus & Arabs pro τῷ Ἰησοῦ legerunt αὐτῷ. Syrus neutrum. vertit enim simpliciter ܘܐܙܠ ܗܘܐ ܒܐܘܪܚܐ *& abibat in via.*

CAP. XI.

VERS. 1. Καὶ ὅτε ἐγγίζουσιν εἰς Ἱερουσαλήμ, εἰς Βηθφαγὴ καὶ Βηθανίαν &c. Vulgatus, ut & Syrus, inquit Cl. Beza, solam Bethaniam commemorat. Circa Syrum lapsus est memoriæ. is enim, ut & Arabs, Bethphage adjungit, & cum Græco planè conveniunt ambo.

VERS. 2. Εἰς τὴν κώμην τὴν κατέναντι ὑμῶν. Solus Syrus legit ἡμῶν.

VERS. 4. *Invenietis pullum ligatum ad ostium foris,* ἐπὶ τοῦ ἀμφόδου. Vulgatus & Beza, *in bivio.* Arabs simpliciter, علي الطريق *juxta viam.* Syrus ܒܫܘܩܐ *in platea,* vel *in vico.* id probo. Hesychius, Ἄμφοδα, αἱ ῥύμαι, ἀγυιαί, δίοδοι, *vici, plateæ, transitus,* per quos scilicet hinc intratur, inde exitur. Glossarium, *vicus,* ἄμφοδος, ῥύμη, κώμη, ἐποίκια. nec video, quid aliud sit apud LXX. interpretes Jer. 17. 27. καὶ καταφάγεται ἄμφοδα Ἱερουσαλήμ, quam, *devorabit plateas Hierosolymæ.* quid enim ibi esset, *bivia?*

VERS. 8. Ἄλλοι δὲ στοιβάδας ἔκοπτον. Vulgatus & Beza, *alii autem frondes cædebant.* Non improbat Cl. Casaubonus, quia additur, ἐκ τῶν δένδρων, *ab arboribus.* propriè tamen, inquit, id ea vox non significat. citat ex Glossar. vetere, στοιβή, *stipatio, stramentum.* στιβὰς, *stramentum.* Addimus, Syrum vertere ܣܘܟܐ *ramos.* Arabem, اغصانا. idem. Raphelengius, قصب *ramus, thyrsus, Lexic. Granat. virgultum, frutetum, Glossar.* Ubi dissimulare non possumus, στοιβὴ etiam pro נעצוץ *virgulto* usurpari Esa. 55. 13. quod pro Syro atque Arabe facit, & suadet vertere, *alii autem cædebant ramos,* sive *virgulta.* ut idem sit quod dixit Matthæus, ἄλλοι δὲ ἔκοπτον κλάδους. malim tamen inter στοιβὴν & στοιβάδα distinguere. ut στοιβὴ sit *virgultum,* στοιβὰς vero *virgultisternium,* sive multitudo virgultorum stratorum aut sternendorum. Hesychius, στιβὰς, ἀπὸ ῥάβδων καὶ χλωρῶν χόρτων στρῶσις καὶ φύλλων, id est, στιβὰς *est stratura ex virgis, & viridi gramine, ac foliis.* vides στιβάδα etiam fieri ἀπὸ ῥάβδων, ex baculis, virgis, sive minoribus ramis ab arbore resectis. nec tamen ipsos istos baculos, sed στρῶσιν *straturam* ex iis constantem significare. quia ergo baculos hîc cædebant, non quos manibus aut brachiis gestarent, sed quos per viam sternerent, (sequitur enim καὶ ἐστρώννυον εἰς τὴν ὁδόν) rectè dixit, ἔκοπτον στοιβάδας. quia nempe cædebant ramos, unde στοιβάδες fierent. sicut quis sertum legere dicitur, qui flores legit unde sertum faciat, per metonymiam.

VERS. 10. Εὐλογημένη ἡ ἐρχομένη βασιλεία ἐν ὀνόματι Κυρίου. Arabs consentit. Vulgatus & Syrus non legerunt ἐν ὀνόματι Κυρίου. Sequitur, ὡσαννὰ ἐν τοῖς ὑψίστοις. negat Cl. Beza, Syrum addidisse ἐν τοῖς ὑψίστοις. Secutus nempe est interpretationem Tremellii, quæ tantum habet, *Hoschaanah.* videtur exemplar, quo usus est, nihil habuisse præter ܐܘܫܥܢܐ. At Viennensis, Regia, Cothenienſis, & Plantiniana in 12. addunt ܒܡܪܘܡܐ *in excelsis.* Arabs quoque legit.

VERS. 11. *Et ingressus est Hierosolymam Dominus,* καὶ εἰς τὸ ἱερόν. Vulgatus, Syrus & Arabs non legerunt καὶ.

VERS. 12. Καὶ τῇ ἐπαύριον ἐξελθόντων αὐτῶν. Syrus pro τῇ ἐπαύριον habet ܠܝܘܡܐ ܐܚܪܢܐ, ut & Vulgatus, *die alia.* & pro ἐξελθόντων αὐτῶν legit, ἐξελθόντος αὐτοῦ. Arabs cum Græco consentit.

VERS. 15. *Et ingressus Jesus* εἰς τὸ ἱερόν, *in templum.* Solus Syrus addidit, *Dei.*

VERS. 19. Ἐξεπορεύετο. Solus Syrus legit ἐξεπορεύοντο.

VERS. 20. Καὶ πρωῒ παραπορευόμενοι. Beza, &

& manè adambulantes ficui. melius Syrus, ܟܕ ܥܒܪܝܢ *transeuntes.* Vulgatus, quum *transirent.* Arabs, جاوا *venerunt.* nam apud Lxx. interpretes παραπορεύεσθαι pro עבר *transire,* הלך *iter facere,* בוא *venire,* usurpari, supra ad c. 9. 30. docuimus.

Vers. 25. Καὶ ὅταν στήκετε προσευχόμενοι. Beza, *& quum adstiteritis precantes.* id est, quum apparueritis coram altari Domini preces vestras fundentes, sive id stando, sive sedendo, sive jacendo fiat. At Vulgatus, Syrus & Arabs simpliciter, quum stabitis ad orandum. Drusius in Præter. ad Matt. cap. 6. v. 5. ubi dicuntur hypocritæ in angulis platearum stantes precari, Veteres, inquit, orabant stantes, non de geniculis, ut nunc: unde stationes, in quibus legebant in opere Bresith, & precabantur & jejunabant quater in hebdomada. R. Juda in libro musar, *sine stationibus non subsisteret mundus.* Christiani quoque suas stationes habebant, in quibus stantes orabant. autor Tertullianus. Hinc עמידה statio, unum ex septem nominibus orationis. Phesicta, fol. 66. col. 3. Menahem Ebræus in Mosem, *non est statio aliud quam precatio.* Scribit hoc fol. 52. col. 3. ad illud *in loco ubi steterat Abraham ante Dominum,* quod explicat, ubi oraverat sive precatus fuerat. Hæc ille.

Vers. 30. *Baptisma Joannis,* ἐξ οὐρανοῦ ἦν, num ex cœlo erat? Syrus, ܡܢ ܐܝܡܟܐ ܗܘܐ *unde erat? ex cælo an ex hominibus?*

Cap. XII.

Vers. 1. *Et fodit* ὑπολήνιον, Vulgatus & Beza *lacum.* pro quo Matth. 21. 33. est simplex ληνόν. Hebræi vocant יקב, cavitas ubi uvæ vel olivæ prelo exprimuntur. Lxx. nunc ληνὸν, nunc ὑπολήνιον, nunc προλήνιον vertunt. ubi observandum, ληνὸν interdum esse alveum in quem liquor expressus distillat, ac tunc idem esse quod ὑπολήνιον. interdum vero esse ipsum torcular calcatorium in quo calcantur uvæ, sub quo, vel ante quod est vas liquorem expressum recipiens, quod inde ὑπολήνιον vel προλήνιον dicitur. Syrus vertit ܡܥܨܪܬܐ. Arabs eadem voce معصرة, quod sicut Græcum ληνὸς & *torcular & lacum* significat. propriè tamen torcular sive prelum. עצר enim Syris & Arabibus est *calcare, exprimere* sive mustum ex uva, sive oleum ex oliva. Hebræi prelum גת dicunt, quod & Syri ܓܬܐ.

Vers. 2. ἵνα παρὰ τῶν γεωργῶν λάβῃ ἀπὸ τοῦ καρποῦ &c. Solus Syrus non legit παρὰ τῶν γεωργῶν. nam ex præcedentibus per se intelligitur.

Vers. 3. Οἱ δὲ λαβόντες ἔδειραν αὐτόν. Solus iterum Syrus non legit λαβόντες.

Vers. 4. Κἀκεῖνον λιθοβολήσαντες ἐκεφαλαίωσαν, καὶ ἀπέστειλαν ἠτιμωμένον. Vulgatus, & duo Bezæ vetusti codices non legerunt λιθοβολήσαντες. Syrus legit. Arabs pro eo habet بحجر حجروه *& vulnerarunt eum.* Porro ἐκεφαλαίωσαν. Syrus vertit ܦܕܥܘܗܝ *contuderunt eum.* Arabs, شجوه. Rom. versio *contumeliis affecerunt eum:* verte, *capite vulnerarunt eum.* id enim propria quadam voce est apud Arabes شج, unde & nomen شجة *capitis vulnus.* Sic Vulgatus, *illum in capite vulneraverunt.* Beza, *caput comminuerunt.* atque ita procul dubio rectè hic verti tradit Cl. Casaubonus. etsi fateatur valde esse insolens, & verè quod ajunt Grammat. τὸ ἅπαξ εἰρημένον. quod & Beza ante eum dixit. Theophylactus, quo usitatam significationem quodammodo retineret, ἐκεφαλαίωσαν vertit συνετέλεσαν καὶ ἐκορύφωσαν τὴν ὕβριν: id est, omni contumeliarum genere quasi in summam quandam redacto affecerunt, omnemque injuriam in eo veluti consumserunt. Sed durior est ellipsis, ἐκεφαλαίωσαν, supple τὴν ὕβριν, *in summam quasi redegerunt contumeliam.* Ego vero usitatam quoque significationem retinens, à qua nunquam, nisi summa cogente necessitate, est discedendum, verto, *& quum lapidassent eum, breviter* (vel summatim, compendiosè) *egerunt, & remiserunt inhonoratum.* id est, non diu disputarunt sed omnibus scrupulis & difficultatibus in compendium contractis, breviter & summatim collegerunt, remittendum eum esse ignominiosè. *breviter egerunt & dimiserunt,* id est, breviter dimiserunt, κεφαλαιωδῶς ἀπέστειλαν. phrasi Hebræis usitatissima. Porro pro καὶ ἀπέστειλαν αὐτὸν ἠτιμωμένον, Vulgatus tantum legit, καὶ ἠτίμωσαν, *& contumeliis affecerunt,* sicut in duobus codicibus legi testatur Cl. Beza. Syrus & Arabs primam lectionem sequuntur.

Vers. 14. Ἔξεστι κῆνσον Καίσαρι δοῦναι, ἢ οὔ; δῶμεν, ἢ μὴ δῶμεν; ita prorsus legit Syrus. At Vulgatus & Arabs non legerunt ἢ οὔ; δῶμεν.

Vers. 15. *Ipse vero quum sciret* αὐτῶν τὴν ὑπόκρισιν, Arabs, ريائهم *simulationem ipsorum.*

At Syrus, ܢܟܠܗܘܢ *dolum eorum.* ut & Vulgatus, *versutiam eorum.* videntur legisse πανκργίαν ex Luca. quod rectè observavit Clar. Beza.

VERS. 23. Ἐν τῇ οὖν ἀναςάσει, ὅταν ἀναςῶσι. Repetitionem illam habent quoque Arabs, & Vulgatus. Syrus & duo Bezæ codices, ὅταν ἀναςῶσι omittunt.

VERS. 27. Οὐκ ἔςιν ὁ Θεὸς νεκρῶν, ἀλλὰ Θεὸς ζώντων Sic & Arabs. Vulgatus autem & Syrus posterius Θεὸς non legerunt. Vide etiam quæ de his ad Matth. 22. vers. 32. notavimus.

VERS. 32. 33. ܐܡܪ ܠܗ ܗܘ ܣܦܪܐ. ܫܦܝܪ ܪܒܝ ܒܩܘܫܬܐ ܐܡܪܬ: ܕܚܕ ܗܘ ܘܠܝܬ ܐܚܪܢܐ ܠܒܪ ܡܢܗ. 33 ܘܕܢܪܚܡܝܘܗܝ ܐܢܫ ܡܢ ܟܠܗ ܠܒܐ ܘܡܢ ܟܠܗ ܪܥܝܢܐ: ܘܡܢ ܟܠܗ ܢܦܫܐ ܘܡܢ ܟܠܗ ܚܝܠܐ. ܘܕܢܪܚܡ ܩܪܝܒܗ ܐܝܟ ܢܦܫܗ ܝܬܝܪ ܗܘ ܡܢ ܟܠܗܘܢ ܝܩܕܐ ܘܕܒܚܐ Boder. in Reg. *Dixit ei Scriba ille, Bene domine mi verumque dixisti. siquidem* (in Paris. *quod*) *unus est Deus, nec est alius præter eum. quem si diligat homo* (in Paris. *& quem*) *ex toto corde, & ex tota mente, & ex tota anima, & ex tota virtute: diligatque proximum suum sicut seipsum, plus est quam omnia holocausta & sacrificia.* videtur laborasse circa constructionem Syriacam, ac propterea ܘܕܢܪܚܡܝܘܗܝ vertisse præter rationem, *quem si dilexerit.* nec Tremel. satis perspicuè: *Dixit ei ille legisperitus, Pulchre domine, & veritatem dixisti, quod unus est* (Syrus non legit Θεὸς) *& non est alius præter eum. Et quod diliget eum homo ex toto corde, & ex tota cogitatione, & ex tota anima, & ex tota virtute: &* quod *ut diligat proximum suum sicut seipsum, majus sit quam omnia holocausta & victimæ.* Nulla est in constructione Syriaca difficultas nec obscuritas. sic ad verbum transfero, *Dicit ei iste scriba, Bene magister & veritatem dixisti, quod unus sit, & non sit alius præter eum: & ut diligat eum homo ex toto corde, & ex tota mente, & ex tota anima, & ex omni facultate, & ut diligat proximum sicut seipsum, majus sit omnibus holocaustis & sacrificiis.*

VERS. 37. Καὶ ὁ πολὺς ὄχλος ἤκουεν αὐτοῦ ἡδέως: Vulgatus, Arabs, & Beza, *& multa turba &c.* videntur per multam turbam intelligere magnam, ut apud Hebræos גדול & רב inter se permutantur. malim, *& pleraque turba.* nam sicut aliud est πολλοὶ *multi*, aliud οἱ πολλοὶ, quod sæpe dicitur pro *plerique, bona pars*, ut & τὸ πολὺ vel τὰ πολλὰ pro *plerumque*, sic aliud est πολὺς ὄχλος, *multa turba*, aliud ὁ πολὺς ὄχλος, *pleraque turba.* Sed & οἱ πολλοὶ sæpius dicitur pro *multitudo, multitudo imperita, vulgus, plebs*, & pro eo, teste H. Stephano, aliquando ὁ πολὺς δῆμος, vel ὁ πολὺς λαός. Sic & hoc loco ὁ πολὺς ὄχλος nihil est nisi *multitudo, vulgus, plebs.* Sensus est, Pharisæos, Scribas, & primarios populi Christum contemptui habuisse, sed τὸν πολὺν ὄχλον, id est, plebem libenter eum audivisse. Belgicè non malè exprimimus, **de menichte des volcks.** Syrus vertit, ܘܟܠܗ ܟܢܫܐ *& tota turba.*

VERS. 38. Τῶν θελόντων ἐν στολαῖς περιπατεῖν, καὶ ἀσπασμοὺς ἐν ταῖς ἀγοραῖς. Arabs, الذين يحبون يمشون بالحلل والسلم في الاشواق plane ut Cl. Beza, *qui amant ambulare in stolis, & salutationes in foris.* θελόντων acceperunt pro φιλούντων. At Syrus θελόντων volendi significatione vertit, verum ante ἀσπασμοὺς legit φιλούντων, quod planum prorsus & perspicuum dat sensum. Vulgatus, *qui volunt in stolis ambulare, & salutari in foro*, id est, καὶ ἀσπάζεσθαι.

VERS. 39. Apud Syrum in editionibus Regia & Cothenensi legitur, ܘܪܝܫ ܡܣܡܟܐ ܒܚܫܡܝܬܐ *& primos accubitus in cœnis.* Observatur autem in varriis lectionibus, Guidonem Boder. hæc ex M. S. Postelli restituisse, quod ergo in Cothen. hæc sint, est ex Regiis. Viennensis non habet, nec Trem. Unde suspicor punctationem quoque nominis ܡܣܡܟܐ סַמְכֵא esse à Guidone. alibi enim legitur ܡܣܡܟܐ סְמָכֵא. nec aliter legendum.

VERS. 42. ܐܪܡܝܬ ܬܪܝܢ ܡܢܝܢ ܕܐܝܬܝܗܘܢ ܫܡܘܢܐ. In Reg. *Injecit duo minuta, quod est octava pars.* malè, rectè vero in Paris. ut & Tremel. *quæ sunt octavæ.* verto, *quæ sunt octantes.* De quibus vide quæ ob-

observavimus ad Matth. 5. 27. Hic tantum observamus, quod ܬܪ̈ܬܝܢ ܡ̈ܢܝܢ Trem. verterit, *duo manim* assires. Quum enim Syrus dicat, manim esse octavas, nullum ait inter Hebræorum numismatum nomina se invenire, quod præcise 8. minora numismata contineat præter assir, quod quartam partem drachmæ valet, distributumque in 8. partes, constituit minutulos nummos quos vocant פרוטות. videtur ergo, inquit, Euangelista, quum dicit mulierem duo manim injecisse, (quæ sunt octava numismatis, cujus nomen retinet) necessario intelligere assir. Quum ergo dicit, *duo manim* assires, aut capiendum id in genit. singulari, ut sensus sit, duo illa manim sive λεπτὰ fuisse duo פרוטות, quorum unumquodque fuerit octava pars τȣ̃ assir, duo autem κοδράντης, *quarta pars*. aut si assires in accus. plur. capias, non fuerint exigui nummuli, octavæ partes majoris, sed majusculi nummi, continentes singuli octo alios minores. quod cum re nequaquam convenit. Accipiendum puto in accusat. plur. ut *manim* exponatur per *assires*, sed erratum videtur in commentario, quod assir dixerit continere 8 פרוטות, quum potius assir & פרוטה idem fuerit. fatetur *assir* id ipsum esse quod Matth. 10. 29. ἀσσάριον dicitur. ubi proculdubio exiguus nummulus intelligitur, quum duo passerculi dicuntur venire assario. ἀσσάριον ἢ λεπτὸν, ἕν εἰσι, citatur ex Hesychio à Scalig. de re nummaria. In Euang. Matthæi Hebræo vocatur טבע קטן *moneta parva*, vel *minima*. ubi טֶבַע, quod alias *naturam* significat, pro מַטְבֵּעַ *moneta* ponitur. Secundum Hesychium ergo, δύο λεπτὰ quæ mulier injecit fuere duo assaria.

Cap. XIII.

Vers. 2. Οὐ μὴ ἀφεθῇ. *non relinquetur*. Syrus & Arabs, ut & duo vetusti Bezæ codices, addunt, ὧδε, *hic*.

Vers. 3. *Et quum sederet Jesus in monte Olivarum*, ܠܘܩܒܠ ܗܝܟܠܐ *è regione templi*, κατέναντι τȣ̃ ἱερȣ̃. Beza, *ex adverso templi*. Vulgatus, *contra templum*. Arabs, قدام الهيكل *ante templum*. Cur autem in monte Oliveti potius quam alibi dicitur è regione templi sedisse, ejusque structuras conspicuas habuisse? Causam tradit Clar. Constantinus L'Empereur Middoth pag. 58. 59. 60. quia, quum muri templum circumdantis structura versus orientem, ubi mons Oliveti situs erat, esset humilior, interius templi ædificium inde magis fuit conspicuum. cur autem versus montem Oliveti murus depressior esset, causa ibidem redditur: quia, quum durante tabernaculo Deus Lev. 19. jussisset, ut vaccæ rufæ sanguis è regione tentorii conventus extra castra spargeretur, ædificato autem templo Salomonis id extra civitatem in monte Oliveti fieret, debuit sacerdos, dum sanguinem eum spargeret, in sanctiora templi oculos intendere. quod fieri nequivisset, nisi, quæ inter montem & ipsam ædem interjecta essent, humilitate sua visus radios transmitterent. Unde simul vir doctiss. piè colligit, non sine mysterio factum, quod in monte Oliveti Dominus noster grumos sanguinis sudarit, Luc. 22. v. 39. & 44. ubi sanguis vaccæ spargi solitus fuerat.

Vers. 7. Δεῖ γὰρ γενέσϑαι. Vulgatus, *oportet enim fieri*. Beza addit, *ista*. nam in quodam codice, inquit, additur ταῦτα, & הו [Hu] apud Syrum interpretem. fateor Syrum habere ܘܠܐ ܗܘ ܓܝܪ ܕܢܗܘܐ, sed ibi הו verbum substantivum valet, non demonstrat. Itaque quum Tremel. vertit, *futurum est enim ut id fiat*, addidit *id*, quod in textu non est. & Boderianus, *ut hæc fiant*, perperam addidit *hæc*, & verbum singulare mutavit in plurale. Syrus tantum habet, *futurum est enim ut fiat*, id est, fiet enim, certò fiet, paratum est ut fiat. neque hîc tantum, sed & alibi Syrus δεῖ, quod per ܐܠܨ verti solet, per ܘܠܐ vertit. ut Marc. 8. 31. ὅτι δεῖ τὸν υἱὸν τȣ̃ ἀνϑρώπȣ πολλὰ παϑεῖν, ܕܘܠܐ ܗܘܐ ܠܒܪܗ ܕܐܢܫܐ ܕܣܓܝܐܬܐ ܢܚܫ *quod futurum esset ut filius hominis pateretur multa*, id est, quod certo passurus esst. Idem infra fit vers. 10.

Vers. 8. Καὶ ἔσονται λιμοὶ καὶ ταραχαί. Vulgatus & Arabs non legerunt καὶ ταραχαί. Syrus legit.

Vers. 11. Μὴ προμεριμνᾶτε τί λαλήσητε, μηδὲ μελετᾶτε. Syrus consentit. Vulgatus & Arabs non legerunt μηδὲ μελετᾶτε. pro eo Arabs addit καὶ τί ἀποκρίθητε, *& quid respondeatis*. quod Luc. 12. 11. dicitur τί ἀπολογήσησϑε.

Vers. 15. Ὁ δὲ ἐπὶ τȣ̃ δώματος, μὴ καταβάτω εἰς τὴν οἰκίαν, μηδὲ εἰσελϑέτω ἆραί τι ἐκ οἰκίας αὐτȣ̃. Vulgatus consentit. Syrus non legit εἰς τὴν οἰκίαν. Arabs legit, sed pro eo omittit ἐκ τῆς οἰκίας αὐτȣ̃. alterutrum certè convenienter abest.

Vers. 28. ܡܢ ܬܐܢܬܐ ܕܝܢ ܝܠܦܘ ܦܠܐܬܐ.

 ܕܦܠܐ

ܘܡܕܐ ܕܦܪܥ ܣܘܟܝܗ̈. Boder. *A ficu autem discite parabolam. quum tenerescunt rami ejus.* at vero ܦܪܥ est singularis numeri, ܣܘܟܝܗ̈ pluralis. Tremel. *A ficu autem discite ænigmata.* (verte *ænigma*) *quia quum tener est ramis suis.* at ne quidem latinum hoc est. dicendum enim erat de ficu, *quum tenera est.* quod idem vitium in Syriasmo est. ܬܬܐ enim, ut ex sequentibus affixis ejus constat, fœmin. est, at ܦܪܥ masculinum. Ferrarius ex ܦܪܥ facit verbum transitivum, *lenivit, extendit.* sensus ergo esset, *quia quando lenivit ramos suos.* ac ne sic quidem genus convenit. dicendum enim fuerat, ܡܕܐ ܕܦܪܥܬ. incertus hæreo an mendum sit. nisi forte ܦܪܥ ad Deum referendum sit, naturæ authorem, cujus nomen subticeatur. ut in *pluit, ningit, grandinat.* ut vertatur, *quia quum lenivit ramos ejus* &c. apud Matth. 24. v. 32. phrasis hæc sic se habet, ܕܡܚܕܐ ܕܣܘܟܝܗ̇ ܪܟ̈ܟܢ. ubi nulla difficultas, quia & genus & numerus conveniunt. est enim ܪ̈ܟܟܢ plur. fœmin. in Benoni. ac plenè punctatur ܪ̈ܳܟܟܳܢ. unde simul liquet, etiam ܣܘܟܝܗ̇ esse fœmininum. quum ergo Boderianus ܦܪܥ construxit cum ܣܘܟܝܗ̈, conjunxit regiminis convenientiâ quæ genere & numero discrepant. Observetur quoque, ܪ̈ܟܟܢ apud Matth. esse intransitivum. ut & verbum רך vel רָכַךְ apud Hebræos. si & ita apud Syros, legendum videtur apud Marcum, ܘܡܕܐ ܕܪܟ̈ܟܝܢ ܣܘܟܝܗ̈. ubi ܪܟ̈ܟܝܢ est plur. fœm. præteriti. Expecto donec eruditiores nos erudiant. Arabs habet, اذا رايتم اغصانها لانت *quum vidistis ramos ejus teneres factos.*

Vers. 29. Γινώσκετε ὅτι ἐγγύς ἐπὶ θύραις. Beza, *agnoscite prope & ad fores* regnum Dei. At vero substantivum illud nusquam præcessit. Syrus, ܕܩܪܝܒܐ ܗܝ ܠܘܬ ܬܪ̈ܥܐ. ubi fœmininum ܩܪܝܒܐ ܗܝ referri posset ad ܡܠܟܘܬܐ ܕܐܠܗܐ *regnum Dei*, vel ܡܐܬܝܬܗ ܕܒܪܗ ܕܐܢܫܐ *adventus filii hominis*, si tale aliquod substantivum præcessisset. Sed quum neutrum præcesserit, fœmininum genus pro neutro positum est, & per modum proverbialis sententiæ verti potest, *Scitote propinquum esse ad fores.* ut & Matth. 24. 33. ܕܩܪܝܒܐ ܗܝ ܠܬܪ̈ܥܐ *perventum esse ad fores.* vel absolutè positum refertur ad negocium, de quo ante actum erat. *Scitote propinquum esse ad fores*, scilicet negocium de quo ante. vide quæ ad dictum Matth. locum observavimus.

Vers. 32. Οὐδὲ ὁ υἱός. monemus tantum Syrum & Arabem quoque hæc legisse. prout omnia exemplaria Græca & Latina ea habent. itaque non ex Arrianorum corruptione irrepsisse id existimandum.

Cap. XIV.

Vers. 1. Ἦν ἢ τὸ πάσχα ἢ τὰ ἄζυμα. Consentiunt Vulgatus & Arabs. At Syrus, ܦܨܚܐ ܕܦܛܝܪ̈ܐ *pascha azymorum.*

Vers. 3. Καὶ ὄντος αὐτοῦ ἐν Βηθανίᾳ. Vulgatus, *Bethaniæ.* Syrus & Arabs, *in Bethania.* At Cl. Beza, *apud Bethaniam.* non enim, inquit, sentio Bethaniam vici, sed loci & tractus alicujus nomen fuisse. Cui sententiæ apertè repugnat Euangelista Johannes cap. 11. v. 1. & 30. ubi expresse κώμη *vicus* dicitur. Eos enim qui istum vicum alium à Bethania fuisse sentiunt, multum errare, doctissimè, ut omnia, demonstravit nobil. Heros & amicus noster Heynsius in Aristarcho Sacro ad dictum locum Johannis. Supra cap. 11. vers. 1. dicitur Christus appropinquasse Hierosolymæ εἰς Βηθφαγὴ ἢ Βηθανίαν πρὸς τὸ ὄρος τῶν ἐλαιῶν. duo memorantur vici in latere montis Oliveti. vid. inf. p. 585. b.

Vers. 3. Νάρδου πιστικῆς. Syrus, ܢܪܕܝܢ ܪܝܫܝܐ. quidam *nardi capitatæ.* Melius Tremel. *nardi præstantis.* Boder. *præstantissimæ.* Ferrarius, ܪܝܫܝܐ *eminens, primitivus, primus.* vertendum tamen potius censeo, *nardini præstantissimi.* nardus enim Syris dicitur ܢܪܕܐ, ut & Arabibus نرد, Hebræis. נרד. at ܢܪܕܝܢ Arabicè ناردين, quo ambo interpretes hic usi sunt, est latinum *nardinum*, quod ex nardo confectum. ut sensus sit, *Alabastrum unguen-*

guenti confecturæ nardinæ præstantissimæ. Arabs πιστικῆς hoc loco planè omisit. At Joan. 12. 3. pro eo habet ناردين خالص *nardini boni.* Syrus & Arabs πιστικῆς deduxerunt ἀπὸ τῆς πίστεως, quasi dicas, *nardinum fidum*, fide dignum, ἄδολον, ut vertit Theophylactus, germanum, non adulteratum. Idem videtur voluisse Vulgatus, quum vertit *nardi spicati.* optimam enim esse nardi speciem, quæ in aristas seu spicas assurgit, testis est Plinius. Beza tamen *nardi liquidæ.* Casaubonus *potabilis.* τῷ πιεῖν. vide eorum notas. nos potius cum Syro facimus. Ibidem, καὶ συντρίψασα τὸ ἀλάβαστρον. agnovit id Vulgatus. Arabs non legit. Syrus pro eo habet, ܘܦܬܚܬܗ *& aperuit illud.* ubi affixum masc. gen., sicut & in sequenti, ܘܐܫܕܬܗ *& effudit illud*, non refertur ad ܫܛܝܦܬܐ *alabastrum*, quod fœminini gener. est, sed ad ܒܣܡܐ *unguentum.* Aperisse autem unguentum rectè dicitur, quum clauso viam emanandi fecit. quod hîc fracto alabastri orificio factum videtur. si enim ipsa lagenula confracta fuisset, aut unguentum in terram, aut una cum unguento fragmenta vasculi in caput Christi concidissent.

VERS. 4. Ἦσαν δέ τινες. Solus Syrus addit ܡܢ ܬܠܡܝܕܘܗܝ *ex discipulis.*

VERS. 5. ܘܡܬܚܪܡܝܢ ܗܘܘ ܒܗ. Tremel. *Et irascebantur adversus eam.* Bod. *& murmurantes erant in eam.* verterunt ac si scriptum esset ܒܗ̇ *in eam.* quum omnes editiones habeant ܒܗ *in eum.* videtur Syrus legisse καὶ ἐνεβριμῶντο αὐτῷ, ut ad Christum referatur, qui passus sit se unguento isto perfundi. pro quo codices nostri habent αὐτῇ. Arabs, وانتهروها *& objurgarunt eam.*

VERS. 8. ܗܝ ܕܗܘܬ ܠܗ ܠܗܕܐ ܥܒܕܬ. Bod. in Paris. illud Lamed in ܠܗܕܐ sumit pro præpositione: vertit enim, *quod existens erat ei ad hoc, fecit.* at longe melius, si Lamed hîc vel Dat. vel Accus. casus esse dicamus. Priori modo pertinet ad præcedens ܠܗ, ut ܠܗ ܠܗܕܐ sit simpliciter *huic*, pleonasmo Syris usitatissimo. quomodo in Reg. rectè vertit, *hæc quod habuit, egit.* & Trem. *id quod erat huic, fecit.* posteriori modo pertinet ad sequens verbum, & vertetur, *quod erat ei, hoc fecit.* Sic Arabs, والذي كان لها فعلته *& quod fuit ei, hoc fecit.* Sequitur in eodem versu, ܘܩܕܡܬ ܐܝܟ ܕܠܩܒܘܪܬܐ ܒܣܡܬ ܦܓܪܝ, Boder. *& præoccupavit, tanquam ad sepulturam aromate condiit corpus meum.* Tremel. *& antevertit, adeo ut ad sepulturam aromate condiret corpus meum* verto, *& prævenit tanquam ad sepulturam aromatibus condire corpus meum.* ܩܕܡܬ ܒܣܡܬ *prævenit unxit*, id est, prævenit ungere, præunxit. sicut ܩܕܡ ܐܡܪ *prævenit dixit*, id est, prædixit, & similia sexcenta. porro ܐܝܟ hîc non *adeo ut*, sed *tanquam* vertendum. sicut in eadem hac materia Matth. 26. 12. ܐܝܟ ܕܠܩܒܘܪܬܝ ܥܒܕܬ ipse Tremel. vertit, *tanquam ad sepeliendum me fecit.* Matthæus dixit, πρὸς τὸ ἐνταφιάσαι με. Marcus, πρὸς τὸν ἐνταφιασμόν. aliud est θάπτειν *sepelire.* aliud ἐνταφιάζειν *funerare*, id est, lavando, condiendo, involvendo corpus ad sepeliendum parare. Rectè ergo Syrus, *tanquam ad sepeliendum*, id est ad funerandum, ut me ad sepulturam pararet. Mulier enim hæc, non quod τοῦ ταφέως, *bustuarii* erat, hîc fecit, sed quod τοῦ ἐνταφιαστοῦ, *pollinctoris.*

VERS. 14. ܐܝܟܘ ܒܝܬ ܡܫܪܝܐ. Bod. & Tremel. *Ubi est domus convivii.* ܡܫܪܝܐ non significat *convivium.* id ܡܫܬܝܐ dicitur, vel ܡܫܠܐ. Ferrarius, ܡܫܪܝܐ *habitatio.* propriè meo judicio *solutio.* à ܫܪܐ. quod prima sua significatione est *solvere.* deinde solvere sarcinas & impedimenta, ad alicubi commorandum, adeoque *diverti*, *commorari*, *habitare.* plane ut apud Græcos καταλύειν. itaque ܒܝܬ ܡܫܪܝܐ propriè est quod hîc Marcus κατάλυμα, *diversorium*, locus solutionis, ubi ad commorandum solvuntur impedimenta, & jumentorum vincula, ob quæ dicuntur ad iter חָבַשׁ *ligari*, *constringi*, deinde rursus פָּתַח *aperiri & solvi.*

VERS. 19. ܗܢܘܢ ܕܝܢ ܫܪܝܘ ܕܢܬܟܪܘܢ ܘܐܡܪܝܢ ܗܘܘ ܠܗ. Trem. *Ipsi vero cœperunt tristitia affici, & dixerunt ei.*

ei. Boder. *Illi vero cæperunt angi, & dicunt ei.* verte, *& dicere ei.* nam ܘܐܡܪܝܢ per suam copulam construitur cum ܫܪܝܘ eodem modo sicut antecedens ܡܬܬܥܝܩܝܢ. ἤρξαντο λυπεῖσθαι, καὶ λέγειν αὐτῷ. Quod autem sequitur, Καὶ ἄλλος, Μήτι ἐγώ; Vulgatus, Syrus, Arabs, & duo Bezæ codices non legerunt.

Vers. 22. Λάβετε, φάγετε. Vulgatus, Syrus & Arabs non legerunt φάγετε.

Vers. 31. Οὐ μή σε ἀπαρνήσομαι. Solus Syrus addit ܡܪܝ κύριε, vel κύριέ μου. & in sequenti, ὡσαύτως δὲ καὶ πάντες ἔλεγον, legit πάντες οἱ διδάσκαλοι.

Vers. 35. Καὶ προελθὼν μικρόν. Syrus, ܘܩܪܒ ܩܠܝܠ *& accessit paululum.* legisse videtur καὶ προσελθών. quod hîc parum quadrat.

Vers. 37. ܫܡܥܘܢ ܕܡܟܬ ܠܟ. *Simeon dormivisti tibi?* omnes editiones legunt ܕܡܟܬܠ, quod tamen legendum puto ܕܡܟܬܠ. thema enim est ܕܡܟ *dormivit.*

Vers. 38. Τὸ μὲν πνεῦμα πρόθυμον. Syrus, ܪܘܚܐ ܨܒܝܐ ܘܡܛܝܒܐ *Spiritus volens & paratus est.*

Vers. 41. ܡܛܐ ܫܘܠܡܐ ܘܐܬܬ ܫܥܬܐ. Tremel. *appropinquat finis, & venit hora.* Boder. *prope est finis, & venit hora.* malim, *advênit finis, & venit hora.* sunt enim duo præterita. Sic Arabs, قد حضرت الغاية وجاءت, *jam adest* vel *advênit finis & venit hora.* miror ܡܛܐ ܫܘܠܡܐ à D. Beza in notis vertit, *inclinans finis*, sicut inclinata dies ad finem vergens dicitur. nam neque ܡܛܐ participium est, neque ܡܛܐ est *inclinare*, ut apud Hebræos נטה, unde מַטֶּה, quod forte respexit, sed *pervenisse*, diciturque de re quæ terminum suum attigit. Observetur ergo quomodo Syrus & Arabs interpretentur τὸ ἀπέχει. ut idem sit quod eadem omnino phrasi Belgicè dicimus, **het heeft het wech.** id est, nihil inter nos amplius agendum restat, finis nostrarum rerum est. ecce traditur filius hominis &c. ἀπέχειν sæpe dicitur is, qui nactus est quod ipsi debetur, nec habet quod plus postulet. Zuidas, ἀπέχω ἀντὶ τοῦ ἀπέλαβον. ὡς ἀπεχόμεν γε τὴν χάριν, εἰ δή τις ὀφείλεται. καὶ αὖθις ἐν ἐπιγράμματι. τὸ τρέφος ἀπέχεις ἀσκληπιὲ τὸ πρὸς γυναικὸς δημοδίκης. καὶ ἀπέχω τὰ τροφεῖα. Sic Matth. 6. ἀπέχουσι τὸν μισθὸν αὐτῶν. Ita & hoc loco, Christus conversationem suam cum discipulis finiturus, dicit impersonaliter, ἀπέχει, id est, res nostra finem suum nacta est, quicquid conversationi nostræ debebatur, datum est. vos porro dormite & quiescite. ego abeo & trador. Vulgatus & Beza, *sufficit.* malim, *peractum est.* quod Syrus dixit, *advênit finis.* optimè & divinè meo judicio.

Vers. 43. Παραγίνεται Ἰούδας. Vulgatus, Syrus & Arabs, & quidam codex addunt Ἰσκαριώτης.

Vers. 44. ܘܝܗܒ ܠܗܘܢ ܐܬܐ ܡܫܠܡܢܐ ܗܘ ܕܡܫܠܡ. Boder. in Regia. *Dederat autem eis signum proditionis proditor ille.* Peccavit primum, quod ܡܫܠܡܢܐ in Genit. verterit. sic enim, præponendum erat. Deinde quod acceperit pro *proditione.* ea enim ܡܫܠܡܢܘܬܐ dicitur, at ܡܫܠܡܢܐ *proditor.* Id quum in Paris. corrigere vellet, vertit, *Et dedit eis signum proditor ille proditionis.* At neque ܡܫܠܡ *proditionem* significat. est enim Benoni Aphel. Rectè ergo Tremel. *Et dedit ipsis signum proditor ille qui prodebat.* Fateor antem illud *qui prodebat*, non extare in Græco, neque à Vulgato aut Arabe lectum, & verè redundare. Græcus textus habet, Δέδωκε δὲ ὁ παραδιδοὺς αὐτὸν σύσσημον αὐτοῖς. Beza, σύσσημον ex Erasmo vertit, *commune inter ipsos signum*, id est, inquit, de quo una convenerant. Vulgatus simpliciter vertit *signum.* ut & Syrus ܐܬܐ, & Arabs علامة, id probo. Marcus enim σύσσημον vocat, quod alii Euangelistæ σημεῖον dixere. Et LXX. interpretes נֵס *signum, vexillum*, nunc σημεῖον, nunc σύσσημον vertunt. ut Esa. 5. 26. & 49. 22. & 62. 10. ubi נֵס *signum* aut *vexillum* quod inter gentes Deus elevaturus dicitur, σύσσημον vocatur. quis ibi signum intelligat, de quo Deus & gentes ante convenerint? quin & Jud. 20. vers. 40. הַמַּשְׂאֵת *ista elevatio fumi* quæ ex incensa Gibea sursum ascendebat, vocatur σύσσημον, quia *signum* erat Israëlitis Gibeam obsidentibus captæ urbis, de quo sane signo cum Gibeonitis non convenerat. Invitis enim ipsis & dolentibus

bus id ortum, tantum abest ut de composito datum fuerit. Hesychius, σύσσημον, σημεῖον. propriè est *consignificans*. & de tali signo dici primario videtur, quod una cum significatione confirmat. συσσημαίνειν enim, teste Stephano, est *consignare*. ea significatione qua tabulas aut Epistolas consignare dicimur. unde σύσσημον, *signum consignans*, sive id ex composito datum sit, sive non.

Vers. 45. Καὶ ἐλθών, εὐθέως προσελθών &c. Syrus non legit ἐλθών. Vulg. & Arabs legerunt. Sequitur, Ῥαββί, ῥαββί. repetit quoque Syrus. At Vulg. Arabs, & duo Bezæ exemplaria semel tantum efferunt.

Vers. 49. Ἀλλ' ἵνα πληρωθῶσιν αἱ γραφαί. Beza subintelligit δεῖ, *oportet*. Syrus & Arabs, ἐγένετο τοῦτο, *factum est hoc*.

Vers. 50. Καὶ ἀφέντες αὐτὸν, πάντες ἔφυγον. Vulgatus & Arabs addunt, οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ, *discipuli ejus*. Syrus idem habet, sed loco πάντες, quod non legit.

Vers. 51. Καὶ κρατοῦσιν αὐτὸν οἱ νεανίσκοι. Syrus, Vulgatus & Arabs non legerunt οἱ νεανίσκοι.

Vers. 52. Γυμνὸς ἔφυγεν ἀπ' αὐτῶν. Syrus & Arabs non legerunt ἀπ' αὐτῶν.

Vers. 68. Οὐκ οἶδα, οὐδὲ ἐπίσταμαι, τί σὺ λέγεις. Conveniunt Vulgatus & Arabs. At Syrus οὐδὲ ἐπίσταμαι non legit.

Vers. 70. Καὶ ἡ λαλιά σου ὁμοιάζει. Vulgatus non habet. Syrus & Arabs legerunt. quin & explicationis gratia Arabs vertit, وكلامك يشبه كلامهم *& sermo tuus similis est sermoni eorum*, nempe Galilæorum.

Vers. 72. Καὶ ἐκ δευτέρου ἀλέκτωρ ἐφώνησε. Vulgatus, Syrus & Arabs legerunt, καὶ εὐθὺς ἐκ δευτέρου, *& statim secundò*, vel *iterum*. quod & in quodam codice legit Cl. Beza.

Ibid. Καὶ ἐπιβαλὼν ἔκλαιε. Hebr. dici potest, וְהִשְׁלִיךְ בָּכָה vel וְהִשְׁלִיךְ וּבָכָה ex Amos 4. 3. וְהִשְׁלַכְתֶּנָה הַהַרְמוֹנָה *& conjicietis vos ad palatia*. Arabs, فتحول يبكي *& vertit se ad flendum*. vel, *& vertit se (discessit) flens*. utramque enim interpretationem fert phrasis Arabica. quod Hebraicè diceretur וַיִּסֹּב לִבְכּוֹת vel בּוֹכֶה. Beza, *& quum se proripuisset, flevit*. In notis addit, posse aliquem interpretari ἐπιβαλὼν, *quum hoc animadvertisset*, *re animadversa*. quam sententiam omnibus aliis præfert Cl. Casaubonus, quia ἐπιβολὴ interdum est ἔννοια. vel alteram hanc, qua ἐπιβαλὼν sumatur pro eo quod Græci auctores dicere solent ἐγκαλυψάμενος. videtur accepisse pro, ἐπιβαλὼν κάλυμμα τῇ ὄψει, *injecto faciei velamine flevit*. Solebant enim antiqui in luctu velare caput, ut Est. 6. 12. & alibi videre est. Bezæ tamen prima interpretatio magis arridet. ἐπιβάλλειν enim pro ὁρμᾶν, *ruere, cum impetu & citato cursu ferri*, usurpatur 1 Maccab. 4. 2. 2 Maccab. 12. 9. 13. & 13. 15. & 15. 1. ut & apud Hesychium ἐπιβολή, ὁρμή vertitur. Potest autem impetus ille dupliciter sumi. vel pro subito motu de loco in locum, ex atrio foras: quæ sententia Bezæ est. vel pro subita mutatione animi sedati in commotum & tristem. quæ Erasmi mens fuit, vertentis, *& prorupit in fletum*. quod minimè fastidiendum. ἐπιβάλλειν enim is rectè dicitur, qui festinanter aliquid aggreditur, & in negocium quasi ruit. ut verbotenus magis vertere queas, *& ruens flevit*, vel, *& festinans* aut *cum impetu flevit*. quod minus emphaticè Syrus & Vulgatus dixerunt, *& cœpit flere*. Hebraicè ἐμφατικώτερον dico, וַיִּדְחֹף בָּכָה *& impulsus flevit*. sicut Est. 3. vers. 15. הָרָצִים יָצְאוּ דְחוּפִים *cursores exiverunt impulsi*, id est, festini, sine ulla mora. Nondum finio. ἐπιβάλλειν etiam est *adjicere, addere, augere*. an non verti possit, *& augens*, id est, *abundè flevit?* ut idem sit quod apud Matth. καὶ πικρῶς ἔκλαυσε. non affirmo. Hebræi id dicerent, וְהִגְדִּיל לִבְכּוֹת *& magnificavit* (vel multiplicavit) *flere*. quod de Davide dicitur 1 Sam. 20. 41.

Cap. XV.

Vers. 1. Καὶ παρέδωκαν τῷ Πιλάτῳ. Syrus addit ἡγεμόνι.

Vers. 11. Οἱ δὲ ἀρχιερεῖς ἀνέσεισαν τὸν ὄχλον; Meus vetustissimus codex, inquit Cl. Beza, habet ἔπεισαν τῷ ὄχλῳ, *persuaserunt turbæ*. atque id, inquit, videtur sequutus Syrus interpres. Quod ego non concesserim. nec dubito quin legerit ἀνέσεισαν. habet enim ܐܓܗܘ. Tremel. *sollicitaverunt*. Regia, *concitarunt*. rectè. nam Lex. Syr. Arab. ܐܓܗ vertit, يحث ويحرض ويبعث *concitat, & studiosum reddit, & excitat*. ܓܗܝܘܬܐ est *studium, diligentia*. hinc ܐܓܗ *studium & diligentiam excitavit, studiosum reddidit*. Arabs quoque sic legit, vertit enim حركت *commoverunt*.

Vers. 12. Τί οὖν θέλετε ποιήσω ὃν λέγετε βασιλέα τῶν Ἰουδαίων; Consentiunt Syrus & Arabs. Vulgatus legit, ποιήσω τῷ βασιλεῖ τῶν Ἰουδαίων.

Vers.

VERS. 25. ܘܐܝܬܝܗ̇ ܗܘܬ ܫܥܐ ܕܬܠܬ ܟܕ ܙܩܦܘܗܝ. *Erat autem hora tertia, quando crucifixerunt eum.* ἦν δὲ ὥρα τρίτη, καὶ ἐσταύρωσαν αὐτὸν, dixit Marcus. Rectè observavit Syrus, καὶ hîc idem valere, quod sæpe vau apud Hebræos, frequentissimè autem apud Arabes, nempe *quando.* non possum autem non addere interpretationem Arabis in difficillimum hunc locum. Sic habet, وذلك في ثلث ساعات وصلب, *Et illud in tertia hora quum crucifixus esset.* Conjungit cum versu præcedenti, ubi de divisione vestium Christi actum. id factum, inquit, tertia hora à crucifixione. Non intelligit ergo tertiam fuisse horam quum Christus crucifigeretur. sed quum milites partirentur ipsius vestes, tum tertiam fuisse horam quod crucifixus fuisset. Ad eum sensum ἐσταύρωσαν per plusquam perfectum vertendum esset, hoc modo, *erat autem hora tertia, quum crucifixerant eum.* quod lingua Græca facile admittit. nec repugnat Syriaca, ut ܟܕ ܙܩܦܘܗܝ vertamus, *quum crucifixissent eum.* melius sane, quam ut Tremel. hîc vertit, *quum crucifigerent eum,* quod dicerent potius ܟܕ ܙܩܦܝܢ ܗܘܘ ܠܗ nec tamen hoc attulimus, quod Arabis sententia probetur nobis. existimamus tertiam diei potius hîc intelligi, quam tertiam crucifixionis. & placet nobis eorum sententia, qui sextam horam, Joannis 19. 14. accipiunt Romanorum more. tertiam vero apud Marc. Judæorum. nam & de resurrectione Christi agens Joannes cap. 20. 19. dicit Christum primo die hebdomadis quum vespera esset comparuisse in cœtu discipulorum. ubi vespera intelligi nequit, quæ occasum solis antecedit. quum enim discipuli cum Christo venissent Emmauntem, jam tum dicebant ei, πρὸς ἑσπέραν ἐστὶ, καὶ κέκλικεν ἡ ἡμέρα. exinde accubuerunt, cœnati sunt, reversi sunt Hierosolymam, quæ sexaginta stadiis inde distabat, Luc. 24. 13. accesserunt discipulos, narrarunt quæ contigerant, ibi demum Christus apparuit. vespera ergo fuit post occasum solis. quæ si Hebræorum more accipiatur, ad secundum septimanæ diem referenda erat, non ad primum. at Romanorum more, qui naturalem diem à media nocte incipiunt, & rursus eadem terminant, pars erat primi diei. Atque inde expediunt nonnulli, quod apud Euangelistas parasceve, in qua discipuli pararunt pascha, vocetur primus azymorum. Si enim vespera qua Agnum edebant, quæque Judæorum more initium erat diei decimæ quintæ, accipiatur Romanorum more pro parte diei decimæ quartæ, rectè is dies primus azymorum dicitur. Ita & hîc tempus passionis Christi sic accipio. nocte versatus est in aula Pontificis. ibi sub gallicinium à Petro abnegatur. mane traditur Pilato. Matthæus ait factum πρωΐας γινομένης. Marcus εὐθέως ἐπὶ τὸ πρωΐ. Lucas, ὡς ἐγένετο ἡμέρα. Joannes, ἦν δὲ πρωΐα. Ab eo tempore accusationes instituerunt coram Pilato, donec esset ὥρα ὡσεὶ ἕκτη, inquit Joannes. ubi si intelligitur sexta Hebræorum, duraverit concertatio Sacerdotum cum Pilato à summo mane usque ad meridiem. quod parum est verisimile. neque videtur cum reliquis Euangelistis conciliari posse, qui constanter asserunt, à sexta usque ad nonam fuisse tenebras. Si ergo sexta Joannis eadem est cum ea qua ortæ sunt tenebræ, qui fieri potuit ut tam exiguo intervallo omnia contigerint quæ narrantur? scilicet Pilatum denuo consedisse in tribunali. conatum iterum fuisse dimittere Jesum. obnitentibus sacerdotibus sententiam tulisse. militibus tradidisse. omnia quæ ad supplicium requirebantur parata fuisse. item esse ad locum supplicii. ibi acetum felle mistum ipsi propinatum. deinde crucifixum fuisse. vestimenta sorte divisa. prætereuntes convicia dixisse. Christum pro ipsis orasse. matrem suam Joanni commendasse. Post hæc omnia demum tenebræ ortæ sunt. Existimamus ergo, accusationes sacerdotum durasse à summo mane usque ad horam fere Romanorum sextam, quæ Judæorum prima erat. Inde usque ad Judæorum tertiam, quæ Romanorum nona erat, contigisse quæ narravimus crucifixionem antecessisse. ipsa tertia fuisse crucifixum. inde usque ad sextam, quæ Romanorum duodecima est, contigisse quæ post crucifixionem tenebras diximus antecessisse. inde fuisse tenebras usque ad nonam. confirmatur id ipsorum Judæorum testimonio, quorum verba sunt, וקיימה לן דישו בבקר נתלה כי כל דיני ישראל אלא בבקר עד עת אכילה: *constat nobis, Jesum mane suspensum fuisse, quia omnia judicia Israëlis tantum manè fiunt, usque ad tempus sumendi cibi.* verè ergo manè, si hora diei tertia. verba ea habes in notis Munsteri ad cap. 26. Euangelii Hebr. Matthæi.

VERS. 34. Ἐλωῒ Ἐλωΐ. Sic quoque legit Vulgatus & Arabs. Plerique volunt esse Syriacum ܐܠܗܝ. quod mihi non videtur. Sic enim potius Ἀλαΐ scribendum fuerat. Aleph enim apud Syros notatur vocali prima, quæ per *a* potius quam per *e* efferenda. Lamed habet vocalem quartam: quæ etsi Syris per *o* efferatur,

tur, respondet tamen τῷ Camets Hebræorum, & per *a* reddi solet, ut in ἀββᾶ, ϑαλιϑᾶ, ϑαβιϑᾶ, & similibus apparet, quæ Syriacè terminantur vocali quarta. malim ergo esse Hebræorum אֱלֹהַי, cujus vocales efficiunt illud ipsum ἐλωΐ quod habemus. Syrus hîc rursus habet ܐܝܠܝ ܐܝܠܝ, ut apud Matthæum, pro ἠλὶ, ἠλὶ. quod factum videtur, ut deinde interpretari posset per ܐܠܗܝ ܐܠܗܝ.

VERS. 36. Ἐπότιζεν αὐτὸν, λέγων, Ἄφετε. Solus Syrus in plurali, ϰ̀ ἔλεγον, pro λέγων.

VERS. 42. Καὶ ἤδη ὀψίας γινομένης, ἐπεὶ ἦν παρασκευὴ, ὅ ἐστι προσάββατον. Consentiunt Vulgatus & Arabs. At Syrus, Καὶ γινομένης ὀψίας τῆς παρασκευῆς &c. Porro Arabs pro παρασκευὴ habet الجمعة. quod non propriè *parasceven*, sed *conventum*, *congregationem* significat, atque inde pro die Veneris seu sexta hebdomadis feria usurpatur, quia hebdomadatim eo die solenniter conveniunt Mahometistæ, sicut Judæi septimo, Christiani primo, ut & à Judæis & à Christianis differant. Quandoquidem ergo sextus dies est Hebræorum προσάββατον seu parasceve, الجمعة pro parasceve usurpatur.

VERS. 43. Εὐσχήμων βουλευτής. Vulgatus, *nobilis decurio*. εὐσχήμων pro *nobili* non legimus. Beza, *honoratus Senator*. Honoratus in Glossario τετιμημένος, ἔνδοξος, ἐπίσημος dicitur. at *honestus* vertitur, proculdubio rectius. dicitur enim tum de eo qui decenti ac speciosa forma est, tum de eo qui se decenter, compositè & honestè gerit. quod hujus loci est. inde εὐσχημόνως *decenter*, *honestè*. εὐσχημονέω *honestè me contineo*. Syrus, ܡܕܒܪܢܐ ܒܘܠܘܛܐ *honorabilis senator*. retinuit Græcam vocem βουλευτής, quam & Beza vertit *Senator*, unus ex eorum qui Sanhedrin dicebantur. cui favet quòd Luc. 23. 51. dicitur, οὗτος οὐκ ἦν συγκατατεθειμένος τῇ βουλῇ ϰ̀ τῇ πράξει αὐτῶν. Videtur ergo fuisse in eodem cum ipsis βουλευτηρίῳ. David de Pomis, בולוטים יועץ *consiliarius*. Mavult tamen Cl. Casaubonus Vulgato accedere, cujus hæc sunt verba: *Nusquam alibi fit, opinor, mentio ullius* βουλευτῶν *Hierosolymitani: præterea certum est, Curiales & Decuriones Græcè dici* βουλευτὰς, *eorumque consessum* βουλὴν, *ut in* l. 10. *D. De pollicitationibus. Gloss.* βουλευτὴς, *Decurio, Curialis. Quare hîc quoque suam significationem ei voci censeo cum veteri interprete retinendam. ita ut Decurio Arimatheæ Josephus hîc fuisse intelligatur*. Hactenus ille. Ubi non libenter viro Clar. largimur, nusquam βουλευτῶν Hierosolymitani mentionem fieri. Nam in initio Gemaræ codici Joma, conclave summi sacerdotis vocatur, לשכת בלווטי, *conclave* βουλευτῶν, alias לשכת פרהדרין *conclave* προέδρων. teste Cl. L'Empereur, Middoth pag. 178. Unde liquidius etiam constat, fuisse Josephum nostrum ex eorum numero, qui in conclavi summi sacerdotis tanquam βουλευταὶ & πρόεδροι comparebant, & sententiam dicebant. Arabs vertit, وكان حسن الزي مهابا ذا راي. versio Romana, *& erat nobilis Decurio gravis, aspectu regio*. quorum nihil est apud Arabem. ad verbum sic verto, *& erat pulcher specie, reverendus, præditus consilio*. حسن est *bonus, pulcher*. زي est illud Danieli usitatissimum זיו *splendor faciei, species, cultus corporis*. هاب est *timere, revereri*. inde مهاب *timendus, reverendus*. راي est *consilium*. ذو راي (accus. ذا) *præditus consilio*, id est consiliarius. Unde apparet Arabem illud εὐσχήμων duobus modis vertisse, primo *pulcher specie*, ratione corporis habitus, deinde *reverendus*, ratione dignitatis. ad innuendum, utrumque id ea voce contineri.

VERS. 46. Καὶ ἀγοράσας σινδόνα. Vulgatus & Syrus hîc rursus Josephi nomen exprimunt. Arabs non item.

CAP. XVI.

VERS. 1. Καὶ διαγενομένου τοῦ σαββάτου. Vulgatus & Syrus, *quum transisset Sabbathum*. Beza, *exacto intercedente Sabbatho*. miror hîc Arabem, qui habet, فلما كان السبت *& quum esset Sabbathum*. διαγενομένου accepit pro γενομένου. reclamante Luca, qui disertè ait, eas Sabbatho non emisse, sed quievisse secundum legem. nisi forte vertendum, *& quum fuisset*. quod autem sequens ἠγόρασαν Cl. Beza vertit *emerant*, ut cum Luca conciliet, opus non esse docemus in notis nostris ad Matth. 28. 1. Non est quoque omittendum, quod ait Euangelista, venisse eas ἵνα ἀλείψωσιν αὐτὸν, vertisse Arabem, ليطيبن القبر *ut ungerent sepulchrum*. non ut ipsum Christi corpus ungerent, quod jam à Josepho & Nicodemo aromatibus conditum, linteis erat involutum, sed ut sepulchrum, in quo jacebat, aromatibus condirent. Editio tamen Romana habet, ليطيبن يسوع *ut ungerent Jesum*.

VERS. 2. Ἀνατείλαντος ἡλίου. Aoristus hic, quem etiam Vulgatus, Syrus & Arabs per præteritum verterunt, non exiguum eruditis negocium facessit, quo cum reliquis Euangelistis concilient. non repeto quæ hac de re eruditis-

ditiſſimè à Cl. Beza, & Doct. Caſaubono Exerc. XVI. num. CLXX. diſſeruntur. Addo tantum, aoriſtum primum ſæpe uſurpari pro temp. præſenti. ut Marc. 17. verſ. 7. ἐγέρθητε *ſurgite*, pro ἐγείρεσθε. verſ. 16. *non potuerunt eum θεραπεῦσαι*, pro θεραπεύειν *ſanare*, verſ. 17. ἀποκριθεὶς *reſpondens*. ita paſſim. nihil impedit ergo, cur non & hoc loco ἀνατείλαντος ἡλίου vertamus, *oriente ſole*. cujus initium eſt, quum primum auroræ jubar, multis adhuc mixtum tenebris, apparere incipit. atque hanc Euangeliſtæ mentem eſſe, ipſe aperit, quum adventum hunc mulierum contigiſſe dicit, non tantum πρωῒ *manè*, ſed λίαν πρωῒ *valde manè*, quum primum ſolis lumen apparere inciperet.

VERS 8. Καὶ ἐξελθοῦσαι ταχὺ ἔφυγον. Syrus & Arabs præmittunt ἀκούσασαι *quum audiviſſent*. ταχὺ autem non legerunt. ut nec Vulgatus.

VERS. 11. Κἀκεῖνοι ἀκούσαντες ὅτι ζῇ, καὶ ἐθεάθη ὑπ' αὐτῆς, ἠπίστησαν. Conſentiunt Vulgatus & Arabs. At Syrus videtur legiſſe, Κἀκεῖνοι ἀκούσαντες λεγουσῶν ὅτι ζῇ, καὶ ἐθεάθη ὑπ' αὐτῶν, ἠπίστησαν αὐταῖς. etſi enim de ſola Maria Magdalena actum fuerat v. præced. non vult tamen ſolam hanc, ſed & cæteras cum ea fœminas reſurrectionem Chriſti diſcipulis annunciaſſe, quod mandatum ipſis à Chriſto fuiſſe, Matthæus narrat c. 28. verſ. 10.

VERS. 14. Ὕστερον δὲ, ἀνακειμένοις &c. Vulgatus *noviſſimè*, Beza, *poſtremo*. Syrus, ܠܚܪܬܐ *tandem*, *ultimo*. Certum tamen eſt ex reliquis Euangeliſtis, quod & in doctiſſimo ad hunc locum commentario Cl. Beza agnoſcit, non fuiſſe hanc ultimam Chriſti apparitionem. Maluit ergo Eraſmus vertere *poſtea*. ut & Arabs, بعد ذلك *poſt illud*. optimè. ὕστερον enim non ſemper *poſtremò*, ſed & ſæpe *deinde*, *poſtea*, ſignificat. ut Matth. 21. 32. οὐ μετεμελήθητε ὕστερον, *non converſi eſtis deinde*, poſtquam nempe vidiſtis publicanos & meretrices Johanni Baptiſtæ credere. Sic Joh. 13. 36. ὕστερον δὲ ἀκολουθήσεις μοι, *poſthac me ſequêris*. vide & Hebr. 12. verſ. 11. Matth. 4. 2. & alibi.

VERS. 19. Ὁ μὲν οὖν Κύριος. Vulgatus, Syrus & Arabs addunt Ἰησοῦς.

VERS. 20. Διὰ τῶν ἐπακολουθούντων σημείων. Syrus, ܒܐܬܘܬܐ ܕܥܒܕܝܢ ܗܘܘ *per ſigna quæ faciebant*.

Euangelium Marci Syrus finit his verbis, ܫܠܡ ܐܘܢܓܠܝܘܢ ܩܕܝܫܐ ܟܪܘܙܘܬܐ ܕܡܪܩܘܣ ܕܡܠܠ ܘܐܣܒܪ ܪܗܘܡܐܝܬ ܒܪܗܘܡܐ. *Abſolutum eſt Euangelium ſanctum, Euangelium Marci, qui locutus eſt & Euangelizavit Romanè (Latinè) Romæ.* Arabis his verbis, كملت نسخ بشارة مرقس كتبها بالرومي الفرنجي بمدينة رومية بعد صعود ربنا يسوع المسيح بالجسد الي السماء باثنتي عشرة سنة في السنة الرابعة لاقلوديوص قيصر. Id eſt, *Finitum eſt exemplar Euangelii Marci, quod ſcripſit in ditione Romana occidentali, in urbe Roma, duodecimo anno poſtquam Dominus noſter J. Chriſtus carne in cœlos aſcendit, quarto anno Claudii Cæſaris.* Ubi tenendum, الرومي comprehendere univerſam ditionem Imperii Romani, tam orientis quam occidentis. Et ſpeciatim de orientis ditione dici, Græciamque tum Aſiaticam tum Europæam denotare, quo Conſtantinus ſedem Imperii tranſtulit. unde Conſtantinopolis nova Roma, ejuſque territorium Romania dicta fuit. Ab hac ut occidentis ditio diſtingueretur, الرومي الفرنجي dicta eſt, id eſt propriè, *Romania Francica*. Ex quo enim ingenti exercitu, ex Francis ſive Gallis maximam partem conflato, duce præſertim Godefrido Bouillioneo, anno 1096, & deinceps, expeditio in Saracenos ſuſcepta fuit, atque Hieroſolyma ipſis erepta, omnes Europæi, exceptis Græcis, فرنج *Franci* dicti fuere, & univerſa regio quæ ad occidentem imperio Romano paruerat, *Romania Francica*. Unde ſimul de antiquitate hujus clauſulæ judicium facile fieri poteſt.

S. LUCÆ.

CAP. I.

VERS. 1. Ἐπεχείρησαν. Vulgatus, *conati ſunt*. Beza *aggreſſi ſunt*. Syrus, ܨܒܘ *voluerunt*. Arabs, رامو *explorarunt*, *conati ſunt*. ἀνατάξασθαι, Syrus, ܕܢܟܬܒܘܢ *ſcribere*, Vulgatus, *ordinare*. Arabs, ترتيب *idem*. quod propriè eſt διατάξασθαι. Beza, *componere*, συντάξασθαι. At Heſychius & Suidas ἀνατάξασθαι, διηγήσασθαι,

ταῦθ, id eſt, *apparare, adaptare, concinnare.* id maximè placet.

Vers. 3. ܐܶܬ݂ܚܙܺܝ ܐܳܦ ܠܺܝ ܡܶܛܽܠ ܕܰܗܘܺܝܬ݂ ܩܰܪܺܝܒ݂ ܒܰܚܦܺܝܛܽܘܬ݂ܳܐ ܠܟ݂ܽܠܗܽܘܢ

Viſum fuit etiam mihi, propterea quod propinquus fui curioſè omnibus illis. conſideranda hîc mens Syri. apud Lucam eſt, ἔδοξε κἀμοὶ παρηκολυθηκότι ἄνωθεν πᾶσιν ἀκριβῶς. Τὸ πᾶσιν non videtur retuliſſe ad res quas tractandas ſuſcepit, ſed ad perſonas illas quas verſ. præced. Lucas vocavit αὐτόπτας καὶ ὑπηρέτας τοῦ λόγου. alioqui dixiſſet, ܩܰܪܺܝܒ݂ ܗܘܰܝܬ݂ ܠܟ݂ܽܠܗܶܝܢ ܣܽܘܥܪ̈ܳܢܶܐ. at jam ܠܟ݂ܽܠܗܽܘܢ affixo ſuo plur. maſc. referri videtur ad illos quos dixi. Quare & τὸ παρηκολυθηκότι non accepit metaphoricè, pro aſſequi mente ea quæ facta & dicta fuerint, ſed propriè pro aſſectari aliquem, quod, teſte Beza, Græci dicunt παρὰ πόδας ἀκολυθεῖν καὶ συμπαραμαρτεῖν. mentem Syri ſic capio. quandoquidem curioſè operam dedi, ut omnibus illis qui ſpectatores Domini noſtri fuerunt adeſſem, eoſque aſſectatus ſum individuus comes, & illis ſemper propinquus, viſum mihi fuit ordine omnia perſcribere, &c. Omiſit ἄνωθεν. ut & Arabs. Sed hîc τὸ πᾶσιν ad rem retulit, quum vertit, رايت انا ايضا ان كنت تابعا لكل شي بتحقيق. *viſum fuit mihi etiam, quum fuerim aſſecutus omnem rem in certitudine*, &c. Verbum παρακολυθεῖν accepit Syrus, ſicut in illo Joſephi adverſus Appionem, δεῖ τὸν ἄλλοις παράδοσιν πράξεων ἀληθινῶν ὑπισχνούμενον, αὐτὸν ἐπίςαϑ ταύτας πρότερον ἀκριβῶς, ἢ παρηκολυθηκότα τοῖς γιγνομένοις, ἢ παρὰ τῶν εἰδότων πυνθανόμενον. *Qui res geſtas tradere aliis promittit, eum eas primum accuratè oportet cognoviſſe, ſive quod factis adfuerit, ſive quod ab iis qui viderunt reſciverit.*

Vers. 6. ܘܡܗܰܠܟܺܝܢ ܒܟ݂ܽܠܗܽܘܢ ܦܽܘܩܕܳܢܰܘܗ݈ܝ ܘܒ݂ܟ݂ܺܐܢܽܘܬ݂ܗ ܕܡܳܪܝܳܐ ܕܠܳܐ ܪܽܘܫܡܳܐ. *Et ambulantes in omnibus mandatis ejus, & in juſtitia Domini inculpatè.* ܟܺܐܢܽܘܬ݂ܳܐ dixit Syrus, quod Lucas dixit δικαιώματα. longè melius id vertit Arabs, حقوق, Hebr. חֻקִּים. Sic enim Lxx. pro מצות ſolent dicere ἐντολάς. pro חוקים δικαιώματα. pro משפטים κρίματα. ubi per δικαιώματα rectè intelliguntur ritus ſacri legum ceremonialium. ſicut per ἐντολὰς leges morales. per κρίματα forenſes. Quod autem illud ܦܽܘܩܕܳܢܰܘܗ݈ܝ Tremel. & Guido verterint, *mandatis ejus*, non opus erat addere *ejus*, quum in Græco non ſit, & uſitatum ſit Syris ſubſtantivo conſtruenti per pleonaſmum addere affixum, quod ad ſequens ſubſtantivum conſtructum referatur, etiam aliis dictionibus intercedentibus. ut Luc. 2. 4. ܡܶܢ ܒܰܝܬܶܗ ܘܡܶܢ ܫܰܪܒܬܶܗ ܕܕܰܘܺܝܕ *ex domo & familia Davidis.*

Vers. 15. *Et implebitur Spiritu Sancto*, ἔτι ἐκ κοιλίας μητρὸς αὐτοῦ. Beza, *etiam à ventre matris ſuæ.* Vulgatus, *adhuc ex utero* &c. quam interpretationem Cl. Beza convenire negat, niſi pro ἐκ κοιλίας *ab utero*, legas ἐν κοιλίᾳ *in utero*. At vero ἐκ κοιλίας non ſignificat tempus quo infans ex utero prodit, ſed quo in eo concipitur. quod hoc loco neceſſarium eſſe, vir doctiſſ. poſtmodum rectè agnoſcit. ſed & alibi hæc phraſis eodem modo accipienda. ut Actor. 3. 2. agitur de claudo ἐκ κοιλίας μητρὸς, id eſt, ab ipſo conceptu, quo membra in utero ſic formata fuere. Gal. 1. 15. ait Paulus ſe à Deo ſeparatum eſſe ad Apoſtolatum ἐκ κοιλίας μητρὸς, id eſt, ab ipſo conceptu, ex quo mater cœpiſſet ἐν γαςρὶ ἔχειν. eodem ſcilicet ſenſu, quo Jerem. 1. v. 6. Deus Prophetæ dicit, בְּטֶרֶם תֵּצֵא מֵרֶחֶם הִקְדַּשְׁתִּיךָ, *antequam exires ex utero, ſanctificavi te.* ergo dum adhuc eſſet in utero, à primo conceptu. Ex Hebraiſmo hoc eſt, ubi *à conceptu* non aliter dicitur, quam, מִבֶּטֶן, & מֵרֶחֶם. ut Pſal. 22. verſ. 10. *Tu fuiſti Deus meus* מִבֶּטֶן אִמִּי. Lxx. ἀπὸ γαςρὸς μητρός μου. Pſal. 58. 5. זֹרוּ רְשָׁעִים מֵרָחֶם תָּעוּ מִבֶּטֶן, Lxx. ἀπηλλοτριώθησαν οἱ ἁμαρτωλοὶ ἀπὸ μήτρας, ἐπλανήθησαν ἀπὸ γαςρός. quæ ad primum conceptum neceſſario ſunt referenda. Quod quum probè intelligerent Syrus & Arabs, verterunt, ille, ܟܰܕ ܗܽܘ ܒܰܟ݂ܪܶܣܳܐ ܕܶܐܡܶܗ, hic, وهو في بطن امه, id eſt, *dum adhuc eſt in ventre matris ſuæ.*

Vers. 17. *Ut convertat cor patrum* ܥܰܠ ܒܢ̈ܰܝܳܐ Regia *in filios*. rectius in Pariſ. & Tremel. *ſuper filios.* nam non dixit ܠܘܳܬ݂ *ad, in.* ſed ܥܰܠ *ſuper*, aut potius hoc loco *ſupra.* Sic & apud Prophetam Malach. cap. 4. v. ultimo. וְהֵשִׁיב לֵב־אָבוֹת עַל בָּנִים וְלֵב בָּנִים עַל אֲבוֹתָם, quæ verto, *& convertet cor patrum ſupra filios*

lios, & cor filiorum supra patres ipsorum. ubi עַל *supra*, accipio pro עִם *cum*. ut Exod. 35. 22. וַיָּבֹאוּ הָאֲנָשִׁים עַל הַנָּשִׁים *& venerunt viri cum mulieribus*. Deut. 22. 6. לֹא תִקַּח הָאֵם עַל הַבָּנִים *non capies matrem cum pullis*. Exod. 12. v 8. מַצּוֹת עַל מְרֹרִים *infermentatos panes cum amaris*. Ibid. v. 9. רֹאשׁוֹ עַל כְּרָעָיו וְעַל קִרְבּוֹ *caput ejus cum cruribus ejus & cum intestinis ejus*. 1 Sam. 14. 33. *edit populus* עַל הַדָּם *cum sanguine*. Ita & hoc loco capio, convertet corda, non filiorum tantum, sed supra filios etiam patrum: nec patrum tantum, sed supra patres etiam filiorum, id est, filiorum cum patribus, & patrum cum filiis. nec impedit quo minus verba etiam Lucæ sic accipiamus, ἐπιστρέψαι καρδίας πατέρων ἐπὶ τέκνα. ἐπὶ, etiam significat *supra*, quod Syrus optimè vertit per עַל. & sicut עַל pro *cum*, ita & ἐπὶ. ut Exod. 12. 8. ἢ ἄζυμα ἐπὶ πικρίδων ἔδονται. *& azyma cum amaris edent*. ἐπὶ præsertim cum Dativo apud probatos etiam authores sæpe *cum* denotare, vide in Thesauro H. Stephani. In loco Exodi habes cum Genitivo. quidni & hîc apud Lucam cum accusat. eadem significatione accipiamus? Jam causa reddi potest, cur ex Prophetia Malachiæ Lucas omiserit וְלֵב בָּנִים עַל אֲבוֹתָם, ἢ καρδίας τέκνων ἐπὶ πατέρας αὐτῶν. Si enim præcedentis membri sensus est, *Convertet corda patrum in filios*. addendum fuisset & alterum, *& corda filiorum in patres suos*. alioqui patres tantum, non filios convertisset. sed quando עַל & ἐπὶ sumuntur pro *cum*, prius membrum sufficiebat. conversis enim patribus cum filiis, & hi & illi conversi sunt. alterumque membrum amplificationis tantum gratia additum. Deinde, quid quæso est convertere corda patrum in filios, & filiorum in patres? siccine alibi Scriptura loquitur? & si loqueretur, aliudne est, quam quinti præcepti observatio? qua universam conversionem describere, cui Joanni incumbendum erat, non satis aptum videtur. Quod si tamen sententia nostra doctis non probatur, laudo Doctiss. Camerarium, qui vulgatam sententiam secutus ait, disciplinæ diligentiam hîc indicari, quæ respectu potissimum paterno ad liberos continetur. non verto autem, *Et convertet*, sed, *& reducet corda patrum ad* (vel super) *filios*. id est, corda patrum à recta filiorum disciplina & institutione aversa, reducet, ut filiorum piæ educationi incumbant. Sic & in altero Prophetæ membro, *Et corda filiorum ad* (vel super) *patres eorum*. id est, aversa filiorum corda à patrum reverentia & obedientia, eò redire faciet. Sequitur in Græco, ἢ ἀπειθεῖς ἐν φρονήσει δικαίων. Syrus, Arabs, Vulgatus & Beza, ἐν pro εἰς rectè acceperunt. id non est insolens. φρονήσει verterunt ܒܝܕܥܬܐ, بعلم *scientiam*. nam & Lxx. usurpant pro דַּעַת. alibi pro חכמה *sapientia*. pro בינה *intelligentia*. pro ערמה *solertia*. pro שכל *prudentia*. quod Vulg. & Beza elegerunt. Additur, *ut paret Domino* λαὸν κατεσκευασμένον, Vulg. *plebem perfectam*, ut & Syrus, ܥܡܐ ܡܫܡܠܝܐ quod non sine ratione rejecit Erasmus, substituit *instructam*, vel *adornatam*, vel *apparatam*. Arabs, شعبا مستقيما *populum rectum*.

Vers. 18. Κατὰ τί γνώσομαι τοῦτο, Vulgatus, *unde*. Beza *quo argumento*. Malim cum Syro & Arabe, ܐܝܟܢܐ, كيف *quomodo?* nam κατὰ τί est *secundum quid*, id est, *quomodo?*

Vers. 24. Καὶ περιέκρυβεν ἑαυτήν. *Et occultabat seipsam*. ita & Syrus. At Arabs, وكتمت حبلها *& occultavit graviditatem suam*. ne existimaremus eam per integros quinque menses non fuisse conspectam ullis mortalibus, sed quod celaverit se gravidam. primis enim quinque mensibus non adeo gravidis intumescit uterus, quin, si ipsæ taceant, latere queat etiam intuentes, præsertim si ob gravem ætatem suspicio non facile suboriatur.

Vers. 25. Ἐπεῖδεν ἀφελεῖν. Vulg. *respexit auferre*. Syrus, ܚܪ ܒܝ ܠܡܣܒܘ, ut & Arabs, نظر الي لينزع *respexit ad me ut auferret*. Suppl[e]runt ellipsin.

Vers. 28. Κεχαριτωμένη. Vulgatus, Syrus & Arabs, *Gratiâ plena*. Beza, *gratis dilecta*, vel *gratiam consecuta*. Hujus activum est Eph. 1. v. 6. ἐν ᾗ ἐχαρίτωσεν ἡμᾶς, Vulgatus, *in qua gratificavit nos*. hinc ergo κεχαριτωμένη est *gratificata*. Beza, *in qua gratis nos acceptos reddidit*. puto omitti posse *gratis*. est enim χαριτοῦν, facere ut quis inveniat gratiam, adeoque acceptum & gratum reddere. hinc κεχαριτωμένη est *accepta reddita*. Hebraicè אֵשֶׁת חֵן vel אֵשֶׁת חֶסֶד, vel אֵשֶׁת רַחַם, vel אֵשֶׁת רָצוֹן. nam hæc omnia nomina per χάριν redduntur à Lxx. interpretibus. posset & una dictione חֲסִירָה dici. etsi enim à חָסִיד Lxx. verti soleat ὅσιος, *pius*, *sanctus*, quatenus tamen

passivè

passivè refertur ad חֶסֶד הָאֵל *gratiam Dei*, qua omnes pios ac sanctos dignatur, rectè vertitur κεχαριτωμένος. ut quum Psal. 4. vers. 4. dicitur הִפְלָה יְהוָה חָסִיד לוֹ, non dubito quin sensus sit, ἀφώρισεν ὁ Κύριος κεχαριτωμένον ἑαυτῷ, *separavit Dominus sibi quem acceptum reddidit*, quem gratia sua dignatus est. à priori sic describitur vir pius, sanctus & fidelis. nec aliter capienda ea vox Sirach 18. 17. Οὐκ ἰδοὺ λόγος ὑπὲρ δόμα ἀγαθόν; καὶ ἀμφότερα παρ' ἀνδρὶ κεχαριτωμένῳ. *Non ecce sermo dono melior est? & ambo sunt apud hominem gratiosum.* Sic Vetus interpres. id est, Deo gratum, qui Dei gratiam nactus pius est, adeoque charus. Sensus ergo est: Salve tu gratiosa, quæ jam dudum gratiam nacta es, ut Deo chara sis, & jam insignem hancatque incomparabilem gratiam es consecuta, ut servatoris mater dicenda sis. quæ gratia sequentibus describitur, *Dominus tecum*, &c.

Vers. 29. ܘܡܬܚܫܒܐ ܗܘܬ ܕܡܢܘ ܫܠܡܐ ܗܢܐ Tremellius, *& cogitabat, cujusnam esset pax ista.* ܕ in ܕܡܢܘ accepit pro nota gen. casus. quum post dicendi & cogitandi verba per pleonasmum abundare soleat, & simpliciter indicare rem cogitatam aut dictam, ut & כִּי apud Hebræos, & ὅτι passim in N. T. Guido Fabricius Boder. *& meditabatur qualis esset pax ista.* malim, *& cogitabat, quid esset salutatio ista.* ܡܢܘ enim est quasi ܡܢ ܗܘ. significat autem ܡܢ & ܡܢܐ *quid*. Sic & Arabs vertit, وفكرت قايلة ما هذا السلم *& cogitavit, dicens, Quid est hæc salutatio?*

Vers. 35. Ἐπελεύσεται ἐπί σε. Pro ἐπελεύσεται Syrus habet ܬܐܬܐ ἐλεύσεται. & ἐπί σε non legit. Arabs, يحل عليك *descendet* (vel residebit, quiescet) *super te.* Sequitur, Διὸ καὶ τὸ γεννώμενον ἐκ σοῦ ἅγιον, κληθήσεται υἱὸς Θεοῦ. Vulgatus & Erasmus non legunt ἐκ σοῦ. Syrus & Arabs legerunt. Vide porro Bezam in hunc locum. διὸ, Arabs vertit, لان *quia, propterea quod.* at Syrus, ܡܛܠ ܗܢܐ *propter hoc.* ut & Vulgatus, *ideoque.* Beza, *propterea.* Addo Syrum & Arabem sic distinxisse, διὸ καὶ τὸ γεννώμενον ἐκ σοῦ, ἅγιον, καὶ υἱὸς Θεοῦ κληθήσεται. & neutrum τὸ γεννώμενον mutarunt in masculinum personæ. Sic enim ambo verterunt, *qui ex te nascitur, sanctus est, & filius Dei vocabitur.*

Vers. 36. *Quia non est apud Deum impossibile* πᾶν ῥῆμα, Vulgatus, *omne*, Beza, *ullum verbum.* Syrus rectè, ܡܕܡ *quicquam.*

Vers. 39. Εἰς τὴν ὀρεινὴν, εἰς πόλιν Ἰούδα. Non assentior Cl. Camerario, qui per civitatem Judæ intelligit Hierosolymam, quod ejus situs in monte esset. Bezam laudo, qui Hebron intelligit, quæ Jos. 21. 9. sacerdotibus assignata, & בְּהַר יְהוּדָה *in monte Judæ* sita fuisse dicitur. qua de causa fortassis hoc loco Syrus & Arabs, pro εἰς τὴν ὀρεινὴν habent ܠܛܘܪܐ, الي الجبل *ad montem.* ad celebrem scilicet eum montem Judæ in quo Hebron sita erat. Ut & infra vers. 65. ἐν ὅλῃ τῇ ὀρεινῇ τῆς Ἰουδαίας, Syrus, ܒܟܠܗ ܛܘܪܐ ܕܝܗܘܕ *in toto monte Judææ.*

Vers. 41. Καὶ ἐπλήσθη πνεύματος ἁγίου ἡ Ἐλισάβετ. Syrus hîc nomen proprium non habet. quia ex initio versus satis intelligebatur. Arabs tamen & Vulgatus habent.

Vers. 42. Ὁ καρπὸς τῆς κοιλίας σου. Vulgatus & Arabs κατὰ πόδα. At Syrus, ܦܐܪܐ ܕܒܟܪܣܟܝ *fructus qui est in ventre tuo.* non laudandum. nam non idem est fructus ventris, & qui est in ventre. prius Anabaptistarum errorem clarè refutat. alterum non item. quod quum Tremellius videret, Syrum ex Græco vertit. nec hoc laudandum.

Vers. 51. Ἐποίησε κράτος. Arabs, القوة, ut Vulgatus, *potentiam.* Beza, *forte facinus.* Syrus, ܙܟܘܬܐ *victoriam.* κράτος enim potest hîc esse Hebræorum חֹזֶק, quod non *robur* tantum, sed, ut ita dicam, *prævalentiam* etiam significat. ut verbum חָזַק non tantum *fortis fuit*, sed & *prævaluit.* ὑπερκρατεῖν & ὑπερισχύειν Lxx. vertunt. unde & Deus חָזָק κραταιὸς dicitur, id est, ita potens ut semper prævaleat, ejusque יָד הַחֲזָקָה est manus omnia vincens. Eodem sensu apud Arabes dicitur Deus القهار, *potens iste qui vincit.* est enim قهر sic potentem esse ut tibi subjicias.

Vers. 53. *Et divites ablegavit* κενοὺς, *inanes.* Syrus, ܣܦܝܩܐܝܬ, ut & Arabs, فارغا *vacuè.* quasi κενῶς. nam & Hebraicè non רֵקִים sed רֵיקָם diceretur. ut Job. 22. vers. 9. אַלְמָנוֹת שִׁלַּחְתָּ רֵיקָם *viduas dimisisti vacuè.* ubi tamen Lxx. κενὰς *vacuas.*

Vers. 54. Ἀντελάβετο Ἰσραὴλ παιδὸς αὐτοῦ.

Vulgatus & Beza, *suscepit Israël puerum suum.* Apud Lxx. interpretes usurpatur ἀντιλαμβάνεσθαι pro החזיק, sequente ב, *apprehendit*, erigendi aut firmandi gratia. pro תמך *idem.* pro נצר *custodivit.* pro סמך *sustentavit.* pro סעד *fulcivit.* pro עזר *adjuvit.* postremum secutus est Syrus, qui vertit, ܥܕܪ ܠܐܝܣܪܐܝܠ ܥܒܕܗ *Adjuvit Israël servum suum.* Arabs quoque, عضد اسرايل فتاه *adjuvit Israëlem puerum suum.* παῖς, ut & puer Latinis, ambiguum est de filio & servo. ambiguitatem sustulit Syrus. Sequitur, μνησθῆναι ἐλέους. Vulgatus, *memorari misericordiæ suæ.* obscurissimè. Beza, *ut memor esset misericordiæ suæ.* At non ut esset, sed quia erat memor suæ misericordiæ, adjuvit Israëlem, & misit Servatorem. adeo ut Infinitivus μνησθῆναι vertendus videatur *recordando*, quod Hebræi dicunt per Infinit. לזכור. Syrus & Arabs verterunt, *& recordatus est.* ubi *&* valet *quia.* ac tum idem est quod *recordando.* Quod si tamen per ἔλεος, *misericordiam*, hîc intelligimus gratuitam promissionem, Abrahamo & semini ejus ex mera misericordia factam, quod sequens versus evincit, commodè μνησθῆναι sumetur pro ἕνεκα τοῦ μνησθῆναι, & hoc pro ἕνεκα τοῦ πληρῶν, *ad implendum.* nam recordari promissionum suarum Deus dicitur, quum eas implet. eodem prorsus sensu, quo 2 Paral. 6. 42. dicitur, μνήσθητι τὰ ἐλέη Δαβὶδ τοῦ δούλου σου, *memor sis misericordiarum Davidis servi tui.* id est, imple, seu præsta gratuitas promissiones, Davidi servo tuo ex mera misericordia factas. locus est nostro plane parallelus. Et eodem modo exponendum infra versu 72. μνησθῆναι διαθήκης ἁγίας αὐτοῦ.

Vers. 62. ܘܐܪܡܙܘ ܠܐܒܘܗܝ ܐܝܟܢܐ ܕܨܒܐ ܕܢܩܪܘܢܝܗܝ. Tremel. & Boderian. in interlineari versione, *& innuerunt patri ejus, quomodo vellet, ut nominarent eum.* Id Syriacè dicendum erat, ܕܢܫܡܗܘܢܝܗܝ. Ideo in Regiis dixit, *quomodo vellet, nomen ei imponi.* Sed & hoc ambiguum est, quum passivum illud *imponi*, referri posset etiam ad eos qui innuebant patri. Syrus autem voce usus est activa, quæ ad patrem refertur. transfer, *quomodo vellet nominare eum.* ad literam, *quomodo vellet, ut nominaret eum.* id est, *nominare eum*, phrasi Syris familiarissima.

Vers. 66. Τί ἄρα τὸ παιδίον τοῦτο ἔσται; Vulgatus, *Quis, putas, puer iste erit?* Beza, *Quisnam puerulus hic erit?* Ii retulerunt ad παιδίον. At Syrus absolutè accepit, ܡܢܐ ܟܝ ܢܗܘܐ ܛܠܝܐ ܗܢܐ *quidnam erit puer hic?* Sic Arabs, ماذا ترى يكون من هذا الصبي *quid, putas, erit de hoc puero?* id præfero. quasi dicerent, stupendum quid hic puer futurus videtur.

Vers. 72. Μνησθῆναι διαθήκης ἁγίας αὐτοῦ. Syrus, ܠܕܝܬܩܘܗܝ ܩܕܝܫܬܐ *fœderum suorum sanctorum.* Addit deinde vers. sequ. ܘܡܘܡܬܐ ܕܝܡܐ ܠܐܒܪܗܡ *& juramenti quod juravit Abrahamo.* In Græco est, ὅρκον ὃν ὤμοσε πρὸς Ἀβραάμ. quod Beza eodem modo vertit, *Et jurisjurandi quod juravit &c.* Asyndeton vult esse, ubi copula subintelligatur, & ὅρκον poni pro ὅρκου, Hebraicâ constructionis mutatione. Monemus, usitatum esse Lxx. interpretibus, μνησθῆναι indifferenter cum Genit. vel Accus. construere. ut Gen. 9. 15. cum Genit. at vers. 16. cum Accus. vide & de Accusativo Exod. 20. 8. Num. 11. 5. Deut. 8. 2. & 16. 3. & 32. 7. & passim. Camerarius vero accepit pro καθ' ὅρκον. neutrum repudiandum. prius tamen simplicius.

Vers. 77. Τοῦ δοῦναι γνῶσιν σωτηρίας. Ambiguum est, ad Deumne hæc Zacharias referat, an ad filium suum Joannem, de quo dixerat, Præibis ante faciem Domini, ut pares vias ejus. Vulgatus, relicta ambiguitate, *ad dandam scientiam.* Beza ad Joannem refert, *Et des cognitionem salutis.* Syrus & Arabs ad Deum, ܕܢܬܠ ܝܕܥܬܐ ܕܚܝܐ, ليعطي علم الخلاص *ut det scientiam salutis.* utrumque congruum est.

Vers. 78. *Per viscera gratiæ Dei nostri,* ܕܒܗܘܢ ܢܣܥܘܪܢ ܕܢܚܐ ܡܢ ܪܘܡܐ. Tremel. & Boder. *quibus visitavit nos oriens ex alto.* verte per futurum, *visitabit.* Explicare voluit Syrus, ἀπεσκέψατο prophetico more præteritum esse pro futuro, & respicere Christum jam jam adfuturum. ܕܢܚܐ autem non est proprie *Oriens*, qui ܡܕܢܚܐ dicitur, plaga scilicet cœli, ubi sol oritur. Sed est ipse *ortus.* In Græco est ἀνατολὴ ἐξ ὕψους. Vulgatus, *Oriens ex alto.* non usque adeo probo. magis tamen quam Bezæ versionem, *qui prodit ex alto.* id potius est ὁ ἀνατέλλων, quam ἀνατολή. malim cum Syro, *ortus ex alto.* ἀνατολὴ enim non tantum orientem, sed

sed & ipsum exortum substantivè significat. ponitur & pro נֹגַהּ *splendore* Esa. 60. vers. 19. ut vertere queas, *splendor ex alto*. plura vide ad Hebr. 1. 3.

VERS. 79. Ἐπιφᾶναι τοῖς ἐν σκότει &c. Beza, *ut appareat*. Syrus, ἐμφατικώτερον & luculentius ܠܡܢܗܪܘ ܠܗܘܢ *ad lucendum*, & Arabs, ليضي *ut luceat*. Id barbarè voluit Vulgatus, *illuminare iis qui in tenebris* &c. illuminare dixit intransitivè pro illucescere. Inde ἐπιφανὴς, *illustris*, qui inter cæteros elucet.

CAP. II.

VERS. 1. ܕܢܬܟܬܒ ܟܠܗ ܥܡܐ ܕܐܘܚܕܢܗ. Tremel. & Boder. *ut describeretur universus populus possessionis ejus*. ܐܘܚܕܢܐ acceperunt ut Hebræum אֲחֻזָּה *possessio*, unde illud derivatur, mutato pro more ז in ד. at Syris significat *potentiam*, *potestatem*, *imperium*. ut 1 Pet. 5. 11. ܕܠܗ ܬܫܒܘܚܬܐ ܘܐܘܚܕܢܐ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος. & ܐܚܝܕ ܟܠ est παντοκράτωρ. itaque vertatur hoc loco, *universus populus imperii ejus*. possessio ܩܢܝܢܐ dicitur. Arabs habet, جميع المسكونة, id est ad verbum, πᾶσαν τὴν οἰκουμένην.

VERS. 7. *Non erat ipsis locus* ܐܝܟܐ ܕܫܪܝܢ ܗܘܘ. malè Guido in Regiis, *ubi habitarent*. & in interlinearibus, *ubi habitantes essent*. id Syri dicerent, ܐܝܟܐ ܕܢܥܡܪܘܢ, per futurum. Melius ergo Tremellius, *ubi habitabant*. malim tamen, *ubi divertebant*, id est, in ædibus istis ad quas diverterant non alius ipsis locus erat quam in præsepi. Ad verbum est, *ubi soluti erant*, sicut in Græco est, ἐν τῷ καταλύματι. sic enim Græcis diversorium dicitur, quia ibi jumenta & sarcinæ solvebantur. id propriè Syris est ܫܪܐ, quod generaliter λύειν, *solvere* significat, deinde specialiter καταλύειν, *dissolvere impedimenta*, *diverti*. habitare autem ܥܡܪ est. quamvis non negem pro eo interdum ܫܪܐ usurpari. Sed hîc minus quadrat, & propriè id est quod dixi. unde & ܒܝܬ ܡܫܪܝܐ *domus solutionis* aut *diversionis*, pro *diversorio*. Arabs dixit, حيث نزلوا *ubi diverterunt*, vel *in hospitium se receperunt*. Præteritum est. itaque sic malo vertere, quam ut est in versione interlineari Romana, *in quo diversarentur*. verbum نزل primo *descendere* significat, deinde *de jumento descendere ad divertendum*, *diverti*, *in hospitium se recipere*.

VERS. 8. Dicuntur pastores fuisse in eadem regione, ܕܫܪܝܢ ܗܘܘ ܬܡܢ, Tremel. *qui habitabant illic*. Boder. *qui degebant*. malim, *qui commorabantur illic*, ut solent qui aliquo solum divertunt. In Græco est ἀγραυλοῦντες. Vulgatus & Erasmus, *vigilantes*. quasi ἀγρυπνοῦντες. Beza non dissimili multum sensu, *excubantes*. malim, *in agris commorantes*. Hesychius, ἀγραυλοι, οἱ ἐν ἀγρῷ νυκτερεύοντες. Ἀγραύλοιο, ἐν ἀγροῖς αὐλιζομένου. Ἄγραυλον, ὕπαιθρον. sunt ergo, qui in agris sub dio degunt. Arabs vertit, يرعون في الحقل *pascentes in agro*. quæ sequuntur, καὶ φυλάσσοντες φυλακὰς τῆς νυκτὸς ἐπὶ τὴν ποίμνην αὐτῶν, vertit, ويسهرون حراسة الليل نوبا على مراعيهم & *vigilantes custodiam noctis per vices super greges suos*.

VERS. 11. Ὅτι ἐτέχθη ὑμῖν σήμερον σωτήρ. Beza, nempe *natum esse vobis hodie servatorem*; ὅτι accepit εἰδικῶς. At Syrus vertit, per ܓܝܪ *enim*. Arabs, per لانه *eo quod*. αἰτιολογικῶς acceperunt. Sic & Vulgatus, *quia natus est vobis*. Sæpe tamen *quia* ipsi est *quòd*, ut sensus quoque ejus esse possit, quod natus est vobis, id est, natum esse vobis. Sensus fere eodem redit.

VERS. 14. Καὶ ἐν ἀνθρώποις εὐδοκία. Syrus vertit, ܘܣܒܪܐ ܛܒܐ ܠܒܢܝܢܫܐ. quod Trem. & Bod. in Parif. verterunt, & *nuncium bonum erga homines*. nuncium ܣܒܪܬܐ dicitur, non ܣܒܪܐ. itaque Boder. in Reg. & *voluntas bona hominibus*. id magis etiam à Syro recedit. ܣܒܪܐ Syris, ut & Arabibus صبر *spes*, dicitur. vide 1 Thess. 2. 16. Tit. 2. 13. Act. 24. 15. 1 Tim. 5. 5. nec aliam ejus interpretationem dat Ferrarius. à ܣܒܪ, quod nunc *annunciare*, nunc *sperare*, *confidere* significat: posterior significatio est ab Hebr. שִׂבֵּר *speravit*. prior à בִּשֵּׂר *annunciavit*, transpositis literis. vertendum itaque, & *spes bona homini-*

minibus. pacem enim cum Deo sequitur spes. Videtur Syrus εὐδοκία derivasse non à δοκέω, sed à δοκάω, *exspecto, spero.* unde προσδοκία *exspectatio.* Quod autem Tremel. observat, posse verba Syriaca etiam accipi de interno animi sensu & cogitatione, quæ idem plane sit quod Græcum εὐδοκία, *bona voluntas:* ad quæ F. Junius addit, se hoc malle, quod ܣܒܪ etiam *meditari & deliberare* sit: non existimo id rectum. etsi enim in Kal significet *putare, arbitrari, opinari,* (pro *meditari* aut *deliberare* non meminimus occurrere, nec in lexicis reperimus) unde nomen ܣܒܪܐ *existimatio, opinio:* nomen tamen ܣܒܪܐ *spem* tantum significat, à piel, ubi hoc verbum *sperare* significat. Arabs vertit, وفي الناس المسرة. quod Romana versio transtulit, *& in hominibus hilaritas.* malim, *beneplacitum* vel *delectatio.* verbum enim سر non tantum *gaudere*, sed & *acceptum habere, delectari* significat. ut Matth. 3. ἐν ᾧ εὐδόκησα, الذي سررت به *in quo bene mihi placui, acquievi, delectatus sum.*

Vers. 15. ܢܪܕܐ ܥܕܡܐ ܠܒܝܬ ܠܚܡ. Tremel. & Boder. in Paris. *descendamus usque in Bethlehem.* respexerunt Hebræorum יָרַד *descendit.* at ܢܪܕܐ est à ܪܕܐ רְדָא, quod *erudire, fluere, navigare, iter facere* significat. posterior significatio est hujus loci. laudo itaque Boder. in Reg. *proficiscamur usque in Bethlehem.* unde nomen ܡܪܕܝܐ ܕܝܘܡܐ ܚܕ *iter diei unius,* infra vers. 44. Sequitur hîc, *Et videamus verbum hoc quod factum est,* ὃ ὁ Κύριος ἐγνώρισεν ἡμῖν. Arabs prorsus concordat. Syrus pro ὃ habet ܐܝܟ ܕ, id est, ὡς, *sicut.* Vulgatus autem, *quod fecit Dominus & ostendit nobis. fecit &* non est in Græco. neque à Syro & Arabe agnoscitur.

Vers. 21. ܘܟܕ ܡܠܘ ܬܡܢܝܐ ܝܘܡܝܢ. Ita scribitur in omnibus editionibus Syriacis. nec videtur aliter quam intransitive verti posse, *& quum impleti essent octo dies,* καὶ ὅτε ἐπλήσθησαν ἡμέραι ὀκτώ. tamen ܡܠܘ in pael non nisi transitivè in aliis locis sumitur. nec alia significatione citatur à Ferrario. In Kal autem ܡܠܐ intransitivè & transitivè sumitur, pro *impleri* & *implere.* suspicor mendum hîc esse pro ܡܠܘ. nam & hic ipse locus citatur à Ferrario in ܡܠܐ pro *compleri,* de tempore.

Vers. 22. *Et quum impleti essent dies* τοῦ καθαρισμοῦ αὐτῆς. Consentiunt Vulgatus & Arabs. At Syrus legit αὐτῶν. nec mirum, quum plerosque codices & Originem ita legisse fateatur Cl. Beza. nec video cur errorem hîc statuerint viri docti. Etsi enim purificationis lex ad solam matrem expressè pertineret, dubitari tamen nequit quin & infans ea fuerit comprehensus. quum enim etiam qui immundum contrectaret, immundus haberetur, quamdiu immunda erat mater, erat & infans, qui in sinu ejus gestabatur, & lacte ejus alebatur. hinc factum, ut, sicut mater toto immunditiei suæ tempore, 40 scilicet diebus, si marem peperisset, à sacrario arcebatur, filius quoque primogenitus non nisi elapsis istis diebus tanquam Deo sacer sisteretur, eodem scilicet tempore quo purificationis munus offerebatur. Nec prætereunda sunt verba Mosis Lev. 12. vers. 6. וּבִמְלֹאת יְמֵי טָהֳרָהּ לְבֵן אוֹ לְבַת תָּבִיא כֶּבֶשׂ *& quum impleti sunt dies purificationis ejus pro filio aut filia, adferet agnum &c.* unde manifesto liquet, tempus purificationis respectum habuisse ad infantem, & pro ratione filii aut filiæ minus magisve fuisse dilatum. Quum ergo Servator quoque noster legi divinæ fuerit subjectus, nullum impietatis crimen est, si eum una cum matre sua ad quadragesimum usque diem juxta legem ceremonialem immundum fuisse habitum dicamus. quin & mirificè id nos impuros peccatores solatur.

Vers. 24. Καὶ τοῦ δοῦναι θυσίαν. Beza, *& ut darent oblationem.* Hebraicè inquit מנחה. non nego quin Lxx. interpretes τὸ מנחה plerumque vertant θυσίαν fatendum tamen, θυσίαν proprie esse זֶבַח vel טֶבַח, victimam quæ mactatur cum sanguinis effusione. Atque ita hoc loco accipiendum, liquet ex Levit. 12. v. 6. 8. ubi puerpera pro purificatione & expiatione sua jubetur offerre agnum agniculum לְעֹלָה *in holocaustum,* & pullum columbæ aut turturem לְחַטָּאת *in hostiam pro peccato.* Quod si pauperior fuerit, duos turtures, aut duos pullos columbarum, unum לעולה, alterum לחטאת. at vero מנחה neque עולה erat, neque חטאת, sed sacrificiorum appendix, ut & נסכים *libamina.* vide Num. 15. vers. 3, 4, 5. &c. Unde & מנחה admovebatur solum altari, ejusque odor adolebatur

batur in altari, sed ipsum מנחה altari non imponebatur. Lev. 2. 8. 9. 12. secus quam in sacrificiis fiebat. Melius ergo hoc loco Vulgatus, *& ut darent hostiam.* Syrus quoque, ܕܒܚܐ *sacrificium* vertit. Arabs simpliciter, ويقرب عنه *& offerretur pro eo.* observa *pro eo*, id est pro Christo. nam & vers. 22. quædam exemplaria legunt τȣ̃ καθαρισμȣ̃ αὐτȣ̃. ut ex codice apud Eustathium Vignon edito anno 1587, cui notæ Clar. Casauboni in fine sunt adjectæ, apparet.

VERS. 26. Καὶ ἦν αὐτῷ κεχρηματισμένον ὑπὸ τȣ̃ πνεύματος ἁγίȣ. Beza, *fueratque ipsi divinitus nunciatum à Spiritu Sancto.* non videtur hic *divinitus* admodum necessarium, quia additur, à Spiritu Sancto. Vulgatus, *& responsum acceperat à Spiritu Sancto.* ubi *responsum* non est, quod datur interroganti, sed simpliciter *dictum*, *compellatio*, *indicatio*, ut apud Hebræos מענה. Syrus, ܘܐܡܝܪ ܗܘܐ ܠܗ *& dictum erat illi.* Arabs, وكان قد اوحي اليه *& indicatum fuerat ei.* Simplicius id est, & non rejiciendum. Hesychius, χρηματίζει, ἀποκρίνεται, λέγει, *respondet*, *dicit.* Unde Vulgatus, Hebr. 12. v. 25. τὸν ἐπὶ τῆς γῆς χρηματίζοντα, vertit, *eum qui super terram loquebatur.* Beza, *divinitus admonentem in terra.* Syrus, ܡܢ ܕܡܡܠܠ ܗܘܐ ܥܡܗܘܢ ܥܠ ܐܪܥܐ *qui loquebatur cum ipsis in terra.*

VERS. 27. Κατὰ τὸ εἰθισμένον τȣ̃ νόμȣ. Vulgatus, *secundum consuetudinem legis.* Beza, *quod lege consuetum erat.* verto, *secundum ritum vel statutum legis.* est enim quod Hebræi dicunt כמשפט התורה, *secundum jus*, *requisitum*, *ordinationem*, *morem legis.* hæc enim omnia משפט significat. Lxx. vertunt κρίμα, δικαίωμα, ἐντολή, πρόσταγμα, διάταξις, ἐθισμός, quod idem est quod τὸ εἰθισμένον. hæc omnia in Hellenismo sunt synonyma, quia in una dictione משפט continentur. Ita 2 Macch. 4. 11. dicitur de Antiocho Epiphane, quod παρανόμȣς ἐθισμȣς ἐκαίνισεν, *illegitimos ritus* (seu constitutiones, statuta, ordinationes) *de novo instituerit.* Rectè ergo hoc loco Syrus, ܐܝܟ ܕܦܩܝܕ ܒܢܡܘܣܐ *sicut præceptum est in lege.* Et Arabs, كما يجب في الناموس *sicut convenit in lege.* Rectè dicit Suidas, νόμον esse ἔθ@ ἔγγραφον. quum igitur ἔθ@ sive εἰθισμένον jungitur cum lege, intelligitur hoc ipsum quod lege præscriptum est.

VERS. 29. ܡܟܝܠ ܫܪܐ ܐܢܬ *deinceps dimitte.* ܫܪܐ Imperativus est. consentiuntque in eo editiones. sed insolens est, nisi nos memoria fallat, subjici ei pronomen secundæ personæ. eo ipso enim quod Imperativus est, secundæ personæ esse intelligitur. Legendum fortasse ܫܪܐ ܐܢܬ *dimittis.* ibi jam pronomen necessarium est. & convenit cum Græco ἀπολύεις. Sed non urgeo id. quia & Arabs in Imperativo habet اطلق *dimitte.* Moneo interim Syriasmi studiosos, ut, an alibi Imperativum cum expresso pronomine secundæ personæ inventuri sint, observent. hactenus enim accuratè id observare in mentem non venit. Quod autem Clar. Beza tradit, posse hîc Imperativum pro Indicativo præteriti usurpatum dici, idque in hoc idiomate interdum accidere, hactenus non didicimus, nec facile admittimus. præteritum pro Imperativo usurpari, præsertim in verbo ܗܘܐ, docemus Grammat. nostræ pag. 179. sed vice versa id fieri, nondum scimus.

VERS. 30. *Quia viderunt oculi mei* τὸ σωτήριόν σȣ. Vulgatus, *salutare tuum.* Arabs, خلاصك *salutem tuam*, ut & Beza. Est Hebræorum יֵשַׁע, יְשׁוּעָה & תְּשׁוּעָה, quæ Lxx. nunc σωτηρίαν, nunc σωτήριον transferunt. miror hoc loco Syrum, qui pro eo habet ܚܢܢܟ. Tremel. *gratiosum tuum.* Boder. *misericordem tuum.* ambo hallucinati, quod ܚܢܢܐ per concretam vocem reddiderint, quum sit abstracta. *gratiam* significat, vel potius *misericordiam*, *miserationem.* per totum enim, ni fallor, N. T. pro ἔλε@ ponitur. nescio cur hoc loco σωτήριον per id reddiderit. Invenio tamen & apud Lxx. interpretes יֶשַׁע redditum per ἔλε@, Esa. 45. 8. תִּפְתַּח אֶרֶץ וְיִפְרוּ־יֶשַׁע, ἀνατειλάτω ἡ γῆ ϗ βλαςησάτω ἔλε@. quia nempe ex Dei misericordia salus fluit, illamque hæc necessario sequitur. Tamen Lucæ 3. v. 6. τὸ σωτήριον vertit per ܚܝܐ. Act. 28. 28. & Eph. 6. 17. per ܦܘܪܩܢܐ.

VERS. 32. Φῶς εἰς ἀποκάλυψιν ἐθνῶν. Beza, *lumen patefaciendum gentibus.* ἀποκάλυψιν passivè accepit, pro re revelanda & apparitura. ut & Arabs, نورا استعلن للامم *lumen quod apparuit gentibus.* Malim activè sumere pro re revelationem & illuminationem datura. ut Eph.

1. 17. πνεῦμα σοφίας καὶ ἀποκαλύψεως est Spiritus sapientiam & revelationem sive illuminationem conferens. Ita hoc loco φῶς εἰς ἀποκάλυψιν ἐθνῶν, lux ad dandam revelationem & illuminationem gentibus. Sic intelligo Syrum, ܠܓܠܝܢܐ ܕܥܡ̈ܡܐ *ad revelationem gentium*, quomodo & Vulgatus transtulit.

VERS. 33. Καὶ ἦν Ἰωσὴφ καὶ ἡ μήτηρ αὐτοῦ θαυμάζοντες. Ita legi in vetustis codicibus omnibus, testatur Cl. Beza. consentiunt Syrus & Arabs. sic in vetere suo libro legit Camerarius. In reliquis tamen habebatur, καὶ ἦν ὁ πατὴρ &c. quam lectionem Vulgatus secutus est, ut & Erasmus; cujus hîc videantur notæ.

VERS. 35. *Et tuam ipsius animam pertransibit* ῥομφαία, Vulg. & Beza *gladius*. Syrus, ܪܘܡܚܐ, & eadem voce Arabs, رمح, *hasta* vel *lancea*. est Hebræorum רֹמַח, quod David de Pomis vertit חנית כידון, *hasta*, *lancea*. Sed addit, quosdam *pugionem*, *gladiolum* interpretari. Lxx. sane δόρυ *hastam*, λόγχην *lanceam*, σειρομάστην *pugionem* interpretantur. Utrumvis sumas, sive gladium, sive hastam, convenit cum ῥομφαία. nam & hac voce Lxx. utuntur pro חנית *hasta*. 1 Par. 11. 11. Psal. 35. 3. sed sæpius pro חרב *gladio*. Hesychius: Ῥομφαία, ἐράκιον, ἀμυντήριον, (lege, Θράκιον ἀμυντήριον, autore Cl. Dan. Heinsio) *Thracium tutamentum*, μάχαιρα, *machæra*, ξίφος, *gladius*, ἢ ἀκόντιον μακρὸν, *aut spiculum longum*. Quod ῥομφαίαν, Thraciam armaturam esse dicit, laudatur etiam à Gellio lib. 10. c. 25. *Romphæa, genus teli est Thracæ nationis*. quod me monuit idem Cl. Heinsius, quum hunc Hesychii locum felicissimè emendaret. atque addebat, ἀμυντήριον dici, quod eo ictus non inferrent modo, sed & exciperent, ac se tuerentur. Addo Glossar. vetus: Ῥομφαία, *framia*, *gladius*. Quid framia, vel ut alii, framea sit, ex Tacito de Germ. optimè intelliges: *Rari*, inquit, *gladiis aut majoribus lanceis utuntur: hastas, vel ipsorum vocabulo frameas, gerunt angusto & brevi ferro, sed ita acri & ad usum habili, ut eodem telo, prout ratio poscit, vel cominus vel eminus pugnent: & eques quidem scuto frameaque contentus est.*

VERS. 38. Ἀνθωμολογεῖτο τῷ Κυρίῳ. Vulgatus, *Confitebatur Domino*. Sic Syrus, ܐܘܕܝܬ *confessa est*. Arabs, معترفة *confitens*. Erasmus tamen negat esse simpliciter confiteri, sed confessione respondere. quam sententiam secutus Beza vertit, *vicissim confitebatur*. statuerunt id, ut vim præpositionis ἀντὶ quodammodo exprimerent. Sed is non est hujus vocis usus apud Hellenistas, qui hîc præcipue spectandus. Lxx. interpret. enim pro הוֹדָה simpliciter utuntur. ut Psal. 79. vers. 14. נוֹדֶה לְּךָ לְעוֹלָם, ἀνθομολογησόμεθά σοι εἰς τὸν αἰῶνα: quem locum Suidas explicans, dicit esse τοῦ εὐχαριστήσομεν. & sensum esse, ὑπὲρ τῆς εὐεργεσίας ὁμολογοῦμεν χάριτας. Sic Esd. 3. vers. 11. וַיַּעֲנוּ בְּהַלֵּל וּבְהוֹדוֹת לַיהוָה, καὶ ἀπεκρίθησαν ἐν αἴνῳ καὶ ἀνθομολογήσει. Adde, 3 Esd. 8. vers. 93. Προσευχόμενος Ἔσδρας ἀνθωμολογεῖτο κλαίων, *precans Esdras confitebatur flens*. Sirach 20. 2. ὁ ἀνθομολογούμενος, ἀπὸ ἐλαττώσεως κωλυθήσεται. *qui confitetur* (scilicet peccatum) *à damno prohibebitur*. Sirach 17. 21. Ὑψίστῳ τίς αἰνέσει ἐν ᾅδου, ἀντὶ ζώντων καὶ διδόντων ἀνθομολόγησιν; *Altissimum quis laudabit in inferno, loco viventium & eorum qui dant confessionem?* Et statim subjungit, Ἀπὸ νεκροῦ, ὡς μηδὲ ὄντος, ἀπόλλυται ἐξομολόγησις. *à mortuo, utpote qui non est, perit confessio*, id est gratiarum actio. vides idem esse ἀνθομολόγησιν & ἐξομολόγησιν. laudamus ergo Syrum & Vulgatum. Sequitur in eodem versu, *qui exspectabant redemtionem* ἐν Ἱερουσαλήμ. Syrus legit, τῆς Ἱερουσαλήμ. Arabs, τοῦ Ἰσραήλ. Veteris interpretis editiones hîc variant. Camerarius ait, in libris Latinis esse, *Redemtionem Israel*. nec aliter legit Lucas Brugensis. sic habet editio Roberti Stephani ann. 1545. At in margine annotatur alia lectio, *Redemtionem Jerusalem*. sic Hieronymus legit. atque ita vetustissimos habere codices, testatur Erasmus, qui addit, divum quoque Irenæum ita legisse. Item Augustinum de consensu Euangelistarum libro secundo capit. 5. nec aliter legisse Bedam. In ea autem editione quam Beza cum notis suis majoribus edidit ann. 1589. legitur, *in Jerusalem*.

VERS. 42. *Ascendentibus illis Hierosolymam* κατὰ τὸ ἔθος τῆς ἑορτῆς, *secundum consuetudinem festi*. Syrus, ܣܠܩܘ ܗܘܘ ܐܝܟ ܕܥܝܕܝܢ ܗܘܘ ܠܥܐܕܐ, *ascenderunt, sicut soliti erant, ad festum*. non legit εἰς Ἱεροσόλυμα. Sed pro τῆς ἑορτῆς legit εἰς τὴν ἑορτήν. Arabs, صعدوا الى يروشليم الى العيد كالعادة, *iverunt Hierosolymam ad festum secundum consuetudinem*.

VERS. 43. ܘܟܕ ܫܠܡܘ ܝܘ̈ܡܬܐ. Tremel. & Boder. *Et cum impleti essent dies*.

verte,

verte, & *quum implevissent dies.* καὶ πληρωσάντων τὰς ἡμέρας.

Vers. 44. ܣܒܪܝܢ ܗܘܘ ܓܝܪ ܕܥܡ ܒܢܝ ܠܘܝܬܗܘܢ ܗܘ Tremel. *Existimabant enim quod cum comitibus eorum esset.* Boderianus, *quod cum filiis societatis ipsorum esset.* Si Hebraicam vocis significationem sequi velimus, ad verbum erit, *quod cum filiis adhæsionis eorum esset.* id est, cum iis qui itinere ipsis adhærebant. נִלְוָה enim est *adhærere.* לִוְיָה *adhæsio.* at apud Syros, ܠܘܐ est *comitari, deducere.* ut Actor. 20. vers. 38. ܘܡܠܘܝܢ ܗܘܘ ܠܗ ܥܕܡܐ ܠܐܠܦܐ *& deduxerunt* (vel *comitati sunt eum*) *usque ad navim.* hinc ܠܘܝܬܐ *comitatus*, apud Ferrarium. propriè ergo sonat, *cum filiis comitatus eorum.* Arabs, مع السايرين في الطريق *cum ambulantibus in via.* ambo, ἐν τῇ συνοδίᾳ acceperunt pro *in comitatu.* Sicut quoque Beza & Vulgatus. At dissimulandum non est quod me nuper docuit (nunquam enim ad eum virum accedo, quin semper abeam doctior) Nobil. & Clar. Heinsius, συνοδίαν apud Hellenistas esse Hebræorum יַחַשׂ *familia, cognatio.* quia id apud gentem eam moris erat, ut qui ejusdem familiæ ac sanguinis essent simul iter facerent. Liquet id ex Nehem. 7. 5. ubi quum Nehemias dicit se coëgisse populum לְהִתְיַחֵשׂ *ut per familias recenseretur*, Lxx. habent, συνῆξα τὸν λαὸν εἰς συνοδίας. quumque dicit se invenisse סֵפֶר הַיַּחַשׂ *librum genealogiarum*, Lxx. habent βιβλίον τῆς συνοδίας. vide & vs. 64. Ex hac interpretatione sensus erit, *existimabant enim eum in cognatione esse.* quod optimè convenit cum sequentibus, καὶ ἀνεζήτουν αὐτὸν ἐν τοῖς συγγενέσι καὶ ἐν τοῖς γνωστοῖς. Quæ Syrus vertit, *quæsiverunt eum* ܠܘܬ ܐܢܫܝܗܘܢ *apud homines suos*, ܘܠܘܬ ܡܢ ܕܝܕܥ ܗܘܐ ܠܗܘܢ. sic habent editiones Vienn. & Cothen. & verto, *& apud unumquemque qui noscebat ipsos.* At in Regiis scribitur ܕܝܕܝܥ. ubi secundum Jud procul dubio vitiosum est. nam punctum supra Jud, & ܪ supra Dolath Benoni, denotant, quod punctandum est ܕܝܳܕܰܥ. Si autem posterius Jud rectum est, vitiosa sunt punctum supra prius Jud, & ܪ supra Dolath. erit enim Piel. quod punctandum est ܕܝܰܕܺܝܥ. quam formam secuti Tremel. & Boder. verterunt, *& apud quemque qui notus esset eis.* Porro, ܠܘܬ ܐܢܫܝܗܘܢ *apud homines suos*, ponitur pro ἐν τοῖς συγγενέσι. at supra vers. 41. ܐܢܫܘܗܝ *homines ejus*, pro οἱ γονεῖς αὐτοῦ. nam אנשין cum affixo significat omnes qui sive proxima sive remotiori cognatione, sive singulari amicitia cum aliquo sunt conjuncti. ut in מבחר הפנינים, id est, libro selectarum Gemmarum, מצאתי הענוה שהוא עוזרת מכל אנשי: *inveni humilitatem, quod ea juvet me magis quam omnes homines mei*, id est, omnes cognati & amici mei.

Vers. 49. Οὐκ ᾔδειτε ὅτι ἐν τοῖς τοῦ πατρός μου δεῖ εἶναί με; Syrus, ܠܐ ܝܕܥܝܢ ܐܢܬܘܢ ܕܒܒܝܬ ܐܒܝ ܘܠܐ ܠܝ ܕܐܗܘܐ *nescitis vos quod in domo patris mei oportet me esse?* Observetur Syrum per τοῖς τοῦ πατρός non intellexisse negocia patris, sed domum patris, id est, templum. De quo videatur erudita dissertatio Nicolai Fulleri Miscell. Sacr. lib. 4. cap. 17. Arabis interpretatio ambigua est, ينبغي ان اكون في الذي لابي *necesse est ut sim in eo quod patris mei est.*

Cap. III.

Vers. 2. Ἐπ' ἀρχιερέων Ἄννα καὶ Καϊάφα. non quod simul ambo Pontificatum eodem tempore administrarent, sed quod per vices annuatim. Nam Joan. 11. 49. Caiphas dicitur pontifex illius anni. At Actor. 4. 6. Annas dicitur ἀρχιερεὺς, eique postponitur Kaiphas. In initio Gemaræ codicis Joma, ratio redditur cur לשכת בלווטי *conclave* βουλευτῶν dictum fuerit לשכת פרהדרין *conclave* προέδρων: Quia posterioribus temporibus, cum pecunia redimerent summum sacerdotium, id quandoque annuum faciebant, ut singulis annis novi sacerdotes crearentur. citante id Cl. Constant. L'Empereur Middoth p. 179. qui & ex 2 Macchab. 4. rectè docet, jam pridem ante cœptum fuisse Pontificatum pecunia redimi. Jason enim pulso fratre Onia, deinde Menelaus pulso Jasone Pontificatum ab Antiocho Epiphane muneribus impetrarunt. vide & alia quæ ibi à doctiss. viro adduntur. Sequitur in eodem versu, *factum est verbum Domini* ἐπὶ Ἰωάννην,

Syrus, ܥܠ ܝܘܚܢܢ. Beza Græcum, Tremel. & Boder. Syrum exponunt, *ad Joannem*, πρὸς Ἰωάννην. malim & Græcum cum Vulgato, & Syrum interpretari *super Joannem*, ad indicandum, desuper verbum Dei ad eum factum, eique quasi incubuisse. quod emphaticè admodum expressit Arabs, حلت كلمة الله على يوحنا *descendit* (vel *resedit*. utrumque enim حل significat) *verbum Dei super Joannem*. Fateor tamen, phrasim hanc, היה דבר יי על הנביא, non facile in Vet. Test. reperiri, sed semper אל הנביא, quod Lxx. ubique reddunt per πρὸς. Invenio tamen Jerem. I. v. I. Τὸ ῥῆμα τȣ̃ Θεȣ̃ ὃ ἐγένετο ἐπὶ Ἱερεμίαν τὸν προφήτην. ubi an ἐπὶ pro על *super*, an pro אל *ad* positum sit, incertum. quia aut aliter legerunt Lxx. aut paraphrasticè reddiderunt quod in Hebræo est דִּבְרֵי יִרְמְיָהוּ *verba Jeremiæ*, à qua lectione nec Vulgatus nec Jonathan recedunt.

V E R S. 4. Εὐθείας ποιεῖτε τὰς τρίβους αὐτȣ̃. Vulgatus & Arabs, consentiunt. Syrus, ܘܬܪܨܘ ܒܦܩܥܬܐ ܫܒܝܠܐ ܠܐܠܗܢ *& rectificate in planitie semitas Deo nostro*, textum Prophetæ transtulit, יַשְּׁרוּ בָּעֲרָבָה מְסִלָּה לֵאלֹהֵינוּ. Observetur obiter vox Syriaca; ܦܩܥܬܐ, *planities*, *vallis*, בִּקְעָה Hebræorum est, permutatis literis labialibus ב & פ. radicem dat Ferrarius, ܦܩܥ *scissus est*, ab Hebræorum בָּקַע *scidit*. inde planities dicitur, quasi vallis inter discissos montes.

V E R S. 5. ܘܢܗܘܐ ܥܪܡܬܐ ܠܦܫܝܛܬܐ. Tremellius, *& erit tumulus in humilem locum*. Boderianus, *& erit tumulus humilis*. In Græco est, καὶ ἔσαι τὰ σκολιὰ εἰς εὐθεῖαν. Itaque vertere malo Syriaca, *& erit tortuosum in rectum*, sive *æquale*. Nam quod attinet ad primam vocem ܥܪܡܬܐ, docti illi viri secuti sunt Hebraicam significationem vocis עֲרֵמָה *acervus*. At D. Masius in Peculio Syro docet, ܥܪܡܬܐ apud Bar Cepha poni pro *inviis & inexplicabilibus locis*. unde procul dubio apud Hebræos עָרוּם significat *callidum*, *versutum*, qui cor habet tortuosum & sinibus inexplicabilibus. Itaque ܥܪܡܬܐ verè est τὸ σκολιόν. Quod attinet ad alteram vocem ܦܫܝܛܐ, nescio cur eam *humilem* verterint, nisi quia præcedentem verterant *tumulum*. Syrus posuit pro Græco εὐθεῖαν. Masius docet, verbum ܦܫܛ esse *polire*, *levigare*. Et David de Pomis in Dictionario suo tradit apud Rabbinos שְׁפָה esse קלקל *levigavit*. Et שפוי esse שוה *æquale*. Hinc etiam emenda translationem vers. 15. c. 8. Lucæ, ܐܝܠܝܢ ܕܒܠܒܐ ܦܫܝܛܐ ܘܛܒܐ ܫܡܥܝܢ ܡܠܬܐ. verterunt, *qui corde humili & bono audiunt sermonem*. in Græco est, οἵτινες ἐν καρδίᾳ καλῇ καὶ ἀγαθῇ ἀκȣ́σαντες τὸν λόγον. Syrus memorat cor rectum, quasi politum, lævigatum, ac æquale redditum, sive purum & γνήσιον. id enim ܦܫܝܛ (lege ܦܫܛ. nam Emphaticum ܦܫܝܛܐ est à simplici ܦܫܛ) quoque significare, docet Masius in Peculio. optimè ergo expressit καρδίαν καλὴν. Apud Arabes, شفا est *sanare*, *in integrum restituere*. ex qua significatione ܠܒܐ ܦܫܝܛܐ esset *cor sanum*, *integrum & benè constitutum*. A mira Grammaticæ suæ pag. 446. vertit verba Lucæ cap. 3. *Et erit aspretum in mundum*. Addo Ferrarium, qui ܥܪܡܬܐ vertit quoque *aspretum*. ac citat locum Esa. 40. 4. qui idem est quem hîc producit Lucas. at ibi adhibetur à Syro pro Hebr. עָקֹב *perversum*, *tortuosum*. dixit enim Propheta, וְהָיָה הֶעָקֹב לְמִישׁוֹר. deinde ܦܫܝܛܐ vertit, *purus*, *sincerus*, *planus*. quod bene explicat τὸ מִישׁוֹר apud Proph. & τὸ εὐθεῖαν apud Lucam. addit; ܦܫܛ *æquavit*, *complanavit*. ܦܫܝܛܐ planities. ܦܫܝܛܘܬܐ *puritas*, *sinceritas*, *planities*. videntur esse ab Hebr. שָׁוָה permutatis literis affinibus Vaü & Pe.

V E R S. 14. ܠܐܢܫ ܠܐ ܬܥܫܩܘܢ. Tremel. *ne contra quenquam insolescatis*. sic & Boder. in Paris. At in Reg. *neminem concusseritis*. μηδένα διασείσητε, dixit Lucas. Ferrarius: ܥܫܩ *contendit*, *incommodavit*, *ægrè fecit alicui*, *vexavit*. Masius, *vexare*, *negocium facessere*, *molestum esse*. Arabs, لا تعنتوا احدا *ne molestiam exhibeatis cuipiam*. Sequitur in eodem versu, ܘܠܐ ܬܛܠܡܘܢ ܐܢܫ.

Bo-

Boder. in Reg. *& ne quemquam calumniemini.* At in Parif. ut & Tremel. *& ne quemquam opprimatis.* non occurrit verbum ܬܛܠܡܘܢ alibi in N. T. nec reperio apud Ferrarium, aut in Lex. Syr. Arab. fed quia vox Hebræa eft, vera ejus interpretatio inde peti poteft. R. D. K. in lib. Rad. ad locum Levit. 19. לֹא תַעֲשֹׁק אֶת רֵעֲךָ וְלֹא תִגְזוֹל, negat ibi idem repeti. ac memoratu digna funt ejus verba, quibus difcrimen oftendit: פירוש לא תעשוק את רעך אם בא ממון רעך לידך בפקדון או בהלואה או נתחייבת לו שכרו כשישאלנו ממך לא תכבוש הממון ותאמר לא אחזירנו לך ופירוש ולא תגזול שחוטף ממנו או לוקח ממונו בחזקה: Id eft, *quum dicit* לא תעשוק את רעך, *fenfus eft, fi venerint bona proximi tui in manus tuas per depofitum aut per commodatum, aut debeas ipfi mercedem fuam, quum petet illa à te, ne detineas bona, nec dicas, non reddam ea tibi. At quum dicit,* לא תגזול, *fenfus eft de eo qui rapit ab eo aut capit bona ejus vi.* עשק ergo ad fraudem pertinet. גזל ad vim. ficut & Levit. 5. אוֹ בְגָזֵל אוֹ עָשַׁק אֶת עֲמִיתוֹ. optime ergo Syrus, διασείειν expofuit per ܬܐܢܣܘܢ. συκοφαντεῖν vero per ܬܛܠܡܘܢ. illud ad vim, hoc ad fraudem pertinet. verterem ergo, *ne fraudetis*, vel *opprimatis fraude quemquam.*

Vers. 15. ܟܕ ܕܝܢ ܡܣܟܐ ܗܘܐ ܥܡܐ ܥܠ ܝܘܚܢܢ ܘܟܠܗܘܢ ܡܬܚܫܒܝܢ ܗܘܘ ܒܠܒܗܘܢ ܕܕܠܡܐ ܗܘܝܘ ܡܫܝܚܐ: Tremel. *Quum autem fpes poneret populus in Juchanan, & omnes cogitarent in cordibus fuis quod forte ipfe effet Chriftus.* Boder. *Quum autem exfpectaret populus de Juchanon* &c. reliqua enim conveniunt. ܐܣܟܝ in Aphel ufurpatur primo pro δοκεῖν & οἴεσθαι, *putare.* 2 Cor. 11. 16. Joan. 16. 2. Jac. 1. 7. fecundò tranfitivè pro *facere, putare.* Luc. 24. 28. quas duas fignificationes habet Ferrarius, adeo ut fecundum cum hîc vertendum effet, *quum autem putaret populus de Joanne, & cogitarent* &c. Sic Vulg. *exiftimante autem populo.* Sed tertio ponitur etiam pro ἐλπίζειν, *fperare.* Luc. 23. 8. & hoc loco pro προσδοκᾶν. ut alias in Pael. adeo ut rectè Boder. *quum autem exfpectaret*, vel *fperaret populus de Ioanne.* quod autem ܕܕܠܡܐ verterint, *quòd forfan*, non rectè factum. nam primo ܕ poft dicendi & cogitandi verba pleonafticum eft, faciens folummodo narrationis initium, quando, quod dictum aut cogitatum fuit, referri incipit. ut Matth. 22. v. 44. cum narratur ex Pf. 110. ܕܐܡܪ ܡܪܝܐ ܠܡܪܝ ܕܬܒ ܠܟ *Dixit Dominus domino meo, Sede tibi* &c. bis ibi ܕ pleonafticum. deinde ܕܠܡܐ nunquam fignificat abfolutè *forfan*, fed idem eft quod Græcum μήποτε, & primo fignificat *numquid, num forte.* deinde, *ne, ne forte.* femel reperi pro εἴπω, *fi forte.* Rom. 11. 14. vertendum ergo, *num forte hic effet Meffias.* μήποτε αὐτὸς εἴη ὁ Χριστός.

Vers. 16. *Refpondit Joannes* ἅπασι, *omnibus.* Confentiunt Vulgatus & Arabs. Syrus, ܠܟܠܗܘܢ, αὐτοῖς pro ἅπασι. Deinde, ἔρχεται δὲ ὁ ἰσχυρότερός μου. Solus Syrus, ἔρχεται ὀπίσω μου.

Vers. 19. Ἐλεγχόμενος ὑπ' αὐτοῦ. Syrus & Arabs loco pronominis, exprimunt nomen Joannis.

Vers. 22. Σωματικῷ εἴδει, ὡσεὶ περιστεράν. Syrus & Arabs, *fimilitudine corporis columbæ.*

Vers. 23. Καὶ αὐτὸς ἦν ὁ Ἰησοῦς ὡσεὶ ἐτῶν τριάκοντα ἀρχόμενος, ὢν (ὡς ἐνομίζετο) υἱὸς Ἰωσήφ. Perfuadent rationes Clar. Jofephi Scal. lib. 3. Can. Ifag. conjungenda effe, ἦν ἀρχόμενος ὤν, ac vertenda, *incipiebat effe.* Inde colligit, non incepiffe tum Chriftum annum trigefimum, fed compleviffe. nam revera aliud eft incipere annum trigefimum, aliud incipere effe annorum triginta. prius dicitur de eo qui init, alterum de eo qui nuper complevit. effe enim annorum triginta dicitur, qui tamdiu natus trigefimum abfolvit. incepit effe, qui nuper abfolvit. Quia autem particula ὡσεὶ completionem negare videtur, refpondet lib. 6. de Emend. temp. ὡσεὶ, ad modum Hebraici Caph fervilis, fæpe affirmanter ufurpari, de re de qua minime dubitari debeat. ut Joan. 1. δόξαν ὡς μονογενοῦς: ubi μονογενῆ affirmanter vocat. Cum venia doctiff. viri dicam, non tam videri in dicto loco Joannis particulam ὡς affirmare, quam proportionem defignare inter perfonam unigeniti filii Dei, & gloriam ipfi convenientem. δόξα ὡς μονογενοῦς eft talis gloria, qualis perfonæ filii Dei unigeniti quadrat. Deinde, non tam latè patet ὡσεὶ atque ὡς: ut quamvis ὡς ad modum Caph inter-

terdum affirmaret, non tamen idem ὡσεὶ faceret. Usus certe docuit, quum ὡσεὶ numero jungitur, denotare *circiter*, *quasi*. ut Matth. 14. 21. ἄνδρες ὡσεὶ πεντακισχίλιοι, *viri circiter quinquies. mille*. Joan. 19. v. 14. ὥρα ὡσεὶ ἕκτη, *hora quasi sexta*. ita hîc, ὡσεὶ ἐτῶν τριάκοντα. Vulgatus & Beza rectè, *quasi annorum triginta*. ut & Syrus, ܐܝܟ ܒܪ ܫܢ̈ܝܢ ܬܠܬܝܢ, *quasi filius annorum triginta*. & pro ἦν ἀρχόμενος ὢν, habet simpliciter, ܐܝܬܘܗܝ ܗܘܐ *erat*. quod non sperno. nam verbum ἄρχομαι alteri verbo junctum sæpe πλεονάζει, nec aliud significat quam id ipsum quod per sequens verbum dicitur. ut supra vers. 8. μὴ ἄρξησθε λέγειν; *ne incipite dicere*, id est, ne dicite. antiqua enim erat jactantia, se patre natos esse Abrahamo, eoque nomine omnibus anteire. quamobrem nihil attinebat monere, ne inciperent dicere, quod jam diu dixerant. Sed sensus est, Nolite dicere. Sic Act. 1. 1. *Primum librum fecimus de omnibus quæ cœpit Jesus facere & docere*. nec tamen Euangelium Lucæ initium solum factorum & dictorum Christi continet, sed plenam historiam. sensus ergo est, *quæ fecit Jesus & docuit*. Ita hoc loco, ἦν ἀρχόμενος ὢν, sive, ἤρχετο ὢν, *incipiebat esse*, id est simpliciter, *erat autem ipse Jesus quasi annorum triginta*. quod neque ad inchoatum annum trigesimum, neque ad completum, sed ad fere completum referendum. nec quicquam turbat chronologiam, quam Cl. Scaliger instituit. nam inter nuper completum & fere completum pauci tantum dies intersunt.

Vers. 24. Syrus, ܡܛܬ, מַטְּתַת. Arabs, مطيت מטית. At vers. 29. Arabs, مطات, מטאת. Syrus, ܡܛܝܬܐ, מַתִיתָא. Ibid. Ἰαννά. Syrus, ܝܐܢܝ, יַאנִי. Arabs, يونا, יונא. Sicut Matth. 16. 17. qui βὰρ Ἰωνᾶ dicitur, βὰρ Ἰωαννᾶ in quibusdam exemplaribus dicitur. idem enim est Jona, Janna, & Joanna.

Vers. 25. Ματταθίου. Syrus, ܡܛܬܐ, מַתְּתַא. similiter vers. seq.

Vers. 26. Σεμεΐ. Syrus, ܫܡܥܝ, שַׁמְעִי. Arabs, سيمان סימאן.

Vers. 27. Ἰωαννά. Syrus, ܝܘܚܢܢ, יוֹחָנָן, id est, *Joannes*. pro quo Arabs & hîc & alibi semper habet يوحنا, יוחנא, Ἰωαννά. Idem ergo sunt Ἰωνά, Ἰαωαννά, Ἰαννά, Ἰωάννης.

Vers. 28. Ἐλμωδάμ. Arabs, الماضان, אלמאצאן *Elmadan*. Syrus, ܐܠܡܘܕܕ, *Elmodad*. Ibid. Ἤρ. Syrus, ܥܝܪ, עיר. Arabs, ايل, איל. mutato Ain in Aleph, & Resch in Lamed. quorum neutrum insolens.

Vers. 29. Ἐλιέζερ. Syrus, ܐܠܝܥܙܪ, Ἐλιάζαρ. ut & Arabs, اليعازر, אליעאזר. Ibidem, Ἰωρείμ. Syrus, ܝܘܪܝܡ, ut & Arabs, يورام Ἰωράμ. Id latinè sonat, inquit Drusius in Præter. *Dominus altus*. fateor, si prima litera Jod denotat יהוה *Dominus*. at id plane est insolens. יורם est, *exaltabitur*. ut יָרִים, quod ex Syriaca pronunciatione legitur Ἰωρείμ, *exaltabit*.

Vers. 30. Ἰωνάν. Sic Arabs, يونان, יונאן, Vulgatus, *Jona*. Beza. *Jonam*. ut & Syrus, ܝܘܢܡ, יוֹנָם. facile Nun & Mem permutantur. ut חֶצְרוֹן, Ἐσρώμ, infra vers. 33.

Vers. 31. Μελεᾶ. Sic fere Syrus & Arabs, מליא. At Vulg. *Melcha*. Deinde Μαϊνάν. Sic Arabs, مينان, מינאן. At Syrus, ܡܐܢܝ, מַאנִי. Vulgatus *Menna*.

Vers. 33. Τοῦ Ἀράμ, τοῦ Ἐσρώμ. Vulgatus & Syrus consentiunt. At Arabs inter Aram & Esrom ponit يورام *Joram*. Hunc historia sacra hoc loco prorsus ignorat. Nam Ruth. 4. 19. חֶצְרוֹן הוֹלִיד אֶת רָם, *Esrom genuit Ram*, qui hîc Aram dicitur. miror hîc Arabem dissentire, quandoquidem Matth. 1. 3. concordat.

Vers. 35. Ῥαγαῦ. Hebraicè est רְעוּ. inde fit Ῥαγαῦ, sicut ex רְעוּאֵל *Raguel*. Ex Græco autem fit Arabicum راعو, ראעו. Ex Hebræo Syriacum, ܐܪܥܘ, אַרְעוּ. nam ante literam initialem Schevatam præfigunt sæpe Aleph. ut pro יְדָא, אִידָא *manus*. pro שְׁתִּין, אֶשְׁתִּין *sexaginta*. &c. Sequitur τοῦ Φαλέκ. inde Arabs, فالق, פאלק. At Syr. per Gimel, ܦܠܓ, ut & Vulgat. *Phaleg*. Hebraicè enim est פֶּלֶג. at ג & ק, quippe literæ ejusdem organi, palati nempe, facile permutantur. ut דוֹאֵג Δωήκ, 1 Sam. 21. 7.

Vers. 36. Τοῦ Καϊνάν. Expunxit id in interpretatione sua Beza, quia Moses hunc non memorat

morat Gen. 11. 12. nec in vetustissimo suo codice id legebat. Quia tamen non modo reliqua omnia exemplaria, sed & Vulgatus, Syrus & Arabs id legerunt, & apud Lxx. interpretes dicto loco invenitur, relinquendum censeo, & alia ratione conciliationem instituendam. quod multi eruditorum tentarunt, & præ cæteris felicissime Cl. Franciscus Gomarus in libello de Genealogia Christi. Inexplicabile autem hactenus fuit, unde in dicto versu Gen. 11. 12. tantopere discrepent LXX. à textu Hebræo. Nam quum Arphaxad dicatur vixisse חָמֵשׁ וּשְׁלֹשִׁים שָׁנָה, *triginta quinque annos*, LXX. habent ἑκατὸν τριάκοντα πέντε ἔτη. Monemus id cum Samaritano Pentateucho convenire, ubi legimus, חמש ושלשים ומאת שנה. Ad quod addunt, καὶ ἐγέννησε τὸν Καϊνὰν, non est in Samaritano. est enim ibi שלח, ut in Hebræo. Magna autem in ætatibus patrum, non in isto tantum capite, sed & in quinto, discrepantia inter Hebræum, Samaritanum textum, & LXX, quam alias volente Deo (nisi alius nos antevertat) ostendemus. si quid inde forsan lucis ad tollendos scrupulos adferri queat.

Vers. 38. τοῦ Ἀδὰμ, τοῦ Θεοῦ. Beza, filii *Adam, qui fuit Dei*. nihil impedit, quo minus & ultimum τοῦ accipiatur pro τοῦ υἱοῦ, & vertatur *filii Dei*. quia tamen superiores dicti fuere filii per generationem, solus Adam per creationem, maluit Syrus τοῦ Θεοῦ vertere, ܕܡܢ ܐܠܗܐ, ut & Arabs, الذي من الله, *qui à Deo.*

Cap. IV.

Vers. 2. Ἡμέρας τεσσαράκοντα πειραζόμενος ὑπὸ τοῦ διαβόλου. Vulg. *Dies quadraginta, & tentabatur à Diabolo.* Syrus, ܕܢܬܢܣܐ *ut tentaretur.* ἡμέρας τεσσαράκοντα non construxerunt cum sequenti πειραζόμενος, sed cum antecedente ἤγετο in superiore versu. Deinde præsens πειραζόμενος, accepit Syrus in significatione futuri, quod ex Hebræorum, & præsertim Syrorum more frequens est in Hellenismo. ut sensus sit, *Ducebatur à spiritu in desertum, quadraginta diebus, tentandus à Diabolo.* non video cur spernatur. Beza, *quadraginta diebus tentante eum Diabolo.* An ergo XL. dies duravit Diaboli tentatio? è contra exactis demum diebus XL, aggressus est tentationem, cujus primam è fame Christi, quæ post XL. dies orta, occasionem cepit. Aptum magis videtur, si dicamus, describere Euangelistam, primò à quo actus fuerit in desertum? à spiritu. deinde, quamdiu? XL diebus. tertio quorsum? ut tentaretur. cui deinde ipsæ tentationes subjiciuntur. est ergo πειραζόμενος, quod Matthæus dixit πειρασθῆναι.

Vers. 8. Ὕπαγε ὀπίσω μου Σατανᾶ. Vulgatus, Syrus, ut & tres vetusti Bezæ codices, ejusque vetustissimus hæc non legerunt. Arabs legit.

Vers. 11. Καὶ ὅτι ἐπὶ χειρῶν ἀροῦσι. Syrus explicationis gratia habet, ܥܠ ܕܪ̈ܥܝܗܘܢ, *super brachia sua.* non enim parva manus intelligitur, sed magna, quæ ad cubitum se extendit, & brachium complectitur, estque verum gestandi pueri instrumentum.

Vers. 18. *Spiritus Domini est super me*, οὗ ἕνεκεν ἔχρισέ με. Vulgatus, *propter quòd.* Beza, *propterea quod unxit me.* At Syrus, ܡܛܠ ܗܢܐ, & Arabs, من اجل هذا *propter hoc.* sicut in Hebræo non est יַעַן אֲשֶׁר, sed יַעַן *propterea.* ubi & Lxx, οὗ εἵνεκεν. fortasse οὗ pro τούτου positum est. quod non esse inusitatum docuimus Matth. 26. 50. vel potius, οὗ ἕνεκεν est ad verbum *cujus rei gratia.* quod ad præcedentia relatum non significat *propterea quod*, sed *propterea.* ut si dicam, Tradidit se Christus pro suis in mortem, cujus rei gratia amat eos Pater. sensus est, propterea amat eos Pater. Ita hoc loco, *Spiritus Dei est super me, cujus rei gratia unxit me*, id est, propterea unxit me. Sensus est, quia Spiritu suo me donavit Deus, propterea unxit, id est, ordinavit, vocavit, instruxit me, & misit ad euangelizandum. certum hujus rei documentum est, quod Spiritus ejus sit super me. Sequitur, εὐαγγελίσασθαι πτωχοῖς ἀπέσταλκέ με, *ad euangelizandum pauperibus misit me.* Syrus hoc modo distinxit, ἔχρισέ με εὐαγγελίσασθαι πτωχοῖς, καὶ ἀπέσταλκέ με ἰάσασθαι τοὺς συντετριμμένους τὴν καρδίαν. id cum textu Hebræo convenit, qui sic habet, יַעַן מָשַׁח יְהוָה אֹתִי לְבַשֵּׂר עֲנָוִים שְׁלָחַנִי לַחֲבֹשׁ. ubi accentus Reviah super עֲנָוִים divellit ea à sequentibus, conjungit cum præcedentibus. In fine versus apud Syrum est, ܘܠܡܫܪܐ ܠܬܒܝܪ̈ܐ ܒܫܘܒܩܢܐ. sic habent omnes editiones. Tremellius tamen & Boderian. transtulerunt, *& ad dimittendum confractos in libertatem*, ac si scriptum esset ܘܠܡܫܪܐ, ܫܪܐ

à ܫܪܐ *misit*, quum sit à ܫܪܪ *confirmavit.* vertendum itaque, *& ad confirmandum confractos in remissione*, id est, *remissione* vel *per remissionem.* videtur explicare voluisse, quid sit ἀποστεῖλαι τεθραυσμένους ἐν ἀφέσει. Arabs habet, وارسل الي الموثقين بالاطلاق, versio Rom. *& mitterem vinctos in remissionem.* puto ad verbum verti, *& mitterem ad vinctos de dimissione*, id est, *vinctis dimissionem.* Quomodo autem factum fuerit, quod hic versus ab Hebræo nonnihil in fine discrepet, doctissimè pertractavit Cl. Beza.

Vers. 19. Κηρύξαι ἐνιαυτὸν Κυρίου δεκτόν. Syrus & Arabs videntur legisse δεκτὸν Κυρίῳ, *acceptum Domino.* In Hebræo est, לִקְרֹא שְׁנַת רָצוֹן לַיהוָה, *ad prædicandum annum beneplaciti Domini.* quæ tripliciter accipi possunt. vel, annum Domini beneplacentem: vel, annum beneplacentem Domino: vel, annum in quo רצון, beneplacitum sive εὐδοκία Domini palam profertur & publicatur. LXX. verterunt, ἐνιαυτὸν Κυρίου δεκτόν. Alii Κυρίῳ. Vulgatus hîc ex Hebræo addit, *& diem retributionis*, וְיוֹם נָקָם. quod in nullis Græcis codicibus reperit Beza. nec in Syro & Arabe (editionis certe Erpenianæ) legitur. Romana editio habet. fortassis ex Vulgato.

Vers. 21. *Hodie impleta est Scriptura hæc* ἐν τοῖς ὠσὶν ὑμῶν, *in auribus vestris.* At Syrus, ܕܒܐܕܢܝܟܘܢ ἡ ἐν τοῖς ὠσὶν ὑμῶν, *quæ est in auribus vestris*, id est, quam auditis. optimo sane & commodissimo sensu. nec inusitatum est Hebræis subintelligere אֲשֶׁר.

Vers. 23. *Fac etiam hîc* ἐν τῇ πατρίδι σου. Syrus, ܒܡܕܝܢܬܟ *in civitate tua.* neque hîc tantum, sed ubique Syrus πατρίδα vertit per *civitatem*, verum addito affixo *meam, tuam, suam.* existimavit enim, non intelligi in genere πατρίδα γαῖαν, ut loqui solet Homerus, sed πατρίδα πόλιν, ut ex Matth. 13. 54. & alibi apparet. Etiam Hebr. 11. 14. ἐμφανίζουσι ὅτι πατρίδα ἐπιζητοῦσι, Syrus, *ostendunt quod civitatem suam quærunt.* πατρὶς enim hîc est ista πόλις τοὺς θεμελίους ἔχουσα, cujus ibid. vers. 10. facta fuerat mentio.

Vers. 36. Τίς ὁ λόγος οὗτος, ὅτι ἐν ἐξουσίᾳ καὶ δυνάμει ἐπιτάσσει; Syrus ἐπιτάσσει non vertit masculino genere, ܗܢܘ, ad Christum referendo, sed fœminino, ܗܕܐ, ad ܡܠܬܐ *verbum.* quamobrem Tremel. vertit, *Quisnam est sermo iste, qui cum virtute & potestate præcipit?* ac si pro ὅτι Syrus legisset ὅς. nihil necesse est. legerit Syrus ὅτι, modo observetur quod monui, eum ἐπιτάσσει retulisse ad λόγος.

Vers. 39. ܘܟܐܐ ܒܐܫܬܗ *& objurgavit febrim ejus.* Tremel. & Boder. omiserunt affixum, quia in Græco non est, ut nec in Vulg. neque Arabe. Quod autem ad vers. 38. annotat Trem. ܒܐܫܬܐ ܪܒܬܐ ad verbum esse *igni magno*, sciendum, Syris ܐܫܬܐ non significare *ignem*, qui ܢܘܪܐ ipsis dicitur, sed *febrim*, ab Hebr. אֵשׁ *ignis* sic dictam, sicut πυρετὸς Græcis à πῦρ. fieri tamen potest, ut Syris *ignis* etiam dicatur ܐܫܬܐ, אֶשָּׁתָא, quod in Targum ea significatione est usitatum. differt tamen ab eo ܐܫܬܐ, אֶשָּׁתָא, quod *igneum morbum, febrim* significat.

Cap. V.

Vers. 1. Ἐγένετο δὲ ἐν τῷ τὸν ὄχλον ἐπικεῖσθαι αὐτῷ. Syrus & Arabs simpliciter, *Factum est autem quum turba congregaretur ad eum.* Sensum, non vim vocis expresserunt. Beza, *immineret ei.* Vulgatus, *quum turbæ irruerent in eum.* id non displicet. vel *inciderent in eum.* sicut Esth. 9. 3. נָפַל פַּחַד מָרְדֳּכַי עֲלֵיהֶם, *incidit pavor Mardochæi super eos*, LXX. φόβος Μαρδοχαίου ἐπέκειτο αὐτοῖς. Marci 3. 10. explicatur per ἐπιπίπτειν αὐτῷ. vel ἐπικεῖσθαι est *vim facere, violenter premere & urgere.* sicut Job. 21. v. 27. תַּחְמְסוּ עָלַי *vim facitis mihi*, LXX. ἐπίκεισθέ μοι. nec aliter capio Job. 19. 3. οὐκ αἰσχυνόμενοί με ἐπίκεισθέ μοι, *absque ulla mei reverentia vim facitis mihi.* In Hebræo est, לֹא תֵבֹשׁוּ תַּהְכְּרוּ־לִי. quo pertinet illud Actor. 27. v. 20. καὶ χειμῶνος οὐκ ὀλίγου ἐπικειμένου, *& tempestas non parva urgeret*, vim faceret in navim, adeo ut spes omnis abjiceretur.

Vers. 2. ܘܚܙܐ ܬܪܬܝܢ ܐܠܦܐ ܕܩܝܡܢ ܗܘܝ ܠܓܢܒ ܝܡܬܐ ܘܨܝܕܐ ܕܢܚܬܘ ܗܘܘ ܡܢܗܝܢ. Boder. utraque versione, *& vidit duas naves stantes super crepidinem maris, & piscatores qui descenderant ex iis.* quia nempe in Græco est, οἱ δὲ ἁλιεῖς

κλιεῖς ἀποβάντες ἀπ' αὐτῶν, ἀπέπλυναν τὰ δίκτυα. at contra ܣܠܩ Syris est *ascendere*. unde Tremel. *qui ascenderant ex iis*. ego verto, *qui ascenderant ab iis*. non intellexit Boderianus, quo sensu piscatores dici potuerint ascendisse à navibus. Arabs habet eos ascendisse super ipsum littus. sic enim habet, وراي سفينتين موقوفتين علي شاطي البحيرة والصيادين قد طلعوا عليها ليغسلوا شباكهم, *& vidit duas naves constitutas super littus lacus, & piscatores adscenderant super illud ut lavarent retia sua*. pro *ab iis*, nempe navibus, habet *super illud*, nempe littus. non tam perspicuo sensu quam Syrus. qui clarum est quid voluerit. nam adscendere ab aliquo loco, non est semper ex depressiori in altiorem conscendere, sed simpliciter digredi ex loco & alio discedere. ut Gen. 33. vers. 1. *vade, ascende de loco isto*. Gen. 35. 1. *surge & ascende Bethel*. id est, abi. Gen. 45. vers. 9. *ascendite ad patrem meum*, id est, abite. quod liquido constat ex Gen. 46. v. 29. comparato cum 31. quum enim Joseph exiturus esset ex Ægypto versus Jacobum venientem, dicitur, *ascendit obviam patri suo*. quumque à patre rediturus esset in Ægyptum versus Pharaonem, rursus dicit, *ascendam & nunciabo Pharaoni*. Talia sunt in N. T. *ascendit Hierosolymam. adscendit Joseph ex Galilæa in Judæam*, & similia. ita hoc loco mens Syri est, Christum vidisse duas naves in littore positas, piscatores autem ab iis digressos retia lavasse in mari. nec aliter capienda sunt verba Lucæ, οἱ δὲ ἁλιεῖς ἀποβάντες ἀπ' αὐτῶν, ἀπέπλυναν τὰ δίκτυα. Beza vertit, *quum descendissent ex iis*, id est, καταβάντες ἐξ αὐτῶν. malim vertere, *quum digressi essent ab iis*. id enim propriè est ἀποβαίνειν. Glossarium: ἀποβαίνων, *digrediens*.

VERS. 7. ὥστε παρὰ τι βυθίζεσθαι. Pleraque exemplaria ignorant illud παρὰ τι. negat Erasmus in Græcis addi. Vulgatus non habet. quod enim in quibusdam latinis codicibus additum sit *pene*, id rectè factum negat Erasmus, quia antiqua exemplaria reclamant. Beza se παρὰ τι adjecisse ait Græco contextui, quod in vetustiss. suo codice, & in altero M.S. id invenerit, & Syrus id expresserit. rectè. Syrus enim habet, ܐܝܟ ܕܩܪܝܒܝܢ ܗܘܘ ܠܡܛܒܥ *sic ut propinquæ essent ad mergendum*. Addo Arabem, حتي بداتا تغرقان, *adeo ut inceperint mergi*.

VERS. 10. *Ab hoc tempore homines* ἔσῃ ζωγρῶν, Beza, *vivos capies*, Syrus, ܬܗܘܐ ܨܝܕ ܠܚܝܐ, Tremel. & Boder. *piscaberis ad vitam*. licet etiam vertere, *piscaberis vivos*. ut lomad sit accusativi casus. ܚܝܐ enim, & *vitam*, & *vivos* significat. ut cum Luc. 20. vers. 38. Deus dicitur Deus ܕܚܝܐ *vivorum*. Apud LXX. interpret. ζωγρεῖν sæpe ponitur pro הַחֲיָה, *in vita conservare, non occidere*. ut & καταλείπειν ζωγρίαν pro הַשְׁאִיר שָׂרִיד *residuos aliquos relinquere*. Id hujus loci non est. Interdum vero pro *vivos capere & adducere*. ut 2 Paral. 25. 12. חַיִּים שָׁבוּ *vivos in captivitatem abduxerunt*. LXX. ἐζώγρησαν. id propriè est hujus loci. Vulgatus tamen simpliciter vertit, *erit capiens*. Arabs, *piscaberis*, nulla facta vivorum mentione, quum aliter postulet ipsa vocis compositio. Hesychius: Ζωγρεῖ, ζῶντας λαμβάνει. Ζωγρεῖ, ζῶν πάζει, λαμβάνει.

VERS. 19. *Et quum non invenirent*, διὰ ποίας εἰσενέγκωσιν αὐτόν. Vulg. *qua parte eum inferrent*. Beza, *quâ*, id est, *qua via*. διὰ ποίας, supp. ὁδοῦ at quia ὁδὸς דֶּרֶךְ *via* modum etiam & rationem significat, Syrus vertit, ܐܝܟܢܐ *quomodo*. per quam viam, id est, per quem modum & rationem. Arabs, فلما لم يقدروا علي الدنو منه *& quum non potuissent appropinquare ad ipsum*. sensum tenuit, non verba. Sequitur deinde, Demiserunt eum διὰ κεράμων, Vulg. *per tegulas*. Beza, *perfosso testaceo pavimento*. Arabs omisit. Syrus, ܡܢ ܐܓܪܐ ܫܒܩܘܗܝ, quod Trem. *è tecto*. tectum ܐܓܪܐ dicitur. malim igitur cum Boder. *è tabulato*. Marc. 2. vers. 4. in eodem hoc argumento pro στέγη ponitur. differunt ergo ܐܓܪܐ & ܡܛܠܠܬܐ, ut δῶμα & στέγη. δῶμα est suprema tecti planicies soli exposita, unde & solarium dicitur. στέγη est tecti contignatio & contabulatio, qua inferiora teguntur.

VERS. 20. *Et quum vidisset fidem eorum*, εἶπεν αὐτῷ, Vulgatus & Beza, *dixit*. neglecto pronomine αὐτῷ, quod bene expressit Arabs. Syrus, ܠܗܘ ܡܫܪܝܐ *illi paralytico*.

VERS. 26. *Vidimus* παράδοξα. Beza, *inopinata*. Erasmus, *incredibilia*. Vulgatus, Syrus & Arabs *mirabilia*. Gloss. παράδοξος, *mirus, excellens*. παράδοξον, *mirabile*. παραδόξως, *mirabi-*

rabiliter. Hesychius, παράδοξον, θαυμαστὸν, ἀπροσδόκητον. *mirabile, inexpectatum.*

Vers. 30. Καὶ ἐγόγγυζον οἱ Γραμματεῖς αὐτῶν καὶ οἱ Φαρισαῖοι πρὸς τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ, λέγοντες. Arabs, فتغمّم الفريسيون والكتبة على تلاميذه قايلين, *Et murmurarunt Pharisæi & Scribæ contra discipulos ejus, dicentes.* Sic & Erasmus legit, & vetustissimus Bezæ codex, expuncto αὐτῶν. Syrus quoque id non legit, sed πρὸς τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ separavit ab ἐγόγγυζον, & construxit cum λέγοντες. quod & Vulgatus fecit, qui αὐτῶν tamen legit post οἱ Φαρισαῖοι. Beza αὐτῶν expungere noluit, quia magno consensu in Græcis codicibus legitur. Sed multum in eo interpretando laboravit. In prioribus editionibus verterat, *Qui autem ex eis erant Scribæ & Pharisæi* &c. verum monitus ab amico mutavit sententiam. quia alios convivas non reprehendissent, si una cum illis ipsi quoque accubuissent. vertit deinde, *Obmurmurabant autem eis Scribæ ac Pharisæi, dicentes ad discipulos ejus.* Ubi πρὸς τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ construxit cum λέγοντες, αὐτῶν vero cum ἐγόγγυζον. quasi scriptum esset κατεγόγγυζον αὐτῶν. quod an docti probent nescio, qui fortassis γογγύζειν cum Genitivo personæ non admittent. mihi hîc nulla difficultas videtur. simplicem enim verborum situm & significationem retinens, sic verto, *Et murmurabant Scribæ eorum & Pharisæi adversus discipulos ejus, dicentes.* Ubi *eorum* non refertur ad accumbentes, quasi Scribæ & Pharisæi accubuissent una, sed in genere ad Judæos seu ad populum. οἱ Γραμματεῖς αὐτῶν sunt οἱ Γραμματεῖς τοῦ λαοῦ, quorum sæpe mentio in Euangelio. nam pronomen αὐτοὶ non semper demonstrat personas de quibus proximè actum sit, sed sæpe in genere & absolutè Judæos, seu populum circa quem historia versatur. Ut Matth. 11. 1. *Et factum est, quum finivisset Jesus præcipere discipulis suis, solvit inde ad docendum & prædicandum* ἐν ταῖς πόλεσιν αὐτῶν, *in urbibus eorum*, non utique discipulorum, sed Judæorum seu populi. Sic c. 12. 9. Καὶ μεταβὰς ἐκεῖθεν, ἦλθεν εἰς τὴν συναγωγὴν αὐτῶν. vide & Matth. 5. 23. & 8. 4. & alibi.

Vers. 34. ܠܐ ܡܫܟܚܝܢ ܐܢܬܘܢ ܠܒܢܝܗܘܢ ܕܒܝܬ ܓܢܘܢܐ ܥܕܡܐ ܕܚܬܢܐ ܥܡܗܘܢ ܠܡܥܒܕ ܕܢܨܘܡܘܢ. Tremel. *Non potestis apud filios thalami, quum sponsus est cum eis, facere ut jejunent.* non probo quod ܠܒܢܝܗܘܢ verterit, *apud filios.* quum Lomad ibi sit accusativi casus. ad verbum verto: *Non potestis filios thalami, quamdiu sponsus cum eis est, facere ut jejunent.* id est, ut Boderianus vertit, *facere ut filii thalami jejunent.* Syriasmus est, quem & S. Johannes sæpe expressit in Apocal. ut cap. 3. 9. ποιήσω αὐτοὺς ἵνα ἥξωσι καὶ προσκυνήσωσι, pro ποιήσω ἵνα αὐτοὶ ἥξωσι. Syrus dixit, ܐܥܒܕ ܐܢܘܢ ܕܢܐܬܘܢ ܘܢܣܓܕܘܢ eandem locutionem habes c. 13. 12. 16.

Vers. 36. Εἰ δὲ μή γε, καὶ τὸ καινὸν σχίζει. Doctissimus Beza vult, τὸ καινὸν esse nominativi casus, ac subintelligi accusat. παλαιόν. vertit enim, *alioqui illud novum findit vetus.* Syrus autem τὸ καινὸν accepit in accus. quem per ܕ expressit, ܕܠܐ ܢܨܪܐ ܚܕܬܐ ܦܐܕ, *ut non novum scindat*, scilicet sartor, vel qui panniculum assuit. dixit enim, neminem abscindere novum panniculum & assuere veteri. jam duas caussas tradit, quare id nemo faciat, ut ne novum pannum lacerando findat, & deinde veteri cum novo non conveniat. optimè, ni fallor. duplex enim damnum facit. tum quod novum pannum scidit, tum quod vetus cum novo non conveniens ab eo magis laceratur. sicut cum novum vinum infunditur vetustis utribus, eosque dirumpit. duplex fit jactura, tum vini novi quod effunditur, tum utrium qui prorsus dilacerantur. Sequitur in eodem versu apud Syrum, ܘܠܥܬܝܩܐ ܠܐ ܫܠܡܐ ܠܗ ܐܘܡܠܝܐ ܕܡܢ ܚܕܬܐ. Tremel. *Et vetus non impleat assumentum quod est ex novo.* Boderianus, *& attrittum non repleat frustum è recenti.* Uterque procul dubio malè. Nam ܫܠܡ in peal passive sumitur pro *impleri, compleri, absolvi.* in pael autem significat *implere, complere, absolvere.* an per *replere* verti possit, valde dubito. Sed in peal sæpe etiam neutraliter sumitur pro *pacem habere cum aliquo, consentire, convenire, quadrare.* pro συμφωνεῖν ponitur, Actor. 15. vers. 15. pro συγκατατίθεσθαι, Luc. 23. 51. pro συνευδοκεῖν, Actor. 22. 20. Dubium mihi non est, quin hoc sensu hîc vertendum sit, *& veteri non consentiat frustum*, vel *assumentum, quod est ex novo.* ita enim ad verbum respondet verbis Christi, τῷ παλαιῷ οὐ συμφωνεῖ ἐπίβλημα τὸ ἀπὸ τοῦ καινοῦ Monendus est autem lector de partic. ܦܐܕ, cujus radicem Lexicographi nostri faciunt ܦܘܕ præ-

præter. ܦܪ, ex ordine quieſcentium ſecunda. quum ſit ex geminantibus ſecundam. Ferrarius: ܦܪ *abſcidit, amputavit.* ܦܘܪܳܐ *ſciſſura.* Addo, Marc. cap. 2. verſ. 21. eſſe, ϰ̀ ὐδεὶς ἐπίβλημα ῥάκυς ἀγνάφυ ἐπιῤῥάπτει ἐπὶ ἱματίῳ παλαιῷ, εἰ δὲ μή, αἴρει τὸ πλήρωμα αὐτῦ τὸ καινὸν τῦ παλαιῦ. ſic & apud Matth. cap. 9. ubi τὸ πλήρωμα αὐτῦ ambiguum eſt. poteſt enim pronomen referri, vel ad τὸ ἐπιῤῥάπτοντα, quod Bezæ aliiſque viris doctis placet. vel ad ἱμάτιον παλαιὸν, cui hoc ſupplementum adaptatur. vel denique ad ῥάκος ἄγναφον, unde illud ſupplementum deſumtum eſt. poſtremo modo accepit Syrus. vertit enim, ܡܰܠܳܝܽܘܬܳܗ *ſupplementum ejus*, affixo fœminino, quod neceſſario ad ܐܶܣܛܠܳܐ referendum. Monere id voluimus, quia ex verſione Tremel. & Boder. nemo id colligere potuiſſet. Addimus quoque, mentem Syri eſſe, quod ſupplementum iſtius panni impexi detritæ veſti aſſutum, de illa aufert, magiſque lacerat. accepit ergo τὸ πλήρωμα caſu recto, ut & Beza. ſecus quam Vulgatus, qui pro accuſativo caſu habens, vertit, *tollit enim plenitudinem ejus de veſtimento.* nempe, is qui aſſuit, oſtenſus diſſimilitudine novi panni, poſtea detrahit, & fit ruptura deformior, ut Eraſmus explicat in notis. Arabs quoque in accuſativo accepit, ſed alio longe & novo, ni fallor, ſenſu. ſic enim Matth. 9. verſ. 16. totum verſum eſt interpretatus, ايس احد ياخذ خرقة جديدة ويجعلها في ثوب بال لانها ياخذ ملاها من الثوب فيصير الخرق اكبر, *nemo capit laciniam novam, & ponit eam in veſtimento veteri: quia illa capit plenitudinem ſuam de veſte, & fit ruptura major.* capit lacinia plenitudinem ſuam, id eſt, quantum poteſt aufert de veſte veteri cui aſſuta eſt, undiquaque omni ſua plenitudine, quaquaverſum patet, dilacerat magis veſtem illam tritam. phraſis Hebræa eſt, omnibus quoque Orientalibus familiaris, אֶרֶץ וּמְלֹאוֹ *terra & plenitudo ejus*, pro, & quicquid in eo eſt. videtur legiſſe, αἴρει γὰρ τὸ πλήρωμα ἀυτῦ. quæ ſane lectio illum ſenſum non reſpuit. ſic enim πλήρωμα ſumitur 1 Cor. 10. 26. τῦ γὸ Κυρίυ ἡ γῆ ϰ̀ τὸ πλήρωμα αὐτῆς.

Vers. 39. Ὁ παλαιότερος χρηςότερός ἐςιν. Vulgat. *Vetus melius eſt.* Beza, *utilius eſt.* Syrus, ܒܰܣܺܝܡ ܗܽܘ *ſuavius eſt.* Gloſſ. χρηςὸς, *frugalis, ſuavis, utilis, jucundus.* Etſi enim vina nova plerumque ſint dulciora, unde muſtum γλεῦκος dicitur, adeoque guloſis gratiora, prudentibus tamen magis arridet vetus, quia & defæcatius eſt & generoſius, nec modo palatum magis afficit, linguamque gratius vellicat, ſed & ſtomachum benignius juvat, omneſque ſpiritus magis reſtaurat & reficit. Hinc & in ſententiis Hebræorum præfertur vinum vetus novo. Pirke Aboth cap. 4. אל תסתכל בקנקן אלא במא שיש בו יש קנקן חדש מלא ישן וישן אפילו חדש אין בו: *ne attende ad cantharum, ſed ad id quod in eo eſt. datur enim cantharus novus in quo vinum vetus erit: & vetus, in quo ne quidem novum erit.* Ibidem paulo ante dicit Rabbi Joſeph filius Judæ, הלומד מן הקטנים למה הוא דומה לאוכל ענבים קיהות ושותה יין מגתו והלומד מן הזקנים למה הוא דומה לאוכל ענבים בשולות ושותה יין ישן: *Qui diſcit à junioribus, cui rei is ſimilis eſt? edenti uvas acerbas, & bibenti vinum è torculari. At qui diſcit à ſenibus, cui rei is ſimilis eſt? edenti uvas maturas, & bibenti vinum vetus.*

Cap. VI.

Vers. 1. *Factum eſt autem in Sabbatho* δευτεροπρώτῳ. Syrus tantum, *in Sabbatho.* Arabs *in Sabbatho* الثاني *ſecundo.* quod nempe proximè erat poſt ſolemne paſchatis. quum enim ſpicarum eſui maturarum hîc fiat mentio, dubium non eſt, quin in paſcha hoc tempus inciderit, cujus ſecundo die falx in meſſem mittebatur, quæ ad feſtum uſque Pentecoſtes durabat. Habebat autem feſtum paſchatis duo ſabbatha, primum nempe Azymorum diem, & ſeptimum. Hunc ſeptimum Cl. Beza intelligi exiſtimat per ſabbathum δευτερόπρωτον. Quod mihi parum veriſimile videtur. niſi forte conſtet, primum azymorum eo tempore in diem ſabbathi incidiſſe. tum enim ſeptimus azymorum in diem ſubſequentem Veneris incidebat, non interveniente ſabbatho ordinario ſive hebdomadali. Aut ſi in primum ſeptimanæ incidit primus Azymorum, ſeptimus feſti incidit in ipſum ſabbathum ordinarium, ac tum etiam δευτερόπρωτον vocari potuit. Sed ſi in aliam ſeptimanæ feriam primus feſti paſchatis incidit, inter eum & ſeptimum non potuit non ordinarium ſabbathum intervenire. Atque illud ipſum δευτερόπρωτον vocatum puto, quia inter duo alia ſabbatha, primum nempe Azymorum & ſeptimum, interjacens, proximum erat primo, illudque ſtatim excipiebat. Hoc dico: primus paſchatis erat πρῶτον σάββατον.

τον. Quod deinde sequebatur hebdomadale sabbathum, erat δευτερόπρωτον. septimus tum festi dies erat τρίτον σάββατον.

Vers. 8. Στῆθι εἰς τὸ μέσον. Syrus, ܩܘܡ ܬܐ ܠܡܨܥܬ ܟܢܘܫܬܐ. Tremel. *Veni in medium turbæ*, id est, ܟܢܫܐ. Melius Regia, *in medium synagogæ*. addit ergo Syrus τῆς συναγωγῆς.

Vers. 9. ܐܫܐܠܟܘܢ ܡܢܐ ܫܠܝܛ ܒܫܒܬܐ ܠܡܥܒܕ ܛܒܬܐ ܐܘ ܒܝܫܬܐ. *Interrogabo vos: Quid licet facere in sabbatho, bonum an malum?* distinxit hoc modo, Ἐπερωτήσω ὑμᾶς. Τί ἔξεστι τοῖς σάββασιν; ἀγαθοποιῆσαι; eodem prorsus modo Arabs. confer cum versione Bezæ, ejusque notis.

Vers. 11. *Ipsi autem repleti sunt* ἀνοίας, Vulgat. *insipientia*. ut & Arabs, جهلا *stultitia*. Beza melius, *amentia*. usurpatur pro insania, furore, & rabie qua feruntur impii in probos. vide 2 Machab. 4. vers. 6. & 14. 5. & 15. 33. Syrus tamen pro eo habet ܚܣܡܐ *invidia*.

Vers. 12. ܘܐܓܢ ܗܘܐ. Bodérianus scribit אֲגַן in Kal. at Buxtorf. jun. vult esse Aphel, à verbo גְּנַן, quod apud Talmudicos *morari* & *tardare* significat. optimè. Nam & Ferrarius scribit ܐܓܢ *pernoctavit*. Aleph cum prima vocali notat Aphel. punctum supra ܓ notat esse ex defectivis prima Nun, ob cujus defectum sequens litera Bgadkphat induratur, sicut apud Hebræos ob eandem causam dagessatur.

Vers. 17. Ἐν τόπῳ πεδινῷ. Vulg. & Beza, *in loco campestri*. ut & Arabs, في موضع مرج *in loco campi*. Syrus, ܒܦܩܥܬܐ *in planicie*. Hebræi dicerent, בַּשְּׁפֵלָה. nam locis montosis opponunt שְׁפֵלָה, LXX. πεδινῷ. In eodem versu, Καὶ τῆς παραλίας Τύρου. Syrus, ܘܡܢ ܣܦܪ ܝܡܐ ܕܨܘܪ. Boder. *& è portu maris Tsour*. Tremel. *& è tractu maris Tsur*. verto, *& è littore maris Tyri*. ܣܦܪ enim pro αἰγιαλός ponitur Matth. 13. 2. 48. ubi ipsi hi doctissimi viri per *littus* verterunt.

Vers. 22. *Et ejecerint nomen vestrum* ὡς πονηρὸν *tanquam malum*. Syrus, ܐܝܟ ܒܝܫܐ, & Arabs, مثل الاشرار, ὡς πονηρῶν *tanquam malorum*.

Vers. 24. Ἀπέχετε τὴν παράκλησιν ὑμῶν. Vulgat. & Eras. *habetis*. Beza, *perceptum habetis*. Syrus, ܩܒܠܬܘܢ, ut & Arabs, اخذتم, *accepistis*. nescio an ἀπέχειν melius verti queat, quam per *accepisse*, vel *recipisse*.

Vers. 26. *Væ vobis quum benedixerint vobis* πάντες οἱ ἄνθρωποι. Vulg. & Arabs legerunt πάντες. Syrus non legit. nec mirum. deesse enim hanc particulam in vetustis codicibus omnibus testatur Cl. Beza.

Vers. 29. ܘܠܡܡܚܝܢܐ ܠܟ *& percutienti te*. sic legitur in omnibus exemplaribus Syriacis. miror, si non pro ܘܠܡܡܚܝܢܐ legendum ܘܠܡܡܚܝܢܐ in Benoni Kal. videtur certe Grammat. id postulare. juvabit erudiri.

Vers. 32. Ποία ὑμῖν χάρις ἐστί; Rectè observavit Cl. Beza, idem esse quod in eadem hac materia Matth. 5. 46. dicitur, τίνα μισθὸν ἔχετε; vidit id Arabs, quum vertit, فاي اجر لكم *quæ merces est vobis?* χάριν vocat اجر *mercedem*.

Vers. 35. ܘܐܘܙܦܘ ܘܠܐ ܬܦܣܩܘܢ ܣܒܪܐ ܕܐܢܫ. Boder. in Reg. *mutuumque date, neque repromittatis vobis hominis exspectationem*. verbum ܦܣܩ interdum apud Syros metaphoricè significat, *determinare, decidere, definire, præcisè statuere*. nihil tamen ibi est, quod ad eum sensum, quem hîc finxit, facere queat. Itaque melius in Paris. ut & Tremel. *& mutuo date, & ne præscindatis spem hominis*, id est, spem ullius. sensus est, si quis commodato opus habeat, ne adeo in eum sitis rigidi, ut omnem dandi beneficii præscindatis spem, sed faciles potius in commodando vos præbeatis. Lucas dixit, καὶ δανείζετε, μηδὲν ἀπελπίζοντες. quæ Vulg. Erasmus & Beza vertunt, *mutuum date nihil inde sperantes*. fatetur tamen D. Beza, se nunquam alibi ἀπελπίζειν ea significatione legisse. non mirum ergo Syrum eam non secutum esse. addit, propriè declarare τὸ ἀπογινώσκειν, *desperare*. & ita Syrum interpretem locum intellexisse. corrigimus, non intransitivè, sed transitivè Syrum hoc verbum intellexisse. & addimus, ἀπελπίζειν nonnunquam

ita

ita apud Græcos usurpari, pro *desperare facere, in desperationem adducere, spem alicui auferre.* cujus exemplum apud Steph. datur, ἀπελπίζων τοῖς γονεῦσι τὴν ἐπάνοδον, id est, inquit, ἀπελπισμὸν διδοὺς τῆς ἐπανόδου. sicut & contrarium ejus ἐπελπίζω, *in spem adduco, spe erigo.* videtur autem Syrus legisse μηδέν' ἀπελπίζοντες, cum apostrophe personam indicante, *nemini spem auferentes.* nostra exemplaria habent absque apostrophe, μηδὲν ἀπελπίζοντες, quod ad rem refertur, *nullius rei spem auferentes*, scilicet, τῷ πλησίον, *proximo.* vel τὸ πλησίον. posset enim, ni fallor, hoc verbum geminum accusativum regere, sicut oppositum ejus ἐπελπίζω. cujus exemplum apud Suidam, τὰ μὲν αὐτοὺς ἐπελπίζων ταῖς ὑποσχέσεσι, *horum quidem ipsis spem faciens promissionibus.* Non nego hanc Syri sententiam adeo arridere, ut pene divinam sentiam. Nec parum confirmatur usu Hellenistarum. Nam Sirach 22.22. legitur, Ἐπὶ φίλον ἐὰν σπάσῃς ῥομφαίαν, μὴ ἀπελπίσῃς. *In amicum si eduxeris gladium, noli ad desperationem redigere.* rursus c.27.21. Τραῦμά ἐστι καταδῆσαι, καὶ λοιδορίας ἐστὶ διαλλαγή. ὁ δὲ ἀποκαλύψας μυστήρια, ἀπήλπισε. *Vulnus potest obligari, & obtrectationis datur reconciliatio: sed qui arcana revelavit, desperationem induxit*, vel desperatam rem reddidit. unde & Esa. 25.4. אֶבְיוֹנֵי אָדָם *pauperrimi hominum*, LXX, ἀπηλπισμένοι τῶν ἀνθρώπων, *homines quorum res desperatæ sunt.* ut & Judith 9.12. Deus dicitur ἀπηλπισμένων σωτήρ, *servator eorum qui spe destituuntur.* Arabs tamen Vulgatum secutus vertit, واقرضوا ولا ترجوا شيا من هذا, *& mutuo date, & ne sperate quicquam ex eo.*

Vers. 38. ܟܝܠܬܐ ܪܩܝܥܬܐ. Trem. vertit. *mensuram spatiosam.* Boder. *expansam.* ambo respexerunt Hebræorum רָקַע, quod *expandere* vertunt. ut & רָקִיעַ *expansum.* at LXX. uerterunt στερέωμα, *firmamentum.* & Psal. 135. secundum Græcos & Syros, at 136.6. secundum Hebræos, לְרוֹקַע הָאָרֶץ עַל הַמָּיִם, LXX. verterunt τῷ στερεώσαντι τὴν γῆν ἐπὶ τῶν ὑδάτων. ubi Syrus servata voce Hebræa, ܕܪܩܥ ܐܪܥܐ ܥܠ ܡ̈ܝܐ, quæ Cl. Gabr. Sionita vertit, *qui firmavit terram super aquas.* sic & Ferrarius, ܪܩܥ *firmavit.* videtur propriè tam apud Hebræos quam Syros denotare *premere, premendo constipare & firmare.* unde Ezech. 6. vers. 11. הַכֵּה בְכַפְּךָ וּרְקַע בְּרַגְלְךָ *percute manu tua, & preme pede tuo.* itaque hoc loco ܟܝܠܬܐ ܪܩܝܥܬܐ *est mensura firmata, firmiter compressa & constipata.* propriè ergo est quod Lucas dixit μέτρον πεπιεσμένον Arabs vertit, ملوا *plenam.* Ambo autem & Syrus & Arabs prætereunt καὶ σεσαλευμένον.

Vers. 40. *Non est discipulus supra magistrum suum.* κατηρτισμένος δὲ πᾶς ἔσται ὡς ὁ διδάσκαλος αὐτοῦ. Vulgatus, *perfectus autem omnis erit, si sit sicut magister ejus.* Illud *si sit* non est in Græco. Beza ergo, *sed quisquis* erit *perfectus* discipulus, *erit ut magister.* Syrus, ܓܡܝܪܐ ܓܝܪ ܟܠ ܐܢܫ ܢܗܘܐ ܐܝܟ ܪܒܗ. ubi Tremel. ܓܝܪ exposuit *autem*, Boder. in Reg. *enimvero.* quia in Græco est δέ. verto, *Omnis enim qui perfectus est, erit* (vel sit) *sicut magister suus.* Arabs sane futurum ἔσαι more orientalium accepit pro Imperat. ἔσω. vertit enim, لكن كل احد مستقيما مثل معلمه *sit unusquisque rectus sicut magister ejus.* quod planam omnino reddit sententiam, mihique valdè arridet. cum superioribus sic cohæret: Date operam ut sitis misericordes, non proni ad judicandum condemnandumque alios. Etsi enim hi sapere multum sibi videantur, revera cœci sunt, neque aliis ducendis idonei. Si enim cœcus cœcum ducat, ambo in foveam incident. Vos me magistrum vestrum spectate. non est enim discipulus supra magistrum, sed quisque vestrum κατηρτισμένος ἔσαι, constitutus, comparatus, adaptatus sit sicut magister suus. καταρτίζειν non semper est *perficere*, sed & simpliciter *componere, construere, adaptare.* ut Rom. 9. 22. Heb. 10. 5. &c.

Vers. 41. Τί δὲ βλέπεις. Syrus pro δὲ habet ܓܝܪ *enim.* Arabs nullam particulam.

Vers. 43. Οὐ γάρ ἐστι δένδρον καλὸν &c. Cl. Beza expunxit γάρ, fretus Syri interpretis, & vetustissimi sui codicis autoritate. addo, & Arabem non legere. Non videtur tamen ratio postulare, ut à recepta lectione discedamus. Dixerat, non debere eos, trabem in suo oculo gestantes, festuca fratris offendi. causam dat: nulla enim arbor bona dici debet quæ malos fructus fert. pessimi illi fructus sunt. unde certo cognosci potest, vos malas esse arbores.

Vers. 44. Οὐ γὰρ ἐξ ἀκανθῶν συλλέγουσι σῦκα *Non enim de spinis colligunt ficus.* consentiunt Vulgatus & Arabs. At Syrus interrogative, ܠܡܐ ܓܝܪ ܡܢ ܟܘ̈ܒܐ ܩܛܦܝܢ

ܬܐܢܐ *num enim colligunt ex ſpinis ficus?* ſenſus idem eſt. nam interrogatio affirmans negat.

Vers. 45. *Ex abundantia cordis* λαλεῖ τὸ ςόμα αὐτȣ̃. Vulgatus, Syrus, Arabs non legerunt αὐτȣ̃ & pro ςόμα, Syrus habet, ܣܦܘ̈ܬܗ χείλη, *labia.*

Vers. 47. *Indicabo vobis,* ᾧνι ἐςὶν ὅμοιΘ. Ambiguum eſt, ᾧνι, ad perſonam, an ad rem referatur. Syrus & Arabs ad rem retulerunt. non enim dixerunt, ܠܡܢ, لمن *cui perſonæ,* ſed ܠܡܢܐ, لماذا, *cui rei.*

Vers. 48. Ὃς ἔσκαψε καὶ ἐβάθυνε. Beza, *qui fodit & excavavit.* præfero Syrum & Arabem, ܚܦܪ ܘܥܡܩ, حفر وعمق, & *fodit & profundavit,* id eſt, ex phraſi Hebr. *& fodit profundè.* quod Vulgatus dixit, *& fodit in altum.*

Vers. 49. *Qui ædificavit dommun* ἐπὶ τὴν γῆν Beza, *ſuper ſolum.* malim cum Vulgato, *ſuper terram.* Solum enim dicitur omne id quod quid ſuſtinet, & rei alicui velut fundamentum ſubijcitur. De ſuperficie aquæ dixit Virg. lib. 5. *Subtrahiturque ſolum.* De cœlo Ovid. 1. Metamorph. *Aſtra tenet cæleſte ſolum.* adeoque etiam ſuperficies petræ ſolum dici poteſt. At hîc terra petræ opponitur, intelligiturque per eam arena aut pulvis. unde Matth. 7. ἄμμΘ dicitur, quod hîc γῆ. Syrus hoc loco rectè, ܥܦܪܐ *pulverulenta terra.* עָפָר Hebræis *pulvis* eſt. item *terra,* quæ pulvere conſtat.

Cap. VII.

Vers. 6. Μὴ σκύλλȣ. Vulgatus, *noli vexari.* Beza, *ne vexator.* Syrus, ܠܐ ܬܠܐܐ, & Arabs, لا تتعب *ne fatigator.* nam ܠܐܐ Syris, & تعب Arabibus eſt *laborare, fatigari.* σκύλλεϑ quoque non tantum eſt *vexari,* ſed & *fatigari.* Gloſſ. σκύλλω, *fatigo, vexo.* σκυλμὸς, *vexatio, fatigatio.* vide & de eo verbo ad Matt. 9. 35. Senſus eſt, Hîc ſubſiſte Domine, neque pergendo ulterius ad meas ædes fatiga te. nam neque ego eo honore ſum dignus, nec tu eo labore opus habes, quia verbulo ſanare potes.

Vers. 7. Οὐκ ἠξίωσα ἐμαυτὸν. *non arbitratus ſum me dignum.* Syrus, ܐܢܐ ܠܐ ܫܘܐ ܗܘܝܬ, & Arabs, لا استحق *non fui dignus,* οὐκ ἐγενόμην ἄξιΘ.

Vers. 11. Καὶ ἐγένετο ἐν τῇ ἑξῆς, ſup. ἡμέρᾳ. Sic Syrus, ܒܝܘܡܐ ܕܒܬܪܗ, *die qui eſt poſt eum,* id eſt, poſtridie. Et Arabs, في غد *in craſtino.* At Vulg. & Eraſmus, *deinceps,* ſequuti exemplaria quæ legunt ἐν τῷ ἑξῆς, ſup. καιρῷ. ſequitur, quod *proficiſcebantur cum Chriſto diſcipuli ejus* ἱκανοὶ, *multi.* Hæc vox, inquit Cl. Beza, deeſt in uno exemplari, neque extat in editione Vulgata. Addo, neque in Syro. Arabs autem habet, تلاميذه اجمعون, *diſcipuli ejus omnes.* ἱκανὸς enim non tantum eſt *multus,* ſed & *ſufficiens.* ubi autem numero deeſt aliquid, non eſt ſufficiens. itaque *diſcipuli ejus ſufficientes,* ſunt omnes. neque fortaſſis ſatis dextrè dici putavit, οἱ μαθηταὶ αὐτȣ̃ ἱκανοί. ſi ſenſus ſit, *diſcipulorum ejus multi,* quod dicendum fuerat, τῶν μαθητῶν αὐτȣ̃ ἱκανοί.

Vers. 12. *Et turba multa* τῆς πόλεως, *civitatis.* Syrus, ܕܒܢܝ̈ ܡܕܝܢܬܐ, *filiorum civitatis,* & Arabs, من اهل المدينة, *ex populo civitatis,* id eſt, τῶν πολιτῶν, *civium.*

Vers. 24. Ἀπελθόντων δὲ τῶν ἀγγέλων Ἰωάννȣ. Syrus & Arabs legerunt, τῶν μαθητῶν Ἰωάννȣ.

Vers. 30. *Phariſæi autem* καὶ οἱ νομικοὶ, Vulg. *& legiſperiti.* Beza, *& legis interpretes.* Syrus, ܘܣܦܪ̈ܐ *& ſcribæ.* ne intellige ſcribas populi, qui publici erant Actuarii, ſed ſcribas legis, γραμματεῖς τȣ̃ νόμȣ, qui legem interpretabantur, qualis erat Eſdras, qui Eſdr. 7. 5. dicitur סֹפֵר מָהִיר בְּתוֹרַת יְהוָֹה *ſcriba peritus in lege Domini.* Hi quoque νομικοὶ & νομοδιδάσκαλοι dicebantur. Sequitur, τὴν βȣλὴν τȣ̃ Θεȣ̃ ἠθέτησαν εἰς ἑαυτȣ̀ς, μὴ βαπτισθέντες ὑπ' αὐτȣ̃. Βȣλὴν Vulg. & Beza *conſilium.* Syrus, ܨܒܝܢܐ *voluntatem.* ἠθέτησαν Syrus, ܛܠܡܘ, quod Regia vertunt *calumniati ſunt,* quæ verbi hujus ſignificatio videtur 1 Pet. 3. 16. malim cum Tremel. *rejecerunt,* ut 1 Tim. 5. 12. Marc. 7. 9. Gal. 2. v. 21. Luc. 10. v. 16. Joh. 12. 48. 1 Theſſ. 4. 8. Εἰς ἑαυτȣ̀ς, Vulgatus, *in ſeipſos.* Beza, *adverſus ſeipſos.* Syrus, ܒܢܦܫܗܘܢ, quod non rectè Tremel. *contra ſeipſos.* Melius Regia *apud ſeipſos.* propriè *in ſeipſis.* εἰς pro ἐν accepit, ſicut Matth. 2. 23. & 4. 13. & 5. 35. & 10. 9. 41. & 13. 33. Marc. 1. 39. &c. quod hoc

hoc quidem loco non malè convenit. quia non palam adversati sunt Joanni, Matth. 21. v. 26. sed in seipsis aspernati sunt eum. quod testati sunt, μὴ βαπτισθέντες ὑπ' αὐτοῦ, Syrus, ܘܠܐ ܐܬܥܡܕܘ ܡܢܗ, *quia non fuerunt baptizati ab eo.* Arabs totum versum sic reddidit, فاما الفريسيون والكتاب علوا انهم رفضوا امر الله لهم لان لم يعتمدوا منه, *verum Pharisæi & Scribæ cognoverunt se sprevisse quod mandaverat ipsis Deus, quando non fuerunt baptizati ab eo.* علوا, secuti Romanos vertimus ex prima conjugatione *cognoverunt.* verte ex secunda *ostenderunt*, propriè *cognoscere fecerunt*, id est palam indicarunt se sprevisse &c. Rectè intellexit per βουλὴν hîc non denotari voluntatem consilii seu decreti, sed mandati seu præcepti. Et εἰς ἑαυτοὺς retulit ad βουλὴν, *rejecerunt voluntatem Dei ad se*, id est, mandatum Dei sibi factum.

VERS. 31. Τίνι οὖν ὁμοιώσω &c. ἢ τίνι ὅμοιοί εἰσιν; Syrus utrumque τίνι ad personam retulit, ܠܡܢ *cui*, scilicet personæ. Arabs prius reddidit per بمن *cui*, scilicet personæ. alterum per لاي *cui rei.* quod moneo, quia ex latina interpretatione discerni non potest.

VERS. 37. Καὶ ἰδοὺ, γυνὴ ἐν τῇ πόλει ἥτις ἦν ἁμαρτωλός. Vulgatus, *Et ecce, mulier quæ erat in civitate peccatrix.* Similiter Beza, nisi quod pro *erat* dixit *fuerat.* malim retento verborum situ, *Et ecce, mulier in ea civitate, quæ erat peccatrix.* Sic Syrus, ܘܐܢܬܬܐ ܚܛܝܬܐ ܐܝܬ ܗܘܬ ܒܗ ܒܡܕܝܢܬܐ ܗܝ, *& mulier peccatrix erat in civitate ea.* intelligitur Naim. hæc enim in ipsa urbe contigerunt, in domo Pharisæi isthic loci degentis.

VERS. 39. Τίς καὶ ποταπὴ ἡ γυνὴ ἥτις ἅπτεται αὐτοῦ ὅτι ἁμαρτωλός ἐστι. Syrus, ܡܢ ܗܝ ܘܡܐ ܛܒܗ, ܕܚܛܝܬܐ ܗܝ ܐܢܬܬܐ ܕܩܪܒܬ ܠܗ, *quæ sit & quæ fama ejus: quia peccatrix est mulier quæ tetigit ipsum.* Vulgatus & Arabs cum Græco conveniunt.

VERS. 41. [illegible] &c. Syrus præmittit, ܐܡܪ ܠܗ ܝܫܘܥ, *dicit ei Jesus.* Arabs, فقال *tum dixit*, quia hæc in Græco subaudiuntur.

VERS. 44. Καὶ τοῖς θριξὶ τῆς κεφαλῆς αὐτῆς ἐξέμαξε. Consentit Arabs. At Syrus & Vulgatus non legerunt τῆς κεφαλῆς.

VERS. 45. Αὕτη δὲ, ἀφ' ἧς εἰσῆλθεν &c. Restituit Beza εἰσῆλθεν, *ingressa est*, pro εἰσῆλθον, *ingressus sum*, poscente sic sententia, & Syri interpretis autoritate fretus. apud eum, consentientibus editionibus, legitur ܥܠܬ. ubi duo puncta, intra quæ Lamed collocatur, tertiam fœminini generis indicant. dubitari tamen posset, an recta sint ea puncta. quia deest punctum ad sinistrum latus literæ Thau, quod ad tertiam præteriti fœminini gen. designandam adhiberi solet, hoc modo ܥܠܬ. quod si demto inferiori puncto scribatur ܥܠܬ, jam primæ personæ est, *ingressus sum.* Arabs quoque ambiguus est, ob absentiam vocalium. nam دخلت, si legas دَخَلْتُ, est *ingressus sum*, si دَخَلَتْ, *ingressa est.* Plerique Græci codices legunt εἰσῆλθον. unde Vulgatus & Erasmus, *intravi.* Hieronymus tamen habet *intravit.*

CAP. VIII.

VERS. 1. Διώδευε. Vulgat. & Beza, *iter faciebat*, ut & Arabs, يسير *proficiscebatur.* malim ob præpositionem διὰ vertere *peragrabat*; *permeabat.* quod non malè Syrus, ܡܟܪܟ ܗܘܐ *circuibat.* significat pertransire ab uno termino ad alium. Hesychius: διώδευσεν, πέρασεν, *transi.* Gloss. διοδεύω, *commeo.* est autem *commeare*, ultro citroque ire.

VERS. 3. Καὶ Ἰωάννα. Pro eo in Cothenensi editione Syri est, ܘܝܘܚܢܢ cum duplici Nun. mendum est. sic enim viri nomen Johannes effertur. Viennensis & Regia habent ܘܝܘܚܢ, item Parisiensis & Plantiniana יוחן, unico Nun. Inde per duplex Nun, addito in fine α, fit Ἰωάννα, sicut eodem hoc versu, à ܫܘܫܢ, שושן, Σουσάννα. dicitur autem fuisse uxor *Chuzæ* τοῦ ἐπιτρόπου Ἡρώδου, *Procuratoris Herodis.* quo nomine intelligi volunt eum, qui quasi vicarius Herodis in ipsius Tetrarchia, summæ rerum administrandæ præfuerit. Syrus vertit, ܪܒܐ ܕܒܝܬܗ ܕܗܪܘܕܣ, quo nomine τὸν οἰκονόμον interpretari solet, eum qui fami-

familiæ administrandæ præest. Arabs, خازن *thesaurarii*. malim & ego facultatum præfectum, quam provinciæ præsidem hîc intelligere. Hesychius, ἐπίτροπος, ὁ προεστὼς χωρίων καὶ ὅλης τῆς οὐσίας καὶ ὀρφανῶν, *prædiorum, & universæ substantiæ & pupillorum curator*. Sequitur, αἵτινες διηκόνουν αὐτῷ. sic Vulgatus quoque & Arabs legerunt. Syrus vero & 4 vetusti Bezæ codices, αὐτοῖς.

VERS. 4. Συνιόντος δὲ ὄχλου πολλοῦ, καὶ τῶν κατὰ πόλιν ἐπιπορευομένων πρὸς αὐτόν. Vulgatus & Syrus, *Quum autem turba multa conveniret, & de civitatibus* (Syrus *de omnibus civitatibus*) *properarent* (Syrus *venirent*) *ad eum*. Laudarem interpretationem, si abesset à Græco articulus τῶν, qui Cl. Bezam induxit, ut τῶν κατὰ πόλιν verteret, *qui in singulis urbibus erant*, subaudiens ὄντων. quod necessarium non esse, rectè intellexit Arabs, qui τῶν κατὰ πόλιν ἐπιπορευομένων jungens per copulam καὶ cum præcedente participio συνιόντος, vertit, فاجتمع اليه جمع كبير والذين اتوا اليه من كل مدينة, *& congregata est ad eum turba multa, & qui venerunt ad eum ex omnibus urbibus*. Ad verbum ergo Græca sic verti possunt, *Conveniente autem turba multa, &* (subaudi, convenientibus) *qui oppidatim proficiscebantur ad eum*.

VERS. 6. *Exaruit, quia non habebat* ἰκμάδα *humorem*. consentiunt Vulgatus & Syrus. Arabs autem habet, تربة *terram*. sicut Matth. 13. 5. habetur βάθος γῆς. Syrus hîc utitur voce, ܛܠܝܠܘܬܐ, quam Ferrarius exponit *humor, humectatio*. ܛܠܝܠܐ *humidus*.

VERS. 8. *Et aliud cecidit in terram* ἀγαθὴν, *bonam*. Syrus, ܛܒܬܐ ܘܫܦܝܪܬܐ *bonam & pulchram*, id est, ἀγαθὴν καὶ καλήν. fortassis ex Matth. 13. 8. annotaverat quis ad marginem καλήν, quod deinde in textum irrepserat.

VERS. 9. *Interrogabant autem eum discipuli ejus*, λέγοντες τίς εἴη ἡ παραβολὴ αὕτη. Vulgatus, duo vetusti Bezæ codices, & Syrus non legerunt λέγοντες. Et rectè observat Cl. Beza non bene convenire, nisi pro εἴη legas ἐστι, ut sit recta oratio. Id fecit Arabs, ثم ساله تلاميذه قايلين ما هذا المثل, *tunc interrogarunt eum discipuli ejus, dicentes, Quæ est hæc parabola?*

VERS. 12. Εἶτα ἔρχεται ὁ διάβολος. Consentiunt Vulg. & Ar. Syrus, ܒܥܠܕܒܒܐ, id est, ὁ ἐχθρὸς, *inimicus*.

VERS. 13. Οἳ πρὸς καιρὸν πιστεύουσι, Syrus, ܐܠܐ ܕܙܒܢܐ ܗܘ ܗܝܡܢܘܬܗܘܢ, *sed temporaria est fides eorum*. Arabs وهم انما يومنون الي زمن التجربة, *& illi tantum credunt ad tempus tentationis*. Sequitur, *& tempore tentationis* ἀφίστανται, *abscedunt*. Syrus, ܡܬܟܫܠܝܢ, *offenduntur*. ex Matthæo. Sic & Arabs, يشكون. ubi non bene Rom. versio *dubitant*. verte *offenduntur*. utrumque enim vox Arabica significat. posterius est hujus loci.

VERS. 14. Ὑπὸ μεριμνῶν καὶ πλούτου καὶ ἡδονῶν τοῦ βίου πορευόμενοι συμπνίγονται, καὶ οὐ τελεσφοροῦσι. Syrus pro καὶ ἡδονῶν τοῦ βίου habet, ܘܠܪ̈ܓܝܓܬܗ ܕܥܠܡܐ, id est, καὶ ἐπιθυμιῶν τοῦ κόσμου. non legit autem πορευόμενοι. in qua voce, quantopere & quam perperam se torserit Erasmus, vide apud Bezam. Οὐ τελεσφοροῦσι, Vulgatus, *fructum non referunt*. Sic & Syrus, ܦܐܪ̈ܐ ܠܐ ܡܫܡܠܝܢ *fructus non dant*. Magis tamen placet Cl. Bezæ interpretatio, *fructum non perferunt*, id est, perfectum & ad maturitatem perductum fructum non ferunt. Hesychius, τελεσφόρος, ὁ τελεσφορῶν καθ' ὥραν τοὺς καρποὺς, ἢ ὁ τελείους αὐτοὺς φέρων. Arabs ex editione Rom. totum locum sic reddidit, من اجل الغني وشهوات معيشتهم الذاهبين فيها تخنقهم فلاياتون بثمرة. Romana versio, *propter divitias & voluptates vitæ eorum ambulantes in iis, suffocantur & non adferunt fructum*. vertendum censeo, *propter divitias & libidines vitæ suæ, quæ ambulantes in iis suffocant, non ferunt fructum*. Pro ὑπὸ μεριμνῶν καὶ πλούτου legit tantum ὑπὸ πλούτου. In Erpeniana tamen editione legitur من اجل هم الغني, id est, ὑπὸ μεριμνῶν πλούτου, Hinc ita legisse videri posset Arabs, ὑπὸ μεριμνῶν πλούτου καὶ ἡδονῶν τοῦ βίου, ἐν αἷς πορευόμενοι συμπνίγονται, οὐ τελεσφοροῦσι.

VERS. 15. Ἐν καρδίᾳ καλῇ καὶ ἀγαθῇ. Syrus, ܒܠܒܐ ܫܦܝܐ ܘܛܒܐ, Tremel. & Boder. *in corde humili & bono*. verte, *puro & bono*. vide quæ de voce ܫܦܝܐ annotavimus ad Luc. 3. 5. Arabs καλῇ καὶ ἀγαθῇ pro uno eodemque accepit. quare dixit solum, بقلب جيد

جيد *in corde bono.* Vulgatus, *bono & optimo.* Beza, *honesto & bono.*

Vers. 19. Καὶ οὐκ ἠδύναντο συντυχεῖν αὐτῷ διὰ τὸν ὄχλον. Vulgatus, *Et non poterant adire eum præ turba*, Beza, *convenire*, id est, inquit, συνέρχεσθαι. At *convenire aliquem.* Latinis etiam est *alloqui*, *colloqui.* idem sæpe apud Græcos συντυχεῖν vel συντυγχάνειν. unde συντυχία & σύνταξις *colloquium.* Ita hoc loco accepit Syrus, qui vertit, ܘܠܐ ܡܫܟܚܝܢ ܗܘܘ ܕܢܡܠܠܘܢ ܥܡܗ, *& non poterant loqui cum eo.* similiter Arabs, فلم يستطيعوا ان يكلموه, *& non potuerunt alloqui eum.* Matthæi 12. 46. dicuntur stetisse foris, ζητοῦντες λαλῆσαι αὐτῷ. Hîc negat Lucas, potuisse id ipsis contingere. Itaque λαλῆσαι αὐτῷ, & συντυχεῖν αὐτῷ idem.

Vers. 20. Καὶ ἀπηγγέλη αὐτῷ, λεγόντων· *Et annunciatum est ei, dicentibus* nonnullis. Sic Beza, qui rarum hoc dicendi genus esse fatetur. Vulgatus omittit λεγόντων. Syrus & Arabs simpliciter, ܘܐܡܪܘ ܠܗ, فقالوا له, *& dixerunt ei.*

Vers. 22. Καὶ ἀνήχθησαν. Vulgat. *& ascenderant.* Beza, *& provecti sunt.* Erasmus, *& solverunt.* Arabs, وساروا, *& iverunt.* Syrus non legit.

Vers. 23. Καὶ συνεπληροῦντο, καὶ ἐκινδύνευον, *& complebantur & periclitabantur.* Syrus, ܘܩܪܝܒܐ ܗܘܬ ܐܠܦܐ ܠܡܛܒܥ, *& propinqua erat navis ad mergendum.* Arabs, واحاطت بهم وكانوا في شدة, *& circumdedit eos* (nempe procella) *& fuerint in periculo.*

Vers. 25. Ὅτι καὶ τοῖς ἀνέμοις ἐπιτάσσει καὶ τῷ ὕδατι. Consentit Arabs. At Vulgatus pro τῷ ὕδατι legit τῇ θαλάσσῃ, *mari.* Similiter Syrus, qui porro inter τοῖς ἀνέμοις & τῇ θαλάσσῃ interserit ܘܠܡܚܫܘܠܐ καὶ τῷ κλύδωνι, *& fluctibus.* quod ex versu præcedenti huc translatum videtur. Ex Matthæo autem fortassis τῇ θαλάσσῃ in margine annotatum fuerat pro τῷ ὕδατι, quod deinde in hujus locum substitutum.

Vers. 27. Ὃς εἶχε δαιμόνια. In omnibus Græcis codicibus legit Beza *per plurale.* Vulgatus tamen *dæmonium*, ut & Syrus, ܫܐܕܐ, & Arabs, شيطان *diabolus.* Sicut infra dicitur actus fuisse in deserta ὑπὸ τοῦ δαίμονος. Sequitur, καὶ ἐν οἰκίᾳ οὐκ ἔμενεν. Vulg. & Beza, *manebat.* At Syrus, ܥܡܝܪ ܗܘܐ, & Arabs, ياوي *habitabat.* utrumque est μένειν. sed posterius fortassis hîc magis quadrat, quia additur, ἀλλ᾽ ἐν τοῖς μνήμασι. constat enim ex v. 29. eum non perpetuo in monumentis mansisse, sed à dæmone agitari solitum in deserta. habitasse tamen in monumentis rectè dicitur, quia ubi quis domicilium habet, ibi habitare rectè dicitur, etsi non semper isthic maneat, sed sæpe exeat. Est ergo quod Marcus c. 5. 3. dixit, κατοίκησιν εἶχεν ἐν τοῖς μνημείοις. Sensus est, eum non in ulla domo, sed in sepulchris domicilium habuisse. ideo dicitur ἐν οἰκίᾳ sine articulo.

Vers. 28. Τί ἐμοὶ καὶ σοί; Consentiunt Vulg. & Arabs. Syrus, ܡܢܐ ܠܢ ܘܠܟ, τί ἡμῖν καὶ σοί.

Vers. 29. Πολλοῖς γὰρ χρόνοις συνηρπάκει αὐτόν. Vulgatus, *multis enim temporibus arripiebat eum.* sensus est, *sæpe*, vel *frequenter*, ut habet Erasmus. maluit tamen Beza, *à multo enim tempore corripuerat eum.* id est, jam pridem. cum quo Syrus & Arabs consentiunt. συνηρπάκει autem Syrus vertit, ܫܒܐ ܗܘܐ ܠܗ, Tremel. & Boder. *captivum habebat*, vel *detinebat eum.* malim passivè, *captivus erat ei.* alioqui sensus idem.

Vers. 30. ܡܢ ܫܡܟ. Tremel. & Boder. *quodnam est nomen tuum?* punctum illud supra ܡܢ solet indicare pronomen interrogativum personæ, ut distinguatur à præpositione ܡܢ *ex*, quod punctum infra scriptum habet. eo sensu legendum esset ܡܢ. ac vertendum, *quis est nomen tuum?* fieri tamen potest, ut indicet quoque pronomen interrogativum rei ܡܢ *quid?* quod idem esse quod ܡܢܐ testatur Amira pag. 437. & hoc ipsum exemplum citat, ܡܢ ܫܡܟ *quodnam est nomen tuum?* semper tamen scribit illud absque superimposito puncto. ܡܢ verò semper cum eo. pag. autem 433. post ܡܢ *quis?* vel *quæ?* ܡܢܘ *quis est?* addit ܡܢ *quæ* vel *qui.* quod an ad res, an ad personas relatum velit, dubito. certè si ܡܢ idem significat quod ܡܢܐ, ut modo dixit, ad res refertur. at Ferrarius, ܡܢ vel ܡܢ *quis, quæ.*

pronomen, inquit, nominibus interrogativis respondens, & fere ad personam solum refertur. suspendo fidem donec exempla id probent, aut à doctioribus erudiar.

Vers. 33. ܘܐܬܚܢܩܘ ܒܝܡܬܐ. Trem. & Boder. *& ceciderunt in mare.* verte, *in lacum.* εἰς τὴν λίμνην est apud Lucam. neque enim putandum est, idem esse apud Syros ܝܡܬܐ quod ܝܡܐ. latius patet ܝܡܐ, & θάλασσαν, *mare* significat, sive eo lacus sive mare magnum denotetur. at ܝܡܬܐ de minori tantum aquarum collectione dicitur, veluti lacus, stagni & piscinæ, habetque in simplici forma ܝܡܬ. fateor quidem in his libris sæpe ubi θάλασσα est, reddi per Syrum ܝܡܬܐ. Sed id explicationis gratia fit, ut intelligamus per θάλασσαν ibi non nisi *stagnum* intelligi.

Vers. 34. Ἀπήγγειλαν εἰς τὴν πόλιν. Solus Syrus, ܒܡܕܝܢ̈ܬܐ *in civitates*, per plurale.

Vers. 36. Πῶς ἐσώθη ὁ δαιμονισθείς. Consentiunt Syrus & Arabs. miror unde Vulgatus habeat, *quomodo sanus factus esset à legione.*

Vers. 39. ܐܫܬܥܐ *narra.* sic scribitur in omnibus editionibus. certum tamen est, Thau postulare vocalem primam, hoc modo, ܐܶܫܬܰܥܐ, in Imperativo Ethpaal.

Vers. 40. Ἦσαν γὰρ πάντες προσδοκῶντες αὐτόν. Syrus, ܟܠܗܘܢ ܓܝܪ ܡܣܟܝܢ ܗܘܘ ܠܗ. Boder. in Reg. *omnes enim conspicabantur eum.* In Paris. *aspicientes erant.* malim cum Tremel. *intenti erant in eum*, id est, spectabant, oculis suis observabant eum, id est, exspectabant. nam qui exspectat, oculis suis spectat & observat rem venturam. unde & apud Arabes à نظر *vidit, spectavit, intuitus est*, fit انتظر *exspectavit.*

Vers. 47. ܟܕ ܚܙܬ ܕܠܐ ܛܥܐ ܠܗ. Tremellius & Boderianus, *Quum videret quod non fefellisset eum.* Malim, *quod non latuisset eum.* ut in Græco est, ὅτι οὐκ ἔλαθε. verbum enim hoc in Aphel significat *fallere.* At in Cal refertur vel ad personam quam quid latet, significatque *oblivisci* aut *errare*: vel ad ipsam rem quæ oblivioni est, aut latet. Quomodo & Luc. 12. v. 6. de passerculis dicit Syrus, ܘܚܕܐ ܡܢܗܘܢ ܠܐ ܛܥܝܐ ܩܕܡ ܐܠܗܐ. quæ à Tremellio non rectè videntur versa, *Et unus ex illis non fallit conspectum Dei.* præstat, *Et unus ex illis non est in oblivione coram Deo.* Sicut & apud Hebr. verbum חסר ad personam relatum significat *egere*, ad rem relatum *deesse & deficere.*

Vers. 50. Ἀπεκρίθη αὐτῷ. Arabs, اجاب وقال, *respondit & dixit*, non expressa persona cui respondit. Vulgatus, *respondit patri puellæ.* ut & Syrus, ܐܡܪ ܠܐܒܘܗ̇ ܕܛܠܝܬܐ *dixit patri puellæ.* sæpe enim Syrus pro ἀπεκρίθη habet ܐܡܪ, ad explicandum, *respondere* ex Hebraismo sæpe nihil esse nisi *dicere.*

Cap. IX.

Vers. 1. Τοὺς δώδεκα μαθητὰς αὐτοῦ. Syrus tantum τοὺς δώδεκα αὐτοῦ. Vulgatus & Arabs, & unus Bezæ codex, τοὺς δώδεκα ἀποστόλους.

Vers. 3. ῥάβδους. Unum Bezæ exemplar ῥάβδον. quod Vulgatus Syrus & Arabs secuti sunt.

Vers. 6. Ἐξερχόμενοι δὲ διήρχοντο κατὰ τὰς κώμας. Solus Syrus post ἐξερχόμενοι addit ܫܠܝܚܐ οἱ ἀπόστολοι. & post κώμας, ܘܒܡܕܝܢܬܐ, id est, καὶ κατὰ πόλεις.

Vers. 10. Εἰς τόπον ἔρημον πόλεως καλουμένης Βηθσαϊδά. Vulg. *ad locum desertum qui est Bethsaidæ.* Syrus, *ad locum desertum Bethsaidæ.* Arabs, *ad locum desertum, ad urbem quæ vocatur Bethsaida.*

Vers. 12. οἱ δώδεκα. Vulgatus & Arabs consentiunt. pro eo Syrus habet, ܬܠܡܝܕܘܗܝ *discipuli ejus.* Sequitur, εἰς τὰς κύκλῳ κώμας καὶ ἀγρούς, Syr. ܠܩܘܪ̈ܝܐ ܕܚܕܪܝܢ ܠܢ ܘܠܟܦܪ̈ܢܐ ubi Tremellius, *in agros qui circa nos sunt & in pagos.* Boder. *in pagos qui circa nos sunt & in oppida.* Velim & ego cum Boder. ܩܘܪ̈ܝܐ verti *pagos.* ponitur enim hîc, ut alibi passim, pro κώμας. sed ܟܦܪ̈ܢܐ non sunt *oppida.* Ferrarius, ܟܦܪ̈ܢܐ *armarium.* nescio an rectè,

ctè. Diminutivum est à ܩܘܪܝܐ *vicus.* inde ܩܘܪܝܬܐ *viculus, villa.* sicut à ܓܒܪܐ *vir,* ܓܒܪܘܢܐ *virunculus.* à ܛܠܝܐ *puer,* ܛܠܝܘܢܐ *puellus.* Lex. Syr. Arab. ܩܘܪܝܬܐ exponit الاسكره قرى صغار دساكر فيها قباب الاكره, id est, *villa, pagi exigui, villæ in quibus sunt conclavia exterorum.* recte ergo Syrus ἀγρὲς vertit per ܩܘܪ̈ܝܬܐ. quum enim volunt discipuli turbas ad pagos & agros dimitti, ἵνα καταλύσωσι, καὶ εὕρωσιν ἐπισιτισμὸν, non intelligitur ipsum agrorum solum; isthic enim nec divertendi, nec cibi inveniendi locus est: sed villæ in agris, ubi in conclavia recipi, & ali possunt exteri. quare & Vulgatus, non hîc tantum, sed & Marc. 6. 36. ἀγρὲς vertit *villas.*

VERS. 15. Καὶ ἀνέκλιναν ἅπαντας, *& discumbere fecerunt omnes.* sic pleraque habent Græca exemplaria. sic legit Syrus. Maluit tamen Cl. Beza legere ἅπαντες, & vertere, *discubuerunt* illi *omnes.* Sic Hieronymus habet, & quædam veteris editionis exemplaria. alia autem habent, *& discumbere fecerunt.* Variant enim hîc, teste Luca Brugensi, codices Latini.

VERS. 26. Ὅταν ἔλθῃ ἐν τῇ δόξῃ αὐτοῦ καὶ πατρός. Conveniunt Vulgat. & Arabs. At Syrus, ܒܫܘܒܚܐ ܕܐܒܘܗܝ ἐν τῇ δόξῃ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ. Additur καὶ τῶν ἁγίων ἀγγέλων. Syrus & Arabs μετὰ τῶν ἁγίων ἀγγέλων αὐτοῦ.

VERS 34. Ἐφοβήθησαν δὲ ἐν τῷ ἐκείνους (intellige Mosem & Eliam) εἰσελθεῖν εἰς τὴν νεφέλην. Ideo Syrus, ܘܕܚܠܘ ܟܕ ܚܙܘ ܠܡܘܫܐ ܘܠܐܠܝܐ ܕܥܠܘ ܠܥܢܢܐ, *& timuerunt quum viderunt Mosem & Eliam ingressos in nubem.*

VERS. 35. ܗܢܘ ܒܪܝ *hic est filius meus.* Sic scribitur in Vienn. & Cothen. At in Reg. melius ܗܢܘ, quod contractum est ex ܗܢܐ ܗܘ, idque factum ex ܗܢܐ & ܗܘ, secundum regulam Grammat. nostræ pag. 137.

VERS. 38. ܡܠܦܢܐ ܒܥܐ ܐܢܐ ܡܢܟ ܐܬܦܢܐ ܥܠܝ. ܒܪܝ ܕܝܚܝܕܝܐ ܗܘ ܠܝ Duplex hîc lectio est. una in Vienn. & Cothen. quæ post ܥܠܝ punctum habet, commatis notam. altera in Regiis, quæ puncto illo destituitur. secundum priorem lectionem Boderianus in Paris. vertit, *peto ego abs te, convertere ad me, filius meus qui unicus est mihi.* absque ullo sensu. nihil enim sequitur quo compleatur. Tremellius eandem lectionem secutus, sic supplevit, *filius meus* hic est, *qui unicus est mihi.* usitatè quidem verbum substantivum subintelligitur, sed præterea etiam pronomen demonstrativum subaudire, durius est. Ideo Boderianus in Regiis alteram lectionem amplexus vertit, *respice in me pro filio meo, qui unicus est mihi.* at nec ita rectè. quia illud *pro* non est in Syro. Si posterior hæc lectio recta est, dispiciatur an Jod in ܥܠܝ sit habendum pro affixo, an pro nota formæ pluralium masculinorum constructæ. sicut enim apud Hebræos, ita & apud Syros עַל ex iis est præpositionibus, quæ imitantur nomina plur. masc. sicut ergo Hebræi non tantum utuntur עַל, sed & eadem significatione עֲלֵי, forma plurali constructa, sic & apud Syros fortassis usurpatur ܥܠ & ܥܠܝ eodem sensu. ut hoc loco ܥܠܝ ܒܪܝ idem sit quod ܥܠ ܒܪܝ *super filium meum.* atque ita idem erit quod in Græco dicitur, *oro te, respice super filium meum, qui unicus mihi est,* vel *quia unicus mihi est.* ܕ enim tam est conjunctio causalis, quam pronomen. atque ita ܥܠܝ, habebit se sicut ܚܕܪܝ *circum me.* & interdum *circum* simpliciter. ܒܝܢܝ *inter me,* & simpliciter *inter.* sic ܥܠܝ *supra me,* & simpliciter *supra.* Arabs اضرع اليك ان تنظر الى ابني وحيدي, *supplex oro te, ut respicias ad filium meum, unicum meum.* Sed quia ܥܠܝ ea significatione hactenus alibi nobis non occurrit, amplectimur priorem lectionem, & vertimus, *Converte te ad me, filius meus quia unigenitus est mihi, & spiritus transit super eum* &c. aut habito ܕ pleonastico, *Filius meus unigenitus est mihi.* vide observat. nostram in Matth. 17. 15. ubi in eadem hac historia eadem hæc phrasis occurrit.

VERS. 39. Καὶ σπαράσσει αὐτὸν μετὰ ἀφροῦ. Syrus pro καὶ σπαράσσει αὐτὸν habet, ܘܡܚܪܩ ܫܢܘܗܝ, id est, καὶ τρίζει τοὺς ὀδόντας αὐτοῦ.

quod apud Marc. legitur cap. 9. vers. 18. Vulgatus ante καὶ σπαράσσει legit καὶ ῥήσσει, *& elidit.* quod ibidem quoque est apud Marcum.

Vers. 42. Ἔτι δὲ προσερχομένου αὐτοῦ. Syrus, ܘܟܕ ܡܩܪܒ ܠܗ, *& quum adduceret eum.* sensus idem est. Sequitur, *allisit eum dæmonium* καὶ συνεσπάραξεν. Syrus, ܘܡܥܣܗ, Tremel. *& frendere fecit eum.* Boder. *stridere fecit.* Boderianus, Trostius, Buxtorfius, aliique volunt esse Benoni Aphel ab עסא, unde in Pael apud Chald. עַסִּי *fremuit, frenduit, stridit.* at tum analogia Grammatices postulat, ut cum affixo sit ܡܥܣܝܢܗ. sine aff. ܡܥܣܐ. Melius ergo Scindlerus voluit esse Præteritum, & thema facit מְעַס, quod vertit *discerpsit, dilaniavit.* Lucas συνεσπάραξε. Liberat nos omni dubio Ferrarius, qui hunc ipsum locum citans, thema dat ܡܥܣ *vexavit, allisit.* ܡܥܣܐ *pleuritis, dolor lateris.* Arabs vertit, واقلقه *& concussit, conturbavit eum.*

Vers. 45. *Ipsi vero ignorabant dictum hoc,* καὶ ἦν παρακεκαλυμμένον ἀπ' αὐτῶν, *& erat occultum ipsis.* Syrus, ܡܛܠ ܕܡܟܣܝܐ ܗܘܐ, *quia occultum erat ab ipsis.*

Vers. 46. Εἰσῆλθε δὲ διαλογισμὸς ἐν αὐτοῖς. Beza, *incidit autem disceptatio inter eos.* Vulgatus, Syrus & Arabs, *intravit autem cogitatio in eos.* quod & simplicius verbis respondet, & sequenti versu confirmatur, ubi Christus non dicitur vidisse disceptationem qua inter se disputabant (etsi & hoc verum esse, ex Marc. 9. 34. liquet) sed τὸν διαλογισμὸν τῆς καρδίας αὐτῶν. ubi διαλογισμὸς, ipso viro doctissimo fatente, nihil est nisi *cogitatio.*

Vers. 48. *Quicunque exceperit* τοῦτο τὸ παιδίον, *istum puerulum.* Consentiunt Vulg. & Arabs. At Syrus, ܠܛܠܝܐ ܐܝܟ ܗܢܐ, id est, παιδίον τοιοῦτον, *puerulum ejusmodi*, ut est Matt. 18. 5.

Vers. 49. Prohibuimus eum, ὅτι οὐκ ἀκολουθεῖ μεθ' ἡμῶν. Syrus existimavit subaudiri σοί. vertit enim, ܡܛܠ ܕܠܐ ܐܬܐ ܥܡܢ ܒܬܪܟ, *quia non venit nobiscum post te.* Sic Cl. Beza, *quia te non sequitur nobiscum.* Vulgatus ad verbum, *quia non sequitur nobiscum.* quod ambiguum est. Arabs, لانه لم يتبعنا, *quia non secutus est nos.* ut idem sit quod Marc. 9. 38. ὅτι οὐκ ἀκολουθεῖ ἡμῖν. Id rectum est. ἀκολουθέω enim tripliciter construitur. I. cum Dativo. quod passim obvium. II. cum ὀπίσω, *post.* ut Matth. 10. 38. ὃς οὐκ ἀκολουθεῖ ὀπίσω μου, *qui non sequitur post me*, id est, me. III. cum μετά, *cum.* ut Apoc. 14. 13. τὰ ἔργα αὐτῶν ἀκολουθεῖ μετ' αὐτῶν, *opera ipsorum sequuntur cum ipsis*, id est, ipsos.

Vers. 50. In Syro textu scribitur, ܚܠܦܝܢ ܐܢܘܢ consentientibus editionibus. legendum tamen ܚܠܦܝܟܘܢ *pro vobis.* ubi simul observamus, Græca exemplaria habere, ὃς γὰρ οὐκ ἔστι καθ' ἡμῶν, ὑπὲρ ἡμῶν ἐστιν. & hanc lectionem à Vulgato confirmari. Syrum tamen & Arabem legisse καθ' ὑμῶν, & ὑπὲρ ὑμῶν. quomodo Marci 9. vers. 40. in plerisque Græcis exemplaribus, & apud Vulgatum legitur.

Vers. 51. *Factum est autem, quum complerentur dies* τῆς ἀναλήψεως αὐτοῦ. Vulgatus, *assumtionis ejus.* Beza, *quo sursum reciperetur.* vide doctas ejus notas. Syrus & Arabs simplicissimè & clarissimè, ܕܣܘܠܩܗ, صعوده, *ascensionis ejus.* sicut 2 Reg. 2. 11. וַיַּעַל אֵלִיָּהוּ בַּסְּעָרָה הַשָּׁמָיִם, *& ascendit Elias in turbine in cælum*, LXX. καὶ ἀνελήφθη Ἠλιοὺ ἐν συσσεισμῷ εἰς τὸν οὐρανόν. vides עָלָה *ascendit* exponi per ἀνελήφθη. ergo & מַעֲלֶה *ascensus* verti potest per ἀνάληψις. Sequitur, τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ἐστήριξε τοῦ πορεύεσθαι εἰς Ἱερουσαλήμ. Vulgatus, *firmavit faciem suam.* Beza, *direxit.* utrumque Hebraicè dicitur הֵכִין פָּנָיו LXX. enim הכין nunc κατευθύνειν, *dirigere*, nunc ἐπιστηρίζειν & στερεοῦν, *firmare* vertunt. sæpius autem ἑτοιμάζειν, *parare.* ut in hac ipsa phrasi Ezech. 4. 3. וַהֲכִינֹתָה אֶת פָּנֶיךָ אֵלֶיהָ. LXX. καὶ ἑτοιμάσεις τὸ πρόσωπόν σου ἐπ' αὐτήν. item v. 7. Ita hoc loco Syrus, ܐܛܝܒ ܦܪܨܘܦܗ, *paravit, aptavit, firmavit vultum suum.* hæc enim vox Syriaca valet, potius quam *direxit*, quod habet Tremel.

Vers. 53. Ὅτι τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ἦν πορευόμενον εἰς Ἱερουσαλήμ. Syrus, ܡܛܠ ܕܦܪܨܘܦܗ ܠܘܬ ܐܘܪܫܠܡ ܣܝܡ ܗܘܐ ܠܡܐܙܠ, Boder. in Reg. *quod speciem præ se ferret proficiscentis ad Ourischlem.* In Paris. autem ad verbum, *Quia faciem suam versus Jerusalem erat ponens* (Tremel. *ponebat*) *ad eundem.* ܣܐܡ ܗܘܐ est *ponebat.* at ܣܝܡ ܗܘܐ *positus erat,* verto ergo, *Quia facies ejus posite*

ta erat versus Jerusalem ad abeundum. Phrasis est Hebræa, qua Jeremias utitur c. 42. 15. אִם אַתֶּם שׂוֹם תְּשִׂמוּן פְּנֵיכֶם לָבֹא מִצְרַיִם *si vos posueritis faciem vestram ad eundum in Ægyptum.* Lucas tamen eam phrasim hîc non adhibuit. Durum autem & insolens videtur Cl. Bezæ dicendi genus, quo usus est Euangelista. quocirca pro πορευόμενον scribendum putat πορευομένου. unde vertit, *quod facies ejus esset proficiscentis Hierosolymam.* sicut Vulgatus, *euntis in Jerusalem.* Laudo tamen Arabem, qui ad verbum vertit, لان وجهه كان ماضيا الي يروشليم, *quia facies ejus erat proficiscens Hierosolymam.* Usitata phrasis est Hebræis, cujus illustre exemplum 2 Sam. 17. 11. ubi Cusai dicit Absolomo, וּפָנֶיךָ הֹלְכִים בַּקְרָב, LXX. καὶ τὸ πρόσωπόν σου πορευόμενον ἐν μέσῳ αὐτῶν, sensus est, *Tu ipse proficiscaris in prælium.* Nam פנים πρόσωπον pro ipsa persona sæpe sumitur. unde, *fugit à facie ejus*, id est, ab eo. & sæpe apud LXX. ἐδεήθη τοῦ προσώπου τοῦ Κυρίου, *oravit faciem Dei*, id est, Deum ipsum. Ita hoc loco, *quod facies ejus esset proficiscens Hierosolymam*, id est, quod ipse proficisceretur.

VERS. 56. *Filius enim hominis non venit* ψυχὰς ἀνθρώπων ἀπολέσαι. Vulgatus & Syrus non legerunt ἀνθρώπων Arabs legit.

VERS. 57. Ἐγένετο δὲ πορευομένων αὐτῶν, ἐν τῇ ὁδῷ εἶπέ τις πρὸς αὐτόν. Syrus & Arabs, ἐν τῇ ὁδῷ junxerunt cum præcedentibus, non cum sequentibus. videtur & Vulgatus.

VERS. 58. Πρῶτον δὲ ἐπίτρεψόν μοι ἀποτάξασθαι τοῖς εἰς τὸν οἶκόν μου. Syrus in fine addit, ܘܐܬܐ *& veniam*, καὶ ἐλεύσομαι.

VERS. 62. ܠܐ ܐܢܫ ܪܡܐ ܐܝܕܗ ܥܠ ܣܟܬܐ ܕܦܕܢܐ. Tremel. & Boder. *nemo admovet manum suam ad aratrum paris boum.* Ferrarius hunc ipsum locum citans, ܣܟܬܐ ܕܦܕܢܐ vertit *vomerem.* rectè. ܣܟܬܐ *gladius* est vel *culter.* deinde *vomer* qui instar cultri & gladii terram scindit. ܦܕܢܐ quoque vertit *par boum.* sicut in Thargum פדנא usurpatur pro צֶמֶד. dubito autem an non idem pro *aratro* sumatur, 1 Sam. 13. 20. ubi quisque Israëlitarum dicitur ivisse ad Philistæos, ut acueret יַת סִכַּת פַּדָּנֵיהּ quod Guido vertit *paxillum jugi sui.* ego verto, *vomerem aratri sui.* nam סִכְּתָא *vomerem* significare non tantum Chaldæis sed & Syris, patet ex Ps. 140. 7. ܐܝܟ ܦܠܚܐ ܕܦܠܓ ܐܪܥܐ ubi Gabriel Sionita, *ut vomer findens terram.* ita non gravatè hoc loco ܣܟܬܐ ܕܦܕܢܐ verterem *vomerem aratri.*

CAP. X.

VERS. 1. Ἀνέδειξεν ὁ Κύριος καὶ ἑτέρους ἑβδομήκοντα. Syrus ἀνέδειξεν vertit, ܦܪܫ ܡܢ ܬܠܡܝ̈ܕܘܗܝ. Tremel. *separavit.* Boder. *secrevit ex discipulis suis.* Malim, *designavit*, vel *expresse definivit & determinavit.* sic sumitur Actor. 11. 29. & Actor. 10. 42. ubi pro ὁρίζειν ponitur. atque ita benè exprimit τὸ ἀνέδειξεν, quod Vulg. & Beza, *designavit.* Arabs, اظهر, *ostendit, manifestavit.* Addidit ergo Syrus, *ex discipulis suis.*

VERS. 2. Ἔλεγεν οὖν πρὸς αὐτούς, *Dicebat igitur eis.* Vulgatus Syrus & Arabs, *& dicebat eis.*

VERS. 4. Μὴ βαστάζετε βαλάντιον. Vulgatus, *sacculum.* Beza, *crumenam.* Syrus & Arabs in plurali, ܟܝ̈ܣܐ, هميانات, *loculos.* ubi obiter observandum, Arabicum هميان, Targumicum הֶמְיָן, proprie *baltheum, cingulum,* ζώνην denotare, atque etiam de sacerdotali baltheo, qui אַבְנֵט dicebatur, usurpari. Hinc Josephus Antiqu. lib. 3. cap. 8. Ταύτην, inquit, τὴν ζώνην Μωϋσῆς μὲν ἀβαναθ ἐκάλεσεν. ἡμεῖς δὲ παρὰ Βαβυλωνίων μεμαθηκότες, ἐμίαν αὐτὴν καλοῦμεν, οὕτως γὰρ προσαγορεύεται παρ' αὐτοῖς. atque inde liquet ζώνην Marc. 6. 8. & βαλάντιον hoc loco idem esse. quia cingulum crumenæ usum præstabat. Additur, μὴ πήραν. Vulg. & Arabs quoque in singulari. At Syrus iterum in plural. ܬܪ̈ܡܠܐ *peras.* Porro, καὶ μηδένα κατὰ τὴν ὁδὸν ἀσπάσησθε. Syrus, ܘܒܫܠܡܐ ܕܐܢܫ ܒܐܘܪܚܐ ܠܐ ܬܫܐܠܘܢ, *& de pace cujusquam in via ne rogate.* phrasis est Hebræa. Arabs autem, ولاتقبلوا احدا, *& ne osculemini quenquam.* id enim quoque est ἀσπάζεσθαι. significat autem & *amplecti, complecti.* ut vertere etiam liceat, *& quenquam per viam ne amplectamini.* Hinc ratio hujus præcepti facile intelligitur. non enim bene precando tantum salutationes fiebant, quod vel in transitu fieri potest, nec moram requirit, sed, ut sunt Orientales illi civilitate morum & ceremoniis luxuriantes, de salu-

salute amici interrogabant, osculabantur, amplexabantur. quod non nisi cum mora & temporis dispendio fieri poterat.

Vers. 7. *Edentes & bibentes* τὰ παρ' αὐτῶν. Vulgatus, *quæ apud illos sunt.* ut & Arabs, مما عندهم, *ex iis quæ apud ipsos sunt.* non malè quoad sensum. nisi quod παρὰ cum Dativo potius quam cum Genitivo *apud* significet. Optimè Syrus, ܡܢ ܕܠܘܬܗܘܢ *ex ipsorum*, sup. bonis. vel ut Tremel. *ex iis quæ ipsorum sunt.* Nam sicut Marc. 3. 21. οἱ παρ' αὐτοῦ sunt ii qui ipsius erant, ipsius propinqui, ita hîc τὰ παρ' αὐτῶν sunt ea quæ ipsorum sunt, ipsorum bona. Adfertur etiam τὰ παρ' αὐτοῦ ex Chrysostomo, inquit H. Stephanus, pro *quæ ad eum attinent*, quæ ipsius sunt. Et rectè idem observat, παρὰ cum Genit. interdum sic usurpari, ut omittatur in interpretatione. ut apud Isocr. αἱ παρ' αὐτῶν δεήσεις, *ipsorum preces.* apud Xenoph. ἡ παρ' αὐτῶν εὔνοια, *ipsorum benevolentia.* Ita hoc loco τὰ παρ' αὐτῶν, sup. ὑπάρχοντα, *ipsorum bona.* Minus ergo placet, quod Cl. Beza verterit, *quæ ab ipsis* apposita fuerint. Subaudi, inquit, παρατιθέμενα, quod participium exprimitur sequente versiculo. At non idem hîc sensus qui ibi. Nam in seq. versu occurrit partim gulæ, ne lautiores mensas sectantes, de domo in domum discurrant, sed contenti sint iis quæ apponuntur, etsi vilissimis. partim scrupulo animi, ne circa ciborum discrimen multum laborent, sed quibusvis appositis vescantur. Hîc autem diffidentiæ occurrit & sollicitudini, ne pereundum sibi fame existimarent, si à munere, quo vitam tolerare solebant, abstinentes, Euangelio annunciando toti vacarent. Vos, inquit, deinceps vestris impensis vivere opus non habetis, edite & bibite quæ illorum sunt. causa additur, Dignus est enim operarius mercede sua.

Vers. 11. Καὶ τὸν κονιορτὸν τὸν κολληθέντα ἡμῖν &c. Arabs pro ἡμῖν legit τοῖς ποσὶν ἡμῶν. Syrus legit ἡμῖν, sed addidit, ܒܪܓܠܝܢ ἐν τοῖς ποσὶν ἡμῶν.

Vers. 14. Πλὴν Τύρῳ καὶ Σιδῶνι &c. Vulgatus & Eras. *veruntamen.* Beza, *ideo.* quod nescio an πλὴν unquam significet. Matth. 11. 22. verterat *quinetiam Tyro* &c. Syrus, ܒܪܡ, & Arabs, ولكن, *verum.* Id probo. nam præterquam quod πλὴν hoc passim significet: ut Matth. 18. 7. & 26. 39. Luc. 6. 24. 35. &c. hoc loco optimè quadrat. ut sensus sit, Vos Corazin & Betzaida Israëliticæ urbes, aspernamini Tyrios & Sidonios utpote gentiles, vestramque conditionem longe supra ipsorum jactatis. verum res aliter habet. Tyro & Sidoni longe tolerabilior erit sors quam vobis.

Vers. 17. Ὑπέστρεψαν δὲ οἱ ἑβδομήκοντα. Solus Syrus addit, ܕܫܕܪ *quos miserat.* & pro μετὰ χαρᾶς habet ܒܚܕܘܬܐ ܪܒܬܐ *cum gaudio magno.*

Vers. 21. Ἠγαλλιάσατο τῷ πνεύματι ὁ Ἰησοῦς. Syrus legit, τῷ πνεύματι ἁγίῳ. Similiter Hieronymus. & quum quidam codices Latini non habeant *sancto*, Lucas Brugensis monet non esse omittendum epitheton *sancto*. Arabs non legit.

Vers. 22. Πάντα παρεδόθη μοι. Annotat Cl. Beza, in vetustis codicibus præmitti, καὶ στραφεὶς πρὸς τοὺς μαθητὰς, εἶπε. Addo Syrum quoque & Arabem ea verba legisse. etsi Vulgatus non legerit. Sequitur autem in eodem versu apud Syrum, ܘܠܡܢ ܕܐܢ ܨܒܐ ܒܪܐ ܕܢܓܠܐ Boder. in Paris. *& is cui si voluerit filius revelare.* defecto sensu, quem supplevit Tremellius, *& is cui si voluerit filius revelare, revelabit.* Sed frustra laborarunt. quia ܐܢ non est hic particula conditionalis *si*. sed completiva, ut Græcorum ἐάν. καὶ ᾧ ἐὰν βούληται ὁ υἱὸς ἀποκαλύψαι. vide Gramm. nostram pag. 408. ubi duo similia loca damus, Rom. 11. 24. Apoc. 3. 19. addatur & hic alius, Joan. 7. vers. 49. rectè ergo Boder. in Reg. *& si cui filius voluerit revelare.* nisi forte illud *si* pronomini præmiserit, ad exprimendum ܐܢ, quod ibi pronomini postponitur. id enim phrasis Syriaca non infert. sed valet simpliciter, *& cuicunque voluerit filius revelare.*

Vers. 23. Καὶ στραφεὶς πρὸς τοὺς μαθητὰς, κατ' ἰδίαν εἶπε. Vulgatus non legit κατ' ἰδίαν. Syrus & Arabs legerunt, sed construxerunt cum μαθητὰς, hoc modo, *& conversus est ad discipulos suos seorsum, & dixit.* Id melius quadrare videtur. quia alioqui dicendum fuerat, κατ' ἰδίαν εἶπε αὐτοῖς. ut & Cl. Beza perspicuitatis ergo vertit, *privatim dixit* eis.

Vers. 30. Ὑπολαβὼν δὲ ὁ Ἰησοῦς εἶπεν. Syrus & Arabs, ὑπολαβὼν præterierunt. Vulgatus, *suscipiens.* Beza, *excipiens.* Erasm. *respondens.* id laudo. nam apud LXX. Interpretes usurpatur pro ענה. ut Job. 2. 4. וַיַּעַן הַשָּׂטָן וַיֹּאמַר, ὑπολαβὼν δὲ ὁ διάβολος, εἶπε. sic cap. 4. 1. & passim per universum Jobum. item Dan. 3. 9. Sequitur, οἳ καὶ ἐκδύσαντες αὐτόν. Syrus, ܘܫܠܚܘܗܝ, *& exuerunt eum.* quod alibi significat, *& miserunt*

ſerunt eum ſed hoc primæ conjug. eſt. iſtud ſecundæ. nam in Pael ܫܠܚܘܗܝ, & Aphel ܐܫܠܚܘܗܝ denotat *exuere*. In Kal autem ܫܠܚ, futur. ܢܫܠܘܚ *miſit*. at ܫܠܚ, futur. ܢܫܠܚ *exutus eſt*.

VERS. 31. Ἀντιπαρῆλθεν. Vulgatus, Eraſmus, Syrus & Arabs, *præteriit*, *tranſiit*, *pertranſiit*. idem quod ſimplex παρῆλθεν. ſicut Luc. 8. 26. ἀντιπέραν τῆς Γαλιλαίας idem eſt quod πέραν, *trans Galilæam*. & in Gloſſario ἀντίπεραν τοῦ ποταμοῦ redditur, *trans fluvium*. Beza, *ex adverſo præteriit*, id eſt, ſic ut non tantum non acceſſerit, ſed etiam de via deflexerit. Malim cum Doctiſſ. Camerario, *coram illo præteriit*. niſi forte ſignificantius ſit, *contra illum præteriit*. quandoquidem enim jacentem eum videbat, accedere autem nollet, ita præteriit, ut ipſe unum, alter alterum teneret latus, ſibique invicem eſſent oppoſiti. quod abſque deflexione à via contingere potuit. Aliter hoc verbum accipitur Sapient. c. 16. verſ. 10. Τοὺς δὲ υἱούς σου οὐδὲ ἰοβόλων δρακόντων ἐνίκησαν ὀδόντες. τὸ ἔλεος γάρ σου ἀντιπαρῆλθε, καὶ ἰάσατο αὐτούς. Id eſt, *Filios autem tuos ne quidem venena jaculantium draconum ſuperarunt dentes. miſericordia enim tua in adverſum prodiit & ſanavit eos.* ubi ἀντιπαρέρχεσθαι eſt *in adverſum ire*, *opponere ſe*.

VERS. 33. Ἦλθε κατ' αὐτόν. Beza, *venit ad eum*. fatetur tamen aliud eſſe κατ' αὐτόν, quam πρὸς αὐτόν. ideo Vulgatum vertiſſe *ſecus eum*. κατὰ cum accuſat. ſæpe *juxta*, *apud* ſignificat. ſenſus ergo eſt, *venit juxta eum*, *apud eum*. opponitur τῷ ἀντὶ, quod ſupra fuit in ἀντιπαρῆλθεν. illi manſerunt ἀντὶ τοῦ τεθραυσμένου, *ex oppoſito vulnerati*, quia non acceſſerunt. hic accedens ſtetit κατ' αὐτόν, *juxta eum*. Syrus rectè, ܐܝܟܐ ܕܐܝܬܘܗܝ ܗܘܐ *ubi erat*.

VERS. 35. Ἐπὶ τὴν αὔριον, *poſtero die*. Syrus, ܠܨܦܪܗ ܕܝܘܡܐ, *ad auroram diei*. idem eſt. nam ſequens aurora poſterum diem facit. Sic & apud Arabes, في الغد quo hîc & alibi paſſim Arabs utitur, ſignificat *in aurora*, & *poſtridie*. غد enim & *auroram* & *craſtinum diem* denotat. Atque his reſpondere videtur Græcorum αὔριον. nam & Latinorum *aurora*, & Græcorum αὔριον derivari videntur ab αὔρα, *aura*, *ventus levior*, qui mane ſpirare ſolet. unde apud Homerum, αὔρη δὲ ψυχρὴ πνέει ἠῶθι πρό. inde & ἀγχαυρος, *diluculum*, *crepuſculum*. adeo ut ἐπὶ τὴν αὔριον, ſi etymologiam ſpectemus, ſit quaſi *ad matutinum crepuſculum*, quo aura flare ſolet.

VERS. 40. ܡܪܬܐ ܕܝܢ ܥܢܝܐ ܗܘܬ. Boder. in Reg. *Martha vero diſtrahebatur*. In Pariſ. *anxia erat*. Tremel. *afflicta erat*. apud Hebr. עָנָה *affligi*. inde עִנְיָן *occupatio*, *negocium*. propriè moleſtum, quod hominem affligit. Inde apud Syros, ܥܢܐ, ut & Arabes, عنى, *occupari*, *ſollicitum eſſe*, *curam adhibere*. ut 1 Theſſ. 4. 11. *date operam ut ſitis quieti*, ܘܥܢܝܢ ܒܣܘܥܪܢܝܟܘܢ, *& occupati in negociis veſtris*, πράσσειν τὰ ἴδια. Sic 2 Tim. 2. 16. ܕܥܢܝܢ ܒܗܘܢ, *qui occupati ſunt in iis*, nempe vanis ſermonibus. In fine verſus, ἵνα μοι συναντιλάβηται, Vulgatus, Eraſmus, Syrus & Arabs, *ut me adjuvet*, id eſt, ἵνα μου ἀντιλάβηται, neglecta præpoſitione σύν. cujus quum habendam eſſe rationem cenſeret Cl. Beza, vertit, *ut mihi viciſſim opituletur*. in notis vero, & fortaſſis rectius, *ut una mecum manus admoveat* operi. metaphora, inquit, deſumta ab oneribus, quæ utrinque admotis manibus ſublevantur. Doctè ſane. ita accipitur Exod. 18. 22. ubi de LXX. judicibus Moſi adjunctis dicitur, וְנָשְׂאוּ אִתָּךְ, *& portabunt tecum*, ſcilicet onus. LXX. Interpretes, καὶ συναντιλήψονταί σοι. non ſemper tamen ita accipitur. Nam Pſ. 89. 22. ipſe Deus dicit, ἡ χείρ μου συναντιλήψεται αὐτῷ. ubi nec per *viciſſim opitulari*, nec per *cum alio una manum admovere* verti poteſt, ſed ſimpliciter per *adjuvare*.

CAP. XI.

VERS. 3. *Panem noſtrum* τὸν ἐπιούσιον *da nobis* τὸ καθ' ἡμέραν. Beza, *in diem*. Syrus, ܒܟܠ ܝܘܡ, *in omni die*, id eſt, quotidie. Vulgatus, *hodie*, σήμερον. Arabs, في اليوم, *in die*. quomodo & τὸ σήμερον vertit Matth. 6. vide de his omnibus notas Bezæ. Non eſt dubium quin ſit idem quod apud Hebr. דבר יום ביומו. quod non idem eſt quod יום יום *quotidie*, ſed *quantum ad unumquemque diem pertinet ſeu requiritur*. LXX. interdum pro eo habent τὰ καθήκοντα καθ' ἡμέραν. Interdum λόγος ἑκάστης ἡμέρας ἐν τῇ ἡμέρᾳ αὐτοῦ. Interdum τὸ τῆς ἡμέρας εἰς ἡμέραν. Interdum τὸ καθ' ἡμέραν εἰς ἡμέραν. Interdum ἐξ ἡμέρας εἰς ἡμέραν. interdum τὸ τῆς ἡμέρας καθ' ἡμέραν. poſtremum hoc extat Dan. 1. 5. &

quia

quia de cibi demenso dicitur, huc maxime quadrat. In Hebræo est, וַיְמַן לָהֶם הַמֶּלֶךְ דְּבַר יוֹם בְּיוֹמוֹ מִפַּת בַּג הַמֶּלֶךְ, LXX. Καὶ διέταξεν αὐτοῖς ὁ βασιλεὺς τὸ τῆς ἡμέρας καθ' ἡμέραν, ἀπὸ τῆς τραπέζης τοῦ βασιλέως. *Et ordinavit ipsis rex demensum uniuscujusque diei de mensa regis.* Ita hoc loco vertendum censeo, *panem nostrum necessarium da nobis, demensum uniuscujusque diei,* vel, *quantum quotidie opus est.* Unde liquere arbitror, ἐπιούσιον non satis rectè verti *quotidianum.* alioqui idem bis dicitur. Sed rectè vertisse Syrum, ܕܣܘܢܩܢܢ, *necessitatis nostræ.* ubi libenter repetimus, quod & in Matthæo observavimus, τὸ ἐπιούσιον rectè à Suida explicari, τὸν ἐπὶ τῇ οὐσίᾳ ἡμῶν ἁρμόζοντα, *qui essentiæ & naturæ nostræ aptus & necessarius est.*

VERS. 4. Ἀλλὰ ῥῦσαι ἡμᾶς ἀπὸ τοῦ πονηροῦ. Hæc Vulgatus non legit, testibus antiquissimis codicibus, etiam Hieronymi. Unde & Lucas Brugensis negat, fuisse à Luca id additum. Græca tamen exemplaria, Syrus item & Arabs id habent.

VERS. 8. Διὰ τὴν ἀναίδειαν αὐτοῦ. Vulgatus, *propter improbitatem ejus.* improbat id Cl. Beza, qui mavult, *propter importunitatem ejus.* rectè tamen laudat Erasmus, idque ex Virgilio, apud quem *labor improbus*, id est, assiduus & importunus, omnia vincere dicitur. Quin imo per *improbitatem*, ipsam ἀναίδειαν, *impudentiam* intellexit. Glossarium, *improbus*, ἀναιδής. *Improbitas*, ἀναίδεια. Syrus, ܡܛܠ ܚܨܝܦܘܬܗ, Tremel. *propter instantiam.* Boder. *propter importunitatem.* ad verbum est, *propter sollicitudinem.* Lex. Syr. Arab. ܚܨܝܦܘܬܐ, العنايه التفقد الاهتمام, *occupatio, cura, sollicitudo.* thema est, ܚܨܦ *sollicitus fuit.* significat ergo hoc studium, quo quis magna sollicitudine occupatur in re agenda.

VERS. 13. Πόσῳ μᾶλλον ὁ πατὴρ ὁ ἐξ οὐρανοῦ δώσει Πνεῦμα ἅγιον &c. Quædam exemplaria legunt ὁ πατὴρ ὑμῶν. Sic Vulgatus, Syrus & Arabs. Porro ὁ ἐξ οὐρανοῦ à Vulgato, Beza & Arabe vertitur *cœlestis.* Sed turbat nonnihil virum doctissimum, quod Patri tribuatur epitheton ὁ ἐξ οὐρανοῦ, quum potius dicatur ὁ ἐν τῷ οὐρανῷ. putat ergo expuncto articulo ὁ legendum potius, πόσῳ μᾶλλον ὁ πατὴρ ὑμῶν, ἐξ οὐρανοῦ δώσει &c. *quanto magis pater vester, dabit è cælo* &c. Syrus, ܟܡܐ ܗܟܝܠ ܐܒܘܟܘܢ ܡܢ ܫܡܝܐ: ܢܬܠ ܪܘܚܐ ܕܩܘܕܫܐ, ubi ܡܢ ܫܡܝܐ *è cælo* posse jungi cum sequenti ܢܬܠ *dabit*, nisi interjacens distinctio cogeret addere præcedentibus. adeo ut vertendus sit Syrus, *quanto magis Pater vester è cælo, dabit Spiritum sanctum?* Pater vester è cœlo, est pater vester cœlestis. quod observamus, quia Tremel. & Boder. ob omissam distinctionem ambiguitate laborant. Idem autem est ὁ ἐξ οὐρανοῦ, quod ὁ ἐν οὐρανῷ & ἐπουράνιος. sic 1 Cor. 15. 47. Christus dicitur ὁ Κύριος ἐξ οὐρανοῦ. quod vers. 48. 49. Apostolus explicat per ἐπουράνιος. Et 2 Cor. 5. 2. τὸ οἰκητήριον ἡμῶν τὸ ἐξ οὐρανοῦ, idem est quod superiore versiculo vocavit οἰκοδομὴν αἰώνιον ἐν τοῖς οὐρανοῖς. Galat. 1. 8. ἄγγελος ἐξ οὐρανοῦ, est Angelus qui in cœlis domicilium habet. Matth. 16. 1. σημεῖον ἐκ τοῦ οὐρανοῦ non est signum quod è cœlo, sive cœlitus delapsa virtute, in terris sit edendum, sed cœleste, quod in ipsis cœlis edatur. Et quid est aliud Hebr. 12. 25. οἱ τὸν ἀπ' οὐρανῶν ἀποστρεφόμενοι, nisi qui aversantur τὸν ἐν οὐρανοῖς, sive τὸν ἐπουράνιον? opponitur enim ἐπὶ τῆς γῆς χρηματίζοντι. Observandum quoque, quod pro πνεῦμα ἅγιον, quomodo Syrus etiam & Arabs legerunt, duo Bezæ codices habebant ἀγαθόν. unde Vulgatus, *Spiritum bonum.*

VERS. 15. Βεελζεβούλ. Septies hæc dictio occurrit. & quidem in Græcis codicibus per Lambda in fine. similiter apud Arabem. At apud Syrum & Vulgatum ubique Beelzebub.

VERS. 17. πᾶσα βασιλεία ἐφ' ἑαυτὴν διαμερισθεῖσα ἐρημοῦται. καὶ οἶκος ἐπὶ οἶκον πίπτει. Ultimum membrum difficultatem habet. Vulgatus & Eras. ad verbum, *& domus supra domum cadit.* At Cl. Beza post ἐπὶ οἶκον repetit διαμερισθεὶς, & ἐπὶ οἶκον accepit pro ἐφ' ἑαυτὸν, Hebraica antecedentis pro relativo repetitione. vertit itaque, *& domus adversus sese dissidens cadit.* quod verbotenus idem est quod dixit Syrus, ܘܒܝܬܐ ܕܥܠ ܩܢܘܡܗ ܡܬܦܠܓ ܢܦܠ. quæ versio Matthæum & Marcum adstipulantes habet, ut rectè observavit vir doctissimus. Nec alio sensu accipiendus Arabs, qui utrumque membrum sic effert, كل مملكة تنقسم تخرب او بيت علي بيت فهو يسقط, *omne regnum, si dividatur, desolatur: aut domus contra domum, tum illa cadit.* Illud Phe in فهو illationem ex præcedenti membro significat, nempe, si domus adversus do-

domum dividitur, tùm & illa cadit. quod observavimus, quia ex Rom. versione nihil tale colligi potest.

Vers. 19. οἱ υἱοὶ ὑμῶν ἐν τίνι ἐκβάλλουσι; Ambiguum est ἐν τίνι. masculinone genere an neutro sit accipiendum. Vulgatus, *in quo ejiciunt?* reliquit ambiguitatem. Beza masculino gen. *per quem?* Syrus, ܒܡܢܐ, quod Tremel. & Boder. verterunt etiam *per quem?* id est, ܒܡܢ. ego *per quid?* Etsi enim Ferrarius, ܡܢܐ, vertat *quisnam, quænam, quodnam*, addit tamen, fere ad res duntaxat referri. Ausim affirmare duntaxat ad res, non ad personas referri. Amira pag. 433. ܡܢܐ *quod vel quid*. Lex. Syr. Arab. ܡܢܐ, اي شي ماذا ما هو ما عسي, id est, *quæ res? quid? quid est? quidnam?* Addo Arabem interpretem, qui ἐν τίνι etiam vertit باذا, *per quid?*

Vers. 24. Διέρχεται δι' ἀνύδρων τόπων. Beza, διέρχεται vertit *transit*, ut & Arabs, يجتاز. Vulgatus paulo efficacius, ni fallor, *perambulat*. Syrus, ܐܙܠ ܡܬܟܪܟ ܒܬܚܘܡܐ, *abit, circumit*, id est, abiens omnibus circumquaque finibus perambulat loca arida.

Vers. 29. Τῶν δὲ ὄχλων ἐπαθροιζομένων Beza, *quum autem turba aggregaretur apud eum*. accepit pro ἀθροιζομένων ἐπ' αὐτόν. At Syrus simpliciter, ܟܕ ܡܬܟܢܫܝܢ ܗܘܘ ܟܢܫܐ, *quum congregarentur turbæ*. Arabs, وفيما كان الجمع متكاثرا, *quum esset turba multiplicata*. Vulgatus, *turbis autem concurrentibus*, id est, inquit Erasmus, coacervantibus, conglobantibus, sive condensantibus se, aut cum turbæ densius affluerent. acceperunt ergo pro ἀθροιζομένων ἐφ' ἑαυτοὺς, vel ἐπ' ἀλλήλους, quum alii ad alios confertim accurrerent & convenirent, & alii aliis adderentur. Horum sententiam magis amplector. Sequitur, γενεὰ αὕτη πονηρά ἐστι. Duo Bezæ codices habebant, γενεὰ αὕτη γενεὰ πονηρά ἐστι. Sic Vulgatus & Arabs legerunt. Syrus semel tantum γενεά. at omisso ἐστὶ, legit γενεὰ αὕτη πονηρὰ σημεῖον ἐπιζητεῖ. Sicut Matth. 16. 4. dicitur, γενεὰ πονηρὰ καὶ μοιχαλὶς σημεῖον ἐπιζητεῖ.

Vers. 34. Ὁ λύχνος τοῦ σώματός ἐστιν ὁ ὀφθαλμός. Sic & Arabs. At Vulgatus & Syrus, *Lucerna corporis tui est oculus tuus*.

Vers. 35. Σκόπει οὖν μὴ τὸ φῶς ἐν σοὶ σκότος ἐστίν. Beza, *Considera ergo num lumen quod in te est tenebræ sint*. At Vulgatus, Syrus & Arabs μὴ verterunt *ne*. Sed tum, ut rectè observavit Cl. Beza, pro ἐστὶν legendum fuerat ᾖ.

Vers. 36. ܐܝܟ ܕܫܪܓܐ ܒܙܠܓܗ ܡܢܗܪ ܠܟ. Boderian. in Reg. *Instar lucernæ quæ ardendo te illustrat*. illud *quæ* non est apud Syrum. In Paris. ergo, ut & Tremel. *sicut lucerna, quum ardet, illuminat te*. acceperunt ܒܙܠܓܗ quasi ܒ esset litera bachlam juncta Infinitivo. at ܙܠܓܐ nomen est, significans *lucem, flammam*, teste Ferrario. vertendum ergo, *sicut candela flamma sua*, vel *luce sua illustrat te*. ὡς ὅταν ὁ λύχνος τῇ ἀστραπῇ φωτίζῃ σε. porro pro ܕܫܪܓܐ legendum censeo ex regulis Grammat. ܕܫܪܓܐ, etsi editiones in ista lectione concordent.

Vers. 38. Ὁ δὲ Φαρισαῖος ἰδὼν ἐθαύμασεν, ὅτι &c. Consentiunt Syrus & Arabs. Vulgatus aliter legit, de quo vide notas Bezæ.

Vers. 39. Τὸ δὲ ἔσωθεν ὑμῶν γέμει ἁρπαγῆς &c. Syrus & Arabs ὑμῶν retulerunt ad τὸ ἔσωθεν, non ad ἁρπαγῆς per trajectionem. vide notas Bezæ.

Vers. 41. Πλὴν τὰ ἐνόντα δότε ἐλεημοσύνην. Syrus, ܒܪܡ ܡܕܡ ܕܐܝܬ ܗܒܘ ܙܕܩܬܐ, *verum quod est date in eleemosynam*. Optimè πλὴν exposuit per ܒܪܡ, *verum*. quod non rectè Tremel. *veruntamen*. sensus enim est: Vos hypocritæ mundos vos putatis, quando externa patinæ & canthari mundastis. Verum, eleemosynam potius date, ut omnia vobis munda sint. Pro τὰ ἐνόντα non malè dixit ܡܕܡ ܕܐܝܬ, *id quod est*, vel *ea quæ sunt*, supple ܠܟܘܢ vobis, id est, quæ habetis, τὰ ὑπάρχοντα. nihil addimus ad ea quæ doctissimè Cl. Beza hîc annotavit. Miramur tantum quid Arabs viderit, quod πλὴν τὰ ἐνόντα, verterit, قبل كل شيء, *ante omnem rem, ante omnia*.

Vers. 42. *Sed væ vobis Pharisæis*; ὅτι ἀποδεκατοῦτε &c. In plerisque Vulgatæ editionis codicibus, inquit Cl. Beza, non legitur *Quia*, sed *Qui*. Hinc suspicatur germanam lectionem esse οἱ: depravatam autem ab iis qui compendium literarum ὅτι, id est, οἱ, ignorantes, pro

co legerunt ἐπὶ. nihil tamen, inquit, mutare volui contra veterum codicum fidem, quum præsertim legat & interpretetur ὅτι Syrus interpres apud Matthæum. Syrus & hic & apud Matthæum eadem usus est particula, nempe præfixo ܕ, quod utrobique tam per conjunctionem *quia*, quam per pronomen *qui* verti potest. utrumque enim valet. Sed Tremellio, quem hic procul dubio vir doctiss. est secutus, visum est apud Matthæum vertere per *quia*, hic per *qui*. cujus nullam præter ipsius arbitrium causam video. Apud Arabem nulla est ambiguitas, qui procul dubio & apud Matth. & hic legit ὅτι. vertit enim لانكم, *quia vos*. Et quamvis verum sit, quosdam Vulgatæ editionis codices legere *qui*, ait tamen Brugensis præferendam esse conjunctionem *quia* relativo *qui*. Adeo ut contra omnium Græcorum codicum fidem, pravum esse ὅτι, ne species quidem suspicionis superesse queat. Hieronymus quoque legit *quia*. nec minus aptum est sensui quam *qui*, ne dicam aptius.

VERS. 45. Ταῦτα λέγων, καὶ ἡμᾶς ὑβρίζεις. Beza, *quum hæc dicis, etiam nos afficis injuria*. ὕβρις sæpe est injuriæ species quædam, quam contumeliam dicimus. Et hanc præsertim hîc intelligi, res ipsa loquitur. Sentiebant enim famam suam lædi, eique dedecoris maculam à Christo affricari, quum vitia sua in publicum proferrentur & taxarentur. Itaque rectè meo judicio Vulgatus, *ignominiam nobis facis*. quod idem dixit Syrus, ܠܢ ܡܨܥܪ ܐܢܬ. & Arabs, تشتمنا نحن.

VERS. 47. *Væ vobis, quia ædificatis monumenta Prophetarum*, οἱ δὲ πατέρες ὑμῶν ἀπέκτειναν αὐτούς. Syrus, ܕܐܒܗܝܟܘܢ ܩܛܠܘ ܐܢܘܢ. & Arabs, الذين قتلهم اباوكم, *quos interfecerunt patres vestri*. Rectè animadverterunt, Hebraismum hic latere. Hebræi enim id tripliciter efferunt. Primo, אֲשֶׁר אֲבוֹתֵיכֶם הֲרָגוּם, οὓς οἱ πατέρες ὑμῶν ἀπέκτειναν αὐτούς. quam phrasim non raro Euangelistæ imitantur. Deinde, pro אשר adhibito Vau, וַאֲבוֹתֵיכֶם הֲרָגוּם, quod hîc, Vau exposito per δὲ, dicitur, οἱ δὲ πατέρες ὑμῶν ἀπέκτειναν αὐτούς. Tertio, nec per אשר, nec per Vau, sed per solum affixum loco pronominis relativi, אֲבוֹתֵיכֶם הֲרָגוּם, οἱ πατέρες ὑμῶν ἀπέκτειναν αὐτούς, id est, οὓς ἀπέκτειναν.

VERS. 48. Ἄρα μαρτυρεῖτε καὶ συνευδοκεῖτε τοῖς ἔργοις &c. Vulgatus, *Profecto testificamini quod consentitis operibus* &c. Beza, *nempe testimonio vestro comprobatis facta*. Syrus & Arabs καὶ αὐτοὶ, *utique testamini & delectamini* &c. μαρτυρεῖν hic est, *laudare, commendare, prædicare*. sicut Luc. 4. 22. πάντες ἐμαρτύρουν αὐτῷ. Joan. 5. 33. μεμαρτύρηκε τῇ ἀληθείᾳ. Significat & *confirmare*. hinc Actor. 14. 3. Deus dicitur μαρτυρεῖν τῷ λόγῳ τῆς χάριτος αὐτοῦ. Ita hoc loco verti potest, *nempe laudatis* (vel *confirmatis*) *& comprobatis facta patrum vestrorum*.

VERS. 49. Διὰ τοῦτο καὶ ἡ σοφία τοῦ Θεοῦ εἶπεν. Sic quoque Vulgatus & Arabs. At Syrus non legit τοῦ Θεοῦ.

VERS. 52. Τὴν κλεῖδα τῆς γνώσεως. Syrus & Arabs legerunt, τὰς κλεῖδας.

VERS. 53. ܘܫܪܝܘ ܣܦܪܐ ܘܦܪܝܫܐ ܒܝܫܐܝܬ ܡܬܚܡܬܝܢ ܠܗ ܘܡܬܟܬܫܝܢ ܗܘܘ. *Cœperunt Scribæ & Pharisæi ægrè habere, & indignabantur*. In Græco est, ἤρξαντο οἱ γραμματεῖς καὶ οἱ Φαρισαῖοι δεινῶς ἐνέχειν. Regi habent, δεινῶς συνέχειν, quomodo & Beza ait legi in Complutensi, & alio quodam codice. addit, in vetustissimo suo codice legi δεινῶς ἔχειν. quomodo procul dubio legit Syrus, & vertit duabus phrasibus, *ægrè habere & indignari*, ut vim adverbii δεινῶς melius exprimeret. Arabs videtur legisse δεινῶς ἐνέχειν. vertit enim, بدا يتعلقون عليه بالردي. quod Romana editio vertit, *cœperunt imputare illi malum*. nescio an bene. ad verbum vertas, *cœperunt pendere de illo in malum*, id est, undequaque imminere ipsi & incumbere, sicut qui de corpore alicujus pendet nec inde avelli potest, ut malum ipsi creet. hoc revera est δεινῶς ἐνέχειν. Sequitur eodem versu in Syro, ܘܡܟܠܝܢ ܗܘܘ ܡܠܘܗܝ. Tremel. & Fabricius, *& aucupabantur sermones ejus*. At vero, ܟܠܐ nihil aliud, quod sciam, significat quam *remorari, impedire*. vide Rom. 15. 22. 1 Cor. 9. 12. Jac. 3. 8. Itaque verto, *& impediebant sermones ejus*. id est, abrumpebant eos, quia diutius præ ira ferre non poterant. ita Syrus intellexit verba Apostoli, καὶ ἀποστοματίζειν αὐτόν. Sequitur in Syro, ܘܢܟܠܝܢ ܗܘܘ ܠܗ ܒܣܓܝܐܬܐ, *& insidiabantur ei in multis*. itaque verba Euangelistæ sic distinxit, καὶ ἀποστοματίζειν αὐτὸν, περὶ πλειόνων ἐνεδρεύοντες αὐτόν. aliter quam vulgo solet. Arabs tamen vulgatam secutus est distinctionem,

nem, & ἀποστοματίζειν περὶ πλειόνων, vertit, ܕܢܡܠܠܘܢ ܥܡܗ ܥܠ ܣܓܝܐܬܐ, *loqui cum ipso de rebus multis.* Poteſt tamen & vulgata diſtinctio cum Syri interpretatione conciliari. ut ſenſus Euangeliſtæ ſit: Quandoquidem libertatem Chriſti ferre non potuerunt, præſertim qua in carpendis ipſorum vitiis utebatur, cœperunt περὶ πλειόνων, *circa multa*, nempe quæ minus grata erant, ἀποστομίζειν αὐτὸν, *os ipſi obturare*, ſive ut Syrus, ſermones ejus impedire. nec tamen prorſus eum tacere, voluerunt. Sed inde in alios eum ſermones conjicientes, cœperunt inſidiosè ipſius verba venari, ut quod carpi poſſet haberent. Nec aliter videtur Vulgatus quoque accepiſſe, quum vertit, *& os ejus opprimere de multis.* quædam exemplaria pro, ἀποστοματίζειν legunt ἀποστομίζειν, quod Heſychius vertit, ἀπὸ μνήμης λέγειν, *memoriter dicere.* & φιμοῦν, *obturare.* id Vulgatus & Syrus ſecuti ſunt.

CAP. XII.

VERS. 1. ܟܕ ܐܬܟܢܫܘ ܪܒܘܬܐ ܕܟܢܫܐ ܣܓܝܐܐ Tremel. *& quum congregatæ eſſent multitudines turbarum magnæ.* Melius Boder. in Reg. *cœtuum plurimorum.* Et in Pariſ. *turbarum multarum.* ſed non rectè convenit in reliquis. ܪܒܘܬܐ enim non abſolutè *multitudines*, ſed ſpeciatim *myriades* deſignat. ut apud Lucam eſt ἐπισυναχθεισῶν τῶν μυριάδων τοῦ ὄχλου. ܪܒܘܬܐ, & per apocopen ܪܒܘ, *myrias*, eſt Hebræorum רִבּוֹא & רְבָבָה. *multitudo* autem dicitur ܣܘܓܐܐ & ܣܘܓܐܐ.
Porro Græca à Cl. Beza, Vallam ſecuto, vertuntur, *quum coacta eſſet permulta turba.* quam interpretationem Doctiſſ. Caſaubonus tanquam admodum dilutam merito rejicit. quid enim aliud dicas, ſi ſolum ducenti aut trecenti adeſſent? rectè ſubſtituit, *quum coacta eſſet multorum millium turba.* Arabs, فلما اجتمع ربوات جموع. verſio Rom. *quum autem congregatæ eſſent multitudines turbarum.* Eundem errorem erravit, quem Tremel. & Boder. in tranſlatione Syri. ربوات enim Arabibus ut & Syris ſunt *myriades.*

VERS. 3. Ἀνθ᾽ ὧν. Beza, *propterea.* ut ὧν ponatur pro τούτων. ſicut Matth. 26. 50. diximus ἐφ᾽ ᾧ poni pro ἐπὶ τούτῳ. Sed eò venien-dum non eſt, niſi cogente neceſſitate, quæ hîc nulla videtur. Aptè enim hîc argumentum ſtatuitur, quo nihil occultum fore probetur, quod non cognoſcatur aliquando. *Quoniam*, inquit, *quæ in tenebris dixiſtis, in lumine audientur.* Rectè ergo Vulgatus ἀνθ᾽ ὧν, vertit, *quoniam.* Syrus, ܡܛܠ ܕ, *enim.* Arabs præteriit.

VERS. 5. Ὑποδείξω δὲ ὑμῖν τίνα φοβηθῆτε. Vulgatus, *oſtendam vobis.* Syrus, ܐܚܘܝܟܘܢ, *indicabo vobis.* Arabs, انا اعلمكم, *ego ſcire vos faciam*, vel *notum vobis reddam.* Beza non vult otioſam eſſe præpoſitionem, ſed de impendentibus periculis monere, quoniam improviſa vehementius feriunt. Vertit ergo, *præmonſtrabo vobis.* Ubi ſi *præmonſtrare* ſumitur pro *in anteceſſum monſtrare id quod nondum eſt, vel quod imminet*, ſicut *præ* ſumitur in *prædicere*, *prænunciare* & ſimilibus, non videtur præpoſitio ὑπὸ eam in compoſitione vim habere. Sed ſi *præmonſtrare* ſumitur pro *ob oculos ponere*, *oculis ſubjicere*, quod propriè eſt ὑποδεικνύειν, inde ὑπόδειγμα, *exemplar*, quod aliquid ob oculos ponit, quomodo *præ* ſumitur in *præſcribere*, *præ ſe ferre* & ſimilibus, tum *præmonſtrare* idem eſt quod demonſtrare & oſtendere. Gloſſarium, ὑποδείκνυμι, *demonſtro.*

VERS. 11. *Ne ſolliciti eſtote*, πῶς ἢ τί ἀπολογήσησθε. Syrus tantum πῶς, Arabs tantum τί habet.

VERS. 15. Εἶπε δὲ πρὸς αὐτούς. Conſentiunt Vulgatus & Arabs. at Syrus, ܘܐܡܪ ܠܬܠܡܝܕܘܗܝ, *& dixit diſcipulis ſuis.* Explicuit nempe, quinam per αὐτοὺς *illos* intelligantur. Sequitur, ὁρᾶτε καὶ φυλάσσεσθε. Conſentiunt rurſus Vulgat. & Arabs. At Syrus tantum, ܐܙܕܗܪܘ, *cavete.* ἀπὸ τῆς πλεονεξίας, *ab avaritia.* Syrus, ܡܢ ܟܠܗ ܥܠܘܒܘܬܐ, & Arabs: من كل الشرة, ut & Vulg. *ab omni avaritia.* In Rom. editione, Arabica non rectè vertuntur *ab omni malo.* ſicut enim, الجود non tantum in genere *bonitatem*, ſed paſſim in ſpecie *beneficentiam & liberalitatem* ſignificat, verbumque, جاد, *bonus, liberalis fuit*: ita contrarium ejus الشرة, *malitia*, ſpecialiter *avaritiam* paſſim denotat, & pro πλεονεξία non hîc tantum, ſed & Marc. 7. 22. 1 Theſſ. 2. 5. & alibi uſurpatur. Sequitur, ὅτι οὐκ ἐν τῷ περισσεύειν τινὶ ἡ ζωὴ αὐτοῦ ἐστιν ἐκ τῶν ὑπαρχόντων αὐ-

τῦ. Syrus, ܡܛܠ ܕܠܐ ܒܡܘܬܪܐ ܕܢܟܣܐ ܐܝܬܝܗܘܢ ܚܝܐ, *quia non in abundantia opum est vita*. Arabs, لانه ليس الحياة للانسان بكثرة ماله, *quia non est vita homini* (vel *cuiquam*) *in multitudine opum ejus*. ambo verterunt quasi legissent, ὅτι οὐκ ἐν τῷ περισσεύειν τινὶ τὰ ὑπάρχοντα ἡ ζωὴ αὐτοῦ ἐστιν. videtur & nonnihil Cl. Bezam turbasse constructio. vertit enim, *nec enim cujusquam vita ex iis quæ ipsi suppetunt, in eo sita est ut redundet.* Longius à verbis & eorum situ recessit. nec video cur non Vulgatum potius sit secutus, qui simplicius longè & magis dilucidè vertit: *quia non in abundantia cujusquam vita ejus est ex iis quæ possidet.*. Malim tamen ἐν τῷ περισσεύειν τινὶ accipere ex Hebraismo pro, *in abundando cuiquam*, בְּהוֹתֵר לְאִישׁ, *quum abundè est alicui*. ne tum quidem, inquit, vitam suam habet ex suis facultatibus. Id ipsum voluit Vulgatus. sed malo verbum adhibere quam nomen. quia ἐν τῷ περισσεύειν τινὶ, *quum abunde est alicui*, majorem emphasim habet, quam ἐν τῇ περισσείᾳ τινὸς, *in abundantia cujusquam*.

VERS. 16. Εἶπε δὲ παραβολὴν πρὸς αὐτοὺς λέγων. Syrus & Arabs omiserunt λέγων, absque ullo sensus dispendio. quia ex Hebraismo redundat.

VERS. 21. Καὶ μὴ εἰς Θεὸν πλουτῶν. Vulgatus, *in Deum*. Erasmus, *erga Deum*. Syrus, Arabs & Beza, *in Deo*. sæpe enim εἰς pro ἐν usurpatur, ut alibi monuimus. Quod autem Cl. Beza annotat, in quinque vetustis codicibus post πλουτῶν subjici, ταῦτα λέγων ἐφώνει, ὁ ἔχων ὦτα ἀκούειν, ἀκουέτω, Syrus, Arabs & Vulgatus nihil horum habent.

VERS. 24. Καλανοήσατε τοὺς κόρακας, ὅτι οὐ σπείρουσιν &c. Syrus, inquit Cl. Beza, videtur ut supra 11.41. pro ὅτι legisse οἳ, idque (opinor) rectius. At ut supra, ita & hîc monemus, Doctissimum virum secutum esse Tremellium, cui ܕܠܐ ܙܪܥܝܢ, placuit vertere, *qui non serunt*, quum verti etiam possit, *quòd non serunt*. At Arabs habet, التي لا تزرع, οἳ οὐ σπείρουσι. in sensu minimum interest.

VERS. 29. ܘܠܐ ܢܦܠܓ ܪܥܝܢܝܟܘܢ ܒܗܠܝܢ. Regia, *nec immoretur mens vestra in istis*. Malim cum Tremellio, *& ne distrahatur cogitatio vestra in istis*, vel, *& ne vagetur mens vestra in istis*, aut, *ne oberret*. In Græco est, καὶ μὴ μετεωρίζεσθε, quod Beza vertit, *& ne suspenso animo estote*. Vulgat. & Erasm. *& nolite in sublime tolli*. Malim, *& ne vagamini animo*, ut solent meteora in aëre, quæ nullam habent constantiam. Hesychius, μετέωρος, κοῦφος, *levis*, *vagus*. Verbum פְּהָא duobus locis in Thargum invenitur, ex quibus huic loco, ut & illis ex hoc lux addi potest. Primus locus est Prov. 18. 1. תְּאוּתָא בָּעֵי פָּהְיָא וּבְכָל מִלְכְּנָא מִצְטְדֵי׃ quæ in Regiis transferuntur, *Desiderium quærit separatus, & omne consilium deridet.* Ego sic verto, *Desiderium quærit vagus, & in omni consilio desolatur*. Atque ita verbotenus & optimè verba Hebræa translata puto, לְתַאֲוָה יְבַקֵּשׁ נִפְרָד בְּכָל תּוּשִׁיָּה יִתְגַּלָּע׃. Ubi נִפְרָד est homo divisus, separatus, inconstans animo, qui in una re hærere non potest, sed mente sua hac illac oberrat & vagatur. Is desiderio suo non potitur, sed semper quod desiderat quærit, & quodcunque consilium ineat, desolatus est. Alter locus est versu sequenti, לָא צָבֵי סַכְלָא בְּסוּכְלְתָנָא אֶלָּא בְּשַׁטְיוּתָא פָּהֵי לְבֵּיה׃. Quæ in Regiis translata sunt, *non vult stultus intelligentiam, sed in stultitia immoratur ejus animus.* Ego sic verto, *non delectatur stultus intelligentiâ, sed in stultitia vagatur cor ejus.* Et sic bene explicantur verba Hebræa, לֹא יַחְפֹּץ כְּסִיל בִּתְבוּנָה כִּי אִם בְּהִתְגַּלּוֹת לִבּוֹ ubi בְּהִתְגַּלּוֹת non explico ut vulgo fieri solet, *cum revelatur cor ejus*. sed, *ut vagetur & huc illuc migret cor ejus*. גָּלָה enim etiam *migrare* significat. ut sensus sit, stultum non gaudere intelligentia, sed ut cor suum oberret, & quaquaversum vagetur & migret. Concludimus ergo, פהא Chald. & Syr. significare, *dividi*, *distrahi*, *incerta sede vagari & oberrare*. quod ad animum hominis inquieti, & de cibo, potu ac vestibus nimium solliciti rectè applicuit Syrus: is enim nunquam sibi constat, sed perpetua inquietudine jactatus vagatur. In sententia nostra, nacti Ferrarium, plane confirmati sumus. is enim: ܦܠܓ, *aberravit, evagatus est*. refertur ad animum, inquit. & hunc ipsum locum citat. addit: ܦܘܠܓܐ, *evagatio mentis*. ܦܠܓܐ, *aberratio, evagatio*. ܦܠܓܐ, *aberrans animo*. ܦܠܓܘܬܐ, *evagationes mentis*. nec aliter capio illud Syrachidæ 26. 10: Πορνεία γυναικὸς ἐν μετεωρισμοῖς ὀφθαλμῶν γνώσεται. *Scortatio mulieris in vagationibus oculorum cognoscitur*. Rectè ergo in hunc locum

Lucæ

Lucæ Theophylactus, Μετεωρισμὸν λέγει τὸν περισπασμὸν, καὶ τὴν τῆς λογισμοῦ ἄστατον περιφορὰν, ἄλλοτε ἄλλο ἐνθυμουμένου. Id est, *μετεωρισμὸν vocat distractionem, & instabilem rationis circumlationem, nunc hoc nunc illud cogitantis*. Arabs dixit, ولا تهتموا, *& ne solliciti estote*. rem dixit. phrasin non expressit.

VERS. 32. Μὴ φοβοῦ. Consentiunt Syrus & Arabs. Vulgatus, *nolite timere*. μὴ φοβεῖσθε.

VERS. 37. ܛܘܒܝܗܘܢ ܠܥܒܕܐ ܗܢܘܢ ܐܝܠܝܢ ܕܐܬܐ ܡܪܗܘܢ ܘܢܫܟܚ ܐܢܘܢ ܟܕ ܥܝܪܝܢ. Tremel. *Beati sunt servi illi, quos cum venerit dominus eorum, invenerit quoque vigilantes*. sic & Boder. in Reg. nisi quod rectè omiserit *quoque*. At in Parif. *Beati sunt servi illi, quos cum venerit Dominus eorum, & inveniet eos vigilantes*. quæ verba inter se nec sensu nec constructione conveniunt. Utriusque lapsus inde ortus, quod ܐܝܠܝܢ putaverint esse Accusativi casus qui regatur à verbo ܘܢܫܟܚ, cum potius sit genitivi casus qui regitur à substantivo ܡܪܗܘܢ. nam ex phrasi Syrorum, ut & Hebræorum, ܐܝܠܝܢ ܕܡܪܗܘܢ est, *quorum dominus*. Itaque sententia & constructio Syra ad verbum sic habet, *Beati sunt servi illi, quorum dominus veniet, & inveniet eos vigilantes*. id est, quorum dominus veniens inveniet eos &c. Sic infra verf. 43. ܛܘܒܘܗܝ ܠܥܒܕܐ ܗܘ ܕܐܬܐ ܡܪܗ ܢܫܟܚܝܘܗܝ. Tremel. *Beatus servus ille, quem veniens dominus ejus invenerit quod faciat ita*. Boderianus interl. *quem cum venerit Dominus ejus inveniet eum* &c. verte, *cujus veniet dominus, inveniet eum*, id est, veniens inveniet. ܕ Genitivi est, non accusativi. hæc non ob rei pondus, sed ad rectam linguæ Syræ intelligentiam observamus. Sequitur, in fine versus, Καὶ παρελθὼν διακονήσει αὐτοῖς. Vulgatus, *& transiens ministrabit eis*. sic & Syrus. rejicit id Beza, nisi eò referas, quod eos qui ministrant convivis, subinde oporteat locum mutare. non ea mens est. sed *transiens*, id est, in loco ubi est, non subsistens, sed ad locum ubi mensa est, transiens ministrabit. Beza, *& accedens*. quomodo Luc. 17. verf. 7. Actor. 24. verf. 7. accipitur. Sensus idem est. ita fere & Arabs, ويقف يخدمهم, *& stans ministrabit eis*. id est, adstans, adeoque accedens primum. vide infra 17. 6.

VERS. 42. ܕܢܬܠ ܦܣܡܐ ܒܙܒܢܗ

Omnes editiones legunt ܦܣܡܐ apposita vocali ad secundam literam. qua forma à Ferrario exponitur, *integumentum, velamen, siparium*. at forma ܦܣܡܐ, *demensum*, hoc est, mensura frumenti quam servis in singulos menses ad menstruum victum domini admetiebantur. est etiam, inquit, esca, cibus, victus. & hunc ipsum locum citat. ponitur pro σιτομέτριον. quod Vulgatus, *tritici mensuram*, Beza, *demensum*, Arabs, طعامهم, *cibum eorum* verterunt. Gen. 47. 12. Καὶ ἐσιτομέτρει Ἰωσὴφ τῷ πατρὶ αὐτοῦ, καὶ τοῖς ἀδελφοῖς αὐτοῦ, καὶ παντὶ τῷ οἴκῳ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ σῖτον κατὰ σῶμα, *& admensus est Joseph patri suo* &c. *cibum pro numero corporum*. pro quo in Hebræo est, וַיְכַלְכֵּל יוֹסֵף אֶת אָבִיו וְאֶת אֶחָיו לֶחֶם לְפִי הַטָּף, *& sustentavit Joseph patrem suum & fratres suos pane pro ratione parvulorum*. Gloss. σιτόμετρον, *cibarium, diarium*. unde colligi posset, σιτομέτριον esse cibi demensum in diem, non, ut volebat Ferrarius, in mensem. Citat tamen & Cl. Beza ex Donato in Phormionem, servis quaternos frumenti modios dari solere in mensem, idque demensum dici. Suidas, σιτομέτριον, ἡ σιτοδοσία, *frumenti datio*.

VERS. 47. Καὶ μὴ ἑτοιμάσας, μηδὲ ποιήσας πρὸς τὸ θέλημα αὐτοῦ. Syrus, omisso μηδὲ ποιήσας, habet tantum, καὶ μὴ ἑτοιμάσας πρὸς τὸ θέλημα αὐτοῦ. vertit autem hoc modo, ܘܠܐ ܛܝܒ ܠܗ ܐܝܟ ܨܒܝܢܗ. Tremel. & Boder. in Parif. *neque parat se* (in Reg. *neque comparavit se*) *secundum voluntatem ejus*. Malè. sic enim non ܠܗ sed ܢܦܫܗ dicendum fuerat. vertendus Syrus, *& non paravit ipsi secundum voluntatem ejus*. Sensus est, servus qui voluntatem heri novit, nec tamen quæ injuncta sunt parat Domino secundum voluntatem ejus, is multis plagis cæditur. Optimè intellexit mentem Domini. Melius quam Arabs, qui μὴ ἑτοιμάσας, accepit pro μὴ ἑτοιμάσας ἑαυτὸν, adeoque vertit, ولا يستعد, *& non parat se*. ut & Beza, *neque se comparavit*. Præfero Vulgatum, *& non præparavit, & non fecit secundum voluntatem ejus*. id est, qui quamvis teneret vo-

voluntatem heri, tamen quæ officii sui erant nec præparavit, nec fecit secundum voluntatem ejus.

Vers. 49. ܢܘܪܐ ܐܬܝܬ ܠܡܪܡܐ ܒܐܪܥܐ ܘܨܒܐ ܐܢܐ ܐܠܘ ܡܢ ܟܕܘ ܝܩܕܬ. Tremel. *Ignem veni ut mittam in terram, & cupio ut jam accensus sit.* Non rectè, meo judicio. quia ܐܠܘ semper significat *si*, nunquam, quod sciam, *ut*. Regia, *ignem veni projecturus in terram, & quid volo, si jam accensus sit?* nec hoc bene, quia illud *quid* non est apud Syrum. verto ad verbum, *Ignem veni injecturus in terram, & volo, si jam accensus est.* Mentem Syri hanc fuisse puto: Si omnia in terra pacatè se ac tranquillè haberent, ego ignem in terram injicere ne velle quidem possem. sed si ita se res habet, ut jam accensus sit, equidem veni ad hoc ut injiciam, & volo injicere. Textus habet, πῦρ ἦλθον βαλεῖν εἰς τὴν γῆν. καὶ τί θέλω, εἰ ἤδη ἀνήφθη; quæ Syrus sic accepit, ac si dixisset, quid vellem aliud? siquidem jam accensus est. aut illud τί non legit. Arabs habet, وما اريد الا اضطرامها, *& quid volo, nisi accensionem ejus?* sicut Vulgatus, *nisi ut accendatur?* εἰ μὴ ἀνήφθη; Cl. Scaliger καὶ τί θέλω vertit, *& quid mea?* in notis id habes. utinam probasset. Ego τί θέλω accipio pro τί θέλω λέγειν; vel ipsum θέλω pro λέγω, quo sensu dicimus, *quid hic vult?* id est, *quid hic dicit?* ut sensus sit, quid dico me venisse missurum ignem in terram? siquidem jam accensus est.

Vers. 57. *Cur autem ex vobis ipsis non judicatis* τὸ δίκαιον, *quod justum est?* Syrus, ܟܐܢܘܬܐ, *veritatem.* Ubi sciendum, in linguis Orientalibus Hebræa, Syra atque Arabica verum & justum eadem notione contineri, & passim confundi. Sic צְדָקָה, *justitia*, quum de Deo dicitur, passim ejus *veritatem* denotat. unde apud Arabes, צדיק, *verus.* & verbum צדק, *verus fuit.* Item ab Hebræo, חֹק, *jus, statutum*, fit Arabicum חַק, & primo *id quod firmum est*, 2. *quod verum*, 3. *quod justum est* significat. Similiter apud Syros, ܟܐܢܘܬܐ non quod verum est modo, sed & quod justum est denotat. Quin & אֱמֶת, *veritas*, per δικαιοσύνην, *justitiam*, à LXX. vertitur Gen. 24. 49. Esa. 38. 19. & alibi. adeo ut non peccaverit, qui etiam hîc apud Lucam τὸ δίκαιον verterit *verum.*

Vers. 58. *Quando abis cum eo quicum lis tibi est ad principem, dum adhuc in via es,* ܗܒ ܬܐܓܘܪܬܐ ܘܐܫܬܪܐ ܡܢܗ. Tremel. *da mercedem, & liberaberis ab eo.* Regia, *da mercedem, ut libereris ab eo.* ܬܐܓܘܪܬܐ acceperunt pro ܐܓܪܐ, quod propriè *mercedem* significat. At ܬܐܓܘܪܬܐ propriè *negociationem, mercaturam, quæstum* significat, idem quod Græcis ἐργασία. unde & pro ἐργασία quæstum significante, eadem hac voce Syrus utitur Act. 16. 16. 19. & c. 19. 24. 25. Eodem ergo modo, & hîc verto, *da quæstum, & liberaberis ab eo*, vel, *ut libereris ab eo*, Christus dixit, δὸς ἐργασίαν ἀπηλλάχθαι ἀπ' αὐτοῦ. quod D. Beza ex Latinismo vertit, *da operam ut libereris ab eo.* addit in commentariis, Syrum interpretem non intellexisse. fateor, si δὸς ἐργασίαν vertendum est, *da operam.* at quum ipse D. Beza fateatur, se hoc dicendi genus alibi non legisse, ἐργασία autem pro quæstu passim occurrat, optimè videtur Syrus intellexisse. ut sensus sit, si ἀντίδικον habes, qui cum de quæstu tibi lis sit, ad quam disceptandam simul ad magistratum contendatis, dum in via es, da potius, largire potius quæstum adversario tuo, ut ab eo libereris. Addo, ܬܐܓܘܪܬܐ non tantum significare Syris *negociationem*, & *quæstum*, sed & generalius *negocium*, *opus*, in quo quis occupatur. Didicimus id ex præfatione Lexici Syro-Arabici, ubi author scribens ad quendam Abrahamum, à quo ad concinnandum Lexicum extimulatus fuerat, ubi de usu Lexici egisset, hæc addit, ܕܢܬ ܕܐܫܡܠܐ ܪܓܬܟ ܘܡܚܕܐ ܐܘܫܛܬ ܐܝܕܐ ܠܥܠ ܬܐܓܘܪܬܐ ܗܕܐ, id est, ad verbum, *judicavi ut perficerem cupiditatem tuam, & statim extendi manum ad negocium* vel *ad opus hoc.* deinde paulo post rursus, ܐܢܬ ܕܝܢ ܐܘ ܐܚܘܢ ܘܟܠܗܘܢ ܐܝܠܝܢ ܕܢܦܠܘܢ ܥܡܟ ܒܥܠ ܬܐܓܘܪܬܐ ܗܕܐ ܡܢ ܟܕ ܡܬܗܢܝܢ ܒܥܡܠܐ ܕܥܡܠܬ ܚܠܦܝܟܘܢ ܘܡܦܩܝܢ ܐܢܬܘܢ ܨܠܘܬܐ ܦܪܘܥܘ ܘܬܘܕܝܬܐ ܠܡܪܢ ܘܠܥܒܕܗ: id est, *tu autem ô frater noster, & omnes qui incident tecum in opus hoc, quum in labore quem præstiti pro vobis studebitis & egrediemini, precationem rependite & gratiarum*

rum actionem ei qui facit bona vestra. Sic & hoc loco, ܗܒ ܥܠܬܐ ܘܐܬܦܨܐ verti potest, *da negocium, & liberaberis ab eo.* id est, negocium quod cum adversario habes, in quo lis vestra versatur, da, cede ei; expeditissima ea ratio est qua libereris. nec video cur non eodem modo exponi queat δὸς ἐργασίαν, ἀπηλλάχθαι. *trade negocium, ut libereris.* Arabs ἐργασίαν pro negociatione & quæstu accepit. vertit enim, فاعط ما يجب عليك في الطريق تتخلص منه, *da quod debes in via, liberaberis ab eo*, vel, *ut libereris*, id est, lucrum illud quod tu ipsi debes, & unde lis orta est, da id in via, ut libereris antequam ad judicem ventum sit.

VERS. 59. λέγω σοι. Solus Syrus, legit ἀμὴν λέγω σοι. fortassis ἀμὴν in margine annotatum erat ex Matth. 5. 26.

CAP. XIII.

VERS. 7. ἵνα τί καὶ τὴν γῆν καταργεῖ; Syrus, ܠܡܢܐ ܡܒܛܠܐ ܠܗ ܐܪܥܐ, *quare otiosam reddit terram?* Arabs, لئلا تبطل الارض, id est, ut in uno exemplari legebat Beza, ἵνα μὴ καὶ τὴν γῆν καταργῇ, *ne otiosam reddat terram.* Optimè vero Syrus & Arabs, τὸ καταργεῖν exposuerunt per בַּטֵּל. utrumque enim significat, *otiosum reddere, cessare facere ab opere, usum adimere*, adeoque *cassum & irritum reddere.* Esr. 4. v. 21. שִׂימוּ טְעֵם לְבַטָּלָא גֻּבְרַיָּא אִלֵּךְ; LXX. θέτε γνώμην καταργῆσαι τοὺς ἄνδρας, *date edictum ut cessare faciant viros istos*, ab opere scilicet quo restaurandæ Hierosolymæ incumbebant. Ita hoc loco: non tantum sterilis est hæc arbor, sed & terram hanc, quæ, si fertilem gestaret arborem, usum suum præberet, nunc otiosam reddit, efficitque ut ab usu suo & opere inutilis cesset. Melius ergo Clar. Beza, *quorsum etiam terram inutilem reddit?* quam Vulgatus, *ut quid etiam terram occupat?*

VERS. 9. ܘܐܢ ܠܐ ܠܡܢܐ ܚܝܐ ܬܦܣܩܝܗ̇ Tremel. & Boder. *& si non, quare viveret? exscindes eam.* ܠܡܢܐ est *quare.* At, ܠܡܐ usitate significat *ut ne, ne forte*, idem quod ܕܠܡܐ. item *an? nunquid?* alias significationes nec memoria suggerit, nec à Ferrario, Lexicoque Syr. Arab. adferuntur. verterem itaque, *si non: ut ne vivat, exscindes eam.* Sic videtur Syrus intellexisse verba Euangelistæ, εἰς τὸ μέλλον ἐκκόψεις. ut sensus sit, sic exscindes ut deinde in futurum non vivat. posses etiam vertere, *an viveret? exscinde eam.* Habet autem textus Græcus ellipsin, in verbis, κἂν μὲν ποιήσῃ καρπόν. sub. ἀφήσεις. Eadem ellipsis est in Syro, ܘܐܢ ܢܥܒܕ ܦܐܖ̈ܐ, *& si fecerit fructus.* Eadem in Arabico, فان هي اثمرت, quæ pessimè quoad sensum translata sunt in Romana editione, *ipsa namque attulit fructum.* conqueritur enim Dominus, & negat attulisse fructum. error ortus est ex homonymia particulæ فان, quæ pro diversa punctatione interdum significat *namque*, interdum *& si.* quam posteriorem significationem omnino hîc postulat & sensus & textus Græcus. ut vertas, *& si fructum tulerit*, elliptica locutione. Sequitur, والا فاقطعها, *& si non, exscinde eam.*

VERS. 25. Καὶ ἄρξησθε ἔξω ἑστάναι, *& cœperitis foris stare.* Syrus & Arabs, *& stabitis foris.* Rectè animadverterunt, incipiendi verbum hîc pleonasticum esse, sicut Luc. 3. vers. 8. Actor. 1. vers. 1. & alibi. At pro λέγοντες quod sequitur, Syrus habet, *& incipietis dicere.* quod idem tamen est, atque *& dicetis.*

VERS. 27. Καὶ ἐρεῖ, λέγω ὑμῖν. Syrus, Arabs & Vulgatus, tantum legerunt, Καὶ ἐρεῖ ὑμῖν, *& dicet vobis.* Sequitur, οἱ ἐργάται τῆς ἀδικίας. Syrus, ܦܠܚܝ̈ ܫܘܩܪܐ, *operatores mendacii.* Sunt iidem quos Hebræi vocant פֹּעֲלֵי אָוֶן, quod LXX. solent vertere οἱ ἐργαζόμενοι τὴν ἀνομίαν. Syrus vero, ܥܒ̈ܕܝ ܫܘܩܪܐ. vide Psal. 5. 6. & Psal. 6. 8. Ubi observandum quod R. D. K. ad Psal. 7. vers. 14. ad verba Davidis, הִנֵּה יְחַבֶּל־אָוֶן וְהָרָה עָמָל וְיָלַד שָׁקֶר: observat, hæc tria אָוֶן עָמָל שֶׁקֶר idem significare, & non esse nisi המלות שונות dictiones permutatas. Itaque & hoc loco apud Syrum, ܦܠܚܝ̈ ܫܘܩܪܐ idem est quod ἐργάται τῆς ἀδικίας.

VERS. 33. Πλὴν δεῖ με σήμερον καὶ αὔριον, καὶ τῇ ἐχομένῃ πορεύεσθαι. Secundum hanc lectionem πορεύεσθαι est *ambulare, iter facere.* At Syrus, & Arabs, acceperunt pro *abire, discedere*, scilicet ex vita. Et post αὔριον Syrus quidem legit ἐργάζεσθαι *operari*, quod cum Theophylacto, valde probat Casaubonus.

Arabs

Arabs vero مكث *manere*. Ut ſenſus ſit, hodie ſolùm & cras operabor & in vita permanebo, perendie moriendum mihi erit. Idem dixerat ſuperiore verſu, ἐκβάλλω δαιμόνια, καὶ ἰάσεις ἐπιτελῶ σήμερον καὶ αὔριον, καὶ τῇ τρίτῃ τελειοῦμαι. Verum jam addit, δεῖ, oportet ita eſſe, nec poterit id Herodes aut quivis alius impedire. non video tamen cur hanc lectionem adeo neceſſariam eſſet velit Cl. Caſaubonus, ut longè falli dicat qui priorem cum Vulgato & Beza ſequuntur. optimè enim ea cum præcedentibus cohæret. operabor hodie & cras, tertio autem die conſummabor. verum non ante tertium diem. oportet enim me hodiè & cras & perendie adhuc ambulare. cohærentia hujus planior videtur, quam alterius. Sequitur, οὐκ ἐνδέχεται προφήτην ἀπολέσθαι &c Beza, *non contingit* Vulgatus, *non capit*. Capit pro convenit, uſitatum eſt, teſte Eraſmo, apud Tertullianum. ſed quod addit, Matthæum dixiſſe, χωρεῖ nuſquam reperimus. nam neque hæc ſententia apud Matthæum extat, neque alibi apud eum χωρεῖ eo ſenſu. Syrus, ܠܐ ܡܫܟܚܐ, *non eſt poſſibile*. οὐκ ἐνδέχεται ipſi idem fuit, quod infra 17. 1. ἀνένδεκτόν ἐστι μὴ ἐλθεῖν τὰ σκάνδαλα, id eſt, ἀδύνατόν ἐστι, *impoſſibile eſt*, vel, *Res non fert ut non veniant ſcandala: Res non fert ut moriatur Propheta extra Jeruſalem.* ſicut 2 Machab. 11. 18. ἃ ἦν ἐνδεχόμενα συνεχώρησε, Vulgatus, *Quæ res permittebant, conceſſit.* Nova verſio, *Quæ fieri quidem potuerunt, conceſſa ſunt.* nec alienum hinc eſt illud 2 Mach. 13. 26. ἀπελογήσατο ἐνδεχομένως, *excuſavit rem quantum potuit, quantum res tulit.* Arabs, οὐκ ἐνδέχεται ἀπολέσθαι, ſenſum, non verba ſecutus, vertit, لا يهلك, *non perit*. Non contingit ut pereat, id eſt, non perit. non continget eum vivere, id eſt, non vivet. & ſimilia. Hoc quidem ſimpliciſſimum. ſed Syri verſio ἐμφατικώτερος. Gloſſar. ἐνδέχεται, *licet*. quod hîc minus convenit.

VERS. 34. Καὶ οὐκ ἠθελήσατε, *& noluiſtis*. in plurali. cum quo Syrus & Arabs conſentiunt. Vulgatus hîc & apud Matthæum, *noluiſti*.

CAP. XIV.

VERS. 1. ܘܗܘܐ ܟܕ ܥܠ ܠܒܝܬܐ ܕܚܕ ܡܢ ܪ̈ܫܢܐ ܕܦܪ̈ܝܫܐ ܕܢܐܟܘܠ ܠܚܡܐ ܒܝܘܡܐ ܕܫܒܬܐ ܘܗܢܘܢ ܢܛܪܝܢ ܗܘܘ ܠܗ: Tremel. *Et factum eſt, quum ingrederetur in domum cujuſdam ex principibus Phariſæorum in die Sabbathi: & ipſi obſervabant eum.* non ſatis plenus ſenſus eſt. nec videtur legiſſe, ܠܡܐܟܠ ܠܚܡܐ. B. in R. *Et factum eſt quum ingreſſus fuiſſet domum unius ex primoribus Periſchais, ut ederet panem die Sabbathi, & ipſi obſervarent eum.* non rectè eadem conſtructione junxit, *ut ederet & ipſi obſervarent*. nam ܕ quod futuro ܢܐܟܘܠ præponitur, non influit in ܢܛܪܝܢ ܗܘܘ quod alterius plane temporis eſt. deinde omiſit ܕ, quod eſt in ܕܚܕ. maxime placet Pariſienſis, *Et fuit ut quum ingreſſus fuiſſet in domum unius ex primoribus Phariſæorum, ut ederet panem in die Sabbathi, & ipſi obſervantes erant eum.* bis adhibuit *ut*, quia bis in Syro eſt ܕ. nam ܕ in ܕܢܐܟܘܠ reperitur in ܕܢܐܟܘܠ quia ſatis procul diſtat à ܗܘܐ unde regitur. Lucas dixit, Καὶ ἐγένετο ἐν τῷ ἐλθεῖν αὐτὸν εἰς οἶκόν τινος τῶν ἀρχόντων τῶν Φαρισαίων σαββάτῳ φαγεῖν ἄρτον, καὶ αὐτοὶ ἦσαν παρατηρούμενοι αὐτόν, D. Beza τὸ φαγεῖν accepit πληκῶς, ut regatur ab ἐν τῷ ἐλθεῖν, *quum veniſſet ad capiendum cibum*. tum ſequens καὶ non eſt copulativum, ſed ex more Hebraiſmi retributivum, adeoque in Latiniſmo ſuperfluum. quare & à doctiſſ. interprete omiſſum. non repudio. ſic & Arabs. Tamen Syrus τὸ φαγεῖν accepit εἰδικῶς, ut regatur ab ἐγένετο. ἐγένετο φαγεῖν, *factum eſt edere*, vel ut habet Vulgatus, *manducare panem*, id eſt, ut manducaret. Sicut infra c. 16. 22. ἐγένετο δὲ ἀποθανεῖν τὸν πτωχόν. tum καὶ quod ſequitur eſt copulativum, & in Latiniſmo retinendum, ut factum à Vulgato.

VERS. 2. ὑδρωπικός. Syrus, ܕܟܢܝܫܝܢ ܗܘܘ ܡ̈ܝܐ ܗܘܐ, *qui congregaverat aquas*. Jam aliquoties obſervavimus, Participium Peil promiſcuè paſſivam & activam ſignificationem obtinere, ut & apud Arabes participia formæ נציר, نصير, atque ita ܟܢܝܫ eſt, *congregatus*, & *qui congregavit*.

VERS. 5. Τίνος ὑμῶν ὄνος ἢ βοῦς. Conſentiunt Vulgatus & Arabs. At Syrus pro ὄνος habet, ܒܪܗ, *filius ejus*. legit, υἱός. quod in minus accuratè ſcripto exemplari facile legitur

tur pro ους. Si enim Omicron ſuperne non prorſus coaleſcat, hoc modo υ, Ypſilon videtur. Similiter Nun & Omicron ſi adunentur, hoc modo ω, Jota & Omicron videntur, ſitque υως.

VERS. 9. *Ne cum pudore incipias obtinere* τὸν ἔσχατον τόπον. Syrus, ܕܘܟܬܐ ܐܚܪܝܬܐ, ubi Tremel. & Boder. non rectè, *locum alium*. verte, *locum ultimum*. eſt enim ܐܚܪܝܬܐ, fœmininum à ܐܚܪܝܐ, *ultimus*. Sed *alius* dicitur ܐܚܪܢܐ, fœmin. ܐܚܪܬܐ.

VERS. 10. Προσανάβηθι ἀνώτερον. Vulgatus & Beza, *aſcende ſuperius*. Syrus, ܣܩ ܠܥܠ, ܣܩ ܠܥܠ ܘܐܣܬܡܟ, *aſcende ſuperius & accumbe*. noluit otioſam eſſe præpoſitionem, ſed accipi quaſi, πρὸς τῇ τραπέζῃ ἀνάβηθι ἀνώτερον. quaſi dicas, *adſcende ulterius*. non adeo malè. etſi enim προσαναβαίνειν apud LXX. Interpretes ſæpe adhibeatur pro עָלָה, *aſcendere*, in iis tamen ſolummodo locis id fit, ubi ſimul *attingendi* ſignificatio includitur. ut Exod. 19. 23. οὐ δυνήσεται ὁ λαὸς προσαναβῆναι εἰς τὸ ὄρος. id non tantum eſt *aſcendere ad montem*, ſed *aſcendendo attingere montem*. ſic Joſ. 11. 17. & 15. 3. & 18. 12. & alibi, hic aut ille terminus dicitur προσαναβαίνειν ad alterum, id eſt, ſic eò aſcendere ut attingat. Fateor tamen Judith 13. 12. & 2 Machab. 16. verſ. 36. ſimpliciter eſſe *aſcendere*.

VERS. 13. ܡܚܝܓ̈ܐ. Tremel. & Bod. *afflictos*. ponitur pro ἀναπήρους. verte ergo *mutilos*. ſic enim Ferrarius, ܡܚܝܓܐ, *mutilus*. ܡܚܝܓܘܬܐ, *mutilatio*. ܡܚܓ, *læſit*, *offendit*. rectè. ſic enim 1 Tim. 6. 9. pro ἐπιθυμίας βλαβερὰς, Syr. habet, ܪ̈ܓܝܓܬܐ ܡܚܝܓ̈ܬܐ. & Act. 14. 8. pro ἀδύνατος τοῖς ποσὶ, habet, ܡܚܝܓ ܒܪ̈ܓܠܘܗܝ ܗܘܐ ܡܢ ܟܪܣ ܐܡܗ. ubi rurſus Tremel. & Boder. *qui afflictus erat pedibus ſuis*. majus eſt quod dicit Lucas, & quod vox Syriaca indicat. mutilus erat pedibus & mancus, ita læſus, ut pedum officio frui non poſſet. Vult porro Servator, invitari etiam πτωχούς. Beza, *mendicos*. Vulgatus, *pauperes*. ſic & Syrus, ܠܡܣ̈ܟܢܐ, & Arabs, المساكين *pauperes*. Mendici enim Syris ܡܣ̈ܟܢܐ, Arabibus متصدقون & سايلون, dicuntur. Etſi non negem, quin quæ in Græco πτωχὸς eſt ambiguitas, eadem quoque in Syra dictione atque Arabica eſſe queat. Apud Arabes ſane *pauper* dicitur الفقير & المسكين, ſed hoc diſcrimine, quod الفقير propriè talem pauperem denotet, qui quamvis nihil ſuperfluum habeat, ſeipſum tamen ſuſtentare adhuc poteſt. ſed المسكين qui aliena ope eget.

VERS. 18. Ἀπὸ μιᾶς, idem eſſe quod Syriacè, ܡܢ ܚܕܐ, & ſæpius una dictione, ܡܚܕܐ, ac ſignificare *ſtatim*, *repente*, *extemplo*, & illic ſubintelligi ſubſtantivum ὥρας, hic ܫܥܬܐ, rectè docet & multis argumentis probat doctiſſimus Fullerus libro Miſcell. primo, cap. 1. Cui ſimile fere addo ex Epiſtola ad Philem. verſ. 22. ubi Apoſtolus, ἅμα δὲ καὶ ἑτοίμαζέ μοι ξενίαν. Syrus pro ἅμα habet ܒܚܕܐ, ſubintellige, ܫܥܬܐ, quaſi ἐν μιᾷ, ſupple ὥρᾳ. Vult enim ut una hora, id eſt, uno eodemque tempore, ſive ſimul, & Oneſimo reconcilietur, & ſibi de hoſpitio proſpiciat. Quod autem Marc. 6. verſ 25. pro ἐξ αὐτῆς D. Fullerus docet apud Syrum legi בחדא שעתא, *una hora*, error eſt. legitur enim, בהדא שעתא, *in hac hora*, hoc eſt, *hoc ipſo tempore*, *jam ſtatim*. in quem errorem facile fuit ex characteribus Hebræis incidere, ubi ה & ח parum differunt. at nequaquam ex Syriacis, ubi alterum, ܒܚܕܐ, alterum, ܒܗܕܐ ſcribitur, & prius legitur, בְּחָדָא, alterum, בְּהָדָא Torquet autem non parum Doctiſſ. Fullerum lib. 4. c. 1. quod hoc ipſo loco Syrus illud ἀπὸ μιᾶς non verterit per ܡܚܕܐ, neque per ܡܢ ܚܕܐ, ſed per ܡܢ ܚܕ. & eò ipſum adigit, ut locum hunc non probè intellexiſſe eum crediderit. Quum enim, inquit, phraſi ἀπὸ μιᾶς, deeſſe autumaret vocem γνώμης, aut βουλῆς, aut etiam καρδίας, vertit, מן חד, quaſi tu dicas, מן חד רעין, vel potius, מן חד לב. Nam מן חד שעא non poteſt dici ſine fœdo ſolœciſmo. Juvandus hîc eſt vir doctiſſimus. Etſi enim Syrus dixerit מן חד, phraſi tamen ἀπὸ μιᾶς deeſſe putavit ὥρας, non βουλῆς. Poteſt enim maſculino numerali חד aliud ſubſtantivum aptari quam

רעין, *mens*, aut לב, *cor*: scilicet עדן, ܥܕܢ *tempus*. atque ita ܡܢ ܚܕܐ, supp. ܥܕܢ, *ex eodem tempore*, idem erit quod ܡܢ ܚܕܐ ܫܥܐ supp. ܫܥܬܐ, *ex eadem hora*. sæpe enim pro ὥρα Syrus dicit ܥܕܢܐ. ut hoc ipso cap. vers. præced. τῇ ὥρᾳ τοῦ δείπνου, ܒܥܕܢܐ ܕܚܫܡܝܬܐ. sic Matth. 14. 15. Luc. 1. 10. & alibi passim. nec inusitatum Syris est, sicut ܫܥܬܐ, ita alibi ܥܕܢܐ vel quod idem est ܙܒܢܐ subaudire. ut Joan. 13. 33. ܩܠܝܠ ܬܘܒ ܥܡܟܘܢ ܐܢܐ. quod plene habes Joan. 12. vers. 35. ܩܠܝܠ ܙܒܢܐ ܬܘܒ ܢܘܗܪܐ ܥܡܟܘܢ ܗܘ.

Quod si hæc doctis non placent, dicendum erit חד ad personas referri, quia additur כלהון. & מן חד כלהון esse *ex uno omnes*, quod Latini dicunt *ad unum omnes*. atque ita ἀπὸ μιᾶς πάντες posset sumi pro ἀπὸ μιᾶς ὁδοῦ, una via, una ratione omnes, id est, *pariter*, vel ut habet Vulgat. *simul omnes*. Arabs tantum جميعهم, *omnes*.

VERS. 21. ܠܫܘܩܐ ܘܠܒܪ̈ܝܬܐ ܕܡܕܝܢܬܐ. Tremel. *& in pagos civitatis*. Boder. *in vicos*. καὶ ῥύμας τῆς πόλεως. Ferrarius scribit, ܒܪ̈ܝܬܐ, *plateæ*, *vici*. subjungit, ܒܝܪܬܐ, *arx*, *palatium*, *castrum*. Hebr. בִּירָה. ut & Lex. Syr. Arab. ܒܝܪܬܐ, مقصوره القصر حصن, id est, *palatium*, *aula*, *munitio*. Sed aliam quoque addit significationem, ܒܝܪܬܐ ܐܪܥܐ ܠܐ ܡܙܕܪܥܢܝܬܐ, id est, ܒܝܪܬܐ est *terra non seminabilis*. quod Arabicè sic explicat, الارض البايره البور وهي التي لا تزرع, id est, *terra inculta*, *sterilis*. *estque quæ non seminatur*. tales sunt vici & plateæ civitatum. apud Chaldæos בָּרָה est *sylva*, *ager*, extra civitatem. nam בַּר *extra*. Sunt omnia originis Arabicæ, ubi בּוּר significat *incultum locum*. pro וָבֹהוּ *& vasta* habet Persica translatio. Gen. 1. 2. וּבִירָאן. Inde apud Rabbinos בור, *incultus homo*, *rusticus*. Elias in Thisbi, אדם שאין בו תורה ולא דרך ארץ נקרא בור, id est, *homo qui neque in lege Dei neque in civilibus rebus versatus est*, *dicitur* בור. Sint ergo ܒܪ̈ܝܬܐ ܕܡܕܝܢܬܐ non tam plateæ civitatis, (præcessit enim ܫܘܩܐ, quod *plateas* significat) quam agri inculti extra civitatem, vel in ipsa civitate, ubi deambulatur, aut alia exercitia fiunt. atque idem discrimen fortasse hîc statuendum inter πλατείας καὶ ῥύμας τῆς πόλεως. Sequitur in eodem versu, ܡܟܐܒܐ, *& dolore affectos*. Ferrarius scribit, ܡܟܐܒܐ, *dolore affectus*. id rectum censeo. est enim, meo judicio, participium secundum conjugat. Aphel à ܟܐܒ, *doluit*. inde ܐܟܐܒ, *dolore affecit*. particip. primum, ܡܟܐܒ, *dolore afficiens*. secundum, ܡܟܐܒ, *dolore affectus*. sed forma Emphat. ܡܟܐܒܐ, מַכְאֲבָא pro מַכְאֲבָא, forma מַפְקְדָא. quia apud Syros Aleph neque sub se neque ante se scheva patitur. fit ergo crasis, qua duplex scheva mutatur in tsere, & Aleph amittit suum motum. sicut ܬܫܐܠܘܢ, תֵּשְׁאלוּן, *petetis*, pro תִּשְׁאֲלוּן, forma תִּפְקְדוּן. legendum ergo, ܡܟܐܒܐ.

CAP. XV.

VERS. 1. *Accedebant autem ad eum* πάντες οἱ τελῶναι. Arabs consentit. Vulgatus & Syrus non legerunt πάντες.

VERS. 11. Εἶπε δέ. Syrus vertit quasi legisset, εἶπε δὲ αὐτοῖς πάλιν ὁ Ἰησοῦς. addidit quæ subintelligebantur, explicationis gratia. Vulgatus & Arabs nihil addiderunt.

VERS. 12. Δός μοι τὸ ἐπιβάλλον μέρος τῆς οὐσίας. Beza, *Da mihi partem substantiæ quæ ad me attinet*. Laudat autem Syrum Interpretem, quod non ineleganter verterit, *partem ad me redeuntem*. verba ejus sunt, ܗܒ ܠܝ ܦܠܓܘܬܐ ܕܡܛܝܐ ܠܝ ܡܢ ܒܝܬܟ. Tremel. *Da mihi portionem quæ redit ad me ex domo tua*. Melius Boder. *quæ contingit mihi*. propriè *quæ pervenit ad me*. est enim ܡܛܐ *pervenire*, *pertingere*. nec est aliud *portio quæ pervenit ad me*, quam *mea*. sicut & vers. seq. ܟܢܫ ܗܘ ܒܪܗ ܙܥܘܪܐ ܟܠ ܡܕܡ ܕܡܛܝܗ, *congregavit ille filius ejus minimus*

nimus omnia quæ pervenerunt ad ipsum, id est, *omnia sua*. quare dilucide admodum Arabs, اعطني نصيبي من مالك, *da mihi portionem meam ex opibus tuis*. huc pertinent quæ de τὸ ἐπιβάλλον ex Arist. & Herod. doctissimè à Camerario adferuntur. quæ vide.

VERS. 15. Εἰς τοὺς ἀγροὺς αὐτοῦ. Vulgatus singulari num. *in villam suam*. cum quo Syrus & Arabs consentiunt.

VERS. 17. Ἐγὼ δὲ λιμῷ ἀπόλλυμαι. *Ego autem fame pereo*. Vulgatus, Syrus & Arabs addunt ὧδε, *hic*.

VERS. 22. Ἐξενέγκατε τὴν στολὴν τὴν πρώτην. Vulgatus, *Cito proferte stolam primam*. Rectè observavit Erasmus, *Cito* non addi in Græcis exemplaribus. addimus, neque in Syro, neque in Arabe. ἐμφατικώτερον autem dixit *proferte*, quam Beza, *afferte*. ἐξενέγκατε enim vi præpositionis est, è vestiario depromite & proferte stolam. unde Syrus, ܐܦܩܘ, *exire facite*, *educite*. Πρώτην, Vulg. *primam*, ut & Arabs, الاولي. Beza, *præcipuam*, ut & Syr. ܪܫܝܬܐ. nam *primam* dixisset ܩܕܡܝܬܐ.

VERS. 25. Ἤκουσε συμφωνίας καὶ χορῶν. Syrus, καὶ χορῶν non legit. Arabs & Vulg. legerunt. συμφωνίας autem Syr. vertit, ܩܠܐ ܕܙܡܪܐ ܣܓܝܐܐ.

Tremel. & Boder. *vocem concentus multorum*, verto, *vocem cantus multorum*. quum enim unus canit, non est concentus, sed quum multi. quoniam ergo compositum συμφωνίας una dictione enarrare non potuit, dixit *cantus multorum*, id est, *concentus*. Arabs, اتفاق الاصوات, *convenientiam vocum*.

CAP. XVI.

VERS. 1. *Dixit autem etiam discipulis suis.* Syrus addit, ܡܬܠܐ, *parabolam*. Deinde οἰκονόμος à Vulg. vertitur *villicus*. doctè id rejicit Erasmus, cujus videantur notæ. Syrus, ܪܒ ܒܝܬܐ, *præfectus domus*, cui cura administrandæ domus tradita est. Arabs, وكيل, *administrator*, cujus fidei res commissæ sunt. inde توكل, *fidere*, *confidere*.

VERS. 6. Ἑκατὸν βάτους ἐλαίου. Syrus, ܡܐܐ ܡܫܘܚܝܢ ܕܡܫܚܐ. Tremel. *centum mensuras olei*. Malim cum Boder. *centum metretas*. Nam & Joan. 2. 6. Arabs μετρητὰς vertit, مطرين, מטרין. Atque ita rectè à Syro verti βάτους, patet ex LXX. qui pro בת habent μέτρον 2 Paral. 2. 10. & μετρητὰς 2 Paral. 4. 5. Ferrarius, ܡܫܘܚܬܐ, *metreta*, *cadus*. ejus plur. ܡܫܘܚܢ & ܡܫܘܚܬܐ.

VERS. 8. Καὶ ἐπῄνεσεν ὁ κύριος τὸν οἰκονόμον τῆς ἀδικίας. Vulgatus, ὁ κύριος, *Dominus*, relicta ambiguitate, ad Christum ne, an ad herum dispensatoris istius referat. Beza, *dominus ille*, ut ad herum referatur. Contra Syrus, ܡܪܢ, *dominus noster*, ad Christum. Similiter Arabs, الرب, quod soli Deo tribuitur, adeoque Christo, quia Deus. de homine enim *dominus* dicitur السيد. Malim cum doctiss. Beza ad herum referre. non modo quia supra vers. 3. dispensator vocavit eum τὸν κύριον αὐτοῦ, sed vel maxime, quia si hic κύριον ad Christum referas, totus versus hic continebit sermonem Lucæ interrumpentis orationem Christi, quem statim versu proximo loquentem rursus introducit. Dicendum foret, Christum à vers. 1. ad 8. proposuisse similitudinem dispensatoris iniqui. Lucam vero vers. 8. narrare judicium Christi de isto dispensatore. versu deinde 9, Christum continuare orationem, qua similitudinis reddat apodosin. Aptius longe videtur, si absque ulla interruptione dicamus, etiam vers. 8. continuari sermonem Christi, narrantis laudasse herum istum servi sui astutiam. idque merito, quia filii hujus seculi prudentiores sunt &c. atque ita statim, continuato eodem orationis cursu, subjici apodosin, qua & filii lucis officii sui monentur. Sive tamen ad herum, sive ad Christum referatur, à neutro laudatur actionis iniquitas, sed ὅτι φρονίμως ἐποίησεν, quod prudenter rebus suis afflictis consuluerit.

VERS 9. *Facite vobis amicos*, ἐκ τοῦ μαμωνᾶ τῆς ἀδικίας. Beza, *ex mamona injusto*. Non tamen, inquit, de opibus malè partis hic agi, proposita similitudo manifestè declarat. Cur ergo opes injustæ vocantur? Respondet, vel in genere, quod esse soleant hominum vitio illecebræ ad peccandum: vel habita propositæ hypotheseos ratione, quibus aliquis sit antea contra Dei patrisfamilias voluntatem abusus. Hæc ille. Ubi miror, virum doctiss. non easdem habuisse cogitationes, quas mox infra vers. 11. ubi quum τῷ ἀδίκῳ μαμωνᾷ videret opponi τὸ ἀληθινόν, vertit *fallacem mamonam*. Optimè sanè & divinè. Sed quia interpretationem suam non fulcit, nostrum erit ejus veritatem

evincere. Diximus jam ad Luc. 12. 57, in linguis Hebræa, Syra & Arab. una eademque notione justitiam & veritatem denotari. Item ad Luc. 13. 27. mendacium & iniquitatem eodem nomine venire. videantur ista. Jam addimus, à LXX interpretibus non tantum אָוֶן verti ἀνομίαν & ἀδικίαν, sed & שֶׁקֶר, quod procul omni dubio *mendacium* significat, non minus sæpe per ἀδικίαν quam per ψεῦδος verti. etiam ubi nihil aliud quam falsitatem significare potest. ut Jer. 5. 31. הַנְּבִאִים נִבְּאוּ בַשֶּׁקֶר, *Prophetæ prophetant in falsitate*, LXX, οἱ προφῆται προφητεύουσιν ἄδικα. Lev. 5. vers. 22. וְנִשְׁבַּע עַל הַשֶּׁקֶר, *& juraverit falso*, καὶ ὀμόσῃ ἀδίκως. Deut. 19. v. 18. וְהִנֵּה עֵד שֶׁקֶר הָעֵד שֶׁקֶר עָנָה בְאָחִיו, *Et ecce testis falsus est testis ille, falsitatem testatus est in fratrem suum*, Καὶ ἰδοὺ μάρτυς ἄδικος ἐμαρτύρησεν ἀδικία. In quibus locis manifestum est, ἀδικίαν significare *falsitatem*. Hinc est quod & pro רְמִיָּה & מִרְמָה, id est, *dolo & fallacia* eadem voce utantur. ut Job. 27. 4. וּלְשׁוֹנִי אִם יֶהְגֶּה רְמִיָּה, *lingua mea si meditatur fallaciam*, LXX. οὐδὲ ἡ ψυχή μου μελετήσει ἄδικα. Sic מֹאזְנֵי מִרְמָה, *statera fallax*, vertitur, ζυγὸς δόλιος, & ζυγὸς ἄδικος, & ἀδικίας, eadem significatione. ut Amos 8. 5. Oseæ 12. 7. nempe ut δικαιοσύνην usurpant pro אמת, *veritate*, ita ἀδικίαν שקר & מרמה, *mendacio & fallacia*. sicut ergo מָמוֹן אֱמֶת, quod hîc dicitur μαμωνᾶ ἀληθινόν, Hellenisticè rectè dicitur μαμωνᾶ τῆς δικαιοσύνης, ita מָמוֹן שֶׁקֶר vel מָמוֹן מִרְמָה, μαμωνᾶ δόλιον, rectè dicitur μαμωνᾶ τῆς ἀδικίας & ἄδικον, eadem significatione. Intelliguntur divitiæ quæ non sunt veræ, sed mendaces & fallaces. Fateor Syrum vertere, ܡܡܘܢܐ ܕܥܘܠܐ, *mamona iniquitatis*. Sed non abs re erit, si moneam, etiam עַוְלָה apud Hebræos pro *falsitate & fallacia* sumi. ut Malach. 2. 6. תּוֹרַת אֱמֶת הָיְתָה בְּפִיהוּ וְעַוְלָה לֹא נִמְצָא בִשְׂפָתָיו, LXX. νόμος ἀληθείας ἦν ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ, καὶ ἀδικία οὐχ εὑρέθη ἐν χείλεσιν αὐτοῦ. vides עַוְלָה, ἀδικίαν, opponi τῷ אֱמֶת, τῇ ἀληθείᾳ. Itaque עַוְלָה לֹא נִמְצָא בִשְׂפָתָיו, est quod de Christo dicitur 1 Pet. 2. 22. δόλος οὐχ εὑρέθη ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ. unde & אִישׁ עַוְלָה, vertitur ἀνὴρ δόλιος, Ps. 43. 1. Sequitur in eodem versu, ὅταν ἐκλίπητε, Vulg. & Beza, *quum defeceritis*. Syrus, ܡܐ ܕܚܣܪ, *quum defecerit*, mamona nimirum. Vbi annotat Cl. Beza, Syrum legisse ἐκλίπῃ, idque perperam, aut potius depravatum esse Syriacum contextum exscriptoris culpa. Liceat pace magni viri dicere, secus mihi videri. Oborta fuit illa suspicio, quia existimavit ἐκλίπητε hîc non aliter quam pro verbo neutro sumi posse, quum propriè sit transitivum, & significet *derelinquere, deserere*. ut ἐκλείπειν τὴν τάξιν *deserere ordinem*. ἐκλείπειν τὸν βίον, *deserere vitam*. Ita hoc loco, *Facite vobis amicos de fallaci mamona, ut quando* ἐκλίπητε *deserueritis*, scilicet illum fallacem mamonam, *illi vos recipiant in æterna tabernacula*. vides jam, *quum deserueritis* mamonam, & quod dixit Syrus, *quum defecerit* mamona, unum idemque esse. Et quidem adeo ea interpretatio placet, ut vix dubitem quin sit recta. Qui vertunt, *quum defeceritis*, subaudiunt, ex hac vita, id est, quum moriemini. quod quia à præcedenti methaphora recedit, frigidum hîc est, & sine emphasi. Sed quoniam de mamona agitur, quem veluti summum amicum diligebant, monueratque ut alios sibi inde amicos pararent, causam subjicit, quia deserere aliquando mamonam oporteret, ejusque loco oportunos tum fore amicos pauperes, qui eos in æterna recipiant tabernacula. Syrus dixit, *in æterna tabernacula sua*, ad majorem emphasin.

VERS. 10. Ὁ πιστὸς ἐν ἐλαχίστῳ, καὶ ἐν πολλῷ πιστός ἐστι. καὶ ὁ ἐν ἐλαχίστῳ ἄδικος, καὶ ἐν πολλῷ ἄδικός ἐστιν. Syrus, Arabs & Beza, ἐν ἐλαχίστῳ quod propriè est *in minimo*, verterunt *in pauco*, quia ei opponitur ἐν πολλῷ, *in multo*. At Vulgatus, qui ἐν ἐλαχίστῳ ex primaria significatione voluit vertere *in minimo*, ἐν πολλῷ, vertit *in majori*. Quod neutiquam est spernendum. Nam & apud probatos authores, Thucydidem, Homerum aliosque πολὺς pro *magnus, amplus, excellens, præstans* usurpatur, teste Budæo. Apud LXX autem interpretes nihil usitatius, idque ex Hebraismo, ubi רַב *multus*, etiam est *magnus, præstans*. Inde μισθὸς πολὺς, *merces magna*, Gen. 15. 1. πολλὴ ἄβυσσος, *magna abyssus*, Ps. 36. 6. θυμὸς πολὺς, *magna ira*, Dan. 11. 44. σοφία πολλὴ, *sapientia magna*, sive præstans & excellens, 1 Reg. 4. 29. & hîc quidem sensus huic Euangelistæ loco aptior videtur. confertur enim mamona, tanquam minimi pretii thesaurus, cum gratia Euangelica, præstantissimo & summo thesauro, & hoc indignus declaratur, qui in illo fidus non fuerit. Quia qui non est fidelis in minimo, nec erit in maximo.

VERS. 11. *Si igitur in iniquo* (Beza rectè fal-

fallaci) mamona fideles non fuistis, τὸ ἀληθινὸν τίς ὑμῖν πιστεύσει; Syrus, ܫܪܪܐ ܠܟܘܢ ܡܢܘ ܢܗܝܡܢܟܘܢ, Tremel. *verum mamona vobis quis credet?* Boder. *verum vobis quis credet?* verte, *veritatem vobis quis credet?* ܫܪܪܐ *veritas*, abstractum est. concretum ܫܪܝܪܐ, *verus, vera, verum*. Arabs ut Syrus, فمن يامنكم في الحق, *quis credet vobis in veritate?* id est, *quis concredet vobis veritatem?* τὸ ἀληθινὸν acceperunt pro τὴν ἀλήθειαν. quod tamen non probo. nam ut versu 9. docuimus, μαμωνᾶ ἄδικον & ἀληθινὸν opponuntur, tanquam divitiæ fallaces & veræ. Interim fateor, per veras divitas intelligi veritatem Euangelii.

VERS. 13. Ἢ ἑνὸς ἀνθέξεται. Vulg. & Beza, *aut uni adhærebit*. Syrus, ܐܘ ܠܚܕ ܢܝܩܪ, *aut unum honorabit*. Arabs, ويطيع الواحد, *& obediet uni*. exposuerunt quid sit *adhærere*, nempe honore & obedientia adhærere. Possunt tamen Græca verti, *aut unum amplectetur*. nam דָּבַק, *adhærere*, nunquam à LXX. interp. vertitur per ἀντέχεσθαι, sed הֶחֱזִיק. ut Prov. 3. 18. de Sapientia dicitur, עֵץ חַיִּים הִיא לַמַּחֲזִיקִים בָּהּ, LXX. ξύλον ζωῆς ἐστὶ πᾶσι τοῖς ἀντεχομένοις αὐτῆς, *Lignum vitæ est iis qui amplectuntur eam*. & alibi. Qui amplexus quandoquidem honoris signum est, non male Syrus vertit, *honorabit*. præsertim quia τῷ ἀνθέξεται opponitur καταφρονήσει, *contemnet*. honor & contemtus opponuntur.

VERS. 16. Καὶ πᾶς εἰς αὐτὴν βιάζεται. Beza, *& quivis in illud vi perrumpit*. Vulgatus simplicius, *in illud vim facit*. Syrus, ܡܥܨܐ ܠܗ ܕܢܥܘܠ, *premit illud ut intret*. optimè sensum expressit. Arabs alio sensu, يظلم ذاته لاجلها, *injuriam (vel vim) facit sibi ipsi propter illud*. βιάζεται passivè accepit. sicut Matt. 11. 12. ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν βιάζεται, *regnum cælorum vim patitur*. Ita hoc loco, *& unusquisque propter illud vim patitur*. εἰς αὐτὴν accepit, sicut apud Arist. εἰς δικαιοσύνην ἐπαινεῖται, *ob justitiam laudatur*. apud Plut. εἰς δυσγένειαν λοιδορεῖσθαι τινὶ, *ob ignobilitatem irridere aliquem*. vel sicut Marc. 1. 38. εἰς τοῦτο ἐξελήλυθα, *hujus rei gratia exivi*. & 1 Tim. 4. 10. εἰς τοῦτο γὰρ κοπιῶμεν, *hujus enim rei gratia laboramus*. Ita hoc loco, *unusquisque ob regnum Dei, vel in gratiam ejus* vim patitur, tum à se, tum ab aliis. Non est hæc inepta sententia. præfero tamen priorem, ut βιάζεται sit mediæ conjugationis, & hîc activè acceptum, eundem reddat sensum qui est apud Matth. *Regnum Dei vim patitur, & violenti rapiunt illud*.

VERS. 19. Εὐφραινόμενος καθ' ἡμέραν λαμπρῶς. Beza, *& sese exhilarabat quotidie splendidè*. Malim cum Vulgato, *& epulabatur*, &c. hilaritas enim conviviorum hîc procul dubio intelligitur. Glossarium, εὐφραίνω, *lætifico, epulor*. εὐφραίνομαι, *lætor*. (non dubium est quin *epulor* ponendum sit post *lætor*, & referendum ad εὐφραίνομαι) εὐφρασία, *epulatio*. ita & Syriacè, ܐܬܒܣܡ, Arabicè, تنعم, quæ propriè *hilariter agere* significant, specialiter *epulari* significant.

VERS. 20. Λάζαρος. Syriacè, ܠܥܙܪ, quasi ܠܐ ܥܕܪ ܠܗ, *cui non est auxiliator*, inops cui nemo opem fert. Sic Fullerus sentit Miscell. lib. 1. cap. 10. Æthiopicus hîc & Joh. 11. 1. Λάζαρος vertit אֶלְעָזָר Eleasar. non dubito quin rectè. Significat, *Deus est auxilium*. Denotat eum qui in solo Deo auxilium posuit. recte autem vox Hebræa pronunciatur & scribitur Elazar sublato E, Lazar, Lazarus.

VERS. 21. Καὶ ἐπιθυμῶν. Syrus, ܘܡܬܪܓܪܓ ܗܘܐ, *& cupiebat*, vel *desiderabat*. Ferrarius sine Aleph scribit ܐܬܪܓܪܓ, *concupivit, cupiditate flagravit, & concupitus est*. At in Lex. Syr. Arab. scribitur ܐܬܪܐܓܪܓ, & vertitur اشتاق, *desideravit*. non dubium est quin sit ab Hebræo, לְמִצְוֹתֶיךָ יָאָבְתִּי, *præceptorum tuorum cupidus fui*, Psal. 119. v. 131.

VERS. 26. χάσμα μέγα ἐστήρικται. Vulgatus, *Chaos magnum firmatum est*. Rectè reprehendit Erasmus quod χάσμα *chaos* verterit. Ipse, *hiatus magnus firmatus est*. Melius ni fallor Beza, ἐστήρικται, *constitutus est*, הוּכַן, quod & *firmari*, & simpliciter *constitui* significat. unde & Syrus, ܗܘܬܐ ܪܒܬܐ ܣܝܡܐ, *hiatus magnus positus est*. conferatur cum Luc. 9. vers. 51. τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ἐστήριξε τοῦ πορεύεσθαι εἰς Ἱερουσαλήμ, *faciem suam posuit, vel constituit ut proficisceretur Hierosolymam*. הֵכִין פָּנָיו. Addantur hæc iis quæ ibi annotavimus.

Vers. 31: πειϑήσονται. Vulg. & Eraſ. *credent.* Syrus & Arabs, *credent ei.* Beza, *aſſentientur.* vel *perſuadebuntur.*

Cap. XVII.

Vers. 6. *Diceretis* τῇ συκαμίνῳ ταύτῃ. Syrus, ܠܬܐܬܐ ܗܕܐ Tremel. & Boder. in Pariſ. *ficui huic.* id eſt, ܬܐܢܬܐ. at in Reg. *ſicamino huic.* Ferrarius, ܬܘܬܐ, vertit *morum.* optimè. nam & apud Arabes, التوتة quod hîc quoque interpres adhibet, procul dubio *morum* ſignificat. Inde dicunt دود التوتة, *vermis mori*, id eſt, bombyx, quia foliis mori alitur. Quod confirmat ſententiam Cl. Bezæ, qui ex Dioſcoride, Athenæo & Galeno probat ſicaminum eſſe morum. Syro ſane alia arbor eſt quam quæ infra 19. 4. συκομωραίᾳ dicitur. eam enim vertit, ܬܐܢܐ ܦܩܥܘܬܐ, *ficus fatua.* Arabs autem, جميزة quæ arbor qualis ſit, Leo Africanus Deſcriptionis Africæ lib. 9. his verbis docet, *Ficus Aegyptia, quæ Ægyptiis Giumeis, cæteras refert ficulneas tum arbore, tum foliis, verum ſunt proceræ & altiſſimæ: fructus vero ramis inter folia non innaſcuntur, hoc eſt, in gemmarum extremitatibus, ſed ipſius arboris trunco, ubi folia non naſcuntur. Aliarum ficuum ſaporem retinent, multo craſſiori cortice, & coloris punicei.* Hæc ille. unde ſimul cauſa liquet, cur Zacchæus videndi Chriſti cupidus, ſycomorum magis, quam aliam arborem conſcenderit, ſcilicet ob iſtius arboris proceritatem.

Vers. 7. παρελϑὼν ἀνάπεσε. Beza, *accede, & diſcumbe.* Syrus, ܥܒܪ ܐܣܬܡܟ, idem quod Vulg. *tranſi, recumbe.* Si mens Bezæ fuit, herum dicere ſervo, *accedit*, ſcilicet, ad me: non ea Syro & Vulgato. At ſi mens fuit, accede, ſcilicet ad menſam, idem voluerunt illi. Eſt enim Hebræis עבר παρέρχεσϑαι, non tantum *præterire*, ſed etiam *ire* אֶל הָעֵבֶר, *in alterum latus*, in latus oppoſitum. Senſus eſt, Tu hinc ex loco ubi es tranſi in alterum latus ubi menſa eſt, ibique recumbe. quamobrem Arabs vertit, اصعد واجلس, *aſcende & ſede.* id eſt, hinc ad oppoſitum latus aſcende. Confer cum iis quæ diximus ſupra 12. 37.

Vers. 11. Διὰ μέσου Σαμαρείας καὶ Γαλιλαίας. Syrus, ܒܝܬ ܫܡܪܝܐ ܠܓܠܝܠܐ. Tremel. & Boder. *per Samaritanos in Galilæam.* Notum eſt, בית uſurpari pro ביני *inter.* Sed & notus eſt Hebraiſmus, quando duæ res diſcernendæ conferuntur, priori præmitti בֵּין, alteri literam Lamed. ut, בֵּין אוֹר לַחֹשֶׁךְ, *inter lucem & tenebras*, Geneſ. 1. ܒܝܬ ܗܝܟܠܐ ܠܡܕܒܚܐ, *inter templum & altare*, Matt. 23. 35. Ita hoc loco non dubito, quin ܒܝܬ pro ܒܝܢܬ poſitum eandem imitetur conſtructionem, & ſenſus ſit, *inter Samaritanos & Galilæam.* unde videre eſt, quomodo Syrus acceperit illud διὰ μέσου Σαμαρείας καὶ Γαλιλαίας. non quod per medios fines Samariæ, & per medios fines Galilææ iverit, ſed quod μεταξὺ, inter Samariam & Galilæam profectus ſit Samaria ad dextram, Galilæa ad ſiniſtram relictis. eodem modo Arabs, بين السامرية والجليل, *inter Samariam & Galilæam.* Intelligitur הַגָּלִילָה הקדמונה *Galilæa Orientalis*, quæ à mari Galilææ ſive lacu Genezareth circa ripas Jordanis ducebat ad tribum Ephraim, in cujus medio ſita erat Samaria. Non poſſe autum verti Syrum, *per Samaritanos in Galilæam*, liquet, quia hoc fuiſſet abire à Jeruſalem, non eo proficiſci. Samaria enim inter Galilæam & Judæam interjacebat. Senſus ergo eſt, Chriſtum quum in Galilæa eſſet, contendiſſe Hieroſolymam, itinere facto inter Samariam & eam Orientalis Galilææ partem quæ Samariæ contermina eſt. Atque inde ſimul conſtare arbitror, non omnio rectè, διὰ μέσου τῆς Σαμαρείας καὶ Γαλιλαίας, à Vulgato & Beza vertit, *Per mediam Samariam & Galilæam.* ſed vertendum potius κατὰ πόδα, *per medium Samariæ & Galilææ*, id eſt, per locum inter Samariam & Galilæam medium.

Vers. 18. οὐχ εὑρέϑησαν ὑποστρέψαντες δοῦναι δόξαν τῷ Θεῷ; Syrus, ܠܐ ܐܬܦܪܫܘ ܕܢܐܬܘܢ ܢܬܠܘܢ ܬܫܒܘܚܬܐ ܠܐܠܗܐ ܐܠܐ ܐܢ ܗܢܐ. Locus eſt difficilis. Tremel. *nunquid diſceſſerunt, quominus venientes darent gloriam Deo?* Adverbium negandi *minus* non continetur in ܕܢܐܬܘܢ, quod ſimpliciter valet *ut venirent.* Boder. in Reg. *Quare ſeparati ſunt quin redierint daturi gloriam Deo?* At illud *quin* idem fere quod apud Tremel. *quominus.* quod non eſt apud Syrum. Itaque in Pariſ. *Quare diſceſſerunt, ut venirent dare gloriam Deo?* quod quem ſenſum habeat, aut quomodo menti Chriſti reſpondeat, non video. Et *quare* ſolent

lent Syri dicere ܠܡܳܢܳܐ potius quam ܠܡܳܐ, quod vel interrogativum est *an? num?* vel indefinitum *ut ne*. Hinc aliquando exposui, *An determinarunt, ut venientes darent gloriam Deo?* Id est, non determinarunt, non tam grati fuerunt, ut id sibi faciendum esse definirent? Interrogatio enim affirmativa negat apud Orientales. ܦܣܰܩ pro *determinare, definire* usitatum est. vide Act. 11. 29. & Act. 10. 42. sed non satis congruit, quia sequitur, ܐܶܠܳܐ ܗܳܢܳܐ ܕܡܶܢ ܥܰܡܡܳܐ ܗܽܘ ܢܽܘܟ݂ܪܳܝܳܐ. Quis enim sensus esset, *An determinarunt, ut venientes darent gloriam Deo: nisi hic qui ex gente est peregrina?* Etsi ergo nec memoria, nec Ferrarius, nec Lex. Syr. Arab. alias particulæ ܠܡܳܐ significationes, præter duas allatas, suppeditent, quia tamen hîc pro interrogativo οὐχὶ *an non* ponitur, ea significatione capiendum putamus. tum enim sensus planus est, *An non determinarunt, ut venientes darent gloriam Deo, nisi hic qui ex gente est aliena?* Atque ita Syrorum למא conveniet cum Arabico לם, quo & hîc interpres Arabs usus est, לם יוגרוא, *an non inventi sunt?*

Vers. 23. Μὴ ἀπέλθητε, μηδὲ διώξητε. Consentiunt Vulg. & Arabs. At Syrus tantum habet, ܠܳܐ ܬܐܙܠܽܘܢ, *ne abite*. non legit μηδὲ διώξητε. Arabs pro eo habet, ولا تسرعوا, *neque festinate*, vel *festinanter accurrite*. id enim est τοῦ διώκοντος, *persequentis*.

Vers. 24. Ὥσπερ γὰρ ἡ ἀστραπὴ ἡ ἀστράπτουσα ἐκ τῆς ὑπ' οὐρανὸν, εἰς τὴν ὑπ' οὐρανὸν λάμπει. Syrus, ܐܰܝܟ݂ܢܳܐ ܓܶܝܪ ܕܒܰܪܩܳܐ ܒܳܪܶܩ ܡܶܢ ܫܡܰܝܳܐ ܘܟ݂ܽܠܶܗ ܬܚܶܝܬ ܫܡܰܝܳܐ ܡܰܢܗܰܪ, *sicut enim fulmen fulgurat ex cælo, & omnia sub cælo illustrat.* quasi legisset, ἡ ἀστράπτουσα ἐκ τοῦ οὐρανοῦ. Arabs, quasi legisset ἡ ἀστράπτουσα ἐν τῷ οὐρανῷ, vertit, *nam sicut fulgur quod lucet in cælo, deinde lucet sub cælo.* Si per ἐκ τῆς ὑπ' οὐρανὸν intelligenda est regio nubium, per εἰς τὴν ὑπ' οὐρανὸν autem regio terræ, non aberraverint Syrus & Arabs à recto sensu. Mens erit, *sicut fulgur ex ea regione quæ est sub cælo* (id est, nubibus) *coruscans, in eam quæ est sub cælo,* (id est, terram) *splendet, sic erit & filius hominis die suo.* subito è cœlo apparebit, & ubique in terra agnoscetur, ejus adventus. Sed si, ab una regione quæ est sub cœlo ad alteram quæ est sub cœlo, significat universum aëris tractum, quem fulgur ab una parte in alteram subito pertransit, quod Matth. 24. 27. dicitur ἀπ' ἀνατολῶν ἕως δυσμῶν, non videntur hîc vim phrasium satis percepisse.

Vers. 33. *Qui perdiderit animam suam*, ζωογονήσει αὐτήν. Vulgatus & Beza, *vivificabit eam.* Rectè. modo agnoscatur Hebraismus, ubi הַחַיָּה, ut & apud Syros, ܐܰܚܺܝ, & apud Arabes, احيا, *vivificavit*, non tam significat, *vitam de novo dedit*, quàm *acceptam conservavit.* quo sensu Gen. 6. 19. Noah jubetur adducere ad se omne genus animalia לְהַחֲיוֹת, *ad vivificandum*, id est, ut in vita conservaret. Quod quum hîc apud Euangelistam non animadverteret Erasmus, ζωογονήσει αὐτήν, vertit, *vitam illi parabit.* quum sensus tantum sit, *conservabit eam.* nam hîc ἀπολέσει & ζωογονήσει inter se opponuntur. estque idem quod Matth. 16. σώσει. mens est, qui putabit se vitam suam conservare, amittet. qui vero videbitur mei causa amittere, conservabit. Quod eò libentius observare visum est, quia in eodem hoc verbo hallucinatus nobis videtur Cl. Beza, Act. 7. 19. ubi quum Pharao dicitur afflixisse patres, adeo ut exponerent infantes suos, εἰς τὸ μὴ ζωογονεῖσθαι, Vulgatum ait malè & obscurè vertisse, *ne vivificarentur.* Erasmum vero perperam ad ipsos fœtus retulisse, quum interpretaretur, *ne vitales essent.* ipse ergo, *ne sobolescerent.* At mihi dubium non est, quin ad ἐκθετὰ βρέφη referendum, ac vertendum, *ne in vita servarentur.* Petita enim est historia ex Exod. c. 1. ubi vers. 17. LXX. interpretes, καὶ ἐζωογόνουν τὰ ἄρσενα, *& in vita servabant mares.* Rursus vers. 18. καὶ ἐζωογονεῖτε τὰ ἄρσενα, *& in vita servastis mares.* Similiter vers. 22. πᾶν θῆλυ ζωογονεῖτε αὐτό, *omnem femellam in vita servate.* ubi sobolescere locum non habet.

Vers. 37. Ποῦ κύριε. Syrus, ܠܰܐܝܟܳܐ ܡܳܪܰܢ, Trem. & Boder. *Ubi Domine?* id Syri ܠܰܐܝܟܳܐ, dicunt. prout legitur איכא in Paris. quod miror. quum reliquæ omnes editiones præponat Lamed, tum autem significat *quo?* ut & Arabs hîc habet الى اين *ad ubi? quo?* Sic ποῦ sæpe sumitur. ut Luc. 12. 16. Joan. 3. 8. & 7. 35. & 8. vers. 14. & 12. vers. 35. & 13. vers. 36. & 16. 5. Hebr. 11. 8. 1. Johan. 2. 11. Is sensus & hîc optimè quadrat. Egerat servator de duobus in lecto, in mola, in agro, quorum unus assumendus, alter relinquendus esset. Discipuli

puli de relinquendis non solliciti, sed de assumendis, rogant ποῦ κύριε; quò Domine, sup. assumentur? Respondet, ubi cadaver, illuc & aquilæ congregabuntur. Id est, ad me assumentur, ad quem fideles omnes tanquam aquilæ ad cadaver cogentur.

CAP. XVIII.

VERS. 1. *Dixit autem eis etiam parabolam*, πρὸς τὸ δεῖν πάντοτε προσεύχεσθαι. Syrus & Arabs, *ut omni tempore precarentur*. non expresserunt verbum δεῖν; Vulgatus, *Quoniam oportet semper orare*. Πρὸς interdum *propter*, sive causam impulsivam significat. ut, πρὸς τὴν σκληροκαρδίαν ὑμῶν, *propter duritiem cordis vestri*, Matth. 19. πρὸς ἀκροατὴν *propter auditorem*, apud Aristotelem. πρὸς ἐπιστολὰς, *propter epistolas*, apud Thucydidem. Ita hoc loco, πρὸς τὸ δεῖν, *propter oportere semper precari*, id est, ut Vulg. habet, quoniam oportet semper precari, ideo dixit eis hanc parabolam. Sensus bonus est. Erasmus tamen mavult, *in hoc quod oportet semper precari*. Beza. *huc spectantem, quod oporteret ipsos semper precari*. voluerunt πρὸς causam finalem denotare, sive relationem parabolæ ad rem cujus gratia proponitur. Id tamen sensum habet satis difficilem, propter infinitivum δεῖν planius esset, si aut sine eo diceretur πρὸς τὸ πάντοτε προσεύχεσθαι, quod secuti sunt Syrus & Arabs, aut πρὸς τὸ διδάσκειν ὅτι δεῖ πάντοτε προσεύχεσθαι. Quocirca Vulgatum sequerer.

VERS. 5. ἵνα μὴ εἰς τέλος ἐρχομένη ὑπωπιάζῃ με. Vulg. *ne in novissimo veniens sugillet me*. Id merito tanquam obscurum rejiciens Beza vertit, *ne tandem veniens obtundat me*. Monet autem esse qui εἰς τέλος exponant *semper* sive *assiduè*, & conjungant cum ἐρχομένη, ut sit hæc sententia, ne assiduè ventitando me obtundat. Sed non approbat, quia εἰς τέλος nusquam sic legit. Syrus tamen doctissimus interpres sic accepit. verba ejus sunt, ܕܠܐ ܒܟܠ ܙܒܢ ܬܗܘܐ ܐܬܝܐ ܡܗܪܐ ܠܝ, *ne omni tempore sit veniens vexans me*. Addo Arabem, cujus verba sunt, لئلا تبرمني وتاتي الي في كل حين لتتعبني, versio Romana, *ne sit extranea à me, & veniat semper ad molestandum me*. verto, *ne sit inanis à me, & veniat ad me omni tempore ut mihi molestiam exhibeat*. Id est, ne si inanis & sine auxilio à me dimittatur, assiduè & perpetuo redeat, mihique molestiam creet. Nemo non videt emphaticam hanc esse interpretationem, & valde ad rem facientem: addo & necessariam. quid enim esset, *ne tandem veniens obtundat me*, nisi addas, ne assiduè & indesinenter veniendo tandem obtundat me. At inquit, εἰς τέλος non legitur pro *semper*, *assiduè*. Imo inquam frequentissime. tale est, ὁ ὑπομείνας εἰς τέλος, *qui perseveraverit ad finem*, id est, continuo & constanter. Apud LXX autem interpretes pro לָנֶצַח, *semper, perpetuo*, ita usitatum ut nihil magis. οὐκ εἰς τέλος ἐπιλησθήσεται ὁ πτωχὸς, *non semper oblivioni erit pauper*, Psal. 9. 19. ἕως πότε κύριε ἐπιλήσῃ με εἰς τέλος; *quamdiu Domine oblivisceris mei semper?* Psal. 13. 1. οὐκ εἰς τέλος ὀργισθήσεται, *non perpetuo irascetur*, Ps. 103. 9. & alia sexcenta, ubi *tandem* locum non habet.

VERS. 7. ܐܠܗܐ ܕܝܢ ܠܐ ܣܓܝܐܝܬ ܢܥܒܕ ܬܒܥܬܐ ܠܓܒܝܐ ܕܝܠܗ ܕܩܥܝܢ ܠܗ ܒܐܝܡܡܐ ܘܒܠܠܝܐ: ܘܡܓܪܓ ܪܘܚܗ ܥܠܝܗܘܢ: Tremel. *Deus autem non potius faciet vindictam pro electis suis, qui clamant ad se die ac nocte, & protrahet spiritum suum contra illos?* Boder. in Reg. & Paris. eodem fere modo, eodem certe sensu. At repugnat hoc consolationi fidelium, adeoque menti Christi, quum promittitur ipsis vindicta de adversariis, promitti simul longanimitatem Dei, id est, vindictæ istius dilationem. præsertim quum vers. sequenti promittatur vindicta ἐν τάχει. non arbitror promitti longanimitatem, sed post quam Deus ea usus fuerit, celerem vindictam. Itaque sic verto, *Deus autem non magis faciet vindictam electis suis, qui clamant ad ipsum die ac nocte, & super quos longanimis est?* pronomen relativum ܕ in ܕܩܥܝܢ, *qui clamant*, influit per sequentem copulam ܘ in ܘܡܓܪܓ ܪܘܚܗ ܥܠܝܗܘܢ. ut ܥܠܝܗܘܢ, *super eos*, ponatur pro ܕܥܠܝܗܘܢ, *super quos*. nihil eo in linguis Orientalibus usitatius. Ex. gr. Ps. 1. *Beatus vir qui &c. & in lege Dei voluntas ejus*, id est, & cujus voluntas est in lege Dei. אֲשֶׁר enim, quod præcessit in præeuntibus membris, influit in חֶפְצוֹ, adeo ut valeat אֲשֶׁר חֶפְצוֹ. Hebraismum retinuerunt LXX, ἀλλ᾽ ἐν τῷ νόμῳ κυρίου τὸ θέλημα αὐτοῦ. pro ἀλλ᾽ ὃ τὸ θέλημα. nec dubito, quin idem Hebraismus

ob.

observatus hîc sit apud Lucam, ὁ ἢ Θεὸς ἐ μὴ ποιήσῃ τὴν ἐκδίκησιν τ ἐκλεκτῶν αὐτῦ τ βοώντων πρὸς αὐτὸν ἡμέρας ἢ νυκτὸς, ἢ μακροθυμῶν ἐπ' αὐτοῖς; pro ἢ ἐφ' οἷς μακροθυμῶν supp. ἐςὶ. Ita non est opus, quod facit D. Beza, καὶ vertere per *etiamsi*. Exprimamus Lucam Hebraicè, ut phrasis melius pateat, וֵאלֹהִים לֹא יַעֲשֶׂה נְקָמָה לִבְחִירָיו אֲשֶׁר צוֹעֲקִים אֵלָיו יוֹמָם וָלַיְלָה וְאֶרֶךְ אַפַּיִם הוּא עֲלֵיהֶם. ipsa phrasis & linguæ Hebrææ genius indicant, עֲלֵיהֶם poni pro אֲשֶׁר עֲלֵיהֶם. quia enim illud אֲשֶׁר modo præcesserat, inelegantiæ fuisset id de iisdem personis mox repetere. sic & Arabs habet, الذين يدعونه نهارا وليلا ويتاني عليهم, quæ aliter verti nec debent nec possunt, quam *qui invocant eum die ac nocte, & super quos moram trahit*. affixum posterioris membri valet pronomen relativum, propter الذين prioris membri, quod repeti non debuit, quia de iisdem personis agitur.

VERS. 11. Ὁ Φαρισαῖος σαθεὶς πρὸς ἑαυτὸν ταῦτα προσηύχετο. Vulgat. *Pharisæus stans hæc apud se orabat*. Sic & Arabs. At Cl. Beza, posita post πρὸς ἑαυτὸν distinctione, quomodo Syrus & vetus Codex Camer. legebant, vertit, *Pharisæus autem stans seorsim, hæc precatus est*. Per לְבַדּוֹ id Hebræi efferrent, quod jam valet μόνος, *solus*, jam ἰδίᾳ vel κατ' ἰδίαν, *privatim, seorsim*. An autem πρὸς ἑαυτὸν id unquam significet, nescio. Annotat Cl. Beza, vetustissimum suum codicem habere καθ' ἑαυτὸν. Ita sane loqui solent LXX interpretes. ut Gen. 30. 41. διεχώρισεν ἑαυτῷ τὰ ποίμνια καθ' ἑαυτὸν, *separavit sibi greges seorsim*. Gen. 43. vers. 32. Παρέθηκαν αὐτῷ μόνῳ, καὶ αὐτοῖς καθ' ἑαυτοὺς, καὶ Αἰγυπτίοις τοῖς συνδειπνοῦσι μετ' αὐτοῦ καθ' ἑαυτούς. *Apposuerunt ipsi soli, & illis seorsim, & Ægyptiis una cum ipso cœnantibus seorsim*. Sic Act. 28. 16. *permissum est Paulo* μένειν καθ' ἑαυτὸν, *habitare seorsim*. At πρὸς ἑαυτὸν usitatum est pro παρ' ἑαυτῷ & ἐν ἑαυτῷ, *apud seipsum, intra seipsum*. vide Marc. 9. 10. 33. & 10. 26. & 14. 4. & 16. 3. & alibi. Tuetur tamen interpretationem suam vir doctiss. autoritate Syri interpretis, cujus verba sunt, ܘܗܘ ܦܪܝܫܐ ܩܐܡ ܗܘܐ ܒܝܢܘܗܝ ܠܒܝܢ ܢܦܫܗ ܘܗܠܝܢ ܡܨܠܐ ܗܘܐ, Tremel. *& ipse Pharisæus stabat solus, & hæc orabat*. Ubi non placet viro doctiss. quod ܒܝܢܘܗܝ ܠܒܝܢ ܢܦܫܗ, verterit simpliciter *solus* mavult, *seorsim*, & publicano velut impuro procul in extima porticu relicto. Mihi neutrum videtur Syrus voluisse, sed id ipsum quod πρὸς ἑαυτὸν usitatè significare jam diximus, nempe *apud se ipsum, intra seipsum*. Id enim phrasis hæc valet 1 Cor. 11. 13. ubi ἐν ὑμῖν αὐτοῖς κρίνατε, *in vobis ipsis judicate*, vel intra vos ipsos, in propriis mentibus vestris, Syrus vertit, ܕܘܢܘ ܒܝܢܝܟܘܢ ܠܒܝܢܝ ܢܦܫܟܘܢ, *judicate inter vos & animam vestram*. ubi *seorsim* locum non habet. Syrum ergo verto, *& Pharisæus ille stabat apud se*, id est, totus in seipsum versus, sibi ipsi tantum intentus, & nihil nisi seipsum spectans. Et aut sic vertendum puto σαθεὶς πρὸς ἑαυτὸν, aut cum Vulg. & Arabe πρὸς ἑαυτὸν jungendum est cum προσηύχετο. quod malo. nisi forte probetur, id interdum significare idem quod καθ' ἑαυτόν.

VERS. 32. Καὶ ἐμπαιχθήσεται, ἢ ὑβρισθήσεται καὶ ἐμπτυσθήσεται. Syrus hoc versu non legit καὶ ὑβρισθήσεται. Sed vers. sequenti pro καὶ μαστιγώσαντες ἀποκτενοῦσιν αὐτὸν, habet ܘܢܢܓܕܘܢܝܗܝ ܘܢܨܥܪܘܢܝܗܝ ܘܢܩܛܠܘܢܝܗܝ, *& flagellabunt eum, & contumeliis afficient eum, & occident eum*. Vulgatus pro ἢ ὑβρισθήσεται habet *& flagellabitur*, id est, ἢ μαστιγωθήσεται. Arabs cum Græco prorsus convenit.

VERS. 36. *Percontabatur* τί εἴη τοῦτο. Consentiunt Vulg. & Arabs. at Syrus, ܡܢܘ ܗܢܐ, τίς εἴη οὗτος.

CAP. XIX.

VERS. 3. Ὅτι τῇ ἡλικίᾳ μικρὸς ἦν. Syrus addit, ܙܟܝ, *Zacchæus*. ad ambiguitatem tollendam, quia de Christo intelligi poterat.

VERS. 4. Ὅτι δι' ἐκείνης ἤμελλε διέρχεσθαι. Erasmus & Beza, δι' ἐκείνης, *illac*. subaudiunt enim ὁδοῦ. Vulgatus *inde*, ἐκεῖθεν. Arabs, بها. quod versio Rom. perperam transtulit *inde*, procul dubio in gratiam Vulgati. من هناك, est *inde*. at بها, *per eam*. ubi potest quidem subaudiri الطريق, *via*. est enim & id fœmin. generis. Sed, nisi fallor, commodè etiam subauditur جميزة, *sycomorus*. ut sensus sit, conscendit sycomorum, qui per eam vel ad eam transiturus erat. Syrus dixit, ܠܗܪܟܐ, pro quo Boder. in Reg. *illac*, significatione hactenus mihi non visa. In Paris. autem, & Tre-

mel. *ſimiliter*, ſignificatione uſitata. reſpondent enim ſibi ܐܝܟ & ܗܟܢܐ. prius eſt *tanquam*, *ſicut*. alterum *ſic*, *ſimiliter*. Senſus videtur eſſe, quia ſicut ipſe ſycomorum conſcendebat, ſic Chriſtus tranſiturus eſſet, id eſt, eodem momento. videtur Syrus ad δι' ἐκείνης ſubaudiviſſe ὥρας.

V E R S. 5. Ἀναβλέψας ὁ Ἰησοῦς εἶδεν αὐτόν. Significat ἀναβλέπειν, I. *viſum recipere*. ut τυφλοὶ ἀναβλέπουσι, Matth. 11. v. 5. II. *Surſum oculos attollere*. ut ἀναβλέψας εἰς τὸν οὐρανόν, Matth. 14. 19. Ita hoc loco Vulg. Eraſ. & Beza, *ſuſpiciens Jeſus vidit eum*, id eſt, oculum ad ſycomorum attollens. III. *Intueri*, *conſpicere*, *vel oculos aperire* ſimpliciter. & tum, ſi altero videndi verbo jungatur, pleonaſmum habet Hebraicum. ut Marc. 16. 4. Καὶ ἀναβλέψασαι θεωροῦσιν ὅτι ἀποκεκύλισται ὁ λίθος, *& intuitæ vident*, vel, *& aperientes oculos vident*, id eſt ſimpliciter, *& vident*. ſicut alibi, *& aperiens os*, *dixit*, id eſt ſimpliciter, *& dixit*. ſic phraſin hanc hoc loco acceperunt Syrus & Arabs, qui ἀναβλέψας εἶδεν αὐτὸν, ſimpliciter verterunt, *vidit eum*. ut & infra 21. 1. Sequitur deinde, *quia hodie in domo tua oportet me* μεῖναι, Vulg. Eraſ. & Beza, *manere*. Syrus & Arabs ſimpliciter *eſſe*. Nolim præferre priori, quia verſ. 7. dicitur intraſſe eò ad divertendum. Sed tamen ſperni non debet. ſæpe enim μένειν tantum eſt *eſſe*. ut Joan. 14. 17. *vos cognoſcitis ſpiritum*, *quia* ἐν ὑμῖν μένει, καὶ ἐν ὑμῖν ἔσται, *in vobis eſt*, *& in vobis erit*. ſi vertas *manet in vobis*, fruſtra videtur addi, *& erit*, quia hoc in *manere* comprehenditur. Sic 1 Joan. 2. 6. ὁ λέγων ἐν αὐτῷ μένειν, *qui dicit ſe in eo eſſe*. Nam verſ. præcedenti dixerat, *in hoc ſcimus*, ὅτι ἐν αὐτῷ ἐσμὲν, *nos in eo eſſe*. & 3. v. 15. *non habet vitam æternam*, ἐν αὐτῷ μένουσαν, *in ſe exiſtentem*. & v. 17. *quomodo charitas Dei* μένει ἐν αὐτῷ, *eſt in ipſo*.

V E R S. 12. Ἄνθρωπός τις εὐγενής. *vir quidam nobilis*. Syrus, ܓܒܪܐ ܚܕ ܡܢ ܒܢܝ ܫܪܒܬܐ ܪܒܬܐ, *ex familia magna*, aut *magno ſtemmate*. Arabs, رجل من جنس شريف, *qui eſt generis nobilis*. Qui hîc genus Chriſti reſpici prædicant, quod ex Patre duxit, æternam nempe ejus generationem qua omnes nobiles antecedat, ἀλληγορεῖν videntur, & non ſatis ſolida tractare. Εὐγενὴς enim, nulla habita ſtemmatis ratione, eſt vir eximiæ & ſupereminentis poteſtatis, quem Hebræi גָּדוֹל, *magnum* vocant. Ut Job. 1. verſ. 3. וַיְהִי הָאִישׁ הַהוּא גָּדוֹל מִכָּל־בְּנֵי קֶדֶם, LXX. καὶ ἦν ὁ ἄνθρωπος ἐκεῖνος εὐγενὴς τῶν ἀφ' ἡλίου ἀνατολῶν. ubi εὐγενὴς eſt *maximus*, *potentiſſimus*. Et ſæpe eum qui generoſi animi eſt ſignificat, quocunque tandem genere ſit ortus.

V E R S. 20. *Ecce mina tua quam habui ſepoſitam* ἐν σουδαρίῳ, *in ſudario*. Syrus, ܒܣܘܕܪܐ, *in linteo*. Arabs, في منديل, *in mantili*. Apud Helleniſtas enim σουδάριον latius patet quam ſudarium apud Latinos. In Targum pro מִטְפַּחַת, *peplum*, & מַסְוֶה, *velamen*, eſt סודרא. Elias in Methurgeman exponit צעיף או מין בגד בלא טוך, id eſt, *peplum aut ſpecies veſtis*, *in lingua Germanica* touch, quod Belgicè **doeck** dicimus. Id ipſum eſt quod *linteum* dixit Syrus. Notum illud Rabbinorum קנין סודר, *acquiſitio quæ fit per linteum*. de qua vide Thisbi Eliæ in voce קנין.

V E R S. 26. Λέγω γὰρ ὑμῖν. Syrus & Arabs verterunt, ac ſi legiſſent, καὶ εἶπεν αὐτοῖς, λέγω ὑμῖν &c. Beza ſimiliter. At ille, *Nam*, inquit, *dico vobis*. Addiderunt quædam per quæ Chriſtus rurſus loquens introducatur, ut verſus hic cum ſuperiori cohæreat. quæ tamen adeo neceſſaria non ſunt, quin, ſi omittantur, ſenſus capi queat. Quare Vulgatus, *dico autem vobis*. Eraſmus, *dico enim vobis*. Particula γὰρ cum verſu 24. optimè cohæreret, ſi verſus 25. abeſſet. ut factum in vetuſtiſſimo Bezæ codice. At eo interveniente, ſupereſſe videtur, aut meram emphaſim denotare. Sicut Matth. 1. 18. τοῦ δὲ Ἰησοῦ Χριστοῦ ἡ γέννησις οὕτως ἦν. μνηστευθείσης γὰρ τῆς μητρὸς αὐτοῦ &c. & Marc. 15. 14. ὁ δὲ Πιλάτος ἔλεγεν αὐτοῖς, τί γὰρ κακὸν ἐποίησεν, 2 Tim. 2. 7. Νόει ἃ λέγω. δώῃ γάρ σοι ὁ Κύριος σύνεσιν ἐν πᾶσι. Tale eſt illud apud Syrum interpretem Luc. 8. v. 10. ܗܘ ܕܝܢ ܐܡܪ ܠܗܘܢ ܠܟܘܢ ܓܝܪ ܝܗܝܒ ܠܡܕܥ. *Ipſe autem dixit ipſis*, *Vobis enim datum eſt noſſe* &c. *Enim* ſuperfluum eſt, nec eſt in Græco. Emphaſin inſignem continet. quæ per *ſcilicet* vel *utique* exponi poſſet. Ita hoc loco, *Dico utique vobis*, *Omni habenti dabitur* &c.

V E R S. 27. Πλὴν τοὺς ἐχθρούς μου ἐκείνους. Vulgat. *Veruntamen*. Eraſm. *Quin*. Beza. *Quinetiam*. Syrus, ܒܪܡ, *verùm*. Arabs لكن idem. Id præfero, quia non tantum πλὴν id paſſim ſignificat, ſed quia hoc loco apprimè qua-

quadrat. Tollite ab inutili servo quam dedi minam. Verum inimici illi mei, qui me oderunt, & imperium meum detrectarunt, pejus habendi sunt. adducite eos & jugulate coram me.

VERS. 28. Ἐπορεύετο ἔμπροσθεν, ἀναβαίνων εἰς Ἱεροσόλυμα. Vulgatus, *Præcedebat ascendens Ierosolymam.* Beza, *antegrediebatur*, scilicet discipulos suos, præ animi nempe fervore, quo ad salutem generis humani ferebatur. de quo vide doctissimas Bezæ notas. Syrus autem vertit, ܢܦܩ ܗܘܐ ܠܗ ܩܕܡܝܗܘܢ ܕܢܐܙܠ ܠܐܘܪܫܠܡ, Tremel. & Reg. *Progressus est ut proficisceretur Urischlem.* propriè, *exivit in anterius sui*, ἐπορεύετο εἰς τὸ ἔμπροσθεν αὐτοῦ, quod Apostolus dixit Philip. 3. 14. τὰ μὲν ὀπίσω ἐπιλανθανόμενος, τοῖς δὲ ἔμπροσθεν ἐπεκτεινόμενος. Nam & ut monet Cl. Beza, εἰς τὸ ἔμπροσθεν πορεύεσθαι accipitur pro προκόπτειν, *progredi*. Vnde Erasmus quoque, *ibat pergens ascendere Hierosolymam.* Arabs, مضى صاعدا, *ivit ascendens*, eodem sensu, sed minus efficaci. Laudo tamen Vulgati & Bezæ interpretationem, ob locum Marc. 10. 32. ubi de eodem hoc itinere dicitur, καὶ ἦν προάγων αὐτοὺς ὁ Ἰησοῦς.

VERS. 40. Οἱ λίθοι κεκράξονται. Eras. & Beza, *mox lapides clamabunt.* addunt *mox*, ut emphasin exprimant temporis paulo post futuri, quod Vulg. Syr. & Arab. non observarunt.

VERS. 42. Εἰ ἔγνως καὶ σύ. Vulg. & Erasm. *Si nosses & tu.* Non displicet ratio, ob quam Cl. Beza copulativam & hîc convenire negat. nec improbo quod verterit, *si vel tu nosses.* ut sensus sit, Quum aliæ urbes gratiam Euangelii spreverint, utinam tu saltem, quæ maximè debebas, eam nosses. Addo tamen καὶ sic quoque sumi pose, ut non tam pronomini σὺ quam verbo ἔγνως emphasin addat, & vertatur, *Si etiam* (aut *saltem*, aut *vel*) *nosses tu.* Id est, hactenus gratiam meam & tuam pacem sprevisti: non postulo ut jam amplectaris, sed optarem ut saltem nosses, ut ostenderes te jam vel cognitionem aliquam ejus habere. Ita Syrus accepisse videtur, qui pro καὶ adhibuit ante ἔγνως particulam expletivam ܟܡܐ quæ interrogationibus, admirationibus, & optationibus serviens emphasin iis addit, & hoc loco verti potest, *Si quidem nosses tu ea quæ pacis tuæ sunt.* Porro τὰ πρὸς εἰρήνην σου, Arabs vertit, ما لك فيه من السلامة, versio Rom. *quantum est tibi in ea pacis.* in ea, nempe die. retulit فيه ad اليوم, quod ego ad ما referendum puto. ما فيه est *in quo.* & verto, *in quo tibi pax sit.* ad verbum, *de pace*, id est, *pax*, usitatata phrasi. Sensus est, utinam scires hac tua die, qua in re sit tibi pax. Sequitur, καί γε ἐν τῇ ἡμέρᾳ σου ταύτῃ. Syrus optimè, ܐܦܠܐ ܒܗܢܐ ܝܘܡܟ, ut Beza, *saltem in hoc tuo die.*

VERS. 43. Ὅτι ἥξουσιν ἡμέραι ἐπὶ σέ. Vulg. & Eras. *Quia*, Beza, *nam venient* &c. vide notas Bezæ. Syrus pro ὅτι ܘܗܐ, *autem.* Considerent eruditi, an non, sicut passim Hebræorum כִּי, hoc loco ὅτι sit particula affirmativa *certè, utique*, ὄντως. Quemadmodum 1. Joan. 3. 20. *Si condemnat nos cor*, ὅτι μείζων ἐστὶν ὁ Θεὸς τῆς καρδίας ἡμῶν. *utique major est Deus corde nostro.* Sic Arabs, وسوف تاتي. quod non male versio Rom. *profecto venient.* Etsi enim سوف fere tantum futurum, quod alioqui pro præsenti usurpatur, futuri significationem habere doceat, sæpe tamen emphasin addit & certitudinem denotat. Sequitur, καὶ περιβαλοῦσιν οἱ ἐχθροί σου χάρακά σοι. Hæc Syrus non habet. Vulgatus & Arabs habent. Diverso tamen sensu Arabs, cujus hæc sunt verba, تلقي اعداوك معالمك ويحيط بك فيها, quæ author versionis Rom. non intellexit, quum transtulit, *Projicient inimici tui vexilla tua, & circumdabunt te in iis.* verte, *accedent hostes tui ad valla tua, & obsidebunt te in iis.* Nam teste Camusio, المعلم est به ما يستدّ وما المكنة, *munimentum & sepimentum*, seu ἐπίφραγμα, *obthuramentum.* Id amico nostro Golio debetur, cujus hîc opera usi sumus.

VERS. 44. Καὶ ἐδαφιοῦσί σε καὶ τὰ τέκνα σου ἐν σοί. Erasm. & Beza, *& solo æquabunt te, & filios tuos in te.* Æquare est complanare. solo æquare est sic destruere, ut ad soli planitiem redigas. id de urbe, sive ejus muris & ædificiis rectè dicitur. de habitatoribus autem, qui hîc filii dicuntur, non item. Quod quum Vulgatus videret, vertit *& ad terram prosternent te, & filios tuos qui in te sunt.* id utrique convenit. Urbs prosternitur, quum muri & ædificia diruuntur. Filii urbis prosternuntur, quum occiduntur vel solo alliduntur. Sagax hæc est Vulgati versio, & ex usu LXX interpretum, apud quos ἐδαφίζειν est *ad terram prosternere & solo allidere.* ut Esa. 3. 25. וְנִקְּתָה לָאָרֶץ תֵּשֵׁב, LXX. καὶ εἰς τὴν γῆν ἐδαφισθήσῃ, *& in terram posterneris.* Ezech. 31. 12. וַיִּטְּשֻׁהוּ, καὶ ἠδάφισαν αὐτόν, *& ad terram prostraverunt eum.*

eum. Psal. 137. 8. וְנִפֵּץ אֶת עֹלָלַיִךְ אֶל הַסָּלַע, καὶ ἐδαφιεῖ τὰ νήπιά σου πρὸς τὴν πέτραν, *& allidet infantes tuos petræ.* Oseæ 10. verſ. 14. אֵם עַל בָּנִים רֻטָּשָׁה, μητέρα ἐπὶ τέκνοις ἠδάφισαν, *matrem ſupra liberos alliſerunt.* Item 14. 1. & Nah. 3. 10. Quibus in locis ſolo æquandi ſignificatio non quadrat. Syrus, ܘܢܣܚܦܘܢܟܝ, *& ſubvertent te.* propriè, *& detrahent te deorſum*, ſicut Luc. 1. 52. ܣܚܦ ܐܚܝܕ̈ܐ ܡܢ ܟܘܪ̈ܣܝܐ, *detraxit potentes de thronis*

Vers. 48. *Et non inveniebant* τὸ τί ποιήσωσιν *quid facerent.* Vulgatus, Syrus & vetuſtiſſ. Bezæ codex addiderunt αὐτοὶ *illi.* Arabs non addidit.

Cap. XX.

Vers. 1. Ἐπέστησαν οἱ Ἀρχιερεῖς. Vulg. & Eraſ. *convenerunt.* Malim cum Beza, *ſupervenerunt*, aut ſicut Arabs, وقف, *adſtiterunt.* Sicut Luc. 2. 9. 38. & 21. 34. & 24. 4. & paſſim. Syrus, ܘܩܡܘ ܥܠܘܗܝ ܪܒ̈ܝ ܟܗܢܐ, Tremel. *ſurrexerunt adverſus eum.* Regia, *Inſurrexerunt in eum ſummi ſacerdotes.* non nego quin phraſis Syra id interdum ſignificet. poteſt & id ferre Græca. eſt enim ἐφίστημι interdum *inſto, urgeo, adorior.* ut Act. 17. 5. ἐπιστάντες τῇ οἰκίᾳ Ἰάσωνος, *adorti domum Jaſonis.* & 1 Tim. 4. 2. ἐπίστηθι εὐκαίρως, ἀκαίρως, *inſta tempeſtivè, intempeſtivè.* Quod impulit Eraſmum in notis, ut hoc loco ἐπέστησαν vertit mallet, *adorti ſunt.* non tamen eam hîc Syri mentem fuiſſe arbitror. Sed quia ܩܡ non tantum eſt *ſurrexit*, ſed etiam *ſtetit*, & ܥܠ non tantum *adverſus*, ſed etiam *ſupra*, ut ܩܡ ܥܠ ܕܪ̈ܓܐ, *ſtetit ſuper gradus*, Act. 21. 40. vertendum cenſeo, *ſteterunt ſuper eum*, quod κατὰ πόδα eſt ἐπέστησαν αὐτῷ, & ſenſus eſt, *ſupervenerunt ei.* ſicut Act. 4. 1. Loquentibus ipſis ad populum, ἐπέστησαν αὐτοῖς οἱ ἱερεῖς, Syrus, ܩܡܘ ܥܠܝܗܘܢ ܟܗ̈ܢܐ, *ſteterunt ſuper eos ſacerdotes*, id eſt, *ſupervenerunt.*

Vers. 13. Ἴσως Beza, *utique.* Vulgatus, *forſitan*, Arabs, لعلهم, *forſitan illi.* Syrus ܟܒܪ. quod Tremel. quidem vertit *jam*, ex Hebraiſmo ubi כבר *jam.* ſed vertendum *forſitan.* Ferrarius, ܟܒܪ, *forſan, fortaſſe.*

Vers. 14. Διελογίζοντο πρὸς ἑαυτούς. Beza, *collocuti ſunt inter ſe.* Sic fere Arabs, تشاوروا بينهم, *conſultarunt inter ſe.* At Vulg. & Eraſm. *cogitarunt intra ſe.* id enim πρὸς ἑαυτοὺς frequentiſſime ſignificat, ut ſupra ad 18. 11. diximus. quare & Syrus, ܘܡܬܚܫܒܝܢ ܗܘܘ ܒܢܦܫܗܘܢ, *cogitabant in ſeipſis.*

Vers. 20. Παρατηρήσαντες, *obſervantes.* Syrus non legit. Ar. & Vulgat. legerunt. Deinde, εἰς τὸ παραδοῦναι αὐτὸν τῇ ἀρχῇ. Syrus, ܘܢܫܠܡܘܢܝܗܝ ܠܕܝܢܐ, Tremel. & Boder. *& ut traderent eum judicio.* verte, *judici.* nam prima vocalis ſupra Daleth indicat legendum ܠܕܝܢܐ. at ut viri docti verterunt, legendum ܠܕܝܢܐ. Lucas dixit, εἰς τὸ παραδοῦναι αὐτὸν τῇ ἀρχῇ, Vulgatus rectè *principatui.* pro quo non malè Syrus *judici*, qui in judicio principatum tenet.

Vers. 28. Ἐάν τινος ἀδελφὸς ἀποθάνῃ ἔχων γυναῖκα, καὶ οὗτος ἄτεκνος ἀποθάνῃ. Syrus & Vulgat. non legerunt poſterius ἀποθάνῃ. & ſine diſpendio abeſſe poteſt. Arabs habet, وليس للميت ولد, *& non ſit mortuo proles.*

Vers. 37. Καὶ Μωϋσῆς ἐμήνυσεν ἐπὶ τῆς βάτου. Conſentiunt Vulgatus & Arabs. At Syrus, ܐܦ ܡܘܫܐ ܓܝܪ ܐܘܕܥ. ܕܒܣܢܝܐ ܐܥܗܕ, *etiam Moſes declaravit. commemoravit enim in rubo.*

Vers. 41. Πῶς λέγουσι τὸν Χριστὸν υἱὸν Δαβὶδ εἶναι; *Quomodo dicunt* &c. Arabs, كيف يقال, *quomodo dicitur.* docet, λέγουσι impersonaliter ſumi. Syrus, ܐܝܟܢܐ ܐܡܪܝܢ ܣܦܪ̈ܐ, *quomodo dicunt Scribæ.*

Vers. 47. Καὶ προφάσει μακρὰ προσεύχονται. Pleraque exemplaria legunt μακρᾷ, quod ad verbum eſſet, *& prætextu longo precantur.* Vide de hoc Eraſ. & Bezæ annotationes. Vulgatus, *ſimulantes longam orationem*, id eſt, προφάσει μακρὰ προσευχόμενοι, ut eſt Matth. 23. 14. Sic & Syrus legiſſe videtur, qui vertit, *prætextu quod prolongant preces ſuas.* Arabs ſimpliciter, بتطويل صلواتهم, *prolongando preces ſuas.*

CAP. XXI.

VERS. 4. *omnes enim hi ex eo quod sibi redundat conjecerunt*, εἰς τὰ δῶρα τοῦ Θεοῦ, Beza, *quæ donarent Deo*. ſicut Arabs قرابينهم لله, *dona ſua Deo*. Melius Vulgatus, *in munera Dei*, id eſt, in theſaurum ſacrum muneribus Deo dicatis conſtantem. idem quod εἰς τὸν κορβανᾶν, Matth. 27.6. quod & Syrus ſenſit, qui ibi τὸν κορβανᾶν, & hic τὰ δῶρα τοῦ Θεοῦ vertit, ܠܒܝܬ ܩܘܪܒܢܐ, *locum oblationis*, id eſt, gazophylacium. vide de his plura ad dictum locum Matthæi.

VERS. 6. Ταῦτα ἃ θεωρεῖτε, ἐλεύσονται ἡμέραι &c. Beza interrogativè vertit, *hæccine ſpectatis? venient dies* &c. Sic Syriaca, ܗܠܝܢ ܐܝܠܝܢ ܕܚܙܝܢ ܐܢܬܘܢ: ܢܐܬܘܢ ܝܘܡܬܐ, Tremel. interrogativè, *hæc ſunt quæ ſpectatis? venient dies* &c. At Regia, *in his quæ ſpectatis, venient dies*. præpoſitio *in* non eſt apud Syrum. ut nec in Græco præpoſitio *ex* quam adhibuit Eraſmus, *ex his quæ videtis, venient dies*. Eadem phraſis eſt in Græco quæ in Syro. utrobique Hebraiſmum habet, quem Vulgatus retinuit, *hæc quæ videtis, venient dies*. ubi *hæc* eſt nominativus abſolutus, qui Latinè exponitur per, *quod attinet ad hæc quæ videtis, venient dies*. ſicut Pſ. 73.28. וַאֲנִי קִרֲבַת אֱלֹהִים לִי טוֹב, *& ego, appropinquare Deo mihi bonum eſt*. Id eſt, ad me quod attinet. Sic Eſt. 6.7. Dicebat Haman Regi, אִישׁ אֲשֶׁר הַמֶּלֶךְ חָפֵץ בִּיקָרוֹ, *vir cujus honorem cupit Rex*. additur, *producant veſtem regiam & equum* &c. nullo ſequente verbo, cui nominativus אִישׁ constructione reſpondeat. exponitur, *quod attinet ad virum quem Rex cupit honorare*. Tale eſt apud Syrum illud Luc. 23.41. ܗܢܐ ܕܝܢ ܡܕܡ ܕܒܝܫ ܠܐ ܥܒܕ, *Hic autem quicquam quod malum ſit non eſt factum ab eo*. & ſimilia multa.

VERS. 7. *Quando hæc erunt? & quod ſignum*, ὅταν μέλλῃ ταῦτα γίνεσθαι; Eraſ. *quando iſta futura ſunt?* Beza, *quando futurum eſt ut iſta fiant?* At Syrus, ܐܡܬܝ ܕܡܛܝܢ ܗܠܝܢ ܕܢܗܘܝܢ, & Arabs, اذا قربت هذه الامور ان تكون, *quando appropinquaverint hæc ut fiant*. quod Vulgatus dixit, *quum fieri incipient*. non hercle improbandum. nam τὸ μέλλον propriè eſt quod Hebræi עָתִיד, *paratum* vocant, & de eo dicitur ſæpe quod non tantum futurum, ſed proximè futurum eſt. Unde ex Thucyd. affertur, μέλλω ῥήγνυσθαι, *eruptioni proximus ſum*. & κατὰ τὸν μέλλοντα μῆνα, *poſt menſem proximè futurum*. Senſus iſte hìc bene quadrat, *quando hæc erunt? & quodnam ſignum, quum proximè iſta futura ſunt?*

VERS. 8. *Multi venient in nomine meo, dicentes*, ὅτι ἐγώ εἰμι, *ego ſum*. Syrus addidit, ܡܫܝܚܐ, ὁ Χριστός. Arabs, هو, ἐκεῖνος, *ille*.

VERS. 9. Ἀλλ' οὐκ εὐθέως τὸ τέλος. *ſed non ſtatim finis*. Vulgatus, *nondum ſtatim*, οὔπω εὐθέως. Syrus, ܠܐ ܥܕܟܝܠ, οὔπω, *nondum* non legit εὐθέως, ut nec Arabs. neque extat Matth. 23.6. & ſicut apud Matthæum ſequitur, Ἐγερθήσεται γὰρ ἔθνος ἐπὶ ἔθνος, ita & hoc loco vertit Syrus. quum hìc in Græco ſit, Τότε ἔλεγεν αὐτοῖς, Ἐγερθήσεται ἔθνος ἐπὶ ἔθνος. cum qua lectione Vulg. & Arabs conſentiunt.

VERS. 11. ܘܢܗܘܘܢ ܕܚܠܬܐ ܘܫܘܓܢܐ. Trem. *& erunt terrores & propulſationes*. Boder. *eruntque terriculamenta & expulſiones*. reſpexerunt סַרְדָּא, quod in Tharg. *cribrum* ſignificat, inſtrumentum agitationis & expulſionis. ſed aliud eſt in Targ. Jonath. Gen. 36.39. לָעֵי בְּמַטְרְדָה וּבְסָרְדִיתָא, *laborabat cum moleſtia & trepidatione*. convenit cum ܫܘܓܢܐ, quod Ferrar. vertit, *timor, tremor*. ܫܓܫ, *trepidavit, timuit*. ſic & Maſius docet poni pro δειλιᾶν, Deut. 31. Jud. 7. Deeſt autem hæc vox apud Lucam, ut & quæ ſequuntur, ܘܣܘܥܪܢܐ ܪܘܪܒܐ ܢܗܘܘܢ, *& tempeſtates magnæ erunt*. neque Arabs iſta legit.

VERS. 14. Θέσθε οὖν εἰς τὰς καρδίας ὑμῶν. Syrus pro οὖν habet, ܕܝܢ *autem*. Sequitur, μὴ προμελετᾶν ἀπολογηθῆναι. Syrus, ܠܐ ܬܗܘܘܢ ܡܛܝܒܝܢ ܠܡܦܩ ܪܘܚܐ. Tremel. *ut non ſitis inſtructi ad proferendum defenſionem*. Boder. in Reg. *vos non eſſe inſtruendos ad depromendum ſpiritum*. In Pariſ. *ut non ſitis edocti ad depromendum ſpiritum*. id dicerent, ܠܡܦܩ ܪܘܚܐ, in Infinit. Aphel. At ܡܦܩ ܪܘܚܐ nomen eſt ſignificans ἀπολογίαν, *defenſionem*. verto ſimpliciter, *ut non ſitis diſcentes apologiam, ſive defenſionem*. μελετᾶν eſt *meditari, ſtudere, diſcere*, vel operam

ram

ram dare ut discas. Arabs habet, الا تبدوا فتتعلموا ما تحتجون به, *ut non incipiatis & discatis quo defendatis vos*, id est, ut non ante discatis.

Vers. 15. ἣ ού δυνήσονται ἀντειπεῖν οὐδὲ ἀντιστῆναι. Syrus non legit ἀντειπεῖν. Vulg. & Ar. legerunt.

Vers. 20. *Quum autem videritis cingi Hierosolymam* ὑπὸ στρατοπέδων *ab exercitibus.* Vulgat. in singul. *ab exercitu.* Sic & Syrus, ܡܢ ܡܫܪܝܬܐ Arabs in plur.

Vers. 25. ܘܒܐܪܥܐ ܐܘܠܨܢܐ ܕܥܡܡܐ ܘܦܘܫܟ ܐܝܕܝܐ ܡܢ ܬܘܗܪܐ ܕܩܠܐ ܕܝܡܐ. Tremel. & Boder. *& in terra angustia gentium & complosio manuum præ stupore sonitus maris.* פְּשַׁךְ & פושך in Tharg. *palmus.* idem Syris ܦܫܟ, teste Ferrario. qui & inde verbum dat ܦܫܟ *mensus est palmo*, item *tepuit.* in Pael. ܦܫܟ, *dubitavit, suspicatus est.* ܦܘܫܟܐ, *ambiguitas, dubitatio, suspicio.* & hunc ipsum locum citans ܦܘܫܟ ܐܝܕܝܐ vertit, *complosio manuum.* ego ficta voce verto, *palmatio manuum*, ut non tam palmorum complosio, quam eorundem compressio designetur, quando, ut ἐν τῇ ἀπορίᾳ fieri solet, palmus palmum constringit, premit & quasi metitur. neque sentio cum Clariss. Trostio, hæc verba in textu Græco non legi. Lucas dixit, καὶ ἐπὶ τῆς γῆς συνοχὴ ἐθνῶν ἐν ἀπορίᾳ. pro συνοχὴ, Syrus habet, ܐܘܠܨܢܐ, *angustia.* pro ἀπορίᾳ ܦܘܫܟ ܐܝܕܝܐ, quum enim desperatis rebus mera est consilii inopia, jam conploduntur manus, jam compressis digitis constringuntur. nescio an mens Euangelistæ, & τῆς ἀπορίας natura melius & efficacius exprimi potuisset. nec assentior Cl. Bezæ, qui Vulgatum, Erasmum & Syrum culpat, quod ἐν ἀπορίᾳ conjunxerint cum ἠχούσης. Vulgatus fateor id fecit. non Erasmus, neque Syrus. Nam pro ἠχούσης θαλάσσης (καὶ σάλου non legit) dixit, ܡܢ ܬܘܗܪܐ ܕܩܠܐ ܕܝܡܐ, *ex stupore sonitus maris.* ubi ܡܢ ܬܘܗܪܐ non ponitur pro ἐν ἀπορίᾳ jam enim demonstravimus, per ܦܘܫܟ ܐܝܕܝܐ id fuisse explicatum. sed adhibetur ad ostendendum, per ἠχούσης hîc non quemvis, sed stupendum sonitum denotari. est enim *ex stupore sontius*, idem quod *ex stupendo sonitu.* Porro Arabs ἐν ἀπορίᾳ vertit, بغتة *repente, subito, celeriter*, sic ut consilii ineundi tempore & ratione destituantur, angustia nimia & inexpectata oppressi. Post θαλάσσης sequitur καὶ σάλου, quod Syrus non legit. Beza vertit, *& salo.* Vulg. & Erasm. *& fluctuu.* Arabs ἠχούσης θαλάσσης καὶ σάλου vertit, صوت البحر والزلازل, versio Rom. *præ voce maris & terræ motus.* verto *præ sonitu maris & commotionum*; id est, commotorum fluctuum. Ubi obiter notetur, זלזל Arabibus esset *agitare, movere.* זל *moveri.* inde σαλεύω *agito.* & σάλον, *maris agitatio.* non ab ἅλς, *sal.*

Vers. 21. Καὶ οἱ ἐν ταῖς χώραις. Vulgat. & Eras. *& qui in regionibus.* Beza *& qui in agris.* Contra Luc. 12. 16. Ἀνθρώπου τινὸς πλουσίου εὐφόρησεν ἡ χώρα, Beza *hominis cujusdam divitis exuberarat regio.* Vulgatus autem & Erasmus, *ager.* In utroque loco significantur *agri* vel *arva.* Glossarium, χώρα *arvum, regio.* vel ἐν ταῖς χώραις idem est quod ἐν τοῖς χωρίοις. Gloss. χωρίον *Rus, villa, possessio, fundus.* Syrus dixit, ܒܩܘܪܝܐ, Tremel. & Boder. *in agris.* posses quoque vertere, *in villis, in pagis, in oppidulis.* hæc enim omnia vox Syra denotat. Belgicè etiam dicimus, op't landt zijn, pro *ruri esse.* quum vox ipsa regionem significet. vide & Joan. 4. 35.

Vers. 23. *Erit enim necessitas magna* ἐπὶ τῆς γῆς, Beza, *in ea regione.* Vulg. Eras. Syrus & Arabs, *super terram.* id malo: tùm quia usitatior ea significatio est, tum quia ἐμφατικώτερον est, angustiam istius populi non isti modo regioni, sed indefinitè terræ molestam fore, & calamitatem istius gentis, mundi fore calamitatem.

Vers. 24. *Et captivi ducentur* εἰς πάντα τὰ ἔθνη, *in omnes gentes.* Consentiunt Vulg. & Arabs. At Syrus, ܠܟܠ ܐܬܪ *in omnem locum* εἰς πάντα τόπον.

Vers. 26. Ἀποψυχόντων ἀνθρώπων. Vulg. *Arescentibus hominibus.* Eras. *extabescentibus.* Beza, *exanimatis.* Sic Syrus, ܘܙܘܥܐ ܕܡܦܩ ܢܦܫܬܐ ܕܒܢܝ̈ܢܫܐ, *& commotio extrudens animas hominum*, Arabs, وتخرج نفوس اناس منهم, *& exibunt animæ hominum ex ipsis.* Sequitur, ἀπὸ φόβου καὶ προσδοκίας. Consentiunt Vulg. & Arabs. Syrus non legit καὶ προσδοκίας.

Vers.

VERS. 28. Ἀνακύψατε. Vulg. *Respicite.* Eras. & Beza rectius, *suspicite.* ut & Arabs, انظروا الى فوق, *videte sursum.* Malim tamen, *sursum erigimini.* suspicere enim ἀναβλέπειν dicitur, & ad oculos pertinet, at ἀνακύπτειν ad dorsum potius vel universum corpus, quod ubi terram versus incurvatur & contrahitur συγκύπτειν dicitur, ubi vero denuo in rectum erigitur, ἀνακύπτειν. ut Luc. 13. 11. & Joan. 8. 6, 7. Refertur autem ἀνακύπτειν etiam ad animum, & significat *spe erigi, animo recreari.* cujus varia apud Budæum sunt exempla. Sic hoc loco Syrus accepit, qui vertit, ܐܬܠܒܒܘ, *animum sumite.*

VERS. 30. ὅταν προβάλωσιν ἤδη, βλέποντες, ἀφ' ἑαυτῶν γινώσκετε &c. Vulg. & Arabs non legerunt βλέποντες. Syrus pro βλέποντες γινώσκετε, habet, ܡܚܕܐ ܕܡܦܩܝܢ ܦܐܪܝܗܘܢ ܡܢܗܘܢ, *statim cognoscitis.* sensum enim esse putavit, statim atque hoc videtis, quod arbores progerminent, agnoscitis &c. quod non est ἄτοπον. verum pro ἀφ' ἑαυτῶν, *ex vobis ipsis*, Syrus & Arabs legerunt ἀπ' αὐτῶν, *ex illis*, scilicet arboribus cognoscitis. Vulgatus legit quidem ἀφ' ἑαυτῶν, sed sic ut ad arbores quoque retulerit. adeoque construens non cum γινώσκετε sed cum προβάλωσιν vertit, *quum producunt jam ex se fructum*, ὅταν προβάλωσιν ἤδη ἀφ' ἑαυτῶν. Variè autem vertitur προβάλωσι. Vulg. *producunt* fructum. Eras. *protrudunt* gemmas. Beza, *emiserint* folia. Syrus simplicissimè, ܡܦܪܥܝܢ, *germinant.* Hebraismus est, ubi שָׁלַח, προβάλλειν, *emittere*, de arboribus dicitur, quando ramos, propagines & frondes emittunt. vide Ezech. 17. vers. 6. 7. Psal. 79. vers. 13. Inde שְׁלֻחוֹת, *propagines*, quasi *emissiones*, προβολάς, dicas.

VERS. 35. ܐܝܟ ܦܚܐ ܓܝܪ ܢܦܚܚ ܥܠ ܟܠܗܘܢ. *Sicut laqueus illaqueabit omnes.* Clariss. Masius docet ܦܚܚ esse *integere, opprimere*, sicut muscipula quæ murem tegit & opprimit. apud Arabes certe, صفح à Raphel. vertitur, *obducere, tegere lamina.* At Ferrarius, ܦܚܚ, *fulminavit, illaqueavit.* ܡܦܚܚܢܐ, *fulminans, illaqueans.* ܦܚܐ, *casus repentinus, fulmen, laqueus.* adeo ut hoc loco vertere queas, *sicut laqueus enim repentino casu veniet super omnes*, ὡς παγὶς γὰρ ἐπελεύσεται ἐπὶ πάντας. addit, ܦܝܢܟܐ, *patina, scutella.* procul dubio à tegendo. adeo ut verbum videatur propriè esse *obtegere*, ut patina cibum, ut fulmen terram, ut laqueus aves.

CAP. XXII.

VERS. 4. Καὶ ἀπελθὼν συνελάλησε τοῖς Ἀρχιερεῦσι. Solus Syrus addit, ܘܣܦܪܐ, καὶ γραμματεῦσι. Sequitur, καὶ στρατηγοῖς. Syrus explicationis gratia addit, ܕܗܝܟܠܐ, τοῦ ἱεροῦ, ex vers. 52. Arabs habet, فمضى فكلم رؤساء الكهنة واعوان الجند, versio Rom. *& abiit, & locutus est cum principibus sacerdotum & cohorte.* verto in Genit. *& cohortis*, vel *& militiæ*, sic ut *principibus* ad utrumque substantivum referatur. tum enim cum Græco convenit. Deinde, τὸ πῶς αὐτὸν παραδῷ αὐτοῖς. Syrus, ܐܝܟ ܢܫܠܡܝܘܗܝ ܠܗܘܢ, Tremel. *quomodo traderet eum ipsis.* Id Syri dicerent, ܐܝܟܢܐ ܕܢܫܠܡܝܘܗܝ. verte, *ut traderet eum ipsis.* sicut & Arabs, ليسلمه اليهم. Πῶς pro ἵνα acceperunt, & non tam tradendi modum, quam ipsam traditionis actionem ea particula indicari arbitrati sunt. Sic & Belgicè **hoe dat**, id est, *quomodo* usurpamus. ut quum dicitur, *narravit quomodo heri huc aut illuc iverit*, id est, *se ivisse.* non modus itionis, sed ipsa itio significatur. atque ita πῶς non raro usurpari docuimus Marc. 9. 12. sensus est, Judam locutum esse cum Sacerdotibus de tradendo Christo.

VERS. 6. Quum primores populi pacti essent cum Juda, se daturos ei argentum, sequitur, καὶ ἐξωμολόγησε quod Syr. vertit, ܘܐܘܕܝ ܠܗܘܢ, *& promisit ipsis.* Vulgatus & Beza, *& spopondit.* At Arabs vertit, وشكر, *& gratias egit*, quasi lætus oblatam sibi pecuniam, qua avaritiam suam expleret. sane ἐξομολογεῖν, ut & apud Hebr. הוֹדָה pro *gratias agere* sæpe accipi, in confesso est. an autem pro *spondere* accipiatur, nescio. in novo certe Test non arbitror eo sensu alibi extare. nec omittendum, ܐܘܕܝ, teste Ferrario, non tantum esse *polliceri*, sed & *confiteri.* idem ergo quod ἐξομολογεῖν. ut & hoc loco Syrum vertere possimus,

&

& confessus est illis, id est, *gratias egit*. quo sensu sæpe ܐܘܕܝ usurpatur. ut Matth. 11.26. ܡܘܕܐ ܐܢܐ ܠܟ ܐܒܐ, ἐξομολογοῦμαί σοι πάτερ, *confiteor tibi pater*, id est, gratias ago.

Vers. 10. Κεράμιον ὕδατος. Syrus, ܩܠܠܐ ܕܡܝܐ, *hydriam aquæ*. Ferrar. ܩܠܠܐ *hydria, lagena, uter*. Arab. جراب teste Raphel. *vas ex corio sive pelle*. hoc loco Arabs vertit, جرة, *hydriam*. quod pro Hebr. כד usurpari solet. Sequitur, ἀκολουθήσατε αὐτῷ εἰς τὴν οἰκίαν οὗ εἰσπορεύεται. Consentiunt Vulg. & Arabs. Syrus hoc modo distinxit, Ἀκολουθήσατε αὐτῷ. Καὶ εἰς ἣν οἰκίαν εἰσπορεύεται, ἐρεῖτε τῷ οἰκοδεσπότῃ &c. partem versus decimi adjunxit undecimo.

Vers. 13. *Profecti autem invenerunt omnia prout dixerat eis*. Versio Bezæ est. ex qua delendum illud *omnia*, quia neque Græcus textus, neque Vulg. neque Syr. neque Arabs agnoscunt.

Vers. 14. Καὶ ὅτε ἐγένετο ἡ ὥρα. Vulg. *& quum facta esset hora*. Eras. *& quum jam esset tempestivum*. Beza, *quum igitur adesset constitutum illud tempus*. Syrus simplicissimè, ܘܟܕ ܗܘܐ ܥܕܢܐ, *& quum esset tempus*. quo sensu dicimus, omnia facienda quum tempus est, id est, suo tempore, eo tempore quo oportet. Ita hoc loco, *quum tempus esset, accubuit*, id est, suo tempore, quo oportebat scilicet ex lege pascha edere.

Vers. 20. Τοῦτο τὸ ποτήριον, ἡ καινὴ διαθήκη ἐν τῷ αἵματί μου, τὸ ὑπὲρ ὑμῶν ἐκχυνόμενον. Etsi τὸ ἐκχυνόμενον casu differat τῷ αἵματι, dubium tamen non est, quin cum eo sit construendum, consentientibus Vulgato, Syro atque Arabe. neque ullus hîc propterea solœcismus statuendus. Obliquus enim casus absque solœcismo verti potest interdum in nominativum. quia cum hic initium sit & fons reliquorum casuum, adeoque in lingua Hebræa, ubi nulla est casuum variatio, omnium locum tenet, hæc ei prærogativa conceditur, certe apud Hellenistas, ut reliquorum casuum vicem interdum suppleat. Tale illud Apostoli Eph. 3. 17. Κατοικῆσαι τὸν Χριστὸν διὰ τῆς πίστεως ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν. Ἐν ἀγάπῃ ἐρριζωμένοι καὶ τεθεμελιωμένοι. pro ἐρριζωμένων καὶ τεθεμελιωμένων. Addo Apoc. 1. 4. Χάρις ὑμῖν ἀπὸ τοῦ ὁ ὢν, καὶ ὁ ἦν, καὶ ὁ ἐρχόμενος. pro ἀπὸ τοῦ ὄντος, καὶ τοῦ γενομένου, καὶ τοῦ ἐρχομένου. & vers. 5. Καὶ ἀπὸ Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὁ μάρτυς ὁ πιστὸς, ὁ πρωτότοκος ἐκ νεκρῶν, καὶ ὁ ἄρχων, &c. pro τοῦ μάρτυρος τοῦ πιστοῦ, τοῦ πρωτοτόκου καὶ τοῦ ἄρχοντος. Item Joan. 1. 14. Ἐθεασάμεθα τὴν δόξαν αὐτοῦ, δόξαν ὡς μονογενοῦς παρὰ πατρὸς, πλήρης χάριτος καὶ ἀληθείας. pro πλήρους, id est, ὃς ἦν πλήρης. Atque ita non opus erit parenthesi quæ hîc vulgo ponitur; quam asperius intervenire, merito notavit Cl. Heinsius Arist. Sac. p. 299. sed aliter, quam nos, medetur. quod vide. Ita & hoc loco τὸ ἐκχυνόμενον pro τῷ ἐκχυνομένῳ. Cl. Scaliger in notis ait esse Accusativum pro Dativo. non dubito, quin dicendum fuerit, Nominativum.

Vers. 21. Μετ' ἐμοῦ ἐπὶ τῆς τραπέζης. Solus Syrus non legit μετ' ἐμοῦ.

Vers. 24. Τίς αὐτῶν δοκεῖ εἶναι μείζων. Vulg. Eras. & Beza, *quis ipsorum videretur esse major*, vel *maximus*. Syrus & Arabs, *quis ipsorum esset maximus*. Fortassis non malè vertatur, *quis ipsorum putaret esse maximus*. Neque enim tam quid externa specie videretur, quam quid quisque de se sentiret & putaret, disputatum fuit. Dumque unus diceret, ego me puto maximum, alter, ego vero me, rectè dicuntur disputasse, quis putaret maximus esse.

Vers. 29. Κἀγὼ διατίθεμαι ὑμῖν, καθὼς διέθετό μοι ὁ πατήρ μου βασιλείαν. Vulg. & Eras. *ego dispono vobis sicut disposuit* &c. Beza, *ego paciscor vobis prout pactus est* &c. Syrus, ܐܢܐ ܡܫܠܡ ܐܢܐ ܠܟܘܢ ܐܝܟ ܕܐܫܠܡ ܠܝ, *Ego polliceor vobis, sicut pollicitus est mihi*. Arabs, انا اعد اكم كما وعدني. In Romana editione malè scribitur اعدّ cum Tesdid supra Dal, ut sit Futurum surdum ab عدّ, *paravit, præparavit*, quum procul dubio sit Futurum simile à verbo وعد, quod sequitur, abjecto Vau prima radicali, quod in futuro primæ conjugationis verborum istius ordinis semper fit. Et significat وعد, non ut habet Rom. versio *tradidit*, sed *promisit, condixit, pactus est*. adeoque idem quod διατίθεμαι, quod apud LXX interpretes usurpatur pro Hebr. כרת, & sequente ברית διαθήκη significet *pangere, pacisci*: alias autem *promittere & condicere*. de quo locus insignis 2 Paral. 7. vers. 18. Ubi Deus dicit Salomoni, *Confirmabo solium regni tui*, כַּאֲשֶׁר כָּרַתִּי לְדָוִיד אָבִיךָ, LXX. ὡς διεθέμην Δαβὶδ τῷ πατρί σου, *sicut promisi*, vel *condixi Davidi patri tuo*. qui locus favet interpretationi Syri & Arabis.

Vers. 30. *Ut edatis & bibatis*, ἐπὶ τῆς τρα-

τραπέζης μου ἐν τῇ βασιλείᾳ μου. Syrus, ܥܠ ܦܬܘܪܐ ܕܡܠܟܘܬܐ ܕܝܠܝ, id est, ἐπὶ τῆς τραπέζης τῆς βασιλείας μου.

Vers. 31. Εἶπε δὲ Κύριος, Σίμων, Σίμων. Consentiunt Vulgatus & Arabs. At Syrus pro priori Σίμων legit in Dat. τῷ Σίμωνι deinde semel tantum in vocativo. Ἰδοὺ ὁ Σατανᾶς ἐξῃτήσατο ὑμᾶς, τοῦ σινιάσαι &c. Syrus & Arabs, ἐξῃτήσατο τοῦ σινιάσαι ὑμᾶς. Porro σινιάσαι, Beza, *ventilare*. Vulgatus, *cribrare*. Hesychius, σεῖσαι, κοσκινεῦσαι, *concutere*, *cribrare*. σινιατήριον & σινίον, κόσκινον, *cribrum*. Eodem modo Syrus, ܕܢܪܒܠܟܘܢ, & Arabs, ان يغربلكم: *ut cribraret vos*. ערב propriè Hebræis est *miscere*. inde de occasu solis, quum lux tenebris miscetur. Item de fidejussione dicitur, quum quis se suaque alterius negociis immiscens spondet & fidejubet. quæ duæ hujus verbi significationes Syris cum Hebræis sunt communes. Sed tertia inde Syris propria oritur, *cribrare*, quum agitando frumentum inter se permiscetur. unde & Arabes, adjecto Lamed, fecerunt ערבל ejusdem significationis. Sed pro more suo Ain mutato in Gain, pronunciant Garbel.

Vers. 32. Καὶ σύ ποτε ἐπιστρέψας στήριξον τοὺς ἀδελφούς σου. Syrus, ܘܐܦ ܐܢܬ ܒܙܒܢ ܐܬܦܢܝ ܘܫܪܪ ܠܐܚܝܟ. Boder. in Reg. *quin & tu quo tempore conversus fueris, tum confirma fratres tuos*. In Paris. *& etiam tu in tempore conversus, & confirma fratres tuos*. hîc sensum non invenio. non potest ܐܬܦܢܝ haberi nisi pro Imperativo. Laudanda itaque interpretatio Tremellii, *etiam tu in tempore convertere, & confirma fratres tuos*. Arabs quoque Imperat. وانت ايضا فارجع وثبت اخوتك, *& tu etiam convertere, & confirma* &c. voluerunt in Participio ἐπιστρέψας mandatum latere, quia cum Imperat. στήριξον construitur. sicut Matth. 28. vers. 19. *Baptizate docentes*, Syrus, *baptizate & docete*. Sic hoc loco, *Conversus confirma*, id est, *convertitor & confirma*.

Vers. 33. Μετὰ σοῦ ἕτοιμός εἰμι καὶ εἰς φυλακὴν, καὶ εἰς θάνατον πορεύεσθαι. Conveniunt Vulgat. & Arabs. At Syrus quasi per ἀποσιώπησιν omisit πορεύεσθαι. quod valde emphaticum est.

Vers. 36. Ἀλλὰ νῦν. *sed nunc*. sic quoque Vulgat. & Arabs. Sed Syrus, ܡܟܝܠ ܗܫܐ, ἀπὸ τοῦ νῦν. Sequitur, ὁ ἔχων βαλάντιον, ἀράτω, ὁμοίως καὶ πήραν. Καὶ ὁ μὴ ἔχων, πωλησάτω τὸ ἱμάτιον αὐτοῦ, καὶ ἀγορασάτω μάχαιραν. Vulg. Eras. & Beza ad verbum verterunt. In quo quum obscuritatem magnam deprehenderet Cl. Piscator, quia post, *qui habet crumenam, tollat, similiter & peram*, sequitur *& qui non habet*; ubi putare quis potuisset, ἀπὸ τοῦ κοινοῦ repetenda esse *crumenam & peram*: id quod sermonis consecutio prima fronte suggerit: voluit trajectionem Hebraicam esse in nomine μάχαιραν; idque collocari post ὁ μὴ ἔχων. quamobrem in justum ordinem omnia redigens vertit, *& qui non habet gladium, vendat pallium suum, & emat*. Eodem modo locum hunc acceperunt Syrus & Arabs, sed ad vitandem trajectionem, bis dixerunt *gladium*, hoc modo *& qui non habet gladium, vendat vestem suam & emat gladium*. Quæ sententia mihi non placet. Si quis enim opulentus satis esset, ut & pallium retinere, & gladium emere posset, quid attinebat ei dicere, si non habes gladium, vende pallium? Itaque mihi, ὁ μὴ ἔχων, est ὁ οὐδὲν ἔχων, *qui nihil habet*, qui pauper est, cui tantum pecuniæ non suppetit ut gladium emere queat, is vendat pallium suum, ut habeat quo emat. sicut 1 Cor. 11. 22. Καταισχύνετε τοὺς μὴ ἔχοντας, *pudefacitis eos qui non habent*, id est, pauperes. Et Hebræi quidem, quum propriè quo dicant *nihil* non habeant, dicere solent אֲשֶׁר אֵין לוֹ, *cui non est*, id est, *cui nihil est*. quod plenè dicerent אֲשֶׁר אֵין לוֹ דָּבָר, *cui non est verbum*, id est, quicquam.

Vers. 37. Καὶ γὰρ τὰ περὶ ἐμοῦ τέλος ἔχει. Syrus, ܟܠܗܘܢ ܓܝܪ ܕܥܠܝ ܐܫܬܠܡ, Tremel. *omnia enim quæ sunt de me, complementum accipient*. non rectè Præteritum ܐܫܬܠܡ per fut. vertit. Regia, *nam omnia quæ de me scripta sunt finem habent*. Ibi autem legitur ܐܫܬܠܡܘ in plurali, ut & in Plant. אשתלמו. At in Viennens. & Cothen. ܐܫܬܠܡ in singulari, ut & in Paris. אשתלם. Utramque lectionem tolerari posse arbitror. Quum enim ܟܠ significationem habeat plurium, præsertim addito affixo plur. ܟܠܗܘܢ rectè ei respondet verbum plurale. Quia vero ܟܠ formâ suâ & propriâ significatione est singulare (est enim hic, ut & in lingua Arabica,

bica, substantivum, & propriè significat *communitatem* (vel *universitatem*) rectè ei respondet verbum singulare. Et verti potest hîc locus ad verbum, *universitas enim eorum quæ sunt de me completa est*.

VERS. 42. Εἰ βούλει παρενεγκεῖν τὸ ποτήριον τοῦτο ἀπ' ἐμοῦ! Beza, *Si velles transferre poculum hoc à me!* Optantis est. At Vulg. & Erasm. *si vis, transfer* &c. Id est παρένεγκε, quomodo in suo vetere codice se legisse testatur Doctiss. Camerarius. vel Infinitivum pro Imperativo acceperunt, quod sæpe fit. Syrus, ܐܢ ܨܒܐ ܐܢܬ ܢܥܒܪ ܡܢܝ *si vis, transeat me*, παρελθέτω ἀπ' ἐμοῦ, ut hunc locum citat Epiphanius adversus Arrianos. Arabs, ان كنت تشاء فلتعبر عني quæ ambigua sunt ob vocalium absentiam. si enim legas فَلْتَعْبُر in prima Conjug. convenit cum Syro. sin فَلْتُعْبِر in quarta, convenit cum Vulgato. prius elegit versio Roman. nec improbo.

VERS. 44. Καὶ γενόμενος ἐν ἀγωνίᾳ. Syrus, ܒܕܚܠܬܐ, ut Arabs, بمخافة, *in timore*. ἐκτενέστερον προσηύχετο. Vulg. & Erasm. *prolixius orabat*. Melius Beza, *intensius*, quod idem dixit Arabs, متواترا. est enim وتر, *tendit, intendit*. unde apud Hebræos יָתַר & מֵיתָר, *funis*, qui tenditur. Syrus, ܒܚܦܝܛܘܬ, *instanter*. sicut infra 23. 13. ܚܦܝܛܝܢ ܗܘܘ *instabant*. Ferrarius, ܚܦܛ, *instavit, incubuit magno studio, ursit*. ܚܦܝܛܘܬܐ, *commotio, perseverantia, velocitas, studium, diligentia*. ܒܚܦܝܛܘܬ, *perturbatè, solicitè, diligenter, studiosè, perseveranter*. Sequitur, ἐγένετο ἡ ὁ ἱδρὼς αὐτοῦ ὡσεὶ θρόμβοι αἵματος καταβαίνοντες ἐπὶ τὴν γῆν. Alii codices, teste Erasmo, legunt καταβαίνοντος. Sic Vulgatus, *sicut guttæ sanguinis decurrentis in terram*. nec aliter Syrus, cujus verba sunt, ܘܗܘܬ ܕܘܝܬܗ ܐܝܟ ܢܛܦܐ ܕܕܡܐ ܘܢܦܠܬ ܥܠ ܐܪܥܐ, *& fuit sudor ejus sicut grumi sanguinis, & cecidit super terram*. ubi observandum (nam ex latina versione id discerni nequit) ܢܦܠܬ, *cecidit*, quia mascul. est, pertinere ad ܕܡܐ, *sanguinem*, non ad ܕܘܝܬܐ, *sudorem*, quod fœmininum est. Arabs, وصار عرقه كالدم العبيط نازلا علي الارض, versio Rom. *& factus est sudor ejus veluti sanguis distillans descendens in terram*. عبيط non est *distillans*, sed *concretus*. & نازلا non pertinet ad sanguinem, sed ad sudorem, postulante id constructione. verto itaque, *& fuit sudor ejus instar sanguinis concreti descendens super terram*.

VERS. 47. ܐܬܐ ܗܘܐ ܓܝܪ ܝܗܒ ܠܗܘܢ ܐܬܐ ܠܗܘ ܕܡܢܫܩ ܐܢܐ ܗܘܝܘ *Hoc signum dederat ipsis, Quem osculabor, is est*. non extant hæc in ullis Græcis exemplaribus, nec in Vulgato, nec apud Arabem. Sunt ergo ex Matth. 26. 48. aut Marc. 14. huc translata.

VERS. 51. Ἐᾶτε ἕως τούτου. Vulg. Eras. & Beza, *finite huc usque*. Syrus, ܥܕܡܐ ܠܗܕܐ, *usque ad hoc*, usque ad hanc rem, vel usque ad hoc factum, ἕως τούτου πράγματος. Arabs subaudivit χρόνου. vertit enim, الي الان, *usque nunc*. verum addit quod nusquam alibi reperitur, امسك هاهنا, versio Rom. *adducite huc*, ut sint verba Christi ad milites, jubentis adduci ad se Malchum, ut amputatam ejus aurem restituat. Sed phrasis Arabica id nequaquam fert. Etsi enim fortassis هاهنا interdum possit *huc* significare, quod per الي هاهنا vel الي هنا efferre passim solent, tamen امسك non potest verti per plurale, quum sit singulare, nec significat *adducere*, sed *tenere*, *apprehendere*, *continere*. Puto ergo verba Christi esse ad Petrum, *contine hîc*, vel *contine te hîc*. ita enim in 4 conjug. hoc verbum aliquando reciproca significatione usurpatur. Vt sensus sit, Primo vos milites, finite huc usque, nec ulciscimini quod peccatum est. Tum tu Petre, contine te hîc, nec perge lædere. At ut dixi, nulla exemplaria id habent. Notandum autem, Syrum pro ἐᾶτε habere ܫܒܘܩܘ. Tremel. & Boder *satis est*. Id vox Syriaca significat 2 Cor. 2. 6. & alibi. secundum quam interpretationem ἐᾶτε non significaret *finite*, id est, *permittite*, nec dirigetur ad milites, sed ad discipulos & significaret *desinite*. Vt sensus sit, huc usque à vobis progressum est, desinite, satis est huc usque vos processisse. Sed notat Ferrarius, varium esse particulæ ܫܒܘܩܘ usum, & significare etiam *age, agite, finite*. Cui fidem non habemus, donec loca manifesta cogant. Præsertim quum Lex. Syr. Arab. explicet

cet ܟܡܘ per ܣܦܩܘ, *sufficit*. & Arabicè per حسب فقط كفي, quæ tria significant *sufficit*. nec quicquam addit, quod *age*, *agite*, *finite* denotet. nisi quatenus *finite*, sit desinite, cessate, adeoque sufficit.

VERS. 52. Ἀρχιερεῖς καὶ στρατηγοὺς τοῦ ἱεροῦ καὶ πρεσβυτέρους. Arabs στρατηγοὺς τοῦ ἱεροῦ vertit, جند الهيكل, quod Romana versio transtulit *magistratum templi*, procul dubio in gratiam Vulgati, qui στρατηγοὺς vertit *magistratus*. vertendus Arabs, *exercitum templi*, στρατὸν τοῦ ἱεροῦ. quod nullum tamen exemplar habet. Syrus, ܪ̈ܝܫܝ ܚܝ̈ܠܐ ܕܗܝܟܠܐ, *principes exercituum templi*. Nec tamen existimandum, hîc militares viros, seu militiæ præfectos memorari. Distinguendi enim hi sunt ab eo, qui Actor. 4. 1. & 5. 24. στρατηγὸς τοῦ ἱεροῦ dicitur. Is unus erat, & militibus, qui in arce Antonia ad custodiendum templum præsidium tenebant, præerat, cujus σπεῖραν, *cohortem*, Judas secum adducebat, Joan. 18. 3. sed quum hîc plurium στρατηγῶν fiat mentio, tenendum, ea voce non semper, quos Hebræi שרי הצבא, *præfectos exercitus* vocant, designari, sed sæpe quosvis præfectos sive politicos sive Ecclesiasticos, quos Hebræi סגנים dicunt. quam vocem LXX. interpretes, nunc per φυλάσσοντας, nunc per στρατηγοὺς, nunc per ἄρχοντας transferunt. Unde & 1 Reg. 4. 6. duodecim illi הַנִּצָּבִים, quos Rex Salomon alendæ familiæ Regiæ præfecit, à Jonathane, אסטרטגיא, στρατηγοὶ dicuntur. Elias in methurgeman פקידים *præfectos*, *præpositos* vertit. Videntur ergo hi στρατηγοὶ τοῦ ἱεροῦ fuisse è numero illorum quindecim, qui muneribus in sacro loco obeundis præpositi erant. quos enumerat, eorumque officia describit Cl. Const. L'Empereur Middoth p. 138. 139. פְּקִידֵי הַבַּיִת Hebræis dici possunt. vel etiam שָׂרֵי צְבָא הַבַּיִת, *præfecti militiæ templi*. ubi tamen צָבָא *militia*, non militarem exercitum, sed λειτουργίαν significat. sicut Num. 8. vers. 24. Levita natus 25 annos dicitur intrare לִצְבֹא צָבָא בַּעֲבֹדַת אֹהֶל מוֹעֵד, LXX. λειτουργεῖν λειτουργίαν ἐν ἔργοις ἐν τῇ σκηνῇ τοῦ μαρτυρίου. natus vero 50 annos, dicitur exire מִצְּבָא הָעֲבֹדָה, ἀπὸ τῆς λειτουργίας, καὶ οὐκ ἐργᾶται ἔτι. Ita & hoc loco, שָׂרֵי צְבָא הַבַּיִת, & ut Syrus locutus est, ܪ̈ܝܫܝ ܚܝ̈ܠܐ ܕܗܝܟܠܐ, videntur esse οἱ ἄρχοντες τῆς λειτουργίας τοῦ ἱεροῦ. Distinguuntur autem hîc ἀπὸ τῶν ἀρχιερέων, qui erant præfecti 24. ἐφημεριῶν sive Classium, in quas genus sacerdotale erat distributum. Distinguuntur etiam ἀπὸ τῶν πρεσβυτέρων, *à senioribus*, qui erant ἄρχοντες τοῦ λαοῦ. quod moneo, quia non nemo ex doctissimis existimavit, στρατηγοὺς τοῦ ἱεροῦ eosdem esse cum senioribus, sive præfectis populi. Sequitur, ὡς ἐπὶ λῃστὴν ἐξεληλύθατε. Syrus addit, ܥܠܝ, ἐπ' ἐμὲ, *contra me*. Deinde post μετὰ μαχαιρῶν καὶ ξύλων addit ex Matth. 26. 55. ܕܬܐܚܕܘܢܢܝ, συλλαβεῖν με, *ut capiatis me*.

VERS. 54. Συλλαβόντες δὲ αὐτὸν ἤγαγον, καὶ εἰσήγαγον αὐτὸν. Vulgatus Syrus & Arabs non legerunt καὶ εἰσήγαγον αὐτόν. nec videntur necessaria.

VERS. 55. *Accenso autem igne in medio atrii*, καὶ συγκαθισάντων αὐτῶν, *& consedentibus illis*. Vulgatus, *& circumsedentibus illis*. Sic & Syrus, ܘܝܬܒܝܢ ܗܘܘ ܚܕܪܘܗܝ, *& sedebant circum eum*, scilicet ignem. Arabs simpliciter, وجلسوا, *& sederunt*, vel *assederunt*.

VERS. 57. Ὁ δὲ ἠρνήσατο αὐτόν. Syrus & Arabs non legerunt αὐτόν. certè non exprimunt.

VERS. 58. Ἄνθρωπε οὐκ εἰμί. Consentiunt Vulgat. & Arabs. Syrus non legit ἄνθρωπε.

VERS. 59. Καὶ διαστάσης ὡσεὶ ὥρας μιᾶς. Vulg. consentit. Arabs, وبعد ساعة, *& post horam*. Syrus, ܘܠܒܬܪ ܫܥܬܐ ܚܕܐ, *& post horam unam*. non legerunt ὡσεί.

VERS. 63. Καὶ οἱ ἄνδρες οἱ συνέχοντες τὸν Ἰησοῦν &c. Beza, *At ii qui una tenebant Iesum*. Vulg. Eras. Syrus & Arabs simpliciter *qui tenebant*. Id præfero. est enim συνέχω, *constringo*, *constrictum teneo*. neque refertur præpositio σὺν ad plures qui simul una tenent, sed ad rem quæ cum alia tenetur & stringitur. unde & una res dicitur συνέχειν. ut 2 Cor. 5. 14. ἡ ἀγάπη τοῦ Χριστοῦ συνέχει ἡμᾶς, *Charitas Christi tenet*, vel *constringit nos*. Et socrus Petri dicitur συνεχομένη πυρετῷ, *detenta febri*. ubi *unà* locum non habet. Sequitur, ἐνέπαιζον αὐτῷ, δέροντες. Solus Syrus non habet δέροντες.

VERS. 64. Καὶ ἐπηρώτων αὐτόν. Solus Syrus hæc non habet. Absunt autem sine dispendio.

VERS. 67. *Si dixero vobis*, οὐ μὴ πιστεύσητε, *non credetis*. Vulg. & Syrus addunt μοὶ, *mihi*. Arabs non addit.

VERS. 70. Ὑμεῖς λέγετε, ὅτι ἐγώ εἰμί. Sumitur ὅτι interdum εἰδικῶς, interdum αἰτιολογικῶς. Priori modo Eras. vertit, *vos dicitis me esse*. Altero Beza, *nam ego sum*. Vulgatus, *Quia*

 ego

ego sum. ambiguum est. utroque enim modo *quia* apud istum interpretem usurpatur. Eadem ambiguitas est in Syriaco ܕ. At non apud Arabem, qui dixit اني انا هو, *quod ego sum*, εἰδικῶς, id est, *me esse.* nam αἰτιολογικῶς diceretur لاني.

Cap. XXIII.

Vers. 2. Διαστρέφοντα τὸ ἔθνος Syrus Vulg. Arabs & tres M. S. Bezæ codices addiderunt ἡμῶν. Sequitur, *Prohibentem dare tributa Cæsari, dicendo* ἑαυτὸν Χριστὸν βασιλέα εἶναι, *se Christum regem esse.* Id est, se non vulgarem regem, sed Christum regem esse, adeoque sibi potius quam Cæsari danda tributa, quia Christo regi omnes reges, ipse etiam Cæsar, utpote universi mundi domino ex sententia Judæorum cedere debebant. Hanc emphasin videtur enervasse Cl. Beza, quum interposito commate vertit, *se Christum*, id est, *regem esse*: quasi *Rex* hîc sit interpretamentum *Christi.* quod apud Syrum certe locum non habet, qui transpositis dictionibus dixit, ܘܐܡܪ ܥܠ ܢܦܫܗ ܕܡܠܟܐ ܗܘ ܡܫܝܚܐ, *& dicit de se ipso, se regem Christum esse.* optimè. nam *Rex* non interpretatur *Christum*, sed *Rex Christus* est supremus ille rex, qui secundum vaticinia Prophetarum המשיח ὁ Χριστὸς diceretur.

Vers. 5. Οἱ δὲ ἐπίσχυον, *Illi autem invalescebant*, scilicet clamore. unde Syrus, ܡܬܬܥܫܝܢ ܗܘܘ, *vociferabantur.* Monet autem Cl. Beza ἐπίσχυον verti etiam posse *contra nitebantur.* Addo, vel *vehementer instabant*, vel *validè urgebant.* nec dubito quin id ipsum fit, quod Exod. 12. 33. dicitur, וַתֶּחֱזַק מִצְרַיִם עַל הָעָם לְמַהֵר לְשַׁלְּחָם, *& invaluerunt Ægyptii super populum, festinando dimittere eos.* quod non malè Tremellius & Junius, *vehementer instabant apud populum.* vel potius, *validè urgebant populum.*

Vers. 10. *Accusantes eum* εὐτόνως Vulg. *Constanter*, Eras. *Acriter.* Beza, *magna contentione.* Syrus, ܒܚܣܝܢܐܝܬ, pro quo Tremel. *constanter.* Boder. *Pertinaciter.* nos, *fortiter.* est enim ܚܣܝܢܐ, *fortis, validus, robustus.* idem quod Hebræis עַז. Hesychius: εὐτόνως, ἰσχυρῶς, *fortiter.* Arabs, جدا, *valde.*

Vers. 11. *Quum autem sprevisset eum Herodes*, σὺν τοῖς στρατεύμασιν αὐτοῦ. Vulg. *cum exercitu suo.* Eras. *cum exercitibus suis.* Beza, *cum militibus suis.* atque id in notis persuadet. Syrus, ܘܥܡ ܦܠܚܘܗܝ, ubi non rectè Tremel. *& ministri ejus.* rectè Boder. *& milites ejus.* hoc enim sensu passim usurpatur. Sequitur, περιβαλὼν αὐτὸν ἐσθῆτα λαμπρὰν, Vulg. *indutum veste alba.* Eras. & Beza, *splendidâ.* ut & Arabs, ثيابا بريقا, id est, *vestibus resplendentibus* instar fulguris. At Syrus, ܢܚܬܐ ܕܙܘܗܪܝܬܐ, *vestibus coccineis.* Sunt enim & illæ fulgentes admodum: ac fortassis inde זהוריתא Syris dicitur, ab Hebr. זָהַר, *splendor*, permutatis gutturalibus ה & ח. verum coloris rubri est coccineum, ut ex Esa. 1. 19. apparet. Quod Actor. 10. 30. quadrare nequit, ubi Angelus Cornelio apparuisse dicitur ἐν ἐσθῆτι λαμπρᾷ, non utique *coccineâ*, sed, ut rectè Vulgatus, *candidâ.* hoc enim colore, utpote Angeli lucis, apparere solent. unde ἔνδυμα λευκὸν Angelo tribuitur Matth. 28. 3. Sic ἐσθὴς λαμπρὰ, *vestis candida* divitum ac nobilium opponitur τῇ ῥυπαρᾷ *sordidæ*, pauperum & abjectorum, Jac. 2. 2. olim enim nobiles candidis vestibus induti ibant, ac inde הורים, *candidi*, à חור, *candidum esse*, dicebantur. Itaque nolim spernere Vulgatum, qui & hîc, & in Actis, & apud Jacobum λαμπρὰ vertit *alba* vel *candida.*

Vers. 13. Καὶ τοὺς ἄρχοντας, καὶ τὸν λαόν. Conveniunt Arabs & Vulg. At Syrus legit ἄρχοντας τοῦ λαοῦ.

Vers. 15. Ἀνέπεμψα γὰρ ὑμᾶς πρὸς αὐτόν. Conveniunt Vulgatus. At Syrus, ܫܕܪܬܗ ܓܝܪ ܠܘܬܗ, *misi enim eum ad ipsum*, nempe Christum ad Herodem. pro ὑμᾶς legit αὐτόν. Arabs vero, لانه ارسله الينا, *quia ipse misit* (vel *remisit*) *eum ad nos.* ut in tribus codicibus scriptum legit Beza, ἀνέπεμψε γὰρ αὐτὸν πρὸς ἡμᾶς. quæ lectio viro doctissimo valde arridet. Sequitur, καὶ ἰδοὺ, οὐδὲν ἄξιον θανάτου ἐστὶ πεπραγμένον αὐτῷ. Ambiguum est αὐτῷ. vel enim accipi potest pro ἀπ' αὐτοῦ. Ita Beza, *nihil dignum morte factum est ab eo*, id est, Christus nihil fecit quod dignum sit morte. Eo sensu Arabs quoque vertit, ليس له عمل يستحق به الموت, *non est ei opus, per quod mereatur mortem.* vel accipi potest pro Dativo. Sic Vulgat. & Erasm. *nihil dignum morte actum est ei.* Ubi quamvis *ei* sumi quoque posset pro *ab eo*,

mens

mens tamen eorum potius esse videtur, nihil ab Herode factum esse Christo, quod morte dignum sit. Tum ἄξιον θανάτου non significat, ut aliàs, quod mortem mereatur, sed quod morti respondeat, quod cum morte convenientiam habeat. ut καρποὺς ἀξίους τῆς μετανοίας, *fructus convenientes resipiscentiæ*, Matth. 3. Παθήματα οὐκ ἄξια πρὸς τὴν μέλλουσαν δόξαν, *passiones non respondentes futuræ gloriæ*. Sic hoc loco, nihil ipsi ab Herode factum, quod ad mortem referatur, quod morti respondeat, veluti sententiam mortis ferre, & virgis cædere, quod ex Romano more ante mortis supplicium fieri solet, Matth. 27. vers. 26. Syrus habet, ܠܐ ܡܕܡ ܕܫܘܐ ܠܡܘܬܐ ܥܒܝܕ ܠܗ, quæ eandem ambiguitatem habent cum Græco textu. nam ܠܗ ex usu Syro verti potest *ei & ab eo*. Item דשוא non tantum *dignum*, sed etiam *par*, *æquale*, *conveniens* est: & hoc quidem, ut ex Hebraismo liquet, propriè significat. mihi & Græci textus & Syriaci mens esse videtur, *nihil quod ad mortem faciat factum est ei*. non ab Herode factum est, ergo nec à me fieri debet.

Vers. 17. Ἀνάγκην δὲ εἶχεν ἀπολύειν &c. *necesse autem habebat dimittere* &c. Syrus, ܥܝܕܐ ܓܝܪ ܐܝܬ ܗܘܐ, *consuetudo enim erat*. Explicare voluit, non ex lege sed ex consuetudine ortam fuisse eam necessitatem. Deinde causam hîc adferri putavit, cur superiore versu dixisset Pilatus, *castigatum eum dimittam*. Quia nempe necesse habebat, aut moris erat in festo unum captivum dimittere. Ideo pro δὲ, *autem*, adhibuit ܓܝܪ *enim*. Arabs, وكانت لهم عادة, *& fuit ipsis consuetudo*.

Vers. 24. *Tum Pilatus* ἐπέκρινε. Beza, *secundum eos judicavit*. Vulg. & Eras. *adjudicavit*. sicut 1 Mach. 4. 47. τούτοις θάνατον ἐπέκρινε, *his mortem adjudicavit*. Arabs, حكم, *judicavit*. Syrus, ܦܩܕ, *præcepit*. Glossarium: ἐπικρίνω *decerno*. Tum Pilatus decrevit ut fieret petitio eorum.

Vers. 41. οὗτος δὲ οὐδὲν ἄτοπον ἔπραξε. Syrus, ܗܢܐ ܕܝܢ ܡܕܡ ܕܣܢܝܐ ܠܐ ܥܒܝܕ ܠܗ. Tremel. *Hic vero quod sit detestabile non fecit*. Fabricius, *iste vero nihil odiosum egit*. Ambo quoad sensum benè. ad verbum autem sic vertitur, *hic vero*, *quicquam quod odiosum sit*, *non factum est ei*. Ubi primum observandum illud, *hic vero*, pro *ad hunc vero quod attinet*, phrasi Syris usitatissima, qualem habes etiam Luc. 21. 6. Deinde *factum est ei*, pro *ab eo*. quæ phrasis ut Latinis & Græcis, sic & Syris satis usitata est. vide Matth. 14. 8. 1 Tim. 4. vers. 4.

Vers. 44. *Factæ sunt tenebræ*, ἐφ' ὅλην τὴν γῆν, Beza *super totam regionem*. Malim cum Vulg. Eras. Syro & Arab. vertere *terram*, ne in re dubia cujuspiam opinioni, & fortassis rei veritati præjudicium fiat. præsertim quum proximo versu addatur, obtenebratum fuisse solem. non ergo huic solum regioni, sed universæ terræ adempta videtur fuisse lux, obtenebrato sole, qui unicus lucis fons est.

Vers. 46. ܗܕܐ ܐܡܪ ܘܫܠܡ. Tremel. *Hoc dixit*, *& reddidit* spiritum. Boder. *& tradidit spiritum*. rem dixerunt, sed vim vocis non expresserunt. habet enim hoc verbum in Aphel *tradendi* significationem, absolutè tamen pro *tradere spiritum* nunquam sumitur. at in Peal intransitivè sumitur, pro *finiri*, *compleri*. interdum & pro *consentire*, quod hîc locum non habet. ad verbum ergo ܘܫܠܡ, vertitur, *& finitus est*, id est, *vitam finiit*, *exspiravit*.

Vers. 50. *Et ecce vir nomine Ioseph*, *senator*. Hîc Syrus addit, *ex Arimathæa civitate Iudæ*, quæ in Græcis exemplaribus, item Vulgato & Arabe, in medio sequentis versus reperiuntur. Nemo negabit, quin Syri lectio admodum sit apta.

Vers. 53. *Et quum detraxisset illud*, *involvit illud* σινδόνι, *sindone*. Syrus, ܒܥܛܦܐ ܕܟܬܢܐ, Tremel. *in sindone linea*. Boder. *in linteo lineo*. ܥܛܦܐ propriè *involucrum*, *fasciam* significat, cui quid involvitur. à verbo ܥܛܦ, *cinxit*, *involvit*. Actor. 27. v. 17. ܡܥܛܦܝܢ ܗܘܝܢ ܠܐܠܦܐ, ὑποζωννύντες τὸ πλοῖον *subcingebamus navem*. ܟܬܢܐ autem interdum pro σινδὼν ponitur, interdum pro ὀθόνη, ut Actor. 10. 11. & in plur. ܟܬܢܐ, ὀθόνια. Luc. 24. 12. ad verbum ergo vertendum, *& deposuit illud*, *& involvit illud involucro lintei*, id est, lineo. quomodo & Arabs vertit, وانزله ولفه في لفافة كتان, *& deposuit illud &*

& involvit illud in involucro lintei. ad verbum transtulit verba Syriaca.

VERS. 54. ܘܝܘܡܐ ܥܪܘܒܬܐ ܗܘܐ. Tremel. & Bod. *& dies parasceves erat.* quasi scriptum esset ܕܥܪܘܒܬܐ. Syrus autem transtulit per appositionem, *& dies parasceve erat.* ut & in Græco est, καὶ ἡμέρα ἦν παρασκευή, quæ cur D. Beza Vulgatum secutus verterit, *& dies erat parasceves,* non video, quum & Latinus sermo & sententia non repugnent, quo minus retenta constructione Græci textus vertas, *& dies erat parasceve.* erat enim parasceve ipsius diei nomenclatura. **De dagh was de voorbereydinge.** Arabs totum versum sic transtulit, وكان يوم جمعة الذي يكون صباحه السبت, *& fuit dies parasceve, qui est aurora Sabbathi.* posterioribus verbis explicat, quid sit, καὶ τὸ σάββατον ἐπέφωσκε. Syrus, ܘܫܒܬܐ ܢܓܗ ܗܘܐ, *& sabbathum illuxit.* Observentur phrases Lucæ, Syri, & Arabis, quibus initium vesperæ, qua sabbathum inchoabatur, describunt. idem enim de vespera post sabbathum, qua primus dies septimanæ inchoabatur, sentiendum putamus Matt. 28. 1. Quod enim Cl. Beza ἐπὶ in ἐπέφωσκε pro *post* accipiendum existimet, adeoque vertat, *& sabbathum succedebat*, verisimile non videtur. Glossarium: ἐπιφώσκω, *inlucesco.* & Matt. 28. 1. τῇ ἐπιφωσκούσῃ εἰς μίαν σαββάτων vir hic doctiss. ipse vertit, *quum lucesceret in primum diem septimanæ,* non *quum succederet.* Deinde quod addit, Lucam verbo ἐπιφώσκειν usum, habita potius ratione sequuturi diei, quam imminentis noctis, inter parasceven & diem sabbathi intercedentis, nescio an & hoc probari debeat. videtur enim imminentis potius noctis ratio hîc haberi. causa enim datur, cur festinanter admodum, durante adhuc parasceve, corpus Christi à Josepho sepulchro fuerit conditum, quia imminente vespera sabbathum incipiebat. vespera respicitur, non sequuturus dies. At, inquies, cur de vespera usurpatur ἐπιφώσκειν? Fuit quum phrasin hanc soli sabbatho peculiarem esse existimarem. Et primum quidem de vespera quæ inchoat sabbathum dici ἐπιφώσκειν, quia, ut testatur Cl. Buxtorfius in Synag. Jud. solent Judæi sabbathi initium luminibus illustrare. Simul ac enim sol montium & arborum cacuminibus incumbens occasui vicinus est, mulieres Judaicæ lumina sabbataria accendunt, versus ea manus expandunt, & durante sabbatho ardentia relinquunt. Deinde etiam de vespera quæ claudit sabbathum dici ἐπιφώσκειν, quia, teste eodem Buxtorfio, candela magna faci non absimilis tum accenditur, quæ נר ההבדלה, *luminare discriminationis* dicitur, qua sabbathum finientes ab ineunte jam profano die discriminant. Sed rem penitius introspicienti, videtur quivis dies naturalis rectè dici illucescere, quando initium capit, sive id fit à vespera, ut apud Judæos, sive ab intempesta nocte, ut apud Romanos. *Dies* enim denominatione sua *lucem* denotat, ab Arabico, ضي di *lucere*, & ضياء dia *lux.* quamobrem propriè ea temporis pars quæ luce prædita nocti opponitur, dies dicitur. Deinde generalius extenditur, ad illud 24 horarum spatium, quo nox & dies continentur, denotandum, quod à principaliori sui parte dies etiam appellatur. Unde Gen. 1. *& fuit vespera, & fuit mane, dies unus.* Quod ergo jure vespera diei nomen sortitur, eodem illucescere rectè dicitur, quum ab ea dies initium capit. Ex. gr. Parasceve incidebat in diem decimum quartum. Sequens vespera initium erat diei decimi quinti. Ea vespera appetente, dies decimus quintus, eo ipso quod dies dicebatur, rectè dicebatur illucescere, adeoque & sabbathum illucescere, quod in diem istum incidebat. Ita nihil necesse erit ad Hesperi aut Lunæ aliorumq; siderum exortum id referre. quod fecit Cl. Casaubonus Exerc. XVI. Num. XXIII contra Baronium, ubi καὶ τὸ σάββατον ἐπέφωσκε vult idem esse atque, καὶ ἐπέφωσκεν ἡ σελήνη ἢ ἄγουσα τὸ σάββατον. Verum per accidens fuit, quod tum, tempore plenilunii, Luna eodem tempore oriretur quo Sol occumberet. sed quid fiet, si media demum nocte oriatur? tum non poterit dici ἄγειν τὸ σάββατον: ergo nec tum poterit dici sabbathum ἐπιφώσκειν.

CAP. XXIV.

VERS. 1. ὄρθρου βαθέος. Syrus, ܒܨܦܪܐ ܟܕ ܥܕ ܚܫܘܟ, *mane quum adhuc tenebræ essent.* quæ ipsissima verba sunt Johannis, & phrasim Lucæ optimè explicant. Sequitur ἦλθον ἐπὶ τὸ μνῆμα. Beza, *iverunt ad monumentum.* ἦλθον pro ἐπορεύοντο. non enim, inquit, tempus hîc notatur quo ad ipsum sepulchrum pervenerunt, sed quo ex urbe profectæ sunt ut eò venirent. Secus nos sentimus Matth. 28. vers. 1. Itaque cum Vulg. Eras. Syro & Arabe vertendum censemus, *venerunt ad monumentum.* id enim propriè verbum significat. Additur, καί τινες σὺν αὐταῖς. Desunt hæc in Vulgato, ut & in uno vetere Be-

zæ exemplari. non desunt in Syro & Arabe.

Vers. 4. *Ecce duo viri* ἐπέστησαν αὐταῖς. Syrus, ܩܡܘ ܠܥܠ ܡܢܗܝܢ. Tremel. & Bod. in Parif. *steterunt juxta eas*. In Reg. *astiterunt super eis*. verte, *steterunt super eas*, id est, *supervenerunt eis*. nam ܠܥܠ ܡܢ nihil aliud est quam *super*, *supra*. Idem quod ܩܡܘ ܥܠܝܗܝܢ, qua phrasi Græcam istam explicat Luc. 20. vers. 1. Actor. 4. v. 1. & alibi. vide quæ ad Luc. 20. vers. 1. annotavimus.

Vers. 11. Τὰ ῥήματα αὐτῶν. *verba illarum*. Vulg. Syrus & Arabs legerunt τὰ ῥήματα ταῦτα, *verba ista*.

Vers. 12. ὁ δὲ Πέτρος. Sic Vulg. quoque & Arabs. At Syrus, ܫܡܥܘܢ ܕܝܢ, *Simeon autem*. Persona eadem.

Vers. 13. *Distantem ab Hierusalem sexaginta stadiis*. In numero hoc consentiunt etiam Syrus & Arabs.

Vers. 16. Καὶ οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτῶν ἐκρατοῦντο. Syrus interpres, inquit Cl. Beza, *clausos* interpretatur. Fefellit virum doctissimum Tremellius, qui sic verterat. Syri verba sunt ܥܝ̈ܢܝܗܘܢ ܐܚܝ̈ܕܢ ܗܘܝ, quæ Boder. in Reg. rectè vertit, *& oculi eorum tenebantur*. Fefellit Tremellium, quod ܐܚܝܕ ambiguum sit, & interdum pro *claudere*, interdum pro *capere*, *tenere*, *retinere* sumatur. In libris accuratè scriptis, ubi puncta diacritica adsunt, ut in Lexico Ferrarii, significatio facile discernitur. nam pro *claudere*, Daleth præter essentiale suum punctum habet aliud adscititium infra scriptum hoc modo, ܐܚܝܕ & derivatur ab Hebræo אחד, *unire*. nam quæ clauduntur uniuntur, sicut quæ aperiuntur separantur. At pro *capere*, & *tenere*, Daleth punctum supra gestat, hoc modo ܐܚܝܕ, & derivatur ab Hebræo אחז ejusdem significationis. prorsus sicut apud Arabes idem hoc verbum scribitur اخذ per dsal. ut omnia fere quæ ex Hebræorum Zain oriuntur.

Vers. 18. Σὺ μόνος παροικεῖς ἐν Ἱερουσαλήμ. Vulgat. & Eras. *Tu solus peregrinus es in Jerusalem?* Idem voluit Syrus, ܐܢܬ ܗܘ ܒܠܚܘܕܝܟ ܬܘܬܒܐ ܡܢ ܐܘܪܫܠܡ, *Tu solus alienigena es à Jerusalem?* & Arabs, انت وحدك غريب عن يروشليم, *tu solus hospes es à Jerusalem?* Beza, *tu solus commoraris in Jerusalem*. παροικεῖν à LXX. interp. interdum pro יָשַׁב & שָׁכַן, *habitare*, *commorari*: sæpius autem pro גּוּר, *peregrinari* usurpatur. ut & πάροικος pro גֵּר, *peregrinus*.

Vers. 20. Ὅπως τε παρέδωκαν αὐτὸν οἱ Ἀρχιερεῖς &c. *Et quomodo tradiderint eum* &c. Syrus & Arabs omiserunt ὅπως, sine ullo sensus dispendio aut variatione. nam quod antehac de πῶς aliquoties diximus, idem hîc de ὅπως dicendum, non denotari eo modum quo tradiderunt, sed ipsam tradendi actionem. narrant enim solummodo quod tradiderint eum morti. Post ἀρχιερεῖς sequitur καὶ οἱ ἄρχοντες ἡμῶν. Vulg. & Erasm. *& principes nostri*. Beza, *& magistratus nostri*. Syrus, ܘܩܫܝ̈ܫܐ, *& seniores*. res eadem est. Seniores enim erant ἄρχοντες τοῦ λαοῦ. ut ex his libris passim apparet.

Vers. 21. Ἀλλά γε σὺν πᾶσι τούτοις. Arabs ad verbum, لكن مع هذا كله, *sed cum his omnibus*. Vulgat. *& nunc super hæc omnia*, id est, καὶ νῦν ἐπὶ πᾶσι τούτοις. Syrus tantum, ܘܗܐ, *& ecce*.

Vers. 23. Ἦλθον λέγουσαι καὶ ὀπτασίαν ἀγγέλων ἑωρακέναι. Syrus, ܐܬܝ̈ ܐܡܪ̈ܢ ܠܢ ܕܡܠܐܟ̈ܐ ܚܙܝܢ ܬܡܢ Tremel. & Bod. in Parif. *venientes dixerunt nobis, Angelos vidimus illic*. legerunt ܚܙܝܢ in prima plurali. quod mihi quidem valde arridet. Sic enim Syri ipsas personas loquentes facere solent. ut de Simone Mago Act. 8. 9. λέγων εἶναί τινα ἑαυτὸν μέγαν, Syrus, ܟܕ ܐܡܪ ܕܐܢܐ ܐܢܐ ܪܒܐ, *dicens, Ego sum magnus*. Tamen duo ista puncta, si modo recta sunt, indicant tertiam pluralem fœmininam, legendumque ܚܙ̈ܝܢ, ac vertendum *venerunt dicentes nobis quòd Angelos viderunt illic*, vel ut est in Reg. *se angelos vidisse*.

Vers. 25. Βραδεῖς τῇ καρδίᾳ. Syrus, ܝܩܝܪܝ ܠܒܐ, *graves corde*, id est, βαρεῖς τῇ καρδίᾳ. & Arabs, ثقيلي القلوب, *graves cor-*

cordibus. Quod tamen Græca exemplaria & Vulgatus non agnoſcunt.

VERS. 26. Καὶ εἰσελθεῖν, *& intrare*. Vulg. *& ita intrare*. Syrus & Arabs illud *ita* non agnoſcunt. ut nec Græca exemplaria.

VERS. 31. Καὶ αὐτὸς ἄφαντος ἐγένετο ἀπ' αὐτῶν. Vulgatus, *& ipſe evanuit ex oculis eorum*. Eraſmum vertiſſe ait Cl. Beza, *ſubduxit ſe ab oculis eorum*. quod in mea editione, quæ apud Frobenium eſt An. 1522, tertio recognitâ, non reperio. ibi enim Vulgatam verſionem, niſi quod pro *ex oculis* dixit à *conſpectu*, retinuit. quod miror. quia in notis ſuis doctè reprehendit illud *evanuit*, & optimè ait, magis hîc congruere, *deſiit ipſis eſſe conſpicus*. Beza, *ablatus eſt ex eorum conſpectu*. Syrus, ܐܫܬܩܠ ܠܗ ܡܢܗܘܢ, *ſublatus eſt ab ipſis*. Arabs, خفي عنهم, *occultatus eſt ab iis*.

VERS. 36. Λέγει αὐτοῖς, Εἰρήνη ὑμῖν. Vulgatus addit, *Ego ſum, nolite timere*. Ad quæ Eraſmus, (Beza enim hîc nihil annotat) in Græcis exemplaribus tantum eſſe, *Pax vobis*. cætera videri adjecta, nec admodum cohærere cum ſequentibus, licet apud Ambroſium addantur, ſed ex alio Euangeliſta, ut opinatur, admixta. Syrus & Arabs eadem legerunt.

VERS. 42. ܡܢ ܢܘܢܐ ܛܘܝܐ, viri doctiſſimi rectè, *ex piſce aſſato*, vel *aſſo*. ad verbum, *ex piſce aſſationis*. eſt enim ܛܘܝܐ ſubſtantivum, teſte Ferrario, & ipſa forma id exigente. dicitur & ܛܘܝܐ, *aſſatio*. adjectivum eſt ܛܘܐ & ܛܘܝܐ, *aſſus*. ܛܘܝܐ, *aſſator*. ܛܘܐ & ܛܘܝ, *aſſavit*. Sequitur in eodem verſu, ܘܡܢ ܟܒܪܝܬܐ ܕܕܒܫܐ, *& è favo mellis*. ܟܒܪܝܬܐ per Beth ſcribitur in editionibus Reg. Pariſ. & Cothen. cujus fœdi mendi, in Lexico quoque Munſteri commiſſi, quum lectorem fideliter monuerit Cl. Nicol. Fuller. Miſcell. lib. 6. cap. 16. non tamen ab eo abſtinuerunt Lexicographorum multi. ut ex Scindlero, Troſtio, aliiſque videre eſt. quumque in Vienneſi ſcribatur per duplex Caph ܟܟܪܝܬܐ, ut & in Plantiniana in 16 ככריתא, carpit id non nemo, quaſi procul dubio mendoſum. noli fidem habere benevole lector rectum eſt geminum Caph, teſtibus Maſio, Ferrario, & Lex. noſtro Syro-Arabico. nec diſplicet ſententia Cl. Fulleri, qui id ab Hebræo כִּכָּר derivat, quod propriè maſſam in latum deductam ſignificat. inde de auro *talentum*, Syris ܟܟܪܐ. de farina, *placentam*, quæ alias חַלָּה. unde & de melle, חַלַּת הַדְּבַשׁ, *placenta mellis*, id eſt, favus, apud Kimchium. quod eodem ſenſu כִּכַּר הַדְּבַשׁ dici poſſet, ut Syris כַּכָּרִיתָא דְּדִבְשָׁא.

VERS. 47. *Et prædicari in nomine ejus &c.* ἀρξάμενον ἀπὸ Ἱερουσαλήμ. Vulgatus, *incipientibus ab Jeroſolyma*, id eſt, ἀρξαμένων, ſupple ὑμῶν, *vobis*. ſic Arabs, وتبدون, *& incipiatis*. Syrus, ܘܢܗܘܐ ܫܘܪܝܐ, *& fieret initium*. quod Beza dixit, *incipiendo*. Inſolens viſa eſt viris doctis conſtructio. Germanam lectionem eſſe ἀρξαμένων arbitratur Eraſmus. ſed quia conſtanter repugnant exemplaria, Cl. Camerarius vult ἀρξάμενον accipi abſolutè, nimirum τὸ κηρυχθῆναι vel τὸ κήρυγμα. Si abſolutè, ponitur pro ἀρξαμένου τοῦ κηρυχθῆναι vel τοῦ κηρύγματος. quod mihi quidem non videtur, ſed Accuſativum eſſe arbitror, qui regitur ab ἔδει κηρυχθῆναι. quod liquebit, ſi, quod idem eſt, κηρυχθῆναι mutetur in γενέσθαι κήρυξιν. tum enim rectè dicetur, ἔδει γενέσθαι κήρυξιν μετανοίας &c. ἀρξάμενον ἀπὸ Ἱερουσαλήμ, *oportebat fieri prædicationem reſipiſcentiæ &c. quæ inciperet à Jeruſalem*. Sic ἔδει κηρυχθῆναι μετάνοιαν &c. ἀρξάμενον &c. *oportebat prædicari reſipiſcentiam &c. quod inciperet à Jeruſalem*.

VERS. 49. *Vos autem manete* ἐν τῇ πόλει Ἱερουσαλήμ. Conveniunt Syrus & Arabs. At Vulgatus non legit Ἱερουσαλήμ.

Addo hîc coronidis loco, Syrum & Arabem teſtari Lucam Euangelium ſuum ſcripſiſſe Græcè. Syrus porro ait ſcriptum eſſe, ܗܘ ܒܐܠܟܣܢܕܪܝܐ ܪܒܬܐ, *Alexandriæ magnæ*. Arabs vero, بمدينة مقدونية, *in civitate Macedonia*. quæ multum differunt. illa enim Ægypti, hæc Græciæ urbs fuit. Cl. Beza ex MS. codice citat, editum fuiſſe hoc Euangelium μετὰ χρόνους δεκαπέντε τῆς τοῦ Χριστοῦ ἀναλήψεως, *poſt quindecim annos à Chriſti aſcenſione*. nec id cum Arabe concordat, qui factum ait بعد صعود ربنا المسيح الى السماء باثنين وعشرين سنة في السنة الرابعة عشر لاقلوديس قيصر, *vigeſimo ſecundo anno poſt aſcenſionem Domini noſtri Chriſti in cælum, decimoquarto anno Claudii Cæſaris*.

S. JOHANNIS.

CAP. I.

VERS. I. Καὶ ὁ λόγος. Syrus, ܡܠܬܐ ܘܗܘ. Tremel. *& ille sermo.* Boder. *& illud verbum.* verto, *& ille verbum erat apud Deum, & Deus erat ille verbum.* Etsi enim ܡܠܬܐ apud Syros sit fœm. hîc tamen masculinè construitur, quia personaliter accipitur. nam non dixit, ܘܗܝ, sed ܘܗܘ. neque ܐܠܗܐ ܗܘܬ ܗܝ, sed ܐܠܗܐ ܗܘܐ ܗܘ. sic & apud Arabem *Verbum* dicitur, الكلمة, quod per se fœmininum, hîc tamen construitur masculinè.

VERS. II. Εἰς τὰ ἴδια ἦλθε, καὶ οἱ ἴδιοι αὐτὸν οὐ παρέλαβον. Vulg. *In propria venit.* Beza, *ad sua.* id est, tum ad populum suum, tum ad terram suam. Fatetur tamen Cl. Beza, utramque hanc interpretationem in Latino sermone videri subobscuram. verum id est. nam per ἴδια intelligere aut *populum* ex quo oriundus, *aut terram* ex qua natus est, duriusculum est. at nihil durum, si intelligatur sors aut possessio. ut Joan. 16. 32. *hora venit,* ἵνα σκορπισθῆτε ἕκαστος εἰς τὰ ἴδια, *ut dispergamini quisque in suam possessionem.* & Actor. 21. 6. *Illi autem reversi sunt* εἰς τὰ ἴδια, *in suam possessionem.* Sic hoc loco, *venit ad sua, & sui non receperunt eum,* id est, venit ad possessionem suam, & qui possessionis ipsius erant, eum non receperunt. quod explicatur Matth 21. ubi filius dicitur missus ad Ecclesiam Judaicam ὡς κληρονόμος εἰς τὴν κληρονομίαν αὐτοῦ. Ergo ἦλθεν εἰς τὰ ἴδια, idem est, quod ἦλθεν εἰς τὴν κληρονομίαν αὐτοῦ. Unde simul colligitur, huic vere competere quod dixerat, Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος, καὶ ὁ λόγος ἦν ὁ Θεός. De solo enim vero Deo passim dicitur, quod Israël sit ejus סְגֻלָּה וְנַחֲלָה, *peculium & hæreditas.* Nec aliud est ἦλθεν εἰς τὰ ἴδια quam בָּא לִסְגֻלָּתוֹ aut לְנַחֲלָתוֹ.

VERS. 14. Πλήρης χάριτος καὶ ἀληθείας. Quomodo hîc nominativus πλήρης cum præcedentibus construatur, vide in observatione nostra ad Luc. 22. 20. ubi plura similia exempla proferuntur.

VERS. 15. Ἔμπροσθέν μου γέγονεν. Vulgatus, *ante me factus est.* Melius Erasmus, *antecessit me.* Bene Syrus, ܩܕܡܝ ܗܘܐ, & Arabs, كان قبلي, *fuit ante me.* ἔμπροσθεν ad tempus retulerunt. Beza autem, *antepositus est mihi.* etsi enim fateatur de tempore etiam dici, in his tamen libris nusquam aliter quam de situ loci usurpari, rectè observavit. veruntamen apud LXX interpretes de tempore sæpe dicitur. ut Jud. 1. 23. ὄνομα τῆς πόλεως ἦν ἔμπροσθεν Λουζά. & 1 Reg. 3. 12. ὡς σὺ οὐ γέγονεν ἀνὴρ ἔμπροσθέν σου. ubi simul observetur γέγονε pro *fuit,* non *factus est.* Itaque laudo priores editiones Bezæ, ubi verterat, *ante me fuit.* nam *antepositus est mihi,* neque tempus, neque situm loci, sed gradum dignitatis excellentiorem indicat quo sensu ἔμπροσθεν usurpari, nec à doctissimo viro probatur, nec mihi, etsi diligenter inquirenti, invenire datum est. Idem est quod Hebræorum לִפְנֵי. quod tempus vel locum anteriorem denotat, non autem, quod sciam, præcellentem dignitatem. Dubium movere possit illud Gen. 48. 20. וַיָּשֶׂם אֶת אֶפְרַיִם לִפְנֵי מְנַשֶּׁה, LXX, καὶ ἔθηκε τὸν Ἐφραὶμ ἔμπροσθεν τοῦ Μανασσῆ. *Et anteposuit Ephraimum Manassi.* Attamen primarius sensus ibi non est metaphoricus sed proprius. præcedit enim Jacobum dixisse Josepho, *Benedicat per te Israël, dicendo, Ponat te Deus sicut Ephraim & sicut Manasse.* In ea enunciatione commemoravit Ephraimum ante Manassem, adeo ut *ante* temporis ibi rationem habeat, aut certè loci quem in eo effato occupavit Ephraim ante Manassem. Inde secundario colligitur dignitas.

VERS. 16. Καὶ χάριν ἀντὶ χάριτος. Vulg. Eras. & Beza, *& gratiam pro gratia.* Probat autem Cl. Beza sententiam Chrysostomi, Cyrilli, Theophylacti & Augustini, statuentium ἀντὶ hîc significare *vice, loco,* & sensum esse, Accepimus gratiam novi fœderis loco gratiæ veteris, vel gratiam Euangelii pro gratia legis. idque confirmari existimat versu sequenti, ubi lex Mosis & gratia Christi sic conferuntur, ut hæc in illius locum substituatur. Idem sentit Cl. Scal. cujus hæc sunt verba. χάριν ἀντὶ χάριτος, versu seq. explicatur. χάρις prior est ἡ παλαιὰ διαθήκη. χάρις posterior ἡ καινὴ διαθήκη. ἡ παλαιὰ διὰ Μωσέως, ἡ καινὴ διὰ Χριστοῦ atque eadem videtur fuisse mens Syri & Arabis, quorum ille pro ἀντὶ habet ܚܠܦ, hic بدل, quæ particulæ commutationem significat, qua unum in alterius locum subrogatur. non possum tamen huic sententiæ accedere, vel ob versum sequentem, ubi equidem non gratia legis gratiæ Euangelii, sed lex gratiæ opponitur: adeo ut legi nulla, Christo soli omnis gratia tribuatur. Etsi enim gratiæ fuisse fatear, quod tam perfecta lege, tam sanctis, bonis ac justis præ-

præceptis refertâ, Deus populum Iſraëliticum ſupra omnes alios ornavit, gratiam tamen nullam lex ipſa exhibuit, ſed eam Chriſto totam tanquam fini ſuo reliquit. Id probat Johannes, quia per Moſen nihil niſi Lex data eſt, non gratia: at in Chriſto, & gratia & veritas conceſſa eſt. Cl. Camerarius ſic interpretatur: χάριν ἀντὶ χάριτος, nimirum favorem Dei erga nos, propter favorem Dei Patris erga filium. Id nobis durum & longè petitum videtur. Quod tamen ἀντὶ verterit *propter*, non eſt inſolens. vide Luc. 1. 20. & 19. 44. Act. 12. 23. Eph. 5. 31. Hinc vertimus, *gratiam ob gratiam*, id eſt, gratiam unam ob alteram, poſteriorem ob priorem. Quum enim memoraſſet plenitudinem Chriſti, dicit hauriri inde, non unam ſed plures gratias, quarum prima ſit cauſa ſecundæ, iſta tertiæ, hæc quartæ & ſic deinceps ſemper poſterior detur ob priorem, donec completis omnibus gratiæ donis perficiatur tandem beatitudo. neque tamen hîc rectum gratiæ uſum ſpectari arbitror, quaſi ob eum ſecunda detur gratia. id enim eſt mentem à Chriſto ad nos revocare, quum ſcopus Apoſtoli ſit, nos totos in Chriſto defigere. Sed ipſam ſalutaris gratiæ conditionem ſpectari volo, quæ ea eſt, ut prima trahat alteram, & ob datam priorem detur & poſterior. in qua gratiæ continuatione rectum uſum, ex ipſa gratia proficiſcentem, contineri libenter concedo.

VERS. 17. Ἡ χάρις καὶ ἡ ἀλήθεια. *Gratia & veritas*. Gratiam opponi volunt condemnationi legis, veritatem figuris legis. non repugno. Sed tamen phraſin eam cum Hebraiſmo conferre lubet, ubi חֶסֶד וֶאֱמֶת, *gratia & veritas* peculari phraſi conjunguntur, quam LXX ſemper vertunt ἔλεος καὶ ἀλήθεια. alibi tamen חסד etiam χάριν verunt, ut Eſth. 2. 9. & Symmachus Pſ. 40. 11. Porro חסד ajunt eſſe bonitatem quæ gratuito promittit, אמת fidelitatem quæ promiſſis ſtat. Talia ſunt, *Omnes viæ Domini ſunt gratia & veritas*, Pſ. 25. 11. *Gratia tua & veritas tua ſemper cuſtodiant me*, Pſ. 40. 12. *Gratia & veritas eunt ante faciem tuam* Pſ. 89. 15. Omnibus autem locis ritè expenſis, videtur phraſis *gratia & veritas*, ſive de Deo dicatur ſive de hominibus, (utriſq; enim tribuitur) mera eſſe periphraſis veræ beneficentiæ, quæ duabus partibus abſolvitur, interno nempe animi favore ac gratuita propenſione, quæ Gratia dicitur, & externa favoris iſtius comprobatione per opera & actus, quæ Veritas dicitur. unde ἀγαπᾶν ἔργῳ καὶ ἀληθείᾳ, ſicut conjunguntur 1 Joan 3. 18. ita ſynonyma ſunt. Tale eſt illud Gen. 47. 29 quum Jacobus, à Joſepho, ut ſe mortuum in terra Canaan ſepeliret, poſtulaturus, dicit, *Fac mecum gratiam ac veritatem.* ſic Jud. 2. 14. Exploratores dicunt Rachabæ, *faciemus tecum gratiam & veritatem.* 2. Sam. 2. 6. *faciat vobiſcum Deus gratiam & veritatem.* Id eſt, Faveat vobis Deus, idque beneficiorum actibus verè ac reipſa demonſtret. An non & hoc loco idem ſenſus eſſe queat? Lex per Moſen data eſt, quæ in peccatores non eſt benefica, ſed per Chriſtum gratia & veritas, id eſt, vera gratia, vera beneficentia vobis contingit. In eo enim Deus & favore ſuo nos complectitur, quod Gratiæ eſt, & reipſa id beneficiis ſuis probat, quod Veritatis eſt. Sic quoque capio, quod ſupra verſ. 14. dictus fuit Chriſtus *plenus gratia & veritate*, id eſt, plenus non tantum favore Dei erga nos, ſed & donis ac beneficiis, quæ favoris iſtius veritatem abundè nobis teſtentur. nec debet quempiam offendere, quod διὰ Μωσέως Syrus verterit, ܒܝܕ ܡܘܫܐ, *per manum Moſis*, & διὰ Ἰησοῦ ſimiliter ܒܝܕ ܝܫܘܥ, *per manum Jeſu.* nam διὰ per Syris eſt ביד, ſive eo inſtrumentalis ac miniſterialis cauſa ſignificatur, ſive principalis & primaria. ut Joan. 1. 2. πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο, ubi διὰ procul dubio principalem cauſam denotat, Syrus, ܒܐܝܕܗ, *per manum ejus.* & Rom. 11. 36. ubi de Deo dicitur, *omnia eſſe* δι' αὐτοῦ, Syrus dixit, ܒܐܝܕܗ, *per manum ejus.* Itaque diſcrimen inter Moſem ſervum & Chriſtum Dominum, neque ex διὰ in Græco, neque ex ביד in Syro, peti poteſt aut debet, ſed ex adjunctis verbis ἐδόθη & ἐγένετο. Lex per Moſem tanquam ſervum data eſt. Gratia per Chriſtum non eſt tanquam per ſervum data, ſed tanquam per Dominum facta.

VERS. 18. ܝܚܝܕܝܐ ܐܠܗܐ ܗܘ ܕܐܝܬܘܗܝ ܒܥܘܒܐ ܕܐܒܘܗܝ ܗܘ ܐܫܬܥܝ: Boder. *unigenitus Deus ille qui eſt in ſinu patris ſui ipſe annunciavit*. Inuſitata phraſis eſt & dura in theologia, *unigenitus Deus.* adde quod Syri id dicerent, ܐܠܗܐ ܝܚܝܕܝܐ, ſubſtantivo præpoſito, ut mos eſt linguis Orientalibus. Tremellius itaque vertit, *Unigenitus Dei, qui* &c. At in regimine genitivi Syri dicerent, ܝܚܝܕܗ ܐܠܗܐ, vel ܝܚܝܕܝܐ ܕܐܠܗܐ. quum enim duo ſubſtantiva formæ

Em-

Hæc ille. ubi minoris Canæ situm non indicat. forsitan quia paulo superius dixerat, *Cana, in tribu Ephrahim.* ubi nos tamen nullam Canam invenimus. Sed majorem ait esse sitam in tribu Aser ad Sidonem, ibique factum hoc miraculum. Dissentit Masius in Josuam p. 294. cujus verba memoratu digna. קָנָה *duarum urbium nomen est. Altera apud Zabulonios extabat in Galilæa inferiore, quatuor circiter horarum itinere à Ptolemaide, versus Euroaustrum, supra vallem Carmeli. ea minor dicebatur. celebris in Euangelio, de aqua in vinum mutata. Altera, quæ nunc agitur, posita erat in Galilæa superiore, sive Gentium, non procul a Sidone, atque hæc majoris cognomentum habuit.* Hactenus Masius, qui non in majore, de qua Josuæ 19. vers. 18, sed in minore Cana miraculum hoc factum ait. Quod magis verisimile. Quum enim superiori cap. narratum sit, Christum Joanni adfuisse in Bethabara trans Jordanem, aut, ut alia lectio habet, in Bethania in tribu Judæ, certè extra Galilæam, (nam vers. 44. dicitur Christus voluisse abire in Galilæam) probabile non est eum triduo post, peragrata universa Galilæa inferiore & superiore, fuisse in extremis oris terræ Canaan ad Sidonem. Sed scrupulus relinquitur, quod neque S. Scriptura, neque Mappa Judaica ejusmodi urbem in tribu Sabulon exhibeant, quæ, ut vult Masius, קָנָה dicta fuerit. Scrupulum tollit Syrus, qui hunc nuptiarum locum non קָנָה sed ܩܛܢܐ, קטנא, vocat, quem in Mappa Judaica reperimus, eodem in loco ubi Canam minorem Masius collocavit, nempe in tribu Zabulon, supra vallem Carmeli, non procul à Ptolemaide. addimus, & non procul à Nazareth patria Christi. & sicut hîc vocatur Κανᾶ τῆς Γαλιλαίας, ita in Mappa, קטנא בגליל, *Catna in Galilæa.* unda liquet, non nisi addito nomine Galilææ hanc urbem expressam fuisse. A *Catna* autem, eliso *t* facilioris pronunciationis gratia, facta est Cana, sicut pro ἔθφαθα, ἐφφαθά. nec videtur hæc Cana minor dicta, ut ab altera in tribu Aser distingueretur. nam Hebraicè קנה & קטנא ipsis literis differunt. neque hæc isti, si Mappæ credimus, magnitudine cedit. sed quia קטנא *parvum* significat, ab Hebræo קטן *parvus.* Syriacè, ܩܛܢ, *angustari.*

VERS. 6. *Erant autem hydriæ positæ, κατὰ τὸν καθαρισμὸν τῶν Ἰουδαίων, secundum purificationem Iudæorum.* Syrus & Arabs, *ad purificationem.* κατὰ pro εἰς. quod non est insolens. Hesychius, Κατὰ, ἀντὶ τοῦ Ἐξ, καὶ ἀντὶ τοῦ Ἀπό. Καὶ ἀντὶ τοῦ Ἐν, καὶ ἀντὶ τοῦ Εἰς. Potest & verti, *ob purificationem.* sicut καθ' ὑστέρησιν, *ob defectum.* Phil. 4. 11. Dicitur porro unaquæque istarum hydriarum cepisse μετρητὰς δύο ἢ τρεῖς. Quantum μετρητὴς ceperit, non usque adeo notum. volunt æqualem esse mensuræ cadi, ut ex Erasmo, Beza, Camerario, Drusio aliisque videre est. LXX interpretes tamen כד nunquam per μετρητὴν, sed per ὑδρίαν verterunt. nec dubito quin sex hæ hydriæ Hebraicè כדים sint dicendæ, & metreta sit minor mensura. LXX interdum eo utuntur pro בת *batho*, quæ in liquidis mensura eadem quæ in aridis epha. Interdum pro סאה *sato*, quæ tertia pars bathi. adeo ut nec hinc quicquam certi. Syrus vertit, ܪ̈ܒܘܥܝܢ, *quadrantalia.* Est autem, inquit Tremellius, quadrantal octava pars cadi, sive modii. Contra Drusius in Præter. Quadrantal, inquit, eadem mensura est cum amphora, quæ & cadus, & eodem redit cum metreta. Addit, Cadum à Syro alibi מטרתא reddi. Utinam locum nominasset. nos enim prorsus latet, nec scimus Cadi uspiam in N. T. fieri mentionem. nisi quod Luc. 16. 6. apud Vulgatum sit, *Centum Cados olei.* quem locum fortasse respexit. habet enim ibi Syrus, ܡܐܐ ܡܛܪ̈ܝܢ ܡܫܚܐ, *centum metretas olei.* cujus singulare non est מטרתא, sed מתרוא nec est in Græco κάδους, sed βάτους. quod si ibi apud Lucam Syriacum מתרין idem est, ut procul dubio est, quod hîc apud Joannem Arabicum מטרין, permutatis tantum ת & ט, dicendum erit bathum & metretam ejusdem esse mensuræ. ut & supra ex LXX probavimus, unum per alterum reddi. מַטַּרְתָּא Syris *custodia* est. atque inde fortassis in Talmud מטרתא, quod Drusius aliquando metretam putavit significare, *saccus* est, in quo aliquid custoditur, & tanquam carceri includitur. nam & Hebræis מטרה *carcer.* Nonnus pro μετρητὰς dixit μέτρα. idque ex usu LXX interpretum, apud quos μέτρον, etiamsi proprie generale sit nomen omnis mensuræ, specialiter usurpatur pro בת *metreta.* ut 2 Paral. 2. 10. Καὶ οἴνου μέτρων εἴκοσι χιλιάδας, καὶ ἐλαίου μέτρων εἴκοσι χιλιάδας. Ex addito numero certæ mensuræ colligi debent, nempe בַּתִּים, *bathi, metretæ.*

VERS. 9. Ministri autem sciebant, ܕܗܢܘܢ ܡܠܘ ܐܢܘܢ ܠܡܝ̈ܐ. Tremel. *qui ipsi impleverant aquis.* Regia, *quippe qui implevissent eas aqua.* ad verbum verte, *qui imple-*

pleverant eas aquas, id eſt, *hauſerant*, οἱ ἠντληκότες τὸ ὕδωρ, inquit Johannes. *Implere* enim *aquas* eſt Syris *haurire*. ut Joan. 4. v. 6. ἔρχεται γυνὴ ἐκ τῆς Σαμαρείας ἀντλῆσαι ὕδωρ, Syrus vertit, ܕܢܡܠܐ ܡ̈ܝܐ, *ut impleret aquas*. ubi Tremel. *ut impleret* vas *aquis*. rectè autem Regia, *ut hauriret aquam*. Ferrarius, ܡܠܐ, *implevit. impletus eſt. hauſit*. Arabs eadem omnino phraſi, لأنهم ملوا الماء, *quia ipſi impleverant aquas*, id eſt, hauſerant. ubi ſimul annoto, Syriacum ܕܗܢܘܢ, quod vertimus *qui*, verti etiam poſſe *quia ipſi*. ut ſit idem quod لأنهم.

Vers. 10. Καὶ ὅταν μεθυσθῶσι. Vulg. & Eraſm. *& quum inebriati fuerint*. Beza, *& poſtquam affatim biberunt*. rectè enim obſervat, verbum שכר non ſemper in vitio poni, ſed interdum liberalem tantum vini uſum declarare, qui tamen modum non excedat. ut Gen. 43. 34. Tamen non tam verbum שכר quam רוה hîc reſpici arbitror, quod *abundè irrigari* ſignificat, & à LXX paſſim per μεθύειν redditur. ut Pſ. 22. 7. καὶ τὸ ποτήριόν μου μεθύσκον, *& poculum meum ebrium*, id eſt, רְוָיָה, *irriguum*. Sic Pſal. 65. 11. תְּלָמֶיהָ רַוֵּה, *ſulcos ejus irriga*, τοὺς αὔλακας αὐτῆς μέθυσον. Eſa. 58. 11. גַּן רָוֶה, *hortus irriguus*, κῆπος μεθύων. ſic paſſim. Uſurpatur & apud Hebros רוה pro *ſaturatum eſſe*. & apud Dav. de Pomis in voce זובה, cauſam dicturus cur meretrix Italicè dicatur זאב dicit eſſe, quia כמו הזאב יטרוף טרף בלי שובע׳ לך הזונה לא תרוה מפעו לת זנות, *ſicut lupus rapit eſcam ſine ſaturitate, ſic meretrix non poteſt inebriari* (id eſt ſatiari) *operatione ſcortationis*.

Vers. 15. *Omnes ejecit ex templo, & boves & oves, & numulariorum effudit æs*. Sic Græca. ſic Vulg. & Arabs. At Syrus poſt boves & oves, etiam numularios ait ejectos, ac tum eorum æs effuſum.

Vers. 18. *Quodnam ſignum oſtendis nobis*, ὅτι ταῦτα ποιεῖς. Idem eſt quod dixit Syrus, ܕܗܠܝܢ ܥܒܕ ܐܢܬ, *quod hæc facis*. Tremel. tamen, *qui hæc facis*. Boder. *ut iſta facias*. quas interpretationes non nego Syriaſmum admitere. ܕ enim ſæpe eſt *ut*, plerumque quidem cum futuro, interdum tamen etiam cum Benoni. Sic Arabs, حتي تفعل هذه الافعال, *ut facias hæc opera*. Laudo autem Cl. Bezam, qui ὅτι hîc non εἰδικῶς ſed αἰτιολογικῶς accepit pro *quandoquidem*. ut ſenſus ſit, quandoquidem tu hæc, quæ magnæ ſunt poteſtatis & imperii, facis, quodnam ſignum das hujus autoritatis? Sicut Joan. 9. 17. Τί σὺ λέγεις περὶ αὐτοῦ, ὅτι ἤνοιξέ σου τοὺς ὀφθαλμούς; Id eſt, Quandoquidem oculos tuos aperuit, quæ jam tua de eo eſt ſententia?

Vers. 22. *Recordati ſunt diſcipuli ejus*, ὅτι τοῦτο ἔλεγεν αὐτοῖς, *quod hoc dixiſſet eis*. Syrus, Vulgat. & Arabs non legerunt αὐτοῖς. nec quicquam intereſt.

Cap. III.

Vers. 3. Ἐὰν μή τις γεννηθῇ ἄνωθεν. Beza, *niſi quis fuerit genitus denuo*. Malim cum Vulgat. & Eraſ. *natus*. ut & Syrus uſus eſt verbo ܕܢܬܝܠܕ, *naſci*, non ܕܢܬܘܠܕ, *gigni*. Certè verſu ſeq. mihi quidem duriuſculum videtur, *Quomodo poteſt homo gigni qui ſit ſenex? num poteſt in uterum matris ſuæ ſecundo introire, ac gigni?* ſimplicius videtur *naſci*. hoc enim vult, eam eſſe uteri materni conditionem, ut infans inde naſci queat, non ſenex. nec obſtat quod hîc de nova hominis creatione agatur. Ea enim eſt inter gigni & naſci relatio, ut qui natus dicitur, genitus quoque intelligatur. quum enim nemo ex ſeſe naſcatur, qui ex Spiritu natus dicitur, generante Spiritu natus indicatur.

Vers. 17. ἵνα κρίνῃ τὸν κόσμον. Eraſ. & Beza, *ut condemnet mundum*. Vulgatus adverbum, *ut judicet mundum*. quod non immerito Syrus & Arabs ſunt ſecuti. etſi enim amphiboliam habeat, quia tamen eadem eſt in Hebraico דין, viſumque eſt Spiritui S. eandem retinere in Helleniſmo, non hîc tantum ſed & per omnes hoſce libros, exiſtimo in interpretatione retinendam, ut quæ vel per oppoſitum verbum, ut hoc loco, vel per ſubjectam materiam facile tollitur. quin & ἐμφατικώτερον videtur, damnationem ſic innuere, ut ſimul etiam Dei judicis actio nominetur. Ut quum 1 Cor. 11. 29 qui indignè edunt in Cœna dicuntur edere κρίμα, judicium, damnatio intelligitur, ſed quæ à juſto judice, re ipſa judium ferente, infligenda eſt.

Vers. 18. ܕܠܐ ܗܝܡܢ ܒܫܡܐ ܕܝܚܝܕܝܐ ܒܪܗ ܕܐܠܗܐ. Tremel. & Boder. *quia non credidit in nomen unigenti, unici filii Dei*. Non ſunt hæc apud Syrum accipienda conſtructione adjectivi & ſubſtantivi, vel ſed per appoſitionem, *quia non credidit in nomen unigeniti, filii Dei*. alioqui dicendum fuerat,

Emphaticæ junguntur per regimen genitivi, semper ܕ nota genitivi intercedit. Itaque persuasus sum hæc duo non construi per modum adjectivi & substantivi, quod voluit Boder. nec per modum substantivorum in regimine genitivi, quod Tremel. sed per appositionem, hoc modo: *Nemo unquam vidit Deum: unigenitus, Deus qui est in sinu patris sui, is enarravit.* explicat, quis unigenitus sit; est Deus ille qui est in sinu patris. acsi legisset, ὁ μονογενὴς, ὁ Θεὸς ὁ ὢν εἰς τὸν κόλπον τοῦ πατρὸς, ἐκεῖνος ἐξηγήσατο. pro eo legimus, ὁ μονογενὴς υἱὸς ὁ ὢν &c. quod Arabs ad unguem sequitur. Porro ἐξηγήσατο Vulg. & Eras. vertunt *enarravit*. Beza, *exposuit*. nihil hic doctius nec solidius dici potuit, quam quod magnus Heynsius in Aristarcho suo sacro docet & evincit, enarrationem hanc non tam sermone & prædicatione, quam expressione & repræsentatione factam. Sicut cœli enarrant gloriam Dei, quam sibi impressam & insculptam exhibent, ita Christus filius Dei unigenitus, Deum Patrem, cujus ipse character est, ita enarravit, ut eum in se expressum exhibuerit & repræsentaverit. quod nec Syrus suo ܐܫܬܥܝ, *narravit*, nec Arabs suo خبّر, *denunciavit*, assequi potuerunt. Malim dixisse Syriacè, ܦܪܣ, Arabicè, اظهر, *manifestavit*, *clarum ac conspicuum effecit*. Id propriè est ἐξηγήσατο, *eduxit*, scilicet Deum quem nemo vidit, cujus cognitio quasi in tenebris latuerat. ab ἐξ, & ἡγέομαι, *duco*. Inde metaphorice est *enarrare*. nam qui narrat, educit quæ alium latebant.

VERS. 23. Εὐθύνατε τὴν ὁδὸν Κυρίου. Beza, *complanate viam Domini*. Sic Syrus, ܐܫܘܘ, *æqualem facite*. & Arabs, سهلوا, *facilem reddite*. Malim tamen cum Vulg. & Eras. *dirigite*, vel potius *rectificate*, sicut Matthæus dixit, εὐθείας ποιεῖτε, *rectas facite*. non enim εὐθὺ opponitur τῷ τραχεῖ, sed τῷ σκολιῷ. At τῷ τραχεῖ opponitur λεῖον. ut ex Luc. 3. 5. apparet, καὶ ἔσται τὰ σκολιὰ εἰς εὐθεῖαν, καὶ αἱ τραχεῖαι εἰς ὁδοὺς λείας. Propheta dixit, וְהָיָה הֶעָקֹב לְמִישׁוֹר וְהָרְכָסִים לְבִקְעָה. vides מִישׁוֹר, *rectitudinem*, opponi τῷ עָקֹב, *tortuoso*. Quum ergo paulo ante dixisset, יַשְּׁרוּ מְסִלָּה לֵאלֹהֵינוּ εὐθύνατε τὴν ὁδὸν Κυρίου, sensus non est, ablata asperitate planam reddite viam Domini, sed ablata tortuositate rectam eam facite, ne per circumflexus & ambages populo meo in patriam sit redeundum. At quomodo rectum iter instituì potest, quum hic valles, illic montes obstent? Compleatur omnis vallis, & deprimatur omnis collis. Sic breve erit & compendiosum iter populo meo. nam & rectam habebit viam, & planam. rectam, nam σκολιὰ ἔσται εἰς εὐθεῖαν. planam, nam τραχεῖαι εἰς ὁδοὺς λείας.

VERS. 26. Μέσος δὲ ὑμῶν ἕστηκεν. Vulg. *Medius autem vestrum stetit*. Melius Eras. & Beza, *stat*. Sic Syrus, ܩܐܡ, Arabs, قايم, *stat*.

VERS. 28. Ταῦτα ἐν Βηθαβαρᾷ ἐγένετο πέραν τοῦ Ἰορδάνου. Beza, *Hæc in Bethabara facta sunt secus Iordanem*. Reprehendit Erasmum, qui vertit *trans Iordanem*. Quia, inquit, Bethabaræ, sic dictæ quod ibi trajiceretur Jordanis, mentio fit Jud. 7. 24. sed in tribu Ephraim, ac proinde cis Jordanem. Si rectum est etymon, quod vir doctiss. profert, Βηθαβαρᾷ dicetur Hebraicè בֵּית עֲבָרָה, *domus* vel *locus trajectus*, qui non est cis sed trans Jordanem, non in tribu Ephraim, sed Ruben, è regione tribus Benjamin, si Mappæ Judaicæ creditur. Alius plane locus est qui , Jud. 7. memoratur. dicitur ibi בּוּת בָּרָה, *domus mundæ*, vel *domus agri* sive *sylvæ*. estque cis Jordanem, non procul à fluvio, verum non in tribu Ephraim, sed Manasses. At turbat non parum, quod Syrus, Vulg. & Arabs pro Bethabara legant Bethaniam. & antiquam eam esse lectionem, ex Cyrillo, Epiphanio, Chrysostomo, Nonno aliisque apparet. Monet tamen Chrystosomus, emendatiora quæque exemplaria legere Bethabara, quia Bethania neque ultra Jordanem, neque in deserto Judææ sit, sed vicina Hierosolymæ. addo, neque ad aquas sita, ut commoda ibi baptizandi opportunitas haberetur. nisi forte ad torrentem Cedron excursum fuerit, qui non procul admodum inde erat dissitus. Sed neque tam prope Hierosolymam versatum fuisse Joannem ex historia liquet, neque torrens iste, qui vado transiri poterat, mergendis baptizandorum corporibus satis aptus videbatur. Fit hic mentio loci qui in usum baptismi fuerit πέραν τοῦ Ἰορδάνου. Ergo ad oram Jordanis, sive citeriorem sive ulteriorem. quemadmodum juxta istum fluvium Baptistam potissimum fuisse versatum, historia passim confirmat. & Joan. 3. vs. 26. expresè dicitur testimonium Christo datum fuisse à Johanne πέραν τοῦ Ἰορδάνου, *trans Iordanem*, vel ut habet Beza, *apud trajectum Iordanis*. Itaque aut mendum ea lectio habere videtur, aut alia fuit Bethania prope Jordanem. de quo vide notas Erasmi.

VERS. 29. Ἴδε ὁ ἀμνὸς τοῦ Θεοῦ ὁ αἴρων τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου. Vulg. *Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi.* Secundum *ecce* dissentit à Græco, Syriaco & Arabico contextu. *Peccata* in plurali, consentit cum Arabe, non cum Syro, nec cum Græcis exemplaribus. Est autem αἴρειν ἁμαρτίαν peccatum in se suscipere, & portare. sicut Matt. 16. ἀράτω τὸν σταυρὸν αὐτοῦ, *portet crucem suam.* Christus, quâ Deus, αἴρει, *aufert* peccatum remittendo. sed qua agnus Dei & victima piacularis, de qua hîc procul dubio agitur, αἴρει *portat* peccatum, portando expiat, expiando aufert, efficitque ut remittatur. est ergo hîc αἴρειν, tum נשא, tum סבל, Esa. 53. ubi quoque שה *agnus* vocatur, & dicitur correctio pacis nostræ fuisse עליו, *super ipsum.* & Deus הפגיע בו, *injecit in eum* peccata omnium nostrum.

VERS. 35. Τῇ ἐπαύριον πάλιν εἱστήκει. Consentit Vulgatus. Syrus & Arabs non legerunt πάλιν.

VERS. 39. Ῥαββί (ὁ λέγεται ἑρμηνευόμενον, Διδάσκαλε) ποῦ μένεις; Drusius in Præter. annotat, Syrum dixisse *Rabban*, & id plus esse quam Rabbi. Fateor apud magistros, qui inter רב, רבי, & רבן distinguunt. Sed id hîc apud Syrum locum non habet, qui non aliam ob causam, addito affixo plurali, dicit רבן, *magister noster*, quam quia plures eum alloquebantur. quod clarè liquet ex Joan. 13. 13. ὑμεῖς φωνεῖτέ με, ὁ διδάσκαλος, καὶ, ὁ Κύριος. Syrus, ܐܢܬܘܢ ܩܪܝܢ ܠܝ ܪܒܢ ܘܡܪܢ, *vos vocatis me, Magister noster, &, Domine noster.* non est majus ܡܪܢ quam ܡܪܢܐ. sic nec ܪܒܢ quam ܪܒܝ. vide & Joan. 3. 26. sed accessit utrique affixum plurale ob causam allatam. Porro totam parenthesin, quæ in Græco textu est, item apud Vulg. & Arabem, omisit Syrus. Causam esse puto, quia διδάσκαλον ubique fere reddit per ܪܒܝ, quam dictionem si & hîc adhibuisset, eandem per eandem interpretatus fuisset. Interdum tamen pro διδάσκαλος habet ܡܠܦܢܐ, ut Matth. 12. vers. 38. potuit ergo & hîc dixisse, ܗܘ ܕܡܬܬܪܓܡ ܪܒܝ ܡܠܦܢܐ ܡܠܦܢ.

VERS. 42. Εὑρίσκει οὗτος πρῶτος. In duobus vetustis codicibus & Theophylacto Rom. Beza legit πρῶτον. Sic Vulgatus *primùm*. Syrus, ܠܘܩܕܡ, Arabs, اولا, *primùm.* Sequitur, εὑρήκαμεν Μεσσίαν, ὅ ἐστι μεθερμηνευόμενον, ὁ Χριστός. Syrus interpretamentum omittit, quia משיח, *messias*, vox Syriaca est, quæ ibi interpretatione non eget. Arabs autem, ne quicquam omittat, dictionem Μεσσίαν corruptè scribit, ut est in Græco, nempe مسيا, quam deinde interpretatur per integrum sive incorruptum المسيح. Idem fit vers. sequenti, σὺ κληθήσῃ Κηφᾶς, ὁ ἑρμηνεύεται Πέτρος. Syrus non interpretatur, quia ܟܐܦܐ κηφᾶς Syriacum est. At Arabs, انت تدعى الصفا الذي تاويله بطرس, *Tu vocaberis Petra, cujus interpretamentum est Petrus.* Ubi observandum, τὸ Πέτρος fuisse Arabi nomen proprium. ut & Vulgato, qui vertit, *Tu vocaberis Cephas, quod interpretatur Petrus.* Erasmo autem vertenti, *Quod si nat, si interpreteris, lapis:* & Bezæ, *quod declaratur petra*, appellativum fuit. scribendum ergo *petra*, minori *p*. An non Vulgatus & Arabs laudandi, judicent eruditiores. Nam præterquam quod Πέτρος majori Π scriptum id indicet, sensus esse videtur, Tu vocaberis Cephas. quod ipsum sibi vult cum Græcè vocatur Πέτρος.

VERS. 52. *Videbitis Angelos Dei ascendentes & descendentes* ἐπὶ τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου. Vulgatus, Erasmus, Beza & Arabs ἐπὶ vertunt *super*, vel *supra*. At Syrus, ܠܘܬ, *ad*, ut tam ad ascendentes quam descendentes referri queat. nam descensus Angelorum quum referatur ad Christum in terris versantem, rectè dicuntur super eum descendere. Sed ascensus eorum quum referatur ad Christum in cœlis degentem, non rectè dicuntur ascendere super ipsum. Sed ad ipsum & ascendere & descendere, rectè dicuntur. ἐπὶ cum accus. pro πρὸς, *ad*, habens Luc. 2. 3. & 10. 9.

CAP. II.

VERS. 1. Ἐν Κανᾶ τῆς Γαλιλαίας. Arabs quoque scribit قانا. Erasmus ait, Hieronymum indicare, duas esse Canas, majorem juxta Sidonem, & minorem in tribu Aser. non rectè intellixit Hieronymum. Sic enim ex Eusebio habet in locis Ebraicis, *Cana usque ad Sidonem majorem.* (legendum videtur major. sequitur enim) *est quippe & altera minor, ad cujus distinctionem major hæc dicitur. Fuit autem Cana in tribu Aser, ubi Dominus noster aquam convertit in vinum. Unde & Nathanael verus Israëlita Salvatoris testimonio comprobatur, & est hodiè in Galilæa gentium oppidum.*

Hæc

rat, ܒܫܡܗ ܕܒܪܗ ܝܚܝܕܝܐ ܕܐܠܗܐ, postposito adjectivo. quemadmodum Arabs, quum adjectivi & substantivi constructionem adhibere vellet, dixit, باسم ابن الله الوحيد, *in nomen filii Dei unigeniti*. postposito adjectivo more Orientalium.

Vers. 21. ὁ ἢ ποιῶν ἀλήθειαν. Tota phrasis Hebraismum habet, etiam vox ἀληθείας. itaque qui veritatis vocem retinet, rectius etiam cum Vulgato faciendi verbum retinet, ut totus Hebraismus maneat, quam si vertat, *Qui dat operam veritati*. אמת, ἀλήθειαν, LXX seniores etiam vertunt δικαιοσύνην, Gen. 24. 49. Esa. 38. 19. & 39. 8. & εὐθύτητα, Jos. 24. v. 14. adeo ut ἀλήθεια, δικαιοσύνη, εὐθύτης ipsis sint synonyma. Inde est quod Esa. 45. 19. pro מֵישָׁרִים, *rectitudines*, dicunt ἀλήθεια. sed nullus locus illustrior, quam qui est Esa. 26. 10. *Impius* יְעַוֵּל *perversè agit*. LXX, ἀλήθειαν ἢ μὴ ποιήσῃ, *veritatem non facit*. adde Prov. 28. 6. *ubi pauper ambulans* בְּתֻמּוֹ *integritate sua*, LXX. ἐν ἀληθείᾳ, *in veritate*. & 8. 20. pro נְתִיבוֹת מִשְׁפָּט, *semitarum juris*, dicunt τρίβων ἀληθείας. Quid ergo est, ὁ ποιῶν ἀλήθειαν? מִי שֶׁלֹּא יְעַוֵּל, *qui non perversè agit*. הָעוֹשֶׂה מֵישָׁרִים וְתֹם וּמִשְׁפָּט, *quo facit rectitudinem, integritatem, & jus*. Hæc Nonnum non intellexisse, eruditissimè docet Nob. Heynsius, in Aristar. p. 213. 219. Quod autem in eodem hoc versu apud Syrum legitur, ܕܢܬܝܕܥܘܢ, *ut cognoscantur*, etsi editiones omnes in ea punctatione consentiant, legendum tamen ex analogia Grammatices ܕܢܬܝܕܥܘܢ. ὅτι ἐν Θεῷ ἐστιν εἰργασμένα. Erasm. *Quod per Deum sint facta*. Id est, Deo operante velle & perficere. Beza, *secundum Deum*. Id est, ex Dei præscripto. Malim verbotenus cum Vulgato, Syro & Arabe, *in Deo*. id enim & per Deum, & secundum Deum, &, si amplius vis, ad Dei gloriam comprehendit. Nam in Deo facta dicuntur opera, quæ in ipso bonitatem suam ac laudem habent, quæ ipsum tanquam causam, objectum, & finem respiciunt, adeoque ipsius virtute, ad ipsius voluntatem, in ipsius gloriam sunt edita.

Vers. 22. *Postea venit Iesus*, εἰς τὴν Ἰουδαίαν γῆν. Vulgatus, *in Iudæam terram*. Eras. *in terram Iudæam*. est enim, inquit Cl. Beza, mollior collocatio, si totum præcedat, pars sequatur. Existimasse videtur, Vulgatum & Erasmum Ἰουδαίαν γῆν habuisse pro duobus substantivis per appositionem constructis, ubi prius sit pars, alterum totum. Arbitror potius pro adjectivo & substantivo ea habuisse, aut certe habenda esse, ut *in Iudæam terram*, vel *in terram Iudæam*, sit *in Iudaicam terram*. Etsi enim Ἰουδαίαν substantivè passim usurpari fatear, fit id tamen quia substantivum γῆν in se comprehendit. alioqui per se adjectivum est, & tale iterum fit, quum γῆ exprimitur. Sed quomodo Dominus venit in terram Judaicam, quum ex cap. præced. constet, jam pridem in ea fuisse? Optimè Cl. Beza vidit, γῆν hîc non indefinitè sumi, sed speciatim pro territorio Judææ, quatenus ab ejus metropoli Hierosolyma distinguitur, eique circumjectum erat. Quandoquidem enim durante festo in urbe fuerat, jam inde exiens dicitur venisse εἰς γῆν, *in terram*, id est, territorium Judææ. Novum tamen hoc doctissimo viro, & fortassis ἅπαξ λεγόμενον videtur. moneo itaque apud Hebræos ארץ non raro sumi pro שדה, *agro*. ut, quod sæpe occurrit, תִּזְרַע אַרְצְךָ, *conseres terram tuam*, pro שָׂדְךָ, *agrum tuum*. quin & contradistinguitur urbi. Jos. 8. 1. *Dedi in manum tuam Regem Ai*, וְאֶת עִירוֹ וְאֶת אַרְצוֹ, LXX, καὶ τὴν πόλιν αὐτοῦ, καὶ τὴν γῆν αὐτοῦ, & *urbem ejus, & terram ejus*, id est, & totum territorium ad urbem ejus pertinens. Notum est γῆν & χώραν sæpe confundi. χώραν quoque urbi interdum contradistingui. ut Luc. 21. 21. Joan. 4. 35. ubi χώραι, Syrus ܐܪ̈ܥܬܐ, *terræ* dicuntur λευκαί, *albæ*. intelliguntur arva extra urbes sita, quæ maturas jam segetes tulerunt. Sequitur autem, καὶ ἐκεῖ διέτριβε μετ' αὐτῶν. Vulgatus, *demorabatur*. Eras. *morabatur*. Beza, *degebat*. non malè Syrus, ܡܬܗܦܟ ܗܘܐ, & Arabs, يتردد, *conversabatur*. quia enim additur *cum illis*, non mera commoratio, sed conversatio indicari videtur, qua una cum illis ultro citroque isthic loci commeans occupatus erat, seque exercebat. Id enim sæpe est διατρίβειν, præsertim cum additur μετά τινος, *occupatum esse, versari, exercere se cum aliquo*. inde διατριβαί, *congressus, disputationes, dissertationes, exercitia & occupationes*.

Vers. 23. *Etiam Ioannes baptizabat* ܒܥܝܢ ܝܘܢ ܕܒܓܢܒ ܫܠܝܡ, ἐν Αἰνὼν, ἐγγὺς τοῦ Σαλείμ. Syrus pro Αἰνὼν, habet, ܥܝܢ ܝܘܢ, עין יון. Arabs, عين نون, עין נון. Cl. Sculteus lib. 1. Exercit. Euang. p. 83. mendum statuit in lectione Syriaca, eamque eandem esse vult cum Arabica. neque assen-

ſentiendum dicit doctiſſimo interpreti, qui non animadverſâ librarii mendâ, exponit Syriacam ſcripturam *oculus columbæ*. at hin-non eſt *oculus piſcis*. quem interpretem dicat neſcio; ego ſane ei potius quam Sculteto hîc aſſentiar. neque enim veram modo, ſed & rectiſſimam Syri lectionem eſſe arbitror. ſi modo fides habenda Mappæ terræ Sanctæ, quæ ab ipſis Judæis Amſtelodami nuper edita eſt. ubi prope Jordanem in finibus tribus Manaſſe, ubi ea tribui Iſſachar eſt contermina, datur שלם, & juxta eam עין יון, quod Clar. Junius, in notis ad verſionem Tremellii, rectè meo judicio vertit, *fons columbi*. quod autem addit Junius, Schalim per ſyncopen dici Syrè pro Schaalim, eumque locum fuiſſe in finibus Benjaminis, de quo 1 Sam. 9.4, non probo. Ex Mappa enim conſtat, Hebraicè ſcribi שָׁלֵם, quod rectè Syrè, ܫܠܝܡ, non autem שַׁעֲלִים, de quo 1 Sam. 9.4., ac fuiſſe in tribu Manaſſes, non Benjaminis. Audiatur Hieronymus in locis Hebra. *Ænon*, inquit, *juxta Salim, ubi baptizabat Iohannes, & oſtenditur nunc uſqe locus in octavo lapide Scytopoleos ad meridiem juxta Salim ad Iordanem.* Conſentit prorſus Mappa Judaica, ubi cis Jordanem eſt בית שאן, quæ Scytopolis dicta eſt, urbs ad tribum Manaſſis pertinens, ſed tribui Iſſachar incluſa, habens ad meridiem שלם & עין יון. Scytopolin autem eſſe Bethſan teſtatur etiam Hieronymus in locis Hebr. Cur autem ibi dicuntur fuiſſe ὕδατα πολλά? *non*, inquit Cl. Beza, *quod Jordanis ibi inundaret, ſed quod multi ibi rivi eſſent, quorum etiam in eo tractu circa Aroer fit mentio in libris Moſis.* Neſcio quid viderit vir doct. cur hunc tractum collocarit circa Aroer, Hebraicè עֲרֹעֵר, quæ civitas erat procul ſatis ultra Jordanem ſita ad ipſum fluvium Arnon, ubi neque τῆς Σαλεὶμ, neque τῆς Αἰνὼν ulla mentio. Loca fuerunt cis Jordanem, juxta fluvium, rivis ex Jordane derivatis irrigua. Imo fons in Ænon fuiſſe videtur, unde nomen loco עֵין יוֹן, *fons columbi.*

Vᴇʀs. 25. Ἐγένετο οὖν ζήτησις ἐκ τῶν μαθητῶν Ἰωάννου μετὰ Ἰουδαίων. Vulgat. & Eraſm. *Facta eſt* (vel *orta*) *autem quæſtio ex diſcipulis Joannis.* nihil ſubintellecto. At Beza ſubintelligit τινῶν, *quibuſdam ex diſcipulis*. Syrus τινὶ, ܠܚܕ ܡܢ ܬܠܡܝܕܘܗܝ ܕܝܘܚܢܢ, *uni ex diſcipulis Johannis*. ut & pro μετὰ Ἰουδαίων habet ܥܡ ܚܕ ܝܗܘܕܝܐ, *cum Judæo uno*. Quemadmodum Cl. Camerarius in quibuſdam libris & vetere ſuo codice legi ait μετὰ Ἰουδαίου. Arabs. بين تلاميذ يوحنا واليهود, *inter diſcipulos Johannis & Judæos*.

Vᴇʀs. 26. Καὶ πάντες ἔρχονται πρὸς αὐτόν. Syrus pro πάντες, ܣܓܝܐܐ, *multi*. explicat, *omnes* hyperbolicè dici pro *plurimi*.

Vᴇʀs. 27. *Non poteſt homo recipere quicquam.* Solus Syrus addit, ܡܢ ܨܒܝܢ ܢܦܫܗ, quod Tremel. & Boder. in Pariſ. verterunt *ex voluntate ſui ipſius*. In Reg. *ex animi ſui voluntate*. Syris, *voluntas*, ܨܒܝܢܐ, dicitur, at ܨܒܘܬܐ, *res* eſt. ad verbum itaque verte *ex re animæ ſuæ*, id eſt, ex ſeipſo, ex ulla re quam in ſe habet. nam Joan. 5. 19. ponitur eadem phraſis pro ἀφ᾽ ἑαυτοῦ.

Vᴇʀs. 31. Ὁ ὢν ἐκ τῆς γῆς, ἐκ τῆς γῆς ἐστι, καὶ ἐκ τῆς γῆς λαλεῖ. Beza, *qui è terra eſt, terrenus eſt, & terrena loquitur*. At Vulg. & Syrus maluerunt κατὰ πόδα vertere, *qui de terra eſt, de terra eſt, & de terra loquitur*. quod mihi valdè emphaticum videtur, & ambiguum quidem, ſed non tautologum. imo quia non tautologum, ne ambigum quidem. Nam aut fœda hîc eſt tautologia, aut res ipſa indicat prius ὢν ſignificare generationem vel productionem, alterum ἐστὶ conſtitutionem. ſimiliter prius ἐκ materiam generationis, alterum materiam conſtitutionis, ut loquuntur Philoſoſophi. Senſus eſt, qui ex terra originem traxit, totus terra conſtat non aliam naturam quam terrenam habet. ſequitur, *& de terra loquitur*. quod ſane non idem eſt cum, καὶ τὰ ἐκ τῆς γῆς λαλεῖ, *& quæ ex terra ſunt* ſive *terrena loquitur*. nam *terrena loquitur*, indicat quales res loquatur, nempe quæ ex terra ſive terrenæ ſunt. at *ex terra loquitur*, indicat qua virtute & facultate loquatur, nempe quæ merè terrena ſit, quam ex terra haurire potuit, qua conſtat & ex qua ortum dixit. Arabs, ἐκ τῆς γῆς ἐστι, quoque vertit ut Beza, هو ارضي, *eſt terrenus*. præceſſit in eo Bezæ Eraſmus, & fateor parum in eo ſitum eſſe. Sed alterum ἐκ τῆς γῆς λαλεῖ, Arabs & Eraſmus prudenter ad verbum tranſtulerunt. Etſi hic in notis dicat, dilucidius futurum, ſi extremæ particulæ addidiſſet articulum, τὰ ἐκ τῆς γῆς λαλεῖ. quod mihi ſecus videtur.

Vᴇʀs. 34. Οὐ γὰρ ἐκ μέτρου δίδωσιν ὁ Θεὸς τὸ πνεῦμα. Arabs, Eraſm. & Beza ſuppleverunt τούτῳ vel αὐτῷ, *huic*. Vulgatus & Syrus non item.

Vᴇʀs. 36. Ὁ δὲ ἀπειθῶν τῷ υἱῷ. Vulgatus, *qui*

qui incredulus est filio. Eras. *qui non credit.* Beza, *qui non obtemperat.* Syrus, ܡܢ ܕܠܐ ܡܬܛܦܝܣ ܠܒܪܐ, quod Tremel. & Boder. in Paris. *qui non acquiescit filio.* pejus multo in Reg. *qui non satisfactus est de filio.* cujus rationem non capio. est enim usitata Syris vox, ܐܬܛܦܝܣ, pro *obedire.* verte ergo, *& qui non obedit filio.* Sic Arabs, من لا يطع الابن, *qui non paret filio.*

Cap. IV.

Vers. 4. Ἔδει δὲ αὐτὸν διέρχεσθαι. Syrus, ܡܥܒܕܢܐ ܗܘܐ ܠܗ ܕܝܢ ܕܢܗܘܐ ܥܒܪ, Tremel. & Boder. *Opus autem ei erat ut veniens transiret.* ab ܥܒܕ, *fecit*, fit Aphel, ܐܥܒܕ, *operatus est*, 2 Cor. 7. 11. Inde primum participium ܡܥܒܕ, *operans*, 1 Cor. 12. vers. 6. Secundum partic. ܡܥܒܕ, *factus.* fœmininum ܡܥܒܕܢܐ, *facta.* & neutraliter *factum.* Ad verbum itaque sonat, *factum erat ipsi autem, ut veniens transiret.* id est, res ita facta, ita comparata & constituta erat, ut è Judæa in Galilæam abiturus, per Samariam transeundum esset. Ferrarius, ܡܥܒܕܢܐ, *effectus*, adjectivè. addit etiam, *veneficum, præstigiatorem, magum* designare; quod non est hujus loci.

Vers. 6. Ἦν δὲ ἐκεῖ πηγὴ τοῦ Ἰακώβ. Syrus & Arabs, πηγὴ ὕδατος, *fons aquæ Iacobi.* Sequitur, ἐκαθέζετο οὕτως ἐπὶ τῇ πηγῇ, *sedebat sic ad fontem.* Consentiunt Vulg. & Arab. Syrus aut non legit, aut tanquam expletivam solummodo emphaticamque particulam præteriit οὕτως. Idque optimè. nihil enim est nisi illativa particula, consequens ex antecedenti inferens. quod Hebræi per Vau, Arabes per Fe, Belgæ per **soo** efficiunt. quæ particula Belgis etiam propriè valet *sic*, sed quando illativa est, non redditur Latinè, ut nec Hebræorum Vau, nec Arabum Fe. hoc loco Belgicè dicas, **Jesus dan/ dewijle hy vermoeyt was van de reyse/ soo sat hy aen de fonteyne.** nec aliter οὕτως accipitur Act. 20. 11. ἐφ' ἱκανόν τε ὁμιλήσας ἄχρις αὐγῆς, οὕτως ἐξῆλθεν. *Et quum diu disseruisset usque ad auroram, sic exivit*, id est, simpliciter, *exivit*, **soo is hy uytgegaen.** infert tantum consequens. quocirca Syrus ibi pro οὕτως dixit, ܗܝܕܝܢ ܢܦܩ, *tunc exivit.* ut & Latinè, si qua particula illativa uti velis, optimè dixeris, *quum diu disseruisset, tum exivit.* Et hoc nostro loco, quum lassus esset Jesus ab itinere, tum sedit ad fontem. sed elegantius sive *sic*, sive *tum* omittitur. At Belgicè particula **soo**, id est, *sic*, tam est in istis locis necessaria, ut inelegantiæ sit omittere. Additur, ὥρα ἦν ὡσεὶ ἕκτη. Syrus & Arabs omittunt ὡσεί.

Vers. 27. Καὶ ἐπὶ τούτῳ. Arabs ad verbum, وفي هذا, *& in hoc.* Vulg. & Eras. *continuo.* Beza, *interea.* Syrus, ܘܒܗ ܡܡܠܠ, *& ipso loquente.* Sensus enim est, eo ipso tempore quo hæc diceret.

Vers. 28. Καὶ λέγει τοῖς ἀνθρώποις. Arabs, الناس, *hominibus.* Vulg. & Eras. *illis hominibus.* Beza, *ejus loci hominibus.* Syrus non legit τοῖς ἀνθρώποις.

Vers. 31. Ἠρώτων αὐτὸν οἱ μαθηταί. *rogabant eum discipuli.* id est, orabant, postulabant ab eo. Sic infra vers. 47. & 14. 16. & sæpe alibi in Euangeliis. Inusitata hæc significatio apud probatos autores Græcos, ubi tantum pro *interrogare, sciscitari* usurpatur, opponiturque ei ἀποκρίνεσθαι, *respondere.* Hellenisticæ hoc linguæ est. Nam שאל Hebræis & *interrogare*, & *orare, postulare, petere* significat. Hinc Psal. 122. 6. שַׁאֲלוּ שְׁלוֹם יְרוּשָׁלָםִ, *postulate, optate, precibus impetrate pacem Hierosolymæ*, LXX, ἐρωτήσατε τὰ πρὸς εἰρήνην τὴν Ἱερουσαλήμ. vide & Psal. 35. 13.

Vers. 35. Οὐχ' ὑμεῖς λέγετε ὅτι ἔτι τετράμηνόν ἐστι, καὶ ὁ θερισμὸς ἔρχεται; Beza, *Nonne vos dicitis, Adhuc quadrimestre* spatium *superest, & messis aderit?* Quorum verborum sensus non alius esse videtur, quam qui fuit Syri & Arabis, vertentium, *post quatuor menses venit messis.* Quod vulgo capi solet, ac si ab eo tempore quo hæc contigerunt, quadrimestre adhuc reliquum fuerit ante messem. Quam sententiam merito rejicit magnus Heynsius, quia ex æstu qui fatigavit Servatorem æstatem fuisse constat, & messem, quia jam albas ad messem regiones spectari jubet, quorum neutrum quadrimestri ante messem convenit. Observatu autem dignissima est maximi viri in Aristarcho suo sententia, statuentis τετράμηνον dici eam partem anni, in qua duo Regalim, Pascha & Pentecoste, concurrerent. quorum altero initium, altero finem sumebat messis. ut sensus sit, τετράμηνός ἐστιν, ἐν ᾧ θερισμὸς, *quadrimestre spatium est, in quo messis.*

adeo ut hoc quindecim, aut circiter, ante Pascha diebus dicatur. decimo quinto enim mensis nisan primus erat festi dies. postridiè, id est, decimo sexto mittebatur falx in messem, ut apparet ex Deut. 16.9. & novarum frugum manipulus offerebatur, Levit. 23.11. Egregium hoc est inventum. cui nihil deest, nisi ut liqueat solere Judæorum annos in ejusmodi quadrimestrium trientes dividi, aut certe primos quatuor anni menses, in quos duo illa festa incidebant, peculiari privilegio τετράμηνον fuisse nuncupatos. Addamus sententiam Camerarii, qui ad versionem Vulgati, *Quod adhuc quatuor menses sunt, & messis venit*, Τετράμηνον, inquit, *intelligitur tempus 4 mensium. Id est, restare adhuc 4 menses de illo anno, quod incidit scilicet tempus in messem, siquidem ducitur initium anni ab ingressu solis in signum libræ. quod haud scio an non sit factum adhuc templo & re Hierosolymitana utcunque stante.* Hactenus ille. Quæ sententia valde arrideret, si conveniret computus. Inchoabatur politicus Judæorum annus mense Tisri, cujus initium à novilunio quod proximè præcedit aut sequitur Æquinoctium autumale, sive ingressum solis in Libram. Inde usque ad primum mensis Nisan (circa id enim fere tempus hæc à Christo dicta fuere, utpote ante messem dicta, quæ decimo sexto ejus mensis initium capiebat) erant menses tantummodo sex. restabant ergo adhuc de illo anno, non quatuor solummodo, sed sex alii menses. Libet itaque hîc nostram etiam asscribere conjecturam. Laudo Syrum & Arabem, qui verterunt, *An non dicitis vos, post quatuor menses venit messis?* sed alio sensu, quam vulgo capi solet. *An non dicitis vos?* id est, an non dicere soletis? an non tritus hic inter vos sermo est, post quadrimestre erit messis? Id vulgatum apud vos dictum est, sed cujus jam nullus usus. Ecce enim dico vobis, elevate oculos vestros & spectate regiones: nam albæ jam sunt ad messem. Ut autem, quid velimus, intelligatur, sciendum, apud Judæos inter sationis & messis tempus quadrimestre fere intercessisse. Nam mense Tisri, qui partim Septembri, partim Octobri nostro respondet colligebant fruges fructusque ex agris in horrea, unde eo mense חַג הָאָסִיף festum collectionis. Sequenti mense Marchesvan, qui partim Octobri, partim Novembri respondebat, fiebat arratio. Mense Cisleu, qui parte una Novembri, altera Decembri respondebat, quo tempore fere הַיּוֹרֶא. *pluvia tempestiva* cadebat, fiebat satio. Inde autem, nempe à medio Cisleu, usque ad medium Nisan, quo initium erat messis, quadrimestre est. Hinc jam, jacto in terram semine, consolatoria hæc sententia, Ἔτι τετράμηνόν ἐστι, καὶ ἔρχεται θερισμός. Hic vester sermo esset solet, inquit Christus. Jam aliter loquendum. neque enim jam quadrimestris spatii mora opus est, ut exspectetur messis. attolite occulos vestros, videbitis albas ad messem regiones. non misi vos ad serendum, sed ad metendum. alii ante vos severunt, & laborarunt: vos intratis in ipsorum labores. restat tantum, ut sine mora maturas fruges demetatis.

Vers. 37. Ἐν γὰρ τούτῳ ὁ λόγος ἐστὶν ἀληθινός. Beza, *In hoc enim dictum illud verum est.* τούτῳ refert ad id quod versu superiore dictum est, cui aptetur γνώμη, quam hîc λόγον dici vult. doctè sanè & non ineleganter. ideo ὁ λόγος, vertit *illud dictum.* Vulgatus tamen, *in hoc enim est verbum verum.* Erasmus, *sermo verus.* Syrus, ܡܶܠܬ݂ܳܐ ܕܩܽܘܫܬܳܐ, *sermo veritatis.* Arabs, لانه في هذا توجد كلمة الحق, *nam in hoc invenitur verbum veritatis.* videntur *in hoc* retulisse ad sequens dictum, *Alius est qui seminat, alius qui metit.* Ut sensus sit, In hoc enim dicto invenitur sermo verus, id est, verissimum est quod hoc dicto dicitur. Res tamen eodem redit.

Vers. 41. Καὶ πολλῷ πλείους ἐπίστευσαν. Syrus tantum, ܣܰܓ̈ܝܳܐܐ, *multi*, Arabs, جمع كبير, *turba magna.*

Vers. 43. & 44. Μετὰ δὲ τὰς δύο ἡμέρας ἐξῆλθεν ἐκεῖθεν, καὶ ἀπῆλθεν εἰς τὴν Γαλιλαίαν. Αὐτὸς γὰρ Ἰησοῦς ἐμαρτύρησεν, ὅτι προφήτης ἐν τῇ ἰδίᾳ πατρίδι τιμὴν οὐκ ἔχει. Multum exercuit viros doctos hic locus. Alii præsidium quærunt in ἐμαρτύρησεν, quod vertunt per plusquamperfectum, *testatus fuerat.* alii in ἀπῆλθεν, quod vertunt, *digressus est.* Syrus & Arabs aliud præsidium subministrant, quum ἐν τῇ ἰδίᾳ πατρίδι vertunt *in civitate sua.* Si enim Galilæa hîc opponitur civitati alicui, puta Nazareth, quæ & ipsa in Galilæa sita erat, non sumenda est vox Galilææ indefinitè, quomodo & ipsam Nazareth comprehendit, sed strictè pro territorio Galilææ extra urbem Nazareth sito. Plane sicut supra 3.22. Christus quum in urbe Hierusalem fuisset, dicitur venisse, εἰς Ἰουδαίαν γῆν, *in territorium Iudææ.* Quid? an Jerusalem non erat in Judæa? erat, si indefinitè sumas. at si strictè, distinguitur territorium Judææ ab urbe Hierusalem, utpote extra eam situm. Sicut ergo

ἡ Ἰου-

ἡ Γαλιλαία γῆ opponitur τῇ Ἱερουσαλὴμ, sic ἡ Γαλιλαία, sup. γῆ, opponitur τῇ Ναζαρέθ. Sensus est, Christum Samaria exeuntem, non recepisse se in patriam urbem Nazareth, sed abiisse in territorium Galilææ. quia dicebat, non esse Prophetam acceptum in patria civitate.

VERS. 46. Καὶ ἦν τις βασιλικὸς, οὗ ὁ υἱὸς ἠσθένει ἐν Καπερναοὺμ. Beza trajecit ἐν Καπερναοὺμ, & connexuit cum verbo ἦν, *Erat Regius quidam in Capernaum.* Idem fecerunt Syrus & Arabs. Porro βασιλικὸς Vulg. & Eras. verterunt *Regulus.* putat enim Erasm. legendum βασιλίσκος. Sed quia constanter exemplaria habent βασιλικὸς, in notis vertit *Regalis*, aut *Regius.* quod postremum elegit Beza. Sic Arabs, انسان ملكي, *vir regius.* At Syrus, ܥܒܕܐ ܕܡܠܟܐ, *servus regis.* id est, quidam qui ad aulam Regis Herodis pertineret, vel Præfectus regius. quod doctissimè pertractatur in Aristarcho maximi Heynsii.

CAP. V.

VERS. 2. Ἐπὶ τῇ προβατικῇ. Syrus ea non legit. κολυμβήθρα, Vulgatus, Eras. & Beza, *piscina.* rectè. LXX enim utuntur pro Hebr. בְּרֵכָה quod interdum etiam κρήνην, interdum λίμνην, sed frequentius κολυμβήθραν vertunt. Syrus, ܒܝܬ ܡܥܡܘܕܝܬܐ ܕܡܝܐ, *locus baptismi vel lavacri.* at vers. 4. simpliciter ܡܥܡܘܕܝܬܐ, ut & Arabs, صبغة, *baptismum, lavacrum, intinctionem.* Ἡ ἐπιλεγομένη Ἑβραϊστὶ Βηθεσδά. Vulgatus perperam *Bethsaida.* vide Bezam. Syrus optimè, ܒܝܬ ܚܣܕܐ, *domus misericordiæ*, aut *pietatis*, aut *beneficentiæ.* Erat enim quasi νοσοδοχεῖον, ubi ægri & valetudinarii decumbentes miraculo sanabantur. Alia tamen est sententia doctissimi viri Caninii, ita scribentis, *Est autem Bethesda domus effusionis, ab* אשד *verbo Syriaco, effudit, à sanguine victimarum effuso. Hinc Græcè dicitur* προβατικὴ, *quasi victimarum dicas.* Non abs re id rejicit Cl. Beza, quod non ibi sed apud altare mactarentur victimæ. Sed addo non male tamen dici בית אשדא, *domum effusionis*, quod ibi funderetur aqua in oves, ad eas à sordibus abluendas, quo ad victimam aptarentur. quam ob causam Syrus *domum ablutionis* dixit. Non omittenda hìc versio Arabis, quæ sic habet, وكان هناك بيروشليم البروباتيكي قولمبترة تسمى بالعبراني بيت الرحمة تاويله بركة الضان, *& erat ibi Hierosolymis probatiki columbathra, quæ nominatur Hebraicè domus misericordiæ, & est interpretatio ejus, piscina ovium.* Ubi primum notandum, quod non legerit, ἦν ἐπὶ τῇ προβατικῇ κολυμβήθρα, *erat ad probaticam*, supple portam, *piscina.* sed ἦν προβατικὴ κολυμβήθρα, prout etiam Chrysostomi & Theophylacti editiones habent. quod interpretatur ad verbum, بركة الضان, *piscina ovium.* Convenit id cum Hieronymo in locis Hebr. *Bethesda*, inquit, *piscina in Ierusalem, quæ vocatur* προβατικὴ, *& à nobis interpretari potest pecualis. Hæc quinque quondam porticus habuit, ostenduntur que gemini lacus: quorum unus hybernis pluviis adimpleri solet: alter mirum in modum rubens, quasi cruentis aquis, antiqui in se operis signa testatur. Nam hostias in eo lavari à sacerdotibus ferunt: unde & nomen accepit.* Ipsa ergo piscina dicebatur probatica. etiam in plerisque Latinis codicibus Vulgatæ versionis. Et quamvis quidam legant *super probatica*, non judicarunt tamen Romani correctores, inquit Brugensis, præpositionem eam præponendam. Deinde apud Arabem observandum, quod Bethesda verterit, بيت الرحمة quod idem valet cum Syriaco בית חסדא, *domus misericordiæ.* in Romana tamen editione legitur, بيت صايدا, *Bethsaida.* procul dubio in gratiam Vulgati. Per στοὰς autem non tam porticus, quam distincta conclavia & ταμεῖα intelligi, eruditissimè pertractavit magnus Heynsius.

VERS. 4. Ἄγγελος γὰρ κατὰ καιρὸν κατέβαινεν. Consentiunt prorsus Syrus & Arabs. At Vulgatus, *Angelus autem Domini* &c. pro γὰρ legit δὲ. & addidit Κυρίου, quod & in duobus codicibus additum legit Beza. Κατὰ καιρὸν, Vulg. *secundum tempus.* Erasm. *certo tempore.* Beza, *certo momento.* Syrus, ܒܙܒܢ ܙܒܢ, ut & Arabs, في حين حين, *in tempore tempore.* Κατὰ distributivè acceperunt. quod dupliciter intelligi potest. nam ut ad Matth. 24. 7. monuimus, ubi κατὰ τόπους Syrus repetito nomine vertit בדוכא דוכא, repetitio illa interdum universalem distributionem denotat. atque ita *in tempore tempore* esset singulis temporibus. Ubi si per tempus intelligatur annus, sicut Apoc. 12. 14. καιρὸν καὶ καιροὺς καὶ ἥμισυ καιροῦ, sensus erit, Angelum descendisse singulis annis. scilicet hoc ipso festo Pentecostis, quo jam Hierosolymam venerat Christus. quam Cyrilli sententiam fuisse, ex eo adfert Cl. Heynsius. interdum vero particularem distributionem, sicut בלשן לשן, *in*

in lingua lingua, id est *variis linguis.* אנשין אנשין, *viri viri*, id est, *quidam*, *varii*. ita hoc loco, *in tempore tempore*, id est, variis temporibus. Latine, *tempora*. ficut συμπόσια συμπόσια, *per convivia*. πρασιαὶ πρασιαὶ, *per areolas*. Hellenisticum est. quod Græcè dicitur κατὰ συμπόσια, κατὰ πρασιάς. Ita hoc loco κατὰ καιρὸν, *per tempora*, id est, distributis & variis temporibus. sumto καιρὸν collectivè. ficut alibi κατὰ ἑορτὴν Cl. Beza vertit *singulis festis*. ἑορτὴν sumto collectivè. Sequitur, καὶ ἐτάρασσε τὸ ὕδωρ. Syrus, ܘܡܙܝܥ ܗܘܐ ܠܗܘܢ ܠܡܝܐ, *& commovebat illas aquas.* notat Erasmus quosdam codices legere καὶ ἐταράσσετο ὕδωρ. Sic Vulgatus, *& movebatur aqua.* Arabs, وكان يحرك الماء. quod ambiguum est ob absentiam vocalium. si enim legas, يُحَرِّك, est, *movebat.* si يَتَحَرَّك, *movebatur.* prius elegit Rom. versio. Sequitur, καὶ ὁ πρῶτος ἐμβὰς, *& qui primus ingressus esset.* Syrus, ܢܚܬ ܗܘܐ, & Arabs, كان ينزل, & Vulg. *descendebat.* videntur legisse καταβὰς.

V e r s. 6. *Hunc vidit Iesus, & cognovit,* ὅτι ἤδη πολὺν χρόνον ἔχει. Syrus, ܘܝܕܥ ܕܙܒܢܐ ܣܓܝܐܐ ܐܝܬ ܠܗ, Bod. in Paris. *Quod tempore multo fuisset ei.* quid fuisset? Trem. supplet, *infirmitas ejus.* Regia, *Eum multo tempore egisse in morbo.* verte, *quod multum tempus esset ei*, sive *haberet*. κατὰ πόδα transtulit, ὅτι πολὺν χρόνον ἔχει, ficut & Vulgatus, *quia jam multum tempus haberet.* Ambiguum id est. Potest enim tempus intelligi vel morbi, quo diu detentus fuerit, vel ætatis in qua provectus esset. ad morbum retulit Erasm. *Quod jam multum temporis morbo teneretur.* & Beza, *eum jam multum temporis egisse* in morbo. Ad ætatem vero Arabs, ان له سنين كثيرة, *quod annos multos haberet*, id est, quod jam satis magnæ ætatis esset, ὅτι ἤδη πολυχρόνιος εἴη. Nec dubito quin eadem Syro & Vulgato mens fuerit. nam *multum tempus habere*, quum ita absolutè dicitur, grandem potius ætate denotat, quam eum qui cum diuturno morbo conflictatus est. Fuerat jam annos 38 morbo detentus, & mediocris forsitan fuerat ætatis quum eo corriperetur. jam ergo ad senectutem vergebat. Duo hîc & morbum difficilem, & miraculum illustre reddebant. primum quod diuturno laborasset morbo. alterum quod πολὺν ἤδη χρόνον ἔχει, *grandævus jam esset.* Fere huc delabor, ut verissimam hanc credam esse interpretationem.

V e r s. 7. *Respondit ei ægrotus ille*, Κύριε, ἄνθρωπον οὐκ ἔχω, *Domine, hominem non habeo* &c. Syrus & Arabs, *Ita Domine, sed hominem non habeo.*

V e r s. 13. ὁ γὰρ Ἰησοῦς ἐξένευσεν ὄχλου ὄντος ἐν τῷ τόπῳ. Vulgatus, *Iesus enim declinavit à turba constituta in loco.* Beza, *evaserat è turba quæ erat in illo loco.* Syrus, ܝܫܘܥ ܓܝܪ ܐܫܬܪܝ ܗܘܐ ܠܗ ܒܟܢܫܐ ܣܓܝܐܐ ܕܐܝܬ ܗܘܐ ܒܕܘܟܬܐ ܗܝ, *subduxerat se per turbam multam quæ erat in illo loco.* ὄχλου ὄντος acцepit pro Ablativis absolutis, *subduxerat se, turbâ existente in illo loco*, id est, ut habet Erasmus, *quòd turba esset in eo loco.* rectè observat, non dici ἐξένευσεν ὄχλου τοῦ ὄντος ἐν τῷ τόπῳ, sed absolutè, ὄχλου ὄντος. Indicatur, nihil mirum esse quod se subduxerit, quum inter plurimos facile sit unum aliquem latere, quem non agnoscas. Non laudo autem quod ἐξένευσεν maluerit à ξενοῦσθαι *peregrinum & ignotum fieri*, deducere, quam ab ἐκνεῦσαι. Rarum enim prius verbum est. alterum, quod propriè *enatare* significat, usitatum est LXX interpretibus pro סור *recedere*, *secedere*, *declinare.* ut Jud. 4. 18. סוּרָה אֲדֹנִי סוּרָה אֵלַי, ἔκνευσον κύριέ μου, ἔκνευσον πρός με. *declina Domine mi, declina ad me.* Item pro פָּנָה significante etiam *declinare.* vide Jud. 18. 26. 2 Sam. 2. 24. & 23. 16.

V e r s. 19. οὐ δύναται ὁ υἱὸς ποιεῖν ἀφ᾽ ἑαυτοῦ οὐδὲν, ἐὰν μή τι βλέπῃ τὸν πατέρα ποιοῦντα. Beza, *non potest Filius à semetipso operari*, id est, *nisi viderit Patrem operantem.* ποιεῖν accepit pro ἐργάζεσθαι. & ne sensus esse videatur, Filium à semetipso facere, quod vidit Patrem facientem, quod particula *nisi* innuere videtur, & tamen est ἀσύστατον, voluit, *non à seipso*, exponi per, *nisi viderit Patrem operantem.* ideo interposuit *id est.* Syrus hanc difficultatem expedit, quum vertit, ܐܠܐ ܡܕܡ ܕܚܙܐ ܠܐܒܐ ܕܥܒܕ, *sed quod videt Patrem operantem.* & Arabs, الا انه يعمل ما يري الاب يعمله, *nisi quod facit id quod videt Patrem facientem.* ubi *nisi quòd facit* non aliud significare potest quam *sed facit.* Ἐὰν μὴ pro ἀλλὰ, *sed*, etiam alibi usurpatur. ut Gal. 2. 16. ficut & εἰ μὴ Matt. 24. 36. Joan. 17. 12. est enim ἐὰν μὴ & εἰ μὴ idem

idem quod Syris אן לא, unde per crasin אלא, ἀλλὰ, *sed*.

VERS. 27. Καὶ ἐξουσίαν ἔδωκεν αὐτῷ καὶ κρίσιν ποιεῖν, ὅτι υἱὸς ἀνθρώπου ἐστί. Syrus, ὅτι υἱὸς ἀνθρώπου ἐστὶ, conjungit cum seq. versu. De quo vide Bezam. Arabs & Vulgatus cum Græco consentiunt, & ὅτι vertunt *quia*. quod cur improbet Clarissima Beza, in notis vide. vult ὅτι poni pro καθότι vel καθὼς, & vertit *quatenus* ut sensus sit, Christum, non tantum quatenus Deus est, judicem esse mundi, sed potestatem illam accepisse etiam qua homo est. Atque ita καὶ *etiam* non pertinebit ad κρίσιν ποιεῖν, sed ad ὅτι υἱὸς ἀνθρώπου ἐστὶ, hoc modo, *dedit ipsi potestatem judicium exercendi, etiam quatenus filius hominis est*. vix possum doctissimo viro assentiri, tum quia ὅτι pro *quatenus* insolens est, tum quia καὶ suo loco relinqui malim. Laudo Syrum & Vulgatum, qui omnia κατὰ πόδα transtulerunt. Sed aliter capio, quam à plerisque capi solet, qui Augustinum & Cyrillum secuti ὅτι referunt ad ἔδωκεν, ut causa afferatur, cur, quum Deus judicandi potestatem per se habeat, datam sibi eam esse dicat: quia nempe filius hominis sit, adeoque creatura, quæ à se nihil habet, sed aliunde accipere debet. Malim ὅτι referre ad καὶ κρίσιν ποιεῖν. Dixerat versu superiori, *datum sibi esse habere vitam in seipso*. Id ipsi competit, quia Filius Dei est, ab æterno ab eo genitus. Jam addit, etiam judicandi potestatem sibi esse datem. quare? quia qui filius Dei est, idem quoque filius hominis est adeoque aptus judicio ferendo. nam ut *vitam habeat in seipso*, sufficit Filius Dei sit. Sed ut *judicium exerceat*, non id sufficit, sed requiritur ut porro Filius hominis, id est, homo sit. Qui enim omnes homines ad se est coacturus, qui se visibilem judicem ipsis est exhibiturus, eos allocuturus, & sententententiam laturus, non alia id in natura rectius, quam in humana peragere potest. Quamobrem Apostolus Act. 17. 31. dicit Deum judicaturum mundum ἐν ἀνδρὶ ᾧ ὥρισε, *per virum vel hominem quem definivit*. Est enim judicare vivos & mortuos pars muneris mediatorii, quod non nisi ab homine præstari potuisse Apostolus docet 1 Tim. 2. 5. Quare & in symbolo non alius dicitur venturus ad judicandum vivos & mortuos quam qui natus est ex virgine, passus, mortuus &c.

VERS. 30. *Sed voluntatem* τοῦ πέμψαντός με πατρός. Syrus, Vulgatus & Arabs, ut & duo Bezæ codices, non legebant πατρός.

VERS. 31. Ἡ μαρτυρία μου οὐκ ἔστιν ἀληθής. Rectè observavit Cl. Beza, ἀληθὴς idem esse quod Hebræis נאמן, & Syris שרירא, non modo *verum*, sed & *firmum*, ac *validum*. est enim ܐܫܬܪܪ Syris *confirmari, stabiliri*. ܫܪܝܪܐ quicquid firmum est & stabile, adeoque verum, quia nihil veritate firmius, sicut nihil mendacio vanius & instabilius. Idem est Arabibus الحق, *firmum, stabile, verum*. opponitur τῷ البطل, quod quamvis rem instabilem, infirmam, vanam, facile evanescentem significat, atque inde etiam mendacium. Idem esse Hebræis אמת & אמונה, vel ex Exod. 17. 12. liquet, ubi de Mose, וַיְהִי יָדָיו אֱמוּנָה, *& erant manus ejus veritas* vel *fides*, LXX, ἐγένοντο αἱ χεῖρες αὐτοῦ ἐστηριγμέναι, *erant manus ejus firmæ*. vide & 2 Reg. 18. 16. & 2 Sam. 20. 19.

VERS. 35. Ὑμεῖς δὲ ἠθελήσατε ἀγαλλιασθῆναι πρὸς ὥραν ἐν τῷ φωτὶ αὐτοῦ. verti solet ἀγαλλιασθῆναι, *exultare*. At Syrus, ܠܡܫܬܒܗܪܘ, & Arabs, ان تتهللوا, *gloriari*. nam & apud LXX interpretes התהלל, *gloriari*, vertitur per ἀγαλλιᾶσθαι, Esa. 41. 16. Jer. 49. 4. Hesychius: Ἀγαλλίαμα, δόξασμα, *gloriatio*. Ἀγάλλεται, τέρπεται, γαυριᾷ, *delectatur, gloriatur*. Πρὸς ὥραν, Syrus, ܕܫܥܬܐ, Tremel. & Boder. *ad horam*. proprie, *horæ*, sup. spatio. ܕ format genitivum, pro ܒܙܒܢܐ ܕܫܥܬܐ, *in tempore horæ*. vel ܕ format adjectivum, ut Matth. 13. ܕܙܒܢܐ ܐܢܘܢ, *temporarii sunt*. sic ܕܫܥܬܐ, *horarii*, qui tantum ad horam aliquid faciunt. sensus idem est. exprobratur levis eorum inconstantia, quod super Johanne gestierint & gloriati sint, sed momentaneo tantum gaudio, in quo præter impetum nihil solidi, nihil firmi fuerit. Simplicissimus hic videtur sensus, à doctissimis interpretibus receptus, nec alius quærendus.

VERS. 41. *Gloriam ab hominibus* οὐ λαμβάνω, Beza, *non capto*. Malim cum Vulg. Eras. Syro & Arabe, *non capio*, vel *non accipio*. Captat enim qui venatur, operamque dat ut accipiat. at mens Christi latius patet. Sensus enim est, se gloriam hominum nec captare, nec oblatam arripere.

VERS. 45. Μὴ δοκεῖτε ὅτι ἐγὼ κατηγορήσω ὑμῶν πρὸς τὸν πατέρα. Vulgatus & Arabs μὴ acceperunt pro *ne* particula prohibendi. Syrus pro interrogandi *num*. vertit enim ܕܠܡܐ, *num putatis, quod ego accusabo vos coram patre?*

Cap. VI.

Vers. 11. Διέδωκε τοῖς μαθηταῖς, οἱ δὲ μαθηταὶ τοῖς ἀνακειμένοις. Consentit Arabs. At Vulg. & Syrus tantum legerunt Διέδωκε τοῖς ἀνακειμένοις. vide porro Bezæ notas.

Vers. 12. Apud Syrum scribitur, ܕܠܐ ܢܐܒܕ, *ut non pereat*. quod passim alibi scribitur, ܢܐܒܕ, & regulis Grammatices convenientius est. sed parum aut nihil interest. etsi enim per vocalem primam scribatur, pronunciatur per secundam, plane ut Arabum Phatah, quando sequitur litera schevata, id est, quum syllabæ compositæ inservit.

Vers. 19. Ἐληλακότες. Vulg. & Eras. *Quum remigassent*. Syrus, ܘܕܒܪܘ, *& duxerunt*, vel *egerunt*, sup. navim. Melius Arabs, ومضوا, *& profecti sunt*. vel ut Cl. Beza, *provecti*. Optimè enim Cl. Heynsius hîc observavit, ἐλαύνειν, quoties adjunctum habet spatium, aut terminum, nihil quam progressum notare. Idem hoc volebamus in observatione nostra ad Marc. 6. 48. καὶ εἶδεν αὐτοὺς βασανιζομένους ἐν τῷ ἐλαύνειν.

Vers. 21. Ἤθελον οὖν λαβεῖν αὐτὸν εἰς τὸ πλοῖον. Vulg. Eras. Syr. & Arabs ad verbum, *voluerunt ergo eum recipere*. Id est, parati fuerunt id facere, sed non fecerunt, quia protinus appulerunt. Beza contra, *Cupidè ergo receperunt eum*. Quia Matt. 14. 32. & Marc. 6. 51. omnino apparet eum esse ingressum navigium. Cui sententiæ adstipulatur etiam Piscator. Hallucinari vero mihi videtur vir doctiss. quod has historias easdem arbitretur. Nam Marci sexto recedunt à Capernaum. jubet enim Christus vers. 45. ut trajiciant versus Bethsaidam. & vers. 53. dicuntur trajecisse in terram Genesareth, quæ inter Bethsaidam & Tiberiadem sita est, abiens à Capernaum. At hîc apud Johannem, dicuntur vers. 17. ivisse navi Capernaum, & vers. 21. dicitur navis pervenisse in regionem in quam ibant, ergo in Capernaum. & vers. 24. dicuntur turbæ ivisse Capernaum, quærentes Jesum, eumque invenisse. Fatetur Cl. Piscator ad vers. 22. locum miraculi fuisse prope urbem Bethsaidam, ubi discipuli navim fuerant ingressi & vecti Capernaumum. Si post cibationem factam vecti sunt Bethsaidâ Capernaumum, ergo non, quod ait Marcus, Bethsaidam. Quum itaque diversæ sint historiæ, nihil cogit ut ἤθελον λαβεῖν aliter accipiamus, quam usitata phrasis postulat.

Vers. 22. Τῇ ἐπαύριον ὁ ὄχλος ὁ ἑστηκὼς πέραν τῆς θαλάσσης, ἰδὼν ὅτι πλοιάριον ἄλλο οὐκ ἦν ἐκεῖ εἰ μὴ ἓν ἐκεῖνο εἰς ὃ ἐνέβησαν οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ, καὶ ὅτι οὐ συνεισῆλθε τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ ὁ Ἰησοῦς εἰς τὸ πλοιάριον, ἀλλὰ μόνοι οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ ἀπῆλθον. Vulgatus & Arabs, ἐκεῖνο εἰς ὃ ἐνέβησαν οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ non legerunt. At quæ illi legerunt, ἀλλὰ μόνοι οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ ἀπῆλθον, Syrus non legit. Vult autem Cl. Beza, hiare hujus versus constructionem, quæ, interveniente parenthesi versus 23, expleatur per Epanalepsin versu 24. Aliam tamen conjecturam, qua hiatus curetur, habet in notis, ut nempe distinctio post αὐτοῦ apponatur, & ἀπῆλθον, quod referri solet ad μαθηταὶ, referatur ad ὄχλος. Quod maximopere arridet Cl. Casaubono, minus vero ipsi autori. Vulgatus pro ἰδὼν legit εἶδεν, *vidit*. Syrus & Arabs, εἶδον, *viderunt*. vel ἰδὼν acceperunt pro ἰδὼν ἦν, *videbat*, subintellecto verbo substantivo. sicut Rom. 9. vers. 28. λόγον γὰρ συντελῶν καὶ συντέμνων, pro συντελεῖ καὶ συντέμνει. Ita hiatui omni obviam itur. Porro ὁ ὄχλος ὁ ἑστηκὼς πέραν τῆς θαλάσσης, Beza, *turba quæ substiterat cis mare*. Malim cum Vulg. & Syro, *quæ stabat trans mare*. Etsi enim locus ille erat cis mare respectu Galilææ, erat tamen trans mare respectu discipulorum Capernaumum profectorum. quò hîc Euangelista procul dubio respicit. Sinus enim inter Bethsaidam & Capernaum interjectus efficiebat, ut discipuli relinquentes Bethsaidam rectè dicerentur versu 17 ivisse trans mare versus Capernaum. Et rursus existentes Capernaumi, rectè dicerentur relinquisse turbam trans mare, Bethsaidæ. Quid autem turba videbat? ὅτι πλοιάριον ἄλλο οὐκ ἦν ἐκεῖ. Beza, *non fuisse aliud navigiolum illic*, vel, *quod non fuerat*. quum videlicet ederetur illud miraculum. Malim cum Vulgat. Eras. Syro & Arabe, *quod non erat*, vel *non esset*. ἦν enim imperfectum est, non plusquamperfectum. & sensus esse videtur, non tantum non fuisse aliud quum miraculum ederetur, sed & postero mane vidisse turbam, non adesse aliud, εἰ μὴ, *nisi*, id est, præter vel supra illud quod conscenderant discipuli. Quum enim superiori vespera vidissent, solos discipulos sine Domino trajecisse, substiterunt tota nocte isthic loci, exspectantes ut alio navigio, quod forsitan ea nocte appelleret, Dominus suos sequeretur. At quum ne postero quidem die viderent ullum adesse navigium, & nec ipsum Dominum adesse, ac commodè interea Tiberiade naves appellerent, conscensis iis Dominum quæsiverunt.

VERS. 27. Ἐργάζεσθε μὴ τὴν βρῶσιν &c. Beza, *operemini non cibo.* Sic & Arabs vertendus quum dixit, اعملوا لا للطعام, Romana versio, *operemini non ob cibum.* propriè *cibo.* Vulgatus, Syrus & Erasmus retinuerunt phrasin Hellenisticam, *operemini non cibum.* Doctissimorum quidam existimant, ἐργάζεσθαι hîc respondere verbo Hebræo עבד. alii verbo פעל. Ego verbo עשה, & quidem constructo cum ב, quod Hellenistæ, peculiari sane Hellenismo, exprimunt per ἐργάζεσθαι sequente accusativo. Locus illustris Exod. 31. 4. ubi Deus dicitur Bezaleeli dedisse sapientiam, ἐργάζεσθαι τὸ χρυσίον, καὶ τὸ ἀργύριον, καὶ τὸν χαλκὸν, καὶ τὰ τεκτονικὰ τῶν ξύλων ἐργάζεσθαι &c. ubi sane ἐργάζεσθαι τὸ χρυσίον non est *facere ut aurum sit*, sed *operari in auro*, vel *circa aurum*, quod Moses dixit לַעֲשׂוֹת בַּזָּהָב וּבַכֶּסֶף וּבַנְּחֹשֶׁת. Ita hoc loco, ἐργάζεσθαι τὴν βρῶσιν, non est facere ut cibus sit, imo ne quidem parare eum, (etsi id enim de cibo corporali quodammodo dici queat, nequaquam tamen de spirituali, quem & Christus paravit & dat, ut hoc ipso loco dicitur) sed est לַעֲשׂוֹת בְּמַאֲכָל, *operari in cibo*, vel *circa cibum.* etsi enim Christus eum paraverit, nostrum tamen est operari circa eum, ut noster fiat. Tale est illud 1 Cor. 9. 13. οἱ τὰ ἱερὰ ἐργαζόμενοι, Beza, *qui sacris operantur.* Eras. *in sacris.* Vulg. *in sacrario.* Tale illud Apoc. 18. 17. ὅσοι τὴν θάλασσαν ἐργάζονται, *qui in mari operantur, & circa illud versantur.* vel est ἐργάζεσθαι idem quod עשה cum accusativo, pro *acquirere, comparare, facere ut possideas.* ut Gen. 31. 1. *Jacob ex iis quæ patris nostri sunt* עָשָׂה אֵת כָּל־הַכָּבוֹד הַזֶּה, LXX, πεποίηκε πᾶσαν τὴν δόξαν ταύτην, (quod etiam per εἰργάσατο rectè & eodem sensu reddidissent) *fecit omnem gloriam hanc.* Onkelus, קְנָא יָת כָּל נִכְסַיָּא הָאִלֵּין, *acquisivit omnes opes hasce.* Sic Deut. 8. 17. *Recordare Domini Dei tui, quod is dedit tibi* כֹּחַ לַעֲשׂוֹת חָיִל, *robur ad faciendum*, vel *operandum potentiam.* Onkelus, עֵצָה לְמִקְנֵי נִכְסִין, *consilium ad acquirendum opes.* Adde Ezech. 28. 4. עָשִׂיתָ לְּךָ חָיִל וַתַּעַשׂ זָהָב וָכֶסֶף בְּאוֹצְרוֹתֶיךָ, *fecisti tibi potentiam, & fecisti aurum & argentum in thesauris tuis.* Jonathan, קְנֵיתָא לָךְ נִכְסִין וּכְנַשְׁתָּא דַּהֲבָא וְכַסְפָּא בְּאוֹצְרָךְ, *acquisivisti tibi opes, & collegisti aurum & argentum in thesauris tuis.* Sic quoque operari vel facere cibum, est acquirere cibum. Atque inde ἐργάζεσθαι usurpatur etiam pro *negociari, & negociando acquirere.* ut Luc. 19. 16. ἡ μνᾶ σου προσειργάσατο δέκα μνᾶς, *mina tua adacquisivit decem minas.* Idem est quod vs. 18. ἡ μνᾶ σου ἐποίησε πέντε μνᾶς. vides hîc ἐργάζεσθαι & ποιεῖν esse ipsissimum Hebræorum עשה pro קנה *acquisivit.* Sequitur porro, ὃν ὁ πατὴρ ἐσφράγισεν. Syrus & Arabs utuntur Hebræo verbo חתם, quod nihil aliud est, quam sigillum imprimere, & per illud firmitatem atque autoritatem addere. Sensus ergo est, Pater filium veluti sigillo suo munivit, confirmavit, &, ut barbarè loquar, autorizavit. Quod tam præclarè tractavit Beza, ut vix quicquam addi posse videatur.

VERS. 40. Τοῦτο δέ ἐστι. Hæc autem est &c. Syrus pro δὲ habet ܓܝܪ, *enim.* & Arabs, لان *quia, nam.* Dat hîc enim causam Servator, cur Patris voluntas sit, ut de dato sibi nihil amittat. Quia nempe ejusdem voluntas est, ut omnis in filium credens habeat vitam æternam. Itaque δὲ pro γὰρ acceperunt. quod non est insolens. nam & Rom. 8. 11. & 1 Cor. 10. 11. & alibi, δὲ causalis particula est, non adversativa. Aut forsitan legerunt γὰρ, ut Camerarius. Sic enim habet, τοῦτο γάρ ἐστι τὸ θέλ. repetita superiore sententia αἰτιολογικῶς.

VERS. 41. Ἐγώ εἰμι ὁ ἄρτος ὁ καταβὰς ἐκ τοῦ οὐρανοῦ. Syrus, Vulgatus & Eras. ὁ καταβὰς acceperunt in prima persona, *Qui descendi.* Arabs & Beza in tertia, *Qui descendit.* primæ interpretationi favet versus sequens, ubi Judæi ægrè ferunt quod dixisset, ὅτι ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβέβηκα. etsi fatear minimum interesse.

VERS. 45. Ἔστι γεγραμμένον ἐν τοῖς προφήταις. Consentiunt Vulg. & Arabs. At Syrus primo addit, ܓܝܪ, *enim.* deinde in singulari ܒܢܒܝܐ, consentientibus editionibus. quod ideo malè vertunt Tremel. & Boder. *in prophetis.* verte *in propheta*, scilicet Esaia apud quem solum hic locus qui citatur extat. Quia tamen Esaias ea Bibliorum parte continetur, quam *Prophetas* dicebant, rectè etiam dicitur *in Prophetis.* ut Cl. Beza doctè explicat.

VERS. 52. Ἐμάχοντο οὖν πρὸς ἀλλήλους οἱ Ἰουδαῖοι. Eras. *Decertabant ergo Judæi inter se.* Beza, *pugnabant.* Vulgatus, *litigabant.* Sic Syrus, ܗܘܘ ܢܝܨܝܢ, *contendebant.* Arabs, خاصموا, *jurgarunt.* rectè. Gloss. μάχομαι, *jurgo.* μάχη, ἡ διὰ χειρῶν, *rixa.* μάχη, ἡ διὰ λόγων, *litigatio, jurgium.* μάχη, ἡ ἐν πολέμῳ, *Prælium, Pugna.* Hîc intelligitur μάχη ἡ διὰ λόγων. Sic Gen. 31. 36. de Jacobo dicitur, καὶ ἐμαχέσατο Λάβαν, *& litigavit adversus Labanem.* ponitur pro Hebræo ריב. ut & Nehem. 13. 11. וָאָרִיבָה אֶת־הַסְּגָנִים, *& litigavi cum Antistitibus,*

tibus, LXX, καὶ ἐμαχέσαντο τοῖς στρατηγοῖς. Sequitur porro, *Quomodo hic potest nobis dare* τὴν σάρκα φαγεῖν; Syrus, Vulgat. & Arabs, *carnem suam edere*. legerunt τὴν σάρκα αὐτοῦ. aut addiderunt, sensu id postulante.

VERS. 53. Οὐκ ἔχετε ζωὴν ἐν ἑαυτοῖς. Vulg. *non habebitis*. Sed optimè observavit Cl. Beza, insignem hîc esse temporis præsentis emphasin, quam Syrus quoque & Arabs accuratè servarunt.

VERS. 57. Ἐγὼ ζῶ διὰ τὸν πατέρα. καὶ ὁ τρώγων με, κἀκεῖνος ζήσεται δι' ἐμέ. Etsi fateatur Cl. Beza διὰ cum Accusat. rarius usurpari pro *per*, hîc tamen id amplecti maluit, quia *propter* magis propriè Impellentem aut Finalem quam Efficientem causam declaret. Nolim tamen Vulgatum & Erasmum sperni, qui ex consueto usu verterunt *propter*. sic enim & Syrus, ܡܛܠ, & Arabs, من اجل, *propter*. Sæpe hæc particula Efficientem causam denotat. ut Marc. 2. 4. *Quum non possent accedere ad eum*, διὰ τὸν ὄχλον, *propter turbam*. Turba nec Impellens nec Finalis, sed Efficiens causa erat impedimenti cur accedere non possent. sic Marc. 12. 24. Οὐ διὰ τοῦτο πλανᾶσθε, *an non propter hoc erratis* &c. Ignorantia Scripturæ & potentiæ Dei causa Efficiens est erroris. Addo illud Thucydidis, καὶ τὴν νῦν ἐρημίαν δι' ἑαυτοὺς ἔχουσι. *& præsentem desolationem propter se habent*, id est, sua causa, sua culpa, se authoribus. Sic hoc loco, *ego vivo propter Patrem*, id est, patre authore. *Et qui me ederit, vivet propter me*, id est, me authore.

VERS. 63. Τὸ πνεῦμά ἐστι τὸ ζωοποιοῦν. Beza, *Spiritus est id quod vivificat*. τὸ absolutè accepit. At Syrus, Vulgat. & Eras. relativè ad πνεῦμα, *spiritus est qui vivificat*. res eodem redit. ut & quod Arabs habet, اما الروح يحيي, *utique spiritus vivificat*. Sequitur, τὰ ῥήματα ἃ ἐγὼ λαλῶ ὑμῖν, *verba quæ ego loquor vobiscum*. Vulgatus, *quæ ego locutus sum*. sic Syrus, ܕܡܠܠܬ. & Arabs, كلمتكم. legerunt ἐλάλησα.

VERS. 66. Ἐκ τούτου πολλοὶ ἀπῆλθον. Vulgatus, *ex hoc abierunt multi*. Ambiguum est. Erasmus & Beza, *ex eo tempore*. subaudiverunt χρόνου. At Syrus, ܡܛܠ ܗܕܐ ܡܠܬܐ, *propter hoc verbum*. Et Arabs, من اجل هذا, *propter hoc*, scilicet quod dixerat. subaudiverunt ῥήματος. & præpositionem ἐκ voluerunt causam denotare. Ut & Joan. 19. 12. ἐκ τούτου ἐζήτει ὁ Πιλάτος ἀπολῦσαι αὐτόν. Erasmus ambiguè, *ex eo quærebat* &c. Vulgatus, *exinde*. Beza, *ex eo* tempore. At Syrus, ܡܛܠ ܗܕܐ & Arabs, من اجل هذا, *propter hoc*. Utrique sane loco accommodatissimè. Nam ut à posteriori incipiam, dixerat Christus Pilato, *non haberes potestatem ullam in me, nisi tibi data esset supernè. propterea qui me tradidit tibi majus peccatum habet*. Terruit hoc Pilatum, & ἐκ τούτου, *ex hoc*, ob hanc causam quæsivit eum dimittere. Ita hoc priori loco, quum offendisset eos durus ille, ut ajebant, sermo de manducanda Christi carne: Præsertim quum addidisset, quosdam eorum non credere, nec posse quemquam venire ad se, nisi datum sit à Patre, ἐκ τούτου, *hinc*, ob hanc causam multi abierunt. Sæpe autem ἐκ pro διὰ, *propter* usurpari, ex Thucydide, Demosthene, Xenophonte & Gregorio probat H. Stephanus. Significat enim originem ex qua res fluit & emanat. ut quum 2 Cor. 13. 4. dicitur, Ἐσταυρώθη ἐξ ἀσθενείας, ἀλλὰ ζῇ ἐκ δυνάμεως Θεοῦ, sensus est, ex infirmitate ejus ortum est quod sit crucifixus, ex virtute autem Dei quod vivat. Sic hoc loco, ἐκ τούτου ἀπῆλθον, ex hoc ortum est quod abierunt.

CAP. VII.

VERS. 1. Οὐ γὰρ ἤθελεν, *non enim volebat*. Sic quoque Syrus & Arabs legerunt. & Vulgatus. mirum ergo unde Chrysostomus οὐκ ἠδύνατο. de quo videatur Erasmus. Nonnus quoque οὐκ ἤθελεν.

VERS. 4. Οὐδεὶς γὰρ ἐν κρυπτῷ τι ποιεῖ, καὶ ζητεῖ αὐτὸς ἐν παῤῥησίᾳ εἶναι. Hebraismus est καὶ ζητεῖ, pro ὁ ζητῶν, *qui quærit*. ו pro אשר, usitatum est. vide Drus. in Moscheh Vecaleb. Ἐν παῤῥησίᾳ, Syrus, ܒܓܠܝܐ, *in aperto* sicut infra 11. 54. οὐκ ἔτι παῤῥησίᾳ περιεπάτει, Syrus, ܓܠܝܐܝܬ, *apertè*. Et Col. 2. vers. 15. καὶ τὰς ἐξουσίας ἐδειγμάτισεν ἐν παῤῥησίᾳ, Syrus, ܓܠܝܐܝܬ, *apertè*. In tribus hisce locis παῤῥησία opponitur τῷ κρυπτῷ, *rei latenti*, & significat id quod palam & apertum est. In reliquis fere locis significat loquendi libertatem, animi fiduciam, & ut sic dicam, animi erectionem. quod valde emphaticè dixit Moses Levit. 26. 14. וָאוֹלֵךְ אֶתְכֶם קוֹמְמִיּוּת, *& feci vos incedere erectè*, LXX, μετὰ παῤῥησίας. Neque sane

ne ineptiet, qui hujus loci sensum esse dixerit, Tu hoc operam das, ut libere, sine metu & erecto animo loquaris & agas. Hoc qui quærit & affectat, non debet in occulto sua patrare. In hanc sententiam verba Joannis sic Hebraicè effero, כִּי אֵין אִישׁ עוֹשֶׂה דָבָר בַּסֵּתֶר וְהוּא חָפֵץ לִהְיוֹת קוֹמְמִיּוּת. Fateor tamen priorem sententiam magis arridere. Etsi non Græcia, sed Oriens significationem eam nobis det, ubi teste Elia in Thisbi בפרהסיא est בפרסום, *in propatulo*, & opponitur τῷ בצנעה, *clanculum*.

Vers. 8. Ἐγὼ οὔπω ἀναβαίνω εἰς τὴν ἑορτὴν ταύτην. Nihil addo ad ea quæ Beza in hunc locum annotavit, nisi Arabem cum Syro pro οὔπω legisse οὐ νῦν, *non nunc*. ambo legerunt ταύτην.

Vers. 22. ܡܛܠ ܗܢܐ ܡܘܫܐ ܝܗܒ ܠܟܘܢ ܓܙܘܪܬܐ. Tremel. *Propter hoc Musche dedit vobis circumcisionem*. Boder. *propterea* &c. Johannes, διὰ τοῦτο Μωσῆς δέδωκεν ὑμῖν τὴν περιτομήν. Exercuit multos hic locus, dum quærunt cujus rei adferatur ratio. vide eruditissimas Cl. Bezæ in hunc locum conjecturas. quibus nos nostram quoque addimus. certum est, ܡܛܠ Syris non tantum esse *propter*, sed & *de*. ut Marc. 7. 25. *statim enim audivit mulier quædam* ܡܛܠܬܗ, *de ipso*. Phil. 2. 19. *ut mihi etiam sit quies, quum didicero* ܡܛܠܬܟܘܢ *de vobis*. Sic apud Hebræos עַל *propter* item *de*, vel *super* pro *de*. quomodo & apud Syros usurpatur. quod adeo usitatum, ut probatione non egeat. idem dico de בַּעֲבוּר. explicaturi enim Hebræi, ל interdum valere *de*, ut Ps. 91. 11. יְצַוֶּה לָּךְ, *præcipiet de te*, Gen. 20. אִמְרִי לִי, *dic de me*, & similia multa, enarrant illud per בעבור. quod tamen propriè significat *propter*. sic accipio quoque לְמַעַן, Gen. 18. 19. כִּי יְדַעְתִּיו לְמַעַן אֲשֶׁר יְצַוֶּה אֶת בָּנָיו, *quia novi eum, de eo quod præcipiet liberis suis*. quasi dicas, super hac re me non fallet, probè de hac re eum cognitum habeo. Sed maximè hîc ad rem nostram facit examinare quid Hebræis sit לָכֵן. constat ל ibi usitatissimè valere *propter*, adeoque verti *propterea*. ad verbum *propter sic*. Sed certum est multa dari loca, ubi ea significatio non quadrat. Doctiss. Beza duo profert loca, Gen. 4. 15. & Oseæ 2. 14. in quibus exponit per *atqui*, vel *attamen*. quod neque cum ל neque cum כֵּן convenientiam habet. Ego ל ibi sumo pro *de*, quod usitatum esse supra exemplis probavimus. & sicut לִי diximus Gen. 20 enarrari ab Hebr. בעבורי, *de me*, ita לָכֵן enarramus בַּעֲבוּר כֵּן, *de sic*, id est, de ea re, quod ad hanc rem attinet, quantum ad hanc rem: atque ita non raro ל valere *quantum ad*, rectè docet Drusius in Mosche Vecaleb. ubi inter alia exempla citat illud Ps. 18. 4. (lege Ps. 17.) לִפְעֻלּוֹת אָדָם בִּדְבַר שְׂפָתֶיךָ אֲנִי שָׁמַרְתִּי אָרְחוֹת פָּרִיץ *quantum ad opera hominis, per verbum labiorum tuorum ego cavi vias latronis*. quum ergo Gen. 4. Cain desperabundus conquereretur se nusquam tutum fore, sed ab omnibus obviis occisum iri, Deus quodammodo consolatur eum, dicens, לָכֵן, *quantum ad hoc*, si ullus occiderit Kainum, septupulo vindicabitur. Sic Hos. 2. ubi Deus Israëlitis exprobrasset spiritualem scortationem cum Baalim, eoque nomine pœnas esset comminatus, addit consolationis gratia, לָכֵן, *de hac re* ego pelliciam eam, & deducam eam in desertum & loquar ad cor ejus. Eodem modo hîc apud Syrum expono, ܡܛܠ ܗܢܐ, *de hac re*, & apud Johannem διὰ τοῦτο *quantum ad hoc*. potius quam cum D. Beza, *attamen*. Sensus est, Unum opus edidi, & omnes miramini, quod nempe sabbatho sanaverim ægrum, de quo supra c. 5. non est quod miremini. nam quod ad hanc rem, de hac re Moses vos docebit. is enim dedit vobis circumcisionem: & vos sabbatho circumciditis. διὰ τοῦτο ergo hîc est לָכֵן, vel בַּעֲבוּר זאת, vel לְמַעַן זאת, vel, עַל זאת, quæ omnia verti possunt, *de hac re*. Quia tamen id forsitan durius alicui videbitur, libet aliud experiri, quod nescio an aliis perinde atque mihi sit arrisurum. Nemo, opinor, negabit, διὰ τοῦτο idem esse quod על כן. At id non tantum significat *propterea*, sed etiam *propterea quod*. ut Gen. 38. 26. Juda dicit de nuru sua Thamar, *Iustior est me*, כִּי עַל כֵּן לֹא נְתַתִּיהָ לְשֵׁלָה בְנִי, *nam propterea quod non dedi eam Selæ filio meo*, sup fecit hoc. Rabbi S. Jarchi exponit per על אשר. LXX per οὗ ἕνεκεν. Sic multi Ps. 42. 7. *Deus mi, anima mea tumultuatur in me*, עַל כֵּן אֶזְכָּרְךָ מֵאֶרֶץ יַרְדֵּן *propterea quod recordor tui à terra Iordanis*. Nec aliter capio illud Gen. 33. 10. כִּי עַל כֵּן רָאִיתִי פָנֶיךָ כִּרְאֹת פְּנֵי אֱלֹהִים וַתִּרְצֵנִי קַח נָא אֶת בִּרְכָתִי *Nam propterea quod vidi faciem*

ciem tuam quasi viderem faciem Dei, & acceptum me habuisti, accipe quæso munus meum. LXX, ἕνεκεν τούτου, pro οὗ ἕνεκεν. Dubitari nequit de Num. 10. 30. ubi Moses dicit Hobabo, כִּי עַל כֵּן יָדַעְתָּ חֲנֹתֵנוּ בַּמִּדְבָּר וְהָיִיתָ לָּנוּ לְעֵינָיִם. *Nam propterea quod nosti castrametari nos in deserto, eris nobis pro oculis.* & Num. 14. 43. כִּי עַל כֵּן שַׁבְתֶּם מֵאַחֲרֵי יְהוָה וְלֹא יִהְיֶה יְהוָה עִמָּכֶם. *Nam quia aversi estis à Domino, Dominus non erit vobiscum.* Ita hoc loco διὰ τοῦτο, idem quod δι' ὅ. Sensus est, Propterea quod Moses dedit vobis circumcisionem, (etsi non Moses primus autor sit, sed Patres) id honoris tamen Mosi tribuitis, ut propterea quod is vobis eam repetiit, etiam sabbatho circumcidatis. Si ergo circumcisionem accipit homo sabbatho, ne solvatur lex Mosis, an mihi indignamini? &c. Nemo non videt sensum optimè fluere, & fere extorquere hanc expositionem. Sicut ergo Matth. 26. v. 50. diximus ὅ interdum usurpari pro τοῦτο, ita & τοῦτο pro ὅ. זה pro אשר, usitatum Hebræis. vide Job. 19. 19. Psal. 74. 2. & alibi sæpe.

VERS. 24. Μὴ κρίνετε κατ' ὄψιν. Vulgatus, *nolite judicare secundum faciem.* Erasm. *secundum aspectum.* Beza, *secundum speciem.* Syrus, ܒܡܣܒ ܒܐ̈ܦܐ, & Arabs, بالمحاباة, id est, κατὰ προσωποληψίαν, *sic ut personas accipiatis.* Ne in me damnate, quod in Mose laudatis. in pari causa pariter judicate. Si circumcidi hominem sabbatho, fertis, quia Moses instituit: sanari autem hominem sabbatho non fertis, quia à me id fit, personas respicitis, non causam. hoc est, κατ' ὄψιν, δικαίαν κρίσιν κρίνετε. non judicare באמת, sed במשא פנים, ut loquuntur Hebræi. Eruditissimè hunc locum pertractat maximus Heynsius in Aristarcho.

VERS. 25. Ἔλεγον οὖν τινες ἐκ τῶν Ἱεροσολυμιτῶν. *Ex Hierosolymitanis.* Vulgatus, *ex Hierosolymis.* id est, ἐξ Ἱεροσολύμων. Sic Syrus quoque & Arabs. nihil interest.

VERS. 26. Μήποτε ἀληθῶς ἔγνωσαν οἱ ἄρχοντες, ὅτι οὗτός ἐστιν ἀληθῶς ὁ Χριστός; Syrus non legit prius ἀληθῶς. Vulgatus & Arabs non legerunt posterius. Nonnus neutrum expressit.

VERS. 34. Καὶ ὅπου εἰμὶ ἐγὼ, ὑμεῖς οὐ δύνασθε ἐλθεῖν. Vulgatus, Eras. & Syrus, *Ubi ego sum.* Beza, *ero.* Placet tamen viris doctissimis, Bezæ & Casaubono, conjectura Henrici Stephani, legendum esse εἶμι, *eo.* Sic Nonnus & Theophylactus legerunt. Addo, & Arabs, cujus hæc sunt verba, والمكان الذي انا امضي اليه انتم لا تصلون اليه, *& ad quem locum ego vado, vos non pervenietis.* ὅπου enim non tantum *ubi*, sed & *quo* significat. ut Matth. 8. 19. Joan. 8. 21. 22. & alibi.

VERS. 35. Μὴ εἰς τὴν διασπορὰν τῶν Ἑλλήνων μέλλει πορεύεσθαι, καὶ διδάσκειν τοὺς Ἕλληνας; Placet doctis per Ἕλληνας hîc intelligere Hellenistas, id est, qui origine & natione Judæi, lingua autem Græci erant, utpote inter Græcos dispersi. quales etiam intelligi videntur Joan. 12. 20. Ἦσαν δέ τινες Ἕλληνες ἐκ τῶν ἀναβαινόντων ἵνα προσκυνήσωσιν ἐν τῇ ἑορτῇ. Nisi forte intelligantur ibi origine Græci, qui Proselyti facti essent. Alibi autem in hisce libris Ἕλληνες opponuntur Judæis, & significantur quos גוים & הנפים Judæi indigetant, & generali nomine ἐθνικοί, *gentiles* vocantur. Hoc sensu Vulg. & Eras. verterunt, *nunquid in dispersionem gentium iturus est, & docturus gentes?* Sic Syrus, ܠܡܐ ܗܘ ܠܐܬܪܘܬܐ ܕܥܡ̈ܡܐ ܥܬܝܕ ܕܢܐܙܠ ܘܢܠܦ ܠܚܢ̈ܦܐ, *num ad regiones gentium iturus est & docturus profanos, sive gentiles?* ܥܡ̈ܡܐ sunt ἔθνη. ܚܢ̈ܦܐ, ἐθνικοί. Præfero tamen priorem sententiam.

VERS. 37. Ἐν δὲ τῇ ἐσχάτῃ ἡμέρᾳ τῇ μεγάλῃ τῆς ἑορτῆς. Octavus erat dies festi Tabernaculorum, qui חג עצרת, *festus dies cohibitionis* dicebatur, quia tum populus ab omni labore cohibitus solenni cœtu conveniebat. vocabatur & שבת הגדול, *sabbathum magnum.* Item שמחת התורה, *læticia legis*, quia eo die ultimam Pentateuchi פרשה sive sectionem legebant, & magno cum gaudio legem absolvebant. unde & sequens sabbathum שבת בראשית dicebatur, quo rursus Pentateuchi lectionem ordiebantur. Eodem illo magno festi die tres legebantur הפטרות sive lectiones propheticæ. Prima ex 1. Reg. 8. incipiens ab illis verbis, ויהי ככלות שלמה, *& fuit quum absolvisset Salomon* &c. Ubi Rex Salomon, absoluta eximia illa ad Deum precatione, erigit se, & alta voce populum compellans, benedicit ei & hortatur. Quod imitatus hic verus Ecclesiæ Salomon Christus, εἱστήκει καὶ ἔκραξε. Altera Haphtara erat initium Josuæ. Quum enim liber Josuæ sit primus Prophetarum, finientes Legem, Prophetas inchoarunt. Tertia erat ultima sectio Malachiæ, cujus initium est, וערבה, *& placebit Deo munus Iudæ & Ierusalem.* Finis autem, *ecce ego mitto vobis Eliam Prophetam.* Atque ita ultimam sectionem legis cum ultima prophe-

phetarum conjungebant. Opportunè itaque hoc tempore exsurgit Servator, verus Salomon, verus Josua, finis Legis, finis Prophetarum. Et quum se hoc ipso die hilarissimis conviviis & compotationibus oblectare solerent, commodè sitientes ad se vocat, vivasque ipsis aquas pollicetur.

VERS. 38. ὁ πιστεύων εἰς ἐμὲ, καθὼς εἶπεν ἡ γραφὴ, ποταμοὶ ἐκ τῆς κοιλίας αὐτοῦ ῥεύσουσιν ὕδατος ζῶντος. Chrysostomus distinguit post καθὼς εἶπεν ἡ γραφὴ, eaque præcedentibus jungit. Quem secutus Cl. Heynsius, locum sic enarrat, *Qui in me credit, ut Scriptura dixit*, hoc est, *jussit, is illustre illud Spiritus, quod toties promitto, munus acceptums est.* videatur locus. est enim, ut omnia, eruditus. Addo tantum, eandem quoque esse Syri sententiam. sic enim legit, ܟܠ ܡܢ ܕܡܗܝܡܢ ܒܝ ܐܝܟܢܐ ܕܐܡܪܘ ܟܬܒܐ Nullam adhibet distinctionem nisi post ܟܬܒܐ. ut hæc simul jungantur, *quicunque credit in me sicut dixerunt Scripturæ.* & quæ deinde sequuntur, sint verba ipsius Christi, non alicujus Scripturæ loci. Noteturautem, quod pro εἶπεν ἡ γραφὴ, non tantum Syrus, sed & Arabs habeant, *dixerunt Scripturæ.* ἡ γραφὴ acceperunt collectivè. Indefinitè enim Scripturam, non hunc aut illum Scripturæ locum indicari existimarunt. quia totius passim Scripturæ scopus est, & mandatum, ut in Christum credamus. Rectè vir maximus, εἶπεν, *dixit*, id est, *jussit.* Est enim Hebræorum אמר. quod apud Hebræos sæpe, apud Arabes semper *jubere* denotat.

VERS. 39. Οὔπω γὰρ ἦν πνεῦμα ἅγιον. Syrus pro ἦν, *erat*, ܐܬܝܗܒܬ, *datus erat.* Arabs, لم يكن اتى, *non venerat.*

VERS. 42. Ἀπὸ Βηθλεὲμ τῆς κώμης ὅπου ἦν Δαβίδ. Syrus simpliciter, *ex Bethleem vico Davidis.* vel oppido. קריתא dixit Syrus, quod & vicum sive pagum, & oppidum significat, ut & utrumque κώμη. Porro ἦν, *erat*, significat *habitabat*, ex usu Syro. Joan. I. 39. ποῦ μένεις, *ubi habitas?* Syrus, ܐܝܟܐ ܗܘܝܬ ܥܡܪ, *ubi es tu?* Et vers. seq. εἶδον ποῦ μένει, *viderunt ubi habitaret*, ܚܙܘ ܐܝܟܐ ܕܥܡܪ ܗܘܐ, *viderunt ubi esset.* & alibi sæpe. Habitabat ibi David in familia paterna, antequam ad regnum vocaretur. Sic patria ejus & natale solum indicatur. non quod, ubicunque quis habitat, inde natus sit. sed quia hæc historia nota erat. quivis enim sciebat, habitasse Davidem Bethleemi tanquam in patria sua civitate. quippe quæ propterea civitas Davidis diceretur.

VERS. 45. Καὶ εἶπον αὐτοῖς ἐκεῖνοι. Solus Syrus pro ἐκεῖνοι habet ܟܗܢܐ, *sacerdotes.*

VERS. 46. οὐδέποτε οὕτως ἐλάλησεν ἄνθρωπος, ὡς οὗτος ὁ ἄνθρωπος. Supple λαλεῖ. Id Vulgatus, Syrus & Arabs supplerunt, vel additum legerunt.

VERS. 49. Ἀλλ' ὁ ὄχλος οὗτος &c. Syrus, ܐܠܐ ܐܢ ܥܡܐ ܗܢܐ, propriè, *nisi populus hic.* id enim est ܐܠܐ ܐܢ. Sed hìc usurpatur pro simplici ܐܠܐ, *sed.* ut & alibi ܐܠܐ pro ܐܠܐ ܐܢ, *nisi.* Unde liquet, quod antehac non semel observavimus, & rursus observandum alibi veniet, ex usu Syro esse, quod ἀλλὰ, & εἰ μὴ sive ἐὰν μὴ promiscue usurpentur nunc pro *sed*, nunc pro *nisi.*

VERS. 53. Καὶ ἐπορεύθη &c. Totus hic versus, ut & undecim priores sequentis cap. quibus historia adulteræ continetur, desunt in Syro. vide notas Bezæ. omnia vero habentur apud Arabem. Syrum autem quum dicimus, eam intelligimus interpretationem, quæ Viennæ, Antverpiæ alibique typis edita lucem vidit, ubi non hæc tantum historia, sed & secunda Epistola Petri, secunda ac tertia Johannis, Epistola Judæ, & Apocalypsis desunt. Quæ omnia ex luculenta sua & Orientalibus libris instructissima bibliotheca Amplissimus Præsul Jacobus Usserius Archiepiscopus Armachanus nuper admodum ad nos misit. Ibi hæc historia sic habet:

[illegible]
[illegible]

[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

[illegible]

Hactenus textus Syriacus. Ubi sub finem apposuimus [ܠܐ], quod in MS. deerat, sensu id omnino postulante, & amanuensis incuriam arguente. Sonat autem, *Lectio quæ est de illa muliere peccatrice*: *quæ* (lectio) *non est in simplici*. Id est, nisi fallor, quæ non est in vulgo recepto, & simpliciter sine controversia apud omnes Ecclesias Syriacas admisso exemplari.

Ivit ergo unusquisque domum suam. Iesus autem ivit in montem Olivarum. Mane autem iterum venit in templum, & totus populus venit ad eum. & sedens docebat eos. Adduxerunt autem Scribæ & Pharisæi mulierem, quæ deprehensa erat in adulterio. Et quum constituissent eam in medio, dicunt ei: Magister, hæc mulier deprehensa est apertè in ipso facto adulterii. Et in lege autem Mosis præcepit (supple, Deus. vel, *& in lege autem* est, *quod Moses præcepit*) *ut tales lapidemus. Tu igitur quid dicis? Hoc dixerunt tentantes eum, ut haberent ut accusarent eum. Iesus autem quum deorsum incurvasset se, scribebat super terram. Quum autem permanerent interrogantes eum, erexit se & dixit ipsis: Qui ex vobis est sine peccato, primus jaciat in eam lapidem. Et rursus quum incurvasset se, scribebat super terram. Hi autem quum audivissent, exibant sigillatim, quum incepissent à senioribus, & relicta est mulier sola, existens in medio. Quum autem erexisset se Iesus, dixit mulieri, ubi sunt illi? nemo condemnavit te? illa autem dixit, Nemo Domine. Dixit autem Iesus, Neque ego condemno te; abi, & à nunc amplius ne pecca. Quum igitur congregati essent, locutus est Iesus, dicens, ego sum lux mundi* &c. Hactenus Fragmentum illud Syriacum.

Cap. VIII.

Vers. 4. Αὕτη ἡ γυνὴ κατελήφθη ἐπαυτοφώρῳ μοιχευομένη. Arabs, هذه المرأة وجدناها في زناء, id est, ταύτην τὴν γυναῖκα εὕρομεν μοιχευομένην. conferatur cum notis Bezæ. Fragmentum Syriacum, *hæc mulier deprehensa est apertè in ipso opere adulterii*. Vulgatus, *modo in adulterio*.

Vers. 5. Ἐν δὲ τῷ νόμῳ Μωσῆς ἡμῖν ἐνετείλατο τὰς τοιαύτας λιθοβολεῖσθαι. Arabs omittit ὑμῖν. tum sequitur, يوصي ان ترجم, *jubet ut lapidetur*. vide quomodo supra Syriacum fragmentum verterimus.

Vers. 6. Τοῦτο δὲ ἔλεγον πειράζοντες αὐτὸν, ἵνα ἔχωσι κατηγορεῖν αὐτοῦ. Arabs non legit πειράζοντες αὐτόν. Sequitur, δακτύλῳ ἔγραφεν εἰς τὴν γῆν. Fragmentum Syriacum non legit δακτύλῳ. Vulgat. & Arabs legerunt.

Vers. 9. Καὶ ὑπὸ τῆς συνειδήσεως ἐλεγχόμενοι, *& à conscientia redarguti*. Vulgatus nihil horum legit. nec fragm. Syriacum. Arabs habet, متفهمين التبكيت, Romana versio, *intelligentes ignominiam*. verte *redargutionem*. est enim بكت, *reprehendit*, *regarduit*. Sequitur, ἐξήρ.

ἐξήρχοντο εἷς καθ' εἷς, ἀρξάμενοι ἀπὸ τ̃ πρεσβυτέρων ἕως τ̃ ἐχάτων. Vulgatus non legit, ἕως τῶν ἐχάτων. nec fragmen. Syriacum. Arabs, بدوا يخرجون واحدا واحدا الي ان خرج الشيوخ الي اخرهم, *Inceperunt exire sigillatim usque dum exivissent senes ad ultimum eorum*. Deinde, ϗ κατελείφθη μόνος ὁ Ἰησοῦς, καὶ ἡ γυνὴ ἐν μέσῳ ἑστῶσα. Vulgat. & Arab. consentiunt. At fragm. Syriacum, *& relicta est mulier sola, existens in medio*. Id est, καὶ κατελείφθη μόνη ἡ γυνὴ, ἐν μέσῳ οὖσα.

Vers. 10. Καὶ μηδένα θεασάμενος πλὴν τ̃ γυναικός. Vulgatus & Arabs hæc non legerunt, nec fragm. Syriacum. Sequitur, εἶπεν αὐτῇ, Ἡ γυνὴ, ποῦ εἰσιν ἐκεῖνοι οἱ κατήγοροί σου; Notat Beza in 4 exemplaribus deesse ἡ γυνή. apud Vulgatum & Arabem legitur. Fragmentum Syr. legit, εἶπε τῇ γυναικί. non legit autem οἱ κατήγοροί σου. ut nec Arabs. Vulgatus legit.

Vers. 12. Πάλιν οὖν ὁ Ἰησοῦς αὐτοῖς ἐλάλησε. Consentiunt Syrus, Arabs & Vulgatus. At fragmentum Syr. quod supra produximus, *Quum igitur congregati essent, locutus est Jesus*. Quandoquidem enim vers. 9. dicti fuerunt omnes Pharisæi exivisse, congregari rursus necesse fuit, priusquam eos alloqui posset. Pharisæos enim eum allocutum patet ex vers. seq. Ἀλλ' ἕξει τὸ φῶς τ̃ ζωῆς. Syrus pro ἕξει, *habebit*, habet ܢܫܟܚ ܠܗ, *inveniet sibi*. pleonasticum est *sibi* ex usu Syro. Arabs, يجد, *inveniet*, εὑρήσει.

Vers. 21. Καὶ ἐν τῇ ἁμαρτίᾳ ὑμῶν ἀποθανεῖσθε. Beza *& in hoc peccato vestro moriemini*. Syrus & Arabs, *& in peccatis vestris*. τῇ ἁμαρτίᾳ collectivè acceperunt. ita enim explicatur vers. 24. ἀποθανεῖσθε ἐν ταῖς ἁμαρτίαις ὑμῶν. habet se ergo, sicut supra 1. 29 ὁ αἴρων τὴν ἁμαρτίαν τ̃ κόσμου, *qui tolit peccatum*, id est, peccata *mundi*. Additur, ὅπου ἐγὼ ὑπάγω &c. Syrus & Arabs καὶ ὅπου. quod magis est perspicuum.

Vers. 25. Τὴν ἀρχὴν ὅτι καὶ λαλῶ ὑμῖν. Vexavit hic locus viros eruditissimos. Josephi Scalig. viri incomparabilis hæc sunt verba: *Τὴν ἀρχὴν, est adverbium, id est, primo, in primis, principio. Deinde ὅτι, non ὅ, τι, Principio mihi multa dicenda sunt, multa sunt præfanda de vestra contumacia & incredulitate, priusquam vobis respondeam quis ego sim. Quod & melius exponitur* c. 10. vers. 25. *sciscitantibus enim τίς εἶ, respondit*, εἶπον ὑμῖν, καὶ οὐ πιστεύετε. Hactenus ille. Quod quomodo verbis respondeat, velim vir maximus plenius edocuisset. Alias aliorum sententias vide apud Erasmum & Bezam. Placet maximè viris doctis sententia quam expressit Cl. Beza, *id quod à principio dico vobis*. Non repugno admodum, quia commodum habet sensum. Nec tamen, quid incommodi habeat, tacendum. Primo, quod τὴν ἀρχὴν durè satis initium sententiæ occupat, & per trajectionem construitur cum λαλῶ. Deinde quod per ὑποδιαστολὴν legatur ὅ, τι, *quod*, pronomen; quum, fatente Erasmo, Græci codices constanter habeant ὅτι. Tertio quod particula ϗ inutilis sit. quare & Beza eam non expressit. Deinque quod λαλῶ, *loquor*, accipiatur pro λέγω, *dico*. Juvat ergo videre quid Syrus & Arabs dicant. Syrus sic habet, ܐܦܢ ܕܫܪܝܬ ܠܝ ܕܐܡܠܠ ܥܡܟܘܢ Tremel. *etiam quem incepi ut loquerer vobiscum*. Regia, *etiam id quod incepi loqui vobiscum*. Quis non videt hæc parum convenire? quorsum enim illud *etiam*? & quorsum *quod incœpi loqui vobiscum*? quum dicendum esset, *quod incœpi dicere vobis*. ܕܫܪܝܬ ܠܡܐܡܪ ܠܟܘܢ non ܕܐܡܠܠ ܥܡܟܘܢ. Dicimus ergo, ܐܦܢ non esse *etiam* (id enim ܐܦ dicitur) sed *etiamsi*. Adeoque vertimus, *etiamsi* esset *quòd incepissem loqui vobiscum*. Nec aliter Arabs editionis Erpenianæ, اني وان كنت قد بدات بخاطبتكم, *etiamsi ego incepissem jam loqui vobiscum*. Sensus est, Rogatis me, quis sim? Etsi jam demum incœpissem vobiscum sermones conferre, indigna vobis hæc esset quæstio. tantam mei proditis ignorantiam, ac si jam demum vos alloqui ordirer. Sensus non est incommodus. Sed quid in Græco viderunt, unde is elici queat? videntur pro ὅτι καὶ legisse εἰ καὶ, *etsi*. verum operæ pretium est inquirere, an non textus Græcus alium etiam admittat sensum. ὅτι est Hebræorum כִּי. hoc autem interrogationi non raro inservire fatentur omnes Hebraicè docti. ut Esa 29. 16. כִּי יֹאמַר מַעֲשֶׂה לְעֹשֵׂהוּ, *an dicet opus factori suo?* Ita si ὅτι hoc loco sumatur, interrogativa erit oratio, *Primum ne etiam loquor vobis?* vos me interrogatis quis sim, quasi nunquam antehac id à me edocti essetis. primane etiam vice vos nunc alloquor, ut jam id quærere opus habeatis? Quod si quis neget ὅτι alibi ita usurpari, fatebitur credo, sicut כִּי apud Hebræos, ita ὅτι apud Hellenistas non semper esse causalem particulam, sed interdum significare ὄντως, *revera*, *certè*, *utique*, *equidem*. ut 1 Johan. 3. 20. ὅτι μείζων ἐστὶν ὁ Θεὸς τ̃ καρδίας ἡμῶν, *utique major est Deus corde nostro*. Ita hoc loco, *Primùm ne utique etiam vos alloquor?*

Quod si articulum τὴν emphasin habere dicimus, ad verbum exponere licebat, *hoc ne principio utique etiam loquor vobis?* Id est, An jam primum? Nihil hîc coactum est, nec phrasis, nec verba. modo signum addatur interrogationis. & sensus, ni fallor, convenientissimus. Dedi autem lectionem Arabis ex editione Erpeniana. Romana enim aliter legit, nempe, بدو الذي واتكلم اكم. *Principium qui & loquor vobis.* Sic Græca verterat Vulgatus. & vereor ne in gratiam Vulgati audaces homines, quique passim in hac versione se Arabismi imperitos ostendunt, textum Arabis pro arbitrio interverterint. nam primum الذي واتكلم pro, *qui & loquor*, minus rectè dicitur. Quum enim *&* non copulat, sed, ut hoc loco, pro *etiam* usurpatur, Arabs copulam Vau verbis non præfigunt, sed particulam ايضا. deinde verbum تكلم non construitur cum Lam sive dativo personæ, sed cum accusativo, qui ipsi verbo affigitur. dicendum fuerat اتكلمكم non اتكلم اكم. Æthiopicus vertit קדמאוי ונגרכולמי *antiquus & loquor vobis.* videtur sic distinxisse τὴν ἀρχὴν ὅ, τι, καὶ λαλῶ ὑμῖν. ut sensus sit, quis tu es? ego sum ὅ, τι, τὴν ἀρχὴν ἦν, id quod in principio erat, antiquus ille, de quo cap. I. v. I. & tamen jam loquor vobiscum.

VERS. 26. Ταῦτα λέγω εἰς τὸν κόσμον. Beza, *hæc loquor mundo.* εἰς cum Cl. Camerario accepit pro πρὸς, *ad.* ad mundum, id est, mundo. Syrus, Arabs, Vulg. & Erasmus, *in mundo.* εἰς pro ἐν, ut sæpe.

VERS. 37. Ὁ λόγος ὁ ἐμὸς οὐ χωρεῖ ἐν ὑμῖν. Vulgatus barbarè, *sermo meus non capit in vobis.* Eras. & Beza, *non habet locum in vobis.* χωρεῖ, id est, χώραν ἔχει, inquit Cl. Camerarius. Insusitata plane hæc est phrasis, ut χωρεῖ dicatur intransitivè de re quæ capitur sive continetur. At transitivè de persona aut loco aliud capiente vel capiendo sufficiente crebro usurpatur. Ut Matth. 19. II. οὐ πάντες χωροῦσι τὸν λόγον τοῦτον, *non omnes capiunt sermonem hunc.* sic hoc loco dici poterat, ὑμεῖς οὐ χωρεῖτε τὸν λόγον μου, *vos non capitis sermonem meum.* quod Syrus dixit, ܠܡܠܬܝ ܠܐ ܡܣܦܩܝܢ ܐܢܬܘܢ. Tremel. non rectè, *sermoni meo non acquiescitis.* verte, *sermoni meo non sufficitis*, scilicet capiendo, id est, capaces ejus non estis. sicut Matth. 19. II. ܠܐ ܟܠܢܫ ܡܣܦܩ ܠܗ ܠܡܠܬܐ ܗܕܐ, *non unusquisque sufficit sermoni huic.* Propriè ergo ipse homo dicitur χωρεῖν τὸν λόγον. quid igitur est quod hic λόγος dicitur χωρεῖν?

Intransitivè sumitur hoc verbum pro *ire, abire, tendere, proficisci.* Tale est illud Matth. 15. vers. 17. εἰς τὴν κοιλίαν χωρεῖ, *in ventrem tendit*, vel abit. & 2 Pet. 3. 9. εἰς μετάνοιαν χωρῆσαι, *ad resipiscentiam tendere.* Significat & *ingredi, penetrare.* ut Sapient. 7. 23. Spiritus Sapientiæ dicitur esse διὰ πάντων χωρῶν πνευμάτων, *per omnes penetrans spiritus.* & vers. seq. de ipsa Sapientia dicitur, quod διήκει καὶ χωρεῖ διὰ πάντων διὰ τὴν καθαρότητα, *permeat & penetrat per omnia ob puritatem.* Ita hoc loco, *sermo meus* οὐ χωρεῖ ἐν ὑμῖν, *non penetrat in vobis.* auditis quidem eum, sed non penetrat. habet quidem sermo meus suam καθαρότητα, *puritatem*, quæ debebat χωρεῖν διὰ πάντων, *penetrare per omnia*, sed quia in vobis nimiæ sunt sordes, nimia durities, οὐ χωρεῖ ἐν ὑμῖν, *non penetrat in vobis.*

VERS. 43. Διὰ τί τὴν λαλιὰν τὴν ἐμὴν οὐ γινώσκετε, ὅτι οὐ δύνασθε ἀκούειν τὸν λόγον τὸν ἐμόν; Sic distinguit Beza, adeoque vertit, *Quare locutionem istam meam non agnoscitis? quòd non potestis audire sermonem meum?* Ibi ὅτι, quod αἰτιολογικῶς sumitur. Alii vero notam interrogationis collocant post γινώσκετε, altero autem membro responsum ad interrogationem contineri volunt. Cur vos locutionem meam non cognoscitis? causa est, quia sermonem meum non potestis audire. ὅτι ibi αἰτιολογικῶς sumitur. *Audire* ex Hebraismo est morigero animo amplecti. ut Esa. I. 19. *Si volueritis audire, bonum terræ comedetis.* id vos ob summam animi pervicaciam non potestis. ideo barbarus vobis videor, nec idioma meum intelligitis. Sic distinxerunt Syrus, Vulgatus, Erasmus, Camerarius & alii. Arabs quoque, sed mutata interrogativa oratione in absolutam, *Propterea vos non intelligitis loquelam meam, quia* &c. Hanc distinctionem probo. ut sensu conveniat cum illis c. 7. vers. 17. *Si quis voluerit voluntatem ejus facere, cognoscet de doctrina utrum ex Deo sit.* vos ergo doctrinam meam ex Deo esse non cognoscitis, quia sermonem meum audire (id est, voluntatem Dei, quæ unicum sermonis mei argumentum est, facere) nec vultis nec potestis.

VERS. 44. Ἐν τῇ ἀληθείᾳ οὐχ ἕστηκεν. Vulgatus, Eras. & Beza, *in veritate non stetit.* quod ergo sequitur, ὅτι οὐκ ἔστιν ἀλήθεια ἐν αὐτῷ, non ostendit causam cur in veritate non steterit, sed consequutionem, ex qua rectè colligit Dominus à consequenti, illum à sua origine defecisse. cui simile exemplum occurrit Luc. 7. 47. Quamobrem Cl. Beza verteremaluit, *non est enim veritas in eo*, quam cum Vulgato, *quia non est* &c. Syrus autem exi-

stimavit, ὅτι denotare causam à priori. quare ἕστηκεν vertit, ܩܐܡ, *stat.* non rectè Tremel. *stetit*, nec Boder. *perstitit.* est enim præsens. cujus præterium ܩܡ. Similiter Arabs, لن يثبت quod non verto cum Romanis, *non permansit*, sed *nequaquam permanet.* futurum enim apud Arabes valet præsens. nisi præcedat particula لم, quæ id mutat in præteritum. quod لن non facit. Sensum ergo esse voluerunt, Diabolum semper sui esse similem. Homicidam fuisse à principio. ab eo tempore eum non stare in veritate, quia, ex quo defecit, nulla est in eo veritas. ἕστηκα & ἑστηκώς, etsi præterita sint, sæpe tamen præsentis vicem supplent. ut Matt. 12. 47. & 16. 28. & alibi sæpe. ut & plusquamperfectum εἱστήκειν passim pro imperf. *stabam* venit. Sequitur, καὶ ὁ πατὴρ αὐτοῦ. Syrus, ܐܦ ܐܒܘܗ̇, Tremel. *etiam pater ejus* mendacii. Rectè addidit *mendacii.* quia ambiguum est Latinum *ejus* ob generis communitatem. In Syro nulla ambiguitas. Affixum enim fœminini generis non aliò quam ad ܕܓܠܘܬܐ, *mendacium*, referri potest. de Diabolo dicendum fuisset ܐܒܘܗܝ. nec obstat quod hoc modo ὁ πατὴρ prædicatum fiat, quum articulus ὁ subjectum denotare soleat. Etsi enim id plerumque fiat, non tamen semper. Ut Joan. 1. 4. ἡ ζωὴ ἦν τὸ φῶς. Jac. 3. 6. ἡ γλῶσσα πῦρ, ὁ κόσμος τῆς ἀδικίας. & alibi. Apud Hebræos enim He demonstrativum promiscuè prædicato & subjecto præfigitur. Et ex allato Jacobi loco apparet, nequidem necesse esse, ut ὁ πατὴρ vertatur *ille pater.* quia ὁ sæpe sine ulla emphasi usurpatur. plane ut ה הידיעה apud Hebræos, quod sæpe nihil notificat. Porro αὐτοῦ ad ψεῦδος, quod in superiori membro est, commodè refertur. Sed & quamvis id substantivum in tota oratione non extaret, aptè tamen, ut Cl. Casaubonus doctissimè observavit, ex ipsa voce ψεύστης intelligitur. Id enim, inquit, novum non est. Sic Numer. 23. 24. *Et benedixi, nec revocabo illam*, benedictionem scilicet: quæ vox ex præcedenti voce benedixi facile intelligitur. Sic quoque apud summum vatem, δικάσω, ἰθεῖα γὰρ ἔσται. nimirum ἡ δίκη. Atque hoc loquendi genus ab Eustathio annotatum est, primo in Odysseam commentario. Hactenus ille.

VERS. 45. Ἐγὼ δὲ ὅτι τὴν ἀλήθειαν λέγω, οὐ πιστεύετέ μοι. Trajectionem hîc esse volunt viri doctissimi. pro ὅτι δὲ τὴν ἀλήθειαν ἐγὼ λέγω. Secus judicarunt Syrus & Vulgatus, qui in ordine verborum nihil mutarunt. Laudo. Est enim purus putus Hebraismus & Syriasmus, ubi in initio sententiæ nominativus ponitur absolutè, qui deinde, aliis dictionibus intervenientibus, mutatur per affixum in obliquum. Elegantiæ id est in istis linguis. Hebraicè dicas, וַאֲנִי כִּי הָאֱמֶת אָמַרְתִּי אֵינְכֶם מַאֲמִינִים לִי, quod aliud nihil significat quàm, *mihi autem, quia veritatem dico, non creditis.* Id minus eleganter diceres, וְלִי כִּי הָאֱמֶת אָמַרְתִּי אֵינְכֶם מַאֲמִינִים. Simile habes Ps. 73. 28. וַאֲנִי קִרֲבַת אֱלֹהִים לִי טוֹב, id est, ad verbum, Ἐγὼ δὲ τὸ προσκολλᾶσθαι τῷ Θεῷ ἀγαθόν μοι. quod LXX, Græcismum, non Hebraismum exprimentes, vertunt, Ἐμοὶ δὲ τὸ προσκολλᾶσθαι τῷ Θεῷ ἀγαθόν.

VERS. 53. *Num tu major es patre nostro Abraham, qui mortuus est?* Καὶ οἱ προφῆται ἀπέθανον, *Et Prophetæ mortui sunt.* Syrus & Arabs, *Et Prophetis qui mortui sunt?*

VERS. 58. Πρὶν Ἀβραὰμ γενέσθαι Græcum γενέσθαι, Hebræum היה, Syrum ܗܘܐ, Arabicum كان, ambigua sunt. Significant enim *esse*, & *incipere esse*, id est, fieri. Hîc malim, *antequam Abraham esset.* Vulgatus & Beza, *fieret.* Eras. *nasceretur.* nihil refert.

VERS. 59. Διελθὼν διὰ μέσου αὐτῶν. καὶ παρῆγεν οὕτως. Non legit hæc Vulgatus. de quo vide Erasmum & Bezam. Syrus, Arabs, & Nonnus legerunt. Nec videntur mihi cum præcedentibus malè cohærere. Præcessit, Ἰησοῦς δὲ ἐκρύβη. quomodo id factum? exeundo è templo. additur enim, καὶ ἐξῆλθεν ἐκ τοῦ ἱεροῦ. Significat ergo ἐκρύβη, non quod inter abeundum à nemine conspectus fuerit, sed quod subduxerit se à conspectu eorum qui eum lapidabant. quod rectè dixit Arabs, فتوارى, *& tergum vertit, retrocessit, subduxit se.* quomodo & Job conqueritur c. 19. vs. 8. רָאוּנִי נְעָרִים וְנֶחְבָּאוּ, LXX, ἰδόντες με νεανίσκοι ἐκρύβησαν, *Quum viderent me juvenes, subduxerunt se*, retrocesserunt à me mihique terga verterunt. Sic & Christus abdidit se ab iis qui lapides in eum jaciebant, & exivit è templo, transiens per medium eorum, non qui lapides jaciebant (ab iis enim se subduxit) sed præsentis reliquæ turbæ. atque ita evasit.

CAP. IX.

VERS. 6. ܘܓܒܠ ܛܝܢܐ ܡܢ ܪܘܩܗ. Tremel. *& subegit lutum* factum *ex sputo suo.* nihil opus fuit addere illud *factum.* Boder. *& pinsuit lutum ex sputo suo.* respexerunt significationem nominis ܓܒܝܠܬܐ, quod interdum significat φύραμα, *massam panis quæ subigitur.* at ܓܒܠ potius significat *formare, fingere.* valet Hebræorum יָצַר potius quam לוּשׁ. unde & de figulo dicitur Rom. 9. 20. verto ergo, *& formavit lutum è sputo suo.*

VERS. 7. *Lava in piscina* τȣ̃ Σιλωάμ. Vulgatus, *Siloë.* videtur legisse Σιλωὲ, vel Σιλωὰ. ut Syrus & Arabs, שילוחא. Esa. 8. 6. legitur מֵי הַשִּׁלֹחַ. quod etiam punctari posset הַשֶּׁלַח. sicut Nehem. 3. 15. בְּרֵכַת הַשֶּׁלַח. Quod autem sequitur, ὃ ἑρμηνεύεται ἀπεσταλμένος, Syrus prorsus omisit. quum tamen explicationis gratia dicere potuisset, ܗܘ ܕܡܬܦܫܩ ܫܠܝܚܐ ܡܫܬܠܚܢܐ. Sed Syris id necesse non erat, qui ex ipsa radice facile intelligebant, mittendi significationem ea voce contineri. Rectè ergo conjecit Cl. Beza, id omissum, quia Græcis non scribebat, in quorum procul dubio gratiam Euangelista Syriacam vel Hebræam vocem Græcè interpretari voluit. Arabs vertit, التي تاويلها مبعوثة, versio Rom. *cujus interpretatio est missus.* id مبعوث dicitur. at مبعوثة fœminini generis est, vertendumque *missa.* vel substantivè *missio* passivè sumta. Sæpe enim participia ista in nomina substantiva degenerant. tum idem est quod apud Nehemiam בְּרֵכַת הַשֶּׁלַח, *piscina missionis*, vel missa.

VERS. 8. οἱ οὖν γείτονες. *vicini ergo.* qui scilicet Hebræis שְׁכֵנִים, Syris ܫܒܒܐ, שְׁבָבֵא, Arabibus גיראן جيران dicuntur. Quare Syrus & Arabs non aliis hîc nominibus usi sunt. ut sciamus, intelligi eos qui prope cœci, aut certe parentum ejus ædes habitarent, quibusque adeo à longo tempore notus fuerat. habitasse enim istic loci parentes ejus, ex vers. 18. satis probabiliter colligitur.

VERS. 9. Ἄλλοι δὲ, ὅτι ὅμοιος αὐτῷ ἐστιν. Testatur Cl. Beza, in uno codice legi, οὐχὶ, ἀλλ' ὅμοιος αὐτῷ ἐστιν. Sic Vulgatus, Syrus & Arabs legerunt.

VERS. 11. Ἀνέβλεψα. Erasmus, *visum recepi.* At nunquam antea viderat. erat enim cœcus natus. Vulgatus ergo, *video.* Beza, *vidi.* Impropriè, inquit, pro ἔβλεψα. quum propriè significet deperditum videndi usum rursus obtinere, quod cœco nato non convenit. vide quæ de hac voce observavimus ad Luc. 19. 5. ubi tria ejus significata damus, & pro simplici videndi actione sæpe usurpari ostendimus. Syrus, ܘܐܬܚܙܝ ܠܝ. ubi Tremel. *& visus restitutus est mihi.* Boder. *& visum recepi.* Beza in notis, *& factum est mihi videre.* verto ad verbum, *& visum est mihi*, id est, à me, id est, simpliciter, *& vidi.* hinc eadem phrasi vertitur, καὶ βλέπω, vers. 15. Sicut Matth. 6. 1. ܕܬܬܚܙܘܢ ܠܗܘܢ, *ut videamini illis*, id est, *ab illis*, id est, *ut videant vos.* Frequens ea phrasis est Syris, qualis Matth. 7. 5. ܬܬܚܙܐ ܠܟ, *considerabitur tibi*, id est, *à te*, id est, *considerabis*, διαβλέψεις. & ex vers. 15. apparet, ܚܙܐ, *vidit*, & ܐܬܚܙܝ ܠܗ, *visum est ei.* pro eodem sumi. utrumque pro ἀνέβλεψε. Fateor tamen *videre* hîc esse *videndi facultatem adipisci.* prout versu decimo quinto optimè transtulit Cl. Beza, ex usu linguarum Hebrææ, Syræ & Arabicæ, ubi quæcunque verba esse significant, etiam significant incipere esse. adeoque idem verbum *videre* & *incipere videre.* atque id propriè hîc est ἀνέβλεψα. non *visum recepi*, sed *videre incepi.* atque ita per universum Euangelium, ubi de cœcis agitur, accipi potest.

VERS. 21. Αὐτὸς περὶ αὐτȣ̃ λαλήσει. Vulgat. Erasm. & Beza, *ipse de se loquetur.* Arabs, فهو يتكلم عن نفسه versio Rom. *ipse loquetur à seipso.* non nego quin عن significet à. sed significat etiam *de* & *pro.* quorum alterutrum est hujus loci. Syrus posterius elegit. vertit enim ܡܛܠ ܢܦܫܗ, *pro se ipso.* Videbant nempe parentes, hoc agi à Pharisæis, ut crimen aliquod intentarent. metuentes itaque apologiam filii in se suscipere, totum negocium filio relinquunt. ipse, inquiunt, pro se ipso loquetur. ætatem enim habet, ut ipse se tueri queat. Περὶ sæpe idem quod ὑπὲρ, *pro.* Ut προσευχόμενοι περὶ ἡμῶν, Col. 4. 3. Τὸ περὶ πολλῶν ἐκχυνόμενον, Matth. 26. 28. Ἐγὼ περὶ αὐτῶν ἐρωτῶ, Joan. 17. 9.

VERS. 27. Εἶπον ὑμῖν ἤδη, καὶ οὐκ ἠκούσατε. Vulgatus non legit οὐκ. Syrus & Arabs legerunt.

runt. Contradictoria sunt, *audistis*, & *non audistis*. Utrumque tamen diverso respectu verum. Audiverant auribus corporis. non audiverant auribus animi. Audire enim sæpe est animo amplecti. ut diximus supra 8. 43. Est & *auscultare*, *attendere*. quod huic loco bene quadrat. *Iam dixi vobis*, & *non attendistis*. τί πάλιν θέλετε ἀκούειν; Syrus & Arabs non legerunt πάλιν. Sic sensus esset, quum primum narravi vobis, non attendistis. Inde colligo noluisse vos audire. cur jam vultis audire?

Vers. 28. Σὺ εἶ μαθητὴς αὐτοῦ. Vulgatus & Erasmus εἶ pro Imperativo habent. Syrus, Arabs & Beza pro Indicativo. quod laudo. quum enim conviciati ei dicantur, in hoc convicium fuit, quod jam defecisse eum à Mose dicant, & hujus discipulum factum. Id autem colligebant tum ex beneficio ipsi à Christo collato, tum quod supra vers. 17. professus esset, Christum prophetam esse. Sensus ergo est, Nosne discipuli ejus fieremus? hoc apostatarum est, in quorum numero te censemus. nos Mosis discipuli sumus, primi doctoris.

Vers. 33. *Nisi hic esset à Deo, non posset facere* οὐδὲν *quicquam*. Consentiunt Vulgat. & Arabs. At Syrus, ܗܳܕܶܐ, *hoc*.

Vers. 38. Προσεκύνησεν αὐτῷ, *adoravit eum*. Vulgatus, *Procidens adoravit eum*. Sic & Syrus, ܘܰܢܦܰܠ ܣܓܶܕ ܠܶܗ, & *cecidit adoravit eum*. videntur ritum adorationis exprimere voluisse. concidebant enim adorantes, sic ut fronte terram contingerent. quod נפל על פנים ארצה, *cadere in faciem ad terram* in Scriptura dicitur. & una voce השתחוה Hebræis, Syris autem & Arabibus סגד dicitur. Erat autem honos iste non religiosus tantum, sed & politicus. ut ex Ruth. 2. 10. & 1 Sam. 20. 41. & aliunde apparet. Abrogavit id in lege sua Mahomed, qui jussit ut السجود, id est, honos iste, de quo nunc agimus, soli Deo tribueretur.

Vers. 39. Εἰς κρίμα ἐγὼ εἰς τὸν κόσμον τοῦτον ἦλθον. videtur Syrus legisse, εἰς κρίμα ἐγὼ τοῦ κόσμου τούτου ἦλθον. vertit enim, *ad judicium mundi hujus veni*. Et Arabs, *venit ut judicarem hunc mundum*.

Cap. X.

Vers. 6. Ταύτην τὴν παροιμίαν. Vulg. & Eras. *Hoc proverbium*. Beza, *hanc similitudinem*, rectè observat esse Hebræorum משל unde & Arabs vertit, هذا مثل. In Hebræa enim & Arabica lingua significat similitudinem, parabolam, proverbium, quodvis acutum & elegans dictum. Syrus vertit, ܡܰܬܠܳܐ. eadem scilicet dictione, qua παραβολὴν passim vertere solet. Derivatur ab Hebræo פלא, *admirandum esse & difficile, latere*. Inde פלאתא oratio admiranda & difficilis, ubi acumen latet, & per similitudinem aliud intelligitur, quod non adeo facile eruitur. Unde Joh. 16. 29. λαλεῖν παρρησίᾳ, καὶ παροιμίαν λέγειν opponuntur. Sequitur, ἐκεῖνοι δὲ οὐκ ἔγνωσαν τίνα ἦν ἃ ἐλάλει αὐτοῖς. Vulg. Syr. & Arabs, videntur legisse τί ἐλάλει. nihil refert.

Vers. 8. Πάντες ὅσοι πρὸ ἐμοῦ ἦλθον &c. Notat Cl. Beza, πρὸ ἐμοῦ deesse in Latina Vulgata & apud Syrum interpretem, & in septem exemplaribus. Addo igitur, neque interpretationes istas, neque ullum istorum exemplarium secutum esse Arabem. habet enim قبلي, *ante me*.

Vers. 10. *Ego veni ut vitam habeant*, καὶ περισσὸν ἔχωσιν. Vulgatus, Erasm. & Arabs, & *abundantius habeant*. id est, περισσότερον. Syrus, ܘܡܶܕܶܡ ܕܝܰܬܺܝܪ ܢܶܗܘܶܐ ܠܗܽܘܢ, & *aliquid abundantius habeant*. id est, περισσότερόν τι. At neque τί est in textu, neque περισσότερον Sed simpliciter περισσόν, quod nos adverbialiter sumimus, pro κατὰ περισσόν, *secundum abundantiam*, *abundanter*. Ut sensus sit, Fur venit ut furetur mactet & perdat. Ego, ut vitam habeant oves. nec tantum habeant, sed abundanter habeant. Frustra itaque videtur se hîc fatigasse Chrysostomus, quum quærit, καὶ τί ζωῆς περισσότερον; εἰπέ μοι. ac respondet, βασιλεία οὐρανῶν. quasi sensus sit, veni ut non tantum hîc vivant, sed, quod majus longè est, regno cœlorum aliquando fruantur. non existimamus, comparationem hic institui inter vitam, & aliud quid eâ excellentius, sed abundantem promitti vitam. περισσὸν idem quod περισσῶς. sicut κομψότερον ἔσχε, Joan. 4. 52. pro κομψοτέρως.

Vers. 16. Καὶ γενήσεται μία ποίμνη, εἷς ποιμήν. Vulgatus, Syrus & Beza addiderunt copulam, & *unus pastor*. Laudo Erasmum, qui relicta oratione ἀσυνδέτῳ, vertit, & *fiet unum ovile*, *unus pastor*. Miram habet elegantiam absentia copulæ. proverbium enim imitatur hæc sententia, *unus Grex*, *unus Pastor*. Sensus est, uni pastori unus debetur grex. Sicut ergo ego unicus sum pastor, ita & quos deinceps cogam, etsi alterius sint ovilis, in unum tamen cogentur gregem, ut unius pastoris unum sit ovile. quod rectè expressit Arabs, وتكون الرعية واحدة

وٱلخرفة لراع واحد, *& erit grex unus pastori uni.*

Vers. 18. *Depono eam* ἀπ' ἐμαυτοῦ. Syrus & Arabs, *per voluntatem meam.* Deinde, *Hoc mandatum accepi* &c. Syrus & Arabs, *quia hoc mandatum accepi* &c.

Vers. 24. Ἕως πότε τὴν ψυχὴν ἡμῶν αἴρεις; Eras. & Beza, *quousque animam nostram suspendis?* Camerarius, *peculiari phrasi hoc dictum, hac, ut opinor, sententia: Quamdiu suspensum tenes animum nostrum?* Vulgatus, quia peculiarem phrasin agnoscebat, ad verbum transferre voluit, *quousque animam nostram tollis?* Syrus, ܢܵܣܹܒ ܐܢܬ, *capis.* Videndum an peculiarem hanc phrasin ex Hebraismo eruere possimus. Nemo, opinor, diffitebitur, quin גנב & αἴρειν sint synonyma. nam & LXX. interpretes id non tantum per κλέπτειν, *furari*, sed & per ὑφαιρεῖν, *tollere, auferre* vertunt. Qui furatur, aufert. nec diffitebitur לב non minus rectè per ψυχὴν quam per καρδίαν verti. sic enim solent iidem interpretes. Est ergo αἴρειν ψυχὴν, גנב לב, *furari* vel *auferre cor* sive *animam alicujus.* quod de eo dicitur, qui clam alio agit, eumque res suas celat. ut Gen. 31. vers. 20. וַיִּגְנֹב יַעֲקֹב אֶת לֵב לָבָן, *& furatus est Jacob cor Labanis.* & vers. 26. מֶה עָשִׂיתָ וַתִּגְנֹב אֶת-לְבָבִי, *quid fecisti, quod furatus sis cor meum?* id est, quod clam aufugeris, mihique non indicaveris. ut vers. 27. explicatur. Onkelus vertit כסי מן לבן, *obtexit à Labane.* ut & LXX, ἔκρυψε Λάβαν, *celavit Labanem.* R. David in lib. Rad. & R. Salomoh in Commentar. ajunt לבבו esse דעתו, *scientiam ejus.* Sic Aben Esra, לא גנב יעקב כי אם דעתו כי עיקר הדעת בלב, *non furatus est Jacob nisi scientiam ejus. nam fundamentum scientiæ in corde.* Auferre vero scientiam alicujus, est sciendi occasionem illi eripere, dum ita te geris, ut quid agas dicasve, scientia sua & corde assequi nequeat. Fugam Jacob ita clam adornaverat, ut sciendæ ejus rationem Labani non reliquisset. quamobrem dicitur furatus ipsius cor, id est, scientiam. Ita & hoc loco queruntur Judæi, Christum animam suam auferre & quasi furto capere. prætexebant enim Christum hactenus non παῤῥησίᾳ, *palam & partè*, de seipso locutum esse, sed ita tectè, ut quid de ipso statuendum esset ignorarent, istaque scientia ipsis quasi eriperetur & auferretur. Ἕως πότε ergo inquiunt, עַד מָתַי תִּגְנֹב אֶת-לִבֵּנוּ. τὴν ψυχὴν ἡμῶν αἴρεις; εἰ σὺ εἶ ὁ Χριστὸς, εἰπὲ ἡμῖν παῤῥησίᾳ. vides αἴρειν ψυχὴν & εἰπεῖν παῤῥησίᾳ opponi. Est ergo, non apertè dicere, quod alius scire cupiat, sed scientiam ejus celare & dissimulare. Nolo id cuiquam persuadere. Non tamen adeo ineptum judicavi, quin id doctis expendendum dare auderem. Arabs vertit, حتي متي تعذب نفوسنا, *usque quando affligis animas nostras?*

Vers. 30. Ἐγὼ καὶ ὁ Πατὴρ ἕν ἐσμεν. Syrus, ܐܢܐ ܘܐܒܝ ܚܕ ܚܢܢ. Tremel. & Boder. *Ego & Pater unum sumus.* Fuit quum existimarem, vertendum esse *unus sumus.* quia dixit mascul. genere ܚܕ non ܚܕܐ. Sed mutavi sententiam, postquam vidi Joan. 17. 21, 22, 23. non tantum filium & Patrem, sed & fideles dici ܚܕ, *unum.*

Vers. 35. *Si illos dixit Deos*, πρὸς οὓς ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ ἐγένετο. Vulg. Eras. & Beza, *ad quos sermo Dei factus est.* Sic ut ratio ibi occultetur, cur Dii vocentur, quia nempe à Deo imperandi munus ipsis sit demandatum. Ita Syrus accepit, qui vertit, ܐܢ ܠܗܘܢ ܐܡܪ ܐܠܗܐ ܐܠܗܐ ܡܛܠ ܕܠܘܬܗܘܢ ܗܘܬ ܡܠܬܗ ܕܐܠܗܐ, *si eos dixit Deos, propterea quod ad eos factus est sermo Dei* &c. Magis arridet maximi viri D. Heinsii sententia, qui πρὸς pro κατὰ, *contra, adversus* accipiens vertit, *adversus quos sermo Dei factus est.* Id est, qui in Psalmo 82. ex quo locus petitur, graviter à Deo increpantur. Non est tamen silentio prætereundum, ambiguitatem latere apud Syrum: quippe qui verti etiam possit, *propterea quod apud eos fuit verbum Dei.* Nam sicut πρὸς regens accusativum sæpe valet *apud* Græcis, ita ܠܘܬ Syris. Arabs certè ita accipiendus, cujus verba sunt, لان كلمة الله كانت عندهم, *quia verbum Dei fuit apud eos.* non dicit اليهم, *ad eos.* sed عندهم, *apud eos.* Sensus est magistratus dici Deos, non quod naturam Dei apud se habeant, sed eo tantum nomine, quod verbum, id est, mandatum Dei penes se habeant, quipe cujus jussu & imperio imperent. Si ergo, inquit, eos Deos dixit, apud quos solummodo verbum ac mandatum Dei fuit, mene dicitis blasphemare, quod me Filium Dei dixerim? apud quem non tantum verbum & mandatum Dei est, sed quem etiam Pater tanquam unigenitum suum filium ad salutem mundo conciliandam sanctificavit, & de cœlo in mundum misit. Quod si quis primæ interpretationi

tationi, quæ πρὸς pro *ad* accipiebat, inhærere velit, dispiciat, an non, *ad quos verbum Dei factum est*, descriptio sit ministrorum, qui quantacunque sint authoritate præditi, non sint tamen αὐθέντῃ, sed infra Dei verbum, quod ad eos fit, ut ipsis imperet & jura præscribat. Tale illud est, quod Jud 3. vers. 20. Ehud dicebat Egloni Moabitarum Regi. דְּבַר אֱלֹהִים לִי אֵלֶיךָ, *verbum Dei mihi est ad te.* Quo audito, Rex, αὐθεντίαν verbi Dei reveritus, protinus surrexit. Aliter se res in Christo habet. Ad eum verbum Dei non est, tanquam ad ministrum, factum, sed ab eo tanquam à Domino profectum. Quum enim essentialis sit Dei λόγος, non est infra λόγον προφορικὸν, sed ejus potius Dominus & author. Ostendit id Pater, quum unicum hunc sanctificavit, id est, ab aliis omnibus segregavit, & muneri mediatorio destinatum, è cœlo in mundum misit, ut tanquam cœli Dominus salutem mundo daret. Sensus ergo est, si scriptura Deos dixit, ad quos verbum Dei, tanquam ad ministros, factum est, qui imperanti verbo aures præbere & corda subjicere debuerunt, mihine blasphemiæ crimen impingitis, quod me filium Dei dixerim, quem Pater tam præclaro operi sanctificavit, quod non nisi à cœli Domino peragi potest, ideoque me è cœlo in mundum misit, ut mundi Servator apparerem? Hinc se & Deum & cœli Dominum una cum patre esse demonstrare pergit vers. sequ. quia opera Patris faciat.

VERS. 38. *Patrem in me esse, & me* ἐν αὐτῷ *in eo.* Unum Bezæ exemplar habebat ἐν τῷ πατρὶ *in patre.* Sic Vulgatus, Syrus & Arabs legerunt.

CAP. XI.

VERS. I. Ἦν δέ τις ἀσθενῶν Λάζαρος ἀπὸ Βηθανίας, ἐκ τῆς κώμης Μαρίας καὶ Μάρθας τῆς ἀδελφῆς αὐτῆς. Consentiunt in hac lectione Vulgatus & Arabs. nec quisquam annotavit, variare hîc Græca ulla exemplaria. Solus Syrus variat, qui legit, ܐܝܬ ܗܘܐ ܕܝܢ ܚܕ ܕܟܪܝܗ ܗܘܐ: ܠܥܙܪ ܡܢ ܒܝܬ ܥܢܝܐ ܩܪܝܬܐ. ܐܚܘܗܝܢ ܕܡܪܝܡ ܘܕܡܪܬܐ. *Erat autem quidam æger, Lazarus è Bethania vico, frater Mariæ & Marthæ.* Deinde addit vers. 2. ܡܪܝܡ ܕܝܢ ܗܕܐ ܐܝܬܝܗ, *Maria vero hæc est,* &c. Commoda quidem ea lectio est. Sed non video tamen, cur à vulgata, & tanto consensu comprobata lectione abeundum sit. Neque enim ex ea sequitur, Bethaniam non fuisse istum vicum Mariæ & Marthæ, qui hîc memoratur, quod C. Beza voluit. contra, eundem fuisse locum ex toto contextu apparet. nec quicquam reclamare particulam ἐκ quivis videt. Ut nec absurdum videtur, eximiæ id pietati sororum Lazari Mariæ & Marthæ dari, quod ab ipsis Bethania vicus Mariæ & Marthæ nominetur, Lazarusque eo nomine commendetur, quod piissimarum matronarum frater ex eodem loco cum ipsis esset oriundus.

VERS. 17. Ἐλθὼν οὖν ὁ Ἰησοῦς. videntur quædam exemplaria addidisse εἰς Βηθανίαν. Syrus enim, Arabs & Nonnus hæc legerunt. aut certè ipsi addiderunt, ad explicandum quò venerit, nempe Bethaniam. quia versu seq. additur. *Erat autem Bethania prope Hierosolymam &c.* At quomodo hoc versu dici potest venisse Bethaniam, quum infra vers. 30. dicatur nondum eò venisse? Respondeo, sicut hîc dicitur invenisse Lazarum quatuor jam dies in monumento agentem, quum infra demum vers. 38. & 39. ex Martha id intelligat, & ad sepulchrum ab ea deducatur. Dicemus ergo, versu 17. breviter & summatim narrari, quæ deinde altius repetuntur, insertis iis, quæ ante adventum ejus ad sepulchrum & Bethaniam contigerunt. Fateor tamen, rectius hîc εἰς Βηθανίαν omitti. Neque enim satis commodè jungi videntur, *venit in Bethaniam, & invenit Lazarum jam quatriduo* &c. Id enim non in vico, sed extra eum ad ipsum monimentum deprehendit, quod, pro more Orientalium, extra vicum fuisse ex vers. 31 apparet.

VERS. 19. *Iudæorum multi venerunt ad Martham & Mariam,* ܕܢܡܠܠܘܢ ܒܠܒܗܝܢ, Tremel. & Boder. in Paris. *ut loquerentur cum corde earum.* & 1 Thess. 2. 11. *nos expetebamus,* ܘܡܡܠܠܝܢ ܗܘܝܢ ܒܠܒܟܘܢ, Tremel. *& loquebamur super cor vestrum.* in quibus duobus locis Lexicographi nostri docent, verbum ܡܠܠ idem valere quod ܡܠܠ, *loqui, dicere.* sic Scindlerus. sic quoque Trostius. addo Phil. 2. 1. Εἴ τι παραμύθιον ἀγάπης, Syriacè, ܐܢ ܡܡܠܠܐ ܒܠܒܐ ܒܚܘܒܐ, quod Tremellius vertit, *si est locutio super cor in charitate.* Alius quidem do-

 ctiss.

ctiss. Lexicographus, ܡܡܠܠܐ ܕܒܠܒܐ, *locutio in corde*, id est, consolatio. An id recte, dubitandum jure censeo. quum ܡܠܐ ut & apud Hebræos מָלֵא, *implere* significet. nec aliis fortasse locis probari posset, unquam pro *loqui* sumi. Ad hæc loca quod attinet, fateor apud Orientales *loqui ad cor* usitatum esse pro blandiri & consolari, sed eo sensu non solent dicere בְּלֵב, *in corde*, sed עַל לֵב, *juxta cor.* ut Judic. 19. 3. וַיֵּלֶךְ אַחֲרֶיהָ לְדַבֵּר עַל לִבָּהּ. ubi Jonathan לְמַלֵּל עַל לִבָּהּ, non לְמַמְלֵי בְלִבָּהּ. nec congruum videtur, ut *loqui in corde*, vel sicut Tremel. *super cor*, aut *cum corde* dicatur pro *consolari*. Actor. 5. 3. eadem omnino occurrit phrasis, ubi Petrus ad Ananiam, ܚܢܢܝܐ ܠܡܢܐ ܡܠܐ ܣܛܢܐ ܒܠܒܟ. quæ sane nemo verret, *quid est quod sic locutus sit Satanas in corde tuo*, vel *super cor tuum*, vel *cum corde tuo?* sed quod in Græco est, Ἐπλήρωσεν ὁ Σατανᾶς τὴν καρδίαν σου, Syrus vertit, τί ἐπλήρωσεν ἐν τῇ καρδίᾳ σου. Existimo itaque in omnibus istis locis, ܡܠܐ genuina sua significatione sumi pro *implere*, aut *replere*. & *implere in corde*, phrasin esse Syriacam, pro animum alicujus erigere, quod fit, quando in corde spiritibus quasi vacuo, plenitudo novorum gignitur spirituum. idque in bonam partem sumptum idem esse quod *consolari*, ut Joan. 11. 19. Phil. 2. 1. 1 Thess. 2. 11. quod alias una voce dicunt ܠܒܒ, *cor addere*. 1 Thess. 5. 14. In malam vero, idem quod *audacem reddere*. ut Actor. 5. 3. nam & in audaciæ præsumpsione repletur cor spiritibus. quò pertinet phrasis, quâ Rex Assuerus utitur Est. 7. vers. 5. מִי הוּא זֶה אֲשֶׁר מְלָאוֹ לִבּוֹ לַעֲשׂוֹת כֵּן, *quis est ille, quem implevit cor ejus, ut faceret sic?* vel (si dicamus מְלָאוֹ habere affixum nominis sequentis per pleonasmum, more Chaldæorum & Syrorum) *quis ille est qui implevit cor suum, ut* &c. Sensus est, quis tantos spiritus sumpsit, & tam audax evasit, ut? &c. qui locus verus commentarius est in illa verba Petri, τί ὁ Σατανᾶς ἐπλήρωσε τὴν καρδίαν σου. Boder. in Reg. non male vertit locum Johannis, *ut lenirent corda earum*. Ferrarius, ܡܠܐ ܒܠܒܐ, *leniit, demulsit, consolatus est*. Lex. Syr. Ar. ܡܠܐ ܒܠܒܗ, يقويه يطيب نفسه, *consolatur eum, bonam reddit animam ejus*. Sed ut ex allato Act. 5. loco liquet, latius patet. significat corroborare animum, sive spiritu consolationis, sive spiritu audaciæ & præsumtionis.

Vers. 24. Ἐν τῇ ἀναστάσει. Syrus vertit, ܒܢܘܚܡܐ. Tremel. & Boder. *in consolatione*. similiter vers. sequente. Unde conjicit Cl. Beza, Syrum legisse ἐν τῇ παρακλήσει. eamque lectionem suspectam sibi esse ait, quod in his libris ubique vertit alia voce τὴν ἀνάστασιν, nempe per ܩܝܡܬܐ. At nulla hîc suspicionis causa. Etsi enim apud Hebræos נחם, unde procul dubio Syriacum נוחמא derivatum est, significet *consolari*, apud Syros tamen ea radix, ni fallor, ignoratur. *consolari* ipsis ܒܝܐ dicitur. *consolatio*, ܒܘܝܐܐ. at ܢܘܚܡܐ tantum est ἀνάστασις, *resurrectio*. non aliam ejus significationem dat Ferrarius. nec Lex. Syro-Arab. ubi sex nominibus Arabicis id explicatur, sed quæ omnia *resurrectionem, suscitationem*, aut *vivificationem* denotant. sunt autem hæc البعث والانبعاث والنشور والنشر والانتشار والانتعاش.

Vers. 31. *Secuti sunt eam, dicentes, vadit ad sepulchrum* &c. Dicentes, nempe intra se, id est, cogitantes, putantes. Unde Syrus, ܣܒܪܝܢ ܗܘܘ ܓܝܪ, *putabant enim*.

Vers. 33. Ἐνεβριμήσατο τῷ πνεύματι. Vulg. Eras. & Beza, *infremuit Spiritu*. rectè. Et hanc quidem primam, propriamque hujus verbi significationem esse puto. Inde secundariam fluere, quæ est *increpare & acriter minitari*, sequente scilicet dativo personæ. quasi dicas, fremere & commoveri in aliquem. Derivari videtur à βρέμω, *fremo*, & eam animi commotionem significare, quæ est in ira cum fremitu & horrore. Certè Thren 2. 6. pro זַעַם־אַף, *commotio iræ*, dixerunt LXX ἐμβριμήματι ὀργῆς. nec aliud videtur illud Xenoph. Pæd. 4. Ἐνταῦθα δὴ ἐνεβριμοῦτο τῷ τε Κύρῳ καὶ τοῖς Μήδοις, quam, ut vertit Budæus, *excandescebat, fremebat ira in Cyrum*. Syrus vertit, ܐܬܥܙܙ ܒܪܘܚܗ, quod bene Tremel. *vehementer commotus est in spiritu suo*. non simplicem commotionem, sed fortem & vehementem significat. ab Hebræo עזז, *fortem esse*. sicut & à βρίμη *robur, fortitudo* (ut explicatur à Stephano) fit ἐμβριμᾶσθαι, *fortiter commoveri*.

Vers. 38 Ἦν δὲ σπήλαιον, καὶ λίθος ἐπέκει-

τὸ ἐπ' αὐτῷ. Vulg. *Erat autem spelunca, & lapis superimpositus erat ei.* non rectè. neque enim erat qualia nostra sepulchra, quibus, sic excavatis ut sursum pateant, cippus superimponitur. Sepulchra Judæorum speluncæ erant, ante se fossam habentes, in quam primum descendebatur, deinde per ostium in antrum speluncæ intrabatur. Ante illud ostium ponebatur lapis, vel ipsi ostio imponebatur. Ideo Eras. & Beza, *& lapis erat ei impositus.* Id laudarem, si ostii mentio fuisset facta. Sed quia tantum facta est speluncæ, non videtur satis aptè dici, lapidem impositum fuisse ipsi speluncæ. Malim ergo, *& lapis appositus erat ad eam.* quod Syrus optimè dixit, ܘܟܐܦܐ ܣܝܡܐ ܗܘܬ ܥܠ ܬܪܥܗ, *& lapis positus erat ad ostium ejus.*

Vers. 41. Ἦραν οὖν τὸ λίθον οὗ ἦν ὁ τεθνηκὼς κείμενος. Consentit Arabs in hac lectione. verum Syrus & Vulgatus non legerunt οὗ ἦν ὁ τεθνηκὼς κείμενος.

Vers. 55. *Et ascenderunt multi Hierosolymam* ἐκ τῆς χώρας. Vulg. *de regione.* Eras. *è regione.* Beza, *ex illa regione.* Syrus, ܡܢ ܩܘܪܝܐ, *ex agris* vel *ex pagis.* χώρα enim urbibus sæpe opponitur, & agros sive rus denotat. ut Luc 12, 16. & 21. 21 Johan. 4. 35.

Cap XII.

Vers. 1. Πρὸ ἓξ ἡμερῶν τοῦ πάσχα. Vulgatus, Eras. & Syrus ad verbum verterunt, *Ante sex dies Paschæ.* Beza autem, *sex ante pascha diebus*, per trajectionem particulæ πρὸ, ac si scriptum esset, ἓξ ἡμέρας πρὸ τοῦ πάσχα. Improbat enim Vulgati versionem, quod festum pascha non esset sex, sed septem dierum. Accepit ergo Vulgatum, ac si mens ejus esset, *ante pascha quod sex diebus constat.* Nec aliter mentem Vulgati accepit Clarissim. Drusius in Præteritis, ubi sententiam Bezæ rejiciens, Vulgatum his verbis tuetur. *Sex, inquit, ante pascha diebus*, coactum videtur. Pascha septem dies habuit, & sex. Septem incluso termino, sex excluso eodem. Sic hebdomada Josepho dierum octo fuit, incluso videlicet utroque termino. nam etiam parte aliqua diei octavi cessabant ab opere. quod vocabant תוספת השבת additamentum Sabbathi. Hæc ille. Ubi laudo, quod coactam dicat versionem Bezæ. tum ob trajectionem præpositionis πρὸ tum ob mutationem constructionis ἓξ ἡμερῶν in ἓξ ἡμέρας. Verum quod festum paschatis, quod ex lege divina erat dierum septem, velit dici etiam posse sex, non probo. nec quicquam simile habet, quod de septimana profert. neque enim septimus paschatis dies terminus erat festi, sicut octavus dies terminus septimanæ. hic enim ex Judæorum superstitione septimanæ additus rescindi poterat absque septimanæ detrimento, quippe cujus pars nequaquam esset. at septimus paschatis pars erat festi, nec omitti poterat sine ejus detrimento. comparatio ergo instituenda erat inter septimum paschatis, & septimum hebdomadis. ibi terminus utrobique se eodem modo habet. Jam quæro, an septimana dici possit dierum septem, & sex. septem incluso termino, sex excluso eodem. quod neminem admissurum scio. Ut ergo meam quoq; sententiam aperiam, ad verbum vertendum censeo, *ante sex dies paschatis.* vel *ante sextum diem*, posito cardinali numero pro ordinali. ut μία σαββάτων, pro πρώτη, quo nihil usitatius. Paschatis autem, non præsentis vel inchoati, sed futuri. quod ex sequenti historia, ubi Christus, celebrato paschali convivio, ipso paschatis die crucifixus narratur, adeo erat clarum, primo ut hic addi non esset opus. Sensus erit, quum adhuc plus quam sex dies ad pascha restarent. nam quum sex dies futuri paschatis, sint sex dies ad pascha, ante istos sex dies declarat tempus quod proximè antecessit. Sic Arabs, قبل ستة ايام من الفصح, *Ante sex dies* (vel sextum diem) *à paschate.* Id est, antequam sextus à futuro paschate dies venisset. Liberum hic sit judicium. nihil enim definimus, sed disquirimus. Porro quod additur, ὅπου ἦν Λάζαρος ὁ τεθνηκὼς, monemus solum Syrum non legisse ὁ τεθνηκὼς.

Vers. 3. Λίτραν, *libram.* Solus Syrus habet, ܠܝܛܪܐ quo nomine τὸ ἀλάβαστρον vertit apud reliquos Euangelistas. Fortassis unumquodque alabastrum sive vasculum unguentarium libram continebat.

Vers. 4. Ἰούδας Σίμωνος ὁ Ἰσκαριώτης. Syrus & Vulgatus non legerunt Σίμωνος. Arabs legit.

Vers. 13. Ἔλαβον τὰ βαΐα τῶν φοινίκων. Non possum non addere verba magni Casauboni in hunc locum. *Fuit*, inquit, *hic mos gentium Orientis, ut in hujusmodi pompis, palmæ ramos manibus gestarent: propriè* αἰσάκους *nuncupabant. Annotatum est hoc à Doctiss. Grammatico Hesychio, in cujus Glossis ita scribitur,* Αἴσακος, ὁ τῆς δάφνης κλάδος, ὃν κατέχοντες ὕμνουν τοὺς θεούς. *Est autem ea vox Syrorum, non Græ-*

corum. Hæc ille. Syrus hoc loco τὰ βαΐα, vertit, ܣܘܟܐ, סוּכָא, *ramos.* à qua voce nisi αἴσακ(ος) derivetur, nescio quomodo vox Syra sit. ut à סוּכָא fiat σάκ(ος), quæ parum differunt, deinde addito, αἰ, αἴσακ(ος). At Syrorum סוכא, non hujus aut illius arboris ramum, sed quemvis generatim significat. Palmarum rami speciali voce ܣܘܦܐ dicuntur, si Ferrario credimus. Hesychius autem αἴσακον, non τ̃ φοίνικ(ος), *palmæ*, sed τῆς δάφνης, *lauri* ramum esse dicit. Apollini ea sacra erat. An autem ejus ramis aliis etiam Diis sacra fieri solerent, inquirendum. Hebræi sane, quum festo Tabernaculorum sacra sua facerent,& illum suum fasciculum, quem הושענא & לולב vocabant, circumferrent, atque eadem, quæ hîc Christo, ex Psal. 118. acclamarent, non alios adhibebant ramos, quam ex תמרים *palmis*, עצי עבות, *arboribus densis*, id est, ut habet Chaldæus, הדסין, *myrtis*, & ערבים, *salicibus.* Laurorum nullus hîc usus. itaque nec αἰσάκων. si modo rectè eos Hesychius descripsit.

VERS. 16. *Hæc autem non cognoverunt discipuli ejus* τὸ πρῶτον *primùm.* Syrus, ܗܘܐ ܒܗ ܒܙܒܢܐ *eo tempore.* Erat enim id tempus primum.

VERS. 19. Θεωρεῖτε ὅτι οὐκ ὠφελεῖτε οὐδέν; *videtis vos nihil proficere?* Sic quoque Syrus & Arabs. At Vulgatus, *quia nihil proficimus.* id est, ὠφελοῦμεν. De qua variante lectione miror Erasmum & Bezam nihil observasse. Duarum editionum Bezæ, quas habeo, altera in octavo legit *vos*, altera in Fol. *nos.* & hoc quidem, vitio, ut arbitror, typographi.

VERS. 20. Ἦσαν δέ τινες Ἕλληνες. Syrus, ܚܢܦܐ, *Gentiles.* ut vertit Vulgatus, qui nempe ex Gentilibus proselyti erant facti. Alii intelligunt Judæos Græcanicos. vide supra c. 7. 35.

VERS. 32. Κἀγὼ ἐὰν ὑψωθῶ ἐκ τῆς γῆς. Vulg. & Eras. *Et ego si exaltatus fuero à terra.* Beza, *sublatus fuero.* Syrus, ܐܬܬܪܝܡ, *exaltatus fuero*, vel *sublatus fuero.* utrumque enim significat ܐܬܬܪܝܡ, *efferri*, Rom. 11. 20. *Auferri* Luc. 5. 35. cujus causam damus Gramm. nostræ p. 304. Est & apud Hebræos הָרִים non tantum *exaltare*, sed & *tollere*, *auferre.* ut Lev. 6. 10. Ezech. 21. 26. Esa. 57. 14. non dubito tamen, quin ἐὰν ὑψωθῶ vertendum hîc sit, *si exaltatus fuero.* nam *sublatus fuero* mortem quidem denotat, at non mortis genus. alterum vero etiam qua morte moriturus esset, nempe crucifixione, qua reus à terra sursum elevabatur, ut vers. sequenti explicatur. Atque hinc sponte nascebatur Judæis objiciendi occasio, Quomodo tu dicis, oportere filium hominis exaltari, id est, crucifigi, quum ex lege audiverimus, Christum manere in æternum?

VERS. 40. Τετύφλωκεν αὐτῶν τοὺς ὀφθαλμοὺς, καὶ πεπώρωκεν αὐτῶν τὴν καρδίαν. *Excæcavit eorum oculos, & obduravit corda eorum.* Syrus, *Excæcarunt oculos suos, obtenebrarunt corda sua.* Sic & Arabs, nisi quod pro *obtenebrarunt* dixerit *obdurarunt.* Id Græcè est, τετυφλώκασι αὐτῶν τοὺς ὀφθαλμοὺς, καὶ πεπωρώκασι αὐτῶν τὴν καρδίαν. At nullis hæc lectio nititur Græcis exemplaribus, cum quibus & Vulgatus convenit. Quod autem Vulgato Cl. Beza tribuat, quod πεπώρωκεν verterit *excæcavit*, Erasmo tribuendum erat. qui cum apud Vulgatum inveniret, *& induravit cor eorum*, interpretem ait, videri legisse ἐσκλήρωκεν. Græci autem contextus sensum esse, *& excæcavit cor eorum.* nec tamen in versione sua id expressit, sed Vulgatum secutus est.

VERS. 47. *Et si quis audierit mea verba,* καὶ μὴ πιστεύσῃ *& non crediderit.* Non notatur hîc ulla Græcorum exemplarium discrepantia ab Erasmo, Camerario aut Beza. nec dissentit Arabs. Vulgatus tamen habet, *& non custodierit.* ut & Syrus, ܘܠܐ ܢܛܪ ܠܗܝܢ *& non custodit ea.* videntur legisse, καὶ μὴ τηρήσῃ.

CAP. XIII.

VERS. 2. Καὶ δείπνου γενομένου. Vulg. & Eras. *& cœnâ factâ.* ambiguum est. Beza, *& cœna peractâ.* sicut & illa Syri, ܘܟܕ ܗܘܐ ܚܫܡܝܬܐ. Tremel. vertit, *& cum peracta esset cœna.* ܗܘܐ non significat *peragi.* itaque malim simpliciter, *& cum esset cœna.* sicut Matth. 8. 16. ὀψίας δὲ γενομένης, Syrus, ܟܕ ܗܘܐ ܕܝܢ ܪܡܫܐ, *& quum esset vespera.* Sæpe enim γινόμεν(ος) de præsenti dicitur. ut Matth. 26. 6. Τοῦ δὲ Ἰησοῦ γενομένου ἐν Βηθανίᾳ, *quum autem Jesus esset in Bethania.* Ita sane hoc loco accepit Arabs, quum vertit, فلما حضر العشاء, *& quum advenisset.* Sequitur eodem hoc versu apud Syrum, ܘܟܕ

[Syriac text] Tremel. & Regia, *Injecerat se Satanas in cor Iehudæ, ut proderet eum.* Hanc interpretationem nec [Syriac] fert, quod participium est passivum, nec [Syriac], quod propter Lomad Dativi est vel Accusativi casus, Nominativi esse non potest. Ad verbum sic vertendum, *injectum erat Satanæ* (id est, à Satana) *in cor Iehudæ ut traderet eum.* Frequens ea est Syris constructio, ut Matth. 14. 8. Luc. 23. 41. 1 Tim. 4. 4. & jam sæpe à nobis observata.

VERS. 4. τίθησι τὰ ἱμάτια. Beza, *deponit pallium.* id est, summam vestem. ne quis somniet, Dominum nudo corpore suis discipulis pedes abluisse. Vulgatus tamen, Erasmus, Syrus & Arabs, ἱμάτια, verterunt, *vestimenta.* Rectè. nam etsi τὸ ἱμάτιον interdum pallium denotet, non tamen, quod sciam, τὰ ἱμάτια in plurali unum pallium denotat. Nec periculum est de nuditate. Quum enim in calidis istis regionibus tenuissima materia induerentur, plures vestes aliis superinjiciebant, ne radiorum solarium vis facile penetraret. quas tamen facile abjiciebat, quum id opportunitas ferret. Proximè corpus erat כתנת, *tunica.* super eam מכנסים, *femoralia.* supra eam אצטלא, *stola*, vestis talaris cui addebatur חגור, *cingulum*, quo succingebatur, ne gressum impediret. supra hæc omnia מעיל sive מרטט, *pallium.* Fac ergo pallium & stolam deposuerit Dominus, rectè dicitur in plur. ἱμάτια exuisse, nec tamen nudus fuerit. Quin etiam nudus rectè dicitur fuisse Dominus, ex phrasi orientalibus usitata, ubi nudus dicitur, qui stolam abjecit, etsi tunica & femorali adhuc indutus sit. Sic Rex Saul nudus cecidit coram Samuele, 1 Sam. 19. 24. Sic Petrus nudus in navigio, Joan. 21. 7. qui propterea dicitur accinxisse τὸ ἐπενδύτην. non utique infimam vestem, sive indusium, sed quæ, ut nomen indicat, aliis superinduebatur, stolam nempe; quæ, ut diximus, cinctura astringebatur. unde etiam dicitur, τὸ ἐπενδύτην διεζώσατο. Sequitur apud Syrum, [Syriac text] Tremel. *& sublata sindone, cinxit ad lumbos suos.* Regia, *præcinxit lumbos suos.* ad verbum est, *percussit in lumbos suos*, ut Belgicè dicimus, **hy sineet het om syn lyf.** sic vers. 5. [Syriac text] Tremel. *& tergebat sindone quam cinxerat ad lumbos suos.* Regia, *qua præcinctus erat lumbos*, ad verbum, *quæ percussa erat in lumbos ejus.* Arabs vers. 4. habet [Arabic]. Romana versio, *præcinxit se eo.* ad verbum, *ligavit eo medium suum.* In Græco est, καὶ λαβὼν λέντιον, διέζωσεν ἑαυτόν. rectè observavit Cl. Drusius, λέντιον esse Hellenistarum vocem, à Latinis acceptam. eaque & Talmudistas uti, ubi est לנטית & לינטית & לונטית, teste David de Pomis, qui hæc interpretatur סדין. Dubitat Cl. Drusius, an bene. quia סדין est σινδών. optimè inquam interpretatur. nam & hoc loco pro λέντιον Syrus habet סדונא. qua voce interpretatur etiam σουδάριον, Luc. 19. 20. quod apud Hellenistas linteum designare, jam pridem à doctis est demonstratum. David de Pomis, סודר, *linteum, vestis velamen.* Et σινδόνα quidem Syrus promiscuè per סדונא interpretatur, ut Marc. 14. 51. 52. & per כתנא, ut Marc. 15. 46. & alibi. quorum postremum procul dubio *linteum* significat. Sunt ergo λέντιον & σινδὼν synonima.

VERS. 26. τὸ ψωμίον, Beza vertit *offulam.* Vulgatus bis hoc versu *panem.* at vers. seq. *buccelam.* Syrus & Arabs ubique *panem.* Ne mireris. nam & Job. 22. 7. pro וּמֵרָעֵב תִּמְנַע לָחֶם, *& à famelico cohibebas panem* LXX, ἀλλὰ πεινώντων ἐστέρησας ψωμόν. Sæpius tamen eo interpretantur פת

VERS. 30. ἦν δὲ νύξ. Deinde incipit versus 31. ὅτε οὖν ἐξῆλθε, λέγει ὁ Ἰησοῦς &c Syrus & Arabs sic distinxerunt, ἦν δὲ νύξ, ὅτε ἐξῆλθε. Deinde versus alter, καὶ λέγει ὁ Ἰησοῦς.

VERS. 36. ὕστερον δὲ ἀκολουθήσεις μοι. Vulg. Eras. & Beza vertunt *postea.* Id Syrus solet dicere [Syriac]. At hic non sine causa videtur dixisse [Syriac] *in fine, tandem.* ut & Arabs, [Arabic] *postremò, in ultimo. Postea* enim de quovis, etiam brevi secuturo tempore, & mox instanti dicitur. hic autem finis vitæ indicatur. estque ὕστερον propè *postremò, tandem.*

VERS. 37. διὰ τί οὐ δύναμαί σοι ἀκολουθῆσαι ἄρτι; τὴν ψυχήν μου ὑπὲρ σοῦ θήσω. Syrus & Arabs distinctionem ponunt post ἀκολουθῆσαι. ἄρτι autem jungunt sequentibus.

CAP. XIV.

VERS. 1. πιστεύετε εἰς τὸν Θεόν, καὶ εἰς ἐμὲ πιστεύετε. De amphibologia hujus sententiæ, vide Eras-

Erasmum & Bezam. Syrus & Arabs utrumque πιστεύετε pro Imperativo habuerunt.

Vers. 2. Εἰ δὲ μή, εἶπον ἂν ὑμῖν. πορεύομαι ἑτοιμάσαι τόπον ὑμῖν. Vulgatus, *si quo minus, dixissem vobis: quia vado parare vobis locum.* Apparet Vulgatum legisse ὅτι πορεύομαι. Ad quam lectionem Erasmus annotat, ὅτι non esse in quibusdam codicibus Græcis. Fatetur ergo in quibusdam esse. Syrus & Arabs id quoque exprimunt. Sensum autem habet ambiguum. potest enim ὅτι vel ex usu Hellenistarum redundare, vel, quod tamen eundem hîc sensum exhibet, sumi εἰδικῶς, ut mens sit, *dixissem vobis, me ire paratum vobis locum.* quod amplexus est Erasmus, & Arabs, rejecit Beza. quos vide. vel αἰτιολογικῶς, *nam vado parare vobis locum.* Eadem ambiguitas in particula *quia*, prout ea quidem usurpatur à Vulgato. eadem apud Syrum, qui dixit, ܘܐܠܐ ܐܡܪ ܗܘܝܬ ܠܟܘܢ: ܕܐܙܠ ܐܢܐ ܕܐܛܝܒ ܠܟܘܢ ܐܬܪܐ, quæ verti possunt, *& si non, dixissem vobis, vado ut parem vobis locum.* Sic Regia. vel, *quod vado* (id est, me vadere) *ut parem vobis locum.* vel denique, *nam vado, ut parem vobis locum.* Sic Tremellius. Atque id maximè sequendum arbitror. Ut sensus sit, nisi multæ in domo Patris mei mansiones essent, dixissem vobis. Nam quum abeam parare vobis locum, frustra id facerem, nisi multæ ibi extarent mansiones: & vos ea de re monendi essetis. Clarissim. Beza posterius membrum πορεύομαι ἑτοιμάσαι ita distingui voluit à priori, ut etiam distinctum inde versum fecerit. quod an laudandum sit, nescio. quandoquidem cum præcedentibus optimè cohæret. præsertim si præmittatur ὅτι, quam particulam & Nonnus legit. Sed & sine ὅτι. Tum enim sensus est, tantum abest ut dicam vobis, non esse multas in domo patris mei mansiones, ut contra abeam parare vobis locum.

Vers 3. Καὶ ἐὰν πορευθῶ. Beza, *& quum profectus fuero.* ἐὰν accipit pro ὅταν quod hîc laudat magnus Casaubonus. neque esse, ait, quod quisquam de fidelissima hujus loci interpretatione dubitet. At tamen Vulgatus, Syrus & Arabs ἐὰν per *si* vertunt. quibus assentior. non tantum quia ea usitatior est hujus particulæ significatio, sed vel maximè, quia id magis emphaticum videtur. Sic enim affirmat, nihil esse cur dubitent, quin secum in cælestes istas mansiones aliquando sint assumendi, quia illud à sua ad patrem profectione, tanquam à certa conditione pendeat. Si, inquit, ego profectus fuero, & locum vobis paravero, certum est me reversurum, & vos ad me assumpturum. posito illo antecedenti, necessario sequetur hoc consequens.

Vers. 9. Καὶ οὐκ ἔγνωκάς με; φίλιππε, ὁ ἑωρακώς με, &c Syrus φίλιππε junxit præcedentibus, hoc modo, *& non nosti me Philippe?* Sic & Nonnus legit. De Arabe res dubia est, quia nullæ adsunt distinctionum notæ.

Vers. 10. Οὐ πιστεύεις. Consentiunt Syrus & Arabs. At Vulgatus, *non creditis*, in plurali.

Vers. 11. Πιστεύετέ μοι, ὅτι ἐγὼ &c. Consentiunt rursus Syrus & Arabs. nisi quod non legant μοί. At Vulgatus, *non creditis quia ego &c.* Legit μὴ πιστεύετε. nec legit μοί.

Vers. 14. Ἐάν τι αἰτήσητε ἐν τῷ ὀνόματί με, ἐγὼ ποιήσω. Syrus, ܘܐܢ ܬܫܐܠܘܢܢܝ ܒܫܡܝ ܐܢܐ ܥܒܕ ܐܢܐ. *Et, si petieritis me in nomine meo, ego faciam.* Sic & Arabs, وان سالتموني باسمي, *& si rogaveritis me in nomine meo.* habet & Vulgatus illud *me*. ac testatur Cl. Beza, se in duobus codicibus Græcis insertum invenisse pronomen με. Sed rectè observat, alterum certè videri redundare. Addo, certè apud Vulgatum qui legit Encliticum τι. quid enim est, *si quid rogaveritis me in nomine meo.* Sed non adeo apud Syrum & Arabem, qui τι non legerunt. apud eos enim sensus esse potest, *si petieritis me*, id est, si à Patre petieritis, ut me vobis det, ut me nunc abeuntem vobis aliquando reddat, idque in nomine meo petieritis, ego efficiam, ut id consequamini.

Vers. 16. Ἄλλον παράκλητον. Syrus, ܦܪܩܠܝܛܐ. Arabs, פארקליט, retenta voce Græca, quippe quæ jam in familiam Orientis ascita erat. unde & Rabinis ac Talmudicis usitatissima: sed non nisi *patroni* atque *advocati* significatione. ut doctè Cl. Drusius probat in Præteritis. Itaque laudandus Beza, qui hîc non *consolatorem*, sed *advocatum* vertit. Verum nescio, an explicatio ejus petenda sit ex Rom. 8. 26. ubi Spiritus dicitur in precibus ὑπερεντυγχάνειν ὑπὲρ ἡμῶν, an potius ex Matth. 10. 19, 20. & Luc. 12. 11, 12. Μὴ μεριμνᾶτε, πῶς ἢ τί ἀπολογήσησθε, ἢ τί εἴπητε. Τὸ γὰρ ἅγιον Πνεῦμα διδάξει ὑμᾶς ἐν αὐτῇ τῇ ὥρᾳ, ἃ δεῖ εἰπεῖν. Verè Spiritus S. patronus est & advocatus, quia adversus omnes mundi criminationes & tyrannidem ipse est qui ἀπολογεῖ ὑπὲρ ἡμῶν. Atque ita ipse Dominus hoc explicat Joh. 16. ubi, quum rur-

rurſus Paracletum hunc promitteret, docet, quomodo Advocati munere functurus ſit, nempe coarguendo mundum de peccato, de juſtitia, & de judicio: Fideles autem ducendo in omnem veritatem, ut habeant quo ſe tueantur. Inde liquido apparet, alio prorſus ſenſu hîc Spiritum ſanctum, alio Chriſtum 1 Joan. 2. παράκλητον dici.

VERS. 17. ὅτι παρ' ὑμῖν μένει. Vulg. *Quia apud vos manebit*. Eraſ. Beza & Arabs, *manet*. Syrus, ܥܡܪ, *habitat*. Hoc præfero. quia additur, καὶ ἐν ὑμῖν ἔσται nam qui dicit, *Spiritus manet in vobis*, non dicit tantum jam eſſe, ſed & in poſterum futurum. adeoque non opus habet addere, *& erit in vobis*. ſi enim diſcederet, non maneret. At qui dicit, jam habitat in vobis, & deinceps etiam erit, plus addit. μένειν autem pro *habitare* uſitatiſſimum, ut ποῦ μένεις, *ubi habitas?* Joan. 1. 38, 39.

VERS. 18. Ἔρχομαι πρὸς ὑμᾶς. Tum verſu ſeq. ἔτι μικρὸν, καὶ ὁ κόσμος &c. Syrus ἔτι μικρὸν junxit præcedentibus. vertit enim, ܐܬܐ ܐܢܐ ܓܝܪ ܠܘܬܟܘܢ ܩܠܝܠ [illegible], *venio enim ad vos paulo poſt*. id eſt, brevi ad vos veniam. ſecus autem Vulgatus & Arabs.

VERS. 22. Τί γέγονεν ὅτι ἡμῖν μέλλεις ἐμφανίζειν σεαυτόν. Vulgat. & Eraſm. *Quid factum eſt, quod* &c. Beza, *quid eſt cur*. Arabs, ما معني قولك انك, *quid indicat ſermo tuus, quod*. Syrus, ܡܢܘ ܠܟ ܕܠܢ ܥܬܝܕ ܐܢܬ ܠܡܚܘܝܘ ܢܦܫܟ. Tremel. *Quid eſt, nobis te oſtenſurum eſſe teipſum?* Fateor, ܡܢܘ, quod ex ܡܢܐ & ܗܘ componitur, interdum valere *quid eſt?* quum nempe ܗܘ valet verbum ſubſtantivum. at quum tantum eſt particula completiva, ut ſæpe, ܡܢܘ tantum ſignificat *quid? quare?* Itaque rectè Regia, *quare nobis oſtenſurus es te ipſum?* Optimè Syrus intellexit, τί γέγονεν ὅτι ſimpliciter eſſe *quare?* Hebraicè diceres, מה היה כי תתחוה לנו, *quid fuit quod oſtendes te nobis?* quod aliter dicunt מה ראית כי, *quid vidiſti quod* &c. id eſt, למה vel מדוע, *quare?*

VERS. 28. Ἐχάρητε ἂν ὅτι εἶπον, πορεύομαι πρὸς τὸν πατέρα. Vulg. Syrus & Arabs legerunt ὅτι πορεύομαι. omiſſo εἶπον.

CAP. XV.

VERS. 6. *Ejicitur foras*, ὡς τὸ κλῆμα, καὶ ἐξηράνθη, *ſicut palmes, & exareſcit*. Syrus & Arabs, *ſicut palmes qui areſcit*. Deinde καὶ συνάγουσιν αὐτά. Vulgatus, Syrus & Arabs in ſingulari αὐτὸ, ſcilicet κλῆμα quod interceſſit.

VERS. 7. Ὃ ἐὰν θέλητε, αἰτήσεσθε, καὶ γενήσεται ὑμῖν. Syrus, ܟܠ ܡܐ ܕܨܒܝܢܬܘܢ ܠܡܫܐܠ ܢܗܘܐ ܠܟܘܢ, id eſt, ὃ ἐὰν θέλητε αἰτεῖν, γενήσεται ὑμῖν. Eundem ſenſum habent illa Nonni, Ὅσσα λαβεῖν ἐθέλητε, καὶ αἰτίζητε τοκῆα, Τ' ὑμῖν εἰν ἑνὶ πάντα τελέσεται. quaſi legiſſet, ὃ ἐὰν θέλητε καὶ αἰτήσησθε. quod ex Hebraiſmo idem atque ὃ ἐὰν θέλητε αἰτεῖν. Arabs habet, كلما تريدون كان لكم, id eſt, ὃ ἐὰν θέλητε, γενήσεται ὑμῖν.

VERS. 8. Καὶ γενήσεσθε ἐμοὶ μαθηταί. Beza, *& eritis mei diſcipuli*. Vulg. & Eraſm. *& efficiamini mei diſcipuli*. id eſt, καὶ γένησθε, prout in tribus codicibus legebat Beza. Syri & Arabis lectio ambigua. verti enim poſſunt, *& eritis*. vel *& ſitis* aut *fiatis*.

VERS. 11. Ἵνα ἡ χαρὰ ἡ ἐμὴ ἐν ὑμῖν μείνῃ. Vulgatus, Syrus & Arabs, μείνῃ vertunt *ſit*. quod non eſt ſpernendum. μένειν enim non tantum eſt *manere*, ſed etiam, ut nuper diximus, *habitare*. & quum metaphoricam inhabitationem ſignificat, de qua hîc agitur, valet certam ac veram rei poſſeſſionem. ut Joan. 5. verſ. 39. τὸν λόγον αὐτοῦ οὐκ ἔχετε μένοντα ἐν ὑμῖν. Non culpat quod ſermonem Dei in ſe habuerint quidem, ſed permanentem non retinuerint. non enim habuiſſe in ſe patet ex ſequente αἰτιολογίᾳ, ὅτι ὃν ἀπέστειλεν ἐκεῖνος, τούτῳ ὑμεῖς οὐ πιστεύετε. Sed culpat, quod ſermonem Dei jactent, ejus autem veram poſſeſſionem non habeant. ſic 1 Joan. 3. 15. οἴδατε ὅτι πᾶς ἀνθρωποκτόνος οὐκ ἔχει ζωὴν αἰώνιον ἐν αὐτῷ μένουσαν. id eſt, non habet ejus veram poſſeſſionem, etſi jactet. non habet vitam æternam in ſe habitantem.

VERS. 25. Ἀλλ' ἵνα πληρωθῇ ὁ λόγος. Ellipſis eſt verbi δεῖ, *oportet*. quod Cl. Beza rectè ſupplevit. Syrus autem & Arabs aut non legerunt, aut ad medendum ellipſi omiſerunt particulam ἀλλὰ, & cum præcedentibus hoc modo connectunt. *Oderunt me & patrem, ut impleretur ſermo* &c.

CAP. XVI.

VERS. 2. *Venit hora, ut quisquis occiderit vos, arbitretur*, λατρείαν προσφέρειν τῷ Θεῷ. Vulgatus, *obsequium*. Eras. & Beza, *cultum se præstare Deo*. Syrus, ܕܩܘܪܒܢܐ ܡܩܪܒ ܠܐܠܗܐ, *quod oblationem offerat Deo*. eodem modo Arabs. per λατρείαν intellexerunt θυσίαν, *sacrificium*. optimè. Sic enim apud Hebræos עבד, λατρεύειν, sæpe usurpatur pro זבח, *sacrificare*. Ut quum Exod. 8. 16. Deus jussisset dici Pharaoni, *dimitte populum meum*, וְיַעַבְדֻנִי, LXX, ἵνα μοι λατρεύσωσι, Pharao respondet vers. 21. לְכוּ זִבְחוּ לֵאלֹהֵיכֶם בָּאָרֶץ, ἐλθόντες θύσατε τῷ Κυρίῳ. vides λατρεύειν exponi per θύειν, atque hæc promiscuè usurpari. ideoque quod hîc dixerat ἐλθόντες θύσατε, infra cap. 10. 24. rursus dicit ἐλθόντες λατρεύσατε. Sed quum non permitteret Judæis, ut suos boves secum adducerent, suasque oves, quærit Moses, ἀλλὰ καὶ σὺ δώσεις ἡμῖν ὁλοκαυτώματα καὶ θυσίας, ἃ ποιήσωμεν τῷ Κυρίῳ τῷ Θεῷ ἡμῶν; vides τὴν λατρείαν referri ad ὁλοκαυτώματα καὶ θυσίας. Imo versu 7. ipsum verbum עבד, quod alias per λατρεύειν vertunt, per θύειν transferunt. Sensus ergo est, Adest tempus, quo qui vos interimet, sacrificare se Deo arbitretur. atque ob hanc causam verbo προσφέρειν usus est, quod est Hebræorum הקריב, ac de victimis, quæ in altari Deo sistebantur, usurpari solet.

VERS. 12. *Sed non potestis nunc* βαστάζειν *portare*. Syrus, ܠܡܐܚܕ, *capere, tenere, continere*, χωρεῖν.

VERS. 17. Εἶπον οὖν ἐκ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ πρὸς ἀλλήλους. Eras. Beza, & Arabs, *Dixerunt ergo quidam ex discipulis ejus alii ad alios*. Vulgatus autem & Syrus, *Dixerunt ergo discipuli ejus ad invicem*. ἐκ τῶν μαθητῶν, quasi οἱ ἐκ τῶν μαθητῶν, *qui erant ex discipulis*, id est, *discipuli*. non sperno. sic enim & Hebræi loquuntur. vide quod ex Jud. 10. 11. 12. attulimus ad Matth. 27. 8.

VERS. 21. ὅτι ἦλθεν ἡ ὥρα αὐτῆς. Explicat Syrus quæ hora intelligatur, dicens, *quia venit hora partus ejus*.

VERS. 31. Ἄρτι πιστεύετε; *nunc creditis?* Syrus, ܗܝܡܢܘ, *credite*. ἄρτι non legit. πιστεύετε non pro Indicativo, sed Imperativo habuit, absque interrogatione. Similiter Arabs, etsi legerit ἄρτι. الان امنوا, *nunc credite*. Et notandum porro in Syro interprete, quod sequenti versu ἰδοὺ ἔρχεται ὥρα, legat ὅτι ἰδοὺ, *nam ecce*. ut sensus sit. Vos dicitis, vos jam credere. bene habet. opus tamen habetis, ut iterum moneam, & dicam, credite. nam ecce hora veniet & jam venit, quum dispergemini &c. uterque sensus commodus. prior tamen, qui per interrogationem legitur, simplicior.

VERS. 32. *Dispergemini quisque* εἰς τὰ ἴδια. Vulg. *in propria*. Eras. *in sua*. Beza, *ad sua*. Syrus, ܠܐܬܪܗ, *in locum suum*. quod idem dixit Arabs, الى موضعه. Potest tamen Syrus etiam verti, *in regionem suam*. ܐܬܪܐ enim sæpe est *regio*.

CAP XVII.

VERS 2. ἵνα πᾶν ὃ δέδωκας αὐτῷ, δώσῃ αὐτοῖς ζωὴν αἰώνιον. Rectè observat Cl. Beza, ab Hebræis desumptum esse hoc dicendi genus. quod autem addit, manifestum hic esse ἀνακόλουθον & Solœcophanes, dictum putetur respectu elegantioris linguæ Græcæ, non linguæ Hellenisticæ, in qua Nominativus absolutus, qui deinde per pronomen in obliquum mutatur, elegantiam habet. Neque aliter Hebræi, Syri & Arabes loquuntur. Tale illud Joan. 6. 39. ἵνα πᾶν ὃ δέδωκέ μοι ὁ πατὴρ, μὴ ἀπολέσω ἐξ αὐτοῦ. πᾶν ἐξ αὐτοῦ, id est, ἐκ πάντων.

VERS. 3. *Hæc autem est vita æterna*, ܗܠܝܢ ܕܝܢ ܐܝܬܝܗܘܢ ܚܝܐ ܕܠܥܠܡ ܕܢܕܥܘܢܟ ܕܐܢܬ ܗܘ ܐܠܗܐ ܕܫܪܪܐ ܒܠܚܘܕܝܟ. Tremel. *ut agnoscant te, qui es Deus verus solus*. ambiguum est, pertineat ne *solus* ad patrem, ut sensus sit, *te qui solus es verus Deus*, an ad Deum, ut sensus sit, *te qui es solus verus Deus*. Boderianus ܕ non accepit pro pronomine *qui*, sed pro conjunctione *quod* vel *quia*. vertit enim in Paris. *ut cognoscant te, quia tu es Deus veritatis solus*, id est, ut habet in Reg. *te esse Deum veritatis solum*. Utrumque admittit Syra phrasis. sed velim sublatam ambiguitatem, quæ in Syro nulla est. & tollitur, si κατὰ πόδα vertas *ut cognoscant te, quod tu sis Deus veritatis solus tu*. id est, quod tu solus sis verus Deus. sic habet & Arabs. fateor tamen id cum Græca constructione non congruere, ἵνα γινώσκωσί σε τὸν μόνον ἀληθινὸν Θεόν. ubi μόνον non determinat Patrem, sed Deum. & Syriacè efferri debebat, ܕܢܕܥܘܢܟ ܠܟ ܕܐܢܬ ܗܘ ܐܠܗܐ ܕܫܪܪܐ ܒܠܚܘܕܘܗܝ, *ut cogno-*

cognoscant te quod tu sis Deus veritatis solus ille.

VERS. 7. Νῦν ἔγνωκαν. Consentiunt Vulgatus & Arabs, Syrus, ܝܕܥܘ, ἔγνωκα. vide Bezam.

VERS. 11. *Serva eos in nomine tuo*, ὃς δέδωκάς μοι. Solus Syrus legit ὃ δέδωκάς μοι, *quod* sup. nomen *dedisti mihi*. prior lectio melior. Porro τήρησον αὐτοὺς ἐν τῷ ὀνόματί σου, Eras. & Beza verterunt serva eos *per nomen tuum.* ut & vers. seq. Bez. *servavi eos per nomen tuum.* At Eras. *servavi eos nomine tuo.* Malim utroque in loco κατὰ πόδα cum Vulg. Syro & Arabe, *in nomine tuo.* id est, in doctrina tua, in communione tua, in te ipso. Nam ut loquuntur Hebræi, שם הוא והוא שם, nomen est ipse Deus. nomen autem pro doctrina usurpatur Act. 4. 17. & 5. 28. 41. & 9. 15.

VERS. 12. ܐܠܐ ܒܪܗ ܕܐܒܕܢܐ. Trem. & Bod. *nisi filius perditionis.* non nego quin ܐܠܐ interdum significet *nisi*, usitatius tamen solet eo sensu sequi ܐܢ absque quo usitatius ponitur pro ἀλλὰ, *sed.* Sic hoc loco verterem *sed filius perditionis.* existimavit Syrus, εἰ μὴ hoc loco non esse exceptivum, quasi Judas exciperetur è numero eorum quos Pater dederat filio, sed esse adversativum, quo illis opponatur. sic enim & alibi εἰ μὴ valet *sed.* ut 1 Cor. 7. 17. εἰ μὴ ἑκάστῳ ὡς ἐμέρισεν ὁ Θεὸς, *sed ut unicuique partitus est Deus.* Gal. 1. 7. ὃ οὐκ ἔστιν ἄλλο. εἰ μή τινές εἰσιν οἱ ταράσσοντες ὑμᾶς. *quod non est aliud: sed sunt quidam qui turbant vos.* sic & ἐὰν μὴ sumitur pro *sed.* Gal. 2. 16. nec mirum. nam Syrorum, ܐܠܐ, *sed*, componitur ex ܐܢ, εἰ vel ἐὰν, & ܠܐ, μή. idem est quod Hebræorum אם לא, quod pro *sed* ponitur, & à LXX per ἀλλὰ vertitur Gen. 24. 38. plura de his vide in notis Cl. Bezæ ad locum Gal. 2. 16.

VERS. 17. Ἁγίασον αὐτούς. Solus Syrus præponit, ܐܒܐ, *Pater.* ut & sequenti, ὁ λόγος ὁ σὸς ἀλήθειά ἐστι, Syrus & Arabs præponunt particulam causalem ὅτι.

VERS. 23. ܘܐܚܒܬ ܐܢܘܢ ܐܝܟ ܕܠܝ ܐܚܒܬ ܘܕܐܚܒܬ ܐܢܘܢ ܐܝܟ ܕܐܦ ܠܝ ܐܚܒܬ. sic legitur in Vienn. & Cothen. ac vertendum, *& quod dilexi eos sicut etiam me dilexisti.* In Reg. vero legitur ܘܐܚܒܬ ܐܢܘܢ, *& quod dilexisti eos*, in secunda persona. quomodo & Tremel. legit, vertit enim & ipse per secundam. sicut in Græco est, καὶ ἠγάπησας αὐτούς. At Arabs etiam per primam, واني احببتهم, *& quod ego dilexi eos.*

VERS. 25. Πάτερ δίκαιε, καὶ ὁ κόσμος σε οὐκ ἔγνω. Vulgatus & Beza illud καὶ non exprimunt. nec nego ex more Hebraismi interdum posse παρέλκειν. Hic tamen Syrus, Arabs & Erasmus illud expresserunt. & insignem emphasim habere videtur, sive id jungas cum οὐκ ἔγνω, ut sensus sit, Pater, etsi tua justitia quaquauersum pateat, quamobrem jam te justum indigeto, tamen etiam non novit te mundus. Sive cum σε conjungas, ut sensus sit, non me tantum non novit, quod non adeo mirum videri possit, quippe qui humanæ hujus naturæ infirmitate divinam gloriam obtexi, sed te etiam pater juste non novit mundus.

CAP. XVIII.

VERS. 1. ܠܥܒܪܐ ܕܢܚܠܐ ܕܩܕܪܘܢ. Boder. in Paris. *ad transitum pedis Cedron.* at aliud est ܥܒܪܐ, aliud ܥܒܪ. itaque melius in Reg. *trans vadum.* Tremel. non tam bene *ad vadum.* verto *trans torrentem.* id enim Syris est, ܢܚܠܐ. sic ipsis dicitur χείμαῤῥος, quia pedibus transiri potest ob exiguam aquæ profunditatem, quæ ex pluviis aquis nata, hyeme fluere, æstate exsiccari solet.

VERS. 12. ὁ χιλίαρχος. Solus Syrus legit in plurali.

VERS. 13. Καὶ ἀπήγαγον αὐτὸν πρὸς Ἄνναν πρῶτον. ἦν γὰρ πενθερὸς τοῦ Καϊάφα, ὃς ἦν ἀρχιερεὺς τοῦ ἐνιαυτοῦ ἐκείνου. His addidit in ipso textu suo Latino Cl. Beza: *is vero misit eum vinctum ad Caiapham Pontificem maximum.* Sola Cyrilli autoritate nixus, apud quem hæc inveniuntur, καὶ ἀπέστειλαν αὐτὸν δεδεμένον πρὸς Καϊάφαν τὸν ἀρχιερέα. non debet tamen unius Cyrilli authoritas esse tanti, ut contra omnium Græcorum, Latinorum, Syriaci & Arabici codicum fidem tota periodus sacro textui apponatur. Præsertim quum is non ita legisse, sed commentatorem agens, ea explicationis gratia ex vers. 24. huc transtulisse videatur, ut narrationis series liquidius pateret. Præivit hic Bezæ Erasmus. Utrumque potissimum movit, tum quod absque illa additione narratio non cohæreat, tum quod contra reliquorum Euangelistarum consensum, prima Petri negatio apud Annam, non apud Caiapham contigisse di-

dicenda esset. At neutiquam hîc viris doctissimis assentior. Nam versu 15. Petrus dicitur cum alio discipulo Jesum secutus, non ad Annam, sed ad Caiapham. narratur enim, discipulum illum una cum Jesu introiisse in aulam Pontificis maximi, & per eum Petrum. At quis ille Pontifex maximus? Cavit Euangelista, ne intelligatur Annas. dixit enim vers. 13. Caiapham fuisse istius anni Pontificem. Conjungatur jam hæc narratio, *Abduxerunt eum ad Annam primum: quia erat socer Caiaphæ, qui summus sacerdos erat illius anni. Secuti sunt Iesum duo discipuli, qui una cum eo introierunt in aulam summi sacerdotis.* Quis non videt, hîc apertè satis duplex iter Christi narrari? Unum ad Annam, in cujus ædes non videtur intrasse. alterum ad aulam summi sacerdotis, qui nominatus ante fuit Caiaphas, in quam cum duobus discipulis intravit. Contigit hîc prima negatio, ubi Petrus servis ac ministris, qui ob frigus prunas accenderant, astans, sese calefaciebat. ut narratur vers. 17. 18. Et ne alibi quam in eodem hoc loco secundam ac tertiam contigisse vel suspicio oboriretur, repetit Euangelista vers. 25. secundam negationem aggressurus, Petrum adstitisse & se calefecisse. Ac ne ullus prorsus hæsitandi locus esset, quin hæc apud Caiapham gesta essent, interserit inter primam & secundam negationem, nempe vers. 24. Ἀπέστειλεν οὖν αὐτὸν ὁ Ἄννας δεδεμένον πρὸς Καϊάφαν τὸν ἀρχιερέα. Quod quum Cl. Beza per plusquamperfectum vertit, *miserat igitur eum Annas* &c. omnem difficultatem ademit. Sic enim apertè explicatur, quod vers. 15. fuerat tantum indicatum. Ibi dicebatur introiisse in aulam summi sacerdotis. hîc dicitur eò ab Anna missus, & quidem vinctus. omnia bene inter se cohærent, & cum reliquis Euangelistis conveniunt. Nec video, cur se hîc adeo torserit in suis ad hunc locum notis Cl. Casaubonus. quasi omnino postulare videretur series orationis, ut quæcunque ante versum 24. narrantur, ea intelligantur omnia gesta esse apud Annam. quum apertè repugnet versus 15. deinde decimus octavus, collatus cum vigesimo quinto, clarè arguat, eodem in loco contigisse primam negationem, in quo secunda. Adeoque nec necessaria videtur Cl. viri conjectura, de iisdem Annæ, & Caiaphæ, aut certè contiguis ædibus. Sive enim contiguæ fuerint, sive separatæ ædes, constat narrationi & veritas & ordo. Quum enim dicitur deductus primum ad Annam, vox *primum* indicat ibi non mansisse, sed alio deinde deductum. quo? indicatur id quum subjicitur, eum intrasse in aulam summi sacerdotis. qui quum non fuerit Annas, sed Caiaphas, satis apparet eum ab Anna ad Caiapham deductum. Quia id tamen apertè non fuerat dictum, sed ex vers. 15. & deinceps colligi poterat, colligitur apertè per particulam *igitur* vers. 24. *Fuerat igitur missus ab Anna ad Caiapham vinctus.* ea sequela mihi longè convenientior videtur, quam si cum Cl. Beza ex Cyrillo idem bis dicatur. Si enim versu 13. apertè dicitur, Annam misisse Christum vinctum ad Caiapham, quid opus erat idem rursus per οὖν colligere & apertè dicere vers. 24? Sed si id prius indicatum, deinde ex obscuriori narratione apertè collectum dicamus, omnia rectè conveniunt.

Vers. 15. Σίμων Πέτρος, καὶ ὁ ἄλλος μαθητής. Syrus, *& unus ex aliis discipulis.*

Vers. 20. *Ego palam locutus sum*, τῷ κόσμῳ, *mundo.* Syrus, ܥܡ ܥܡܐ, *cum populo.* quia non cum aliis gentibus, quam cum populo Judaico Dominus noster egit. Melius tamen Arabs mundi notionem retinuit, ut quæ efficacissimè exprimit, quibusvis indefinitè locutum esse Dominum. quod optimè observavit Clar. Beza. Sequitur, ὅπου πάντοθεν οἱ Ἰουδαῖοι συνέρχονται. Vulgatus, Syrus & Arabs legerunt πάντες.

Vers. 28. *Ut non polluerentur*, ἀλλ' ἵνα φάγωσι τὸ πάσχα, *sed ut ederent pascha.* Syrus, ܥܕܡܐ ܕܢܐܟܠܘܢ ܦܨܚܐ, *donec comederent pascha*, id est, ut vertit Arabs, قبل ان ياكلوا الفصح, *antequam comederent pascha.* res eodem redit.

Cap. XIX.

Vers. 1. Τότε οὖν ἔλαβεν ὁ Πιλάτος τὸν Ἰησοῦν, καὶ ἐμαστίγωσε. Solus Syrus legit, τότε ὁ Πιλάτος ἐμαστίγωσε τὸν Ἰησοῦν.

Vers. 2. Καὶ ἱμάτιον πορφυροῦν περιέβαλον αὐτόν. Vulgatus & Eras. ἱμάτιον generaliter accipiunt pro *veste.* Beza specialiter pro *pallio.* Syrus & Arabs collectivè pro *vestibus.* quocirca pluraliter verterunt. ut & infra vers. 5. Marcus dixit simpliciter ἐνδύουσιν αὐτὸν πορφύραν, *induunt eum purpura.* At Matthæus, χλαμύδα κοκκίνην, *chlamyde coccinea.* Quod non aliter conciliavit Cl. Beza, quam quod parvum discrimen fuisse dicat inter coccinum & purpureum colorem, quamvis pretiosior esset & suavius ruberet purpura. At, inquam, si parvum discrimen, discrimen tamen est. Purpura enim ex liquore pisciculi sive conchæ, coccinum autem ex grano

no fruticis nascitur. Addo etiam, inter chlamydem & pallium discrimen fuisse. Plautus, *Puer cape chlamydem, & da pallium.* Pallium omnium virorum vestis erat. Chlamys militum propriè. unde & hîc à militibus Christo injicitur. eratque pallio brevior multo ac strictior. Existimamus ergo aliud dicere Matthæum, aliud Marcum & Joannem. Apud Marcum cap. 15. v. 20. habetur, ἐξέδυσαν αὐτὸν τὴν πορφύραν, καὶ ἐνέδυσαν αὐτὸν τὰ ἱμάτια τὰ ἴδια. pluribus ergo vestibus eum exuerant quam pallio. fac pallio & stola. tum enim nudus quis dicebatur. memorat ideo Marcus τὰ ἱμάτια. pro his induerint eum, ut ajunt Syrus & Arabs, vestibus purpureis. His circumjecerint chlamydem coccineam. Detur venia conjecturæ.

VERS. 3. Καὶ ἔλεγον, *& dicebant.* Vulgatus præmittit, *& veniebant ad eum.* reperit enim Cl. Beza in tribus exemplaribus M. S. καὶ ἤρχοντο πρὸς αὐτὸν, καὶ ἔλεγον. Addo, etiam Arabem sic legisse, non autem Syrum.

VERS. 12. Ἐκ τούτου ἐζήτει ὁ Πιλάτος. Vulgat. *exinde.* Eras. *ex eo.* Beza, *ex eo* tempore. Syrus & Arabs *propterea.* quod non malè quadrat. De eo autem antehac egimus.

VERS. 15. Ἆρον, ἆρον, σταύρωσον αὐτόν. Solus Syrus bis legit non tantum ἆρον, sed & σταύρωσον.

VERS. 16. *Tunc tradidit eum ipsis,* ἵνα σταυρωθῇ, *ut crucifigeretur.* Syrus & Arabs, *ut crucifigerent eum.* nec malè. Additur enim, *Assumpserunt autem Jesum, & abduxerunt.* rectè id Judæis tribuitur. ut & Luc. 23. 25. ubi dicitur traditus ipsorum voluntati. quumque abduxissent eum, apprehendisse Simonem quendam &c. Etsi enim hæc à Matthæo militibus Præsidis tribuantur, & Johannes noster infra vers. 23. eum à militibus crucifixum testetur, rectè id tamen Judæis etiam asscribitur, quorum non tantum postulato, sed & auxilio hæc facta sunt. vide Act. 2. 23. Porro, *Assumserunt autem Jesum,* καὶ ἀπήγαγον, Eras. & Beza, *& abduxerunt.* Syrus & Vulgatus, *& eduxerunt eum.* utraque sententia quadrat. Quum enim in Lithostroto, ubi tribunal erat, damnatus esset, abduxerunt eum in Prætorium, teste Matthæo cap. 27. 27. Inde eduxerunt eum ut crucifigeretur. Arabs tantum habet, ومضوا, *& abierunt.* καὶ ἀπῆλθον. Sed notandum, id quod versu seq. additur, καὶ βαστάζων τὸν σταυρὸν αὐτοῦ, ἐξῆλθεν εἰς τὸν λεγόμενον κρανίου τόπον, quod Vulgatus ad verbum expressit, à Syro ita jungi præcedentibus, ut verbum ἐξῆλθεν non legerit, hoc modo, καὶ ἀπήγαγον αὐτὸν, βαστάζοντα τὸν σταυρὸν αὐτοῦ, εἰς τὸν λεγόμενον &c.

VERS. 20. ܘܠܗܢܐ ܛܒܠܐ ܣܓܝܐܐ ܡܢ ܝܗܘܕܝܐ ܩܪܘܗܝ. Tremel. & Boderianus, *& hunc titulum multi è Judæis legerunt.* malim *& hunc asserem,* vel *hanc tabulam.* quod enim Johannes dixit τίτλον, Syrus vers. 19. dixit, ܦܢܩܝܬܐ, *tabulam.* hîc v. 20. dicit ܛܒܠܐ quod idem significat. ut & apud Rabbinos דף, *tabula, asser, folium libri.* τίτλος enim erat tabula causam mortis continens & exhibens, unde & Arabs in utroque versu habet, لوحا *tabulam.* Hesychius, Τίτλος, πινάκιον ἐπίγραμμα ἔχων, *codicillus inscriptionem continens.* non ergo est ipsa inscriptio, sed id quod eam exhibet.

VERS. 21. Οἱ Ἀρχιερεῖς τῶν Ἰουδαίων. Syrus & Arabs non legerunt τῶν Ἰουδαίων.

VERS. 23. Οἱ οὖν στρατιῶται, ὅτε ἐσταύρωσαν τὸν Ἰησοῦν, ἔλαβον τὰ ἱμάτια αὐτοῦ (καὶ ἐποίησαν τέσσαρα μέρη, ἑκάστῳ στρατιώτῃ μέρος) καὶ τὸν χιτῶνα. Syrus καὶ τὸν χιτῶνα non habet. Arabs habet, sed ante parenthesin post τὰ ἱμάτια αὐτοῦ. quod in hoc pariter & in Nonno jure culpat Cl. Casaubonus Exerc. XVI. c. 84. præsertim quia, quum dixisset, *ceperunt vestimenta ejus & tunicam ejus,* addit, وجعلوها اربعة اجزا, *& fecerunt ea quatuor partes.* pro ἐποίησαν legit ἐποίησαν αὐτά. unde sequitur, tunicam quoque inter 4 istas fuisse partes quas inter se diviserunt. quum ex vers. seq. liquido constet, fuisse eam inde distinctam, & peculiari sorte uni assignatam. non possum hîc omittere, Cl. Casaubonum ex hoc Joannis loco colligere, unicam tantum hic contigisse sortitionem, eamque circa tunicam, non circa reliquas vestes. quod duplici probat argumento. Uno, quod Joannes alterius mentionem non faciat. Altero, quod sortitio de una tantum veste, non de altera prædicta fuerit. quia David dixit Psal. 22. Diviserunt sibi vestimenta mea, & super vestem meam miserunt sortem. Non possum tamen hîc viro Doctissim. assentiri. Etsi enim Joannes unius tantum faciat mentionem, non negat alteram, cujus expressa apud alios tres Euangelistas fit mentio. Hi enim, nulla tunicæ facta mentione, quam solus Joannes à reliquis vestibus distinxit, dicunt *milites divisisse inter se vestimenta,* βάλλοντες κλῆρον, *jacta sorte,* & quidem ἐπ' αὐτὰ, inquit Marcus, *super ea.* At, inquit, vir Doct. ἐπ' αὐτὰ ponitur pro ἐφ' ἓν αὐτῶν, figura

quæ κοινότης Rhetoribus, Syllepsis multis Theologis dicitur, quum pluribus tribuitur, quod est quorundam proprium: sicut latrones dicuntur convitia dixisse Christo, id est, alter latronum. discipuli dicuntur murmurasse Matt. 26. 8. id est, unus eorum, Judas. Agnosco figuram, sed quæ hîc locum non habet, quia Marcus addit τίς τί ἄρῃ, *quis quid tolleret*. Controversia non erat, quis aliquid haberet, sed quid quisque. non ergo de una tunica, sed de pluribus vestibus lis erat, quæ sortitione dirimi debuit. nec stringit, quod adfert vir doctissim. non opus ibi fuisse sortitione, quia partes ita æquari potuerunt, ut non esset una optabilior altera. Respondeo, rarissimè & difficillimè id in ejusmodi divisionibus contingere posse, neque melius quam sortilegio querelarum ansam præscindi. Ad locum Psalmi quod attinet, nulla adferri potest causa, cur לְבוּשׁ ibi *tunicam* significet, quam Hebræi כְּתֹנֶת, Hellenistæ χιτῶνα vocant. generale nomen est ad omnes vestes. quamobrem & interpretes, prudenter admodum, generalibus nominibus expresserunt, Syrus, ܠܒܘܫܐ. Arabs, لباس. Euangelistæ ex LXX ἱματισμόν. quam vocem omnes complecti vestes dubitare nemo potest, qui consideraverit illud Apost. Act. 20. vers. 33. ἱματισμοῦ οὐδενὸς ἐπεθύμησα. Quod si strictius interdum sumi debeat, exteriorem potius quam interiorem vestem denotat. ut quum, qui sunt ἐν ἱματισμῷ ἐνδόξῳ, dicuntur esse in aulis regum. quum ἱματισμὸς Christi dicitur fuisse instar nivis. quum vetantur mulieres ornare se ἐν ἱματισμῷ πολυτελεῖ. quæ ad supremam magis vestem, qua publicè conspicui sumus, referenda. sicut & notum est ἱμάτιον nonnunquam specialiter *pallium* supremam vestem denotare, nunquam sane *tunicam* quæ infima erat. nihil ergo impedit, quo minus loci sensus sit, diviserunt vestimenta mea, & super omne indumentum meum jecerunt sortem. impleta est prophetia in duplici sortitione, quarum una facta de vestibus in 4 partes distributis, quam Matth. Marc. & Luc. narrant, & ad quam probandam Matthæus locum istum Psalmi adducit. Altera de sola tunica, quam narrat Johannes, qui & ad hanc probandam eundem Psalmi locum profert.

VERS. 25. Καὶ ἡ ἀδελφὴ τῆς μητρὸς αὐτοῦ, Μαρία ἡ τοῦ Κλωπᾶ. Solus Syrus Mariam hanc distinguit à sorore matris Christi. præmittit enim copulam, ܘܡܪܝܡ, *& Maria*. Porro pro Κλωπᾶ, Syrus habet, ܩܠܝܘܦܐ, *Cliopa*. Vulgatus, *Cleopa*. Arabs, اكلاوبا, quod est *Cleopa*. Verum ἡ τοῦ Κλωπᾶ ab Arabe vertitur, ابنة اكلاوبا, *filia Cleopæ*. Beza, *uxor Cleopæ*. causam dat, quia magis usitatum est mulieres ex maritis cognominari. Utrumque usitatum. nam & Luc. 2. vers. 36. Anna prophetissa dicitur filia Phanuelis, occultato nomine mariti, cum quo tamen septem annos vixisse dicitur.

VERS. 29. Καὶ ὑσσώπῳ περιθέντες. Notum est, ὕσσωπον esse Hebr. אזוב. quod Syri זופא. Hoc loco Syrus, ܘܣܡܘ ܥܠ ܙܘܦܐ. Tremel. *& posuerunt supra hyssopum*. Reg. *& imposuerunt hyssopo*. Malim, *& apposuerunt*. ܥܠ enim non tantum est *supra*, sed etiam *juxta*, *ad*, *apud*. amplius est περιθεῖναι. nempe, apponere, ut cingat. Arabes τὸ ὕσσωπον eodem modo dicunt quo Syri, زوف, זוף. Hic tamen interpres dixit ووضعوها علي قصبة, *& posuerunt eam super* (vel *ad*) *arundinem*. quia nempe Matth. & Marc. dixerunt περιθεὶς τῷ καλάμῳ. quod quum quis forsitan in margine annotasset, nec aliter posset κάλαμον & ὕσσωπον inter se conciliare interpres, pro ὑσσώπῳ, in cujus lectione Syrus, Vulgatus & omnia Græca exemplaria conveniunt, substituit καλάμῳ. Jam dudum locus hic doctissimos quosque exercuit, quum explicatu difficile fuerit, quem usum hîc herba, quæ hyssopus dicitur, habuerit. Adeo ut doctissimus Camerarius conjectaverit ὑσσώπῳ mendosè scriptum pro ὑσσῷ, quod *missile telum* significat. idemque esse possit quod κάλαμος, *hasta*. merito id rejicit Cl. Casaubonus. At magnus noster amicus Dan. Heinsius, cui felix semper & fœcundum ingenium, ut ubique obvia ei sint, quæ invia aliis, novum quid & memoria dignum excogitavit. Docet in Aristarcho suo Sacro, ὕσσωπον, corruptè quidem, apud probatos tamen Græcorum medicos usurpari pro οἴσυπον, ibique significare *lanam succidam*, cujus in molliendis curandisque vulneribus usum fuisse, ex Plinio evincit. Quin & Arabum Medicos, suum זוף, quod ὕσσωπον procul dubio significat, non pro herba tantum, sed & pro œsypo adhibere. Gratias agimus Cl. viro, quod hujus rei penitius paulo examinandæ occasionem dederit. Tres ex Oriente attulit simplicium Lexicographos Arabes Academiæ nostræ lumen, & summus amicus noster Jacobus Golius. quos cum super hac re consuleremus, verum id deprehendimus, id quod Dioscordi dicitur οἴσυπον, Arabum medicis dici אלזוף, ὕσσωπον, verum

tum addito epitheto אלרטב, ὑγρὸν, ut discernatur ab ipsa herba, quæ ipsis אלזוף אליאבש, ὕσσωπον ξηρὸν dicitur. Sed notandum, τὸ οἴσυπον Dioscoridis, & Arabum אלזוף אלרטב, non esse ipsam lanam succidam, quæ ἔριον οἰσυπηρὸν dicitur, sed pinguedinem ab abluta lana separatam, & ad pharmacum adaptatam. id œsypum dicebatur. cujus conficiendi, ut & lanæ abluendæ, modum tradit Dioscorides lib. 2. cap. 67. ac docet, vires ejus esse, excalfacere, explere ulcera, & emollire. Ubi annotat Andreas Matthiolus, œsypum ab officinarum vulgo vocari *Isopum humidam*, Hispanicè, *Isopilho humido*. Apud Paulum Æginetam certè confundi videas οἴσυπον ὑγρὸν, quod pharmacum vocat, ejusdemque conficiendi modum tradit, editionis Basiliensis p. 290. & ὕσσωπον ὑγρὸν, cujus meminit p. 286. lin. 31. quod & ὕσσωπον φάρμακον vocat pag. 285. lin. 41. meminit & ὑσσώπου κηρωτῆς, pag. 289. lin. 36. quum enim vim haberet μαλακτικὴν, etiam cerotum inde fiebat, ad leniendos vulnerum dolores. Quod & περὶ τοῦ οἰσύπου tradit Galenus l. 14. c. 7. de methodo medendi. Verba ejus sunt, Ἀττικὸς οἴσυπος ἀμείνων ἄλλου παντός. καὶ ἡ διʼ αὐτοῦ κηρωτὴ, τῶν ἅπασι γινωσκομένων ἐστὶ φαρμάκων. cujus loci antecedentia si inspexeris, manifestè videbis, Galenum distinguere οἴσυπον à lana succidâ, tanquam aliquid è lana succida extractum, unde deinde fit cerotum. facit & ἀττικοῦ οἰσύπου eodem sensu mentionem lib. 13. c. 15. ubi tamen Interpres latinus dixit *Atticum hyssopum*. quia nempe οἴσυπον & ὕσσωπον viderat alibi, etsi non apud Galenum, confundi. Facile hinc colligere est, si in Christi crucifixione adhibitum fuit ὕσσωπον, ad leniendos vulnerum dolores, intelligendum ὕσσωπον κηρωτὴν, quippe cui spongia acetosa alligari commodius potuit, quam liquidæ pinguedini. Libet autem & eorum sententiam expendere, qui idem esse ὕσσωπον apud Johannem, quod κάλαμον apud Matthæum & Marcum, statuentes, volunt plantam hyssopum in Palæstina quodammodo arborescere, ut baculi inde fieri potuerint. Idque probari existimant, quia in historia Salomonis, אזוב refertur inter עצים, eamque historiam referens Josephus lib. 8. cap. 11. dixit, καθʼ ἕκαστον εἶδος δένδρου παραβολὴν εἶπεν, ἀπὸ ὑσσώπου ἕως κέδρου. Hyssopus עץ & δένδρον dicitur, ergo arbor est. Respondeo, עץ propriè quodvis *lignum* significare. deinde *arborem*, quia lignum est. Ut ergo hyssopus dicatur עץ, sufficere, quòd planta sit ligneis ramis, etsi propriè non sit arbor. Lexicographi Arabum, quos supra memoravi, constanter dicunt, אלזוף אליאבש esse herbam fragrantis odoris, in montibus Hierosolymitanis abundè crescentem, humi repentem, ramusculis ad longitudinem ferè cubiti. Unde certe baculi, arundinis instar oblongi, fieri non potuerunt. An non vero suspicari ex hac descriptione possemus, quum in monte Hierosolymitano crucifigeretur Christus, & jam se sitire exclamasset, milites non spongiam tantum aceto tinctam, sed & manipulum obviæ in monte hyssopi arripuisse, eique spongiam circumposuisse, ut, sive ex tincta spongia, sive ex madefactis hyssopi ramusculis haurire acetum commodius esset, pro arbitrio id faceret? Ut autem in re tam dubia, & tanta sententiarum varietate, nihil inexpertum relinquamus, dispiciant eruditi, an non apud Matth. & Marcum κάλαμος possit esse, quod Exod. 30. 22. קְנֵה בֹשֶׂם, LXX, κάλαμος εὐώδης, *calamus odoratus* dicitur. Non enim rejicienda eorum sententia, qui aceti vas ad crucem collocatum fuisse ex more ajunt, ad reficiendos miseros, quos exanimaret pavor supplicii, aut doloris vehementia. Quid ni igitur calamum etiam odoratum, & hyssopum herbam ad eundem usum adhibita fuisse dicamus? Sicut enim inter liquida acetum, sic inter aromata calamus, & inter herbas hyssopus maximè sensus reficiunt, cerebrum roborant, spiritus restaurant, adeoque animi deliquium patientibus prosunt. Hæc quum ad officia miseris præstanda pii homines ad manum haberent, improbi milites ad ludibrium converterunt. quum enim Christum de siti querentem audirent, non quæ bibere posset, sed quæ odorari, non quæ sitim restinguerent, sed quæ spiritus reficerent, exhibuerunt. quod verè erat, ut loquitur Lucas, ἐμπαίζειν, *illudere*. At inquies, si κάλαμος hîc non est arundo, aut hasta, non patebit, quomodo spongia ori Christi fuerit admota. Respondeo, nihil opus fuisse instrumentum exprimere, quippe quod ad rem ipsam nihil faceret. Si enim in sublimi pendenti admota fuit spongia, per se quivis intelligit, non nisi arundine, aut hasta militari, aut baculo, aut scalis conscendendo crucem fieri potuisse. Instas. si calamus intelligitur odoratus, quomodo milites dicuntur περιτεθηκέναι τὸν σπόγγον τῷ καλάμῳ? Respondeo, non intelligendum hîc calamum odoratum fractum, aut contusum, sed integrum, qui adhuc arundinis instar se habeat, & verè sit קנה, *calamus*. Huic, simul & herbæ hyssopo facile circumponi & circumvolvi potuit flexilis spongia, adeo ut simul & aceti, & calami odorati, & hyssopi vires haurire miser potuerit, quum & calamum

&

& herbam ſpongia circumpoſita in medio contineret. Sit venia conjecturæ, quam rejiciet, qui meliora habet.

VERS. 31. Οἱ οὖν Ἰουδαῖοι, ἵνα μὴ μείνῃ ἐπὶ τοῦ σταυροῦ τὰ σώματα ἐν τῷ σαββάτῳ, ἐπεὶ ἦν παρασκευὴ &c. Ad hæc verba talis Syri eſt paraphraſis, ܝܗܘܕܝܐ ܕܝܢ ܡܛܠ ܕܥܪܘܒܬܐ ܗܘܬ ܐܡܪܝܢ ܠܐ ܢܒܘܬܘܢ ܦܓܪܐ ܗܠܝܢ ܥܠ ܙܩܝܦܐ ܡܛܠ ܕܫܒܬܐ ܢܓܗܐ ܗܘܐ. *Judæi autem, quia paraſceve erat, dicunt, ne pernoctent corpora hæc ſuper crucem, quia ſabbathum illuceſcit.* videtur cum Johanne conjunxiſſe Lucam, qui cap. 23. 54. dixit, καὶ ἡμέρα ἦν παρασκευή, καὶ σάββατον ἐπέφωσκε. Cur autem apud Judæos veſpera dicatur illuceſcere, declaravimus ad Matth. 28. 1. Nemini id mirum videbitur, qui intellexerit, quod nos diem dicimus, ſcilicet naturalem, Arabibus noctem dici. quo nihil frequentius in hiſtoria Saracenica à Cl. Erpenio edita. Exempli gratia. de ſecundo prælio Bedrenſi, in quo ſingularem victoriam reportavit Mahomed, dicit, وكانت ليلة الجمعة لسبع عشر ليلة خلت من شهر رمضان, ad verbum, *& erat nox congregationis, decima ſeptima nocte quæ præterierat ex menſe Ramadan.* Senſus eſt, prælium contigiſſe die Veneris, ſive ſexto die ſeptimanæ (qui congregationis dicitur, quia tum Sabbathum ſuum celebrant Muhammedani) decimo ſeptimo die menſis Rhamedani. nox diem naturalem ſignificat, quia à nocte initium apud eos, ut & in creatione, dies naturalis capiebat. Quid ni ergo nox apud eos illuceſcere dicatur, ut apud nos dies, quum nox diem naturalem ſignificet? Apparet autem, Syrum illud ἐπεὶ ἦν παρασκευή legiſſe poſt οἱ οὖν Ἰουδαῖοι. Sic quoque Vulgatus & Arabs. Additur per parentheſin, ἦν γὰρ μεγάλη ἡ ἡμέρα ἐκείνου τοῦ σαββάτου. Sic & Syrus. At Vulgatus & Eraſmus, *erat enim magnus dies ille ſabbati.* id eſt, ἐκείνη. ſic & Arabs.

VERS. 34. Λόγχῃ αὐτοῦ τὴν πλευρὰν ἔνυξε. Syrus, ܡܚܝܗܝ ܒܓܒܗ ܒܥܘܪܡܬܐ, *percuſſit eum in latere ejus haſta.* Ferrarius ſcribit etiam ܥܘܪܡܬܐ, at Lex. Syr. Arab. ܥܘܪܡܬܐ. vertitque, الحربة والرمح العريض, *lancea & haſta lata.*

VERS. 36. Ὀστοῦν οὐ συντριβήσεται αὐτοῦ. Conſentiunt Syrus & Arabs. Vulgatus tamen & Eraſmus, *os non comminuetis ex eo.* quod cum Hebræo textu prorſus convenit. Editio ſane Baſilienſis habet, ὀστοῦν οὐ συντριβήσετε αὐτοῦ. alia etiam exemplaria ἀπ' αὐτοῦ. Ad ſenſum nihil intereſt.

VERS. 37. Ὄψονται εἰς ὃν ἐξεκέντησαν. Vulg. ad verbum, *videbunt in quem transfixerunt.* Eraſmus, *videbunt in quem pupugerunt.* Beza, *videbunt quem transfixerunt.* Optimè animadvertit vir doctiſſ. præpoſitionem εἰς non pertinere ad ἐξεκέντησαν, ſed ad ὄψονται, ex phraſi Hebræorum. ut ad verbum ſit, *videbunt ad* (vel *in*) *eum quem transfixerunt.* Apud Zachariam enim cap. 12. verſ. 10. legitur, וְהִבִּיטוּ אֵלַי אֵת אֲשֶׁר דָּקָרוּ, *& reſpicient ad me quem transfixerunt.* dici idem poterat וְיִרְאוּ בִי, *& videbunt in me,* id eſt, me. Hebræorum enim ראה, ut & Syrorum ܚܙܐ, quo hîc interpres uſus eſt, conſtruitur cum ב *in.* Miror Arabem, qui vertit, سينظرون الذين طعنوا, *videbunt qui confoderunt.*

VERS. 38. Dicitur Joſeph Arimatheenſis fuiſſe diſcipulus Jeſu, κεκρυμμένος δὲ διὰ τὸν φόβον τῶν Ἰουδαίων. Id Syrus vertit, ܡܛܫܐ ܗܘܐ ܡܢ ܕܚܠܬܐ ܕܝܗܘܕܝܐ. ubi Trem. & Boderianus, ܡܛܫܝܐ vertunt paſſivè *occultus erat.* vertendum activè, *& occultabat,* nempe ſe eſſe diſcipulum Chriſti. eſt enim participium activum Pael, *occultans.* at *occultus,* id eſt, participium paſſivum ejuſdem conjugationis eſt ܡܛܫܫ. Arabs ſimiliter habet, وكان يخفي ذلك, *& erat occultans hoc.*

VERS. 39. Μίγμα σμύρνης καὶ ἀλόης, *mixturam myrrhæ & aloës.* Syrus μίγμα vertit, ܡܘܙܓܐ, ut & Arabs, حنوط, *condituram.* Optimè intellexerunt μίγμα eſſe Hebræorum חנט, Peculiariter enim μίγματα dicuntur medicamentorum miſturæ. Unde apud Galenum μιγματοπώλης dicitur, qui medicamentorum miſturas vendit.

VERS. 42. *Ibi ergo poſuerunt Jeſum,* διὰ τὴν παρασκευὴν τῶν Ἰουδαίων. Syrus, ܡܛܠ ܕܫܒܬܐ ܥܐܠ ܗܘܐ, *quia ſabbathum intrabat.* Arabs, لانه اخر الجمعة لليهود, *quia poſtremum erat paraſceves Judæorum.* Senſum rectè expreſſerunt. Paraſceve enim hîc non accipitur ut ſupra, pro toto die qui Paſcha antecedebat: ſed pro ea diei parte, quæ propriè paraſceve erat, & à qua toti diei id nomen daba-

dabatur, nempe pro tribus postremis diei horis, quæ vesperam paschatis antecedebant, quibus mactandus erat agnus, auferendum erat omne fermentum, & reliqua ad festum necessaria paranda.

CAP. XX.

VERS. 2. Καὶ οὐκ οἴδαμεν, *& nescimus ubi posuerint eum.* Consentit Vulgatus. at Syrus, ܘܠܐ ܝܕܥ ܐܢܐ, *& nescio.* Arabs similiter ولا اعلم, id est, καὶ οὐκ οἶδα.

VERS. 4. Προέδραμε τάχιον τοῦ Πέτρου. Syrus, ܘܪܗܛ ܩܕܡܗ ܠܫܡܥܘܢ. Tremel. *cucurrit ante Schemeum.* mentem Syri bene expressit. Sed quia Boderianus in interlineari Parisiensi, ubi verbotenus omnia exponit, eodem modo est interpretatus, videntur existimasse ܩܕܡܗ esse præpositionem *ante*, quum revera verbum sit. κατὰ πόδα, *cucurrit antevertit Simeonem.* id est, currens antevertit. At cum præpositione dicendum fuerat ܪܗܛ ܩܕܡܘܗܝ ܕܫܡܥܘܢ. Hæc solummodo in gratiam φιλοσύρων.

VERS. 10. Ἀπῆλθον οὖν πάλιν πρὸς ἑαυτοὺς οἱ μαθηταί. Vulgatus & Erasm. πρὸς ἑαυτοὺς, vertunt *ad semetipsos.* Beza, *ad suos.* nempe ad reliquos discipulos. Optimè tamen tradit, idem esse quod Hebraicè, אל מקומם, *in locum suum.* Sic enim Syrus, ܠܕܘܟܬܗܘܢ, & Arabs, الي موضعهما, *in locum suum.* non intelligitur locus ubi quisque habitabat, sed ubi simul pro tempore Hierosolymis conveniebant. Itaque & πρὸς ἑαυτοὺς fortassis melius vertitur *ad se*, quam *ad suos.* revertebantur ad se, id est, ad sedem suam ubi simul commorabantur.

VERS. 11. *Maria vero stabat ad monumentum*, κλαίουσα ἔξω. Syrus & Arabs non legerunt ἔξω.

VERS. 16. Λέγει αὐτῷ ῥαββουνί. Syrus interserit, ܥܒܪܐܝܬ, & Arabs, بالعبرانية, *Hebraicè.* videntur legisse ἑβραϊστί. Syri enim tantum dicunt רב. at Magistri Hebræorum רבון. unde tritum illud רבונו של עולם, *Dominus mundi*, de vero Deo. Inde cum affixo רבוני, ῥαββουνί, *Domine mi.* ob frequentem vero usum perit vis affixi, sicut etiam in רבי, ῥαββί.

itaque redditur hîc simpliciter per διδάσκαλε.

VERS. 25. Εἰ μὴ ἴδω ἐν ταῖς χερσὶν αὐτοῦ τὸν τύπον τῶν ἥλων, καὶ βάλω τὸν δάκτυλόν μου εἰς τὸν τύπον τῶν ἥλων. Eras. & Beza τὸν τύπον utrobique vertunt *vestigium.* Arabs, رسم, *impressionem, significationem.* Vulgatus priori loco *figuram*, altero *locum.* ibi enim fortassis legit τόπον. Syrus vertit, quasi legisset, εἰ μὴ ἴδω ἐν ταῖς χερσὶν αὐτοῦ τοὺς τόπους τῶν ἥλων, καὶ βάλω τοὺς δακτύλους μου εἰς αὐτούς.

VERS. 29. Ὅτι ἑώρακάς με Θωμᾶ, πεπίστευκας; μακάριοι οἱ μὴ ἰδόντες, καὶ πιστεύσαντες. Syrus & Arabs non legerunt Θωμᾶ. certè omiserunt. ad μὴ ἰδόντες autem addunt μέ.

CAP. XXI.

VERS. 3. Ἀνέβησαν εἰς τὸ πλοῖον εὐθύς. Syrus & Vulgatus non legunt εὐθύς. Arabs legit.

VERS. 5. Μή τι προσφάγιον ἔχετε; Vulgat. *nunquid pulmentarium habetis?* Perstringit id Cl. Beza, qui cum Erasmo vertit, *num quid obsonii.* Glossarium tamen προσφάγιον, *pulmentum.* Syrus & Arabs simpliciter, *numquid habetis ad edendum?*

VERS. 6. *Et non poterant amplius trahere præ multitudine piscium.* Syrus & Arabs addunt, *quos ceperat*, supple rete.

VERS. 7. Τὸν ἐπενδύτην διεζώσατο. Vulgatus & Erasm. *Tunica succinxit se.* Id est, inquit Erasmus, Pallio sive penula aut toga. Nam, inquit, tunica vestis est interior, Ependytes dicta quod supernè induatur. Et verisimile ait esse, piscatoribus tunicam fuisse summam vestem. Est & in ea sententia vir doctiss. Nicolaus Fullerus, intelligi hac voce superiorem vestem, quæ stola alias dicitur. vide Miscell. lib. 2. c. XI. Mihi hîc nec pallio nec stolæ locus ullus videtur, quippe quæ natanti omnino sunt molesta & incommoda. Arabs vertit, اخذ قميصه وشده علي حقويه, *accepit indusium suum, & ligavit illud ad lumbos suos.* Quod enim Cl. Fullerus Arabicum קמיץ vult fuisse superiorem vestem laxioremque, quæ cinctura opus haberet, ac interiorem vestitum ambitu suo coërceret, probandum non arbitror. Infima erat vestis, quæ indusium dicitur, & voce ex Arabica desumta *camisia*, Gallicè *chemise.* Sed neque hæc natanti apta, tum ob laxitatem, tum quia talaris erat. Neque cum compositione vocis ἐπενδύτης convenit, quam à superinduendo dictam fuisse constat. Syrus dixit, ܟܘܬܝܢܐ quod idem cum Hebræo כתנת. &

infimam plerumque veſtem ſignificat, quæ cuti proxima. quamvis etiam pro מעיל, *pallio* ſumi videatur 2 Sam. 13. 17. ut obſervavit R. David in libro Rad. Beza vertit *amiculum*. Mihi nec ſuprema veſtis fuiſſe videtur, nec infima, ſed inter induſium & ſtolam media. Hic enim erat veſtium ordo. Primum induſium. tum ſubucula cum ſubligaculis ſeu femoralibus. tertio ſtola. quarto pallium. Fuit Petrus dum piſcationi in calido iſto climate incumberet, prorſus nudus. tectis ſolummodo, quod & inter Barbaros Indos ſolent qui nudi incedunt, pudendis. Quumque audiviſſet Dominum eſſe qui in littore ſtaret, neglecto induſio, quod natatui obeſſe poterat, induit ſubligaculum, quod natantem impedire non poterat, atque ita proſiliit in mare. nec impedit, quod tum ſubligaculum illud fuerit ἐχέσαρκον. retinet tamen nomen ἐπενδύτου, quia quum in veſtimentorum ordine ſit ſecundum, uſus ejus eſt ut induſio ſuperinduatur, illudque conſtringat. Sed cur dicitur διεζώσατο? an non ſtolæ hoc erat, cui zona ſuper imponi ſolebat, ad quam oræ talaris veſtis ſuccingebantur? Nequaquam. Sed quia ſubligacula Orientalium inferne anguſta, ſupernè laxa, crumenæ inſtar contrahuntur, & rurſus laxantur, διαζώννυσθαι dicuntur, quando ad lumbos contracta, eos cingunt & conſtringunt. unde & ſubligacula διαζώματα vocantur. Nec aliud, puto, voluit Gloſſarium Græco-Latinum, quum ἐπενδύτης reddit *inſtata*, *ſuperaria*. & Latino-Græcum *ſuperaria*, ἐπενδύτης. Superaria, quæ ſupra induſium, ſupra primam veſtem induitur. Eratque ex levi ſemper tenuique materia, goſſypina plerumque, & interdum linea. Æthiopicus Interpres vertit, ſuccinxit ויתעצף quo indutus erat. ſenſus ergo non eſt, eum tum primum induiſſe τὸν ἐπενδύτην, ſed quia nudus erat, fuiſſe eo indutum ad pudenda tegenda, quum autem ſe in mare dare vellet, ne natanti obeſſet ſuccinxiſſe. In fine verſus, poſt καὶ ἔβαλεν ἑαυτὸν εἰς τὴν θάλασσαν, ſolus Syrus addit, *ut veniret ad Jeſum*.

In fine Euangelii Syrus codex addit, Johannem Euangeliſtam hoc Euangelium edidiſſe Græcè Epheſi. Arabs, Johannem Zebedæi filium, unum ex 12 Apoſtolis, ſcripſiſſe id Græcè incolis Epheſi, anno poſt aſcenſionem Domini in cœlos triceſimo, imperante Nerone.

ANIMADVERSIONES
In difficiliora loca

ACTORUM APOSTOLORUM.

CAP. I. VERS. 1.

Τὸν μὲν πρῶτον λόγον ἐποιησάμην. Rectè Beza, *Primum quidem librum confeci*. Syrus, Arabs & Æthiopicus ſimiliter λόγον verterunt *librum*. Et Jer. 29. 29. ויקרא את הספר הזה LXX. ἀνέγνω τοὺς λόγους τούτους. Sic apud Lucianum: ἀληθοῦς ἱστορίας λόγος πρῶτος, *veræ hiſtoriæ liber primus*.

VERS. 2. Ἐντειλάμενος τοῖς ἀποστόλοις διὰ πνεύματος ἁγίου, οὓς ἐξελέξατο. Vult hîc Cl. Beza, per trajectionem διὰ πνεύματος ἁγίου referri ad ἐξελέξατο. Ideoque vertit, *quum mandata dediſſet Apoſtolis, quos per Spirit. S. elegerat*. Fateor Syrum & Arabem uſos eſſe, ut & Æthiopicum, trajectione verborum ſitu, ut ob abſentiam diſtinctionum, quo quidque retulerint, incertum ſit. Si enim ipſorum verba ſic diſtinguas, *Poſtquam præcepiſſet Apoſtolis, quos elegerat, per Spirit. Sanctum*, vides, *per Spiritum* referri ad *præcepiſſet*. contra ad *elegerat*, ſi comma poſt iſtud verbum tollas. Malim abſque trajectione retinere verborum ſitum, quem Græca exemplaria continent, quemque Vulgatus, Theophylactus, aliique ſunt ſecuti. ut Chriſtus dicatur præcepiſſe Apoſtolis per Spir. Sanctum. Neque tamen hîc reſpici puto, aut primam illam Spiritus miſſionem in Apoſtolos, de qua Joan. 20. 22. reſpectu cujus, διὰ πνεύματος ἁγίου ab Eraſmo vertitur, *impertitus ad hoc ipſum Spiritum Sanctum*. neque alteram illam die Pentecoſtes, reſpectu cujus verteretur, *impertiturus Spiritum Sanctum*. Sed unctionem Spiritus, qua ipſe Chriſtus à patre unctus fuit, per quam factus eſt Chriſtus, & authoritatem nactus vocandi Apoſtolos, & mandata eis dandi, quibus Eccleſia colligeretur & regeretur. Ait Chriſtum in cœlum aſcendiſſe, poſtquam per Spiritum Sanctum, quo à Patre unctus, & in Chriſtum principemque Eccleſiæ conſtitutus fuerat, mandata Apoſtolis dederat. ut hoc, non à Chriſto quatenus ſimpliciter Deo, ſed qua-

quatenus per Spir. S. ad munus mediatorium ordinato, profectum esse sciamus.

VERS. 4. Καὶ συναλιζόμενος μετ' αὐτῶν. Ait Cl. Beza, se illud μετ' αὐτῶν restituisse, quia in veteribus interpretationibus Syra, Arabica & Latina exprimitur, & in illo suo vetustissimo codice. Nos id unius tantum codicis fide addendum non putamus. de Latina interpretatione, πάρεργα est. ea enim id non exprimit. Syra, Arabica, addo Æthiopicam, exprimunt quidem, non tamen quod μετ' αὐτῶν legerint, sed quia compositis verbis carentes, συναλιζόμενος non aliter vertere potuerunt, quam per ἁλιζόμενος σὺν αὐτοῖς. De significatione vocis vide Camerarii & Bezæ notas. quibus tantum addimus, Æthiopicum etiam Interpretem, cum Syro, Arabe & Vulgato, accepisse *convescendi* significatione. vertit enim, *& prandens cum ipsis*. Existimarunt, sicut ἁλίζεσθαι usitatum est pro *saliri*, ita συναλίζεσθαι posse accipi pro *eodem sale vesci*. unde & in Glossario, σύναλος, *consalineus*. Verum tamen est quod dicit Cl. Beza, apud idoneos scriptores non usurpari nisi pro *congregari*. Hezychius συναλιζόμενος, συναλισθεὶς, συναχθεὶς, συναθροισθείς. *collectus, coactus, congregatus*.

VERS. 4. Ἣν ἠκούσατέ μου. Syrus & Arabs, *quam audistis ex me*. Vulgatus, *per os meum*. ἐκ τοῦ στόματός μου. ut habebat vetustissimus Bezæ codex. Et sic quoque Æthiopicus.

VERS. 5. οὐ μετὰ πολλὰς ταύτας ἡμέρας. Syrus & Arabs omiserunt ταύτας, quamvis nequaquam otiari videatur, sed quasi digito demonstrare dies istos pauculos, inter id tempus & imminentem Pentecosten intercessuros.

VERS. 8. Ἀλλὰ λήψεσθε δύναμιν ἐπελθόντος τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐφ' ὑμᾶς. Vulgatus, *sed accipietis virtutem supervenientis Spiritus S. in vos*. Beza, *sed recipietis virtutem Spiritus Sancti, postquam supervenerit in vos*. Conjunxerunt δύναμιν Πνεύματος in regimine Genitivi. At Syrus, Arabs, & Æthiopicus sic distinxerunt, ἀλλὰ λήψεσθε δύναμιν, ἐπελθόντος τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐφ' ὑμᾶς. & acceptis Genitivis istis absolutè, verterunt, *sed quum venerit Spiritus Sanct. super vos, accipietis virtutem*. Sic & Erasmus. Sequitur, *& eritis mihi testes in Jerusalem, & in tota Judæa & Samaria*. Syrus, ܘܒܝܬ ܫܡܪܝܐ. Tremel. & Bod. *& inter Samaritanos*. verte, *& Samaria*. ad verbum, *& domo Samaritanorum*. domus locum & regionem significat. vide quæ observamus infra, cap. 2. 9.

VERS. 9. Καὶ νεφέλη ὑπέλαβεν αὐτὸν ἀπὸ τῶν ὀφθαλμῶν αὐτῶν. Hebraicè, וְעָנָן לְקָחוֹ מֵעֵינֵיהֶם, *& nubes accepit* (id est, abstulit) *eum ab oculis eorum*. idem est quod ἀνέλαβεν, ut infra v. 11. ὁ ἀναληφθεὶς ἀφ' ὑμῶν, אֲשֶׁר לֻקַּח מֵעִמְּכֶם, *qui ablatus est à vobis*. sicut 2 Reg. 2. 9. πρὶν ἢ ἀναληφθῆναί με ἀπὸ σοῦ, בְּטֶרֶם אֶלָּקַח מֵעִמָּךְ, *antequam capiar*, id est, auferat *à te*. Porro Syrus & Arabs v. 11. legerunt quoque οὕτως ἐλεύσεται, non ἐστί.

VERS. 12. Ἀπὸ ὄρους τοῦ καλουμένου ἐλαιῶνος, ὅ ἐστιν ἐγγὺς Ἱερουσαλὴμ, σαββάτου ἔχον ὁδόν. Facile hoc cum Josepho Antiq. l. 20. cap. 16. montem hunc quinque stadiis ab urbe dissitum esse asserente, conciliant viri eruditi. Iter enim sabbathi bis mille cubitorum fuisse, quam longitudinem Hebræi מיל *milliare* vocant, ex eorum libris liquido constat. Stadium autem Græcis fuisse centum passuum, passum sex pedum, sive quatuor cubitorum, ex his Herodoti verbis lib. 2. liquet: αἱ δὲ ἑκατὸν ὄργυιαι δίκαιαί εἰσι στάδιον ἑξάπλεθρον. ἑξαπόδου μὲν τῆς ὀργυιῆς μετρεομένης καὶ τετραπήχεος. τῶν ποδῶν τετραπαλαίστων ὄντων, τοῦ δὲ πήχεος ἑξαπαλαίστου. Vides sesquipedem constituisse cubitum: sexcentos ergo pedes, qui faciebant stadium, quadringentos cubitos: quinque ergo stadia, bis mille cubitos. Sed quomodo id cum Syro quadret, qui pro itinere sabbathi habet ܐܝܟ ܫܒܥܐ ܐܣܛܕܘܬܐ, *quasi septem stadia*, non adeo facile expediverunt eruditi. nos simpliciter statuimus, Syrum non Græcorum, sed Hebræorum stadia in animo habuisse, quæ ipsis רוסין vel ריסין dicuntur, quorum septem cum dimidio faciebant מיל sive iter sabbathi. vide Baal Aruch in voce רוס, ubi ex Talmude citatur אחד מז׳ ומחצה במיל זהו רוס, *unum ex septem & dimidio in mil* (id est septima milliaris pars cum dimidia) *est* רוס, *stadium*. vide & Mappam Judaicam Amstelodami ab Hebræis editam, ubi septem ריסין & dimidium faciunt מיל, ut quatuor מילין unum פרסה. Æthiopicus pro σαββάτου ἔχον ὁδόν habet, *spatio cursus viri, quod est iter antiquum sabbathi*. Porro, quum hîc dicantur regressi Hierosolymam à monte Oliveti, Lucæ autem c. 24. 50. dicantur educti fuisse à Christo ἕως εἰς Βηθανίαν, *usque ad Bethaniam*, conciliari id haud posse creditum est, nisi mons Oliveti & Bethania eodem in loco constituerentur. unde nova, eaque magna, &, ut Cl. Beza loquitur, inexplicabilis pene difficultas oritur, quod nempe mons Oliveti dicatur hîc itinere tantum sab-

bathi, id est, quinque stadiis, Johannis autem cap. 11. 18. Bethania quindecim stadiis distare Hierosolymis. quem scrupulum tolli aliter non posse vir summus existimavit, nisi Bethaniam totum aliquem montis Oliveti tractum esse, non autem certum aliquem vicum, assereret. quod tantum abest, ut ex Joan. 11. 1. probari possit, ut contra vicum Mariæ & Marthæ Bethaniam isthic dici res & constructio evincant. adde, quod hoc modo montis Oliveti longitudo nimium extendatur. Quum enim Bethania quindecim stadiis abfuerit ab Hierusalem, mons autem Oliveti quinque, habes jam ab initio montis ad initium tractus Bethaniæ decem stadia. necesse autem & tractui isti suam tribuere longitudinem, ad minimum stadii unius atque alterius. si itaque totus ille tractus fuit in monte Oliveti, habuerit mons longitudinem ad minimum duodecim stadiorum Græcorum. at in Mappa Judaica duorum circiter stadiorum, qua Bethaniam spectat, mensura ei tribuitur. בית עניא, *Bethania* autem aliquam multis à monte stadiis removetur. Adrichomius similiter ait, Bethaniam esse nobile castellum Mariæ & Marthæ sororum Lazari, & ædibus frequens, quod ultra montem Oliveti situm, 15 à Jerusalem stadiis distat, nec posse inde, ob interpositum Oliveti montem, Jerusalem videri. nec aliter in descriptione hujus loci Henricus Buntingus. Considerent itaque eruditi, an non facile tota difficultas expediatur, si ὑπέστρεψαν ἀπὸ ὄρους Ἐλλαιῶνος vertamus, *reversi sunt per montem Oliveti.* ut ἀπὸ ὄρους interjectum montem inter agrum Bethaniæ, quo Christus suos eduxerat, & urbem significet, quem transire necesse habuerint, ut à Bethania Hierosolymam venirent. sicut Joan 11. 18. dicitur Bethania fuisse ἐγγὺς τοῦ Ἱεροσολύμων, ὡς ἀπὸ σταδίων δεκαπέντε. *vicina Hierosolymæ fere per stadia quindecim.* ἀπὸ significat interjecta quindecim stadia, quæ transire necesse est à Bethania Hierosolymam. Sic Apoc. 13. 20. *exivit sanguis è torculari ad frena equorum,* ἀπὸ σταδίων χιλίων ἑξακοσίων, Vulgatus & Beza, *per stadia mille sexcenta.* rectè. ἀπὸ enim interjacens spatium significat. Unde & Act. 13. 14. αὐτοὶ δὲ διελθόντες ἀπὸ τῆς Πέργης, Vulgatus vertit, *illi vero pertranseuntes Pergem.* Ex quo sequeretur, Christum non ex monte Oliveti, quod tamen Hieronymus passim asserit, & hactenus fuit creditum ex conjectura loci Act. 1. 12. ubi id tamen Lucas non dicit, sed ex agro Bethaniæ, quod in Euangelio satis apertè innuit, in cælos ascendisse. Apostolos autem ex agro Bethaniæ, petiisse montem Oliveti, atque ex eo compendiosissima via reversos esse Hierosolymam. Quod si vero malè in Mappa & ab Adrichomio situs loci designatus, omninoque monti adhæsisse dicendus est, quod Hieronymus sensisse videtur, quum in locis Hebraicis testatur, Bethaniam esse villam in latere montis Oliveti, conciliatio sic institui potest. Reversos eos esse à monte, id est, à latere montis Oliveti extremo, ubi erat vicus Bethania, distante Hierosolymis quindecim stadiis, quum initium montis distaret secundum Josephum quinque stadiis. Et ne nimium longitudo sive latitudo montis protendatur, monemus intelligi Johannem posse de stadiis Judaicis, quum Josephus intelligendus sit de Græcis: atque ita Bethania in extremo montis latere sita non longius ab ejus initio distabit, quam hoc Hierosolymis. quum enim quinque stadia Græca faciant, ut supra diximus, septem Judaica cum dimidio, duplicato isto numero exsurgunt quindecim stadia Judaica, sive decem Græca, quæ exactè faciunt שני מילין duo milliaria Judaica, sive iteratum iter sabbathi. quo sensu accipi potest illud Hieronymi de locis Hebraicis, Bethaniam esse villam in secundo ab Ælia milliario.

VERS. 13. Καὶ ὅτε εἰσῆλθον, *& cum intrassent*, scilicet in urbem, ἀνέβησαν εἰς τὸ ὑπερῷον, *ascenderunt in cœnaculum.* sic Syrus quoque & Arabs legerunt. longe sane melius quam Vulgatus, *& quum introissent in cœnaculum, ascenderunt.* neque enim quum intrassent in cœnaculum, ascenderunt altius, sed ascenderunt ut essent in cœnaculo, quippe quod ὑπερῷον superior domus pars erat. Cujusmodi autem domus hæc fuerit, controvertitur. Nicephorus ex Euodio quodam prodidit, fuisse domum Johannis Euangelistæ Zebedæi filii. Cl. Beza divinaret potius, fuisse domum Mariæ matris Johannis cognomento Marci. Ego neutram fuisse autumo, sed ipsum templum, testante id eodem hoc autore Luca, Euang. c. 24. 52, 53. ὑπέστρεψαν εἰς Ἱερουσαλὴμ, μετὰ χαρᾶς μεγάλης. Καὶ ἦσαν διαπαντὸς ἐν τῷ ἱερῷ αἰνοῦντες καὶ εὐλογοῦντες τὸν Θεόν. Observa, dici hîc ἦσαν διαπαντὸς, ibi vero ἦσαν καταμένοντες. quæ ut eadem sunt, ita nunquam conciliabis, si alibi quam in templo manserunt. Multumque id illustrat illustrem illum Spiritus S. de quo sequenti capite, illapsum in Apostolos, si eum in templo contigisse statuamus, ubi olim שכינה majestas Dei habitaverat, sed jam à captivitate Babylonica una cum amissa arcâ exulaverat: ut typicam illam & umbratilem Dei præsentiam ex animo deponentes, ad veram illam aspi-

aſpirarent, quam Deus jam, ibidem loci ubi adumbrata fuerat, præſtitit. & ſicut 1 Reg. 8. 10. nubes dicitur impleviſſe domum à Salomone ſtructam ac dicatam, ita Act. 2. 2. ventus Spiritus Sancti implevit eandem domum, non ut deinceps domui iſti affixi hærerent, ſed ut vento iſto pulſi gratiæ Euangelicæ aurâ totum mundum afflarent. atque ita verè lex exivit ex Sion. Quapropter Eraſmus paraphraſi ad Act. 2. cœnaculum hoc in monte Sion conſtituit. conferens enim hunc locum, cum eo in quo olim Lex data, *Utrobique*, ait, *loci ſublimitas. ſed illic nihil aliud quam mons eſt, quem populus etiam attingere prohibetur, nimirum craſſus & terrenus, nec capax rerum ſpiritualium. Hic in ipſo monte domus eſt, ut agnoſcas Eccleſiæ concordiam. Illic mons Sinai, qui conveniebat ferendæ legi, quæ multitudine præceptorum cohercet rebellem populum. nam à præcepto Sina dicitur. Hîc mons Sion, qui Hebræis ſonat ſpeculam unde deſpiciuntur omnia terrena.* Nec obſtat, quod dicatur ventus impleviſſe οἶκον, *domum*, non ἱερὸν, *templum.* notum enim, templum Solomonis vocari בית ראשון, *domum primam*, Zorobabelis autem בית שני, *domum ſecundam.* Pertinet huc præclarus locus Haggæi c. 2. com. 7. 9. וּמִלֵּאתִי אֶת הַבַּיִת הַזֶּה כָּבוֹד גָּדוֹל יִהְיֶה כְּבוֹד הַבַּיִת הַזֶּה הָאַחֲרוֹן מִן־הָרִאשׁוֹן, *& implebo domum hanc gloria: major erit gloria domus hujus poſterioris quam prioris.* Id verè impletum Pentecoſte, quum רוּחַ הַקֹּדֶשׁ, *Spiritus S.* quo ornatum fuerat primum templum, orbatum autem, fatentibus Hebræis, una cum arca, cum Urim & Thummim, cum igne perpetuo & שְׁכִינָה, *præſentia majeſtatis*, templum ſecundum, implevit templum illud cœleſti vento, Apoſtoloſque donis quæ omnes nationes in admirationem rapuere. Sic ut unus ille Spiritus deinceps & arcæ, & Urim & Thummim, & ignis perpetui vicem præſtiterit, umbraſque in veritatem convertens, majeſtatem Dei ubique terrarum Eccleſiæ præſentem dederit. Nec obſtat quod dicantur aſcendiſſe εἰς ὑπερῷον לָעֲלִיָּה, Syrus ܠܥܠܝܬܐ, *in cœnaculum.* Habuiſſe enim templum in ambitu plurima עֲלִיּוֹת, ὑπερῷα, liquet ex 1 Paral. 28. 11. & 2 Paral. 3. 9. item לְשָׁכוֹת, *cubicula, conclavia.* quale erat לִשְׁכַּת גְּמַרְיָהוּ, *conclave Gamariæ*, in quo Baruch legit librum Jeremiæ in domo Domini, Jer. 36. 10. LXX. Καὶ ἀνεγίνωσκεν Βαρὺχ ἐν τῷ βιβλίῳ λόγους Ἱερεμίου ἐν οἴκῳ Κυρίου ἐν οἴκῳ ἐν Γαμαρίου. Ubi ſimul obſervandum, non modo templum vocari οἶκον, ſed & לשכה, *conclave* verti οἶκον. nec ibi tantum, ſed & infra verſ. 12. 20, 21. ut & cap. 35. v. 4. plane ſicut ὑπερῷον, ubi Apoſtoli erant Act. 1. 13. vocatur οἶκος Act. 2. 2. ſerviebant autem conclavia illa & cœnacula, non tantum templi cuſtodibus ac miniſtris, Sacerdotibus & Levitis, rebuſque ſacris aſſervandis, ſed & religioſorum hominum conventui, ubi ſacris vacabant. Hinc in conclavi Gamariæ legit Baruch librum Jeremiæ. In ejuſmodi conclavibus conveniſſe, & à filiis Eli ſtupratas fuiſſe pias mulieres conſentaneum eſt, quæ dicuntur הַצֹּבְאוֹת פֶּתַח אֹהֶל מוֹעֵד, *caſtra habuiſſe ad oſtium tentorii conventus.* Talem locum oportuit & Annam prophetiſſam habuiſſe, ἣ οὐκ ἀφίστατο ἀπὸ τοῦ ἱεροῦ, νηστείαις καὶ δεήσεσι λατρεύουσα νύκτα καὶ ἡμέραν, Luc. 2. 36. Nec dubium eſſe poteſt, quin talem ſibi locum delegerint Apoſtoli, quum dicuntur Luc. 24. 53. fuiſſe ſemper in templo, laudantes & benedicentes Deo. deſcribit locum Lucas, Act. 1. 13. 14. nempe fuiſſe ὑπερῷον, ὅπου ἦσαν καταμένοντες, καὶ προσκαρτεροῦντες ὁμοθυμαδὸν τῇ προσευχῇ καὶ τῇ δεήσει. Unde ſimul conſtat, quomodo accipiendum illud, ὅπου ἦσαν καταμένοντες. Vulgatus, *ubi manebant.* Eraſmus, *manſitabant.* Beza, *commorabantur.* nos ad verbum, *erant permanentes.* ut idem ſit quod in Euangelio, ἦσαν διαπαντός, *erant indeſinenter*, nempe μὴ ἀποστάντες ἀπὸ τοῦ ἱεροῦ, *non diſcedentes à templo.* Syrus ſimpliciter, ſed non ſatis accuratè ܗܘ ܕܒܗ ܗܘܘ, *in quo erant*, ὅπου ἦσαν, omiſſo καταμένοντες. quamvis fatear ܗܘܐ, *eſſe*, interdum pro *degere*, & *habitare* accipi, ut Joan. 1. 39. 40. quamobrem & hîc Tremel. *in quo manſerunt.* Boder. *in quo degebant.* Porro perſonæ ibi dicuntur conveniſſe, ὅ τε Πέτρος, καὶ Ἰάκωβος, καὶ Ἰωάννης, καὶ Ἀνδρέας. Hunc ordinem Arabs quoque ſervat. at Syrus, Vulgatus, & Æthiopicus, Johannem ponunt ante Jacobum. Deinde Βαρθολομαῖος καὶ Ματθαῖος. ſic & Vulgatus. At Syrus & Arabs Matthæum habent ante Bartolomæum, ut & Æthiopicus. Καὶ Ἰούδας Ἰακώβου, Arabs, *& Judas frater Jacobi.* ut & Beza. quod ex epiſtola Judæ v. 1. confirmatur. Syrus tamen & Æthiopicus, *filius Jacobi.*

VERS. 14. Τῇ προσευχῇ καὶ τῇ δεήσει. Vulgatus, Syrus, Arabs, & Æthiopicus non legerunt καὶ τῇ δεήσει.

Vers. 15. Ἦν δὲ ὄχλος ὀνομάτων, *erat autem turba nominum*, id est personarum vel capitum. sicut Num. 1. בְּמִסְפַּר שֵׁמוֹת LXX. κατ' ἀριθμὸν ὀνομάτων, *juxta numerum nominum*, id est personarum. sic sæpe ibidem. Sequitur, ἐπὶ τὸ αὐτό. Vulgatus rectè, *simul*. At sequenti cap. v. 1. vertit, *in eodem loco*. ut & Beza hîc atque illic. malim prius, quia LXX Interpretes ea phrasi passim explicant Hebræum יַחַד, etiam ubi tantum personarum, aut rerum conjunctarum, non ejusdem loci habetur ratio. ut Psal. 19. 10. τὰ κρίματα τοῦ Κυρίου δεδικαιωμένα ἐπὶ τὸ αὐτό, *judicia Domini justa sunt pariter*. Psal. 37. 40. παράνομοι ἐξολοθρευθήσονται ἐπὶ τὸ αὐτό, *impii perdentur pariter*. Psal. 49. 9 ἐπὶ τὸ αὐτὸ ἄφρων καὶ ἄνους ἀπολοῦνται, *pariter insanus & demens peribunt*. in his si vertas, *eodem in loco*, nihil dicis.

Vers. 16. Τοῦ γενομένου ὁδηγοῦ. Vulgat. *qui factus est dux*. Beza, *dux viæ*, quia præivit cæteris. angustè nimis, si solummodo dux itineris intelligitur. rectè autem, si per viam more Hebræorum metaphoricè intelliguntur etiam consilia & actiones. neque enim in itinere solum præivit, & qua eundum esset ostendit, sed & signum dedit quo persona capienda cognosci posset, & consilio juvit, quum diceret, *prehendite eum & abducite* ἀσφαλῶς *tuto, ne evadat*. Rectè ergo Syrus ܗܘ ܕܗܘܐ ܡܕܒܪܢܐ, *qui fuit dux, rector, gubernator, director*. hæc enim omnia significat ܡܕܒܪܢܐ, à ܕܒܪ quod non *ducere* tantum, sed & *regere, moderari* ac *dirigere* significat. exempla passim obvia. ut 1 Tim. 3. 5. & 5. 14. & alibi. Porro agitur hîc de Juda, dicto in Euangeliis *Iscariot*. de quo agnomine egimus, in Comment. ad Matth. 10. 4. Ubi Junius annotat, ad Syri סכריוטא, Secarjut quibusdam appellari *marsupium*, & Secarjuta, ὁ ἔχων γλωσσόκομον. qua autoritate hujus inventi autor nitatur nescio. Sed in lingua Æthiopica reperio אַשְׁכְּרָן pro marsupio. Sic enim τὸ γλωσσόκομον Interpres reddidit Joan. 12. 6. & 13. 29. hinc non incommodè derivari potest אַשְׁכְּרְיוּתָא, ὁ ἔχων γλωσσόκομον. ut hoc agnomine ab ipsis Apostolis distinctus fuerit ab altero Juda Apostolo.

Vers. 17. Ὅτι κατηριθμημένος ἦν, *Quia annumeratus erat*. huic lectioni Syrus & Arabs assentiuntur. mirum ergo Vulgatum habere, *qui connumeratus erat*, id est, ὅς.

Vers. 18. *Hic emit sibi* χωρίον, *agrum*. Æthiopicus exprimit cujusmodi ager fuerit, reddens עצר וין, *agrum vini, vinetum*. cui non repugnat, quod Matth. 27. 5. vocetur *ager figuli*. potuit enim fuisse vinetum figuli. neque pugnant, quod hîc ipse Judas dicatur eum emisse, ibi autem primarii Sacerdotes. Nam præterquam quod locum habere queat conciliatio, quam Cl. Beza adfert, nihil obstat, cur non & ipse proditor, triginta hosce argenteos, quos biduo fere ante, (ut ex Matth. 26. 2. 14. colligi potest) acceperat, agro emendo impendere voluerit, eaque de re cum figulo aliove hujus fundi domino transegerit. postmodum vero, quum pœnitudine sceleris ductus, eos sacerdotibus refunderet, iidem illi arcana quadam & admiranda Dei providentia eundem agrum iisdem argenteis coëmerint. Καὶ πρηνὴς γενόμενος. Quam male Vulgatus & Erasmus verterint, *& suspensus*, rectè autem Beza, *& præcipitatus*. optimè vero Syrus, Æthiop. & Arabs, *& cecidit super faciem suam in terram*. nec repugnare illud Matth 27. vers. 5. quia ἀπήγξατο non vertendum, *suspendit se*, sed *suffocatus est*. supersedemus plura de eo dicere, quia aliquid ejus tetigimus in Commentario nostro ad quatuor Euangelia p. 336. & 382. reliqua relinquimus incomparabili viro Dan. Heinsio, qui ejus sententiæ author est, doctissimasque suas in universum N. Test. notas jam jam evulgare pollicetur. Quod additur, καὶ ἐξεχύθη πάντα τὰ σπλάγχνα αὐτοῦ, Syrus vertit ܘܐܫܬܦܟ ܟܠܗ ܓܘܗ, quod malè transtulit Tremel. *& effusum est universum corpus ejus*. respexit Hebræorum גְּוִיָּה *corpus*. verte ad verbum, *universum interius ejus*. est enim ܓܘܐ *intrinsecum, interius*, Hebræorum קֶרֶב, quod & pro מֵעַיִם, *viscera* passim ponitur. Æthiopicus dixit אמעלתהו quod & significatione & radice convenit cum Hebr. מעים.

Vers. 19. Ἀκελδαμά, omnino Syriacum est, ܚܩܠ ܕܡܐ, חֲקַל דְּמָא. ubi nemo mirari debet, pathach sub ק efferri per ε. id enim, ut Arabibus, ita & Syris usitatum est, quoties sequitur consona quiescens, id est, quæ per scheva quiescens jungitur præcedenti. præterquam quod notum sit, segol vocari Hebræis pathach parvum, ob affinitatem pronunciationis quam cum pathach habet. quod autem דְּ efferatur per δα, id est, scheva per *a*, id quo

quoque usitatissimum. ut טְלִיתָא, Ταλιθά, *puella.* טְבִיתָא, Ταβιθὰ δορκάς, *caprea.* pergit autem Syrus, atque interpretaturus quid sit ἀκελδαμά; ait valere ܚܩܠ ܕܡܐ, *ager sanguinis.* ubi solummodo Syriacæ linguæ studiosos monemus, ܚܩܠ esse formæ constructæ à ܚܩܠܐ, *ager*, cujus plurale ܚܩ̈ܘܠܐ, quæ sunt anomala.

VERS. 25. Ἐξ ἧς παρέβη Ἰέδας. Vulgatus, *de quo prævaricatus est Judas.* Erasmus, *prævaricatus excidit.* Merito neutrum secutus est doctiss. Beza, qui vertit, *à quo aberravit Iudas.* malim, *recessit.* utuntur enim Hellenistæ pro Hebr. סוּר. ut Exod. 32. 8. סָרוּ מַהֵר מִן הַדֶּרֶךְ, παρέβησαν ταχὺ ἐκ τῆς ὁδοῦ, *recesserunt celeriter à via.* sic Deut. 9. 12. 16. & alibi sæpe. Optimè Syrus ܕܡܢܗ ܗܘ ܦܪܩ, Tremel. & Boder. in Parisiensi edit. *à quo separavit se.* verte, *recessit.* id enim est ܦܪܩ. ut 2 Tim. 2. 19. ܢܦܪܘܩ ܡܢ ܥܘܠܐ, ἀποστήτω ἀπὸ ἀδικίας, *recedat ab iniquitate.*

VERS. 26. *Cum undecim Apostolis.* Vocat eos alibi passim Interpres Arabs, الرسل, אלרסל quasi *missos.* hîc vocat, ut & alibi sæpe, & in Alcorano passim, الحواريين, אלחואריין. Quod id ab חור, *candidum esse*, usitata Hebræis Syrisque significatione deductum velint, quasi candidis vestibus induti fuerint Apostoli, frivolum est. dicuntur & ab Æthiopico Interprete ubique הוריאת, proculdubio ab חור usitato ipsis verbo pro πορεύεσθαι, *ire*, *proficisci.* quia munus eorum ferebat, nusquam sedem figere, sed quaquaversum proficisci. sic & legatus quivis חורי dicitur Joh. 13. 16.

CAP. II.

VERS. 1. Καὶ ἐν τῷ συμπληροῦσθαι τὴν ἡμέραν τῆς πεντηκοστῆς. Vulgatus, Syrus & Arabs legerunt τὰς ἡμέρας. utrovis modo legatur, sensus nec est, *quum primus dies pentecostes*, nec *quum omnes ejus dies essent exacti*, sed *quum numerus dierum à paschate ad pentecosten esset exactus.* de quo vide doctissimas Bezæ in hunc locum notas: & nostras ad Marc. 8. 31. Quod autem vir Doct. ἐν τῷ συμπληροῦσθαι positum velit pro μετὰ τὸ συμπληρωθῆναι, nihil necesse videtur, numerus enim quinquaginta dierum, propriè loquendo, non erat completus, ineunte primo pentecostes, sed currente eo complebatur. erat enim ipse quinquagesimus. sensus est: quum tempus quinquaginta dierum, quod incidebat in diem pentecostes, compleretur, currente adhuc eo die quo complebatur, venit Spiritus S. Testatur autem Hieron. in Dan. quum tres fuerint precandi horæ Judæis, tertia, sexta & nona, hora tertia Spiritum S. descendisse in Apostolos. Sequitur, ἦσαν πάντες ὁμοθυμαδὸν ἐπὶ τὸ αὐτό. Erasmus arbitratur Vulgatum legisse pro ὁμοθυμαδὸν, ὁμαδὸν, quia vertit *pariter.* quod magis etiam dicas, si videas Syrum pro ἦσαν ὁμοθυμαδὸν simpliciter dicere ܟܢܝܫܝܢ ܗܘܘ, *congregati erant.* & eodem sensu Arabem كانوا مجتمعين. At observandum, ὁμοθυμαδὸν sæpe usurpari Hellenistis pro simplici ἅμα, *simul*, etiam ubi nullus animorum consensus locum habet. ut 1 Paral. 10. 6. καὶ ὅλος ὁ οἶκος αὐτοῦ ὁμοθυμαδὸν ἀπέθανε, *& tota domus ejus simul mortua est.* Job. 34. 15. τελευτήσει πᾶσα σὰρξ ὁμοθυμαδὸν, *morietur omnis caro pariter.* sic alibi sæpe. adeo ut etiam inanimatis tribuatur, Thren. 2. 8. καὶ τὸ τεῖχος ὁμοθυμαδὸν ἠσθένησε, *& murus pariter debilitatus est.* Laudo tamen Bezam, qui propria vocis significatione retenta vertit *concorditer*, Erasmus *unanimiter.* ut & Syrus præcedenti cap. 1. vers. 14. pro eo dixit ܒܢܦܫ ܚܕܐ, *unâ animâ.* similiter ibi & Arabs, debuerant & hîc.

VERS. 2. Ὥσπερ φερομένης πνοῆς βιαίας. Syrus & Arabs non legunt φερομένης. Πνοῆς vertitur à Vulgato *Spiritus*, ut & à Syro ܪܘܚܐ & Arabe ريح. quæ tamen *ventum* etiam significant. propriè πνοὴ, *flatus*, ut rectè hîc vertit doctissimus Interpres. vel *spiratio.* Unde LXX Interpretes, qui interdum πνοὴ dixerunt pro רוּחַ, sæpius utuntur pro נְשָׁמָה. de quo illustris locus Job. 32. 8. וְנִשְׁמַת שַׁדַּי תְּבִינֵם, πνοὴ δὲ παντοκράτορος ἡ διδάσκουσα, *spiratio autem omnipotentis est quæ docet.* Id Spiritui S. verè convenit, qui festo Pentecostes illapsus est in Apostolos, tanquam πνοὴ τοῦ παντοκράτορος ἡ διδάξουσα αὐτοὺς, *spiratio omnipotentis edoctura ipsos.*

VERS. 3. *Et conspectæ sunt ipsis divisæ linguæ* ὡσεὶ πυρός. Vulgatus, *tanquam ignis.* ubi quum ignis tam in recto quam in gignendi casu accipi possit, incommodum illud vitari, nec à Græcis deflecti existimat Cl. Beza, si vertatur *instar ignis.* at vero Genitivus πυρὸς

non

non regitur ab ὡσεὶ, sed à γλῶσσαι. Genitivus autem *ignis* ab *instar*. ideoque ambiguitatem habet longè maximam: quia *instar ignis* referri posset ad *divisæ*, quasi sensus esset, divisæ instar ignis, id est, sicut ignis dividitur. ut ergo ambiguitas tollatur, omnino necesse est vertere cum Erasmo, *tanquam igneæ*. nam γλῶσσαι πυρὸς, *linguæ ignis* sunt igneæ. Syrus habet ܐܝܟ ܢܘܪܐ, *tanquam ignis*, in Nominativo. Nam in Genitivo dicendum fuerat ܐܝܟ ܕܢܘܪܐ. Sequitur, ἐκάθισέ τε &c. *Et sedit*, nempe πῦρ, *ignis*. Syrus & Arabs, *& sederunt*, nempe linguæ. quia autem *& sedit* constructione non convenit cum *linguæ igneæ*, necesse omnino videtur, Latinè suppleri constructionem, hoc modo: *divisæ linguæ sicut* linguæ *ignis*, *& sedit*, scilicet iste ignis. quo supplemento Græca Belgicaque lingua opus non habent, quia Genitivus ibi à Nomin. facile discernitur.

VERS. 4. *Et cœperunt loqui* ἑτέραις γλώσσαις, Erasmus & Beza rectè *aliis linguis*. Vulgatus tamen habet *variis linguis*. ut & Syrus ܒܠܫܢ ܠܫܢ, *linguâ linguâ*, quasi legissent γλώσσαις γλώσσαις, sic & Arabs. Sequitur καθὼς τὸ Πνεῦμα ἐδίδου, *sicut Spiritus dabat*. Vulgatus & Æthiopicus addunt *Sanctus*. Syrus & Arabs id non agnoscunt.

VERS. 5. Ἦσαν δὲ ἐν Ἱερουσαλὴμ κατοικοῦντες Ἰουδαῖοι, ἄνδρες εὐλαβεῖς, ἀπὸ παντὸς ἔθνους τῶν ὑπὸ τὸν οὐρανόν. Hæc lectio vult, omnes istos ex omni gente fuisse Judæos. quod clarius etiam expressit Syrus, quum immutato paululum situ dixit: *erant autem viri habitantes Hierosolymæ, timentes Deum, Judæi ex omnibus gentibus quæ sub cælo sunt*. Tum sub Judæis necesse est etiam proselytos complecti, ex vers. 10. Arabs autem Judæos à reliquis gentibus distinxit, inquiens يهود ومن جميع الامم, *Judæi, & ex omnibus gentibus*. prior lectio receptior & melior.

VERS. 6. Γενομένης δὲ τῆς φωνῆς ταύτης. Vulgatus ad verbum, *Facta autem voce hac*. ut & Syrus per קלא expressit. Eras. *is rumor quum increbruisset*. Beza *orto autem hoc rumore*. Quærenti diligenter, an uspiam aut קול Hebræis, aut φωνὴ Hellenistis pro *rumore* sumatur, nusquam occurrit, sed semper pro *voce*, aut *sonitu*, aut *tonitru*. pro speciali autem sonitu qui rumor dicitur, nunquam. nisi forte Jer 10. 22. קוֹל שְׁמוּעָה הִנֵּה בָאָה, φωνὴ ἀκοῆς ἰδοὺ ἔρχεται. ubi tamen non φωνὴ sed ἀκοή, *rumorem*, φωνὴ autem ejus sonitum designat, quo innotescit & pervagatur. dubito an non φωνὴ hîc accipi posset pro Hebræorum דָּבָר, quod LXX nunc per λόγον, nunc per ῥῆμα, nunc per φωνὴν interpretantur. & sicut דָּבָר, λόγος, & ῥῆμα sæpe usurpantur pro *re* & *negocio*, ita & φωνὴ eodem modo sumi queat, ac verti, *Facta autem re hac*, id est, quum hæc res ita contigisset. videtur certe φωνὴ, & Hebræorum קול quoque ita accipiendum Exod. 4. 8. אִם לֹא יַאֲמִינוּ לָךְ וְלֹא יִשְׁמְעוּ לְקֹל הָאֹת הָרִאשׁוֹן וְהֶאֱמִינוּ לְקֹל הָאֹת הָאַחֲרוֹן, ἐὰν μὴ εἰσακούσωσι φωνῆς τοῦ σημείου τοῦ πρώτου, πιστεύσουσί σοι τῆς φωνῆς τοῦ σημείου τοῦ δευτέρου. quid hîc *vox signi*, nisi negocium & ipsa res signi?

Sequitur, *convenit multitudo*, καὶ συνεχύθη. Vulgatus, *& mente confusa est*. Erasmus & Beza rectè omittunt *mente*, referri tamen ad mentis conturbationem iidem volunt. Arabs vertit ارتجوا, *commoti sunt*, ut & Syrus ܐܬܕܠܚ, *commotus est*. quæ non modo ad mentis conturbationem, sed vel maximè ad tumultuarium perplexumque populi concursum referri possunt, ubi sine ordine cum confusione alius alium impellit, alter alterius cursum retardat. id mihi hîc est συνεχύθη. plane ut Actor. 19. 29. Καὶ ἐπλήσθη ἡ πόλις ὅλη συγχύσεως, καὶ ὥρμησαν ὁμοθυμαδὸν εἰς τὸ θέατρον. ubi Syrus eodem verbo dixit ܘܐܫܬܓܫܬ ܟܠܗ ܡܕܝܢܬܐ, *& conturbata est tota civitas*, vel potius *tumultuata est*. & vers. 32. ἦν γὰρ ἡ ἐκκλησία συγκεχυμένη, *erat enim congregatio confusa*. Syrus ܟܢ̈ܫܐ ܛܒ ܡܫܬܓܫܝܢ ܗܘܘ, *turbæ admodum commotæ erant*, nempe per modum tumultus.

VERS. 7. Λέγοντες πρὸς ἀλλήλους. Vulgatus non habet πρὸς ἀλλήλους. Syrus & Arabs habent.

VERS. 8. Καὶ πῶς ἡμεῖς ἀκούομεν ἕκαστος τῇ ἰδίᾳ διαλέκτῳ. Erasm. & Beza, *Quomodo igitur nos audimus eos sua quisque lingua*. interseruerunt *eos*, ut τῇ ἰδίᾳ διαλέκτῳ per Ablativum commodè exponerent. at Vulgatus, *& quomodo nos audimus unusquisque linguam suam*. quasi τὴν ἰδίαν διάλεκτον legisset. sic quoque Syrus & Arabs.

VERS. 9. Ἐλαμῖται. Syrus ܐܠܢ̈ܝܐ *Alanæi*. ad quod sic Junius, *id est Persæ συνεκδοχικῶς, ut ostendit locorum ordo: nam ab Oriente ad Occidentem populos enumerat*. quod autem Elanæos appellat Syrus, vitiosum puto. nam

nam Elanæi ad Arabiam Petræam pertinent: & Græcus textus verior est. hactenus ille. ubi rectè docet, Elanæos ad Arabiam Petræam pertinere. est enim Alane aut Elane urbs ad mare rubrum sita, testibus Strabone & Ptolemæo. Arabes ايلي, Aila vel Eila vocant; eamque Syriæ initium faciunt, & ad Judæos pertinuisse asserunt, ut est apud Abulfedam. Et apud Josephum lib. 8 Antiq. c. 2. ubi Salomonem classem navalem instruxisse ait in sinu Ægyptiaco, in loco quodam maris rubri, cui Esiongaber, alias Bernice nomen est, ἐ πόῤῥω εἰλανῆς, ἡ χώρα τότε πρὶν Ἰȣδαίων ἦν, *non procul à civitate Ellane; quæ regio olim Iudæorum fuit.* Hos Alanæos intelligi apud Lucam per locorum seriem non posse, rectè asserit vir doctissimus. Sed quidni intelligi possint, quos Benjamin in Itiner. pag. 73. edit. Leydensis, juxta Mesopotamiam & Armeniam collocat? Verba ejus sunt, וארץ אלניה היא הארץ המוקפת הרים ואין יציאה להם אלא שערי ברזל שעשה אלכסנדרוס ושם האומה הנקראת אלאן *Alania est regio montibus cincta, nec ullum habet exitum præter portas ferreas quas Alexander fecit, ubi populus degit qui Alan dicitur.* rectè hoc cum Syro nostro convenit, qui post Parthos & Medos, Alanæos constituit, deinde incolas Mesopotamiæ. Hos Alanæos Persarum gentem quandam fuisse, suspicari non immerito ex situ licet. atque ita iidem esse possint, quos Ἐλαμῖτας vocavit Lucas, qui ab עֵילָם, *Elam*, primogenito filio Semi originem traxere, de quo Josephus l. 1 Antiq: c. 7. Ἔλυμος Ἐλυμαίȣς Περσῶν ὄντας ἀρχηγέτας κατέλιπεν, *Elymus Elimæos, ex quibus Persæ originem traxerunt, reliquit.* Unde 1 Machab. 6. 1. Rex Antiochus dicitur audivisse, ὅτι Ἐλυμαῒς ἐν τῇ Περσίδι ἐστιν πόλις ἔνδοξος πλȣ́τῳ, ἀργυρίῳ καὶ χρυσῷ, *Elymaida esse Persidis civitatem, divitiis auro & argento celebrem.* Paulo aliter Plinius lib. 6. c. 35. *Persidis*, inquit, *initium ad flumen Oroatum, quo dividitur ab Elymaide.* & c. 27. *Infra Eulæum Elymais est, in ora juncta Persidi.* cum quo consentit Stephanus de urbibus, Ἐλύμαι, χώρα Ἀσσυρίων πρὸς τῇ Περσίδι, τῆς Σȣσίδος ἐγγύς. οἱ οἰκȣ̃ντες Ἐλυμαῖοι. *Elymæ, regio est assyriorum juxta Persidem, Susianæ vicina. cujus incolæ sunt Elymæi.* Parum refert: sive in Perside sive prope eam fuerint Elamitæ aut Elymæi, iidem esse possunt, quos Elanæos dixit Syrus, quosque Benjamin inter Persidem, Choresanem, Mesopotamiam & Armeniam locat. Porro pro καὶ οἱ κατοικȣ̃ντες τὴν Μεσοποταμίαν, Syrus habet ܘܥܡܘܪ̈ܐ ܕܥܡܪܝܢ ܒܝܬ ܢܗܪ̈ܝܢ, Tremel. & Boder. *& qui habitant inter fluvios.* non existimo ܒܝܬ hîc significare *inter*, sed valere idem quod ܐܬܪܐ, *locus, regio.* sicut ܒܝܬ ܫܡܪܝܢ, *Samaria*, non urbs, quæ ܫܡܪܝܢ dicitur, sed regio. etsi non negem בית etiam urbibus tribui posse. ut apud Arab. בית אלמקדש, *domus sanctificata* est Jerusalem. Itaque ܒܝܬ ܢܗܪ̈ܝܢ, est *regio duorum fluviorum*, Mesopotamia, quæ Hebr. אֲרַם נַהֲרַיִם, *Syria duorum fluviorum.* & ponitur ܒܝܬ pro ܒܒܝܬ ex more. raro enim hæc præpositio huic dictioni præfigitur. nec arbitror ܢܗܪ̈ܝܢ hîc esse plurale, quod significet *fluvios.* id enim Syri efferunt terminatione fœminina ܢܗܖ̈ܘܬܐ. sed esse duale. & non scribendum, ut faciunt Boder. & Ferrarius, ܢܗܪ̈ܝܢ, sed ܢܗܪ̈ܝܢ, ab Hebræo נַהֲרַיִם, sicut ܡܐܬܝܢ à מָאתַיִם, *ducenti.* ܡܨܪܝܢ à מִצְרַיִם Ægyptus. ܬܪܝܢ à שְׁנַיִם, *duo.* ܬܪܬܝܢ à שְׁתַּיִם, *duæ.* ܓܠܝܢ *revelati*, pro Chald. גְּלַיִן.

Vers. 18. Καίγε ἐπὶ τȣ̀ς δȣ́λȣς μȣ &c. Vulgatus & Beza emphasin particulæ γε rectè expresserunt, *& quidem super servos meos.* Syrus & Arabs non satis congruè omiserunt. Fecerunt fortassis, quia non satis congruam particulam habent qua id enarrent. Æthiopicus, potius quam omitteret, egregia periphrasi explicuit, *Et amplius dicit, super servos meos &c.*

Vers. 20. *Priusquam veniat dies ille Domini magnus* καὶ ἐπιφανής. Vulgat. *& manifestus.* Beza, *& illustris.* Syrus ܘܕܚܝܠܐ, Arabs المرهوب, *terribilis.* rectè. Nam Joëlis 2. 31. unde hic locus petitus, extat יוֹם הַנּוֹרָא, *dies terribilis*, pro quo LXX ἡμέραν ἐπιφανῆ. ut & v. 11. sic Jud. 13. 6. וּמַרְאֵהוּ נוֹרָא מְאֹד, *& aspectus ejus terribilis valde.* LXX καὶ ἡ ὅρασις αὐτȣ̃ ἐπιφανὴς σφόδρα. vide etiam 1 Paral. 17. 21. Hab. 1. 7. Malach. 1. 14. Nec dubium, quin inde truculentus ille Antiochus dictus sit ἐπιφανής, *terribilis* potius quam *illustris*.

Vers. 22. Ἄνδρα ὑπὸ τοῦ Θεοῦ ἀποδεδειγμένον εἰς ὑμᾶς. Hebraicè dico, אִישׁ הַמּוּכָח לָכֶם מֵאֱלֹהִים, *virum demonstratum vobis à Deo.* est enim הוכיח Hebræis non tantum *redarguere*, sed & *arguere*, certisque atque indubitatis argumentis demonstrare, probare & confirmare. idem quod ἀποδεικνύειν Græcis. sic accipimus Gen. 24. v. 14.

Vers. 23. Syrus hîc habet, ܠܗܢܐ ܕܦܪܝܫ ܗܘܐ ܠܗ ܠܗܕܐ. Tremel. *hunc qui segregatus erat ad hoc.* Boder. in Paris. *qui electus erat.* in Reg. *qui expositus erat.* verto *hunc qui determinatus erat ad hoc.* alibi antehac diximus ܦܪܝܫ frequenter sumi pro ὁρίζειν, *determinare, definire, certo statuere.* ita & hoc loco, expressurus quid sit, τοῦτον τῇ ὡρισμένῃ βουλῇ καὶ προγνώσει τοῦ Θεοῦ ἔκδοτον λαβόντες, dixit, *hunc qui determinatus erat ad hoc, per præscientiam & per voluntatem Dei tradidistis.*

Vers. 25. *David enim dicit* εἰς αὐτόν *de eo.* rectè sic vertit Eras. & Cl. Beza. ut & Eph. 5. 32. εἰς Χριστὸν καὶ εἰς τὴν ἐκκλησίαν, *de Christo & de ecclesia.* εἰς pro περί, sicut apud Hebros sæpe ל pro על, ut Ps. 91. 11. יְצַוֶּה לָּךְ, *præcipiet de te*, περί σου, Matt. 4. 6. sic Gen. 20. 31. & 26. 7. 2 Sam. 11. 7. Est. 3. 2. itaque rectè Syrus ܥܠܘܗܝ, *de eo.* Addit, ܡܩܕܡ ܗܘܝܬ ܚܙܐ ܐܢܐ ܠܡܪܝ. Tremel. & Boder. in Paris. *ab initio fui spectans Dominum meum.* melius quam in Reg. *coram me prospiciebam dominum meum.* illud *coram me* non est apud Syrum. quod enim in Græco est ἐνώπιόν μου omisit. verto, *prævidebam dominum meum.* προωρώμην τὸν κύριον. quum enim componere nequeant, quod Latini faciunt per *præ*, Græci per πρό, illi faciunt per verbum ܩܕܡ. ut ܩܕܡ ܝܕܥ, προέγνωσε. ܩܕܡ ܦܣܩ, προώρισε. & similia. ad verbum, *præmisit cognovit, præmisit determinavit*, id est, præcognovit, prædeterminavit. Sic hoc loco, *præmittebam videbam dominum meum*, id est, prævidebam. hæc in gratiam φιλοσίρων.

Vers. 26. *Et exultavit*, ἡ γλῶσσά μου, *lingua mea.* Sic Vulgat. quoq; & Arabs legerunt. at Syrus ܬܫܒܘܚܬܝ, *gloria mea.* secutus textum Hebræum, ubi est כְּבוֹדִי. quod hoc quidem loco LXX verterunt per ἡ γλῶσσά μου. quomodo & accipi posset Ps. 30. v. ult. לְמַעַן יְזַמֶּרְךָ כָבוֹד, *ut canat tibi gloria*, id est, lingua. ibi autem LXX ad verbum verterunt. Hebræi utroque in loco per כבוד intelligunt הנשמה aut הנפש, *animam.* quomod procul dubio accipiendum Gen. 49. 6. *Cœtui eorum ne uniatur* כְּבֹדִי, *gloria mea*, id est, anima.

Additur, *Insuper & caro mea requiescet* ἐπ᾽ ἐλπίδι, Vulg. *in spe.* Beza *cum spe.* nihil refert. modo attendatur, phrasin illam non esse ex lingua Latinâ, aut puriori Græca æstimandam, ubi ἐλπίς, *spes* est exspectatio boni futuri, sed ex linguâ Hellenistica, quæ pro Hebræo לָבֶטַח, *in fiducia*, id est securè, tuto, dixit ἐπ᾽ ἐλπίδι, etiam ubi spes propriè dicta, id est expectatio futuri boni nullum prorsus locum habet. ut Jud. 18. 7. *viderunt populum*, יוֹשֶׁבֶת לָבֶטַח, *habitantem securè* ἐγκαθήμενον ἐπ᾽ ἐλπίδι. שֹׁקֵט וּבֹטֵחַ, *quiescentem & confidentem*, ἡσυχάζοντα ἐν ἐλπίδι. sic Prov. 1. 33. *Qui auscultat mihi*, יִשְׁכָּן־בֶּטַח, *habitabit confidenter*, aut securè, κατασκηνώσει ἐπ᾽ ἐλπίδι. sic Ps. 4. 10. & 78. 58. Esa. 32. 9. Ezech. 28. 26. Oseæ 2. 18. Zophon. 3. 1. & alibi passim. Sic ergo & hoc loco sensus est, *Caro mea*, יִשְׁכֹּן לָבֶטַח, κατασκηνώσει ἐπ᾽ ἐλπίδι. *habitabit secura*, id est, tuta ab omni malo. Ubi non possum præterire commentarium Davidis Kimchi in hunc locum, cujus hæc sunt verba, בעודני בחיים ישכון לבטח שתצילני מכל נזק ובדרש אחר מיתה כלמד שלא שלטה בו רימה ותולעת id est, *si sensum literalem spectes mens est, dum adhuc sum in vivis, habitabit caro mea securè, quia liberabis me ab omni damno. at mysticè post mortem, perinde est ac si doceat, non dominaturam ei corruptionem & vermem.* Lubens à verbo hanc interpretationem amplector, ut sensus sit, Habitabit post mortem caro mea tuta à vermibus in sepulchro, quia non derelinques in eo animam meam, nec permittes Sanctum tuum videre corruptionem.

Vers. 27. Οὐ δώσεις τὸν ὅσιόν σου ἰδεῖν διαφθοράν. ὅσιος est Hebræorum חסיד *pius.* pro quo Syri objecto ד dicunt ܚܣܝܐ, חסיא. unde est Græcum ὅσιος. διαφθοράν Syrus dixit ܚܒܠܐ, חֲבָלָא, Arabs فساد, פסאר, *corruptionem.* miror ergo, unde Cl. Beza habeat, Syrum & Ara-

Arabem usurpasse vocem Hebræam כלה, chalah quæ consumtionem declarat.

VERS. 30. Τὸ κατὰ σάρκα ἀναστήσειν τὸν Χριστόν. Totum hoc membrum Vulgatus, Syrus, Arabs & Æthiopicus non legerunt. Quod enim Cl. Beza dicat, Arabem & Syrum legisse, Ἐγὼ ἐκ καρποῦ τῆς ὀσφύος σου ἀναστήσω, καθίσαι ἐπὶ τοῦ θρόνου σου, id est, *Ego ex fructu lumborum tuorum excitabo, quem in throno tuo collocem*, nescio unde id de Syro habeat. de Arabe, secutus est Fr. Junium, qui quum textum Arabicum rectè esset interpretatus, *ego de fructu lumbi tui faciam ut sedeat super throno tuo*, atque annotasset, receptam lectionem τὸ κατὰ σάρκα ἀναστήσειν τὸν Χριστὸν olere glossema, addidit, integrius fortasse Arabem legisse eo modo, quo supra Clar. Beza memoravit. non rectè tamen verba Arabis Græcè sunt reddita. habet اني من ثمار صلبك اجلس علي كرسيك, id est, ὅτι ἐγὼ ἐκ καρποῦ τῆς ὀσφύος σου καθιῶ ἐπὶ τοῦ θρόνου σου, *ego ex fructu lumbi tui collocabo* (sedere faciam) *super thronum tuum.* Eodem modo Syrus. uterque ad verbum expressit verba Pſ. 132. 11. מִפְּרִי בִטְנְךָ אָשִׁית לְכִסֵּא לָךְ. nisi quod pro singulari פְּרִי *fructu*, Syrus dixerit ܦܐܪ̈ܐ, *fructibus*. Arabs autem pro בִטְנְךָ, *ventris tui* dixerit صلبك, *lumbi tui*. Non video autem, cur in recepta lectione glossema vel suspicemur. Videntur quidem Vulgatus, Syrus, Arabs & Æthiopicus, quia idem, quod Junius, senserunt, textum Hebræum secuti, sed nihil causæ nobis apparet, cur ea lectio, quam exemplaria Græca exhibent, ac Chrysostomus expressit, vel tantillum suspecta esse debeat. quum enim Lucas non simpliciter quid Davidi juratum sit referat, sed quid David tanquam Propheta sibi juratum esse sciverit, non debuit simpliciter promissionis verba recensere, sed quomodo David, tanquam Propheta, ea intellexerit, explicare. promiserat Deus Davidi, fore ut de fructu ventris ejus collocaret aliquem super thronum ejus. id David tanquam Propheta scivit nihil aliud esse, quam fore ut de fructu lumborum suorum suscitaret Deus, quod ad carnem attinet, Christum, ut sederet super thronum suum. καθίσαι non verto, quem *collocaret*, subaudiendo ὅν, sed *ut sederet*, subintelligendo ἕνεκα τοῦ, quod usitatissimum, & καθίσαι sumendo intransitivè, quæ vulgatissima est per universum N. Testamentum hujus verbi significatio. ἀναστήσειν autem non refero ad resurrectionem Christi, sed ad naturalem ejus productionem. ut & 2 Sam. 7. 12. ἀναστήσω τὸ σπέρμα σου μετά σε, ὃ ἔσται ἐκ τῆς κοιλίας σου. de resurrectione ejus agitur verſ. ſeq. quem ad hunc nostrum sic refero: David quum Spiritu Prophetico intelligeret, sibi Psal. 132. & 2 Sam. 7. promissum esse, fore ut de semine suo suscitaretur Christus, eâdem præscientia Propheticâ locutus est Pſ. 16. de ipsius resurrectione. Obiter addo in gratiam φιλοσύρων, in editionibus Regia & Cothenensi legi ܥܠ ܟܘܪܣܝܟ, *super thronum tuum.* corrige, & lege ܟܘܪܣܝܟ, ut habet Viennensis editio, etsi satis obscura, & usus Grammaticaque postulant. est enim sine affixo ܟܘܪܣܝܐ, *thronus.*

VERS. 31. Ὅτι οὐ κατελείφθη ἡ ψυχὴ αὐτοῦ εἰς ᾅδου. *Non derelictam esse animam suam in inferno.* Vulgatus, *quia neque derelictus est in inferno.* sic quoque Syrus & Arabs. nisi quod Arabs pro ὅτι videatur legisse ὅς, *qui.* non videntur legisse ἡ ψυχὴ αὐτοῦ aut certe interpretari voluerunt, animam hîc ipsam personam denotare, & sensum esse, *quod non derelicta est persona ejus*, id est, ipse.

VERS. 33. Τῇ δεξιᾷ οὖν τοῦ Θεοῦ ὑψωθείς. *Dextrâ igitur Dei exaltatus.* Arabs عن يمين, *ad dextram*, quod ἐν δεξιᾷ, ἐν δεξιοῖς, ἐκ δεξιῶν dici solet. At cap. 5. 31. ὕψωσε τῇ δεξιᾷ αὐτοῦ, bene vertit رفعه بيمينه, *extulit eum dextra sua.*

VERS. 34. Λέγει δὲ αὐτός. *dicit autem ipse:* Syrus & Arabs, *quia dicit ipse.* nolim tamen asserere, aliter eos legisse quam δέ. est enim & alibi ea particula causalis, pro *enim.* ut Rom. 8. verſ. 11. εἰ δὲ τὸ πνεῦμα, *si enim spiritus* &c. 1 Cor. 10. v. 11. ἐγράφη δὲ πρὸς νουθεσίαν ἡμῶν, *scripta enim sunt ad monitionem nostram.* & alibi passim.

VERS. 35. *Donec ponam inimicos tuos* ὑποπόδιον, *scabellum pedum tuorum.* Arabs تحت موطي قدميك, *sub scabellum pedum tuorum.* Sic & Matth. 22. 24. & Hebr. 1. 13. At Marc. 12. 16. & Luc. 20. 43. tantum habet تحت قدميك, *sub pedibus tuis.* Video & Æthiopicum Interpretem ubique in hac phrasi adhibere תחת, *sub*, expressa etiam voce scabelli. imo Luc. 17. 16. ubi Samaritanus dicitur cecidisse in faciem suam παρὰ τοὺς πόδας αὐτοῦ, *ad pedes ejus*, Æthiopic. habet תחת אגרהו, *sub pedibus ejus*, similiter Actor. 4. v. 35. nam *ad pedes ejus* significat *in terram quæ erat sub pedibus ejus.* sic capio illud Jacobi 2. verſ. 3. κάθου ὧδε ὑπὸ τὸ ὑποπόδιόν μου, *sede hîc sub scabello meo*, id est, in terra quæ est sub scabello meo.

Vers. 37. Ἀκούσαντες δὲ κατενύγησαν. Eraſ. & Vulg. *His autem auditis*. Syr. & Arabs, *Quum autem hæc audiviſſent*. malim ſane, quam quod Cl. Beza dixit, *Qui vero hæc audiverunt*. pro οἱ δ' ἀκούσαντες. quod οἱ ſubintelligere, & hîc & Act. 19. 5. durum eſt.

Vers. 38. Καὶ λήψεσθε, *& accipietis*. Syrus & Arabs, *ut accipiatis*. ו Hebræorum ſæpe pro *ut*.

Vers. 39. Καὶ πᾶσι τοῖς εἰς μακράν. Neſcio quid viderit Arabs, quum verteret وبجميع الذين هم تايبون, *& omnibus qui ſunt reſipiſcentes*, vel convertentes ſe. Vulgatus & Eraſmus, *& omnibus qui longè ſunt*. Syrus ܐܝܟ ܠܟܠܗܘܢ ܕܪܚܝܩܝܢ, *qui longinqui ſunt*. Hebraicè וּלְכֹל הָרְחוֹקִים. idem ipſis fuit atque τοῖς μακράν. qui opponuntur paſſim τοῖς ἐγγύς, gentiles nempe Judæis. At Cl. Beza, ob particulam εἰς expoſuit, *& omnibus longè poſt futuris*. Judæis nempe, in multas deinceps generationes convertendis. De Ethnicis enim id minus rectè accipi arbitratur, *quia Gentium vocationis arcanum Petrus nondum norat*. quod dictum, ſalva magni viri pace, ægrè admodum admitto. qui enim Apoſtolus, Scripturarum peririſſimus, & jam Spiritu S. illuminatus, vocationem gentium futuram aliquando ignoraverit, quam Prophetæ, non unus, ſed ferme omnes, non obſcuris ſed clariſſimis verbis, non uno ſed infinitis pene locis prædixerunt, quamque ipſimet, etſi gentibus infenſiſſimi, hodierni Judæi futuram tempore Meſſiæ ſui agnoſcunt? videatur Kimchius in Eſa. 19. 25. & alibi. Nec obſtat quæ Act. 10. de Petro ad Cornelium mittendo extat hiſtoria. Inde enim aliud colligi nequit, quam ignoraſſe Petrum, quo tempore vocandæ eſſent Gentes, exiſtimaſſeque, dum incircumciſæ eſſent & à fœdere Dei alienæ, pro pollutis eſſe habendas, cum quibus nullam Judæo commercium intercedere deberet. ἀθέμιτόν, inquit, ἐστιν ἀνδρὶ Ἰουδαίῳ κολλᾶσθαι ἢ προσέρχεσθαι ἀλλοφύλῳ. Sciebat nempe vocandas eſſe aliquando Gentes. quando, ignorabat. quumque hactenus vocatæ non eſſent, detrectavit iis agglutinari. cognita autem Dei voluntate, qua de jam jam vocandis conſtabat, morem geſſit. Non gravatè itaque magnis viris aſſentior, qui τοῖς εἰς μακράν ad gentes, tum à fœdere gratiæ remotas, ſed aliquando adducendas, referunt. nec repugno, quod τοῖς εἰς μακράν idem eſſe velint quod τοῖς μακράν. conſtat enim præpoſitionem εἰς ejuſmodi adverbiis adjunctam ſæpe vacare. talia ſunt εἰς τὸ παραχρῆμα, *ſtatim ſubito*. εἰς αὔριον, *cras*. εἰσέτι, *adhuc amplius*. εἰς ἅπαξ, *ſemel*. ἐς τρίς, *ter*. & ſimilia. nec aliter accepit Chryſoſtomus, qui inde vim argumenti Apoſtolici ſic nectit, εἰ τοῖς εἰς μακράν, πολλῷ μᾶλλον ὑμῖν τοῖς ἐγγύς, *ſi iis qui longè ſunt* facta eſt promiſſio, *multo magis vobis qui prope eſtis*. Additur, ὅσους ἂν προσκαλέσηται Κύριος ὁ Θεὸς ἡμῶν *quoſcunque advocaverit Dominus Deus noſter*. Nemo hîc aliter legit, præter Æthiopicum, qui habet, *& omnibus qui longe ſunt, & invocabunt Dominum Deum noſtrum*. Quis hic non audaciſſimam impudentiſſimi alicujus Pelagiani manum deprehendat, qui laudem divinæ gratiæ non ferens, eam in humanos conatus tranſtulit?

Vers. 41. Οἱ μὲν οὖν ἀσμένως ἀποδεξάμενοι τὸν λόγον αὐτοῦ. Syrus & Arabs addiderunt *& crediderunt*. Vulgatus non legit ἀσμένως. Syrus & Arabs verterunt *promtè, paratè*, ܒܠܒܐ ܫܦܝܐ, باستعداد. nec prætereundum, οἱ μὲν οὖν verti à Syro ܘܐܢܫܝܢ ܡܢܗܘܢ, *& quidam eorum*. ſimiliter ab Arabe. quod nequaquam rejiciendum. ut idem hîc ſit οἱ μὲν, quod οἱ δὲ Matth. 28. 17. οἱ δὲ ἐδίστασαν, *quidam hæſitabant*.

Ibid. *Additæ ſunt die illo animæ quaſi* τρισχίλιοι, *ter mille*. conſentiunt lectiones omnes. Æthiopicus tamen habet שלשת מאת, *trecentæ*. In quo cum errorem deprehenderet incomparabilis vir Joſephus Scaliger, notavit in margine pro מאת legendum אלף. nos potius mendum eſſe putamus (eſt enim mendoſiſſima editio Æthiopica) in שלשת, *tres*, & pro eo legendum שלש, *triginta*, ac vertendum, *animæ circiter trigeſies centum*, id eſt ter mille. quod ideo libentius annotavimus, ut errorem noſtrum fateremur, quem in Appendice noſtro ad Matth. 14. 21. commiſimus. quum enim apud Æthiopicum pro ὡσεὶ πεντακισχίλιοι legeremus, כם חמש מאת, & ad Scaligeri emendationem, qui rurſus in margine pro מאת ſubſtituerat אלף, magis quam ad rationem conſtructionis Æthiopicæ attenderemus, lapſum Interpreti impegimus, qui pro quinquies mille quingentos tantum dediſſet, quum vertendus ſit, *quaſi quinquageſies centum*, id eſt, quinquies mille. alterum enim חמשת מאת dicendum fuerat. ſimiliter Matth. 15. 38. ארבע מאת verteramus *quadringentos*, quum vertendum eſſet *quadrageſies centum*, id eſt, quater mille. alterum enim ארבעם מאת dicendum. Sic infra Act. 4. 4. *& factus eſt numerus virorum qui crediderunt*,

runt, quasi חמש מאת, *quinquagesies centum*, id est, quinquies mille.

VERS. 42. Καὶ τῇ κοινωνίᾳ, καὶ τῇ κλάσει τοῦ ἄρτου, καὶ ταῖς προσευχαῖς. Vulgatus, *& communicatione fractionis panis*. unde tamen non colligo, variasse hujus loci Scripturam. sed explicuisse Interpretem, quomodo constructionem Græcam intelligendam arbitraretur. nempe τῇ κοινωνίᾳ καὶ τῇ κλάσει, *communione & fractione*, poni pro τῇ κοινωνίᾳ τῆς κλάσεως, *communione fractionis*, id est, communi fractione. sicut *patera libabat & auro*, id est, patera auri vel aurea. Idem de Syro & Arabe Interpretibus judico. nisi quod hi, mutato situ, preces dixerint ante fractionem. Nec sequitur Syrum pro ἄρτου legisse εὐχαριστίας, quia apud ipsum extat ܒܩܨܝܐ ܕܐܘܟܪܝܣܛܝܐ, *in fractione Eucharistiæ*. Interpretatur potius, panem de quo hîc agitur, non esse communem, sed S. Cœnæ, quæ in Ecclesiis Græcis, atque inde in Syriacis εὐχαριστία vulgo dicebatur.

VERS. 43. Ἐγένετο δὲ πάσῃ ψυχῇ φόβος. πολλά τε τέρατα καὶ σημεῖα διὰ τῶν ἀποστόλων ἐγίνετο. Vulgatus, *Fiebat autem omni animæ timor. multa quoque prodigia & signa per Apostolos in Jerusalem fiebant: & metus erat magnus in universis*. Cum qua lectione conferatur Arabs, qui sic habet, *& fiebat timor in omni anima. fiebatque metus magnus super omnes, & signa multa fiebant per manus Apostolorum in Jerusalem*. Syrus à recepta Græcorum exemplarium lectione quam & Chrysostomus expressit, nihil variat, nisi quod addiderit quoque *in Jerusalem*.

VERS. 45. Καὶ τὰ κτήματα, καὶ τὰς ὑπάρξεις ἐπίπρασκον. Syrus *& quibus erat possessio, vendebant eam*. quod annotavimus supra ad v. 42. hîc rursus locum habet, Syrum nempe τὰ κτήματα καὶ τὰς ὑπάρξεις accepisse pro τὰ κτήματα τῶν ὑπάρξεων, quod jam tantundem valet atque καὶ οἷς τὰ κτήματα ὑπῆρχον, ἐπίπρασκον αὐτά. atque ita Syrus vertit. ܩܢܝܢܐ, *possessio* collectivè valet τὰ κτήματα. itaque non assentior Cl. Bezæ, affirmanti Syrum non legisse καὶ τὰς ὑπάρξεις. multo minus, Arabem non legisse, qui distinctè habet وحقولهم والذي كان لهم, *& agros suos, & quod erat ipsis*. Ubi simul observandum, τὰ κτήματα Arabi esse bona immobilia, qualia sunt fundi, agri, prædia. τὰς ὑπάρξεις vero reliqua omnia bona. Certè pro שָׂדֶה, *ager*, LXX κτῆμα dixerunt, Prov. 23. 10. nec aliter usurpatur à Syracide c. 28. 27. περίφραξον τὸ κτῆμά σου ἀκάνθαις, *sepi agrum tuum spinis*. & c. 36. 25. οὗ οὐκ ἔστι φραγμὸς, διαρπαγήσεται κτῆμα, *ubi non est sepes, diripietur ager*. quin & speciatim כרמים, *vineta*, LXX dixerunt κτήματα, Prov. 31. 16. Oseæ 2. 15. Joël 1. 11. hinc est quod κτῆμα & χωρίον pro eodem sumantur Act. 5. 1. 8.

VERS. 46. Κλῶντές τε κατ᾽ οἶκον ἄρτον. Arabs وكانوا يكسروا في البيت الخبز, quod aliter verti nequit quam, *& frangebant domi panem*. في البيت enim opponitur ipsis loco publico. ut si quærenti, ubi sit pater, respondeas esse في البيت, sensus est, *domi esse*. Ita & Syrus simpliciter vertit ܘܒܒܝܬܐ ܩܨܝܢ ܗܘܘ ܦܨܬܐ *& domi frangebant panem*. non existimarunt, sensum esse, eos per varias domos, nunc hîc nunc illic simul congregatos cibum sumpsisse, quod volunt qui vertunt *domatim*, sed κατ᾽ οἶκον opponi τῷ ἱερῷ, ut sensus sit, eos quotidie in templo convenisse ad Deum colendum, domi vero cibum sumentes, id fecisse cum exultatione & simplicitate cordis. ita ut κατ᾽ οἶκον simpliciter sit *privatim*. sic c. 5. v. 42. Πᾶσάν τε ἡμέραν ἐν τῷ ἱερῷ καὶ κατ᾽ οἶκον οὐκ ἐπαύοντο διδάσκοντες, *Quotidie autem in templo & privatim non cessabant docere*. Porro pro κλῶντες ἄρτον Syrus habet ܩܨܝܢ ܗܘܘ ܦܨܬܐ, Tremel. *frangebant portionem*. Boder. *munus benedictum*. Ferrarius, ܦܨܬܐ *panis, placenta*. est etiam, inquit, *panis consecrationis*. quem procul dubio intellexit Boder. per *munus benedictum*. Sacram enim Cœnam, & Pontificii suam Missam, quam Sacramentum altaris indigetant, vocant ܩܘܪܒܢܐ ܩܕܝܫܐ, Arabice القربان القديس, *munus sanctum*, interpretantes sic illud Mal. 1. 12. מִנְחָה טְהוֹרָה, *munus mundum*.

Sequitur, καὶ μετελάμβανον τροφῆς ἐν ἀγαλλιάσει καὶ ἀφελότητι καρδίας. Sic etiam distinxerunt Vulgatus & Arabs. At Syrus illud καὶ ἀφελότητι καρδίας discerpsit à præcedentibus, ac conjunxit cum sequentibus, *& in simplicitate cordis sui laudabant Deum*. Hebraicè dicitur בְּתֹם לֵבָב, Syrus ܒܕܟܝܘܬܐ ܕܠܒܗܘܢ, *in puritate cordis sui*.

Cap. III.

Vers. 1. Ἐπὶ τὴν ὥραν τῆς προσευχῆς τὴν ἐννάτην. De tribus precandi horis, tertia, sexta, & nona vide ad hunc locum Drusium in Præteritis. Mahomedani autem quinquies in die precantur. 1. بالفجر, *in diluculo.* 2. بالمشرق, *oriente sole.* 3. بالضهر, *meridie.* 4. بالعصر, *inter meridiem & vesperam.* 5. بالمغرب, *occidente sole.* Et hæc quidem sunt الفرض, *institutionis* Mahomedicæ, adeoque juris necessarii. Quibus accessere duæ aliæ precationes, 1. بالعشا, *in vespera*, nempe 1½ hora post occasum solis. 2. بالشفع, *circa mediam noctem.* hæc sunt السنة, *traditionis* seu *consuetudinis*, adeoque liberæ observationis. quæ tamen ad imitationem Mahomedis ac primorum ejus asseclarum à devotis observantur.

Vers. 2. *Quidam autem vir claudus ab utero matris suæ portabatur: quem ponebant* καθ' ἡμέραν *quotidie ad portam templi* &c. Syrus, *Ecce, virum quendam claudum ab utero matris suæ portabant quidam, qui soliti erant adferre & ponere eum in porta templi.* non expressit quidem ad verbum illud καθ' ἡμέραν. rem tamen dixit. nam pro *qui ponebant eum quotidie*, dixit, qui soliti erant eum ponere. Syrum secutus est verbotenus Arabs. quod non aliam ob causam attuli, quam ne variæ lectiones fingantur, ubi nihil necesse est.

Vers. 11. Κρατοῦντος δὲ τοῦ ἰαθέντος χωλοῦ τὸν Πέτρον καὶ Ἰωάννην. Syrus & Arabs non legerunt τοῦ ἰαθέντος χωλοῦ. ut nec Vulgatus, qui præterea vertit *quum tenerent* κρατούντων. quod procul dubio mendosum, etsi & in Æthiopico eandem lectionem reperiam. quomodo enim populus dici potest tenuisse Petrum & Johannem, quum sequatur demum, eos accurrisse ad ipsos?

Vers. 13. Κρίναντος ἐκείνου ἀπολύειν. Syrus ܟܕ ܗܘ ܙܕܩ ܗܘܐ ܕܢܫܪܝܘܗܝ, quod nec Tremel. nec Boder. in Parisiensi rectè verterunt, sed rectè in Regiis, *quum ipse æquum judicaret eum esse absolvendum.* nam in prima Conjug. ܙܕܩ, est *decet, convenit, justum & æquum est.* in secunda ergo ܙܕܩ, est *pro re decenti, convenienti, justa & æqua habere.* alibi tamen est *justificare*, ubi ad personam refertur & casum personæ post se habet. Arabs eodem modo, وعلي انه قد كان اوجب ان يطلقه, *idque supra* (vel contra) *quod ipse conveniens judicasset dimittere eum*, id est, reclamante judicis sententia, qui eum dimittendum judicavit.

Vers. 19. 20. Ὅπως ἂν ἔλθωσι καιροὶ ἀναψύξεως &c. καὶ ἀποστείλῃ τὸν προκεκηρυγμένον ὑμῖν Ἰησοῦν Χριστόν. Vulgatus & Eras. *ut cum venerint tempora refrigerationis*, &c. *& miserit*, &c. Beza *postquam venerint*, &c. *& miserit*, &c. Existimarunt nempe ad primum Christi adventum esse referenda, quæ hîc dicuntur. At Syrus & Arabs existimarunt, continuari hîc promissionem inchoatam in præcedenti εἰς τὸ ἐξαλειφθῆναι ὑμῶν τὰς ἁμαρτίας, & ὅπως ἂν tantum copulare secundam promissionem primæ. quapropter per copulam *&* transtulerunt, *& veniant vobis tempora quietis à conspectu Domini, & mittat vobis eum, qui paratus erat vobis, Iesum Christum.* nempe ad secundum Christi adventum, quo mittendus denuo è cœlis exspectatur, quique adventus verè dabit refrigerii tempora Ecclesiæ, hæc retulerunt. Æthiopicus similiter. Nec video cur non id sequamur, quum usus constructioque postulent, ὅπως ἂν ἔλθωσι verti, *ut veniant.* nec obstat, quod ὅπως ἂν futurum dicat, ἔλθωσι autem & ἀποστείλῃ sint aoristi. solet enim passim cum aoristis eo sensu construi. ut Matt. 6. 5. ὅπως ἂν φανῶσι, *ut appareant.* Luc. 2. 35. ὅπως ἂν ἀποκαλυφθῶσιν, *ut revelentur.* Actor. 15. 17. ὅπως ἂν ἐκζητήσωσιν, *ut requirant.* Rom. 3. 4. ὅπως ἂν δικαιωθῇς, *ut justificeris.* & passim alibi. Nam ὅπως ἂν valere *postquam*, nondum inducor ut credam. statuere autem hîc ἀναπόδοτον, quod Erasmus volebant, durum est, nec necessarium, quum res ipsa interpretationem, quam verba præ se ferunt, facile admittat. Syrus porro, quem sequitur Arabs pro προκηρυγμένον habet ܠܗܘ ܕܡܛܝܒ ܗܘܐ ܠܟܘܢ, *eum qui præparatus erat vobis.* legit procul dubio προκεχειρισμένον, prout omnes veteres Græci codices, quos Beza legisse ait, scriptum habent, & Chrysostomus legit. qui & ὅπως ἂν ἔλθωσι interpretatur sicut nos. ait enim Apostolum iis verbis κέρδος ἐπάγειν *lucrum addere*, quod facturi sint, si resipiscant. quique præcedenti concione resurrectionem & ascensionem Christi in cœlum innuerant, jam hîc τὴν ἐμφανῆ παρουσίαν illustrem ejus adventum exponere, quum addit καὶ ἀποστείλῃ &c. Æthiopicus tempora refrigerii explicat per *tempus misericordiæ*, & τὸν προκεχειρισμένον, quod procul dubio cum Syro & Arabe legit, vertit *quem præunxit.* nisi forte legerit, τὸν προκεχρισμένον.

Vers. 22. Μωσῆς μὲν γὰρ πρὸς τοὺς πατέρας εἶπεν.

τιν. Concordant Arabs & Æthiopicus. At Vulgatus & Syrus non legerunt πρὸς τοὺς πατέρας.

VERS. 26. *Misit eum, qui benediceret vobis*, ἐν τῷ ἀποστρέφειν ἕκαστον ἀπὸ τῶν πονηριῶν ὑμῶν, Vulg. *ut convertat se unusquisque a nequitia sua.* id est, εἰς τὸ ἀποστρέφειν. Beza, *avertente se unoquoque*, id est, ἀποστρέφοντος ἑκάστου. Etsi ἀποστρέφειν in N. Test. intransitivè pro converti, aut convertere se non usurpetur, fateor tamen apud LXX Interpretes usurpari non raro pro הפך, *reverti*, & pro שוב, *converti.* quapropter Syrus quoque & Arabs eo sensu hîc acceperunt. sed nihil videtur impedire, quominus transitivâ, eâque usitatiori significatione vertamus, *avertendo unumquemque à pravitatibus vestris*, בְּהָסִיר כָּל אֶחָד מֵרָעוֹתֵיכֶם, ut ad Christum referatur, & modus indicetur quo benedicturus ipsis missus erat, nempe avertendo ipsos à pravitatibus. id enim muneris Christi esse, docet Paulus Tit. 2. 14. & passim.

CAP. IV.

VERS. 1. Καὶ ὁ στρατηγὸς τοῦ ἱεροῦ. Beza, *& præfectus templo.* Vulg. & Erasmus, *& magistratus templi* puto eos *magistratus* plur. num. accepisse quasi legissent οἱ στρατηγοί. Syrus certe, Arabs & Æthiopicus plurali num. verterunt, ille ܘܐܪܟܘܢܐ, ἄρχοντες, *præfecti, magistratus.* iste رؤساء, *capita, supremi.* hic מגנבת, *præfecti.* τοῦ στρατηγοῦ τοῦ ἱεροῦ mentio fit Luc. 22. 52. porro de usu vocis στρατηγός nihil annotamus, quia fusè satis id fecit Drusius in Præteritis.

VERS. 3. Ἦν γὰρ ἑσπέρα ἤδη. Syrus, ܡܛܠ ܕܪܡܫܐ ܗܘܐ ܠܗ ܘܡܛܐ. Tremel. *quia prope erat vespera.* verto, *quia appropinquaverat vespera.* aliud est, *appropinquaverat*, aliud *appropinquabat.* sensus est, jam erat vespera. vide Comment. nostrum ad Evangelistas p. 372. 373.

VERS. 5. Καὶ γραμματεῖς εἰς Ἱερουσαλήμ. Hæc apud Arabem editionis Erpenianæ non desunt. in exemplari, quod Fr. Junius transtulit, videntur abfuisse. apud Syrum deest εἰς Ἱερουσαλήμ. apud Æthiopicum nihil horum deest.

VERS. 8. *Israëlis.* Syrus, Arabs & Æthiopicus addunt ἀκούσατε, *audite.* Nec dubium, quin optima veteris Interpretis exemplaria idem legerint. monent enim Correctiones Romanæ, non facile omittendum esse verbum *audite.*

VERS. 9. Ἐν τίνι οὗτος σέσωσται. Erasm. *qua ratione iste salvus factus sit.* Beza, *quo modo.* quasi ἐν τίνι τρόπῳ. Arabs, لماذا, *ad quid, quorsum.* non satis appositè. Syrus melius, ܒܡܢܐ, *per quid.* id est, qua virtute. Vulg. *In quo*, relicta ambiguitate quæ est in Græco. potest enim ad rem referri, vel ad personam, ut sensus sit, vel *per quid*, vel *per quem.* quæsiverant enim vers. 7. ἐν ποίᾳ δυνάμει, *qua virtute.* ei respondere hîc potest, *per quid.* quæsiverant porro ἐν ποίῳ ὀνόματι, *in quo nomine*, id est, in cujus personæ nomine: ei respondere hîc potest, *per quem.* hoc sane Petrus responsione sua præcipuè tangit, quum in nomine Jesu Christi Nazareni id factum ait.

VERS. 14. Οὐδὲν εἶχον ἀντειπεῖν. Arabs لم يطيقوا ان يقولوا شيا رديا عليهما, *non potuerunt dicere quicquam mali contra eos.* Doct. vir Fr. Junius, qui & Arabica, quod tunc multum erat, degustaverat, transtulit, *non inveniebant quid dicerent, ut autoritate abuterentur in illos.* quum scilicet ambigeret, quid ردي Arabibus esset, derivavit perperam ab Hebr. רדה, *dominari, autoritate uti.* quum *malum* significet. Non quod animus nobis sit universam viri maximi translationem ad trutinam revocare, sed in iis solummodo locis, ubi notæ Clarissim. Bezæ, quæ in omnium manibus versantur, autoritate summi viri falluntur, aliosque in errorem inducere possent, lectorem monere.

VERS. 20. *Non enim possumus, quæ vidimus & audivimus, non loqui.* Arabs alio sensu, لانا ما نقدر ان ننطق الا بما عاينا وسمعنا, *nam non possumus loqui, nisi quod vidimus & audivimus.* repugnant huic lectioni exemplaria Græca, Chrysostomus, Syrus, Vulgatus, & res ipsa. Negant enim licere sibi mandato Synedrii morem gerere, quia divino mandato tenentur, quæ viderunt & audiverunt, loqui.

VERS. 21. Ὅτι πάντες ἐδόξαζον τὸν Θεὸν ἐπὶ τῷ γεγονότι. Sic Chrysostomus, Syrus, Arabs & Æthiopicus quoque legerunt. Mirum ergo unde Vulgatus, *quia omnes clarificabant id quod factum fuerat, in eo quod acciderat.*

VERS. 25. Διὰ στόματος Δαβὶδ παιδός σου. Vulgat. *per os patris nostri David pueri tui.* sic Arabs quoque & Æthiopicus inseruerunt *patris nostri.* παιδὸς autem verterunt *servi.*

VERS.

VERS. 36. Βαρνάβας ὅ ἐστι μεθερμηνευόμενον, υἱὸς παρακλήσεως. Syrus scripsit ܒܪܢܒܐ, ברנבא. Drusius suspicatur, id usurpatum fuisse pro בר נמא, & hoc per syncopen pro בר נחמא, *filius consolationis.* quod mihi valde alienum videtur. Beza mavult ab Hebr. נבא, *prophetare* deducere, quia prophetandi munus exhortationem & consolationem complectitur, quod utrumque nomine παρακλήσεως declaratur. At quamvis munus prophetæ utraque ista functione constet, neutram tamen Hebræorum בא significat, adeoque cum interpretatione Apostoli non convenit. apud Arabes נבא est *annunciare, indicare, narrare.* hinc esset, *filius annunciationis.* propius accedit Arabum נבה, *hortari.* ut ברנבה sit υἱὸς παρακλήσεως *filius adhortationis.* Sed quia prior compositionis vox est Syriaca (בר enim non est Arabicum, ubi filius אבן dicitur) præstat & alteram vocem à Syris arcessere. Junius vult *consolationem* Syris dici Nabba: à verbo Ἀχᾶς anomalo beja *consolari.* agnoscimus Syrorum ܒܝܐ, בְּיָא, *consolatus est.* at נַבָּא nabba non agnoscimus, quippe quod à præcedenti verbo nec formatur, nec formari potest. *consolationem* ܒܘܝܐܐ בּוּיָאָא dicunt. Nos ab eodem verbo sic deducimus. à בְּיָא, futurum tertiæ personæ est נִבְיָא. ut autem apud Arabes plerumque, ita & non raro apud Hebræos & Syros futurum habet vim participii præsentis. hinc ergo בַּר נִבְיָא, & compendii causa בר נבא, *filius consolans.* hoc amplectemur, donec quis melius suggesserit.

CAP. V.

VERS. I. Ἀνανίας. Hebraice חֲנַנְיָה, *gratia Domini.* aut *gratiosus Domini* Σαπφείρη Syriacè ܫܦܝܪܐ, quod Hebraicè dagesch habet שַׁפִּירָא, *pulchra.* κτῆμα rectè Vulgatus vertit *agrum.* ut & Syrus atque Arabs קריתא. vide supra ad c. 2. vers. 45. Æthiopicus specialius עצד וין, *vineam.* quomodo supra ἀγρὸν verterat c. 1. 18. & infra τὸ χωρίον vertet v. 8. quia nempe prædia terræ Canaan fere erant vineta. Sic & pro כרמים, *vineis*, LXX Interpretes dixerunt κτήματα, Prov. 31. 16. Oseæ 2. 15. Joël 1. 11. & χωρία 1 Paral. 27. 27.

VERS. 2. Καὶ ἐνοσφίσατο ἀπὸ τῆς τιμῆς. Syrus & Arabs, cum uno verbo commodè non possent, duobus id expresserunt, *& cepit aliquid de pretio & occultavit*, id est, clam surripuit.

VERS. 3. Διὰ τί ἐπλήρωσεν ὁ Σατανᾶς τὴν καρδίαν σου. Vulgatus non rectè, *cur tentavit Satanas cor tuum.* Erasmus, Beza & Arabs rectè ad verbum, *cur implevit cor tuum.* Syrus, *implevit in corde tuo.* quæ phrasis quid apud Syrum valeat, vide in Comment. nostro ad Euangelia, pag. 515. 516. Beza implevit accipit pro *prorsus occupavit.* nobis implere *cor alterius* est *audacem eum reddere.* implere cor suum, audacem fieri. Huc pertinet illud Regis Assueri, Esth. 7. 5. מִי הוּא זֶה אֲשֶׁר מְלָאוֹ לִבּוֹ לַעֲשׂוֹת כֵּן, *quis hic est, qui implevit cor suum* (vel quem implevit cor ejus) *ad faciendum sic?* id est, qui tam audacis animi sit, ut hoc facere sustineat. rectè Græci, τίς οὗτος ὃς ἐτόλμησε ποιῆσαι τὸ πρᾶγμα. tale est illud Ecclesf. 8. 11. *Quia non fit sententia de opere malo celeriter*, עַל כֵּן מָלֵא לֵב בְּנֵי הָאָדָם לַעֲשׂוֹת רָע, *propterea impletur cor filiorum hominis ad faciendum malum*, id est audax fit cor. audacia enim implet cor turgidumque reddit fervidis spiritibus, qui extrorsum prorumpentes, membra exteriora, præsertim linguam & manus ad quævis audenda impellunt. nihil enim metuit cor, spiritibus plenum. unde rectè Vulgatus mentem Ecclesiastis expressit, cum vertit, *absque timore ullo filii hominum perpetrant mala.* Optimè autem LXX, διὰ τοῦτο ἐπληροφορήθη καρδία υἱῶν τοῦ ἀνθρώπου ἐν αὐτοῖς τοῦ ποιῆσαι τὸ πονηρόν. rectè. מָלֵא verterunt ἐπληροφορήθη. duplex enim est πληροφορία, *plenitudo.* una τῆς πίστεως *fidei*, qua cor fidelium, sanctis spiritibus ex firmissimis Dei promissionibus repletum, fidenter atque intrepide quævis adversa contemnit. altera τοῦ θράσους, *audaciæ*, qua cor prophanorum, temerariis spiritibus ex vana incolumitatis spe repletum, sine metu mala audet. Eo in loco hîc erat Ananias, cujus cor diabolus temerariis istis audaciæ spiritibus ita repleverat, ut fidenter admodum & sine metu vel Spiritui S. mentiri auderet. ἐπλήρωσε itaque idem hic quod ἐπληροφόρησε, *fidens reddidit.* habet enim utique θράσος θάρσος, *audacia fidentiam.* neque aliud est θρασύς, *audax*, nisi ὁ ἐν τῷ θαῤῥεῖν ὑπερβεβηκώς, *qui in fidendo excedit.* ut docet Arist. Ethic. l. 2. Sequitur, ψεύσασθαί σε τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον. ψεύσασθαι cum Accusativo. at vers. seq. cum Dativo, eodem sensu. Sic LXX, Esa. 57. 11. ἐψεύσω με, *mentita es mihi.* 2 Reg. 4. vers. 16. μὴ διαψεύσῃ τὴν δούλην σου, *ne mentiaris ancillæ*

illæ tuæ. vides cum Accusativo. accipe cum Dativo, Psal. 89. 35. εἰ τῷ Δαβὶδ ψεύσομαι, *si Davidi mentiar.* Psal. 78. v. 40. γλώσσῃ αὐτῶν ἐψεύσαντο αὐτῷ, *lingua sua mentiti sunt ei.*

VERS. 4. Οὐχὶ μένον, σοὶ ἔμενε; καὶ πραθὲν ἐν τῇ σῇ ἐξουσίᾳ ὑπῆρχε; Sensum valde bene expressit Syrus, *An non tuus erat, antequam venderetur? & postquam venditus esset, tu potestatem habebas in pretium ejus?* Non videtur hîc sacrilegii pariter & mendacii Ananias argui, sed mendacii tantum. quod enim voto jam ante totum agrum Deo consecraverit, votoque isto violato sacrilegus evaserit, ex textu colligi non videtur. sed tantum, quod cum per ambitionem totius pretium donasse videri voluerit, partem ejus supresserit. quod hypocriseos fuit & mendacii. Auget hoc peccatum Apostolus, eò quod nihil necesse fuerit simulationem istam adhibere. Nam, inquit, & antequam venderetur, in tua potestate erat non vendere. & venditi pretium in tua potestate erat, ut aut nihil de eo, aut quantum velles, dares. utrumque dictum sine exceptione intelligo, quæ statuenda est, si votum statuas. Nam & reliquos pios possessionum suarum divenditarum pretia in commune contulisse arbitror ex mera liberalitate & fraterna charitate. de voto, ne verbum. Æthiopicus sic reddidit, *Nonne tuum mansisset, si mansisset? & cum vendidisti, voluntate tua vendisti?* nova hæc est lectio, nec fulcrum habet, cui innitatur.

VERS. 6. Συνέστειλαν αὐτὸν. Vulg. & Eras. *amoverunt eum.* Beza, *subtraxerunt.* Arabs كفنوه, *involucris involverunt eum.* est enim كفن, *cadaver linteis involvere*, quod fit ἐν τῷ ἐνταφιασμῷ, *in præparatione ad sepulturam.* Syrus ܘܟܢܫܘܗܝ, *collegerunt eum.* eo sensu fortassis, quo quæ humi jacent colligi dicuntur, quum humo levantur & attolluntur, atque ita versus attollentem colliguntur & contrahuntur. Belgicè opnemen. quod huic loco non male congruit. Sed est cur opiner, Syrum idem voluisse quod Arabem, *collegerunt eum*, nempe in volucra. Nam infra vers. 10. de Sapphira utitur verbo ܘܟܢܫܘܗ. Tremel. *& impositam in capulum deferentes sepelierunt eam.* Boder. *& collectam in feretrum efferentes* &c. non necesse videtur addi illud *in capulum*, vel *in feretrum*. Ferrarius ܟܢܫ, *collegit, reposuit, strinxit, contraxit.* ܟܢܘܫܝܐ, *summa rei*, quum tota res quasi in summam colligitur & contrahitur. hinc sæpe in Euang. ܒܝܬ ܟܢܘܫܐ, *horreum*, locus collectionis in quem colliguntur & reponuntur fruges. verto ergo ad verbum, *& collegerunt*, seu constrinxerunt. ibi quidem nihil est in Græco quod respondeat τῷ ܘܟܢܫܘ. at cap. 8. 2. ponitur pro συνεκόμισαν quod non dubito quin idem sit quod præcedens συνέστειλαν. Vult autem Doctiss. Fullerus lib. Miscell. 6. cap. 18 συνέστειλαν & Syriacum ܘܟܢܫܘܗܝ intelligi de fasciis funeralibus quibus membra mortui colliguntur & arctè constringuntur ad sepulturam. mirè id placet. nec aliter accipiendum censeo illud συνεκόμισαν, quam de comportatione membrorum in vincula & fascias ad sepeliendum. quod rectè Syrus dixit ܘܟܢܫܘ. id enim, ut ex Ferrario attulimus, non tantum *colligere*, sed & *stringere, contrahere* significat. Nec aliud voluerunt Vulgatus & Erasmus, quum verterunt, *curaverunt autem Stephanum viri timorati.* longè sane melius, quam *extulerunt autem Stephanum*, ut habet D. Beza. Nam, ut apud H. Stephanum est, συγκομίζειν νεκρὸν est componere mortuum ad sepulturam. Sophocles in Ajace, ἔστω, σὲ φωνῶ. τόνδε τὸν νεκρὸν χεροῖν μὴ συγκομίζειν, ἀλλ' ἐᾶν ὅπως ἔχει. istum mortuum manibus ne componito. Sic vero & Æschyli Scholiastes in Trag. quæ ἑπτὰ ἐπὶ Θήβαις inscribitur, tradit de mortuis dici συγκομίζειν, ἐκκομίζειν, & ἀνακομίζειν. eam autem differentiam inter hæc tria constituit, ut συγκομιδὴ sit ἡ περὶ τοῦ τάφου πᾶσα ἐπιμέλεια. ἐκκομιδὴ autem, ἡ πρὸς τὸν τάφον ἀπαγωγή. at ἀνακομιδὴ, ἡ ἐκ τάφου εἰς τάφον μετάθεσις. Hæc Stephanus. Arabs eodem prorsus modo intellexit. nam συνεκόμισαν vertit ضموا, id est, *constrinxerunt.* συνέστειλαν vero كفنوا, id est, quæ ad funus pertinebant curaverunt, præsertim fasciis & linteaminibus eum involvendo. nam اكفان & لفافة sunt *linteamina.* Addo Æthiopicum, qui συνέστειλαν vertit ገነዝዎ, *involverunt eum.* idem verbum est quo Marc. 15. vers. 46. & Luc. 23. vers. 53. utitur de Christi corpore, cum id involucris involveretur.

VERS. 9. Τί ὅτι συνεφωνήθη ὑμῖν, &c. Syrus & Arabs non legerunt τί. ideoque omissa interrogatione verterunt, *propterea quod convenit inter vos tentare Spiritum S. ecce pedes* &c. Malè Tremel. Syrum verterat, *quid pares facti estis in tentando?* Bene id correxit Junius,

Quoniam pares fuiſtis. propriè, *quoniam pariter feciſtis tentando.*

VERS. 12. Ἐν τῇ στοᾷ Σολομῶντος, *In porticu Salomonis.* Hæc quæ eſſet neſciremus, niſi Joſephus id doceret Antiq. l. 20. c. 8. his verbis, Ἔπειθε τὸν βασιλέα τὴν ἀνατολικὴν στοὰν ἀνεγεῖραι. ἦν δὲ ἡ στοὰ τοῦ μὲν ἔξωθεν ἱεροῦ, κειμένη δὲ ἐν φάραγγι βαθείᾳ τετρακοσίων πηχῶν τοὺς τοίχους ἐχοῦσα, ἐκ λίθων δὲ τετραγώνων κατεσκεύαστο, καὶ λευκῶν πάνυ. τὸ μὲν μῆκος ἑκάστου λίθου, πήχεις εἴκοσι, τὸ δ' ὕψος ἕξ. ἔργον Σολομῶντος τοῦ βασιλέως. *Suaſit* (populus) *Regi* (Agrippæ) *orientalem inſtauraret porticum. erat autem porticus exterioris templi, profundæ valli imminens, proinde ſubnixa muris quadringentorum cubitorum, ſaxis quadratis conſtructa valde candidis. longitudo autem cujuſque ſaxi erat cubitorum viginti, altitudo vero ſex. opus Solomonis regis.* Cujus loci explicationem ſi quis velit, adeat doctiſſimum viri maximi Conſt. l'Empereur Commentarium in Middoth p. 53.

VERS. 13. *Cæterorum autem nemo audebat* κολλᾶσθαι αὐτοῖς. Vulgatus, *conjungere ſe illis.* Malim certe, quam *appropinquare ipſis.* præſertim ſi id ſumatur pro *congredi cum illis*, quod vult Doctiſſ. Interpres. nec juvatur ab Arabe, qui habet ان يدنو منهم quod Junius malè vertit *certare cum ipſis*, metaphora deſumta à luctatoribus. ſpectavit Hebræorum דין, *litigare, certare, contendere.* At radix Arabica eſt دنا vel دنو, דנו, quod nihil aliud eſt quam *appropinquare, accedere.* Senſus eſt, Horrendum illud Ananiæ Sapphiræque ſupplicium tanto omnes terrore perculiſſe, ut eorum, qui fidem Chriſti nondum amplexi eſſent, nemo Apoſtolorum conſortio adjungere ſe auderet. Obortus quidem etiam timor toti Eccleſiæ, verſ. 11. at hi tamen non deſtiterunt κολλᾶσθαι adhærere Apoſtolis. erant enim unanimiter omnes in porticu Salomonis, verſ. 11. cæteri id non fuere auſi. ſufficiebat plebi, quippe ſimpliciori integriorique (primores enim & Phariſæi etiam calumniabantur) extollere eos laudibus, ſed agglutinari Apoſtolis, iiſque familiariter uti non ſunt auſi. Nec repugnat, quod verſ. 14. dicantur magis magiſque additi fuiſſe qui crederent, quos adeo auditores Apoſtolorum fuiſſe neceſſe eſt. auditores enim eſſe poſſunt, qui tamen non ſunt κεκολλημένοι, *agglutinati.* verto ergo κολλᾶσθαι *arctè adhærere.* Ad hoſtes certe Apoſtolorum, quorum nemo congredi cum illis, eoſque adoriri auſus fuerit, aptè referri non videtur, quia mox verſ. 17. 18. auſi fuerunt manus in eos injicere, & carceri tradere.

VERS. 14. Μᾶλλον δὲ προσετίθεντο &c. Beza, *imo vero adjiciebantur* &c. At Vulgatus *magis autem*, Syrus & Arabs *& magis adjiciebantur.* Hi μᾶλλον conſtruxerunt cum προσετίθεντο. quod præfero, quia poſt μᾶλλον δὲ non eſt diſtinctio, quæ neceſſario ponenda, ſi accipiatur pro *imo vero*, vel *potius autem.* Senſus eſt; quamvis cæterorum nemo familiarem ſe pro eo tempore Apoſtolis reddere audebat, ob recentem adhuc ex prodigioſo Ananiæ interitu metum, id tamen progreſſui Euangelii non obfuit. Sed & plebs majori in pretio eos habuit, & plures magis magiſque adjiciebantur credentium numero.

VERS. 15. Ὥστε κατὰ τὰς πλατείας ἐκφέρειν τοὺς ἀσθενεῖς. Vulgatus, *ita ut in plateas ejicerent infirmos.* Syrus dixit ܗܘܘ ܡܦܩܝܢ quod tam *ejicerent* quam *efferrent* verti poteſt. ſic enim paſſim uſurpatur. ut & in Kal ܢܦܩ pro *exire* & *ejici.* id non raro Helleniſtæ imitantes, utuntur ἐκπορεύεσθαι, *exire* pro *ejici.* ut Marc. 7. 19. ita & ἐκφέρειν, *efferre* pro *ejicere.* ſic Eſdr. 1. 19. *& dederunt manum ſuam*, τοῦ ἐξενέγκαι γυναῖκας ἑαυτῶν, *ut ejicerent uxores ſuas.* Rectius tamen, ni fallor, Eraſmus *exportarent*, & Beza *efferrent.* Sed quod κατὰ τὰς πλατείας verterunt *in plateas*, εἰς τὰς πλατείας, malim *per plateas.* ut κατὰ ſeriem & diſtributionem aliquam ſignificet, ac ſenſus ſit, eos non ſimpliciter eduxiſſe ægros foras in plateas, ſed factum illud hîc illic per varias plateas. eâdem phraſi, qua Act. 21. 21. Paulus dicitur docuiſſe τοὺς κατὰ τὰ ἔθνη πάντας Ἰουδαίους, *omnes Iudæos qui per gentes hac illac diſperſi erant.* & cap. 22. 19. idem dicitur fuiſſe δέρων κατὰ τὰς συναγωγὰς τοὺς πιστεύοντας, *cædens hîc illic per ſynagogas credentes.*

IBID. Ἡ σκιὰ ἐπισκιάσῃ τινὶ αὐτῶν. Syrus ܘܢܓܢ ܛܠܗ ܥܠܝܗܘܢ. Tremel. *umbra ejus tegeret illos.*. Boder. *operiret illos.* reſpexerunt Hebraicam ſignificationem, ubi גנן valet *tegere.* at apud Syros ܓܢ eſt *ſupervenire, deſcendere, illabi.* deinde *morari, habitare.* priori ſenſu conſtrui ſolet cum ܥܠ, poniturque pro ἐπισκιάζειν, hîc & Luc. 1. 35. pro ἐπιπίπτειν, Act. 10. 44. & 11. 15. pro ἐπισκηνοῦν, 2 Cor. 12. 9. Poſteriori ſenſu cum ܒ, poniturque pro σκηνοῦν, Joh. 1. 14. & κατασκηνοῦν, Act. 2. 26. idem eſt quod Arabum حلّ, quod iiſdem conſtructionibus idem ſignificat, & hîc ab Interprete adhibetur.

VERS. 16. Συνήρχετο δὲ καὶ τὸ πλῆθος τῶν πέριξ πόλεων εἰς Ἱερουσαλήμ. Vulg. Erasm. & Beza, *Conveniebat autem & multitudo vicinarum civitatum Jerusalem.* Nisi quod Beza pro *multitudo* dixit *vulgus*. Syrus, *veniebant autem ad eos multi ex civitatibus aliis quæ erant* ܚܕܪܝܗ *circum Jerusalem.* Rectè intellexit, *multitudinem civitatum* non esse hîc multas civitates, sed multos ex civitatibus. deinde τῶν πέριξ πόλεων non esse *vicinas* sed *circumjacentes ui oes.* neque enim idem est quod τῶν ἐγγὺς, sed τῶν κύκλῳ πόλεων. Hezychius πέριξ, κύκλῳ. sic & Arabs vertit, & Æthiopicus.

VERS. 17. Ἀναστὰς δὲ ὁ Ἀρχιερεὺς καὶ πάντες οἱ σὺν αὐτῷ &c. ἐπλήσθησαν ζήλου. Syrus & Arabs, *& impleti sunt invidia princeps Sacerdotum & omnes qui cum eo erant.* non verterunt illud ἀναστάς. an ergo non legerunt? arbitror potius, consulto præteriisse, ut vacare hic indicarent. ut enim קום Hebræis, sic Hellenistis ἀνίστημι non semper situm personæ indicat, quæ sedens antea jacensve stare incipit, id est, surgit, sed sæpe novæ actionis initium & primordium, & tum, non aliter quam verbum ἄρχεσθαι, Luc. 3. 8. Act. 1. 1. & alibi, vacat. sic Actor. 6. 9. ἀνέστησαν τινὲς συζητοῦντες, *surrexerunt disputantes*, id est, incœperunt disputare, disputarunt. Josuæ 6. 9. *maledictus vir*, ὃς ἀναστήσεται καὶ οἰκοδομήσει, *qui surget & ædificabit civitatem illam Jericho*, id est, simpliciter, qui ædificabit, vel ædificare incipiet. Esr. 10. 5. dicitur Esras, qui vers. 1. in faciem pronus oraverat in templo, surrexisse, & principes, qui ad se in domum Dei venerant adjurasse, ut alienigenas uxores dimitterent. ibi propriè surgendi vox intelligitur. at v. sequenti rursus dicitur, καὶ ἀνέστη Ἔσδρας ἀπὸ προσώπου οἴκου τοῦ Θεοῦ, καὶ ἐπορεύθη εἰς γαζοφυλάκιον. An ergo bis continuo surrexit? an potius, *surrexit & ivit*, hîc simpliciter est *iuit*? Id sane constructio indicat, וַיָּקָם עֶזְרָא מִלִּפְנֵי בֵּית הָאֱלֹהִים וַיֵּלֶךְ לִשְׁכַּת יְהוֹחָנָן, *& surrexit Esdras ab ante domum Dei & abiit in conclave Johannis*, id est, & abiit ab ante domum Dei in conclave. vide & Exod. 32. v. 1. Deut. 32. 38. & alibi, ubi surgere jubentur, quos non necesse est tum sedisse aut jacuisse, sed initium solummodo actionis injungitur. habent ita & Arabes duo verba طفق & جعل, quæ aliis verbis præposita initium actionis denotant, & simpliciter redundant. Nolim itaque hîc multum culpare Syrum & Arabem, qui *surgens autem Pontifex maximus & omnes qui cum eo erant, repleti sunt invidia*, verterunt simpliciter, *repleti sunt invidia*, quasi sensus sit, *cœperunt autem pontifex* &c. *repleri invidia.* Beza, *insurgens autem pontifex* &c. quod magis arrideret, si adderetur ἐπ' αὐτοὺς, *in eos.* nunc malim cum Erasmo & Vulgato, *exurgens.*

VERS. 24. Syrus, Vulgatus & Æthiopicus non legerunt ὅ, τε ἱερεὺς. Arabs legit: aut certe, quod quidam Græci codices habent, ὁ ἀρχιερεὺς. vertit enim عظيم الكهنة, *maximus Sacerdotum.* quod autem sequitur, & Syrus Vulgatusque legerunt καὶ οἱ ἀρχιερεῖς, non legit. Sequitur, διηπόρουν περὶ αὐτῶν, τί ἂν γένοιτο τοῦτο. Arabs تحيروا في امرهم فطفقوا يفكرون ان ما هذا, *dubitarunt de negocio eorum, & cœperunt cogitare, quid hoc esset.* طفق est hoc verbum, quod v. 17. diximus, redundare apud Arabes. itaque طفقوا يفكرون, *cœperunt cogitare*, est id ipsum quod explicationis gratia interseruit Syrus ܘܡܬܚܫܒܝܢ ܗܘܘ, *& cogitabant.* quod ergo vertit Junius, *& colloquentes rogabant*, quasi legisset Arabs, καὶ συμβάλλοντες ἐπυνθάνοντο, aut ut habet Beza, καὶ συλλαλοῦντες ἠρώτων, non est apud Arabem.

VERS. 31. Τοῦτον ὁ Θεὸς ἀρχηγὸν καὶ σωτῆρα ὕψωσε. Vulgat. & Erasm. *Hunc principem & salvatorem Deus evexit.* Beza rectius, *Hunc Deus dextra sua evectum constituit principem ac servatorem. evexit* pro *evectum constituit*, ex antecedenti intelligitur consequens, more Hebræorum, ut לקח, *accepit*, pro *acceptum adduxit.* Vel Accusativus ἀρχηγὸν finem designat, ponitur que pro εἰς τὸ εἶναι ἀρχηγὸν καὶ σωτῆρα. quod Interpres doctiss. rectè etiam annotavit, nos exemplis firmabimus. tale est Jacobi 2. 5. *nonne Deus elegit pauperes hujus mundi*, πλουσίους ἐν πίστει, pro εἰς τὸ εἶναι πλουσίους, *ut sint divites?* Adde Act. 7. 35. τοῦτον ὁ Θεὸς ἄρχοντα καὶ λυτρωτὴν ἀπέστειλεν, pro εἰς ἄρχοντα, *in principem, qui esset princeps & liberator.*

VERS. 32. Καὶ ἡμεῖς ἐσμὲν αὐτοῦ μάρτυρες τῶν ῥημάτων τούτων. Vulg. Syr. Arabs & Æthiopicus non legerunt αὐτοῦ.

VERS. 33. Διεπρίοντο. Vulgatus & Erasm. *dissecabantur.* Beza, *frendebant.* Syrus ܡܬܚܡܬܝܢ ܗܘܘ ܒܪܘܓܙܐ, Tremel. *dissecabantur ira.* Boder. *corripiebantur ira.* verte *inflammabantur ira.* est enim ܐܬܚܡܬ, *inflammari, exardescere.* de qua voce qui plura vult, videat notas nostras ad 2 Thess. 1. 8. Arabs similiter جعلوا يلتهبون بغضب, *cœperunt inflammari ira.* ubi obiter nota alterum il-

illud verbum, quod vers. 17. redundare passim apud Arabes diximus. doctissimè autem Cl. Beza διαπρίεσθαι eorum gestum declarare tradit, qui præ rabie dentibus strident, veluti si quis serra, trahat. hinc rectè Æthiopicus חקיו שננהמו, *stridebant dentibus suis.*

Vers. 40. Ἐπείσθησαν δὲ αὐτῷ. Vulg. *consenserunt autem illi.* Beza, *assensi illi.* Syrus ܘܐܬܛܦܝܣܘ ܠܗ, *& paruerunt ei.* Arabs فاجابوا الي قواه, Junius, *& crediderunt voci ejus.* ad verbum, *& responderunt ad vocem ejus,* id est, assensi sunt verbis ejus. sic quum quis alteri petitionem largitur, dicere solent فاجاب له الي ذلك, *& respondit ei ad hoc*, id est, consensit ei hac in re, annuit ei hanc rem.

Vers. 41. ὅτι ὑπὲρ τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ κατηξιώθησαν ἀτιμασθῆναι. Syrus & Arabs non legerunt αὐτοῦ. vertunt enim simpliciter, *quod pro nomine digni fuissent ignominia affici.* Nomen absolutè pro Deo, usitatissimum est Hebræis. sic dicunt על קדוש השם מפני הלול השם, *ob sanctificationem nominis, ob profanationem nominis*, id est Dei. Causam denominationis dat Elias in Thisbi, לפי שאסור להזכיר אחד משמותיו לבטלה, *quia vetitum est vel unum ex nominibus ejus in vanum usurpare.* Addit autem, non usurpari pro Deo nisi cum הא הידיעה, *He emphatico* אשם. Secus tamen est Levit. 24. 16. בְּנָקְבוֹ שֵׁם יוּמָת, *quum blasphemaverit nomen*, id est Deum, *morietur.* Æthiopicus legit ὀνόματος αὐτοῦ.

Cap. VI.

Vers. 1. Per ἑλληνιστὰς quos intellexerit Beza, vide in ipsius notis, quem merito rejicit Drusius in Præteritis. ubi vide. Quod autem sequitur, ὅτι παρεθεωροῦντο ἐν τῇ διακονίᾳ τῇ καθημερινῇ αἱ χῆραι αὐτῶν, Æthiopicus transtulit, *quod viderent viduas suas ministrare quotidie.* videtur contemtum viduarum Græcarum in eo constituisse, quod quotidianus administrandorum pauperum labor ipsis imponeretur. Eo sensu ἐν τῇ διακονίᾳ τῇ καθημερινῇ sumeretur pro διὰ τῆς διακονίας τῆς καθημερινῆς.

Vers. 2. οὐκ ἀρεστόν ἐστι. Vulg. & Beza, *non est æquum* Eras. *non est placitum.* Arabs ليس بحسن *non est in bono*, id est, bonum. phrasi usitata, qua dicunt, Deus est بقادر, *in potente*, id est, potens. sic & Syrus ܠܐ ܫܦܝܪ, *non est bonum, pulchrum.* rectè. omne enim bonum placet. itaque ἀρεστὸν est καλόν. Deut. 12. 18. כִּי תַעֲשֶׂה הַטּוֹב וְהַיָּשָׁר בְּעֵינֵי אֱלֹהֶיךָ, LXX ἐὰν ποιήσῃς τὸ ἀρεστὸν καὶ τὸ καλὸν ἐναντι τοῦ Θεοῦ σου. ubi tamen alia exemplaria, mutato situ, legunt, τὸ καλὸν καὶ τὸ ἀρεστόν.

Vers. 3. Ἐπισκέψασθε ἄνδρας ἑπτά. Vulgatus *considerate viros septem.* Erasm. *circumspicite.* Beza, *dispicite.* Hebraismus est, quo ex antecedenti intelligitur consequens, pro *considerantes eligite.* ideo Syrus ܒܚܪܘ ܘܓܒܘ, *considerate & eligite.* sic & Arabs. Æthiopicus simpliciter *eligite.* Dicitur autem ἄνδρας μαρτυρουμένους ἑπτά, πλήρεις Πνεύματος ἁγίου. quæ Arabs ita conjungit, quasi legeretur, μαρτυρουμένους ὅτι πλήρεις εἰσὶ &c. vertit enim, *de quibus testimonium perhibetur quod sint pleni Spiritu.* μαρτυρουμένους, Vulgat. vertit, *boni testimonii.* Eras. *spectatæ probitatis.* Beza, *idoneo testimonio ornatos.* sufficit cum Syro simpliciter dicere, *de quibus testimonium est*, **De getuygenisse hebben.** res enim de qua agitur satis docet, de bono, honesto & idoneo testimonio sermonem esse:

Vers. 5: Καὶ ἤρεσεν ὁ λόγος ἐνώπιον παντὸς τοῦ πλήθους. Hebraicè id sonat, וייטב הדבר בעיני כל ההמון. Illud בעיני LXX interdum per ἐναντίον, interdum per ἐνώπιον vertunt. prioris exempla sunt Gen. 34. 18. & 41: 37. posterioris Deut. 1. 23. 2 Sam. 3. 36. est & ubi ad verbum vertunt per ἐν ὀφθαλμοῖς. ut 1 Sam. 18. 5. & alibi.

Vers. 7. Πολύς τε ὄχλος τῶν ἱερέων ὑπήκουον τῇ πίστει. Ait Junius, defuisse τῶν ἱερέων in suo exemplari. non deest sane in eo quod Erpenius edidit. Syrus pro eo habet, *Iudæorum.* quam lectionem veram quidem esse non affirmo, improbandam tamen prorsus non sentio. Quod enim Vir doctis. ineptè hîc Judæos nominari censeat, quum solis adhuc Judæis promulgaretur Euangelium, largirer, si per Judæos intelligantur omnes Hebræi. At Syrus procul dubio intellexit Judæos propriè sic dictos, Hebræos nempe Judæam incolentes, qui opponebantur τῇ διασπορᾷ τῆς Βαβυλῶνος καὶ τῇ διασπορᾷ ἑλλήνων, Hebræis per Babyloniam Asiamve dispersis, itemque per Græcorum insulas. Sic sensus esset, crevisse vehementer discipulorum multitudinem Hierosolymæ, non tantum ex Asiaticis Europæisque, sed & ex Palæstinis Hebræis. vel Judæi opponuntur proselytis, ut Act. 2. 10. qui cum ad gentem Judaicam pertinerent, licet ex ea oriundi non essent, prædicationis quoque Euangelii participes erant. At nihil causæ est, cur recepta τῶν ἱερέων lectio, quam præter Græca exemplaria omnia, & Chrysostomum, Vulgatus,

Arabs,

Arabs, & Æthiopicus comprobant, suspecta sit. Cur enim ex plebe sola, non autem ex ductoribus quosdam Euangelii sui luce & gratia donarit Deus? nec est quod exiguum sacerdotalis generis numerum supponas, quum Esdr. 2 v. 36. 37. 38. 39. quater mille, ducentos & octoginta novem ex captivitate reduces propheta recenseat, quos multum deinde auctos facile est opinari. Ex his si insignem aliquam multitudinem conversam dicamus, non est quod offendamur, si πολὺς ὄχλος multa turba eorum dicatur fidei morem gessisse.

VERS. 8. Πλήρης πίστεως καὶ δυνάμεως. pro πίστεως in 4 codicibus invenit Beza χάριτος. Sic Vulgatus, Erasmus, Syrus & Arabs legerunt. Æthiopicus *plenus gratia Dei & potentia.*

VERS. 9. Λιβερτίνων. Syrus ܕܠܝܒܪܛܝܢܘ & ad hujus imitationem Arabs eodem modo. Errat autem doctiss. Interpres, quod Syrum & Arabem existimet, singulari numero vertisse è *Synagoga Libertini.* est enim plurale, quamvis peregrinæ terminationis, quia peregrina vox est. à singulari ܠܝܒܪܛܝܢܘܣ, quod & ipsum peregrinæ terminationis est. sic Apocal. 2. 6. pro τῶν Νικολαϊτῶν est apud Syrum ܕܢܝܩܘܠܐܝܛܐ, quod plurale itidem est, à ܢܝܩܘܠܐܝܛܐ. videntur autem omnino Libertini dici, Judæi qui pro mancipiis divenditi, deinde emancipati, & Latina voce Libertini dicti, peculiare collegium Hierosolymæ habuerint. Porro textus noster sic habet, Ἀνέστησαν δέ τινες τῶν ἐκ τῆς συναγωγῆς τῆς λεγομένης Λιβερτίνων, καὶ Κυρηναίων &c. Illud καὶ Vulgatus quoque & Arabs noster (Junii enim aut non habuit, aut à Junio est neglectum) legerunt ut & Æthiopicus. videturque omnino varias synagogas innuere, quarum prima fuerit Libertinorum, altera Cyrenæorum, tertia Alexandrinorum &c. Cum enim copula ista Libertinos ab Alexandrinis, Cyrenæis, reliquisque distinguat, quid attinebat illos cum hisce non Libertinis in idem collegium compingere? Apud Syrum vero, qui καὶ aut non legit, aut omisit, res plana est. Vertit enim, *surrexerunt quidam è synagoga quæ vocatur Libertinorum, Cyrenæi & Alexandrini* &c. Sic unum indigetatur collegium Libertinis Judæis consecratum, cujuscunque tandem gentis essent, sive Cyrenæi, sive Alexandrini, sive Cilices, sive Asiatici. quod valde nobis arrideret, si lectio comprobaretur.

VERS. 10. ᾧ ἐλάλει. Beza, *per quem loquebatur.* rectè annotavit vir doctiss. phrasin Græcam non aliam admittere interpretationem. Vulgatus, *qui loquebatur.* ὃ ἐλάλει. Syrus & Arabs plenius, *qui loquebatur in eo.* quod idem est, atque *per quem loquebatur.* Æthiopicus hîc ut alibi sæpe paraphrasten egit, *non potuerunt resistere ei, quia in sapientia & Spiritu sancto alloquebatur eos.*

VERS. 11. Τότε ὑπέβαλον ἄνδρας λέγοντας. Optimè mentem expresserunt Syrus & Arabs, *Tunc miserunt quosdam & docuerunt eos ut dicerent.*

CAP. VII.

VERS. 2. *Visus est patri nostro Abrahæ quum esset in Mesopotamia.* at vers. 4. dicitur Abraham exiisse *è terra Chaldæorum.* an ergo Chaldæa pertinet ad Mesopotamiam? Sic etiamnum censent Arabes. Geographus enim Nubiensis sexta parte climatis quarti, ubi الجزيرة, *Mesopotamiam* describit, dicit eò pertinere regiones quasdam العراق, *Parthiæ,* & inter eas بغداد, *Bagdad,* quæ hodierna Babylonia est, Chaldææ metropolis. cujus provinciam Benjamin in Itiner. pag. 75. edit. Leydensis, constituit בארץ שנער, *in terra Sinear,* quæ est Chaldæa.

VERS. 4. Τότε ἐξελθὼν ἐκ γῆς Χαλδαίων, κατῴκησεν ἐν Χαῤῥάν. κἀκεῖθεν, μετὰ τὸ ἀποθανεῖν τὸν πατέρα αὐτοῦ, μετῴκισεν αὐτὸν εἰς τὴν γῆν ταύτην εἰς ἣν ὑμεῖς νῦν κατοικεῖτε. Exercuit multum eruditos, quod Abrahamum dicatur Deus transtulisse è Charran in terram Canaan, mortuo patre ejus Thare. quum Gen. 12. 4. dicatur Abrahamus profectus è Charran, ætatis anno 75. natus autem fuit ætatis Tharæ anno 70. ut ex Gen. 11. vers. 26. colligendum videtur. exivit ergo è Charran, ætatis Tharæ anno 145. qui vixit annos 205. Gen. 11. 32. supervixit ergo ab egressu Abrahami ex Charran, annos 60. Solvi hunc nodum docet Cl. Mercerus, si Abraham negetur fuisse primogenitus, sed natus statuatur ætatis Tharæ anno 130. quibus si addas annos 75., quæ ætas erat Abrahami, quum Charran desereret, incidet in verum annum mortis Tharæ. Aliam adfert solutionem Eucherii, qui eum quidem ante mortem Tharæ excessisse è Charran voluerit, sed sexaginta demum post annis, mortuo patre, collocatum verè fuisse in terra Canaan, & quasi inquilinum factum, ubi agrum in ea emisset, atque id Stephanum innuere voce κατῴκισεν. Sed monemus, quod Cl. Mercerus non animadvertit, πρωτομάρτυρ ex

non dixiſſe κατῴκισεν, ſed μετῴκιζεν αὐτόν. Vulgatus *tranſtulit eum.* Syrus eodem ſenſu ܐܫܢܝܗ. & Arabs نقله. verum ubi de habitione ejus in Charran agitur, dicitur, κατῴκησεν ἐν Χαῤῥάν. Conſiderent eruditi & noſtram conjecturam. Dicit Stephanus tranſlatum fuiſſe Abrahamum εἰς ταύτην τὴν γῆν, εἰς ἣν ὑμεῖς νῦν κατοικεῖτε. quibus verbis non videtur innui terra Canaan univerſim, ſed ſpeciatim determinari ea pars, quæ tribui Judæ ceſſerat, in qua Judæi, quos Hieroſolymis alloquebatur Stephanus. tum habitabant. adeoque reſpici habitationem ejus in Mamre, & quidem poſtquam empto ibi prope Hebron in medio tribus Judæ argo firmam ſedem ibi fixit. quod non niſi mortuo patre Thare contigiſſe ex hiſtoria colligi poteſt. Digreſſus enim à Charran ætatis anno 75. venit Sichemum, inde juxta Bethel, inde Ægyptum petiit. reverſus contendit ad priorem locum juxta Bethel. exinde quidem conſedit in planitie Mamre, ibique per annos aliquot hæſit, non tamen firma ſede. everſa enim Sodoma profectus eſt Gerarem in terram Philiſtæorum, ubi natus eſt Iſaac, anno Abrahami 100. diciturque peregrinatus in regione Philiſtæorum diebus multis, Gen. 21. 34. perrexit certè habitare Beerſebæ non procul à Gerare, etiam poſt tentatam Iſaaci oblationem. Tandem vero contulit ſe Hebronem, ubi mortua eſt Sara. in cujus ſepulturam agrum iſthic loci emit è regione Mamre, in medio tribus Judæ, ubi ſepulta Sara. ubi exinde tanquam in propria poſſeſſione vixit ad mortem uſque Abrahamus, ibidemque ſepultus eſt. adeo ut ad id uſque tempus vagatus fuerit, actum demum fixum domicilium, idque in ea terræ parte, in qua tempore Stephani tribus Judæ habitabat, nactus fuiſſe rectè dicatur. quando autem id contigerit, ſic colligi poteſt. Mortua eſt Sara, annos nata 127. Gen. 23. 1. tum Abrahamus annos habuit 136. quippe novem annis major Sarâ. hæc enim 90. erat annorum, quum promiſſio ei de concipiendo Iſaaco fieret, Gen. 17. 17. ille autem 99. Ibid. verſ. 24. Separentur jam à 136, anni 75, quæ ætas erat Abrahami, quum è Charran diſcederet, reſtant anni 61, qui inter egreſſum è Charran, emptumque agrum ac firmatam in tribu Judæ ſedem interceſſerunt, annoque uno mortem Tharæ exceſſerunt. Videtur autem non ſine prudenti Dei conſilio factum, quod cum per ſexaginta annos huc illuc per terram Canaan vagatus eſſet Abraham, tandem in ea terræ parte, quæ Judæ attribuenda, regnoque & ſacris deſtinata erat, firmam uſque ad vitæ finem ſedem invenerit. nec dubium, quin ſe Judæ poſteri eo nomine digniores aliis tribubus felicioreſque gloriarentur. non eſt, inquit, Stephanus, quod ea in re felicitatem collocetis. nam ne pater quidem veſter Abrahamus inde fuit felicior. Etſi enim eum è Charran eductum, poſt multas peregrinationes tandem patre ejus mortuo, Deus in hanc eandem terram tranſtulerit, in qua vos Judæ poſteri nunc habitatis, hæreditatem tamen ei in ea non dedit, ne quidem veſtigii pedis. quod faciendum ſane fuerat, ſi ad felicitatem conferre ea quicquam poterat. Etſi enim agrum in ea ſibi comparaſſet, quia tamen ad ſepulturam tantum, non ad præſentis vitæ uſum ſpectabat, pro hæreditate haberi non poterat. præſertim non pro eâ, quam Deus promiſerat, quæ pecuniâ nequaquam emi, ſed ſolius Dei donatione haberi debebat. At vero inquit, Deus in hac ipſa terra, quam vos jam nunc incolitis, & in quam Abrahamum quoque tranſtulerat, ne veſtigium quidem pedis ipſi dederat. itaque aliunde pendebat Abrahami felicitas, aliunde pendet & veſtra. Porro, quia in Charran habitavit Abraham, ſacer is locus, etiam Benjaminis tempore, fuit Muhammedanis. ſic enim is Itinerarii pag. 60 edit. Leydenſis, בחרן הקדמונה כמו עשרין יהודים ושם כנסת עזרא ובאותו מקום שהיה שם ביתו של אברהם אבינו אין עלין בנין וישמעאלים מכבדים אותו מקום ובאים שם להתפלל, *In antiqua Haran ſunt 20. ferme Iudæi, & ſynagoga Eſræ. quo vero loco ædes Abrahami patris noſtri quondam fuere, nullum extat ædificium. & Iſmaëlitæ locum eum venerantes, proficiſcuntur eo precandi gratia.*

Vers. 5. *Nec dedit ei poſſeſſionem in ea, ne veſtigium quidem pedis.* καὶ ἐπηγγείλατο &c. Vulg. & Eraſ. *& repromiſit.* illud re iterationis non eſt in Græco. Arabs غير انه وعده *ſed promiſit ei.* Beza, *quamvis pollicitus eſſet*, καὶ pro καίπερ hîc accipit, ut & Matth. 5. 19. & 15. 5. At nihil neceſſe mihi videtur, in ullo horum locorum ita accipere. [& quod ad hunc locum attinet, non videtur adverſativa particula *quamvis* hîc habere locum, ob ea quæ verſum finiunt, οὐκ ὄντος αὐτῷ τέκνου, *quum non haberet filium*, id eſt, quamvis non haberet filium. non ergo hoc mirari videtur Stephanus, quod Deus ne veſtigium quidem pedis Abrahamo hæreditarium dederit in Cananæa, licet ipſe eam promiſiſſet: ſed quod eam ipſi feminique ejus promiſerit, licet filium hæredem non haberet.

Ita-

Itaque καὶ ἐπηγγείλατο verto ut sonat, *& promisit.* vel ut Syrus ܘܐܫܬܘܕܝ ܗܘܐ, *& promiserat.* ܗܘܐ enim, junctum verbo præterito, plusquamperfectum format. Duo mihi hîc Protomartyr contribulibus suis in patriarcha Abrahamo consideranda proponere videtur, quibus fidem ejus Deus vehementer exercuerit. Primum, quod in terram Canaan & in Judæam eum transtulerit, nec tamen ullam possessionem, ne vestigii quidem pedis ei dederit. Alterum, quod hanc terram ipsi & semini ejus obtinendam promiserit, quum semen non haberet. Τέκνον, *filium* melius, meo judicio, verterunt Vulgatus, Erasmus, Syrus & Arabs, quam Beza *prolem.* de quo etiam ad Matth. 22. 24. antehac diximus. & hoc quidem loco generali nomine opus non est Interpreti, tum quod hæredes terræ promissæ filii essent, non filiæ. tum quod pro בֵּן, *filio*, τέκνον dicere, usitatissimum est LXX interpretibus. exemplo sit locus huic nostro parallelus, Gen. 17. 16. וְגַם נָתַתִּי לְךָ מִמֶּנָּה בֵּן, *etiam dabo tibi ex ea filium.* LXX, καὶ δώσω σοὶ ἐξ αὐτῆς τέκνον.

VERS. 6. Ἐλάλησε δὲ οὕτως ὁ Θεός pro οὕτως Syrus quoque & Arabs videntur legisse αὐτῷ. verterunt enim, *& locutus est Deus cum eo, dicens ei.* nisi forte οὕτως exposuerint per *dicens*, quæ vera ejus est expositio. ὅτι ἔσται τὸ σπέρμα αὐτοῦ πάροικον. Syrus & Arabs pro αὐτοῦ legerunt σου. aut certè perspicuitatis gratia tertiam personam in secundam mutarunt, quod & Beza fecit, ut Deum potius loquentem, quam Lucam narrantem introducerent. *Et male tractabunt*, ἔτη τετρακόσια, *annos quadringentos.* in hoc numero conveniunt quoque Syrus, Arabs, & Æthiopicus. Invenitur autem à nato Isaaco hoc modo. Isaacus, anno ætatis Abrahami 100 natus, suscepit Jacobum ætatis suæ anno 60: Jacobus natus annos 130 venit in Ægyptum. Exinde usque ad liberationem fluxerunt anni 210. habes 400. quibus si addas 25 annos Abrahami, ex quo ex Haran profectus est, (discessit inde enim anno ætatis 75) rursus 5 annos, quibus derelicta Chaldæa Harane habitavit, habes 430 annos, de quibus Exod. 12. 41. & Gal. 3. 17.

VERS. 8. *Et dedit ei fœdus circumcisionis,* καὶ οὕτως ἐγέννησε τὸν Ἰσαάκ, *& sic genuit Isaacum.* Syrus, Arabs, & Æthiopicus, *& tunc genuit.* similiter οὕτως per *tunc* vertunt, Act. 20. 11. vide quæ annotavimus ad Joan. 4. 6. Ubi οὕτως pro particula illativa interdum usurpari docemus.

VERS. 10. *Et eruit eum ex omnibus*, τῶν θλίψεων αὐτοῦ, *afflictionibus ipsius.* Syrus ܠܐܠܘܨܘܗܝ, *oppressoribus ejus.* quod moneo, quia Tremel. malè vertit *angustiis suis.* & Boder. *oppressionibus ejus.* id Syriacè dicitur ܐܘܠܨܢܘܗܝ. altera illa vox concreta est, non abstracti. estque nomen actoris. Arabs receptam lectionem sequitur.

VERS. 13. Ἀνεγνωρίσθη Ἰωσὴφ τοῖς ἀδελφοῖς αὐτοῦ. Vulg. Erasm. & Beza, *agnitus est Ioseph à fratribus suis.* id est, ὑπὸ τῶν ἀδελφῶν αὐτοῦ. malim ad verbum, *notificatus est Ioseph fratribus suis.* neque enim hîc actio fratrum indigetatur, quâ ipsi Josephum agnoverint, sed Josephi potius, qui se ipsis aperuit. quod quum rectè animadverterent Syrus & Arabs, verterunt, *notum fecit Ioseph seipsum fratribus suis.*

VERS. 14. Ἐν ἑβδομήκοντα πέντε ψυχαῖς. Multum torsit Interpretes conciliatio hujus loci cum illo Gen. 46. 27. ubi septuaginta solum animas domus Jacobi, quæ intrarunt in Ægyptum, commemorat Moses. At difficultatis parum est, si dicamus non esse loca parallela. Moses enim catalogum instituit, in quo una cum Jacobo soli ejus posteri & quidem ex femore ejus egressi, exceptis disertè filiorum uxoribus, vers. 26 comprehenduntur. ob quam causam, non ii solum qui cum ipso Ægyptum actu sunt ingressi, sed & Joseph cum duobus filiis Ephraim & Manasse, in septuagenario numero continentur, etsi jam ante in Ægypto essent. quia & ex femore Jacobi nati, & è terra Canaan orti, peregrini in Ægypto degerent, adeoque merito haberentur quasi cum Jacobo in Ægyptum introiissent. Specialisque in eo catalogo rationis est, quod Judæ duo nepotes ex Phares, Hezron scilicet & Hamul, etsi nondum tum, ut ex serie temporis liquido colligitur, sed postmodum in Ægypto nati, in numerum istum vers. 11. referantur: ut nempe duorum filiorum Judæ Er & Onan jam defunctorum locum supplerent. Ob quam causam & Num. 26. 21. quum in reliquis tribubus, veluti Rubenis, Simeonis &c. non nepotes, sed soli filii constituant principes familiarum, in sola tribu Judæ, non modo filii ejus Selah, Phares & Zerah, sed & nepotes Hezron & Hamul principes familiarum Judæ constituuntur, quasi filiis ejus accensiti. Nihil autem horum in oratione Stephani locum habet. non enim genea-

logia

logia Jacobi instituitur, sed quosnam Josephus è terra Canaan in Ægyptum advocaverit, docetur. verba sunt, ἀποστείλας δὲ Ἰωσὴφ μετεκαλέσατο τὸν πατέρα αὐτοῦ Ἰακώβ, καὶ πᾶσαν τὴν συγγένειαν αὐτοῦ ἐν ἑβδομήκοντα πέντε ψυχαῖς. plures, quam è femore Jacobi ortos accersivit. neque omnes è femore Jacobi ortos accersivit. Excludendi ibi sunt, primo duo nepotes Judæ, deinde ipse Joseph cum duobus filiis. illos enim, quippe nondum natos, se suosque filios, quippe jam in Ægypto degentes, accersere non potuit. Separatis istis quinque, deinde & patre Jacobo, qui seorsim à Stephano commemoratur, restant ex septuagenario Mosis numero sexaginta quatuor, nempe undecim fratres, una soror Dina, & 25 fratrum filii. quibus si adjungas undecim fratrum undecim uxores, quas necessario Josephus una cum maritis accersivit, quæque ad τὴν συγγένειαν pertinebant, habes πᾶσαν τὴν συγγένειαν αὐτοῦ ἐν ἑβδομήκοντα πέντε ψυχαῖς. Æthiopicus vertit, *& Ioseph postquam cognovisset illud, jussit ut vocarent patrem suum, & totam cognationem suam. & venerunt ad eum 75 animæ.* quæ quidem versio excludit Josephum ejusque liberos, quippe qui venisse ad eum dici nequeunt. sed in eo peccat, quod Jacobum etiam includat numero 75 animarum, quippe qui cum reliquis venit ad Josephum. soli autem cognationi competit iste numerus. Nec obstat dictis, quod decem filiorum Benjaminis, qui in numero 52 nepotum Jocobi à Mose censentur vers. 21. aut nullos aut paucos tum temporis fuisse natos plerique existiment, ideoque nec accersitos rectè à Josepho dici posse. Respondere enim liceret, rectè ejus filios, etsi postmodum natos, in catalogum referri, ne solus inter omnes fratres sine liberis censeatur. At nil opus eò recurrere, quum ætas ejus omnes istos filios ferat. Joseph enim erat trigenarius, quum primum sisteretur Pharaoni, Gen. 41. 46. inter quod tempus & ingressum Jacobi in Ægyptum intercesserunt 7 anni fertilitatis, & duo sterilitatis, Genes. 45. vers. 6. Nato autem Josepho 39 annos, potuit Benjamin esse annorum 37. qua ætate, præsertim ubi polygamia locum habebat, cur non 10 filiorum pater esse potuerit? Hinc jam colligi potest, nec textui Mosaico ex verbis Stephani, nec verbis Stephani ex textu Mosaico ullum mendum esse asscribendum. Sed pro diverso instituto optimè dixisse ambos. Unde simul consequitur, corruptum esse textum LXX Interpretum, qui Gen. 46. 27. pro 70. habent 75. quod omnino à Christianis ortum videtur, qui quum locum Stephani cum verbis Mosis conciliare non possent, & Stephano fidem omnino habendam esse crederent, textum Græcum Mosis emendarunt aut verius corruperunt, ut demonstrari saltem possit, unde hæc S. Stephanus hauserit. Corruptionis manifesta sunt indicia. Primum enim, omnia exemplaria Hebræa, Josephus 2. lib. Antiq. c. 4. & Vetus Interpres Latinus non legunt nisi 70. 2. Ipsi LXX Interpretes Deut. 10. 22. ubi hæc historia repetitur, consentiunt cum Hebræo, & non enumerant nisi 70. 3. Ut cum specie aliqua veritatis interpolarent versum, quem diximus 27. corruperunt etiam vers. 20. ubi contra fidem omnium exemplarium Hebræorum, & Samaritani, & Veteris Latini, quinque alios addiderunt ex posteris Josephi, nempe Machir filium Manassis ex concubina Syra, & Machiris filium, Manassis nepotem, Galaad. Deinde Ephraimi filios duos, Sutalaam & Taam, filiumque Sutalaami unum, Ephraimi nepotem, Edem. Pro Taam autem Augustinus de Civitat. Dei l. 16. c. 40. habet Bareth, ex 1 Paral. 7. in quo simul capite observandum, nec Taami, nec Edemi fieri mentionem, & Manassis, Machiris, atque Ephraimi plures recenseri filios quam quinque. Cur ergo apud Mosen quinque tantum ex his excerpserunt? quia pluribus opus non habebant, qui numerum Stephani supplere apud Mosen voluerunt. At iidem illi, sibi nequaquam constantes, vers. 27. Manassi & Ephraimo cum quinque eorum filiis ac nepotibus addiderunt, etsi innominatos, duos alios. Nam pro, quod apud Mosen est, *& filii Joseph, qui nati erant ei in Ægypto* sunt נֶפֶשׁ שְׁנָיִם, *animæ duæ*, LXX habent, ψυχαὶ ἐννέα, *animæ novem*. unde colligendus postmodum erat numerus animarum 47. adeo ut omnia ibi sint corruptissima, nec ulla fide digna. nec absurdius quicquam tribui Sanct. Stephano potest, quam Josephum ad se accersivisse non se tantum & duos filios sibi præsentes, sed & tres nepotes ac duos pronepotes, longe post demum natos.

Vers. 15. 16. Κατέβη δὲ Ἰακὼβ εἰς Αἴγυπτον, καὶ ἐτελεύτησεν αὐτὸς καὶ οἱ πατέρες ἡμῶν. Καὶ μετετέθησαν εἰς Συχὲμ, καὶ ἐτέθησαν ἐν τῷ μνήματι, ὃ ὠνήσατο Ἀβραὰμ τιμῆς ἀργυρίου παρὰ τῶν υἱῶν Ἐμμὸρ τοῦ Συχέμ. Variis aliorum in difficilimum hunc locum conjecturis, quas hîc lubens prætereo, meam quoque adjungere non verebor. ὃ ὠνήσατο Ἀβραὰμ verti solet, *quod emerat Abrahamus*, ὁ Ἀβραάμ. quod inexplicabilem pepe-

peperit difficultatem, quum ex sacra historia constet, non Abrahamum, sed Jacobum eum agrum emisse. at quum articulus non exprimatur, tam Dativus subintelligi potest quam Nominativus, ut sensus sit ὁ ὠνήσατο τοῦ Ἀβραάμ, *quod emerat* (scilicet Jacob, de quo com. præcedenti) *Abrahamo*. Etsi enim jam tum Abrahamus diem suum obiisset, ipsi tamen dici potest emtus iste ager, ad designandum scopum, quem in agri emtione habuit Jacob qui non fuit duntaxat, ut eo pro sepulchreto uteretur: neminem enim isthic Jacobus inhumavit, nec ipse ibi inhumatus est. Sed vel maximè, ut primitiæ quædem essent terræ Canaan, cujus totius hæreditatem Abrahamo Deus & semini ejus promiserat. non semini, inquam, ejus tantum, sed & ipsi Abrahamo, Gen. 13. 15. quippe cui primo facta est promissio, ut hæres mundi esset, Rom. 4. 13. verè ergo Abrahamo emtus est iste ager, quippe qui jam promissione divina hæres ejus esset. Atque ibi simul causa latet, cur non tantum Josephus, sed (quod hîc à S. Stephano discimus) reliqui etiam Patriarchæ à posteris, hæreditatem terræ promissæ jam capientibus, Sichemum sint translati, atque in ejus agro sepulti, nempe quia ager iste emtus erat Abrahamo, tanquam pignus hæreditatis totius terræ Abrahamo promissæ. Id & simplicissimum videtur, & totum negocium extricare. Fateor tamen, huic sententiæ repugnare Josephum, qui eos non Sichemi, sed Hebrone sepultos ait. Verba ejus adscribam, quæ habentur Archajol. l. 2. c. 4. τελευτῶσι δὲ αὐτοῦ καὶ οἱ ἀδελφοὶ ζήσαντες εὐδαιμόνως ἐπὶ τῆς Αἰγύπτου. καὶ τούτων μὲν τὰ σώματα κομίσαντες μετὰ χρόνον αὐτῶν οἱ ἀπόγονοι καὶ οἱ παῖδες, ἔθαψαν ἐν Χεβρῶνι. τὰ δὲ Ἰωσήπου ὀστᾶ ὕστερον ὅτε μετανέστησαν ἐκ τῆς Αἰγύπτου οἱ Ἑβραῖοι εἰς τὴν Χαναναίαν ἐκόμισαν. *Moriuntur vero & fratres ejus quum feliciter in Ægypto vixissent. quorum quidem corpora post tempus aliquod posteri eorum & filii Hebrone sepeliverunt. Iosephi autem ossa postmodum, quum ex Ægypto migrarunt Hebræi, in Cananæam transportarunt.* Unde colligitur, undecim Patriarcharum corpora Hebrone, & quidem ante migrationem ex Ægypto, fuisse humata. Josephi autem ossa serius, migrantibus ipsis, in Cananæam translata. Etsi enim undecim Patriarcharum corpora non statim ab ipsorum morte, sed μετὰ χρόνον, *interjecto tempore* sepulta dicat: Josephi tamen ossa solius, dicit translata esse ὕστερον, *postea*. cum ex Ægypto migrassent. priorum ergo inhumatio contigit ante migrationem. quod & ipsa series narrationis à Stephano institutæ arguere videtur. quum enim primum de Jacobi morte egisset, deinde de Patriarcharum morte, translatione & sepelitione, subjicit, appropinquasse deinde tempus promissionis Abrahamo factæ, adeoque auctum magno numero populum incurrisse regis odium, & à Mose post tristissimas calamitates ex Ægypto eductum. quæ sane sic narrantur, ut post Patriarcharum sepelitionem contigisse videantur. Quod si ita est, sic statuendum videtur, Patriacharum filios transtulisse ipsorum corpora Sichemum primò, ad filios Emmor patris Sichem, tanquam ad amicos, in quorum regione agrum sibi avita hæreditate vindicabant. inde Hebronem transportasse, & in sepulchro, quod Abrahamus emerat, condidisse, operâ & adjumento filiorum Emmor patris Sichem. quum enim rerum adhuc in Cananæa potientibus peregrinis populis inhumatio ea contigerit, adeoque periculum Hebræis, patrum suorum cadavera inhumaturis, creari à Cananææ incolis potuisset, prudenter admodum Sichemum se primum contulerunt, filiorumque Emmor non modo opem postularunt, sed &, quo tutius perageretur, rem totam ipsis commiserunt, ut negocium hoc tanquam suum conficerent. ita παρὰ τῶν υἱῶν Ἐμμὸρ τοῦ Σιχέμ non erit construendum cum ὠνήσατο, sed cum ἐτέθησαν. quam sententiam, ob Iosephi autoritatem, fateor apud me potiorem esse.

VERS. 19. οὗτος κατασοφισάμενος τὸ γένος ἡμῶν. Vulg. & Eras. *hic circumveniens genus nostrum*. Beza, *hic adversus genus nostrum ingeniosus*. Syrus optimè ܘܐܬܚܟܡ ܥܠ ܛܘܗܡܢ, quod non rectè Tremel. *composuit se adversus generationem nostram*. Melius Boder. *dolosè egit*. Nos, *astutia usus est*. Syris enim ܚܟܝܡܐ, *astutus, callidus, versutus, vafer*. ܚܟܝܡܘܬܐ, *astutia, versutia, calliditas*. ܚܟܡܬܐ, *ars, astutia*. Nec aliter accipiendum illud Exod. 1. vers. 9. הָבָה נִתְחַכְּמָה לוֹ, LXX. δεῦτε οὖν κατασοφισώμεθα αὐτούς. verto, *agite, astutè nos geramus in eos*. חָכְמָה enim non *sapientia* tantum, sed & *astutia*. Porro, quod in eodem versu sequitur, εἰς τὸ μὴ ζωογονεῖσθαι, Syrus vertit & Arabs, *ut non viverent*. Vulg. *ut non vivificarentur*. Erasm. *ne vitales essent*. ad puerulos referunt, qui in aquas abjiciebantur. quod etsi Beza perperam factum dicat, qui ad parentes referens

ferens vertit, *ut non sobolescerent*, illud tamen præferimus. vide quæ de voce ζωογονεῖσθαι ad Luc. 17. 33. annotavimus.

Vers. 20. Καὶ ἦν ἀστεῖος τῷ Θεῷ. Non pigebit hîc adscribere, quæ de venustate ejus tradit Josephus Antiqu. l. 2. c. 5. Πρὸς κάλλος, inquit, οὐδεὶς ἀφιλοτίμητος ἦν οὕτως, ὡς Μωϋσῆν θεασάμενος μὴ ἐκπληγῆναι τῆς εὐμορφίας. πολλοῖς τε συνέβαινε καθ' ὁδὸν φερομένῳ τυγχάνουσιν, ἐπιστρέφεσθαι μὲν ὑπὸ τῆς ὄψεως τοῦ παιδὸς, ἀφιέναι δὲ τὰ σπουδαζόμενα, καὶ τῇ θεωρίᾳ προσσχολεῖν αὐτοῦ. καὶ γὰρ ἡ χάρις ἡ παιδικὴ πολλὴ καὶ ἄκρατος περὶ αὐτὸν οὖσα, κατείχετο τοὺς ὁρῶντας. id est, *nemo erat tam negligens formarum spectator, qui conspecta Mosis pulchritudine non stupesceret. multisque ei per viam portato occurentibus contigit, ut non solum ob pueri faciem respicerent, sed & negociis relictis, conspectu ejus sese pascerent. tanta enim erat pueri gratia, ut intuentes in se detineret.* Laudo hîc præ Vulgato, Erasmo, Syro, Arabe, & Æthiopico, Cl. Bezam, qui ἀστεῖος τῷ Θεῷ vertit, *divinitus venustus*, vel *divine*, *excellenter*. videatur doctus ejus commentarius.

Vers. 22. Ἦν δὲ δυνατὸς ἐν λόγοις καὶ ἐν ἔργοις. *Erat autem potens in dictis & in factis.* Syrus ܥܬܝܪ, *dives*. Arabs مستعد, *promtus*, *paratus*. Æthiopicus autem צנוע, *potens*.

Vers. 26. *Visus est ipsis* μαχομένοις. Vulgatus, Eras. Syrus & Arabs, *litigantibus*: rectè. μάχεσθαι enim sæpe de verbis tantum dicitur. ut annotavimus ad Iohan. 6. 52. & in Hebræo Exod. 2. 13. est נִצִּים, *litigantes*, *contendentes*. Ubi tamen LXX habent διαπληκτιζομένους, *dimicantes*. nec malè. etsi enim נצה, ut apud Syros, sic & apud Hebræos ad verba propriè pertineat, extenditur tamen etiam ad verbera. unde 2 Sam. 14. vers. 6. de duobus fratribus, quorum alter alterum occidit, dicitur וַיִּנָּצוּ שְׁנֵיהֶם בַּשָּׂדֶה, LXX καὶ διεμάχοντο ἀμφότεροι ἐν τῷ ἀγρῷ, *& pugnabant ambo in agro.* Itaque & hoc loco non malè Beza, *visus est ipsis pugnantibus*. additur, καὶ συνήλασεν αὐτοὺς εἰς εἰρήνην. Arabs وطفق يطلب اليهما ان يصطلحا, quod non verto, *& graviter exhortatus est eos ut quietè agerent*, sed *& cœpit orare eos ut pacem inirent.* Syrus ܘܡܦܝܣ ܗܘܐ ܠܗܘܢ, *& hortabatur* vel *orabat eos.* ܐܦܝܣ, est *persuadere*, & *incipere persuadere*, id est, orare, exhortari, incitare. Insignis emphasis est in verbo συνάγησεν. quam non satis expressit Vulgatus, quum dixit, *reconciliabat eos in pace*. nec Erasmus, *redegit eos in pacem*. at recte Beza, *compulit*.

Vers. 35. Τοῦτον ὁ Θεὸς ἄρχοντα καὶ λυτρωτὴν ἀπέστειλεν, id est, εἰς ἄρχοντα καὶ λυτρωτὴν, *in principem & redemtorem misit*, id est, qui princeps & redemtor esset. similem phrasin vide supra Act. 5. 31. λυτρωτής est גּוֹאֵל, *redemtor*, quomodo hîc Vulg. & Eras. verterunt. Beza maluit *liberatorem*. At non fugio redemtoris nomen. quod qui Mosi tribuit, non magis in Redemtorem Christum injurius est, quam qui eum μεσίτην, *mediatorem* vocaverit cum Apost. Gal. 3. 19. Utrumque ei typicè rectè convenit. & λυτρωτής quidem dicitur, quatenus post multa magnaque in Ægypto patrata miracula, interemptis tandem ab Angelo exterminatore Ægyptiorum primogenitis, populum Dei per sanguinem agni immunem incolumemque eduxit ac servavit. atque ita typum exhibuit veri istius lytri, veræque redemtionis, quam per mortem primogeniti omnium creaturarum, & in sanguine agni immaculati Christi, acquisitam sibi gaudent fideles. Additur, ἐν χειρὶ ἀγγέλου τοῦ ὀφθέντος αὐτῷ ἐν τῇ βάτῳ. Vulg. *cum manu*. Erasm. *per manum*. Syrus, *per manus*. Beza, *ductu*. Sed habet hîc, nescio quam emphasin vox manus, ut omittenda non videatur. sensus enim est, Deum, quum Mosen mitteret principem & redemtorem, & Mosis & redemtionis per eum præstandæ regimen universum commisisse manibus hujus Angeli. unde liquido constat, Angelum istum, qui Exod. 3. apparuit Mosi in rubo, quique ibi aliquoties Jehova ac Deus patrum nuncupatur, ac qui isthic Mosen mittit & instruit, non fuisse creatum angelum, sed ipsum filium Dei, אשר בידו per cujus manum Stephanus ait Deum, nempe Patrem, misisse Mosen. qui Angelus vocatur, quia in hac actione, ut & in tota populi liberatione subserviit patri. est ille מַלְאַךְ פָּנָיו, *angelus faciei ejus*, de quo Esa. 63. vers. 9. מַלְאַךְ הַבְּרִית, *angelus fœderis*, quem Mosi in deserto comitem fuisse, eumque in monte Sinai esse allocutum, Stephanus infra testatur vers. 38. verè ergo princeps fœderis, qui populo Israëlis tanquam suo legem tulit in monte Sinai, qui se שַׂר צְבָא יְהוָה, *principem exercitus Domini* merito vocavit Jos. 5. 14. ideoque non *angelus* modo *fœderis*, sed & הָאָדוֹן, *ipse Dominus* jure vocatur, Malac. 3. 1. hic

An-

Angelus eduxit populum ex Ægypto, Num. 20. 16. & duxit per desertum, Exod. 23. 20. & 33. 2. in quo capite observandum, quod v. 2. dicit Deus ושלחתי לפניך מלאך, *& mittam ante te Angelum*, idem esse cum vers. 14. פני ילכו והנחתי לך, *facies mea ibit, & ducam vos*. Angelus enim ille est Angelus faciei Domini, ipsa facies Dei, quam qui videt, patrem videt, Joh. 14. v. 9. quippe est ἀπαύγασμα τῆς δόξης καὶ χαρακτὴρ τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ, *splendor gloriæ & character personæ ejus*. Itaque gratulamur nobis testimonium ipsorum Judæorum, qui in Haggadah paschatis, ubi referunt verba Deut. 6. 12. in ea sic commentantur: ויוציאנו יי׳ ממצרים לא על ידי מלאך לא על ידי שרף ולא על ידי שליח אלא הקב״ה בכבודו שנאמר ועברתי בארץ מצרים בלילה הזה והכיתי כל בכור בארץ מצרים מאדם ועד בהמה ובכל אלהי מצרים אעשה משפטים אני יי׳: *& eduxit nos Jehova ex Ægypto, non per manus Angeli, neque per manus Seraphi, neque per manus legati, sed Deus gloriâ suâ. sic enim legitur*, Exod. 12. vers. 12. *Transibo per terram Ægypti nocte hac, & percutiam omnem primogenitum in terra Ægypti ab homine ad brutum, & in omnes Deos Ægypti exercebo judicia: ego Iehova.* Habentur hæc apud Maimonidem in tractatu de חמץ ומצה, in נוסח ההגדה. Negant ab Angelo se eductos. quod tamen affirmat Moses Num. 20. 16. rectè negant de Angelo creato. rectè affirmat Moses de increato, de quo Deus, Exod. 23. 21. *cave tibi ab eo, & ausculta voci ejus, neque irrita ipsum: nam non condonabit transgressioni vestræ:* כי שמי בקרבו, *quia nomen meum est in medio ejus*. quem Christum fuisse, testatur Apostolus 1 Cor. 10. 9. Hic quum eduxit Israëlitas ex Ægypto, ipse Jehovah eos eduxit בכבודו, *ipsissimâ sua gloria*. Rectè quoque Legato, id est Mosi, hanc gloriam derogant. Etsi enim id ei passim tanquam instrumento tribuatur, quia tamen Angelum Dei visibiliter semper tanquam ducem rectoremque præsentem habuit, rectè Stephanus totam hanc redemtionem principaliter τῇ χειρὶ ἀγγέλου manui Angeli, id est, ut loquuntur Judæi, ipsius Dei tribuit.

VERS. 36. Καὶ ἐν ἐρυθρᾷ θαλάσσῃ. *Et in mari rubro*. Hebræis dicitur ים סוף. ut & Syrus hic ܒܝܡܐ ܕܣܘܦ, At Arabs في بحر القلزم, *in mari Colsumæ*. قلزم Urbs est ad extremitatem maris rubri, prope Isthmum Ægypti. unde sinus iste, quem mare rubrum dicimus, mare Colsumæ dictus est. Urbis hujus meminit Chronologus Arabum Elmacinus in vita Omari, cujus jussu ait factam esse الخليج, *fossam* sive *stagnum*, quo annona veneretur من الفسطاط الي القلزم ومن القلزم الي المدينة في البحر المالح, *Fustatâ* (quæ alias مصر, nunc Alcairo dicitur) *usque ad Colsumam, inde Medinam per mare salsum*. Ubi simul notandum, mare salsum idem esse quod rubrum. Sic enim Arabibus dicitur, quia aqua ejus salsa, quippe ex Oceano Persico profluens. atque eo epitheto distinguitur sinus iste à Nilo, qui بحر الحلو, *mare dulce* dicitur. omnis enim aquarum collectio, sive salsarum sive dulcium, sive in Oceano, sive in sinu, sive in fluvio, sive in stagno lacuque بحر, *mare* Arabibus dicitur. Aliud itaque est ים המלח, *mare salis* aut *salsum*, de quo passim apud Mosen. per hoc enim mare mortuum seu lacus Asphaltites intelligitur, qui in agro Sodomitico erat, קדמה seu מזרחה ad Orientem terræ Sanctæ. quum mare rubrum fuerit ad Zephyrum, sive eum tractum qui est inter Meridiem & Occidentem. Porro, quod sequitur, καὶ ἐν ἐρήμῳ, ἔτη τεσσαράκοντα, non videtur præcisum dicendi genus continere, quasi sensus sit, ubi versatus est annos 40. commodè enim refertur ad miracula quæ Moses edidit, non modo in Ægypto, & mari rubro, sed & in deserto, idque per 40 annos. iter enim illud 40 annorum, ab initio ad finem plenum fuit miraculorum.

VERS. 38. Λόγια ζῶντα. Vulgatus, *verba vitæ*, quasi λόγια ζωῆς. ut & Syrum vertit Tremellius. sed malè. scribitur enim ܡ̈ܠܐ ܚܝ̈ܐ, *verba viva*. non ܡ̈ܠܐ ܕܚܝ̈ܐ. Arabs الكلام الحي, λόγον ζῶντα (ut quædam exemplaria Græca legere testatur D. Beza) *sermonem vivum*, non vitæ, ut habet Junius.

VERS. 39. Καὶ ἐστράφησαν ταῖς καρδίαις αὐτῶν εἰς Αἴγυπτον. Vulg. Eras. & Beza, *& aversi sunt cordibus suis*. Syrus & Arabs, *& reversi sunt*. quod rectum putamus. sensus enim est, Quum Deus eos, non è terra modo, sed vel maximè ex idololatria Ægypti eruisset, hi corporibus ab Ægypto jam absentes, cordibus suis eò sunt reversi, quippe qui mentes suas reflecterent ad idola Ægypti, *dicentes Aaroni, Fac nobis Deos* &c. Vel simpliciter, *versi sunt cordibus suis*. Æthiopicus, *verterunt corda sua ad terram Ægypti*.

VERS. 41. Καὶ ἐμοσχοποίησαν. num. plur.

Consentiunt Vulg. Arabs, & Æthiopicus. At Syrus, *& fecit ipsis vitulum*, nempe Aaron. Καὶ ἀνήγαγον θυσίαν τῷ εἰδώλῳ, Vulg. *& obtulerunt hostiam simulacro*. Syrus & Arabs; *simulacris*. Videntur τῷ εἰδώλῳ accepisse collectivè, non pro singulari vituli simulacro. non satis rectè.

VERS. 42. Ἔστρεψε δὲ ὁ Θεὸς, καὶ παρέδωκε &c. Vulg. *convertit autem Deus & tradidit*. Erasm. *convertit se*. Beza, *vertit se*. id est, favorem suum in iram vertit. Syrus autem ܘܗܦܟ, Arabs, ورجع, *& reversus est*. quod ejusdem sensus esse potest cum præcedenti. Sic enim *reverti* de Deo usurpatur Oseæ 5. 15. אֵלֵךְ אָשׁוּבָה אֶל מְקוֹמִי, *ibo, revertar ad locum meum*. Sed potest quoque sensus esse, *& reversus est, & tradidit eos*, id est, *& rursus tradidit eos*. quod aliter Hebræi efferre nequeunt, quam וישב ונתנם. ut mens sit, sicut illi cordibus suis ἐστράφησαν reversi sunt ad Ægyptiacam idololatriam, ita Deus ἔστρεψε καὶ παρέδωκε, id est, στρέψας παρέδωκε rursus tradidit illos, ut servirent idolis, quibus antea in Ægypto servierant.

VERS. 43. Καὶ ἀνελάβετε τὴν σκηνὴν τοῦ Μολὸχ, καὶ τὸ ἄστρον τοῦ Θεοῦ ὑμῶν Ῥεμφὰν, τοὺς τύπους, οὓς ἐποιήσατε προσκυνεῖν αὐτοῖς. Locus Amosi c. 5. com. 26. unde S. Stephanus ista deprompsit, sic se habet. וּנְשָׂאתֶם אֵת סִכּוּת מַלְכְּכֶם וְאֵת כִּיּוּן צַלְמֵיכֶם כּוֹכַב אֱלֹהֵיכֶם אֲשֶׁר עֲשִׂיתֶם לָכֶם, ubi per מַלְכְּכֶם, *regis vestri*, non intelligitur rex terrenus quippe quem ne tum quidem habebant Israëlitæ, sed cœlestis, nempe Sol, quem Orientales nunc בַּעַל, *Baal*, aut Syriace בְּעֵל, *Beel, Bel*, id est, *Dominum*, nunc מֶלֶךְ, *regem* appellabant, alias מִלְכֹּם, unde hîc pro μόλοχ Syrus & Arabs habent מַלְכּוֹם. de quibus omnibus qui plura cupit, adeat accuratissimum doctissimi viri Joh. Seldeni tractatum de Diis Syris, ubi de Molocho agit, & non modo מַלְכְּכֶם rectè per μόλοχ, sed & סִכּוּת rectè per σκηνὴν à Luca versum docet, quia tentoriis & thensis Deos circumferre antiquissimo ritu solebant idololatræ. Sed quid Ῥεμφὰν sit, hactenus quod sciam, nemo satis explicavit. poni pro Hebræo כִּיּוּן fatentur omnes. notat autem Ab. Esra, ex lingua Arabica & Persica constare, stellam *Saturni* appellari כֵּיוָאן. quod omnino certum. Nam in Etymologico quodam Persico-Turcico, quod Clar. vir Jacobus Golius, Academiæ nostræ lumen, ex Oriente attulit, cui nomen دانستان, *Danistan*, in cap. primo, ubi stellarum nomina enumerantur, vidimus recenseri كيوان, כֵּיוָאן pro *Saturno*. Et in Lexico Arabico, cui nomen Camus كيون, כִּיוּן explicatur per رجل ممنوع, vir *rigidus & austerus*, propriè prohibitus, ad quem accessus quasi est prohibitus ob morositatem & morum difficultatem. neque apud Astrologos planetarum ullus inclementior Saturni. Sed ut magna semper fuit apud Ethnicos Deorum confusio, ita & Saturnum non eam modo, quam dixi, stellam significasse, sed & pro Belo sive Jove, adeoque cum Molocho eundem fuisse habitum, eamque ab causam Saturno sicut Molocho humanis victimis fuisse litatum, Cl. Seldenus in capitibus de Molocho & Belo abundè docet. sic ut rectè כיון & מלך, *Saturnum & regem* conjunxerit etiam Propheta noster. Sive enim Solem dicas, sive tempus, sive utrumque simul fuisse Saturnum, prisci sane primum ei & summum imperium regnumque tribuere, à quo res omnes pendeant, quique generationis omnis & corruptionis autor sit. Orpheo Saturnus θεῶν πατὴρ ἠδὲ καὶ ἀνδρῶν, *Deorum pater & hominum* dictus est. Et Platonici quidem mentem illam divinam, quæ cæteras complectitur, modo Jovem, modo Venerem, modo Saturnum dixere. Jovem, quatenus æthercam regionem gubernare intelligitur. Venerem, quatenus in inferiora corpora descendens, ea ad generationem concitat. Saturnum vero, quatenus divinæ mentis virtus è cœlo proveniens, in omnia se diffundit, continetque universam omnium rerum lucem & providentiam, quæ ad ordinem & vitam & mutationes omnium fortunarum pertineat. Nec omittendum, quod de Saturno Dionysius Halicarnassæus lib. I. tradit, Antiquos existimasse τοῦτον τὸν δαίμονα πάσης εὐδαιμονίας δοτῆρα καὶ πληρωτὴν ἀνθρώποις, εἴτε Χρόνον αὐτὸν δεῖ καλεῖν, ὡς Ἕλληνες ἀξιοῦσιν, εἴτε Κρόνον ὡς Ῥωμαῖοι, πᾶσαν δὲ περιειληφότα τὴν τοῦ κόσμου φύσιν, ὁπότερον ἄν τις ὀνομάσῃ. *Hunc Dæmonem omnis felicitatis datorem esse & completorem, sive Tempus ipsum vocare oporteat, secundum Græcos, sive Saturnum, secundum Romanos. eumque, quocunque tandem nomine vocaveris, universam mundi naturam complexum esse*. Hinc jam non difficile videtur causam reddere, cur Saturnus כיון Orientalibus dictus sit. כון enim in Kal Hebraicè est *aptari, disponi*. Arabicè & Syriacè *fieri*. in Piel & Hiphil Hebraicè *disponere, aptare*. Arabicè in Piel, Syriacè in Hiphil, face-

facere existere, generare, naturam indere. ܟܝܢܐ, כְּיָנָא, *natura*, Syris. Hinc כִּיּוּן. est ea virtus quæ existentiam, naturam, aptitudinem & dispositionem omnibus rebus tribuit. proprie *naturatio.* forma est Hebræis usitatissima. qualia sunt קִיּוּם, *confirmatio.* חִיּוּב, *condemnatio.* עִיּוּן, *speculatio.* & sexcenta alia, quæ ex Piel deducta, actioneem fere significat. atque ita כִּיּוּן, *adaptatio*, vel ut barbarè dicam *essentificatio* propriè id ipsum exprimit, quod Saturno Antiqui tribuerunt. Jam vero videndum quid sit ῥεμφάν, vel ῥομφᾶ, vel ῥεφᾶ, vel ῥεφάν, vel ῥαφάν, vel ῥαμφάν. has omnes enim formas exemplaria exhibent. Syrus antepenultimam, Arabs penultimam habet. Æthiopicus ῥεφάμ. dicimus autem Arabicam esse dictionem, ejusdem omnino nationis cum Hebræo כִּיּוּן. nam verbum رفّ, רף significat *movere, agitare*, & propriè alas, quod faciunt aves incubantes ovis, ut pullos excludant. quod enim Gen. 1. 2. de Spiritu Dei dicitur, quod מְרַחֶפֶת *agitabat se in superficie aquarum* ad fœcundandas eas, id Arabibus est رفّ. Lex. Arab. cui nomen Camus, أرفّت الدجاجة علي بيضها وبسطت الجناح *agitavit columba super ova sua & expandit alas suas.* & talis actio etiam dicitur رفّ, ῥέφ, terminatione autem Græca, ῥεφά & addito ν ῥεφαν. sæpe etenim ea litera peregrinis dictionibus affigitur, ut pro שְׁלֹמֹה, σαλωμών. ut & μ, qualia sunt pro נַפְתָּלִי, νεφθαλείμ. pro שִׁילוֹחַ, σιλωάμ. præsertim autem in Arabicis dictionibus non debet insolens videri affixio τῦ ν in fine. quia omnia fere nomina, etsi in nun non terminentur, sed alia quavis consonâ, pronunciatione tamen nunnantur in fine, efferturque Nominativus per on, Genit. Dat. & Abl. per in, Accus. per an. sic ut ῥέφ vel ῥεφὸν, in Accus. faciat ῥεφάν. At unde ῥεμφᾶ & ῥεμφάν cum μ in medio? ne hoc quidem in mendo habendum. μ est pro ν euphoniæ causa ex more, quia sequitur φ. ν autem est pro dagesch, sicut pro אַתְּ, *tu*, Syri dicunt אנת. pro גִּבּוֹר, *fortis*, גנברא. pro מֻפִּים, LXX μαμφείμ, Gen. 46. v. 21. & infinita alia. sic pro ῥεφφᾶ, ῥεμφᾶ. est enim رفّ ex verbis surdis, sive ut loquuntur Hebræi, ex duplicantibus secundam radicalem. Sed unde ῥαφάν & ῥαμφάν? Quia, etsi Arabes رفّ pronuncient ῥέφ, vocalis tamen literæ Resch est pathach, quæ rectè etiam scribitur ῥάφ. Est ergo ῥεφᾶ seu ῥεφάν ea virtus, quæ movendo se & agitando super omnes res, eas quasi excludit & existere facit. idem ergo prorsus quod כִּיּוּן. & utrumque idem quod Saturnus, ὁ περιειληφὼς πᾶσαν τὴν τῦ κόσμυ φύσιν, ut dixit Halicarnassæus. At nec tacere debemus, jam memoratum Lex. Ar. رفّ, ῥέφ etiom vetere per اكل كثير, *multi-esionem*, seu *voracitatem.* quod ipsum Saturno etiam optimè convenit, cui tantam voracitatem tribuit Antiquitas, ut & liberos suos deglutiverit. sicut enim omnia tempore oriuntur, ita & tempore intereunt omnia. quumque generatio unius sit corruptio alterius, eadem vis naturæ, quæ unum producit, alterum corrumpit. idem Saturnus, qui ortus causa, idem & interitus. Hæc quum ita lusissemus, & conjecturis, non tamen omnino frustra, omnia tentassemus, Cl. vir, omni literaturæ genere excultissimus, & in diffusa eruditione Ægyptiacæ etiam linguæ peritissimus Claudius Salmasius uno verbo nos expedivit. In ea enim lingua ῥεφάν, *Saturnum* significare affirmavit. utque dicto fidem faceret, Alphabetum Ægyptiacum, Roma ad se missum ostendit, ubi nomina septem planetarum, hoc ordine scripta simul & explicata continerentur. ⲠⲒⲢⲎ, *Sol.* ⲠⲒⲒⲞϨ, *Luna.* ⲢⲎⲪⲀⲚ, *Saturnus.* ⲠⲒⲌⲈⲨⲤ, *Jupiter.* ⲘⲞⲖⲞⲬ, *Mars.* ⲤⲞⲨⲢⲞⲦ, *Venus.* ⲠⲒⲈⲢⲘⲎⲤ, *Mercurius.* Characteres fere Græci sunt, sic legendi πρη. πια. ρηφαν. πιζευς. μολοχ. σωροτ. περμης. Jam cecidit recepta illa apud omnes fere eruditos sententia, ῥεφάν apud LXX Interpretes corruptum esse ex Hebræo כִּיּוּן, pro quo רֵיוּן legerint, inde ῥεφάν. Laudandi jam doctissimi prudentissimique interpretes, quod cum in Ægypto, in Ægyptiorum gratiam, à Philadelpho Ægyptiorum Rege vocati, Biblia in Græcam linguam transferrent, ignotum Ægyptiis Hebræorum כִּיּוּן, in notissimum ipsis ῥεφάν transmutarint. Quod si scrupulum cuipiam moveat, quod Saturnum in deserto coluisse Israëlitas queratur Deus, quum in Historia Mosis solius vituli vel bovis (David enim שׁוֹר vocat Ps. 106. 20) fiat mentio: Rep. bovem, arationis præcipuum actorem, retulisse Deum agriculturæ authorem & præsidem. eum autem antiquis gentilibus fuisse Saturnum. is enim fuisse fertur, qui in Italia Janum vivendi rationem & agrorum cultum docuit, cui pro accepta ista disciplina dimidium regni sui dederit.

derit. atque eo nomine cum conjuge sua Rhea pro Deo fuisse habitum, quod in Italia plantationes, & insitiones & educationes omnium arborum, omniumque fructiferarum rerum culturam docuerit. Restat ut verba Amosi interpretemur, & cum verbis Stephani conferamus. Prophetam sic interpretamur, *& portastis tabernaculum Molochi vestri, & Saturnum imagines vestras, stellam Dei vestri, quæ fecistis vobis.* Cur צַלְמֵיכֶם, *imagines vestras*, dixit in plurali? quia סִכּוּת, *tabernaculum*, non tantum locus erat & receptaculum, in quo inclusus Moloch gestabatur aut circumferebatur, sed & ipsummet idolum erat, quippe imago cœli, in quo Sol sive Moloch, magnus ille astrorum rex & rerum sublunarium præses, tanquam in tabernaculo continetur. unde Psaltes Ps. 19. 5. לַשֶּׁמֶשׁ שָׂם אֹהֶל בָּהֶם, *Soli posuit tabernaculum in illis*, שָׁמַיִם, *cœlis*. exprobrat ergo, quod & tabernaculum Molochi & Saturnum pro imaginibus circumferrent. quis autem iste Saturnus? stella inquit Dei vestri. id est, quam vos pro Deo habetis & colitis, sicut stellam Saturni dicimus, quæ est ipse Saturnus, stellam Jovis, quæ est ipse Jupiter. נְהַר פְּרָת, *fluvius Euphratis*, qui est ipse Euphrates. Unde liquet, *vos portastis Saturnum, stellam Dei vestri*, idem esse atque, *vos portastis stellam Dei vestri Saturni.* quod ipsissimum illud Lucæ est, ἀνελάβετε τὸ ἄστρον τοῦ Θεοῦ ὑμῶν Ῥεμφάν. Porro quod in Hebræo sequitur אֲשֶׁר עֲשִׂיתֶם לָכֶם, *quæ fecistis vobis*, refero ad duas jam memoratas imagines, nempe tabernaculum Molochi, & Saturni stellam. atque ita, quum dixit Lucas, τοὺς τύπους οὓς ἐποιήσατε, optimè elucidavit mentem Prophetæ, quasi situs verborum fuisset, וּנְשָׂאתֶם אֶת־סִכּוּת מַלְכְּכֶם וְאֵת־כִּיּוּן כּוֹכַב אֱלֹהֵיכֶם צַלְמֵיכֶם אֲשֶׁר עֲשִׂיתֶם לָכֶם quod Græcè ad verbum est καὶ ἀνελάβετε τὴν σκηνὴν τοῦ Μόλοχ ὑμῶν, καὶ Ῥεμφάν (idem enim hoc quod כִּיּוּן) τὸ ἄστρον τοῦ Θεοῦ ὑμῶν (quod idem atque καὶ τὸ ἄστρον τοῦ Θεοῦ ὑμῶν Ῥεμφάν) τοὺς τύπους οὓς ἐποιήσατε. Confer hæc cum verbis Lucæ, aut LXX Interpretum, & vide an prudenter satis locutus sit qui dixit, Græcam versionem in hoc testimonio ab Ebraica veritate plurimum variare. Quin & fateor, me multum dubitare, an illud Lucæ Ῥεμφάν conveniat Genitivo casu cum τοῦ Θεοῦ, an potius Accusativo cum τὸ ἄστρον. nam præterquam quod terminatio Arabica, ut diximus, id innuat, eadem tum erit constructio in Græco quæ in Hebræo, etsi situs dictionum variet. Nec est quod turbet quempiam, quod supra Saturnum cum Molocho confuderimus: Propheta autem & Lucas hos Deos distinguant, & plurali numero imagines vocent. Tanta enim fuit priscorum ad augendum Deorum numerum propensio, ut sola nominis imaginisve variatio ad unum eundemque Deum Deamve in plures discerpendum sufficeret. Isis, Lucina, Diana, Trivia, Hecate, variæ erant Deæ, quum tamen unius Lunæ diversa solum essent nomina. De quo qui plura vult, videat de Diis Syris Prolegomenων caput tertium Cl. Seldeni. At, quid tandem illud Tabernaculum Molochi, quod portarint in deserto, quum in historia Mosaica non alterius quam Mosaici fiat mentio? Illud ipsum, inquam, intelligitur Tabernaculum, & per τύπους οὓς ἐποιήσατε, *figuras quas fecistis*, non aliæ quam quas jussu Dei Bezaleel ejusque socii efformarunt: sed quibus infideles, illi idololatræ, de quibus hîc agitur, mirum in modum sunt abusi. Neque enim, quod in Epist. ad Hebr. disputat Apostolus, Tabernaculum eoque contenta crediderunt esse umbram & exemplaria futurorum bonorum in Christo præstandorum, sed mundi ac naturæ delineationem & compendium. τὴν διαμέτρησιν τῆς σκηνῆς πρὸς μίμησιν τῆς τῶν ὅλων φύσεως συνέβαινεν εἶναι, *commensurationem Tabernaculi ad imitationem Universitatis naturæ esse contigit*, ait Josephus Antiq. l. 3. c. 5. & R. D. Kimchi ad Psal. 19. v. 8. expositurus cur testimonium Dei dicatur sapientiam dare simplicibus, hanc causam allegat, כי כל דברי המשכן חכמה נפלאה כי לא דבר רק הוא המנורה והמזבחות והיריעות וכן כל הדברים כלם מורים על חכמה עד שיקראו אותו החכמים עולם האמצעי שהוא דמות העולם העליון ודמות העולם הקטן וכן שמירת השבת היא חכמה גדולה שיחקר האדם בגללה על חדוש העולם וכל מעשה בראשית והיא חכמת הטבע: id est, *omnes enim res Tabernaculi mirandæ sunt sapientiæ. neque enim inane quid sunt candelabrum, altaria, cortinæ, & reliquæ. sed omnia tantam docent sapientiam, ut sapientes eam vocarint Mundum intermedium, qui similitudo sit & supremi mundi & parvi. similiter observatio Sabbathi magnam quandam sapientiam comprehendit, cujus gratia scrutari debet quisque ortum mundi, & res creatas. quæ quidem sapientia Physica est.* Vides non Tabernaculum tantum, sed & Sabbathum ad naturalem scientiam referri. Sancta sanctorum volebant significare mundum intellectualem seu Angelicum. Sancta, mundum

cæ-

cœlorum visibilium. Atrium, orbem terrarum. Mensam cum duodecim propositionum panibus, senario numero sibi oppositis, firmamentum cum duodecim signis Zodiaci, quorum sex septentrionalia, sex istis opposita meridionalia. Candelabrum septem lampadibus ita adornatum, ut è media, tanquam rami è stipite, tres utrinque orirentur, septem planetas, quorum medius Sol reliquis sex lucem præbet. Quatuor cortinarum colores quatuor mundi Elementa ipsis denotabant, nempe byssus sive linum Terram, ex qua nascitur. Purpura aquam, unde provenit. Hyacinthus aërem, cui puritate similis est. Crocus ignem, ob ruborem. de quibus partim apud Josephum l. 3. Antiq. c. 5. & 6. partim apud Hieron. tom 3. fol. 61. Quum ergo universam mundi naturam Tabernaculo comprehendi existimarent, mirum ne cuipiam videatur, si idololatræ ex Dei Tabernaculo Saturni Tabernaculum fecerint, τȣ̃ πᾶσαν περιειληφότος τὴν τȣ̃ κόσμȣ φύσιν, *universam comprehendentis mundi naturam*, ut antea ex Halicarnassæo produximus? Neque hic leviter prætereundum, quod Sabbatho etiam arcana scientiæ Physicæ, id est Saturni arcana contineri Kimchius dixerit. Sabbatho enim magis quam cæteris diebus liberis operam dare solent Hebræi, quia benedicto isto die corporibus & animabus vires restaurari credunt Judæi. Quum Deus Gen. 2. 2. dicitur benedixisse diei septimo, quid ibi est ברכה *benedictio*? Est, inquit ibi Aben Esra, תוספת טובה, *additamentum boni*. quodnam vero illud additamentum? ביום הזה תתחדש בגופות דמות כוח בתולדת ובנשמות כוח הכר והשכל, *die illo innovatur in corporibus species quædam virium in generatione, & in animabus vires cognoscendi & intelligendi*. Id vero in Saturni, qui septimi diei præses est, ideoque à Sabbatho שַׁבְּתַאי Hebræis dicitur, honorem redundare, eoque à Judæis referri, liquet ex R. Isaac Caro, qui planetæ Saturni virtutes prædicans, *Is eam*, inquit, *habet facultatem, ut in corporibus robur naturæ supra cæteros dies renovet, ac in portione ejus est vis cogitandi, intelligendi & sciendi mysteria & cultus Domini, est stella seu sydus Israëlis, ut dicunt omnes Astrologi, & in portione ejus est itidem anima rationalis, & ex portibus terræ domus sanctuarii, & ex linguis lingua Hebraica, & inter. leges Lex Israëlis.* Habes hîc commentarium in verba S. Stephani. Si enim Saturnus est sidus Israëlis, si ab eo & generandi & intelligendi vires habent Judæi, si ad eum & domus sanctuarii, & lingua Hebræa, & lex Israëlis referenda, merito stellam Saturni nuncupavit Stephanus *stellam Dei vestri*, & merito domum illam sanctuarii vocavit *Tabernaculum Molochi*. Additur autem & *transferam vos* ἐπέκεινα Βαϐυλῶνος, Vulg. *trans*, Erasm. *ultra Babylonem*. Sic Syrus quoque & Arabs. At Beza, *ad Babylonis fines*. ἐπέκεινα propriè & usitatè est *ultra*. & hîc ponitur pro מֵהָלְאָה, qua voce Propheta usus est, quæ ut per *ad fines* vertatur, non satis est conveniens. neque ipsa res id facile admittit. neque enim hîc de tribu Judæ agitur, quæ à Rege Babylonis in Babyloniam transportata, intra ejus fines fere constitit, sed de decem tribubus Israël, quarum propheta, Amos fuit, c. 1. 1. quas alloquitur c. 5. v. 4. 5. quæque per Salmanassarem Assyriæ regem ultra Babyloniam in Chalacho, Chabore, Nehargozane, & civitatibus Mediæ collocatæ fuere, 2 Reg. 17. 6. Cur autem Stephanus dixit, *ultra Babyloniam*, quum Propheta Amos c. 5. 26. dixerit, *ultra Damascum*? quia Amos peculiarem suo tempore causam habebat, cur longinquam populi migrationem designaturus, *ultra Damascum* diceret. magnis enim jam cladibus Hasaël Rex Damasci terram decem tribuum affecerat. plurimos interemerat, plurimos in Syriam captivos abduxerat. nec tamen id animos improbi populi domuerat, ut resipiscerent. pergit itaque majorem Propheta calamitatem denunciare, fore ut brevi ultra Damascum longius deportentur. quam longè autem ultra Damascum, res ipsa postmodum demonstravit, quando in fines Mediæ & Armeniæ ultra Babylonem transportati fuere. Stephanus itaque neglecta circumstantia quam spectavit Amosus, rem dicere maluit, quam intendebat Propheta.

VERS. 44. Ἡ σκηνὴ τȣ̃ μαρτυρίȣ, *tabernaculum testimonii*. Rectè docet Clar. Beza, sic solere Græcos Interpretes exprimere quod Hebr. dicitur אֹהֶל מוֹעֵד, id est, *tabernaculum condictionis*, seu *tentorium conventus*. Addimus, alibi vocari אֹהֶל הָעֵדֻת, *tabernaculum testimonii*, Num. 9. 15. & 17. 23. item מִשְׁכַּן הָעֵדֻת, *habitaculum testimonii*, Exod. 38. vers. 21. Num. 1. vers. 50 & alibi. Voluerunt ergo LXX Interpretes, idem esse ibi מועד & עדות. quod non usque adeo est incongruum. nam sicut עֵדָה valet *cœtum*, *conventum* à יָעַד, & *testimonium* ab עוּד, ita & מועד utrumque significare potest. Sæpe enim verba quiescentia prima jod, & media vau signi-

significationes permutant. sic הוֹבִישׁ significat *aresacere*, à יָבֵשׁ. & *pudefacere*, à בּוֹשׁ. הוֹרִישׁ, *possessione expellere*, à יָרַשׁ. & *depauperare*, à רוּשׁ. aliaque similia. nec aliter intellexit Vetus interpres, quum vertit, *tabernaculum fœderis*. idem enim, fœdus & testimonium. sicut arca eodem sensu appellatur אֲרוֹן הַבְּרִית, *arca fœderis*, & אֲרוֹן הָעֵדֻת *arca testimonii*, vel הָעֵדֻת, *testimonium* absolutè. Conciliari autem possunt qui vertunt *tabernaculum conventus*, cum iis qui *tabernaculum testimonii* aut *fœderis*. si dicantur, non tam populum respicere, qui isthîc ad Deum convenerit, quam ipsum Deum, qui testimoniorum ac fœderis sui declaratione ibi populo patefiebat, & cum eo quasi conveniebat. Sic enim ipse Deus id explicat Exod. 29. 42. 43. ubi causa datur, cur vocetur אֹהֶל מוֹעֵד quia, אִוָּעֵד לָכֶם שָׁמָּה לְדַבֵּר אֵלֶיךָ שָׁם *conveniam vobis eo, ut alloquar te isthic*. vides Deum convenire, ut alloquatur. & quidem, *ut alloquar te*, inquit, Mosen nempe. quod fieri poterat sine ullo populi conventu. neque datum est tabernaculo hoc nomen propter הָאוּלָם, *vestibulum*, qui locus erat conventus populi. sed propter הַדְּבִיר, *adytum*, ubi erat arca testimonii, ubi Deus Mosen & summum sacerdotem conveniebat. unde Exod. 25. vers. 22. וְנוֹעַדְתִּי, *& conveniam tibi illic*, nempe ad arcam, *& loquar tecum è propitiatorio*.

Sequitur, ἦν ἐν τοῖς πατράσιν ἡμῶν ἐν τῇ ἐρήμῳ. Vulg. Eras. & Beza, *fuit patribus nostris*, id est, τοῖς πατράσιν. quomodo legit exemplar per Thomam Platerum Basileæ impressum anno 1543. At ibidem impressum ex officina Joh. Oporini, 1552. ut & exemplaria quæ Beza expressit habent, ἐν τοῖς πατράσιν, *inter patres nostros*. quomodo & Æthiopicus legit. Syrus & Arabs non videntur ἐν legisse. verterunt enim, *Ecce tabernaculum testimonii patrum nostrorum fuit in deserto*. sensus ubique idem est.

VERS. 45. Ἣν καὶ εἰσήγαγον διαδεξάμενοι οἱ πατέρες ἡμῶν. Laudo Bezam, quum vertit, *quod etiam acceptum introduxerunt patres nostri*. Sic Arabs, ان قبلها اباونا, *quum accepissent illud patres nostri*, nempe ex manibus Mosis, Aaronis, aliorumque seniorum qui in deserto occubuerunt. Erasmus, *qui successerunt*. fateor διαδέχεσθαι non aliter quam pro *excipere*, id est, *succedere* usurpari apud LXX Interpretes, & qui Apocryphos libros scripserunt Hellenistas. nec dubitarem, quin hoc loco ita esset interpretandum, si legeretur οἱ διαδεξάμενοι πατέρες ἡμῶν. sic enim ad Erasmi sententiam exprimendam dicere debuit, qui Græcè loqui voluit. Jam vero constructio arguit, διαδεξάμενοι non esse personarum, sed actionis determinationem. Sequitur ἐν τῇ κατασχέσει τῶν ἐθνῶν, Vulg. & Eras. *in possessionem gentium*. Beza *in ipsa occupatione gentium*, id est, quum inciperent obtinere gentes. κατάσχεσις tamen apud LXX Interpretes usurpatur pro אֲחֻזָּה יְרֻשָּׁה & נַחֲלָה, & potius ipsam terram quæ obtinetur aut possidetur, quam ejus occupationem aut acquisitionem significat. unde Syrus paraphrasticè vertit ܠܐܪܥܐ ܕܝܗܒ ܠܗܘܢ ܐܠܗܐ ܝܪܬܘܬܐ ܡܢ ܥܡܡܐ *in terram quam dedit ipsis Deus possessionem ex gentibus*. Et nisi sic interpreteris, subaudienda erit terra Sancta, in quam tabernaculum introduxerunt, cum occuparent gentes. simplicius itaque est ἐν pro εἰς hîc accipere ut & apud Græcos interp. ἐν κατασχέσει & εἰς κατάσχεσιν promiscuè usurpantur. confer Num. 32. 5. & 22. cum Deut. 32. 51. & alibi. atque ipsa constructio id hîc satis innuit, quum dixit Lucas εἰσήγαγον ἐν τῇ κατασχέσει. influit enim præcedens εἰς in sequens ἐν.

VERS. 46. Καὶ ᾐτήσατο εὑρεῖν σκήνωμα τῷ Θεῷ Ἰακώβ. petita phrasis ex Psal. 132. vers. 5. עַד אֶמְצָא מָקוֹם לַיהוָה, *donec invenero locum Domino*. quid in utroque loco est *invenire*? Optimè hîc Arabs وسال يصنع مسكنا, *& petiit facere habitaculum*. Ipse David sic interpretatur 2 Paral. 28. 2. עִם לְבָבִי לִבְנוֹת, *cum corde meo est ædificare* &c. Invenire ergo est *facere*. ex more enim linguarum Orientalium מצא est *invenire*, *consequi*, & *incipere consequi*, id est parare & facere ut habeas. Talia sunt, Esa. 58. 14. מִמְּצוֹא חֶפְצְךָ, *ne invenias*, id est, facias, *voluntatem tuam*. Oseæ 12. 8. מָצָאתִי אוֹן לִי, *inveni*, id est, paravi, *divitias mihi*. Prov. 3. v. 13. אַשְׁרֵי אָדָם מָצָא חָכְמָה, *Beatus vir qui invênit*, id est, paravit sibi, *sapientiam*. sic accipi potest illud Psal. 36. 1. לִמְצוֹא עֲוֹנוֹ לִשְׂנֹא, *inveniendo*, id est, faciendo, *iniquitatem suam ad odium*, sive odiosam. non aliter quam apud Arabes اتّخذ, *accipere*, usurpatur pro *facere*, quod est incipere accipere. ut hoc ipso cap. vers. 43.

الاشباه التي اتخذتموها, *imagines quas fecistis.*

Vers. 51. Ὡς οἱ πατέρες ὑμῶν, καὶ ὑμεῖς. Illud καὶ ὑμεῖς, Syrus etiam & Arabs, nec non Æthiopicus legerunt, nec redundat.

Vers. 53. *Qui accepistis legem*, εἰς διαταγὰς ἀγγέλων. Vulg. *in dispositione Angelorum.* Beza *per dispositionem*, singul. numero. Eras. *per dispositiones*, plur. num. Syrus & Arabs *per mandatum.* Nos quoque διαταγὴν pro *mandato*, *ordinatione* & *sanctione* accipimus. sicut Rom. 13. 2. τῇ τοῦ Θεοῦ διαταγῇ ἀνθέστηκεν, *Dei sanctioni* aut *mandato* restitit. Etsi enim Angeli sint Ecclesiæ διάκονοι, *ministri*, Hebr. 1. 14. ut tamen διαταγὴ sit hîc idem quod διακονία, non facile affirmem. Habent enim & ministri Dei suam mandandi authoritatem, licet ὑπηρετικὴν, non δεσποτικήν. Porro εἰς respondet Hebræorum Lamed, quod quia aliquando pro ב *in*, *per* usurpatur, hinc alii *in dispositione*, alii *per dispositionem.* nos, servatâ propriâ particulæ significatione, *ad ordinationes Angelorum.* quo sensu dicitur filius facere *ad nutum patris.* quomodo & ל usurpatur Num. 16. 34 נָסוּ לְקֹלָם, *fugerunt ad clamorem eorum*, id est, clamantibus ipsis. Sic, *accepistis legem ad ordinationes Angelorum*, id est, ordinantibus angelis. vel, *secundum*, *juxta ordinationes.* id enim Hebræorum ל valet in לְמִינֵהוּ, *secundum speciem suam*, Gen. 1. 21. לְצִבְאוֹתָם, *juxta exercitus suos*, לְמִשְׁפְּחוֹתָם, *secundum familias suas*, Num. 1. sæpe. Syrus & Arabs quoque legerunt in plur. ἀγγέλων. ille enim habet ܕܡܠܐܟܐ, hic الملايكة. malè ergo Syrum Tremel. & Arabem Junius interpretati sunt. nisi forte codices eorum aut variaverint, aut mendum habuerint. Huic autem loco parallela sunt, ad Galat. 3. vers. 19. ὁ νόμος διαταγεὶς δι᾽ ἀγγέλων. & Hebr. 2. vers. 2. ὁ δι᾽ ἀγγέλων λαληθεὶς λόγος. Horum dictorum hæc videtur esse ratio & veritas. S. Stephanus supra v. 39. dixit Angelum locutum esse cum Mose in monte Sina, eundem nempe qui in rubo ipsa apparuerat, vers. 35. qui quamvis in se Deus, hîc tamen κατ᾽ οἰκονομίαν tanquam Angelus Dei, cæterorumque Angelorum præfectus consideratus, è medio Angelorum, qui eum undique stipabant, legem in monte Mosi dedit. cujus rei figuram expressit Sanctuarium, ubi inter Cherubim sedens Deus, è medio Cherubim oracula dabat. Eodem enim modo in monte fuisse actum, inde colligitur, quod tabernaculum struere jussus fuerit ad formam quam in monte viderat. Hinc Ps. 68. 8. quum dixisset, Currum Dei esse vigintimillia, iterata millia Angelorum, in quorum medio sit Deus, addit סִינַי בַּקֹּדֶשׁ, *Sinai est in sanctuario.* ut doceret, sicut olim in Sinai Deus myriadibus Angelorum cinctus, iisque tanquam curribus vectus legem dedit, ita adhuc eandem montis Sinai rationem in Sanctuario obtinere, ubi Deus vehitur curru Cherubim. quandoquidem ergo Lex prodiit è senatu Angelorum, cujus præses erat summus ille Angelus Jehovah, merito dixit Apostolus, prolatam esse & ordinatam per Angelos, Stephanus, acceptam esse à populo ad ordinationes Angelorum. idem hîc est διαταγὴ ἀγγέλων, quod Dan. 4. 14. גְּזֵרַת עִירִין, *decretum vigilum*, וּמֵאמַר קַדִּישִׁין, *& mandatum sanctorum.* intelligitur decretum mandatumque senatus Angelici, cui præerat summus Dei filius, respectu cujus idem illud decretum dicitur vers. 21. גְּזֵרַת עִלָּאָה, *decretum Altissimi.* Atque inde colligi potest causa, cur Apostolus Hebr. 2. 2. 3. Legi Euangelium tantopere anteferat. Etsi enim utriusque autor & promulgator fuerit idem Dei Filius, quia tamen legem tulit in forma Angeli, è senatu Angelico, & velatus gloria Angelorum, (quamobrem & inter Cherubim sedens conspicuus non erat) tandem vero caro factus & in carne manifestatus, gloriam præ se ferens, non Angelorum, sed unigeniti filii Dei, Euangelium ipsemet, humanâ voce, habitans inter homines prædicavit, merito Lex Angelorum sermo, Euangelium autem solius filii Dei dicitur.

Vers. 55. *Quum autem plenus esset Spiritu Sancto.* Syrus quem sequitur Arabs, *fide & Spiritu S.*

Vers. 57. Συνέσχον τὰ ὦτα αὐτῶν. Vulg. & Beza, *continuerunt aures suas.* Syrus ܣܟܪܘ, *obstruxerunt*, *obturarunt*: sive digitum ingerendo in aures, sive ipsam auriculam, infimam dico & molem auris partem quæ אליה, *cauda* Hebræis dicitur, de qua illi sic אוזן מפני מה כלה קשה אליה שלה רכה שאם ישמע אדם דבר שאינו הגון יכוף אליה לתוכה: *quare auris tota dura est, caudicula vero ejus mollis? ut si quis verbum indecorum audiat, inflectat caudiculam intra aurem.*

Vers. 58. *Et ejectum eum extra urbem lapidabant: testes autem deponebant pallia &c.* Libet hîc ritum Lapidationis ex Rabbi Mikotsi

ad præcept. affirmativum 99 paucis apponere אומרים חכמים שהאיש נסקל ערום ולא האשה והיה מבית הסקילה ארבע אמות מקום ושם מפשיטין את בגדיו רק שמכסין ערותו מלפניו׃ בית הסקילה היה גבוה שתי קומות ועולה שם וידיו אסורות ואחד מן העדים דוחפו על מתניו לנפול על הארץ ואם לא מת מדהיפה זו מגביהין העדים אבן שהיתה מונחת שם משא שני בני אדם והאחד משליכה בכוח עליו ואם לא מת רגימתו בכל ישראל id est, *Ajunt sapientes, virum lapidatum fuisse nudum, non fœminam. eique quatuor à lapidationis loco cubitis distanti extractas fuisse vestes, tectis solummodo ab anteriori pudendis. Locus lapidationis altitudinem habebat duarum staturarum, ad quem reus vinctis manibus ascendebat. illum alter testium ad lumbos pulsatum præcipitem dabat in terram. ex qua impulsione si extinctus non esset, elevabant testes lapidem ibidem collocatum, pondere duorum hominum, quem alter testium super eum projiciebat. quod si ne sic quidem expirasset, accessit totus Israël & lapidavit eum.*

CAP. VIII.

VERS. I. Σαῦλος δὲ ἦν συνευδοκῶν τῇ ἀναιρέσει αὐτοῦ. Vulgatus, *Saulus autem erat consentiens neci ejus.* Erasm. *consenserat.* Beza, *ultro consenserat.* Syrus ܫܐܘܠ ܕܝܢ ܨܒܐ ܗܘܐ ܘܡܫܬܘܬܦ ܗܘܐ ܒܩܛܠܗ, quæ verto, *Saul autem delectabatur & participabat in cæde ejus.* nempe quum compositum verbum non haberet, duobus expressit, quod uno dixit Lucas ἦν συνευδοκῶν. sic & Arabs كان محبا وشريكا, *erat amans & particeps.* Nihil ergo apud hos Interpretes est, cur Cl. Beza ἦν συνευδοκῶν verteret, *ultro consenserat.* Ego Syrum secutus verto, *una delectabatur cæde ejus.* εὐδοκεῖν est *delectari.* σὺν significat, eum una cum aliis, de quibus cap. præcedenti, fuisse delectatum.

VERS. 2. Συνεκόμισαν δὲ τὸν Στέφανον. vide quæ observavimus supra, ad cap. 5. vers. 6. Addimus hîc solummodo הלוית המת, *deductionem mortui ad sepulchrum* referri ab Hebræis inter opera, שאדם אוכל מפירותיהם בעולם הזה והקרן קיימת לו בעולם הבא, *quorum fructus homo edit in hoc seculo, sors autem ipsi manet in futuro.* Sequitur, *& fecerunt planctum magnum super eum.* quomodo lugere mortuos soleant Hebræi, videat, qui avidus est, apud Schickardum de jur. reg. Hebr. c. 6. & apud Joh: Conchum in Sanhedr. c. 6.

VERS. 4. *At illi qui dispersi erant,* διῆλθον. Vulgat. *pertransibant.* Eras. *peragrabant.* Beza, *peragrabant regionem.* Hebraicè dicas הָלְכוּ vel עָבְרוּ. Syrus & Arabs *circuibant.* nam & διέρχεσθαι apud LXX Interpretes usurpatur pro סבב & שוט *circuire.* Additur, εὐαγγελιζόμενοι τὸν λόγον, Vulg. *Annunciantes verbum.* Beza, *Euangelizantes sermonem* Dei. Syrus quoque & Arabs addiderunt Dei. etsi non sit necessarium. ὁ λόγος enim passim absolutè verbum Dei κατ' ἐξοχὴν significat. talia sunt Matth. 13. 20. ὁ ἀκούων τὸν λόγον. & vers. 21. διωγμοῦ διὰ τὸν λόγον. & vers. 22. συμπνίγει τὸν λόγον. In quibus locis etiam *verbum* dicere malo quam *sermonem.* est enim λόγος Hebræorum דָּבָר, quod propriè *verbum* significat. sermo enim sive oratio דִּבּוּר potius ipsis dicitur. differunt ut apud Belgas **woort en reden.** hinc alibi pro λόγος est ῥῆμα. ut ἐγγύς σου τὸ ῥῆμα ἐστίν. Rom. 10. vers. 8. τὸ ῥῆμα τῆς πίστεως. vers. 9. ἡ δὲ ἀκοὴ διὰ ῥήματος Θεοῦ. vers. 17. & alibi sæpe. & ut λόγος, ita & ῥῆμα absolutè pro verbo Dei. ut Eph. 5. vers. 26. καθαρίσας τῷ λουτρῷ τοῦ ὕδατος ἐν ῥήματι.

VERS. 5. *Philippus autem quum devenisset in urbem Samariæ.* Samaria & regionis & urbis nomen est. hic urbs ipsa intelligitur, totius regionis metropolis, ut ex vers 8. liquet regni Israëlitici olim sedes, ab Omri עָמְרִי rege Israëlitarum in monte structa, quem à quodam שֶׁמֶר Semer dicto, emerat, indeque urbem שׁוֹמְרוֹן, Somron, alias Samaria, vocavit, ibique regni sedem fixit, quæ antea Thirsæ erat. 1 Reg. 16. 23. alludens autem ad radicem ejus שָׁמַר, *custodivit* Hieron. ad cap. 4. Amos, dicit *Samariam à custodia esse dictam, non quod custodiant sermones Domini, sed quia custodes præceptorum ejus se esse jactent.* quo pertinent etiam, etsi frivola, verba Epiphanii l. 1. de hæres. ἑρμηνεύονται δὲ Σαμαρεῖται φύλακες, διὰ τὸ ἐν τῇ γῇ φυλάκων τετάχθαι ἐν τῇ γῇ, ἢ ἀπὸ τοῦ φύλακας αὐτοὺς εἶναι τοῦ κατὰ τὸν νόμον Μωϋσέως διατάξεως. *Vocantur autem Samaritæ, si interpreteris, custodes, propterea quod custodum locum in terra obtinebant, aut quod custodes erant constitutionis secundum legem Mosis.* Urbem hanc occupavit, decem tribus abduxit, aliisque coloniis territorium Samariæ instruxit Salmanasser Assyriorum rex. 2 Reg. 17.

17. Funditus autem deletam esse vult ab Assyrio Rabbi D. Kimchi ad 2 Reg. 17. vers. 24. secundum prædictionem Michæ cap. 1. vers. 6. *Ponam Samariam in cumulum agri.* repugnare autem videntur ipsa verba ad quæ commentatur: dicuntur enim coloniæ *possedisse Samariam, & habitasse urbes ejus.* ut ut se habeat, gravissimè hallucinatur Epiphanius, qui l. 1. de hæresibus, quod regi Assyriorum tribuendum erat Salmanassari, Babyloniorum regi Nabuchodonosori, qui dudum post vixit, tribuit. & fœdius etiam, quod eo tempore Esram scribam missum dicat, qui Assyrios, quos leones devorabant, legem in Samaria doceret. Hanc urbem ab Hyrcano fuisse funditus deletam, docet Josephus Antiq. l. 13. c. 18. verba ejus sunt, Ὑρκανὸς τὴν πόλιν ἑλὼν, ἐνιαυτῷ πολιορκήσας, οὐκ ἠρκέσθη μόνῳ τούτῳ, ἀλλὰ καὶ πᾶσαν αὐτὴν ἠφάνισεν, ἐπίκλυστον τοῖς χειμάῤῥοις ποιήσας. διασκάψας γὰρ αὐτὴν, ὥστε εἰς χαράδρας μεταπεσεῖν, τὰ σημεῖα τοῦ γεγενῆσθαι ποτὲ πόλιν αὐτὴν ἀφεῖλεν. *Hyrcano non suffecit, urbem, post annalem obsidionem, cepisse, sed & torrentibus inundatam totam funditus delevit. effossam enim eam in alveos torrentis injecit, ut indicia etiam urbis penitus sublata essent.* Eam restituit, vehementerque ornavit, atque in honorem Augusti sive τοῦ σεβαστοῦ Sebasten appellavit Herodes, l. 1. de bell. Jud. c. 16. Dicta quoque fuit Josepho Mareone, l. 8. Antiq. c. 7. & Mamortha Plinio, Hist. Nat. l. 5. c. 13. Libet hîc quoque ex Josepho de bel. Jud. l. 3. c. 4. territorii conditionem proferre. ἡ Σαμαρεῖτις, inquit, χώρα μέση μὲν τῆς Ἰουδαίας ἐστὶ, καὶ τῆς Γαλιλαίας. ἀρχομένη γὰρ ἀπὸ τῆς ἐν τῷ μεγάλῳ πεδίῳ κειμένης γιναίας ὄνομα κώμης, ἐπιλήγει τῆς ἀκροβατηνῶν τοπαρχίας. φύσιν δὲ τῆς Ἰουδαίας κατ' οὐδὲν διάφορος. ἄμφω τε γὰρ ὀρειναὶ καὶ πεδιάδες, εἴς τε γεωργίαν μαλθακαὶ, καὶ πολύφοροι, κατάδενδροί τε καὶ ὀπώρας ὀρεινῆς καὶ ἡμέρου μεσταί. προσάρδεσθαι γοῦν οὐδαμοῦ μὲν φύσει δαψιλὲς, ὕονται δὲ τὸ πλέον. γλυκὺ δὲ νᾶμα πᾶν διαφόρως ἐν αὐταῖς, καὶ διὰ πλῆθος πόας ἀγαθῆς, τὰ κτήνη πλέον, ἢ παρ' ἄλλοις γαλακτοφόρα. μέγιστον γε μὴν τεκμήριον ἀρετῆς καὶ εὐθηνίας, τὸ πληθύειν ἀνδρῶν ἑκατέραν. id est, *Samaritis autem regio, inter Judæam quidem & Galilæam sita est. incipiens enim à vico in planicie posito, cui nomen est Ginæa, in Acrobatenam desinit toporchiam. sed natura nihil à Iudæa discrepat. Ambæ enim montosæ sunt & campestres, agrosque colendo molles atque feraces, nec non arboribus plenæ: pomisque tam sylvestribus quam mansuetis abundant. etsi enim natura non sint admodum irriguæ, compluuntur tamen abundè. dulces autem per eas supra modum aquæ sunt, bonique graminis copiâ, præter alias earum pecora lactis abundant. quodque maximum virtutis atque opulentiæ specimen est, utraque viris referta est.* Non abs re visum fuit hæc referre, quia est ubi vicinitas similitudoque Samariæ & Judææ locis quibusdam lucem adferunt. Nec indignetur lector, si ἐν παρόδῳ hic etiam adferamus, quod Hieronymus in commen. ad Ezech. 9. 4. tradit, *Antiquis Hebræorum literis usque hodie Samaritanos uti.* quod quatenus verum sit, alterius loci est examinare. Sed quod addit, *extremam Thau literam apud eos habere similitudinem crucis, quæ in Christianorum frontibus pingitur, & frequenti manus inscriptione signatur*, verum non est, si modo eandem habemus hodie Samaritanorum scripturam, quæ fuit tempore Hieronymi. Jam enim Thau sic pingunt Ɲ. At Æthiopes habent quoddam Te, quod pingitur ✝, & verè crucis figuram repræsentat.

VERS. 6. Προσεῖχόν δὲ οἱ ὄχλοι τοῖς λεγομένοις ὑπὸ Φιλίππου ὁμοθυμαδόν. Vulg. & Erasm. *Intendebant autem turbæ iis quæ* &c. Beza, *attendebant ea quæ* &c. Syrus, *Attendebant eum & obediebant omnibus quæ dicebat.* duabus vocibus expressit illud προσεῖχον, ut doceret, plus eo contineri quam simplicem attentionem. plura de hoc verbo vide infra ad v. 11. Syrus & Arabs omittunt ὁμοθυμαδόν. Vulgatus conjunxit cum sequentibus, quasi legisset, ἐν τῷ ἀκούειν αὐτοὺς ὁμοθυμαδόν. sic & Erasmus. quibus tamen exemplaria, quæ penes me sunt, non favent.

VERS. 7. Πολλῶν γὰρ ἐχόντων πνεύματα ἀκάθαρτα, βοῶντα μεγάλῃ φωνῇ ἐξήρχετο. videantur in locum hunc notæ Cl. Bezæ. quibus addimus, servari posse constructionem, si vertamus, *multis enim habentibus spiritus immundos, clamantes magna voce exibant.*

VERS. 9. Καὶ ἐξιστῶν τὸ ἔθνος τῆς Σαμαρείας. Vulgatus, Syrus, Arabs, & Æthiopicus, *& seducens gentem Samariæ*, quod Hebraicè diceres, וְהִשְׁגָּה אֶת־עַם שֹׁמְרוֹן. sicut Esa. 28. 7. שָׁגוּ בַשֵּׁכָר, *abberrarunt in vino*, LXX verterunt ἐξέστησαν διὰ τὸν οἶνον. Beza, *& gentem Samariæ obstupefecerat*, id est, הִתְמַהּ, admirabundos, attonitos & obstupefactos reddiderat. id quoque apud LXX est ἐξέστησε. ut & תִּמָּהוֹן, ἔκστασις. unde etiam Syrus v. 11. ἐξεστακέναι vertit אתמה. Erasmus, *dementaverat*, id est, הולל. sicut Job. 12. 17. וְשֹׁפְטִים יְהוֹלֵל, LXX, κριτὰς δὲ τῆς γῆς ἐξέστησε, *judices terræ dementavit*

possis etiam vertere, *& gentem Samariæ pavidam reddiderat*, ita ut quisque eum metueret. Hebraicè הֶחֱרִיד id enim quoque Græci Interpretes per ἐξέςησε non raro reddunt.

VERS. 10. οὗτός ἐςιν ἡ δύναμις τοῦ Θεοῦ ἡ μεγάλη. Vulg. *hæc est virtus Dei quæ vocatur magna*. unde habeat *quæ vocatur*, nescio. Syrus & Arabs non agnoscunt. Æthiopicus paraphrasticè ut solet vertit, *dicentes ei, virtus Dei magna tu vocaris.*

VERS. 11. ᾧ προσεῖχον. Beza, *quem attendebant*. Vulg. & Erasm. *cui auscultabant*. Syrus, ܘܡܫܬܡܥܝܢ ܗܘܘ ܠܗ. Tremel. & Boder. *& acquiescebant illi*. verte *& obediebant ei*. nihil aliud est ܐܫܬܡܥ. ponitur passim pro πειθαρχεῖν. inde ܡܫܬܡܥܢܘܬܐ, *obedientia*. ܠܐ ܡܫܬܡܥܢܘܬܐ, *inobedientia*. rectè vero Syrus illud προσεῖχον non tam de aurium quam mentis attentione intellexit. sensus est, mente sua adhærebant ei, dictis fidem habentes, adeoque docenti ac jubenti obediebant ac morem gerebant. ratio additur, quia diu præstigiis suis attonitos eos reddiderat. Arabs eodem prorsus modo intellexit & vertit وكانوا يطيعونه كلهم, *& erant obedientes ei omnes.* Nec aliter phrasin Lucæ intellexit Budæus, qui προσέχω ait interdum significare *ausculto, obtempero*. & hunc ipsum locum citat. de quo videantur plura apud H. Steph. qui rectè addit, verbum hoc etiam de eo dici, qui sic aliquem observat ut spem suam & fiduciam in eo collocet. quod & huic loco optimè quadrat. ut & quod ex Budæo subjungit, προσέχειν τινι interdum esse, applicare se ad aliquem, sectatorem ejus se præbere. est sane ubi LXX Interpretes דָּבַק, *adhærere*, per προσέχειν vertunt. quod hic non est aspernandum, ut & quod versu præcedenti Syrus transtulit ܘܡܬܟܦܝܢ ܗܘܘ ܠܘܬܗ, *& inclinati erant versus illum*, quod non male Tremel. *& dediti erant ei.*

VERS. 13. ἐξίςατο. Vulgatus, *stupens admirabatur*. videtur legisse, ἐξίςατο καὶ ἐθαύμασε. ita sane Syrus, Arabs, & Æthiopicus. Etsi Æthiopici exigua hic ratio sit habenda, quia synonymis passim gaudet.

VERS. 15. οἵτινες καταβάντες, *qui cum descendissent*. sic Syrus quoque & Arabs. At Vulgatus, *venissent*, ἐλθόντες. ut & Æthiopicus.

VERS. 16. οὔπω γὰρ ἦν ἐπ' οὐδενὶ αὐτῶν ἐπιπεπτωκός. Vulgat. *nondum enim in quemquam illorum supervenerat*. Eras. & Beza, *illapsus fuerat*. Æthiopicus, *descenderat*. Syrus simpliciter *erat*. Arabs لم يكن حل علي واحد منهم, *non erat delapsus super quemquam eorum*, vel *non resederat* aut *manserat*. utramque enim significationem habet vox Arabica, ut & Syrorum ܐܓܢ, quo de Spiritu S. usus est Syrus pro ἐπέπεσε, Act. 10. 44. & 11. 15. alibi autem pro σκηνοῦν & κατασκηνοῦν, *residere, habitare*, Joh. 1. 14. Act. 2. 26. Plane sicut Hebræi de Spiritu S. & gloria Dei interdum utuntur נָפַל ἐπέπεσε, ut Ezech. 11. 5. interdum שָׁכַן, ἐσκήνωσε vel ἔμεινε, ut Exod. 24. 16. ubi tamen LXX verterunt κατέβη. Adeo ut ex usu Hebræorum, Syrorum & Arabum, ἐπιπίπτειν, καταβαίνειν, μένειν, κατασκηνοῦν de Spiritu S. promiscuè usurpentur. Intelligitur autem, non Spiritus communis gratiæ salvificæ, sed donorum extraordinariorum. quod etsi jam pridem à viris doctis est observatum, illustrare tamen id paucis juvabit. Sciendum itaque ex usitato apud Hebræos loquendi usu id esse petitum; quibus רוּחַ הַקֹּדֶשׁ, *Spiritus S.* est *Spiritus propheticus*, qui & שְׁכִינָה, κατασκήνωσις, *habitatio* ipsis dicebatur, על שם שהוא שכן על הנביאים, *quia residebat super Prophetas*, ut ait Elias in Thisbi ad verbum שכן. Etsi alii Hebræorum distinguant שכינה à רוח הקדש, per illam intelligentes majestatem Dei sedentem inter Cherubim super arcam, per hunc præsentiam divinæ gloriæ in Prophetis. Utrumque fatentur cessasse in templo secundo. In fine Gemaræ c. 1. in Joma f. 21. sic scribitur, Hagg. 1. 8. *scribitur*, וְאֶכָּבֵד, *& nos legimus*, וְאֶכָּבְדָה. *defectus* ה *indicat defectum quinque rerum in templo secundo, quæ sunt* ארון וכפירת וכרבים אש ושכינה ורוח הקדש ואורים ותמים ארון וכפורת וכרבים דבר אחד׃ ושכינה לא שרתה בו ורוח הקדש לא היתה בנביאים משנת שתים לדריוש ואילך׃ *Arca, propitiatorium & Cherubim: ignis: præsentia majestatis Dei: Spiritus Sanctus: item Urim & Thummim. Arca, propitiatorium & Cherubim rem unam dicunt. non quievit autem in ea majestas Dei, neque fuit Spiritus S. in Prophetis ab anno secun-*

secundo Darii, & *deinceps*. credebant autem fore, ut per Messiam hæc omnia restituerentur. Hinc phrases hæ, *Spiritus S. nondum erat*, Joh. 7. 39. *ne audivimus quidem an Spiritus S sit*, Actor. 19. 2. & hoc loco, *nondum in quemquam eorum illapsus fuerat Spiritus S.* etsi jam in Christum credidissent, quod sine Spiritus S. præsentia & operatione fieri non poterat. Sed intelligitur Spiritus iste propheticus, qui ab initio templi secundi defecerat inter Judæos, jam autem, & longe uberius restituebatur per J. Christum. Erat autem Vulgata quoque Hebræorum sententia, Spiritum istum S. quem diximus non residere nisi in lætis hilaribusque mentibus. quare illud Gen. 45. 27. וַתְּחִי רוּחַ יַעֲקֹב, & *revixit Spiritus Iacobi*, quum nempe vitam gloriamque Josephi rescivisset, Onkelus interpretatur, ושרת רוח קודשא על יעקוב, & *resedit Spiritus S. super Iacobum*. in eandem sententiam Jonathan ושרת רוח נבואה דאיסתקלת מניה בעידן דזבינו ית יוסף ותבת עלוי יעקוב & *resedit spiritus prophetiæ, qui sublatus fuerat ab eo, quo tempore vendiderant Iosephum, reversusque est super Iacobum*. Idem contigit hisce Samaritanis, in quos tum demum Spiritus S. est illapsus, quum jam fide in Christum, & manuum Apostolicarum impositione essent exhilarati.

VERS. 18. *Quum autem conspexisset Simon* &c. Lubet hîc referre, quæ de Simone hoc tradidit Theodoritus Episcopus Cyri in hæreseon Epitome. Verba ejus Latinè sic reddidimus. *Simon Samaritanus Magus primus hæreseon autor extitit. Hic Gitta oriundus, quod Samariæ est oppidum, & præstigiis quammaximè valens, primum quidem miraculis quæ edebat persuasit multis se sequi, divinamque quandam potentiam appellare. Ubi vero postea Apostolos vidit vera reapse & divina præstare miracula, suisque asseclis spiritus gratiam largiri, eandem postulavit ab ipsis potestatem impetrare. postquam autem magnus Petrus pessimam ejus mentem deprehendisset, & resipiscentiæ pharmacis sanatu difficillima animi vulnera curare jussisset, protinus ille ad pristinam rerum malarum molitionem rediit. relictâque, quæ jam salutaria semina exceperat, Samariâ, ad eos excurrit qui nondum ab Apostolis exculti essent, ut fascinationibus suis captu faciles seducens, suisque alligans fabulis, à suscipiendis S. Apostolorum dogmatis averteret. Sed divina gratia magnum Petrum adversus hujus furorem armavit. qui insequens eum, abominandam ejus doctrinam, nebulæ cujusdam instar & caliginis, dissipavit, veræque lucis radios protulit. Homo tamen infelicissimus, etsi palam convictus, adversari veritati non destitit, donec sub imperio Claudii Cæsaris Romam venit. ubi usque adeo Romanos præstigiis suis stupefecit, ut & ærea columna eum decorarent. At delatus eò D. Petrus denudavit eum rursus alis fallaciæ. quum enim ad miraculorum certamen eum tandem provocasset, quidque inter divinam gratiam & præstigias intersit ostendisset, intuentibus omnibus Romanis, ex altissimo eum loco vi precum suarum præcipitem egit, ac miraculi spectatores ad salutem adduxit.*

SIMONIS HÆRESIS.

Hic, fabulam ejusmodi commentus, infinitam quandam supponebat potentiam, quam Universitatis rerum radicem vocabat, atque Ignem appellabat, cui duplicem inesse operationem ajebat, manifestam unam, alteram latentem. mundum autem esse ingenitum: genitum vero ex manifesta Ignis operatione, ex qua primum tres syzygiæ sint præmissæ, quas etiam radices appellabat. Et primam quidem nominabat, mentem & ingenium. alteram, vocem & intentionem. tertiam, ratiocinationem & cogitationem. seipsum vero infinitam nuncupabat potentiam, qui Iudæis ut Filius apparuisset, ad Samaritanos ut Pater venisset, inter reliquas Gentes ut Spiritus S. degeret. Aliam porro quandam in lecto stantem fœminam cognomine Helenam, domesticam sibi fecit, quam primam suam intentionem esse ajebat, & matrem Universitatis rerum appellabat, per quam & Angelos & Archangelos fecisset. Ab angelis conditum esse mundum, qui postea eum, Helenæ isti invidentes, apud seipsos detinuerint, quod ejus nollent opera vocari. atque idcirco eam in multa muliebria corpora introduxerint, in illam etiam Helenam, ob quam Trojanum contigit bellum, ob hanc eandem se quoque descendisse, ut & illam ab injectis vinculis liberaret, & hominibus per sui cognitionem salutem largiretur. descendisse autem mutata forma, ne ab Angelis res creatas administrantibus agnosceretur. In Iudæa apparuisse ut hominem, quum homo non esset, & passum, quum nequaquam sit passus. Prophetas Angelorum ministros esse factos, quorum asseclas esse noluit, quotquot in se crederent, nec legum horrere minas, sed facere tanquam libe-

liberos quæcunque vellent. non enim per bona opera obtenturos salutem, sed per gratiam. quamobrem hujus sectæ homines quamvis audebant petulantiam, variisque utebantur incantationibus, amatorias fabricantes illecebras, aliaque præstigiis propria, veluti divina obeuntes mysteria. Illius imaginem formâ Iovis fabricabant, Helenæ specie Palladis. His suffiebant, & libabant, velutique Deos adorabant, Simonianos seipsos appellantes. Ex amarissima hac radice pullularunt Cleobani, Dositheani, Gortheni, Masbothei, Adrianistæ, Eutychetæ, Kanistæ. qui tamen exiguas solummodo impiæ istius hæreseos mutationes commenti, pauxillum durarunt, perpetuæque oblivioni sunt traditi. Hactenus ille de monstro isto hominis.

Vers. 21. *Non est tibi portio neque sors*, ἐν τῷ λόγῳ τούτῳ. Syrus & Arabs *in hac fide*. Æthiopicus, *ob hunc sermonem tuum*, quasi διὰ τὸν λόγον τοῦτον. quod prorsus non laudo. Vulgatus, *in hoc sermone*. Erasmus, *in hac ratione*. Beza melius, *in hoc negocio*. & rectè annotat דבר Hebræis de quavis re dici. Sic λόγος pro *re*, Rom 9. 28. & alibi. hinc interpretor, *in hac re*, nempe in dono Spiritus S. Tu potestatem tibi tribui cupis, etiam aliis donandi Spiritum S. Absit. nam ne ipse quidem portionem ullam habes in hac re.

Vers. 22. Ἡ ἐπίνοια τῆς καρδίας σου. Vulg. & Eras. *Cogitatio cordis tui*. Beza, *machinatio*. Hezychius, ἐπίνοια, ἐπιτήδευμα, *studium*. sic rectè vertas, *ut remittatur tibi studium cordis tui*, id est, id quod cor tuum intendit & molitur. Drusius in Præteritis ait Hebraicè dici מזמת לבך, quæ Græcis Interpretibus ἔννοια καὶ ἐπίνοια. ἔννοια pro מזמה lego, sed semper in bonum. at per ἐπίνοιαν nusquam ab illis vocem Hebræam redditam invenio. Interim non nego, quin hoc loco vafrum commentum hac voce significetur. unde Syrus ܢܟܠܐ ܕܠܒܟ, *fraudulentia cordis tui*. & eodem sensu Arabs غش قلبك. Æthiopicus חלין לבך אכוי, *cogitatio cordis tui mala*.

Vers. 23. Εἰς γὰρ χολὴν πικρίας. Syrus ܒܟܒܕܐ ܓܝܪ ܕܡܪܪܬܐ. Tremel. & Boder. in Paris. *in felle enim amaro*. fel Syris ܡܪܪܬܐ dicitur Matth. 27. vers. 34. ut & Arab. مرارة, qua voce hîc usus est Arabs de Simone. Hebræis etiam מְרֵרָה· כָּבֵד autem Hebræis. ut & كبد Arabibus *hepar* est. unde & hoc loco Boder. in Reg. *siquidem in hepate amaritudinis*. nec aliam significationem exhibet Lexic. Syr. Arab. ubi ܟܒܕܐ ܕܥܪܕܐ, كبد حمار وحش, vertitur *hepar asini sylvestris*. sic & Ferrarius ܟܒܕܐ, *jecur; hepar*, f. g. & hunc ipsum locum citat. ubi miror scribi per vocalem primam, quum omnes editiones hoc loco habeant vocalem secundam. quæ interpretatio si recta est, videtur Syrus per πικρίας *amaritudinis* intellexisse *fel*, per χολὴν autem receptaculum istius amaritudinis sive fellis, nempe vesiculam & ipsum hepar quo ea continetur. quod non adeo ineptum videri debet. nam & H. Stephanus ex Polluce adfert χολὴν etiam dici τὸ χοληδόχον ἀγγεῖον, vasculum quo bilis aut fel continetur. vel fortassis ܟܒܕܐ, *jecur* est. at ut hîc scribitur ܟܒܕܐ, *fel*. exspecto ut hîc & alibi à doctioribus erudiar. Textus autem Græcus sic habet, εἰς γὰρ χολὴν πικρίας, καὶ σύνδεσμον ἀδικίας ὁρῶ σε ὄντα. Interpretes accipiunt εἰς pro ἐν, *in*. quod fateor alibi necessarium esse. an hîc sit, dubito. potest enim εἰς Hebraismum continere, qualis est Esa. 1. 31. וְהָיָה הֶחָסֹן לִנְעֹרֶת וּפֹעֲלוֹ לְנִיצוֹץ. *& erit fortis in stupam*, id est, stupa, *& opus ejus in scintillam*, id est, scintilla. qualia sunt in N. T. *ero tibi* εἰς πατέρα, *in patrem*, id est, pater, *& tu mihi eris* εἰς υἱόν, *in filium*, id est filius. Sic hoc loco, *Fel enim amarissimum, & colligationem iniquitatis video te esse*. ἐμφατικωτέρως sanè dicit Lucas, eum esse merum fel amaritudinis, quam in felle: & meram colligationem, quam Vulg. *in obligatione*, Eras. *in colligatione*, Beza, *in nexu iniquitatis*. alludi autem arbitror, quoad prius membrum, ad Deut. 32. 32. עֲנָבֵמוֹ עִנְּבֵי רֹאשׁ אַשְׁכְּלֹת מְרֹרֹת לָמוֹ, LXX ἡ σταφυλὴ αὐτῶν σταφυλὴ χολῆς, βότρυς πικρίας αὐτῶν. hinc χολὴν πικρίας junxit Lucas. vel ex Deut. 29. 18. quoad alterum membrum, ad Esa. 58. 6. פַּתֵּחַ חַרְצֻבּוֹת רֶשַׁע. LXX, λύε πάντα σύνδεσμον ἀδικίας.

Vers. 26. *Surge & vade* κατὰ μεσημβρίαν. Vulgatus, Syrus, Eras. Beza, *versus Meridiem*. Arabs & Æthiopicus, *tempore Meridiei*. Illi quò, hi quando jubeatur ire doceri existimarunt. κατὰ sæpe de tempore usurpari, & respondere quæstioni *quando*, vide 2 Tim. 4. vers. 1. Apoc. 22. vers. 2. Act. 27. vers. 27.

Vers. 27. Εὐνοῦχος. Hebraicè סָרִים. etiam

uxorato tribuitur, ut Potipharo. itaque non castratum semper designat. non raro à Chaldæo vertitur רבא, *magnas*, *princeps*. In plurali רורבין, *principes*. LXX δυνάσας, Jer. 34. 19. Syris sane non à corporis vitio, sed ab officio dicuntur ܡܗܝܡܢܐ, *fidi*, quorum fidei res principum sive publicæ sive privatæ committebantur. singulare absolutum non est ܡܗܝܡܢܐ, *fidelis qui credit*, sed ܡܗܝܡܢܐ, *fidus*, *cui creditur*. Eunucho huic nomen fuisse Indich, testatur apud Damianum à Goes Zaga Zabo regis Æthiopum legatus. verba ejus sunt: *Nos ferme prius cæteris Christianis omnibus*, *baptismum ab Eunucho Candacis reginæ Æthiopiæ*, *cui nomen erat Iudich*, *accepimus*. Addit autem Æthiopicus Interpres, quod nulla exemplaria habent, fuisse hunc Eunuchum מגבורת להגר גז, *præfectum urbis Gazæ*. Plinius l. 6. c. 29. docet, Candacem fuisse nomen reginæ, quod multis annis ad reginas transierit. Huic quidem proprium fuisse nomen Lacasa, Catalogus regum Æthiopiæ, quem Marianus Reatinus Grammaticæ suæ Æthiopicæ subjunxit, asserit. etsi perexigua catalogo isti, quippe fabulis ineptiisque refertissimo, fides adhibenda sit.

VERS. 29. Κολλήθητι τῷ ἅρματι. Vulg. & Eras. *adjunge te ad currum istum*. Beza *proximè adjungitor*. Syrus ܩܦܘ, *adhære*, quasi affixus & agglutinatus currui. id propriè valet vox Græca. Hebraicè דְּבַק לַמֶּרְכָּבָה. eo nempe sensu, quo Booz dicebat Ruthæ, c. 2. 8. ὧδε κολλήθητι μετὰ τῶν κορασίων μου. quorum sensus non tantum est, *adjunge te hic puellis meis*, sed *adhære eis*, maneas adjuncta, ne ab eis discedas. Ita hoc loco sensus est, *maneas adjunctus currui*, euntem comitare, ne ab eo discedas. malim vertere, *sequere currum*, quam *adjunge te currui*. Sicut Ruth. 1. v. 8. וְרוּת דָּבְקָה בָּהּ, *Ruth autem adhæsit ei*, LXX Ῥοὺθ δὲ ἠκολούθησεν αὐτῇ. At rectissime Syrus. & cum eo Arabs لازم المركبة, *adhære currui*. sic & Æthiopicus, תלו לז שרגל, *adhære huic currui*, vel sequere hunc currum. alibi enim pro κολλᾶσθαι, ut Luc. 10. 11. de pulvere adhærente pedibus, alibi pro ἀκολουθεῖν usurpatur תלו. ab Hebr. תלה, *suspendit*, quasi dicas, suspensum adhærere.

VERS. 32. Ἡ δὲ περιοχὴ τῆς γραφῆς. Erasm. *Argumentum autem Scripturæ*. Melius Vulg. & Beza, *locus autem Scripturæ*. Quod autem Hebraicè id פָּרָשָׁה dici velit, non abs re videtur improbare Cl. Drusius, tum quod sectio Prophetica non diceretur פרשה; sed הפטרה. tum quod פרשה magnam diceret sectionem, quales quinquaginta tres universo Pentateucho comprehenduntur. פֶּרֶק potius dicerem, quæ capitum, minorumque sectionum appellatio est. aut פָּסוּק potius, quo nomine Syrus hic usus est, significatque pausam, non modo quæ unum versum finit, sed & quæ integram sententiam, ubi certæ cujusdam materiæ complexio continetur, & ab aliis abscinditur. Estque idem quod Arabs optimè vocavit فصل الكتاب, *sectio Scripturæ*. Exempli gratia, primum caput Matthæi habet duo فصل, *sectiones*: prima continet genealogiam Christi, altera ejus nativitatem. tales sectiones Euangelium Matthæi Arabicum habet centum & unam. Græci vocant τμήματα, suntque brevia quædam capita, secundum materiam distincta.

VERS. 33. Ἐν τῇ ταπεινώσει αὐτοῦ ἡ κρίσις αὐτοῦ ἤρθη. Syrus illud ἐν τῇ ταπεινώσει αὐτοῦ junxit præcedenti versui, ut & Æthiopicus. pro cæteris habet ܡܢ ܡܚܒܘܫܝܐ ܘܡܢ ܕܝܢܐ ܐܬܕܒܪ, *ex inclusione & ex judicio abductus est*: nempe ad verbum expressit illa Prophetæ מֵעֹצֶר וּמִמִּשְׁפָּט לֻקָּח. sed separare non debuit, quæ LXX Interpretes, quos ad amussim secutus est Lucas, conjunxere. ταπείνωσις, *humilitas*, est illa depressio qua in sepulchrum detrusus, veluti in carcere conclusus ac detentus fuit. illud valet Hebræorum עֹצֶר, *conclusio*, *detentio*. Variarunt autem constructionem, quasi scriberetur בְּעֹצֶר מִשְׁפָּטוֹ לֻקָּח. sed nulla sensus variatione. sive enim dicas. *sublatus est è judicio*, sive *judicium ejus sublatum est*, idem dicis. Æthiopicus, *sublatus est in judicio suo*.

VERS. 36. Ἦλθον ἐπί τι ὕδωρ. *Venerunt ad aquam quandam*. De hoc loco sic Hieronymus de Locis Hebraicis. *Betsur*, *in tribu Juda*, *sive Benjamin*, *& est hodie Bethsoron vicus euntibus nobis ab Ælia Chebron in vicesimo lapide*, *juxta quem fons ad radices montis ebulliens ab eadem in qua gignitur sorbetur humo. Et Apostolorum Acta referunt*, *Eunuchum Candacis Reginæ in hoc esse baptizatum à Philippo*. Hactenus ille. Hebraicè dicitur

citur בֵּית צוּר. *domus rupis.* oſtenditurque in mappa Judaica inter Jeruſalem & ſepulchrum Rachelis, Meridiem verſus vergens.

Vers. 37. Notis Cl. Bezæ addo, hunc quoque verſum apud Æthiopicum Interpretem totum deeſſe.

Vers. 40. Ε'ις Α'ζωτον. Sic lxx & Joſephus vocant אַשְׁדוֹד Aſdod Philiſtæorum. de qua Benjamin in Itinerario edit. Leyd. pag. 51. ומשם ב׳ פרסאות לפלמ״ס היא אשדוד אשר לפלשתים החרבה אין בה יהודים, *inde* (nempe à Jafne) *ſunt duæ paraſangæ ad Palmis, quæ eſt ipſa Aſdod Philiſtæorum jam vaſtata. nec eſt ibi ullus Iudæus.* Azoto profectus eſt Philippus Cæſaream, quæ urbs quoque eſt ad mare Mediterraneum, ante Turris Stratonis vocata, ſed quam Herodes reſtauratam vehementerque ornatam, in gratiam Cæſaris Cæſaream vocavit. vide Joſ. de bell. Jud. l. 1. c. 16. de hac urbe ſic Benjamin in Itinerario, ומשם ששה פרסאות לשיזריא היא גד אשר לפלשתים ושם כמו עשרה יהודים ומתים כותיים הם היהודים השומרונים הנקראים שמרטנים והיה עיר יפה וטובה מאד על הים מבנין קיסר אינפרדור המלך וקרא שמה קיסריה: *inde ſex paraſangis abeſt Siſaria, dicta quondam Gad Philiſtæorum: ubi decem circiter Iudæi, & Cuthæi ducenti. Hi ſunt Iudæi Schomronitæ, qui vulgo Samaritani dicuntur. urbs ipſa pulcherrima eſt ac elegantiſſima, ad mare ſita, ſtructura Imperatoris ac regis Cæſaris, & vocavit nomen ejus Cæſaream.* ubi obſervandum, שיזריא, *Siſaria* corruptam vocem eſſe ex *Cæſarea.* deinde errare Benjaminem, quod Cæſari tribuat ſtructuram urbis, quæ Herodi aſſcribenda. multo autem magis, quod hanc antiquam Philiſtæorum Gad (pro גד ſcribendum erat גת) eſſe aſſerat. Eſt enim Gath Philiſtæorum prope Bethſemes in tribu Dan, quam ſequitur Septentrionem verſus tribus Ephraim, hanc tribus Manaſſis, in cujus extremo eſt Cæſarea. Sic paſſim ſolet, etiam turpiſſimè hallucinari Benjamin. pulcherrimam autem & elegantiſſimam fuiſſe, teſtatur quoque Joſephus allato loco. qui & lib. 3. c. 14. ait, eſſe Judææ maximam civitatem, & quæ majorem incolarum partem Græcos haberet.

Cap. IX.

Vers. 1. *Saulus autem adhuc,* ἐμπνέων ἀπειλῆς καὶ φόνου, Syrus & Arabs, *plenus minarum.* quaſi pro ἐμπνέων legiſſent ἔμπλεως. aut exiſtimarunt, metaphoram deſumtam ab eo qui repletus ſpirat crebro & anhelat. Eſt autem ἐμπνέων ἀπειλῆς conſtructio, qualis Joſ. 10. 40. καὶ πᾶν ἐμπνέον ζωῆς ἐξωλόθρευσαν, *& omne ſpirans vitam exterminarunt.* Petiit autem literas Damaſcum ferendas ad ſynagogas. Quanta Judæorum frequentia Damaſci fuerit, ex eo colligi poteſt, quod Joſephus de bel. Jud. l. 2. cap. 25. narret, ſub Nerone Damaſcenos in ſua urbe decem Judæorum millia, quos in publicis thermis collectos forte habebat, inermes oppreſſiſſe & trucidaſſe. Teſtatur Benjamin in Itinerario, ſuo tempore fuiſſe adhuc Damaſci *tria ferme Iſraëlitarum millia,* atque inter eos תלמידי חכמים, *diſcipulos ſapientum,* id eſt, Phariſæos, qui oralem legem amplectentes, ac ſapientum explicationes inſtitutaque tenentes, diſcipuli ſapientum audiebant. præterea ducentos מן הקראין ex Karæis, qui neglectis traditionibus ſoli Scripturæ adhærebant. itemque Cuthæos ſive Samaritanos quadringentos, qui pacem quidem inter ſe colerent, connubia autem non jungerent. De urbis autem ſitu conditioneque qui velit, legat eundem Benjaminem. Conditorem ejus fuiſſe Uſem עוץ Arami filium, Semi nepotem, teſtatur Joſephus Antiq. l. 1. c. 7. & Hieron. in Quæſt. in Geneſin, ubi Semi poſteritatem enumerat. at paulo poſt agens de Damaſco Eliezere Abrahami verna, addit, *Ab hoc ajunt Damaſcum & conditam, & nuncupatam fuiſſe.* Interpretatur autem דַּמֶּשֶׂק, nunc *ſanguinis poculum,* nunc *ſanguinem bibens,* à דָּם *ſanguis* & שָׁקָה *bibit.* memoranda ejus ſunt, & huc pertinentia verba in Commentar. ad Ezech. cap. 28. *Si Damaſcus,* inquit, *interpretatur ſanguinem bibens, & Hebræorum vera traditio eſt, campum in quo interfectus eſt Abel à parricida Cain fuiſſe in Damaſco: unde & locus hoc inſignitus vocabulo ſit: juſtè & Paulus poſt interfectionem Stephani, primi in Chriſto martyris, perrexit Damaſcum, ut credentes in Chriſto duceret vinctos Hieruſalem.* ut ſcilicet eodem in loco erga Abelis imitatores Cainis imitaretur opera. alibi autem ait, à quibuſdam interpretari *ſanguinem cilicii,* à דָּם & שַׂק.

Vers. 3. *Circumfudit eum lux è cœlo.* Solus Æthiopicus addit, hoc factum tempore meridiei.

Vers. 5. *Ego ſum Ieſus quem tu perſequeris. Durum tibi fuerit contra ſtimulum calcitrare.* Hæc & ſequentia apud Æthiopicum ſic leguntur, *Ego ſum Ieſus Nazarenus.*

nus. quia tu persequeris justum, tibi ira est. Et quum tremeret, mirati sunt. Ac dixit, Domine quid vis me facere? dixit ei Dominus, surge &c. Addimus hæc notis Cl. Bezæ, ut cum iis conferantur.

Vers. 6. Καὶ λαληθήσεταί σοι. Cl. Beza monet, in duobus codicibus legi, κἀκεῖ λαληθήσεται. addimus, sic Syrum quoque & Arabem legisse. Æthiopicus habet, *& ego ostendam tibi omnia quæ oportebit te facere.*

Vers. 7. Οἱ δὲ ἄνδρες οἱ συνοδεύοντες αὐτῷ. Arabs, وان الرجال الذين كانوا معه يسلكون في الطريق id est, ad verbum, *Viri autem qui erant cum eo ambulantes in via,* id est, οἱ συνοδεύοντες αὐτῷ. itaque post συνοδεύοντες non additur in Arabico, *morabantur in via,* ἐγχρονίζον ἐν τῇ ὁδῷ. fefellit Bezam Junius, quum vertit, *viri autem qui erant cum eo, morabantur in via.* non opus erat inde subsidium petere, ad concilianda sequentia verba, εἱστήκεισαν ἐνεοί, *steterunt attoniti,* cum Actor. 26. vers. 14. ubi omnes dicuntur concidisse. rectè enim observavit doctiss. Beza, τὸ ἑστηκέναι opponi τῷ πορεύεσθαι, non τῷ καταπεσεῖν. itaque rectè vertit, *constiterunt,* id est, præ stupore non sunt progressi, sed immoti manserunt, quocunque tandem corporis situ ac positione. sæpe enim *stare* usurpatur pro simpliciter *manere & non moveri.* ut *stetit aqua,* id est, non fluxit, Gen. 15. 8. *stat plaga lepræ,* id est, non serpit, Lev. 13. 37. *ne stes in tota hac planitie,* Gen. 19. 17. quid? innocens ne fuisset Loth, si in planitie ista consedisset? nequaquam: sensus enim erat, ne maneas, ne moreris, quocunque tandem corporis situ.

Ibidem. Ἀκούοντες μὲν τῆς φωνῆς, μηδένα δὲ θεωροῦντες. Videantur notæ Cl. Bezæ, quibus hunc locum cum Actor. 22. 9. conciliat. tandemque Vallam addit, qui hunc locum depravatum existimans, legendum putat, θεωροῦντες μὲν τὸ φῶς, μηδένα δὲ ἀκούοντες. Addimus, Æthiopicum vertisse ac si legisset, θεωροῦντες μὲν τὸ φῶς, τὴν δὲ φωνὴν τὴν λαλοῦσαν μὴ ἀκούοντες. sic enim habet וראיו מברק וקלש זיתנגר אישמעו, *& viderunt fulgur, vocem autem, quæ loquebatur, non viderunt.*

Vers. 8. Οὐδένα ἔβλεπε, *neminem vidit.* Sic Græca exemplaria habent, & Chrysost. Vulg. tamen Syrus & Arabs, *nihil vidit,* οὐδὲν ἔβλεπε. Æthiopicus, *non poterat videre.*

Vers. 18. Ἀνέβλεψέ τε παραχρῆμα. Vulg. Eras. Syrus, Arabs & Æthiopicus, non legunt παραχρῆμα. Ut & in Basileensi editione apud Platerum deest. at apud Oporinum legitur. & apud Chrysost. nec annotavit Beza variantem lectionem.

Vers. 20. Καὶ εὐθέως ἐν ταῖς συναγωγαῖς &c. Vulgatus inserit εἰσελθὼν, *ingressus.* quod nusquam legimus, nisi apud Æthiopicum.

Vers. 21. Ὁ πορθήσας. Syrus & Arabs nimis dilutè, *qui persequebatur.* Vulg. & Eras. *qui expugnabat.* Beza, *qui perdidit.* Malumus, *qui vastavit.* Glossarium πορθῶ, *populo, vasto.*

Vers. 22. Συμβιβάζων ὅτι οὗτός ἐστιν ὁ Χριστός. Vulgat. & Eras. *affirmans.* Beza, *collatis testimoniis demonstrans.* quod docto commentario illustrat. LXX tamen Interpretes utuntur simpliciter συμβιβάζειν pro הֵבִין, *instruere, facere ut intelligas,* Esa. 40. 14. Dan. 9. 22. pro הוֹדִיעַ, *notum facere,* Ex. 18. 16. Deut. 4. 9. Esa. 40. 13. denique pro הוֹרָה, *docere,* Exod. 4. 12. 15. Lev. 10. 11. Psal. 32. 10. Syrus itaque simpliciter vertit ܘܡܚܘܐ ܗܘܐ, *ostendens.* Arabs ويعلمهم, *& docens eos.* Æthiop. אנז יטיקמו בצדק, *docens eos vere,* vel certo. Etsi itaque res ipsa ferat, non potuisse Judæos nisi collatis scripturarum testimoniis convinci, non videtur tamen præpositio συν in συμβιβάζειν ad comportata illa testimonia pertinere, sed potius ad mentes instruendorum, cum quibus argumenta docentis ita comportantur & conjunguntur, ut de rei veritate convinci cogantur. Hinc apud Hezychium, Συμβίβασις, πεῖσις, διδαχὴ, πίστις, *persuasio, doctrina, fides.* Συμβιβάτω, διδαξάτω, *doceat.* Συμβιβασθέντες, διδαχθέντες, διαλεχθέντες, *edocti, cum quibus dissertatio habita est.* Συμβιβάζει, εἰς φιλίαν ἄγει ἢ συλλαλεῖ, *in amicitiam inducit, aut colloquitur.* vides relationem denotare docentis ad eum qui docetur, qua ambo quasi inter se uniuntur. hinc passim cum Accus. personæ construitur, συμβιβάζειν τινά, qua phrasi actio docentis significari videtur, qua instruendum ad se allicit, ac persuadendo convincendoque secum quasi compingit ac coagmentat. Huc pertinet illud Apostoli 1 Cor. 2. v. 16. *quis novit mentem Domini,* ὃς συμβιβάσει αὐτόν; *qui instructurus sit eum?* id est, qui rationes suas ita ei sit probaturus, ut eum sibi quasi compingat, & suum esse cogat?

Vers. 26. *Quum vero Saulus venisset Hierosolymam.* Æthiopicus, *& inde profectus est Hierosolymam.* quæ versio si recta est, non intercessit triennium, confer cum notis Cl. Bezæ.

Vers. 28. Καὶ ἦν μετ᾽ αὐτῶν εἰσπορευόμενος καὶ ἐκπορευόμενος. Beza fatetur in nonnullis codic. deesse καὶ ἐκπορευόμενος. Eras. negat se us-

piam in Græcis reperisse. Nos tamen in tribus editionibus reperimus. & in textu Chrysostomi. apud Syrum item, Arabem & Æthiopicum, cum quibus consentit Vulgatus. ac res ipsa postulat.

Vers. 29. Ἐλάλει τε. Vulgatus, *loquebatur quoque Gentibus*. Negat Cl. Beza, se in ullis Græcis codicibus reperisse illud τοῖς ἔθνεσι, *gentibus*. addo, Syrum quoque & Arabem ignorasse. habet autem Æthiopicus. Sequitur, *& disputabat* πρὸς τοὺς Ἑλληνιστάς. Vult doctiss. Interpres, & hic & Act. 6. 1. intelligi proselytos, Græcos origine gentiles, sed per circumcisionem Judæos factos. Assentior potius Syro qui hic vertit ܥܡ ܝܗܘܕܝܐ ܕܝܕܥܝܢ ܝܘܢܐܝܬ, *cum Judæis qui norunt Græcè*, id est, qui origine essent Judæi, sed Græcè loquerentur, & Græcanica bibliorum versione uterentur, quia erant τῆς διασπορᾶς τῶν Ἑλλήνων. Fuisse autem, qui linguâ Græcâ in synagogis administranda esse sacra contenderent, adversus alios qui sola id Hebræa fieri vellent, liquet ex constitutione 146 Justiniani de Hebræis, qui priorum sententiam decreto stabilivit. videat ibi cui otium & animus.

Vers. 30. *Deduxerunt eum Cæsaream.* Solus Syrus addit ܒܠܠܝܐ, *nocte*. Intelligitur autem non maritima illa, quæ & turris Stratonis, de qua supra c. 8. vers. 40. Sed Cæsarea Philippi, circa montem Libanon ad confluentem Jor & Dan, ubi Jordanes originem ducit. quæ olim Lachis, deinde Dan appellata fuit. de quo Jud. 18. cujus pomœria quum Rex Agrippa protulisset, mutato nomine in honorem Neronis vocavit Neroniada, quæ antea Cæsarea Philippi dicebatur. Josephus l. 20. Antiq. c. 8.

Vers. 31. Εἶχον εἰρήνην οἰκοδομούμεναι, καὶ πορευόμεναι τῷ φόβῳ τοῦ Κυρίου, καὶ τῇ παρακλήσει τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐπληθύνοντο. Vulgat. Erasm. Syrus, Arabs & Æthiopicus, τῷ φόβῳ κυρίου construxerunt cum πορευόμεναι, sed καὶ τῇ παρακλήσει cum ἐπληθύνοντο. ita ut consolatio Spiritus S. esset id ipsum in quo multiplicabantur vel augebantur. Beza vero utrumque construxit cum πορευόμεναι, adeo ut ratio qua creverint Ecclesiæ sit, quod ambularent in timore Domini & consolatione Spiritus S. Considerent eruditi an non sic etiam construi ac verti hæc possint, *Habebant pacem & ædificabantur, ac magis magisque timore Domini & consolatione Spiritus S. crescebant.* πορευόμεναι ἐπληθύνοντο, *euntes crescebant* aut multiplicabantur. Hebr. שָׁגוּ הָלוֹךְ וְשָׂגֹה, *multiplicatæ sunt eundo & multiplicando*, id est, magis magisque sunt multiplicatæ. talia sunt, Gen. 8. vers. 3. καὶ ἐνεδίδου τὸ ὕδωρ πορευόμενον ἀπὸ τῆς γῆς, *& remittebatur aqua magis magisque à terra*, Hebr. וַיָּשֻׁבוּ הַמַּיִם מֵעַל הָאָרֶץ הָלוֹךְ וָשׁוֹב. sic 2 Paral. 17. 12. וַיְהִי יְהוֹשָׁפָט הֹלֵךְ וְגָדֵל, *& fuit Josaphat iens & crescens*, id est, magis magisque crescebat. LXX ἦν πορευόμενος καὶ μεγαλυνόμενος, quod idem est atque πορευόμενος ἐμεγαλύνετο. Porro Arabs non vertit *in consolatione*, sed *in obedientia Spiritus S.* τῇ παρακλήσει accepit pro hortatione cui obediendum est. utrumque significat. Quod si cui magis placeat, πορευόμεναι τῷ φόβῳ Κυρίου, vertere *ambulantes in timore Domini*, subaudita præpositione ἐν, monemus constructionem esse, qualis 2 Sam. 15. 11. Καὶ ἐπορεύοντο ἁπλότητι, *& ibant in simplicitate*, id est, nullius mali conscii, Ps. 81. 14. Ἰσραὴλ ταῖς ὁδοῖς μου εἰ ἐπορεύθη, *Israël si in viis meis ambulasset*, Psal. 89. 31. καὶ τοῖς κρίμασί μου μὴ πορευθῶσι, *& in judiciis meis non ambulaverint*. Prov. 28. 26. ὃς δὲ πορεύεται σοφίᾳ, σωθήσεται, *qui vero ambulat in sapientia, servabitur*. videtis omitti ἐν, licet in Hebræo ב expressum sit.

Vers. 34. Ἰᾶταί σε ὁ Ἰησοῦς, *sanat te Jesus*. Sic Syrus quoque & Arabs. Vulgatus tamen & Erasmus, *sanet te*, ἰάσθω. Sequitur στρῶσον σεαυτῷ, *sterne tibi ipsi*, grabatum nempe, de quo vers. præcedenti. ut autem sternere hic sit colligere, non fit verisimile, quum sint opposita. sternere enim lectum, est in planum extendere. colligere contra, extensum contrahere, & in unum comportare. Syrus ܦܫܘܛ ܥܪܣܟ, propriè *complana, adæqua lectum tuum*, id est, complicatum explica & expande. idem est Arabum فرش, quo hic Interpres usus est. est Hebræorum פָּרַשׂ, *expandere, explicare*. & quo Æthiopicus usus est שפח quod passim significat *extendere*. unde est Hebræorum משפחה, *familia*. q. conjugatorum extensio. At quorsum, inquies, apparare lectum ad decubitum, qui surgere jubetur? respondeo, non juberi surgere & abire, sed ut lectum incompositum & inæqualem, cubantique molestum, ut volutantibus ægris contingere solet, non jam alii, ut fieri consueverat, sed ipsemet surgens componeret, æquaret & cubationi aptum redderet. quod penitus restitutæ valetudinis certum erat agrumentum.

[V]ERS. 35. Οἱ κατοικοῦντες Λύδδαν καὶ τὸ Σάρωνα. [לו]ד, לוד urbs est tribus Ephraim non pro[cul] mari Mediterraneo, in confinio tribus [Benjamin]. Hieronymus de locis Hebraicis Acto[rum]: *Lydda, civitas Palæstinæ in littore [...]n maris sita quæ Diospolis appellatur.* eam [...]us exussit, Josephus de bel. Jud. l. 2. c. [...] Benjamin in Itinerario dicit לוד Lyddam [...]mpore סגורים, Seguras dictam fuisse. De [...] autem vide quid Cl. Drusius in Com[mentario] priore ad voces N. T. annotaverit. [...]us addimus, distinguendum esse inter שָׁרוֹן, [...], & הַשָּׁרוֹן, ὁ Σαρών. prius est nomen urbis [trans] Jordanem in tribu Gad ad fluvium Arnon. [...]ua 1 Chron. 5. 16. Alterum est regionis [...]rdanem ad oram maris Mediterranei, à [...]e ad Cæsaream usque, exordiendo infra [...]am de qua 1 Chron. 27. 29. Cant. 2. 1. [...]3. 9. & 35. 2. & 65. 10. hinc hoc loco [τὸ] Σάρωνα, expresso articulo. quod obser[vand]um, quia Latina lingua, quæ articulo [caret], hæc loca distinguere non potest, & doctos etiam viros confundi video, quum [...]quam debeant. Regionis & regni Metro[polis] dicebatur לַשָּׁרוֹן, τῷ Σάρωνι, vel ἡ τοῦ Σά[ρωνος], *quæ ad Saronem pertineret.* unde Jos. 12. [in]ter Reges à Josua devictos est אֶחָד לַשָּׁרוֹן, [...]lus מלכא דלשרון הד. LXX, βασιλέα Λε[σα]ρών. Vulgatus & Pagninus, *Rex Laza[ro]nus.* rectè judicarunt, ל pertinere ad denominationem. ut & in mappa Judai[ca] לש[רון] est urbs regia, super montem cui [...]הר, *mons Saronis* nomen est, in tribu [Ephra]im. Perperam ergo Cl. Junius vertit, [*...*]*onim unus.* remittensque lectorem ad [1 Chr]on. 27. 29. ait, *quicquid dicant alii, [...]n esse Scharonem campestrem regionem [...] Libano subjectam inde à Baschane.* er[...] ex locis non distinctis. Fuit autem re[gio] Σάρων@ uberrima & feracissima. mappa [Judai]ca sic eam describit, השרון דשן ושמן שדי חמר וגפן פוריה מציץ פרח ותפרח בו [...] *Hassaron pinguis est & oleosa, agros [...]s desideratissimos & vites frugiferas, [...]rosarumque feracissima.* Hinc Cant. 2. 1. חֲבַצֶּלֶת, *rosa Hassaronis.* Hinc יין השרוני, [*vinum*] *Hassaroniticum,* cui duas partes aquæ ad[...]bant. Schabbath fol. 77. Midda fol. 19. Au[...]scribimus *Hassaron.* nam & plurimæ edi[tiones] pro τὸ Σάρωνα legunt τὸ Ἀσσάρωνα, quales [A]rgentorati apud Wolphium an. 1524. Ba[sileæ] apud Bryling an. 1546. Ibid. apud Plate[...]n. 1543. sic Chrysostomus legit. sic E-rasmus, qui aliam lectionem non annotavit. Editio Caroli Stephani habet τὸν Ἀσσαρωνᾶν. At quatuor aliæ editiones nostræ habent τὸν Σαρωνᾶν. Syrus habet ܠܣܪܘܢܐ ܠܗ, סַארוּנָא, Vulgatus Saronæ. Æthiopicus שרון. Junius ex Arabe nobis dedit Tzekarondæ. Erpeniana editio habet صرفندة, Tserphondæ. unde sane, nescio. LXX Interpretes הַשָּׁרוֹן interdum reddunt nomine proprio, ut 1 Chron. 27. 29. ἐν τῷ Σαρών, Esa. 33. 9. ὁ Σαρών. Interdum appellativo, ut Cant. 2. 1. τοῦ πεδίου, *planitiei*, Esa. 65. 10. ἐν τῷ δρυμῷ, *in nemore*.

Vers. 37. Posuerunt ἐν τῷ ὑπερῴῳ, *in cœnaculo.* Locus erat in editiore ædium parte, ut vel ipsa vox Græca, & Hebræorum, Syrorum, Arabumque עליה indicant, ab עלה, *ascendere.* miror ergo Æthiopicum, qui plane contra vertit תחתי בית, *in infima domo.* & vers. 39. ubi Petrum dicuntur duxisse εἰς τὸ ὑπερῷον, *in cœnaculum*, habet *ubi erat cadaver.*

Vers. 38. *Rogantes* μὴ ὀκνῆσαι διελθεῖν ἕως αὐτῶν. Rectè Beza, *ne cunctaretur.* Sicut Balac Bileamo dici jubebat, ἀξιῶ σε μὴ ὀκνήσῃς ἐλθεῖν πρός με. sic Græci transtulerunt quod in Hebræo est, אַל נָא תִמָּנַע מֵהֲלֹךְ אֵלָי, ad verbum *ne prohibearis quo minus venias ad me*, id est, nihil sit quod te retardet & prohibeat, id est, ut habet ibi Vulgatus, *ne cuncteris venire ad me.* Sic etiam Hebræorum עָצַל, cui ad amussim respondet ὀκνεῖν, *pigrere*, usurpatur. ut Jud. 18. 9. אַל תֵּעָצְלוּ לָלֶכֶת, *ne sitis pigri ad eundum*, LXX, μὴ ὀκνήσητε τοῦ πορευθῆναι. Vulgatus rectè, *nolite cessare, eamus.*

Vers. 39. Χιτῶνας, *tunicas*, καὶ ἱμάτια, Vulg. & Eras. *vestesque.* Beza, & *vestimenta.* malim & *pallia*, prout Syrus habet ܘܡܟܣܝܬܐ, pro quo Tremel. & Boder. non satis aptè reddiderunt & *vestes.* ܡܟܣܝܬܐ enim *pallium* est, suprema vestis, quam περιβόλαιον Græci vocant, quæque ἱμάτιον in N. T. non raro vocatur. Glossarium Syro-Arabicum dicit esse الردي الملاة, *vestem plenam*, quæ reliquis vestibus circumjecta totum corpus involvit. ea vera descriptio est pallii Orientalium, quod propterea κατ' ἐξοχὴν ἱμάτιον, & Gen. 9. v. 23. שִׂמְלָה, *vestis*, & Psal. 102. 27. לְבוּשׁ, *indumentum* dicitur, quia præcipua vestis est & plena, plurimosque usus corpori præbens. protinus enim & abjiciunt & assumunt rursus,

 æsta-

æstate vim radiorum frangit, hyeme vim frigoris. noctu stragulæ vicem subit, &c. nec aliam vestem intellexit Æthiopicus, quum גלבבי vertit, quasi περικαλύμματα, à גלבב quod pro περικαλύπτειν usurpatur Luc. 22. v. 64. Additur, ὅσα ἐποίει μετ' αὐτῶν οὖσα ἡ Δορκάς, *quæ faciebat, dum cum ipsis esset, Dorcas.* Sic omnes nostri codices & Chrysostomus. Vulgatus, Arabs & Æthiopicus, *quæ faciebat ipsis Dorcas*, ἃ ἐποίει αὐταῖς. unde Syrus, *quæ dederat ipsis Dorcas.* Vulgatus tamen & Æthiopicus plane omittunt μετ' αὐτῶν οὖσα. Syrus & Arabs pro eo habent, *dum viveret.* quod sensu idem est.

Vers. 40. Ἐκβαλὼν δὲ ἔξω πάντας. Syrus habet ܐܦܩ, quod significat *exire fecit*, quovis modo, sive jussu, sive eductione, sive ejectione. Sic & הוציא apud Hebræos usurpatur. hinc apud Hellenistas omnia illa verbo ἐκβάλλειν denotantur. primus autem modus hic locum habet.

Vers. 43. *Apud Simonem quendam* βυρσεῖ *coriarium.* Æthiopicus שפדי אשאן. *instauratorem calceorum*, qui σκυτεὺς potius vel σκυτοτόμος dicitur.

Cap. X.

Vers. 6. *Cui est domus apud mare.* pertinere ad Simonem coriarium res ipsa loquitur. itaque ineptissimè hic habet Æthiopicus, *& domus Cornelii vicina erat mari.* at vers. 32. rectè. itaque typographicum mendum videtur.

Vers. 7. *Et militem pium* τῶν προσκαρτερούντων αὐτῷ. Syrus ܐܝܢܐ ܕܡܬܩܪܒ ܗܘܐ ܠܗ, quæ Tremel. malè vertit, *quem in pretio habebat.* Boderianus melius, *qui quidem studiosus erat ipsius.* Ferrarius ܐܬܩܪܒ, *accessit, appropinquavit.* Secundo *paruit, præsto fuit.* Tertio *sustinuit, pertulit, passus est.* 2 Cor. 11. 20. de tertia hac significatione agemus ipso loco, quem citat. neque enim rectam putamus. primam communem habet cum lingua Arabica, ubi دنا est *accedere, appropinquare.* Secunda est hujus loci, ex qua vertendum, *qui parebat ipsi.* ut & Vulgatus Græca vertit. sic Act. 7. 39. pro *cui noluerunt* ὑπήκοοι γενέσθαι, *parere*, Syrus habet ܠܡܬܩܪܒܘ ܠܗ. quamvis & ex altera significatione rectè verti posset, *qui prope ipsum erat*, vel, *adesse ipsi solebat.* atque id primo ac propriè vox Syriaca significat. Glossarium Syro-Arabicum ܢܩܪܒ, id est, يدنو, *prope est, appropinquat.* atque ita bene expressit τὸ προσκαρτερεῖν. quod Arabs vertit من كان يلازمه, *qui adhærebat ipsi.* Æthiopicus אמאל יתקניו לותו, *ex iis qui serviebant ipsi.*

Vers. 10. *Incidit in illum* ἔκστασις. Syrus ܬܗܪܐ, quod Tremel. & Boder. non rectè verterunt, *mentis excessus.* vertendum *stupor.* est enim ܬܗܪ, *stupere, attonitum esse.* nec usurpatur fere nisi in admiratione, ut & apud Hebr. תָּמַהּ, *admirari.* Luc. 4. 36. respondet ei θάμβος. cap. 5. vers. 26. ἔκστασις. sed utrumque in admiratione. Videtur ergo Syrus mentem Euangelistæ ita cepisse, quasi admirationis stupor occupasset Apostolum, ob admirandum visum, quod statim narratur. Arabs dixit السبات, *sopor.* id est, sensuum externorum cessatio & stupefactio, qualis in altissimo sopore contingere solet.

Vers. 11. Τέσσαρσιν ἀρχαῖς δεδεμένον, καὶ καθιέμενον. Vulgatus non legit δεδεμένον καὶ, repugnantibus omnibus quæ vidimus exemplaribus, præterquam Æthiopici, qui similiter ea omittit.

Vers. 12. Ἐν ᾧ ὑπῆρχε πάντα τὰ τετράποδα τῆς γῆς, καὶ τὰ θηρία, καὶ τὰ ἑρπετὰ, καὶ τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ. Vulgatus, Syrus & Arabs non legerunt τὰ θηρία. deinde τῆς γῆς junxerunt post ἑρπετά. Omnes tamen nostri codices receptam lectionem comprobant. Porro Syrus prima verba transtulit ܘܐܝܬ ܗܘܐ ܒܗ ܟܠܗܘܢ ܚܝܘܬܐ ܕܐܪܒܥ ܪܓܠܝܗ Tremel. *& erant in eo omnia viventia, quadrupeda, reptilia* &c. qua distinctione effecit, ut Clariss. Beza existimarit, Syrum præposuisse speciebus genus, quasi legisset, πάντα τὰ ζῶα, τετράποδα, ἑρπετὰ &c. At vertendus est Syrus ad verbum, *& erant in eo omnia animantia quatuor pedum*, id est, omnia quadrupeda. In eo ergo convenit cum recepta lectione. Æthiopicus totum hunc versum omittit. fortassis incuria typographi.

Vers. 15. Σὺ μὴ κοίνου. Arabs κατὰ πόδας فلا تنجسه انت, *ne polluito id tu.* Junius ergo ad verbum non transtulit, *id ne commune dicito.*

Vers. 21. Τοὺς ἀπεσταλμένους ἀπὸ τοῦ Κορνηλίου πρὸς αὐτόν. Rectè annotavit Beza, hæc à Vulgato, Syro & Arabe non fuisse lecta. addo nec

ab

ab Æthiopico, nec à Chrysostomo. Reliqui tamen nostri codices habent.

VERS. 22. Καὶ ἀκοῦσαι ῥήματα παρὰ σοῦ. Vulgatus & Erasmus, *& audiret verba abs te.* Longè sane melius quam Beza, *& abs te quædam audiret.* ῥήματα hîc non sunt τινὰ πράγματα, sed ἐντάλματα, *præcepta.* sensus est, *& audire ex te*, τί αὐτὸν δεῖ ποιεῖν, *quid ipsum oporteat facere*, ut Angelus supra locutus fuerat vers. 6. sic דברים, *verba*, LXX Interpretes vertunt ἐντολὰς, *mandata.* Deut. 17. 19. Jer. 19. 15. & sæpe πρόσταγμα. ut & אמר, *dixit*, sæpe Hebræis, semper autem Arabibus valet *jubere*, *mandare.* quale & illud Luc. 12. 13. *Dic fratri meo, ut partiatur mecum* &c. id est, *jube.* Syrus, Arabs & Æthiopicus vertunt, *& audire verbum ex te.* quasi ῥῆμα legissent. vel existimarunt verbum Dei ob excellentiam dici pluraliter ῥήματα. sicut sacer codex βιβλία. & λόγια τοῦ Θεοῦ pro λόγος, Rom. 3. 1.

VERS. 23. Ἐξῆλθε σὺν αὐτοῖς. Vulgatus & Eras. *profectus est cum iis.* Beza, *abiit.* Syrus magis propriè ܢܦܩ, *exiit.*

VERS. 24. Καὶ τοὺς ἀναγκαίους φίλους, *& necessarios amicos.* Arabs vertit واصدقاة الخاصين, quæ Junius, & *Sanctos necessarios sibi.* respexit Hebræorum צדיקים, *justi*, qui iidem sunt qui sancti. fateor apud Arabes الصِّدِّيق, pro justo ac verace usurpari. at الصَّدِيق, cujus plurale hoc loco occurrit, *amicum* significat. صداقة & مصداقة, *amicitiam.* vertendus Arabs, *& amicos suos sibi peculiares.* non habuit ergo Cl. Beza, cur in Arabis versionem commentarium faceret.

VERS. 28. *Ostendit mihi Deus, ne quem communem* (pollutum) *vel impurum hominem dicerem.* dixerat nempe Deus vers. 15. *quæ Deus purgavit, tu ne polluito.* An ergo omnes homines ita purgavit Deus sub Euangelio, ut nemo, ne quidem quoad conscientiam immundus sit dicendus? nequaquam. fides enim demum purificat corda, Act. 15. 9. unde infidelium & mens & conscientia immundæ dicuntur, Tit. 1. 15. An ergo omnes homines sub Euangelio in fœdus suum recepit Deus, ut vel ratione fœdetis nemo immundus sit habendus? Neque hoc admittendum. Apostolus enim 1 Cor. 7. 14. docet, viri mulierisque infidelium conjugium adeo esse immundum, ut & liberi eorum sint immundi. Manet ergo etiamnum Ecclesia Dei sic à reliquo distincta mundo, ut ratione fœderis sola sancta, reliqui immundi sint dicendi. qua ratione ergo Ap. Petrus hîc se edoctum à Deo dicit, ut nullum hominem impurum pronunciet? Solutio peti potest è similitudine ciborum Petro in visione lintei oblatorum, quibus vesci intrepidè Petrum jubet, quod antea immundos jam purgasset. immundi autem fuerant immunditie non naturali, nec morali, sed ceremoniali. pertinebatque ciborum distinctio ad δικαιώματα σαρκὸς, *justificationes carnis*, Hebr. 9. 10. κατὰ νόμον ἐντολῆς σαρκικῆς, Heb. 7. 16. purgavit ergo Deus eosdam cibos, quum lege carnalis mandati abolitâ, liberavit cibos à ceremoniali illa immunditie. Eadem erat ratio inter Judæos & gentes. nam non fœdere tantum, sed & peculiari quadam ceremoniali sanctitate separaverat Deus Judæos à gentibus. ceremonialiter sancti erant Judæi ex aspersione sanguinis taurorum & hircorum, qui mundabat eos πρὸς τὴν τῆς σαρκὸς καθαρότητα, *ad carnis puritatem*, Hebr. 9. 13. qua carnis puritate destitutæ gentes, immundæ dicebantur. Mundi rursus ceremonialiter erant Judæi per circumcisionem, immundæ contra per præputium gentes, & ceremonialiter carnaliterque detestandæ. unde eas vocat Apostolus ἔθνη ἐν σαρκὶ, *gentes in carne*, qui dicebantur præputium ab ea quæ dicebatur *circumcisio in carne*, Eph. 2. 11. ubi *in carne* notat ceremonialem legis carnalis vim & obligationem, quam legem, ἐν δόγμασι in ritibus sitam, Paulus, ibidem vocat, τὸ μεσότοιχον τοῦ φραγμοῦ, *intergerinam sepem*, quæ Judæos à gentibus, tanquam mundum quid ab immundo, separaret. ex hac ceremoniali immunditie ortum, quod canes vocentur gentes Matt. 15. 26. quod discipulos suos in viam gentium ire vetet Servator, Matt. 10. 5. quod connubia cum ipsis inire interdixerit Judæis Deus, Deuter. 7. 3. quodque supra Petrus dixerit, ἀθέμιτον εἶναι, *nefas esse* Judæo κολλᾶσθαι ἀλλοφύλῳ, *agglutinari alienigenæ.* Sublatâ itaque lege ceremoniali, sublata quoque fuit ab omnibus gentibus, ac singulis gentium individuis, ceremonialis illa immundities. nemo exinde ob circumcisionem sanctus, nemo ob præputium immundus dici debuit. hactenus ergo verè ostendit Petro Deus, ne quem hominem pollutum deinceps diceret.

VERS. 30. Ἀπὸ τετάρτης ἡμέρας μέχρι ταύτης τῆς ὥρας ἤμην νηστεύων, καὶ τὴν ἐννάτην ὥραν προσευχόμενος &c. Primis verbis quidam ad quæstionem *quamdiu* responderi autumant. ut sensus sit, eum jam tum per quatuor dies jejunasse.

alii ad quæstionem *quando*. ut sensus sit, quarto abhinc die eum se jejunio dedisse, & ejus diei hora nona contigisse quæ deinceps narrat. posterior hæc sententia verior est, quia cum circumstantiis rei, supra in hoc capite narratæ, quadrat. Postridie enim ejus diei, quo jejunanti ac precanti Cornelio Angelus apparuerat, legati ejus Petrum accesserunt, vers. 9. habes duos dies. postride Petrus discessit cum eis Cæsaream, vers. 23. habes tertium diem. postridie intrarunt Cæsaream, contigitque Petri cum Cornelio colloquium, v. 24. habes quartum. id narrat Cornelius, jam quatrum agi diem, quum jejunio se dans, & hora nona precibus vacans, Angelum conspexerit. nec alium facile sensum verba ferunt. Si enim mens ejus fuit, quod jam per quatuor jejunaverat dies, quum hora nona Angelus appareret, ineptè inseruit μέχρι ταύτης τ ἡμέρας, quæ verba hoc ipsum tempus exprimunt, quo jam loquebatur. at quatriduo ante contigerat visio. Quod si mens est, se jam ea hora, qua alloquebatur Petrum, per quatriduum jejunasse, non intelligitur ex ipsius verbis, cujus diei hora nona, an quarti, an tertii, an secundi Angelus apparuerit. adde quod eo sensu νηςδύω dicendum fuerat, non ἤμλω νηςδύων. quemadmodum Syrus eam sententiam secutus, vertit, ܐܪܒܥܐ ܝܘܡܝܢ ܐܝܬ ܠܝ ܕܡܛܝ ܠܗܕܐ ܫܥܬܐ ܗܘܐ ܡܢ ܕܨܐܡ ܐܢܐ, *quatuor dies sunt huc usque ex quo jejuno*. At Cornelius *jejunabam* dicit, non *jejuno*. Erasmus itaque alteram sententiam rectè secutus, vertit, *Die ab hinc quarto usque ad hanc horam sedebam jejunus*. Beza, *nudius quartus usque ad hanc horam eram jejunus*. At non rectè videtur Erasmus addidisse *abhinc*, quod in Græco non est. & neuter videtur rectè illud μέχρι ταύτης τ ἡμέρας retulisse ad ἤμλω νηςδύων. unde orta est Cl. Bezæ commentatio, *hanc loquendi formulam petitam esse è medio. neque enim horam præsentem declarare, sed duorum diversorum dierum nonam*. Existimamus potius horam præsentem indicari, & quidem ejus diei matutinam, quum enim Joppe 9 miliaribus, sive diei itinere distaret Cæsareâ, Petrus pridie Joppe profectus, postridie mane Cæsaream intravit, & cum Cornelio sermones miscuit. Ad hanc ipsam, inquit Cornelius, horam quartus dies est elapsus, quo me jejunio dabam (verto enim ἤμλω νηςδύων, *eram jejunans*, non *jejunus*) & ejus diei hora nona precans &c. nec aliter videtur intelligi posse Vulgatus Latinus, *A nudius quarta die usque ad hanc horam orans eram hora nona*. id est, à nudius quarta die usque ad hanc horam tempus fluxit, quo orabam hora nona. obscurior tamen ejus mens est, quia ἤμλω νηςδύων non legit. ut nec Æthiopicus. Verba Græca satis plana videntur, & hunc mihi habere sensum, *si à quarto die ad hanc ipsam horam supputes tempus, habes horam qua me jejunio dabam. exinde hora nona orans &c.* quod idem est atque, *quarto ab hac hora*, vel *abhinc, die jejunabam*. adeo ut illud Erasmi *abhinc* in μέχρι ταύτης τ ἡμέρας comprehensum mihi videatur. neque abit illa Euangelistæ phrasis à Latinorum phrasi, qua quum quis præteritis decem diebus est profectus, à decem diebus profectum dicunt, lapsis scilicet ad hoc ipsum tempus quo id dicitur. Porro nulla Græcarum mearum editionum, quas novem consului, in usitata hujus loci lectione variat. Erasmus in annotationibus legit ἤμλω, ideoque vertit *sedebam*. In editione tamen Basiliensi, an. 1546. apud Nicolaum Bryling, cui ipse præfuit, ἤμλω legitur. quæ vox non adeo est poëtica, quin & Paulus ea usus sit Gal. 1. 10. δοῦλος Χριστοῦ οὐκ ἂν ἤμλω, *servus Christi non essem*. & noster Euangelista infra c. 11. vel ter, nempe vers. 5. 11. vers. 17.

Vers. 36. Τὸν λόγον ὃν ἀπέστειλε τοῖς υἱοῖς Ἰσραήλ. Vulgatus, *verbum misit Deus filiis Israël*. Laudandus magis Cl. Beza, qui aut intelligendum ait κατὰ, *secundum verbum quod misit*. aut τ λόγον ὃν accipiendum pro ὃν λόγον. sicut Matth. 21. 42. & Act. 13. 2. quem locum tamen aliter construendum putamus: ut isthic dicemus. Rectè autem monet, idem esse quod Hebraicè אֶת־הַדָּבָר אֲשֶׁר. quem Hebraismum quum rectè examinamus, deprehendimus, particulam אֶת, quæ Accusativum format, in hujusmodi constructionibus valere pronomen זֶה, cum verbo substantivo subintellecto, & per Nominativum esse reddendum. Exempla fidem facient. Hagg. 2. 5. אֶת־הַדָּבָר אֲשֶׁר כָּרַתִּי אִתְּכֶם, LXX ad verbum, τὸ ῥῆμα ὃ διέθηκα πρὸς ὑμᾶς. pro זֶה הַדָּבָר, *hoc est verbum quod pepigi vobiscum*. Zachar. 7. 7. הֲלוֹא אֶת־הַדְּבָרִים אֲשֶׁר קָרָא יְהוָה. pro הֲלוֹא אֵלֶּה הַדְּבָרִים, *an non illa sunt verba, quæ clamavit Dominus?* LXX, οὐχ οὗτοι οἱ λόγοι εἰσὶν, οὓς ἐλάλησε &c. Zach. 8. 17. כִּי אֶת־כָּל אֵלֶּה אֲשֶׁר שָׂנֵאתִי, pro כִּי הֵמָּה כָּל אֵלֶּה, *nam hæc sunt omnia ea quæ odi*. 2 Reg. 9. 24. אֲנִי וָאַתָּה אֶת־רֹכְבִים, pro הֵמָּה הָרֹכְבִים, *ego*

&

& *tu sumus illi qui vehebamur.* Ita hoc loco, τὸν λόγον ὃν ἀπέστειλε, idem est quod οὗτος ὁ λόγος, ὃν ἀπέστειλε. quod magis etiam confirmat usitatissimus Rabbinis loquendi modus, qui dicturi οὗτος ὁ λόγος, ὃν ἀπέστειλε, dicent אותו הַדָּבָר אֲשֶׁר שָׁלַח. quod ad verbum est, τὸν λόγον ὃν ἀπέστειλε. אותו enim propriè est *eum.* sed usurpatur ipsis pro *is est.* Sic locis ante allatis, Hagg. 2. 5. אֶת־הַדָּבָר אֲשֶׁר כָּרַתִּי. Rabbinicè est אותו הַדָּבָר &c. Zach. 7. vers. 7. הֲלֹא אֶת־הַדְּבָרִים, Rabbin. הֲלֹא אוֹתָם הַדְּבָרִים. Zachar. 9. 17. כִּי אֶת־כָּל אֵלֶּה, Rabb. כִּי אוֹתָם כָּל אֵלֶּה 2 Reg. 9. 24. אֲנִי וָאַתָּה אֵת רֹכְבִים, Rabb. אֲנִי וָאַתָּה אוֹתָם הָרֹכְבִים, ad verbum, *ego & tu sunt illi qui equitabant.*

Sequitur, εὐαγγελιζόμενος εἰρήνην διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ. quod verto, *quum annunciaret pacem per Jesum Christum.* Respici videtur illud Dei apud Esa. 56. 1. *Sic dicit Dominus, custodite jus & operamini justitiam: nam propinqua est salus mea ut veniat, & justitia mea ut reveletur.* annunciatur ibi pax sive salus quæ instabat per Jesum Christum: sed simul mittitur hoc verbum, id est, mandatum, filiis Israël, ut operentur justitiam. atque ita docentur ipsi filii Israël, eos demum verè esse acceptos Deo, & eos quidem omnes, qui justitiæ student. quamobrem statim additur, *Beatus vir, qui hoc faciet, & filius hominis qui hoc tenebit.* quisquis sit, sive ex Judæis, sive ex gentibus, sine ulla personarum acceptione. atque ita verè, id quod vers. 35. dixerat, dicit esse eundem illum sermonem quem Deus jam dudum filiis Israël miserat, quum per Esaiam annunciaret pacem, per J. Christum futuram. Quod autem sequitur, οὗτός ἐστι πάντων κύριος, rectè Cl. Beza οὗτος interpretatur per ὅς, demonstrativum pro relativo, ut & supra 8. 26. sic nos Luc. 18. 7. καὶ μακροθυμῶν ἐπ' αὐτοῖς, exposuimus per καὶ ἐφ' οἷς μακροθυμεῖ.

VERS. 40. 41. Nulla hic varians lectio est annotata. Miror itaque quam maxime Æthiopicum, qui habet, *& dedit eum ut testaretur inter omnes populos, & posuit nos Deus, fecitque nos testes suos, & edimus* &c.

VERS. 41. *Qui comedimus ac bibimus una cum eo, posteaquam resurrexit à mortuis.* Video quosdam illud *posteaquam resurrexit à mortuis*, conjungere cum ultimis verbis versus præcedentis, *dedit eum manifestum fieri*, ne cogantur admittere, Christum post resurrectionem bibisse cum discipulis. nusquam enim, inquiunt, ejus fit mentio apud Euangelistas. At edisse memoratur Luc. 24. v. 43. ut verum se hominem etiam à resurrectione demonstraret. inde colligo, eum etiam bibisse. utrumque enim hominis est, ut vivat. exprimere autem id necesse non fuit, quia potus passim sub cibo comprehenditur, Matth. 15. 2. *quando panem comedunt*, id est, quum alimentum capiunt, sub quo & potus comprehenditur. Matth. 6. *da nobis hodie panem nostrum quotidianum.* panis etiam potum comprehendit. Luc. 7. 36. *rogavit eum Pharisæus quidam ut ederet secum.* ergo, & biberet. Invitat Christus à resurrectione discipulos suos ad prandium, Joh. 21. 12. δεῦτε, inquit, ἀριστήσατε. ipse panem distribuit, ac pisces. verisimilene est, pransos discipulos sine potu? quod si & ipsum Servatorem pransum cum illis dicamus, cum alimento potum recte conjungimus. Porro, ut Arabs & vetust. Bezæ codex, sic & Æthiopicus subjungit, *quadraginta diebus.*

CAP. XI.

VERS. 17. Εἰ οὖν τὴν ἴσην δωρεὰν ἔδωκεν αὐτοῖς ὁ Θεὸς &c. ἐγὼ δὲ τίς ἤμην &c. Expunxit Cl. Beza particulam δὲ. nolim id factum, contra omnium fere Græcorum codicum fidem. Etsi enim discretivam vim hîc non habeat, sed otiari videatur, emphasin tamen egregiam habet, ut per *sane* propemodum exponi queat. ut & Gal. 4. 19. 20. *Filii mei, quos iterum parturio, donec formam consequatur Christus in vobis:* ἤθελον δὲ παρεῖναι πρὸς ὑμᾶς ἄρτι, *vellem sane adesse vobis nunc.*

VERS. 19. *Qui dispersi fuerant ex afflictione facta*, ἐπὶ Στεφάνῳ, Vulgatus *sub Stephano.* id potius ἐπὶ Στεφάνου diceretur in Genitivo. ut ἐπὶ Ἀβιάθαρ τοῦ ἀρχιερέως, *sub Abiathare pontifice*, Marc. 2. 26. ἐπὶ Ἐλισσαίου, *sub Elisæo*, Luc. 4. 27. ἐπὶ Κλαυδίου, *sub Claudio*, infra vers. 28. Rectius ergo Eras. & Beza, *ob Stephanum.* Hebraicè על אסטפנוס, quomodo & Syrus transtulit. quod propriè est *super Stephano*, quo sensu Latinè dicimus, *super hac re doleo*, id est, ob hanc rem. sic propriè ἐπὶ cum Dativo est *super*, deinde *ob*, *propter.* ut Luc. 1. 29. διεταράχθη ἐπὶ τῷ λόγῳ αὐτοῦ, *perturbata fuit super sermone ejus*, id est, propter sermonem ejus.

VERS. 29. Εἰς διακονίαν πέμψαι τοῖς κατοικοῦσιν ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ ἀδελφοῖς. verto, *in subministrationem* (vel, ut rectè meo judicio Erasmus, *in subsidium*) *mittere habitantibus* &c. Neque enim hîc Diaconos respici arbitror,

ad

ad quos eleemosynæ hæ missæ fuerint, ut ipsi inde pauperibus subvenirent: sed ipsorum piorum ac liberalium affectum exprimi, qui sua liberalitate ac donis διηκόνησαν, *ministrarunt*, id est, subsidio fuerunt fratribus Judæis. quo sensu dicitur ad Hebr. 6. vers. 10. διακονήσαντες τοῖς ἁγίοις καὶ διακονοῦντες, *quum subsidio fuistis sanctis & estis.* Sic διακονίας vox pro ipsarum eleemosynarum subsidio, quo pii alii aliis ministrant, accipitur 2 Cor. 8. 4. & 9. 1. 12.

Cap. XII.

Vers. 1. Τινὰς τῶν ἀπὸ τῆς ἐκκλησίας. Vulgatus & Erasmus, *quosdam de Ecclesia.* Beza, *quosdam ex Ecclesia.* At Æthiopicus, *præpositos domus Dei*, id est, Ecclesiæ. eam enim nunc per *domum Dei*, nunc per *domum Christianorum* effert. ubi porro notandum, eum aut per Ecclesiam intellexisse *Synedrium*: ut Matt. 18. *dic Ecclesiæ*, id est, Synedrio. ut sensus sit, Herodem apprehendisse quosdam ex Synedrio. aut existimasse, aliud esse τινὰς ἀπὸ τῆς ἐκκλησίας, cui allatæ versiones respondent, aliud τινὰς τῶν ἀπὸ τῆς ἐκκλησίας. certè οἱ ἀπὸ τῆς στοᾶς significat *Stoicos.* οἱ ἀπὸ τοῦ περιπάτου, *Peripateticos.* οἱ ἀπὸ βήματος, *concionatores.* sic τῶν ἀπὸ τῆς ἐκκλησίας putaverit esse τῶν ἐκκλησιαστῶν, ut sensus sit, *quosdam Ecclesiastarum*, qui nempe Ecclesiæ docendæ præpositi erant. quales erant Apostoli Jacobus & Petrus, quorum mox fit mentio. non inutile sane fuerit, hoc diligentius perpendere. Arabs vertit ut Beza. Syrus ܐܢܫܝܢ ܕܒܥܕܬܐ, *quosdam qui* erant *in Ecclesia.* id est, τινὰς τῶν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ.

Vers. 5. Προσευχὴ δὲ ἦν ἐκτενὴς γινομένη. Syrus ἐκτενής, ܐܡܝܢܐܝܬ, *constans.* Arabs دائمة, *perdurans.* Beza, *preces assiduæ.* Vulg. & Eras. *sine intermissione.* rectè omnes. Hezychius enim ἐκτενίαν esse docet, συνεχῶς ποιεῖν τὸ αὐτό. *continuo idem facere.* Idem tamen ἐκτενές vertit etiam διατεταμένον, *intensum.* ita rectè vertitur etiam *intensæ preces*, id est, *vehementes & fervidæ.* Æthiopicus, *precabantur* ותר, *intensè.* sicut Luc. 22. 44. precabatur ἐκτενέστερον, *intensius*, Æthiopicus אותר עליו, *intendit precari.* sicut cum arcus vi intenditur. id enim propriè est ותר. unde permutatis pro more ו & י apud Hebræos est יֶתֶר & מֵיתָר, *nervus arcus*, ab intendendo sic dictus.

Vers. 7. Φῶς ἔλαμψεν ἐν τῷ οἰκήματι. Doctiss. Beza vertit *in carcere.* Sic enim autore Solone carcerem Athenis honestiore vocabulo dictum fuisse, Plutarchum in illius vita testari ait. cui addimus Hezychium, apud quem est, οἴκημα, δεσμωτήριον.

Vers. 10. Διελθόντες δὲ πρώτην φυλακὴν καὶ δευτέραν. Syrus vertit, ܟܕ ܕܝܢ ܢܦܩܘ ܡܢ ܡܛܪܬܐ ܩܕܡܝܬܐ ܘܕܬܪܬܝܢ. Tremel. *& quum præterita fuisset custodia prima & secunda.* sic & Boderianus in interlineari versione. At in Regia, *& quum transissent custodiam primam & secundam.* Verte, *& quum transisset custodia prima & secunda.* Mens Syri, ni fallor, est, egressis ipsis è carcere, & versus portam ferream, quæ in civitatem ducebat, tendentibus, obviam factas duas custodias, quæ ambæ non animadversos prætererunt. quæ sententia nec Græco textui repugnat, nec mira adeo cuiquam videri debet. neque enim porta hæc ferrea cum ostio carceris, de quo vers. 6. confundenda. si enim versus iste cum hoc rectè conferatur, videtur omnino duplex illa custodia extra ostium carceris, at intra portam ferream versata. Fuit scilicet hic carcer, (si Adrichomio credimus) ἐν τῷ στρατοπέδῳ, id est, in area, quæ Herodis regiam (erat enim hic non civitatis, sed Herodis carcer) undequaque ambiebat, ubi Regii milites excubias agebant. Ab hac area carcereque platea ducebatur, per quam exitus è regia dabatur in civitatem, quam ferrea porta claudebat. Usitatum enim in Oriente (ut in Appendice ad c. 6. Matt. v. 5. antehac annotavimus) majores plateas portis claudi. hanc portam ubi transisset, extra limites regiæ erat, adeoque tutus. intra eam incidit in milites, qui ultro citroque remeantes, plateam istam, qua ad regiam carceremque via erat, observabant & custodiebant. Aut si Æthiopicum audimus, varia erant inter carcerem portamque ferream atria, quæ Gallicè *corps des gardes*, Belgicè **wacht-huysen** dicimus, ubi excubitores agebant. vertit enim *& quum exiissent primum atrium & secundum.*

Vers. 13. *Accessit puella* ὑπακοῦσαι. Vulgatus non rectè *ad videndum.* Erasmus & Beza *ut subauscultaret.* Syrus ܕܬܥܢܝܘܗܝ, *ut responderet ei.* sic & Arabs, لتجيبه, quod non prorsus rejiciendum. Sæpe enim pro ענה, *respondere*, LXX dicunt ὑπακοῦσαι. ut Cant. 5. 7. ἐκάλεσα αὐτὸν καὶ οὐχ ὑπήκουσε, *vocavi eum, & non respondit.* vide & Esa. 50. 2. & 56. 11. & alibi sæpe, ubi ὑπακούειν respondet τῷ καλεῖν, nec est aliud, quam vocanti dicere se adesse,

adeſſe, & rogare quid velit. ita exiſtimarunt Syrus & Arabs, mentem Euangeliſtæ eſſe, acceſſiſſe ancillam, ut pulſanti & pulſando vocanti reſponderet, adeſſe ſe, rogaretque quis eſſet quidve vellet. idque feciſſe liquet ex ſequentibus. quum enim Petri vocem dicatur agnoviſſe, certum eſt eam non ſubauſcultando, ſed alloquendo pulſantis vocem elicuiſſe. Et ex Plutarcho liquet, eum qui ad fores accedit daturus pulſanti reſponſum, dici ὑπακούειν. ſic enim ille in Sympoſio, φίλιππος ὁ γελωτοποιὸς κρούσας τὴν θύραν, εἶπε τῷ ὑπακούσαντι, εἰ σημαίνει ὅστις τε εἴη καὶ διότι καταλύεσθαι βούλοιτο. Quin & eſt ubi pro κρούειν uſurpatur τὸ φωνεῖν. ut Act. 10. 18. καὶ φωνήσαντες ἐπυνθάνοντο, *& quum vocaſſent rogabant*, cui ſane τὸ *reſpondere* optimè quadrat. quin & Æthiopicus reddidit, *ut aperiret ei*. Quod autem in initio verſus Petrus dicitur pulſaſſe τὴν θύραν τοῦ πυλῶνος, Eraſmus & Beza verterunt *oſtium veſtibuli*. Vulgatus, *oſtium januæ*. Melius ſane, ex uſu LXX Interpretum, qui pro פתח השער, *oſtium portæ* aut *januæ* dicunt τὴν θύραν τοῦ πυλῶνος. vide Jud. 18. 16. 17. Ezech. 40. 12. & ſimpliciter השער, *portam* vertunt πυλῶνα ibid. & 1 Paral. 26. 13. uti & Lucas noſter infra verſ. 14. ea ſignificatione dicit, *non aperuit* τὸν πυλῶνα, *ſed intro currens annuntiavit ſtare Petrum*, πρὸ τοῦ πυλῶνος. ubi ſane januæ portæve notionem melius quadrare quam veſtibuli, res ipſa docet. quod cum Vulgato Syrus quoque hîc rectè animadvertit. Gloſſarium πυλών, *janua*. At inquies, ſi ſic accipiatur πυλών, quid hic differunt θύρα & πυλών? quod apud Hebræos פֶּתַח & שַׁעַר. quorum diſcrimen ſic Kimchi in libro Radicum tradit, ונקרא פתח מה שיש בין השער חוץ לדלתות כי הכל יקרא שער בין מבפנים בין מבחוץ עם הדלתות והאסקופה החיצונה כמו שהוא עם המזוזות והמשקוף נקרא פתח לפי שהוא נפתח תמיד אף בהסגר הדלתות הוא נשאר פתוח, id eſt, *Vocatur* פתח, *quicquid portæ eſt extra valvas. Porta enim*, id eſt, שער *vocatur, omne illud quod eſt introrſum & extrorſum, cum valvis & limine exteriori, quatenus illud junctum eſt poſtibus & limini ſuperiori. vocatur autem* פתח, *quia ſemper patet, etiam clauſis valvis illud patens relinquitur*. θύρα autem eſt à Chaldaico תרע, quod tam pro פתח quam pro שער promiſcuè uſurpatur.

V ERS. 15. Μαίνῃ, *inſanis*. Syrus habet ܡܟܐܒܘ ܐܬܟܐܒܬܝ ܠܟܝ. Tremel. *omnino turbata es tibi*. Boder. in Reg. *terrore conturbata es*. in Pariſ. *turbando perturbaris tibi*. verto, *commovendo commotum eſt tibi*. id eſt, mota tibi mens eſt, ut ea tibi non conſtet. quod idem eſt atque, inſanis. Eſt mihi autem ܐܬܟܐܒܬܝ tertia præteriti fœminini generis, formæ ܟܐܒ ܠܝ, *dolet mihi*: ſed cum Jod proſthetico, quod quamvis raro huic perſonæ addatur, addi tamen poteſt. ſicut è contra, tertiæ futuri ܢܬܟܐܒܘܢ adeſt plerumque illud Jod, ſed abeſſe poteſt, & non raro abeſt. alioqui in ſecunda præteriti fœminina dicendum fuerat ܐܬܟܐܒܬܝ una tantum vocali. In benoni dicendum fuerat ܡܬܟܐܒܬܝ per uſitatam contractionem pro ܐܢܬܝ ܡܬܟܐܒܐ. Æthiopicus legit per interrogationem, *inſanis ne?*

V ERS. 21. Τακτῇ δὲ ἡμέρᾳ. Vulgatus, Eraſmus & Beza, *ſtatuto autem die*. fortaſſe feſtus aliquis dies intelligitur ab ipſo Deo ſtatutus, & conventui publico deſtinatus, qui מועד Hebræis dicitur, à יעד, *tempus locumque indicere & ſtatuere*, quod per τάσσεσθαι interpretantur LXX Exod. 29. 43. 2. Reg. 20. 5. ut & מועד, χρόνον τακτὸν, Job. 12. 5. ita Syrus verti poteſt ܒܝܘܡܐ ܡܝܩܪܐ, *die celebri* vel *ſolenni*. quomodo etiam ἡμέραν εὔκαιρον interpretatus eſt Marc. 6. 21. ita Sacra ſolennitas intelligeretur, quæ in magna populi frequentia dicendi publicè occaſionem Herodi dedit. nec obſtat, quod ſacro feſto repugnare videatur, quod pro tribunali conſediſſe rex dicatur. Lege Rabbi Mikotſi ad præceptum negativum 75. ubi opera quæ in מועדים licita ſunt recenſet, videbis expreſſe dici, דנין דיני נפשות ודיני ממונות במועד, *Aguntur judicia capitalia & pecuniaria in ſolennitate*. מועדים autem eſſe dicit, ſeptimum diem poſt panes fermentatos, qui עצרת vocatur, item novilunia, feſtum dedicationis, & Purim. Moneo tamen, Tremellium non malè ܒܝܘܡܐ ܝܕܝܥܐ vertiſſe, *certo die*, id eſt, ſimpliciter *quodam die*. ea enim phraſi Syros uti, quum innominatus quidam dies deſignatur, patet ex Act. 16. 12. ubi pro ἡμέρας τινάς Syrus dixit ܝܘܡܬܐ ܝܕܝܥܐ, *diebus notis, certis*, id eſt, quibuſdam. Sic quoque τακτῇ ἡμέρᾳ hic accipi poteſt,

test, sive enim *statuto die* dicas, sive *certo* idem dicis. ut non necesse sit celebriorem aliquem diem intelligere, qui edicto sit præstitutus, sed certum aliquem, qui quamvis non nominetur, suum tamen in reliquorum dierum serie habuerit ordinem, atque in eo reperiri queat. nec aliud voluit Arabs quum dixit في يوم معلوم, *die noto*, id est, certo. Clarissime autem Æthiopicus אחת עלת, *uno die*, id est, uno quodam die.

VERS. 25. Πληρώσαντες τὴν διακονίαν· *quum explevissent ministerium*. Syrus, Arabs & Æthiopicus addunt *suum*, id est, officium sibi demandatum, deferendi Hierosolymam eleemosynas inter gentes collectas. Existimo tamen ut supra c. 11. 29. ita & hic per διακονίαν intelligi posse subsidium, seu id quod gentes subministrarant, ut sensus sit, *quum complevissent*, id est, plenè tradidissent, *subministrationem*, id est, subministratas à gentibus eleemosynas. qualis est phrasis 1 Sam. 18. v. 27. וַיְמַלְאוּם לַמֶּלֶךְ LXX καὶ ἐπλήρωσεν αὐτὰς τῷ βασιλεῖ, & *complevit ea regi*, id est, plene regi injuncta præputia tradidit.

CAP. XIII.

VERS. 1. Μαναήν. Sic & Arabs منايين, *Manian*. at Syrus ܡܢܐܝܠ, *Manail*. non mirum. Nun enim & Lamed literæ linguales, adeoque ejusdem organi, facile permutantur. hinc in Hebræa lingua idem est נִשְׁכָּה & לִשְׁכָּה, *cubiculum*. in plur. נְשָׁכוֹת & לְשָׁכוֹת, *cubicula*. In Targum נִדְנָה & לִדְנָה, *vagina*. pro Hebræo צלם, *imago*, *idolum*, Arabes dicunt צנם. pro Hebræo נתן, *dedit*, Syri נתל in futuro *dabit*. Hinc & apud Danielem & Esdram sunt נֶהֱוֵין. נֶהֱוֹן. נֶהֱוָא pro לֶהֱוֵין. לֶהֱוֹן pro לֶהֱוֵא pro de quo in Notis nostris ad Esdr. 4. 12. pluribus agemus, divino aspirante numine. dubito itaque an rectè Cl. Drusius *Manahen* emendaverit in *Manahem*, ut sit Hebræum מְנַחֵם, *consolator*. omnia enim exemplaria conspirant in Nun finale. quod si, ex sententia Syri, pro Lamed positum dicamus, מָנָאֵל valet *quid est Deus?* Æthiopicus scribit מְנָחֵי, quod in Benoni Piel à נחה, *duxit*, posset significare *ducem*, *ductorem*. Græcè μαναή. & addito Nun μαναήν, ut pro שלומה, σαλωμών, & alia plura. Porro σύντροφος Ἡρώδου vertit Syrus ܒܪ ܡܪ̈ܒܝܢܘܬܗ ܕܗܪܘܕܣ. Tremel. *Filius educationum Herodis*. Boderianus in Parisiensi, *Filius educationis*. Malim *educatorum*, vel *nutritiorum Herodis*. concreta enim vox est, non abstracta, derivata à participio secundæ conjugationis ܡܪܒܝܐ, educans, forma emphatica ܡܪܒܝܢܐ, unde nomen ܡܪܒܝܢܐ, *educator*. estque *filius educatorum Herodis*, qui sub iisdem cum Herode fuit educatoribus. ubi observandum, ܒܪ, *filium* in compositione apud Syros consortium sæpe & communionem designare. sic ܒܢܝ ܡܕܝܢܬܐ ܕܩܕܝܫܐ, *filii civitatis sanctorum*, id est, concives sanctorum, Eph. 2. 19. ܒܢܝ ܢܝܪܐ, *filii jugi*, id est, ejusdem jugi participes. 2 Cor. 6. 14. ܒܢܝ ܫܢ̈ܝ, *filii annorum meorum*, id est, coætanei mei, Gal. 1. 14.

VERS. 2. Εἰς τὸ ἔργον ὃ προσκέκλημαι αὐτούς. Nihil necesse videtur repetere εἰς ante ὃ, ut plena sit constructio. plena omnino est, quia ὃ regitur à sequente πρὸς, resolvique potest in πρὸς ὃ κέκλημαι αὐτούς. sicut infra vers. 31. τοῖς συναναβᾶσιν αὐτῷ, pro τοῖς ἀναβᾶσιν σὺν αὐτῷ.

VERS. 6. ܕܫܡܗ ܗܘܐ ܒܪ ܫܘܡܐ, *Cujus nomen erat Bar Suma*. Boder. explicat, *filius nominis*. à Chaldaico שום pro Hebr. שם, *nomen*. at Syri Vau illud eo sensu non adhibent, dicunt enim ܫܡ vel ܫܡܐ, *nomen*. Junius ergo maluit vertere, *filius tumoris vel inflationis*, qui enunciandis suis divinationibus intumescit, tanquam si è ventre creparet oracula, ἐγγαστρίμυθος. certum est ܫܘܡܐ Syris esse *cicatricem*, *livorem*, *vibicem*. item *ulcus*, *plagam tumentem*. ut & in Targ. שׁוּמָא *macula*, *nota*, *tumor*. In Græco est Βαριησοῦς. id credit Junius esse à Syro ישו quod scientiam veram denotet: adeoque esse filium scientiæ, divinum, divina quadam scientia præditum. Unde id habeat nescio. nusquam enim apud Syros nec ישו, nec affine aliquid reperio, quod veram scientiam denotet. apud Hebræos à verbo substantivo יש fit nomen תושיה, quod interdum veram ac realem sapientiam & prudentiam designat, sed id neque Syriacum est,

est, neque huc facit. quid si ex Arabica lingua derivetur? vertitur hoc loco ab Arabe بار ياسوس, بار, באר יאשוש. ubi primo observandum, alterius plane originis & significationis hoc loco esse Ἰησῦς, quam quum de Servatore dicitur. tum enim Arabs scribit يسوع, ישוע. deinde quum Interpres scripsit יאשוש, reliquisse eum Jod quod erat in Ἰησῦς, quia nomen proprium hîc est. alioqui primam radicalem Jod mutari plerumque apud Arabes in Vau, quod & hîc faciendum. tertio وسوس, ושוש in Alcor. Sura ult. significare *suggessit*, *susurravit*, de diabolo dictum. & nomen ושואש, وسواس *instinctus*, *susurrus diaboli*. Ibid. unde & 2 Cor. 2. 11. pro οὐκ ἀγνοῦμεν τὰ νοήματα αὐτοῦ, Arabs dixit فانا نعرف وسواسه, *nos novimus instinctus ejus*, vel *suggestiones ejus*. Hinc idem verbum, in passivo nisi fallor, significat *insanire*, *furere*, ut scilicet solent qui dæmonis instinctu correpti vaticinantur. quare & apud Græcos ἀπὸ τῦ μαίνεσθαι à furendo dicitur μάντις vates. Sic Act. 26. 24. وسوس ponitur pro μαίνεσθαι. & وسواس pro μανία. mutato ergo solummodo Vau Arabum in Jod Syrorum & Græcorum, בר יאשוש, Βαρϊησῦς erit filius divini instinctus vel furoris, qui à dæmone correptus furit & vaticinatur. quod non tantum cum munere ejus rectè congruit (dixit enim Lucas fuisse μάγον ψευδοπροφήτην) sed & cum interpretatione Syriaca. erit enim idem fere quod בר שומא, *filius inflationis*, qui scilicet instinctu dæmonis inflatus, & ut supra dixit Junius, ἐγγαστρίμυθος factus, vaticinatur. scrupulum tamen movet, quod בר pro *filio* non sit Arabum, qui אבן dicunt. nec scripsit hîc בר, sed באר, quod *justum* denotat Arabibus. videtur ergo potius Arabs suo באר יאסוס ad literam expressisse Græcum Βαριησῦς. Aliunde ergo arcessenda videtur ejus notio. quid si sit Hebraicæ derivationis בר ישועה, Βαρϊησῦά, & exigua mutatione Βαρϊησῦς, *filius salutis*, qui salutis sanitatisque conferendæ artem profitetur? Sic Syriacum בר שומא, *filius ulcerum*, erit Medicus qui ulcerum curationem profitetur. שומא certe non inflationem tumoremve quemvis, sed eum qui cicatrium ulcerumque est, denotat. Æthiopicus scribit ברײשע. præstat ex lingua Hebræa vocis hujus etymon depromere, quia Magus iste dicitur *Judæus* fuisse.

VRES. 8. ܩܳܡ ܗ̱ܘܳܐ ܕܶܝܢ ܠܽܘܩܒܰܠܗܽܘܢ ܚܰܪܳܫܳܐ ܗܰܘ ܒܰܪ ܫܽܘܡܳܐ ܕܡܶܬܬܰܪܓܡ ܫܡܶܗ ܐܶܠܽܘܡܳܐ. *Resistebat autem ipsis ipse magus Bar-Schuma, cujus nomen exponitur Elumas.* Sentit Doctiss. Drusius, Ἐλύμας esse Arabicum עלים, علم, *sapiens*. quia id convenit cum interpretamento ejus μάγος. sic enim apud Persas sapientes dicebantur. confirmat eam sententiam Cl. Beza ex Arab. interpretatione Pentateuchi à R. Saadia facta, ubi pro Hebr. חרטום sit עלמא. Gen. 41. 8. Exod 8. 19. in quibus locis editio Cl. Erpenii, pro חרטמים habet سحارين, pro חכמים vero علما. עלמא. fateor tamen Exod. 7. 11. סחארין usurpari pro מכשפים, עלמא autem pro חכמים & חרטמים. quod quidem me adegit antehac ut crederem Ἐλύμας esse Arabum עלים, atque idem esse quod μάγος. prout ad Matth. 2. vers. 1. observavimus. sed jam rursus hæremus. quia Syrus non scribit per Ain sed per Aleph. ut & Arabs atque Æthiopicus, qui legunt الياس. præsertim vero, quia ex mente Syri Ἐλύμας non exponitur per μάγος, neque μάγος per Ἐλύμας. sed Ἐλύμας est interpretamentum nominis Βαρϊησῦς, seu ut Syrus vertit ברשומא. quod aperte Lucas indicat. dicit enim, ἀνθίστατο ἢ αὐτοῖς Ἐλύμας ὁ μάγος. οὕτω γὰρ μεθερμηνεύεται τὸ ὄνομα αὐτοῦ. at quodnam erat τὸ ὄνομα αὐτοῦ? Id vers. 6. dixit, ᾧ ὄνομα Βαρϊησῦς. ergo Βαρϊησῦς exponitur per Ἐλύμας. nec immerito rejicit Junius sententiam Tremellii, qui dictum vult quasi אלי מעץ, id est, *divinum consilium*. an ad verbum, *Deus meus consilium*? non videtur literis ac rei satis aptum. nec scio ubi מעץ pro עצה, *consilium* denotet. minus tamen placet Junii sententia, qui ab Arabico אלאם derivat, quod illis, inquit, est *mussitare*. utinam quam verbi formam intellexerit sciremus. non video enim cujus id conjugationis esse queat, nisi quartæ, à themate לאם, *reprehendit*, *culpavit*. quod hic plane est alienum. nobis potius Ἐλύμας videtur esse Hebræum vel Chaldæum חָלוּמָא, *sanator*, *curator*, à חלם, *sanare*, quo sensu non apud Hebræos tantum, sed & apud Syros frequenter obtinet. nec discrepat à בר ישועה, *filius salutis*, & בר שומא, *filius ulcerum*, de quibus supra vers. 6. nec insolens est, durissimæ aspirationis ח per E reddi. talia sunt חֲנוֹךְ, Ἐνώχ. חֶבְרוֹן, Ἑβρών. neque terminationem א in ας mutari. talia sunt תְּאֹמָא, Θωμᾶς. בַּרְנַבָּא, Βαρνάβᾶς. בַּרְאַבָּא, Βαραββᾶς. Etsi autem de etymo vocis μάγος in notis nostris, ad Matt. 2. 1. quædam diximus, quia tamen hîc rursus oc-

occurrit, non pigebit, quæ Rabbi David de Pomis in Lexico suo suggerit, addere. Radicem dat מְגַשׁ, quam exponit רָמַז, *innuit.* inde nomen אַמְגוּשְׁתָּא pro רֶמֶז, *nutus.* inde מָגוּשׁ pro מְכַשֵּׁף, *præstigiator*, לפי שהמגושים בשעה סעודתם שותקין ואין מוציאין דבר בפיהם אלא מוציאין קול שאינו מחותך בנעימות והנעימות בלבן id est, *quia magi ubi cibum capiunt, silent neque quicquam ore proferunt, præter vocem nulla elegantia distinctam, quæ tota in corde ipsorum est.* sit penes authorem fides. Fuit sane Magorum genus Judæis apprime invisum. unde lex apud ipsos הלומד דבר מן המגוש חייב מיתא, *qui discit quicquam à Mago, reus est mortis.*

VERS. 10. Οὐ παύσῃ διαστρέφων τὰς ὁδοὺς Κυρίου τὰς εὐθείας. Manifestum est διαστρέφειν opponi τῷ εὐθείας ποιεῖν. At ut Joan. 1. v. 23. non laudavimus εὐθύνειν vel εὐθείας ποιεῖν verti *complanare*, ita hîc non videtur nobis διαστρέφειν rectè accipi pro suffodere viam, ut iter non sit pervium. viæ planæ, λεῖαι dicuntur Luc. 3. 5. בִּקְעָה Esa. 40. 4. cui opponuntur αἱ τραχεῖαι, *asperæ, salebrosæ*, רְכָסִים Prophetæ, quasi *elevata* dicas, quales sunt viæ suffossæ. at εὐθεῖαι מישור dicuntur, id est, *rectitudo*, cui opponitur ibidem עָקוֹב, *tortuosum*, *deflexum*, τὰ σκολιὰ apud Lucam. ergo διαστρέφειν τὰς ὁδοὺς hîc est σκολιὰς ποιεῖν. sensus est, cur tu vias Domini rectas, quæ ambages nullas, nullos curvitatum flexus habent, à rectitudine pervertis, tortuosas reddis, & fraudibus tuis in varios anfractus deflectis? Syrus rectè vertit ܠܡܥܩܡܘ, *torquere, detorquere*, ea enim propria est vocis significatio. quo sensu & γενεὰ διεστραμμένη à Syro redditur ܕܪܐ ܡܥܩܡܐ, *gens detorta, tortuosa.* Belgicè **een verdraeyt geslachte.** Velim ergo hîc transferre, *an non cessabis divertere vias Domini rectas?* id est, in diversum vertere, ut à rectitudine sua aliorsum deflectant. sicut supra v. 8. ζητῶν διαστρέψαι τὸν ἀνθύπατον ἀπὸ τῆς πίστεως, *quærens divertere proprætorem à fide.* ubi & Syrus ܕܢܥܩܡܘܢܗܝ *detorquere.* ut & Tit. 3. 11. ἐξέστραπται ὁ τοιοῦτος vertit ܡܥܩܡ ܗܘ, *detortus est.*

VERS. 14. Τῇ ἡμέρᾳ τῶν σαββάτων, pro τοῦ σαββάτου. σάββατα enim in plurali, significatione singulari dicere in more est Euangelistis ex usu LXX Interpretum, qui Exod. 20. 10. *Die septimo erit* שַׁבָּת *sabbathum Domino Deo tuo*, dixerunt σάββατα Κυρίῳ. & sic passim.

VERS. 15. *Post lectionem legis & Prophetarum.* Notum est Veteris Testamenti libros in tres classes fuisse dispertitos, in תורה נביאים וכתובים, *Legem, Prophetas, & Hagiographa.* Harum tertia in publicis cœtibus ordinariè non legebatur. Lex & Prophetæ legebantur, divisis in eum finem libris legis in 54. sectiones, quæ פרשיות dicuntur, lectaque singulis septimanis sectione una (nisi quod bis duas minores conjungunt) quotanis legem absolvunt. His totidem selectæ hinc inde ex Prophetis sectiones respondent, quæ הפטרות dicuntur. de quibus vide Eliam in Thisbi in voce פטר. ubi Prophetarum lectionem post Antiochi demum Epiphanis tempora, quum legis lectio palam & severè esset interdicta, ortam docet. retentam vero deinceps. Causam autem, cur sermones prophetici non vocentur דברי תורה, *verba legis*, sed solis libris Mosis ea appellatio competat, assignat author הליכות עולם, quia libri Mosis dati sunt omnibus seculis: At Prophetarum sermones sunt דברי הקבלה. quia quamque prophetiam acceperunt à Spiritu S. secundum temporis necessitatem, aut seculi istius, aut alicujus facti. quod non omnino est spernendum.

IBID. *Miserunt ad eos* οἱ ἀρχισυνάγωγοι *præfecti synagogæ.* ineptè hic habet Æthiopicus ליקן כהנאת, id est, οἱ ἀρχιερεῖς pro מנבת מכורב. sic enim præfectos synagogæ alibi vocat.

VERS. 17. Ἐν τῇ παροικίᾳ ἐν γῇ Αἰγύπτου. Hebraicè בהותם תושבים בארץ מצרים. quum non essent אורחים, *indigenæ*, sed accolæ tantum & inquilini μετὰ βραχίονος ὑψηλοῦ. id Exod. 14. 7. dicitur ביד רמה, ἐν χειρὶ ὑψηλῇ.

VERS. 18. ܘܬܪܣܝ ܐܢܘܢ, *& nutrivit eos.* In Græco est, καὶ ἐτροποφόρησεν αὐτοὺς. ad quam vocem D. Drusius annotat ex Hezychio ἐτροποφόρησεν, ἔτρεψεν. lapsus est. nam apud Hezych. scribitur ἐτροφοφόρησε. atque ita textum Lucæ à Syro lectum probabiliter admodum conjectet doctiss. Beza. addo quoque ab Arabe, qui similiter vertit, ثم عالهم في البرية, *deinde nutrivit eos in deserto.* male Junius, quique eum secutus est Beza *duxit.* عال enim non *duxit*, sed *nutrivit* denotat. Æthiopicus quoque habet ששיומו, *aluit eos.* quod si legatur ἐτροφοφόρησε. (quæ vox educandi significatione extat, 2 Mach. 7. 27. quasi dicas τροφοφ

τροφὸν φέρειν cibum adferre, vel ἤγουν τοῦ τροφοῦ φέρειν inſtar nutricis geſtare) rectè obſervavit doct. Beza reſpici illud Moſis Num. 11. 12. כַּאֲשֶׁר יִשָּׂא הָאֹמֵן אֶת הַיֹּנֵק. *ſicut portabit nutricius ſugentem.* At ἐτροποφόρησε petitum eſt ex Deut. 1. 31. ubi נשאך יהוה אלהיך כאשר ישא איש את בנו, *tulit te Dominus Deus tuus, ſicut ferret vir filium ſuum*, LXX verterunt ἐτροποφόρησέ σε κύριος ὁ Θεός σου, ὡς εἴτις τροποφορήσαι ἄνθρωπος τὸν υἱόν.

Vers 20. Καὶ μετὰ ταῦτα ὡς ἔτεσι τετρακοσίοις καὶ πεντήκοντα ἔδωκε κριτὰς ἕως Σαμουήλ. omnino aſſentior iis, qui hic annos, quibus rexerunt judices, ſupputari nolunt (ſic enim annos hoſce 450 cum 480 qui ab exitu ex Ægypto ad templi Salomonici initium effluxiſſe dicuntur 1 Reg. 6. 5. conciliare impoſſibile videtur) ſed qui à nato Iſaaco uſque ad Judices fluxere. quaſi ſcriptum ſit, καὶ μετὰ ταῦτα ὡς ἔτεσι τετρακοσίοις καὶ πεντήκοντα πραχθέντα, ἔδωκε κριτάς. ut non quamdiu rexerint Judices, ſed quando eos Deus dederit: nempe poſt ea quæ v. 17. 18. 19. narrata fuerant, quæ 450 circiter annis geſta fuere. convenit computus. Nam à nato Iſaaco ad natum Jacobum ſunt 60 anni. inde ad introitum in Ægyptum, 130. inde ad exitum, 210. inde ad introitum in terram Canaan, 40. inde ad diſtributionem terræ, anni 7. qui ſimul faciunt 447 annos, id eſt, circiter 450. deſunt enim ſolummodo tres. Rectè autem ad nati Iſaaci tempus refertur illud verſus 17, *elegit Deus patres noſtros.* tum enim Deus, qui jam Abrahamum elegerat ex omnibus terræ populis, ex omnibus Abrahami liberis elegit Iſaacum, in cujus familia fœdus conſiſteret, dicens, *in Iſaaco vocabitur ſemen tuum.* Quia autem Cl. Junius novam hic ex Arabica tranſlatione ſententiam adfert, viſum nobis eſt, ſincerè Arabem & verbotenus reddere. ſic is habet, v. 20. *Et dedit ipſis Iudices 450 annis ad Samuelem Prophetam.* verſ. 21. *Tum petierunt regem, deditque ipſis Deus Saulem filium Kis virum è tribu Benjamin, 40 annis* verſ. 22. *Deinde amovit eum, & poſt eum ſuſcitavit ipſis Davidem regem*, &c. quæ ut cum Syro plane conveniunt, ita à Junii & interpretatione & quam inde eruit ſententia longe ſunt aliena. Sententiam ejus, qui vult, videat in Actis Apoſtolicis ex Arabica tranſlatione Latine ab ipſo redditis.

Vers. 24. Πρὸ προσώπου τῆς εἰσόδου αὐτοῦ. Vulgatus & Eraſ. ad verbum *ante faciem adventus ejus.* Beza, *coram eo jam adventante.* Arabs بين يديه في مدخله. *inter manus ejus* (id eſt, coram eo. ſic enim loquuntur paſſim Arabes) *in adventu ejus.* Syrus ſimpliciter ܩܕܡ ܡܐܬܝܬܗ, *ante adventum ejus.* quod rectum eſt, modo *ante* non ad tempus referatur (ſic enim cæteris etiam prophetis, quantumvis à Chriſto remotis, id tribui poſſe, rectè ſenſit doctiſſ. Beza) ſed ad locum ſitumve. quæ ambiguitas quoque eſt in Hebræo לפני בואו. verti enim poteſt, vel *antequam veniret.* vel *coram adventu ejus.* Ambiguitatem eam non habet πρὸ προσώπου τῆς εἰσόδου αὐτοῦ. id enim, ut rectè loquitur Cl. Beza, non tam præcedens tempus declarat, quam præſentiam illius, cui aliquis præeat, quique jam in adventu eſt. imo nequaquam præcedens tempus declarat. eſt enim πρὸ προσώπου, *in conſpectu ipſius rei*, ita ſitæ, ut faciem ſuam veluti obvertat nobis. ſenſus itaque eſt, prædicaſſe quidem Johannem paulo ante Chriſtum, ſed tamen quum jam adeſſet Chriſtus, adventuſque ejus homines jam reſpiceret, faciemque ſuam ipſis obverteret. habent ergo ipſa verba textus, etiam Latinè κατὰ πόδα reddita, miram quandam emphaſin, quæ obſcuritatem, ſi qua in iis eſt, facile compenſat. ſic Num. 19. 4. וְהִזָּה אֶל נֹכַח פְּנֵי אֹהֶל מוֹעֵד, LXX καὶ ῥανεῖ ἀπέναντι τοῦ προσώπου τῆς σκηνῆς τοῦ μαρτυρίου. ſufficiebat אֶל נֹכַח אֹהֶל, *ante tabernaculum.* ſed emphaſin inſignem habet, *ante faciem tabernaculi*, id eſt, ſic conſtitutus ante tabernaculum, ut id eum quaſi reſpiciat faciemque ei obvertat.

Vers. 27. Τοῦτον ἀγνοήσαντες Beza, *quum hunc ignorarent.* incertum eſt, ad perſonamne Chriſti referat, de qua verſ. 25. an ad λόγον σωτηρίας, de quo verſ. 26. vertit enim maſculino genere, *ſermonem ſalutis.* At Vulgatus neutro genere, *verbum ſalutis.* quum ergo hic dixit, *hunc ignorantes*, certum eſt, eum τοῦτον non ad λόγον, ſed ad perſonam Chriſti retuliſſe. Contra Syrus ad λόγον. vertit enim τοῦτον fœminino genere, ob ܡܠܬܐ *verbum*, quod fœmineum ſexum ſequitur. ἀγνοήσαντες autem vertit ܠܐ ܪܓܫܘ ܒܗ. Boderianus, *non conſenſerunt ei.* Tremel. rectius, *non ſenſerunt eum ſermonem.* ܪܓܫ propriè eſt *ſenſit.* deinde experimento quaſi per ſenſum cognovit, certam alicujus rei notitiam habuit. ut Marc. 5. 29. ܘܪܓܫܬ ܒܦܓܪܗ, ἔγνω

τῷ σώματι. Actor. 5. v. 2. ܟܕ ܝܕܥܐ ܗܘܬ ܐܢܬܬܗ, συνειδυίας τῆς γυναικὸς αὐτοῦ, *quum & ipsa cognitionem rei haberet*. Hebr. 13. 2. *Quidam Angelos hospitio exceperunt* ܟܕ ܠܐ ܝܕܥܝܢ, *inscii*, *nescientes*. 1 Joan. 2. 3. ܒܗܕܐ ܡܬܝܕܥܝܢܢ, ἐν τούτῳ γινώσκομεν. ita & hoc loco, τοῦτον ἀγνοήσαντες vertit ܠܐ ܐܦ ܝܕܥܘ ܒܗ non *cognoverunt illud* verbum, id est, non habuerunt ejus veram & experimentalem cognitionem, sic ut conscii sibi fuissent veritatis, ejusque vim in animis sensissent. Sequitur, καὶ τὰς φωνὰς τῶν προφητῶν τὰς κατὰ πᾶν σάββατον ἀναγινωσκομένας, κρίναντες ἐπλήρωσαν. Syrus, Arabs, & Beza, καὶ τὰς φωνὰς construunt cum ἀγνοήσαντες, satis commodè. possis tamen etiam cum ἐπλήρωσαν construere, si modo καὶ vertas *etiam*, hoc modo: *Qui enim habitabant Hierosolymis & primores eorum, quum hunc ignorarent, etiam voces Prophetarum* &c. *judicando* (vel damnando) *impleverunt*. & inducor, ut τοῦτον rectius ad personam, quam ad sermonem referri credam, quia κρίναντες eo quoque referri debet.

Vers. 32. *Et nos vobis euangelizamus eam promissionem quæ patribus facta est*, ὅτι ταύτην ὁ Θεὸς ἐκπεπλήρωκε τοῖς τέκνοις αὐτῶν ἡμῖν. Erasmus, Beza & Syrus ὅτι accipiunt ἐξηγητικῶς, *quod expleverit*, vel *explevisse eam Deum* &c. Vulgatus αἰτιολογικῶς, *quoniam hanc Deus adimplevit*. etsi fortassis & illud *quoniam*, ex peculiari huic interpreti usu ἐξηγητικῶς accipi queat. Potest autem ὅτι non ineptè ita sumi, ut causam reddat Paulus, cur promissionem patribus factam ipse ipsis jam annunciet, quia, inquit, Deus jam eam nobis, qui patrum filii sumus, explevit. tempus itaque suadet & urget, ut quod explevit nobis, nos vobis annunciemus. τοῖς τέκνοις αὐτῶν ἡμῖν, Syrus transposuit ἡμῖν τοῖς τέκνοις αὐτῶν, ne necesse sit particulam exegeticam *nempe* aut *scilicet* aut *id est* inserere. quod fecerunt Erasmus & Beza, *filiis illorum*, id est, *nobis*. planius est, *nobis filiis illorum*.

Vers. 33. Ὡς καὶ ἐν τῷ Ψαλμῷ τῷ δευτέρῳ γέγραπται. Syrus, Arabs & Æthiopicus legerunt quoque τῷ δευτέρῳ. Vide porro notas Cl. Bezæ. ubi quum mentio fiat Davidis Kimchii, visum est Commentarium ejus in Psalmi istius initium adferre, & quia non rectè à doct. Paulo Fagio translatus est, accuratius interpretari. sic ait magister, זה המזמור הוא מזמור שני וכן מצאנו אותו בכל הספרים המדויקים שהוא ראש מזמור ובחשבון כותבין אותו שני, id est, *Hic psalmus est psalmus secundus. & sic reperimus eum in omnibus correctis libris, quod nempe sit caput Psalmi. atque in supputatione scribunt eum secundum*. Cave שהוא ראש מזמור vertas, *quod sit caput Psalmorum*. Sic enim non tantum ad primum pertineret, sed & primi initium faceret. quum contra mens magistri sit, ex correctissimis exemplaribus probare, hunc Psalmum secundum esse. Mens ergo istorum verborum est, correctissima exemplaria non exhibere hæc verba למה רגשו גוים tanquam uno tenore annexa Psalmo primo, sed tanquam separata, & ראש מזמור caput psalmi, id est, novi psalmi initium constituentia. quæ libenter huc attulimus, quia usitatam in hoc Actorum loco lectionem approbant & firmant. Addit quidem Magister, quosdam Magistros dicere, *Beatus vir* &c. *& quare fremuerunt gentes*, psalmum unum esse. idque quia quotiescunque David sectionem aliquam charam habuerit, inchoavit eam ab אשרי, *beatus*, & finiverit per אשרי, *beatus*. verum refragantur emendatissimi libri, & ratio ea verè frivola est, nec perpetua. vide Psalmos 32. 112. 119. qui incipiunt ab אשרי, sed sic non desinunt. Locus qui ex Psal 2. citatur. est, *Tu es filius meus, ego hodiè genui te*. Christum non ex æterna è Patre generatione, sed ex novæ per resurrectionem vitæ collatione, filium Dei vocari, resurrectionis tempore genitum, ex isto loco colligunt divinitatis Christi hostes. Enervant argumentum viri magni, quod quamvis *ego hodie genui te* referatur ab Apostolo ad resurrectionem, non tamen recens Christi generatio, sed æternæ generationis manifestatio, per resurrectionem facta, de qua Rom. 1. 4. indicetur. prout passim fieri gignique in scriptura dicuntur, quæ esse manifestantur. vide Prov. 17. 17. ut sensus sit, ego hodie per resurrectionem manifestavi, te filium meum esse, ex me genitum. Nescio autem an opus sit admittere, Apostolum ex *Hodie genui te* voluisse resurrectionem colligere. Malo ea verba, ut apud Prophetam, sic apud Apostolum & hic & Heb. 1. 5. referre ad divinitatem Christi, æternamque ejus generationem. mentemque Apostoli non esse, ex iis verbis inferre resurrectionem, sed proferre promissionem patribus factam, & ex resurrectione impletionem ejus demonstrare. Sic enim v. præcedenti dixerat, se Euangelizare ipsis, Deum promissionem patribus factam implevisse, quum Jesum suscita-

citavit. quæ est illa promissio? patet ex Ps. 2. ubi Deus Ecclesiæ promittit, fore ut talem super eam regem ungat, qui filius suus esset, hodie (id est, ab æterno in æternum: nam apud Deum perpetuum est hodie) ex se genitus. Id jam, inquit Apostolus, Deus nobis præstitit in Jesu Christo. patet ex ejus resurrectione, quæ irrefragabile est æternæ ejus filiationis documentum. quia enim filius Dei erat, cujus generatio æternum haberet hodie, impossibile fuit eum à morte detineri. mortis itaque dolores cum solvit, palam fecit jam missum esse istum promissum filium, ab æterno genitum, qui regnum Ecclesiæ occuparet. Non ergo ea proprie verba spectat Apostolus, *ego hodie genui te*, quasi iis resurrectio contineretur, & *hodie* diem resurrectionis denotaret, sed ex toto loco infert Apostolus, promissum fuisse patribus Messiam, qui filius Dei esset, de quo jam Davidis tempore dixerit Deus, ego hodie genui te. quique adeo æternæ generationis existens, mortis dominio subjici non potuerit. hoc, inquit, implevit Deus, quum Jesum hunc dedit quem è mortuis suscitavit. Quod autem ipsam etiam resurrectionem Messiæ prædixerit Deus, pergit probare v. 34 & 35. quos propterea hac præfatione inchoat, ὅτι δὲ ἀνέστησεν αὐτὸν ἐκ νεκρῶν. Unde liquet, eum v. 33. non tam resurrectionem ipsam, quam ex resurrectione jam factâ promissionis Psalmo secundo factæ impletionem probare voluisse. siquidem promissio ea talis erat, ut quamvis resurrectionem Messiæ verbis non exprimeret, ex rei tamen necessitate & consequentia eam in se contineret, siquidem impossibile esset filium Dei, ab æternum ex ipso genitum, mortuum non resurgere. Argumentum ergo Apostoli, ni fallor, tale est. Qui mortem devincendo ostensurus se esset filium Dei, hodie id est ab æterno in æternum è Deo genitum, is debebat esse rex Ecclesiæ. patet ex Ps. 2. At hic Iesus quem prædicamus, is est qui mortem devincendo ostendit se esse filium Dei &c. Ergo is est promissus rex Ecclesiæ.

VERS. 34. Dabo vobis τὰ ὅσια Δαβὶδ τὰ πιστά. Nihil habeo addendum ad ea quæ Calvinus, Beza, Drusius aliique ad hæc verba annotarunt. Nisi quod חַסְדֵי דָוִד, quod Esa. 55. 3. LXX verterunt τὰ ὅσια Δαβίδ, 2 Par. 6. 42. verterint τὰ ἐλέη Δαβίδ. idem ergo τὰ ὅσια & τὰ ἐλέη. intelliguntur utrobique gratuitæ Dei promissiones Davidi factæ. pro quibus τὰ ὅσια dixisse Helenistas non mirabitur, qui noverit eos Deum etiam, quum חסיד, *benignum* dicere volunt, ὅσιον dicere, Ps. 18. 28. & חֶסֶד, *benignitatem* promiscuè per ἔλεος & δικαιοσύνην reddere. & nequis aliud eos ibi per δικαιοσύνην intelligere autumet, quam per ἔλεος, ipsum etiam צדקה quod propriè δικαιοσύνην denotat, per ἔλεος & ἐλεημοσύνην reddunt frequenter. sicut & apud Arabes بر *justitia*, frequens est pro *beneficentia*. idem ergo ex Helenistarum usu τὰ ὅσια, τὰ δίκαια, & τὰ ἐλέη. quod quum nec Apostolus nec alii linguæ Hellenisticæ assueti ignorarint, rectè hic Paulum LXX Interpretum verba retinuisse malim asserere, quam cum incomparabili viro Joh. Calvino dicere, eum id rudibus & infirmis concessisse, qui Græcæ lectioni magis assueti essent. At quomodo ex *Dabo vobis sancta David fidelia*, colligit Apostolus resurrectionem Christi, & vitam ejus nulli amplius corruptioni obnoxiam? Ipse Apostolus altero, quem ex Ps. 16. citat, loco priorem firmat & explicat. quum enim τὰ ὅσια Δαβίδ sint benignæ Dei promissiones Davidi factæ, Davidi autem promissum esset, ut ex semine ejus oriretur Messias, qui tanquam Sanctus Dei non videret corruptionem, rectè colligit Apostolus, non potuisse Deum sancta Davidis fidelia dare, quin & sancto suo, Davidi promisso, incorruptibilem per resurrectionem vitam largiretur. Deprecor autem veniam, ne quis vitio vertat, si occasione vocis πιστά addam hic, quamvis non suo loco, quædam quæ Commentario nostro in Marc. 14. 3. ubi de νάρδου πιστικῆς egimus, addi velim. Abulfeda præstantissimus Arabum Geographus tradit, بست *Bist* sive *Pist* (pro *p* enim Arabes semper *b* usurpant) esse urbem Metropolim Caramaniæ cis Indum fluvium. At Jakutus Hamawæus dicit esse ex regione Cabul in ipsa India. ex qua regione pleraque aromata Indica peti, & ipse testatur, & usus seculi nostri docet. Ptolomæus eodem ubi hodie Cabul est loco habet Pisca. quod procul dubio legendum Pista. Inde *Nardus Pistica*, id est, Indica ex urbe Pista in regione Cabul ubi optima nascitur, & unde plurima affertur. atque ita laudandus Interpres Æthiopicus Johan. 12. 3. ubi pro nomine proprio id habens vertit נרדו פשטקש. etsi Marc 14. 3. reddiderit נרדו קדו, *Nardi optimæ*.

VERS. 41. Ἴδετε οἱ καταφρονηταί. Desumtus locus ex Habac. 1. 5. ubi legitur רְאוּ בַגּוֹיִם, *aspicite Gentes*. Rectè conjiciunt viri eruditi, LXX Interpretes legisse בֹּגְדִים, errore orto ex affinitate literarum ו & ד. solent enim בגדים alibi vertere καταφρονητάς. ut & verbum בגד καταφρονεῖν. Non est autem quod turbetur quisquam,

quam, quod errorem hunc non emendaverit Euangelista noster. etsi enim in verbis, in re tamen ipsa nullus error, nulla varietas. ubi quidem Apostoli receptam in Ecclesiis Græci textus lectionem mutare, nec operæ precium, nec utile duxere. Nullum autem hic esse sensus errorem, ex ipsa Prophetæ mente liquet. quum enim Gentes aspicere jubet, καταφρονητὰς facit Judæos, eosque aperti contemtus arguit, quod ad Gentium scholam ablegari, & à Gentibus discere mererentur, qui ex Sacro ipsius Dei ore discere hactenus recusarant, & fidelem sedulamque Prophetarum operam flocci fecerant. Hoc dico, contemtores arguuntur Judæi, quum Gentes magistros aspicere jubentur. Sensus itaque rectè constat, imo mentem Prophetæ quasi per commentarium explicat. Sequitur, *& admiramini*, καὶ ἀφανίσθητε, Vulgatus, *& disperdimini*. Syrus ܘܬܬܚܒܠܘܢ, *& corrumpamini*. Arabs omittit. Erasmus & Beza, *& evanescite*. LXX usi sunt pro וְתִמָּהוּ, *& stupescite*. Est & alibi, ubi pro stupore, terrore & desolatione animi verbo hoc usi sunt. ut Oseæ 5. 15. *Ibo & revertar in locum meum*, ἕως οὗ ἀφανισθήσονται καὶ ζητήσουσι τὸ πρόσωπόν μου, *donec mente desolati quærant faciem meam*. Ezech. 12. 19. τὸ ὕδωρ αὐτῶν μετὰ ἀφανισμοῦ πίονται, *aquam suam cum stupore bibent*. Sensus ergo est, stupescite animo, sic ut mens vobis ac consilia pereant atque evanescant.

VERS. 42. Ut Vulgatus Latinus legit, sic Syrus quoque & Arabs. item Chrysostomus. Apud Æthiopicum versus hic sic habet, *& rogarunt ut loquerentur sibi hoc verbum sequenti Sabbatho.* tum versus 43. *Quumque exivissent è synagoga, secuti sunt eos multi Judæi* &c. quæ lectio etsi facilis sit & expedita, nulla tamen nititur authoritate.

IBID. Εἰς τὸ μεταξὺ σάββατον. Beza vertit, *intra sequens Sabbathum*, id est, profestis diebus inter duo sabbatha intercedentibus. quod & Scaliger de Emend. temporum sensit, qui legendum putabat ἐν τῷ μεταξὺ σαββάτων. Sed rectè illud in spicilegio suo confutat doctiss. Lud. Capellus, ac nodum solvit ex Josepho de bello Judaico l. 6. c. 6. ubi μεταξὺ pro μετέπειτα. *post* usurpatur. dicit enim Δαβὶδ τε καὶ Σολομῶντος, ἔτι δὲ τῶν μεταξὺ τούτων βασιλέων, hoc est, τῶν μετὰ τούτους βασιλέων, *qui hos secuti sunt reges*. nulli enim inter Davidem & Salomonem fuerunt, sed multi secuti sunt reges. Itaque & εἰς τὸ μεταξὺ σάββατον recta est locutio, & Syrus, Arabs, Æthiopicus, Vulgatus atque Erasmus rectè interpretati sunt *sequente Sabbatho*, ut idem sit quod vers. 44. ἐρχομένῳ σαββάτῳ. Addo Josepho Clementis Romani locum ex Epistola ejus ad Corinthios, nuper admodum è Magnæ Britanniæ Regis Bibliotheca à doctiss. viro Patricio Junio edita, qui sic habet, Καὶ οἱ ἀπόστολοι ἡμῶν ἔγνωσαν διὰ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὅτι ἔρις ἔσται ἐπὶ τοῦ ὀνόματος τῆς ἐπισκοπῆς, διὰ ταύτην οὖν τὴν αἰτίαν πρόγνωσιν εἰληφότες τελείαν, κατέστησαν τοὺς προειρημένους, καὶ μεταξὺ ἐπινομὴν δεδώκασιν, ὅπως ἐὰν κοιμηθῶσιν, διαδέξωνται ἕτεροι δεδοκιμασμένοι ἄνδρες τὴν λειτουργίαν αὐτῶν. id est, *Et Apostoli nostri cognoverunt per Dominum nostrum J. Christum, fore ut de nomine Episcopatus contenderetur, itaquo omnimodâ in se curâ susceptâ constituerunt prædictos. Deinde autem ordinationem instituerunt, ut defunctis illis succederent alii probati viri, qui ministerium eorum capesserent*. vides & hîc μεταξὺ non inter, sed *post* significare, vel deinceps, idem quod ἔπειτα aut καθεξῆς. Similiter in proximè sequentibus, Τοὺς οὖν κατασταθέντας ὑπ᾽ ἐκείνων, ἢ μεταξὺ ὑφ᾽ ἑτέρων ἐλλογίμων ἀνδρῶν, συνευδοκησάσης τῆς ἐκκλησίας πάσης &c. id est, *Constitutos itaque ab illis, aut deinceps ab aliis legitimis viris, consentiente universa Ecclesia* &c.

VERS. 45. Ἀντέλεγον τοῖς ὑπὸ Παύλου λεγομένοις, ἀντιλέγοντες καὶ βλασφημοῦντες. Annotat Cl. Beza, nec Vulgatam Latinam, nec Syram nec Arabicam editionem legere ἀντιλέγοντες καὶ, atque etiam videri id redundare. Addo, neque Æthiopicum legere. non quod à Græcis exemplaribus ea absuerint (constanter enim omnia habent) sed quod omiserint quæ redundare putarent. Erasmus quoque ad Vulgati lectionem commentans ait, *Græci addunt verbum unum, haud scio an rectè*, ἀντιλέγοντες καὶ βλασφημοῦντες, *contradicentes ac blasphemantes*. rectissimè inquam. insignis enim & ἐμφατικώτατος huic phrasi inest Hebraismus, qualem habes 1 Sam. 6. 12. הָלְכוּ הָלֹךְ וְגָעוֹ, LXX ἐπορεύοντο πορευόμεναι καὶ βοῶσαι, *ibant euntes & mugientes*, id est, perpetuo mugitu euntes comitante. sic, *contradicebant, contradicentes & blaspemantes*, id est, perpetua blasphemia contradictionem comitante.

VERS. 46. Παῤῥησιασάμενοι δὲ ὁ Παῦλος καὶ ὁ Βαρνάβας. Vulgatus, Erasmus & Beza δὲ vertunt *tunc*. Syrus autem & Arabs propria retenta significatione vertunt *sed*. rectè, ni fallor. ut sensus sit, sperabant quidem Judæi, se blasphemis suis contradictionibus Paulum Barnabamque deterrituros, sed hi libertate usi, nec quicquam fracti, dixerunt &c.

VERS.

VERS. 48. *Quotquot erant τεταγμένοι ad vitam æternam.* Syrus ܣܝܡܝܢ, *positi.* ignoravit enim quod hodierni hæretici somniarunt, per τεταγμένους intelligi, qui in seipsis apti essent, ac seipsos disponerent ad vitam æternam.

VERS. 50. Τὰς σεβομένας γυναῖκας, καὶ τὰς εὐσχήμονας, καὶ τοὺς πρώτους τῆς πόλεως. Syrus τὰς εὐσχήμονας vertit *divites.* non arbitror rectè. Beza, *honoratas.* dubito an & hoc satis bene. Malim cum Vulgato *honestas.* εὐσχήμων enim vel de decentibus honestisque moribus dicitur, vel de decenti specie ac forma. prius elegit Vulgatus, alterum Arabs, qui vertit والحسنات الشكل, *& pulchras forma.* Æthiopicus omissis viris qui hîc πρῶτοι τῆς πόλεως dicuntur, dixit, *mulieres maximas civitatis, & probissimas regionis.* præstat prius. eodem sumo sensu, quo Marc. 15. vers. 43. εὐσχήμων βουλευτής, *honestus senator.* & infra Act. 17. 12. Ἑλληνίδων γυναικῶν τῶν εὐσχημόνων, *Græcarum mulierum honestarum.*

VERS. 52. οἱ δὲ μαθηταί. Arabs hoc nomen, & sequens verbum ἐπληροῦντο duali numero (quem Arabes, ut Græci, habent) interpretatus est, existimans ad Paulum & Barnabam hæc referri, qui ejecti Antiochia non tantum non desponderint animum, sed gaudio etiam ac spiritu S. fuerint repleti. Æthiopicus οἱ μαθηταὶ per *Apostolos* est interpretatus, intelligens fortassis & ipse Paulum ac Barnabam, qui ambo Apostoli vocantur infra c. 14. 14. satius est generalius sumere.

CAP. XIV.

VERS. 1. Ἐγένετο δὲ ἐν Ἰκονίῳ κατὰ τὸ αὐτὸ εἰσελθεῖν αὐτοὺς &c. Syrus ἐν Ἰκονίῳ κατὰ τὸ αὐτὸ omittit. Arabs transtulit, *& Iconii etiam fecerunt similiter, ingressi sunt* &c. nempe ut fecerant Antiochiæ. quo sensu Beza etiam κατὰ τὸ αὐτὸ vertit *itidem.* Vulgatus & Erasmus *simul.* quod non est aspernandum. LXX enim Interpretes τὸ יַחַד & יַחְדָּו, *simul, una, pariter* non tantum reddunt ἐπὶ τὸ αὐτὸ, sed & κατὰ τὸ αὐτό. vide 1 Sam. 30. 24. & 31. 6. 2 Sam. 2. 16. Exod. 26. 24. & 36. 25. & alibi.

VERS. 2. οἱ δὲ ἀπειθοῦντες Ἰουδαῖοι ἐπήγειραν καὶ ἐκάκωσαν τὰς ψυχὰς τῶν ἐθνῶν κατὰ τῶν ἀδελφῶν. Vulgatus, ἐκάκωσαν *ad iracundiam concitaverunt.* Beza, *malè affectos reddiderunt.* Erasmus, *corruperunt.* Inusitata hæc hujus verbi significatio ita torsit Syrum & Arabem, ut verterint quasi legissent, ἐπήγειραν τὰ ἔθνη τοῦ κακῶσαι τοὺς ἀδελφούς. Æthiopicus etiam longè aliter, *& reliqui Judæi qui renuerunt, contenderunt cum gentibus & cum Apostolis, & afflixerunt animas ipsorum.* quæ lectio procul dubio pessima est. nulla in Græco difficultas videtur. ad verbum verto, *concitarunt & afflixerunt* (vel presserunt, urserunt) *animas gentium contra fratres,* Hebraicè דָּחֲקוּ וְעִנּוּ, *impulerunt & afflixerunt,* id est, cum afflictione impulerunt, tam importunè scilicet instantes, urgentes & prementes ad hoc facinus, ut Gentibus non usque adeo ad id pronis ac facilibus molesti etiam fuerint. Quod autem Beda monuerit, in codicibus Græcis post τῶν ἀδελφῶν addi, ὁ δὲ Θεὸς εἰρήνην ἐποίησε, addo notis Cl. Bezæ, Syrum, Arabem atque Æthiopicum hæc ignorasse. & in Correctionibus Romanis moneri, non esse addendum *Deus autem pacem fecit.*

VERS. 10. Addimus notis Bezæ, Æthiopicum quoque Interpretem non legisse ea quæ in quibusdam exemplaribus se reperisse ait, & approbat.

VERS. 12. Ἐκάλουν τε τὸν μὲν Βαρνάβαν Δία, τὸν δὲ Παῦλον Ἑρμῆν. Æthiopicus Græca hæc Deorum nomina retinuit. Deinde autem addit אשם יוב בהיל מרקיריו בהיל בנגר רום, *quia Iovis dicitur, Mercurius dicitur sermone Romano.* monet Δία, *Iovem,* Ἑρμῆν, *Mercurium* dici Latinè. quod quum quis in margine in gratiam Latini Interpretis annotasset, inde in textum irrepsit.

VERS. 13. Ταύρους καὶ στέμματα ἐπὶ τοὺς πυλῶνας ἐνέγκας. Quum templum Jovis initio hujus versus dicatur à Luca fuisse ante urbem, quæritur quid per τοὺς πυλῶνας intellexerit, quò sacerdos victimas adduxit. Æthiopicus vertit *ad portas urbis.* quod rectum est, si in portis urbis concionem habuit Paulus. Cl. Beza ait, plerosque ἐπὶ τοὺς πυλῶνας exponere, ad ipsius templi suburbani porticus. at suo judicio esse fortassis enallagen numeri, pro ἐπὶ τὸν πυλῶνα, ut earum ædium vestibulum intelligatur, in quas diverterant Apostoli. quod non existimamus esse necessarium. etsi enim ad diversorium Pauli Syrus hæc retulerit, retinet tamen τοὺς πυλῶνας plurali numero. vertit enim ܠܬܪܥܐ ܕܕܪܬܐ ܐܝܟܐ ܕܫܪܝܢ ܗܘܘ, *ad portas* (male Tremel. portam) *atrii ubi commorabantur.* hæc enim apud omnes Orientales ædium est structura, ut aperta prima domus janua, quæ plateam spectat, mox in aliam incidas, quæ velo, quod ستر, *tegumentum*

tum Arabes vocant, obducitur, ne intranti introſpicere in conclave detur, ubi paterfamilias degit. Itaque & nos hic, non cum D. Beza *ad veſtibula*, ſed cum Syro *ad portas* aut *januas* vertimus. de quo pluribus ſupra c. 12. verſ. 14.

VERS. 15. Ὁμοιοπαθεῖς ὑμῖν. non improbamus Eraſmum, qui vertit, *iiſdem obnoxii malis quibus vos.* ſicut Sapient 6. 3. ἐπὶ τὴν ὁμοιοπαθῆ κατέπεσα γῆν, *in terram iiſdem malis* (vel incommodis) *obnoxiam incidi.*

VERS. 19. Ex illis additamentis quæ Cl. Beza hic profert, ſolus Arabs habet, *& dum illic docerent.*

VERS. 22. Καὶ ὅτι διὰ πολλῶν θλίψεων &c. Annotat Junius, Arabem legere ſine copula, quocirca vertit *nam.* Erpeniana editio exhibet copulam وانه, quod vertendum *& quod.* Æthiopicus legit ſine copula אשם, *quia.*

VERS. 27. *Annunciarunt quanta feciſſet Deus* μετ' αὐτῶν, Beza *per ipſos.* Inſolens illa eſt ſignificatio præpoſitionis μετά. nec video cur jure culpari queant Vulgatus & Eraſmus, cum quibus facit Syrus, quia ad verbum reddunt *cum illis.* Etſi enim ſenſus ejus ſit, ipſis cooperantibus, non magis id gloriæ divinæ obſtat, quam quum 2 Cor. 6. 1. vocantur Dei συνεργοῦντες. & 1 Cor. 3. 9. Θεοῦ γάρ ἐσμεν συνεργοί. Sed aliam interpretationem ſubminiſtrat Arabs, qui μετ' αὐτῶν accepit pro αὐτοῖς. vertit enim كل شي صنع الله اليهم, Junius, *quicquid fecerat Deus per ipſos*, id Arabes dicerent علي ايديهم. at اليهم vertendum *ipſis.* optimè, ex Hebraiſmo, ubi עשה, *fecit* conſtruitur cum עם vel את, *cum*, pro Dativo perſonæ. ut Deut. 10. 21. אֲשֶׁר עָשָׂה אִתְּךָ אֶת־הַגְּדֹלֹת, *qui fecit tecum magna*, id eſt, tibi. pro multis ſit locus Jud. 8. v. 35. ubi Hebraiſmum ſequentes LXX, habent, καὶ οὐκ ἐποίησαν ἔλεος μετὰ τοῦ οἴκου Ἰεροβάαλ Γεδεών, κατὰ πᾶσαν τὴν ἀγαθωσύνην ἣν ἐποίησε μετὰ Ἰσραήλ. pro τῷ οἴκῳ Ἰεροβάαλ, & τῷ Ἰσραήλ. ſic alibi paſſim. quam phraſin in Novo T. habes Luc. 1. 72. & 10. 37. ſic hoc loco, & infra c. 15. 4. ὅσα ἐποίησεν ὁ Θεὸς μετ' αὐτῶν, ſenſus eſt, *quanta feciſſet Deus ipſis*, quanta ipſos gratia & honore eſſet dignatus, quanto in prædicando Euangelio, convertendis hominibus, edendiſque miraculis auxilio & robore ipſis præſto fuiſſet. ſimiliter Æthiopicus ונגרו כל ונבר למו אגזיאבחר, *& narrarunt omnia quæ fecerat ipſis Deus.* Etſi autem non hoc loco, alibi tamen eandem phraſin imitatur Æthiopicus. ut infra c. 15. 3. pro καὶ ἐποίουν χαρὰν μεγάλην πᾶσι τοῖς ἀδελφοῖς, habet ונגברו עבי פסח משל כל ביצמו, *& fecerunt magnum gaudium cum omnibus ſociis ſuis*, id eſt, omnibus ſociis ſuis.

CAP. XV.

VERS. 2. Γενομένης οὖν στάσεως καὶ συζητήσεως οὐκ ὀλίγης &c. Vulgatus non legit καὶ συζητήσεως. quod tamen Syrus, Arabs, Æthiopicus, Chryſoſtomus & Græca exemplaria legerunt. niſi quod apud Chryſoſtomum ſit ζητήσεως. Porro στάσεως, quod Vulgatus & Eraſmus ſeditione, Syrus & Arabs *tumultu* verterunt, Cl. Beza non malè *repugnantia* vertit. quum enim, teſte Suida, στάσις ſit ἐμφύλιος μάχη, *inteſtina pugna*, intelligi ea voce hîc poteſt religioſa pugna, quam Paulus & Barnabas in Circumciſionis patronos ſanctè ſuſceperunt. poſſet ſimpliciter pro *lite & controverſia* ſumi.

VERS. 6. Συνήχθησαν δὲ οἱ ἀπόστολοι &c. Vulgatus & Eraſm. *conveneruntque.* Beza, *convenerunt igitur.* Syrus retinuit propriam ſignificationem τοῦ δὲ, *autem.*

VERS. 7. Ἀφ' ἡμερῶν ἀρχαίων. Vulgatus & Eraſm. *à diebus antiquis.* Beza, *jam pridem.* Syrus ܡܢ ܝܘܡܬܐ ܩܕܡܝܐ quod verti poteſt, *vel à diebus antiquis*, vel *à diebus primis.* utrumque enim ܩܕܡܝܐ ſignificat. poſterioris ſignificationis loca vide Luc. 2. v. 2. Matth. 27. 64. Joh. 2. 11. & paſſim. poſteriori quoque iſta ſignificatione τὸ ἀρχαίων accepit Arabs, qui vertit من الايام الاولي, *à diebus primis.* & Æthiopicus אמתכת, *à principio.* quum nempe primum ad divulgandum ubique locorum Euangelium Apoſtoli mitterentur. reſpicit Petrus hiſtoriam Cornelii Act. 10. quæ non ita diu poſt illapſum in Apoſtolos Spiritum S. contigit, itaque à primis Apoſtolicæ miſſionis diebus. & ἀρχαῖον quidem non modo παλαιόν, *antiquum*, ſed & πρῶτον, *primum* ſignificare teſtis eſt Hezychius. ἀπ' ἀρχαίου uſurpatur pro *ab initio.* & dicitur medicus ægrum εἰς τὸ ἀρχαῖον ἀποκαθιστάναι, quando eum è morbo in priorem ſtatum reſtituit. Eſt & ubi apud LXX Interpretes ἀρχαῖος pro ראשון, *primus* uſurpatur, diciturque ſimpliciter de eo quod præceſſit, ſive à multis ſeculis ſive non ita pridem. ut Pſ. 79. 8. *ne memineris nobis* עֲוֹנֹת רִאשֹׁנִים, *iniquitatum priorum*, LXX ἀνομιῶν ἀρχαίων iniquitatum præteritarum, ſive antiquarum ſive recentium.

IBID.

IBID. Ὁ Θεὸς ἐν ἡμῖν ἐξελέξατο, διὰ τοῦ στόματός μου ἀκοῦσαι &c. Syrus ἐν ἡμῖν non legit, neque Æthiopicus, Arabs legit ἐν ὑμῖν, quod vertit منكم, *ex vobis*. Cl. Beza post ἐξελέξατο, *elegit*, supplevit *me*, ut & Æthiopicus, non item Arabs, etsi Junius in versione sua expresserit. abstinuerunt quoque ab eo supplemento Syrus, Vulgatus & Erasmus. & rectè meo judicio. sensus enim esse videtur, Deus inter vos omnes acceptum habuit, ut ex meo ore &c. sæpe hoc verbum ad rem refertur, & *acceptum habere* significat. ut Es. 58. 5. οὐ ταύτην τὴν νηστείαν ἐξελεξάμην, *non hoc jejunium elegi*, id est, acceptum habeo. quamvis non negem semper aliquid eligendi significationis adesse, etiam hoc loco.

VERS. 8. Ὁ Θεὸς ἐμαρτύρησεν αὐτοῖς, *Deus dedit ipsis testimonium*. qua re? *quum dedit ipsis Spir. Sanctum, sicut & nobis*. spiritum nempe donorum extraordinariorum, seu propheticum, qui datus erat Apostolis, datus & Cornelio cum suis Act. 10. hinc rectè colligitur, Deum palam testatum esse, Gentes quoque pertinere ad Christum. nam ἡ μαρτυρία τοῦ Ἰησοῦ ἐστὶ τὸ πνεῦμα τῆς προφητείας, Apoc. 19. 10. de quo qui plura cupit, videat in Spicilegio Lud. Capelli ad dictum locum Apocal. doctissimum Commentarium. cui hoc solummodo confirmationis gratia addo, quod de spiritu hoc ipse Servator dicit Joan. 15. 26, ἐκεῖνος μαρτυρήσει περὶ ἐμοῦ, *ipse testabitur de me*. nam ἐκ τοῦ ἐμοῦ λήψεται, *de meo accipiet, & annunciabit vobis*. qui ergo hunc Spiritum habent, testimonio Christi sunt obsignati.

VERS. 10. *Nunc autem quid tentatis Deum*, ἐπιθεῖναι &c. Syrus & Arabs rectè intellexerunt, subintelligi ἕνεκα. quam obrem verterunt *ut imponatis*. quum enim circumcisionis ac legis patroni in publico isto Concilio adversus Paulum disceptarent, hoc agebant, ut publicâ Concilii istius Apostolici, adeoque ipsius Dei authoritate, servandæ legis Mosaicæ necessitas gentibus injungeretur. hac ratione Deum tentari rectè agnoscit Petrus, quippe qui periculum facerent, an lex Mosis, quæ solis olim Judæis fuerat data, quaque illi à reliquis gentibus tanquam pariete intergerino fuerant distincti, non posset divina authoritate in gentes etiam transferri, non alium in finem quam ut jugum collo discipulorum imponatur. hoc pacto non in discipulos modo, sed in Deum quoque ipsum peccari, qui, quum nunquam gentes, sed solos Israëlitas lege Mosis obstrinxerit, nunc vero dato Spiritu S. & purificatis fide earum cordibus, parem cum credentibus Judæis, ipsisque Apostolis gratiam eis sit largitus, acquiescendum esse in hac Dei gratia, nec ulterius eum tentandum, ut antiquum illud patrum jugum in gentes protendatur. Æthiopicus illam interrogativam orationem, *quid tentatis Deum?* paraphrasticè satis bene exposuit per prohibitivam, *& nunc ne tentate Deum, & ne imponite jugum gentibus super collum ipsarum.*

VERS. 11. Ἀλλὰ διὰ τῆς χάριτος. Beza, *imo per gratiam*, ad verbum *sed per gratiam*, quod Syrus, Arabs, Æthiopicus, Vulgatus & Erasmus rectè retinuerunt. Optimè enim gratia Christi per adversativam opponitur legis jugo.

VERS. 14. Καθὼς πρῶτον ὁ Θεὸς ἐπεσκέψατο λαβεῖν ἐξ ἐθνῶν λαόν. Vulgatus, *quemadmodum Deus primum visitavit sumere ex gentibus populum*. Erasm. *visitavit, ut sumeret*. Beza, *respexerit gentes, ut sumeret ex ipsis*. Arabs, رأى ان ياخذ, *vidit ut sumeret ex gentibus*. quod nos secuti vertimus, *dispexit sumere ex gentibus*, quo sensu dicimur dispicere de re aliqua, quum providemus & curamus ut ea fiat. qua significatione usurpatum est hoc verbum supra c. 6. 3. ἐπισκέψασθε ἄνδρας ἐξ ὑμῶν, *dispicite viros ex vobis*. nisi forte Hebraismum hîc agnoscamus, qui in verbo פקד, *visitavit* sæpe reperitur, quando Deo tributum significat, eum promissionum mirarumve suarum recordari, ut quæ diu ante denunciavit, præstet. ut 1 Sam. 15. 2. פָּקַדְתִּי אֵת אֲשֶׁר עָשָׂה עֲמָלֵק, *visitavi* (id est, recordatus sum) *quæ fecerit Amalec*. atque ita R. Nathan in Concordantiis, ubi verbum פקד dixisset in quatuor significationum capita dispesci, addit, primum esse שפירושו זכירה, *cujus interpretatio sit recordatio*. Sic hoc loco, *narravit Simeon*, *quomodo primum Deus visitaverit* (id est, secundum promissiones dudum in Prophetis datas, sed per multas ætates dilatas, tandem recordatus sit) *sumere ex gentibus populum*. Syrus πρῶτον ἐπεσκέψατο unico verbo vertit [illegible], *incepit*. quod non omnino aspernandum. nam *primum recordatus est sumere*, idem est atque *incepit sumere*. atque rei, de qua hic agitur, convenientissimum. Ἐπὶ τῷ ὀνόματι αὐτοῦ, *nomini suo*. ad verbum, *pro nomine suo*, id est, qui suus esset.

VERS. 17. Ὅπως ἂν ἐκζητήσωσιν οἱ κατάλοιποι τῶν ἀνθρώπων τὸν Κύριον, καὶ πάντα τὰ ἔθνη &c. Petita hæc sunt ex Amos 9. 12. ubi textus Hebræus sic habet, לְמַעַן יִירְשׁוּ אֶת־שְׁאֵרִית אֱדוֹם וְכָל־הַגּוֹיִם, &c. quæ verti solent, *ut possideant* re-

reliquias Edom, & omnes gentes &c. quam verſionem fateor difficillimam mihi videri, quæ cum loco hoc Actorum concilietur. non item, ſi את non Accuſativi, ſed, ut alibi ſæpe, Nominativi caſus notam dixerimus, vertamuſque, *Ut poſſideant* (nempe reſtauratum Davidis Tabernaculum, de quo verſ. præcedenti) *reliquiæ Edom & omnes gentes ſuper quas invocatum fuerit nomen meum.* Nec dubium mihi eſt, quin LXX Interpretes ſic acceperint. ſic enim transferunt, ὅπως ἐκζητήσωσιν οἱ κατάλοιποι τῶν ἀνθρώπων, καὶ πάντα τὰ ἔθνη &c. *ut requirant cæteri hominum, & omnes gentes* &c. quæ verba nullum habent ſenſum, niſi ſubintelligas quidnam ſint requiſituri, nempe id quod jam jam dixerat, dirutum inſtauratumque tabernaculum Davidis. pro quo Jacobus non malè ſubſtituit τὸν Κύριον. ſive enim eos inſtauratum tabernaculum, ſive Dominum, iſtius tabernaculi inſtauratorem, ejuſdemque herum requirere dicas, idem dicis. adde quod tabernaculum iſtud non propter ipſum, ſed propter Dominum eſſent requiſituræ Gentes. Indagandum hic quoque, cur pro יירשו, *poſſideant*, dixerint LXX ἐκζητήσωσιν, *requirant.* an quod legerint ידרשו? ſic exiſtimatur vulgo. licet tamen aliud conjectare. Tenendum apud omnes ferme Orientales verba, quæ ſignificant *eſſe*, ſæpe etiam ſignificare *fieri*, id eſt, *moveri ad eſſe.* ut פתח, *aperire* & *ſolvere*, quia ſolutio motus eſt ad apertionem. קנה, *poſſidere* & *emere*, quia emtio eſt motus ad poſſeſſionem. aliaque ſexcenta. ſic ירש non tantum eſt *poſſidere*, ſed etiam *movere ſe ad poſſidendum.* Exemplo ſit illud Deut. 2. 24. הָחֵל רָשׁ וְהִתְגָּר בּוֹ מִלְחָמָה, *incipe, poſſide* (id eſt, poſſeſſionem adi) *& conflige cum eo bello.* non poterant incipere actu poſſidere, antequam conflixiſſent & ejeciſſent hoſtem. ſenſus ergo eſt, incipe adire poſſeſſionem. & clarius etiam verſ. 32. הָחֵל רָשׁ לָרֶשֶׁת אֶת־אַרְצוֹ, quæ ſi vertas cum Pagnino, *incipe poſſidere, ut poſſideas terram ejus*, tautologia mera eſt, nequaquam vero, ſi vertas, *incipe adire poſſionem.* Ita & hoc loco לְמַעַן יִירְשׁוּ, *ut poſſideant,* non tam ipſam poſſeſſionem, quam poſſidendi ſtudium denotare exiſtimarunt LXX, quod requirendi verbo ſatis feliciter expreſſerunt. Neque mirum, quod שְׁאֵרִית אֱדוֹם verterint οἱ κατάλοιποι τῶν ἀνθρώπων, fortaſſis enim legerunt אָדָם aut potius ut alibi ſæpe, hic quoque Edom latius quam de propriè ſic dicto populo accipiendum ſunt arbitrati. ſicut enim duorum Rebeccæ filiorum minimus Iſaac Eccleſiam, ſic maximus natu Eſau ſive Edom omnes reliquos homines ab Eccleſia alienos adumbrabat. quamobrem in ſcriptis Rabbinorum Imperium Romanum, præſertim quum longè lateque per univerſum fere orbem pateret, מלכות אדום fuit nuncupatum, atque etiamnum per בני אדום Chriſtiani omnes ipſis intelliguntur. quum itaque hic à Propheta Tabernaculo Davidis, id eſt, Reipublicæ Iſraëlis opponantur reliquiæ Edom, ſatis commodè per eas reliquos homines intellexerunt. Quod autem diximus אֵת interdum nominativum deſignare, ſi quis fortaſſis id poſt verba paſſiva fateatur, alibi vero neget, videat loca 2 Reg. 9. 25. Nehem. 9. 32. 1 Sam. 17. 34. 2 Reg. 6. 5. Ezech. 43. 7. Jer. 33. 5. ubi cum verbis neutris conſtruitur. Eſt & ubi cum tranſitivis, ut Nehem. 9. 34. Jerem. 38. 16. Ezech. 39. 14. unde factum ut, אותו quod alioqui Accuſativi caſus eſt, apud Rabbinos cum omnibus promiſcue verbis Nominativum faciat, ut אותו עשה, *ipſe fecit.*

VERS. 18. Γνωστὰ ἀπ' αἰῶνός ἐστι τῷ Θεῷ πάντα τὰ ἔργα αὐτοῦ. Variis lectionibus quas hîc annotavit Beza addo, Syrum legere, γνωστὰ ἀπ' αἰῶνος ἔργα τοῦ Θεοῦ. Arabem, γνωστὸν ἐστι τῷ Κυρίῳ ἀπ' αἰῶνος. Æthiopicum, ἃ γνωστά ἐστιν ἀπ' αἰῶνος. vel ἀπὸ καταβολῆς κόσμου.

VERS. 19. Μὴ παρενοχλεῖν &c. ὀχλεῖσθαι dicuntur qui ab immundis ſpiritibus vexantur, Luc. 6. 18. Act. 5. 16. ἐνοχλεῖν, *turbas dare* dicitur radix amaritudinis ſurſum enaſcens, Hebr. 12. 15. Παρενοχλεῖν uſurpatur à LXX Interpretibus pro הציק, *affligere, arctare*, Jud. 14. 17. pro הרגיז, *commovere, inquietare*, 1 Sam. 28. 15. pro אלץ, *moleſtare*, Jud. 16. 16. pro החריד, *pavefacere, perturbare*, Jer. 46. 26. pro הלאה, *fatigationem ac moleſtiam parere*, Mich. 6. 3. quæ omnes ſignificationes ſatis bene hîc quadrant. uſurpant autem nunc cum Accuſativo, nunc cum Dativo. poſterius ſecutus eſt Lucas.

VERS. 20. Æthiopicus non facit hîc mentionem τῆς πορνείας. infra autem verſ. 29. in epiſtola, eam cum cæteris commemorat. utroque in loco addit, *& quod non vultis fieri vobis, ne facite proximo veſtro.* de quo vide notas Bezæ. Eadem autem quæ hîc ſacra Synodus, vetuit etiam ſuis Impoſtor Mahomed, niſi quod loco ſcortationis carnem porcinam nominet. verba ejus ſunt in Surata Bacara,

حرم عليكم الميتة والدم ولحم الخنزير وما اهل

بِهِ لِغَيْرِ ٱللّٰهِ, *prohibuit vobis morticinia, sanguinem, carnem porcinam, & super quod laudes dictæ sunt aliis quam Deo*, id est, εἰδωλόθυτα. solent enim in Oriente omnes bestias quas mactant sanctificare per بِسْمِ ٱللّٰهِ *in nomine Dei.* quæ verba qui proferret, dicebatur أَهَلَّ, *laudem dicere.*

VERS. 24. Ἐτάραξαν ὑμᾶς. Syrus ܕܫܓܫܟܘܢ, lege in plurali ܕܫܓܫܘܟܘܢ, *perturbarunt vos.* etsi omnes editiones in mendosa ista lectione consentiant. Ἀνασκευάζοντες τὰς ψυχὰς ὑμῶν. Vulgatus, *evertentes animas vestras.* ut & Arabs يصرفون *prosternentes.* Erasmus & Beza *labefactantes.* Fortassis & rectè vertatur, *transferentes*, Belgicè **versettende**. sicut Apostolus ad Gal. 1. 6. *Miror quod tam cito* μετατίθεσθε *transferimini*, nempe per eosdem de quibus hîc agitur, qui jungentes Christo circumcisionem reliquasque legis ceremonias, in aliud Euangelium Christianos transferebant. Hezychius ἀνασκευάζειν, μετατιθέναι in quam sententiam Budæus docet, ἀνασκευάζεσθαι propriè de iis dici, qui collectis vasis aliò migrant. unde & apud Hezychium ἀνασκευαζόμενοι, μετοικιζόμενοι. Æthiopicus hæc non legit. ut nec quæ sequuntur, λέγοντες περιτέμνεσθαι, καὶ τηρεῖν τὸν νόμον. quæ posteriora Vulgatus quoque non legit. Syrus & Arabs legerunt omnia, verteruntq; hæc posteriora *dicentes ut circumcideremini.* Beza, *dicentes opportere vos circumcidi.* Vertimus cum Erasmo, *jubentes circumcidi & servare legem.* λέγω & εἶπον pro *jubeo* non est insolens. vide Luc. 12. 13. Mat. 4. 3. Marc. 5. vers. ult. ut & אמר apud Hebræos 1 Reg. 11. 18. Esth. 1. 10. 11. 1. Paral 20. 17. & alibi. unde apud Arabes nihil aliud est quam *mandare.*

VERS. 25. *Visum est nobis* γενομένοις ὁμοθυμαδὸν, Erasmus, *unanimiter congregatis.* Beza, *concorditer coactis.* Vulgatus *collectis in unum.* sufficiebat cum Syro simpliciter dixisse, *collectis* vel *congregatis.* ad verbum *factis simul.* ὁμοθυμαδὸν enim pro simplici ἅμα usitatissimum esse LXX Interpretibus, docuimus supra c. 2. 1.

VERS. 29. Μηδὲν πλέον ἐπιτίθεσθαι ὑμῖν βάρος. Vulgatus, *nihil ultra vobis imponere oneris.* Arabs, Æthiopicus, Eras. & Beza, *ne quod amplius imponeremus vobis onus.* Malim tamen generalius vertere cum Syro passive, *ne quod amplius imponatur vobis onus*, scilicet nec à nobis, nec à quopiam alio.

VERS. 32. Syrus hic habet ܘܫܪܪܘ ܐܢܘܢ ܕܒܝܬ ܝܗܘܕܐ ܘܫܝܠܐ. Trem. & Boder. in Regiis, *& confirmarunt domesticos Judas & Silas.* Domesticos, inquit. Tremel. appellat fideles ipsos, qui in Ecclesiam Dei tanquam ipsius familiam cooptati fuerant. At primò, Apostolus eos qui roborabantur & confirmabantur vocat ἀδελφοὺς, quos Syrus præcedentibus verbis transtulit ܐܚܐ, *fratres*, nec quicquam præterea in Græco est, quod *domesticos* ullatenus indigetet: Secundo, videntur viri illi eruditi ܐܢܘܢ ܕܒܝܬ accepisse pro periphrasi *domesticorum*, quasi dicas *eos qui domus*, sup. sunt, ut ad verbum habet Boder. in Parisiensi. At vero ܐܢܘܢ quod sciam nunquam post se habet ܕ, ad formandum pron. relat. *qui*, id enim Syri efferunt per ܗܢܘܢ ܕ vel per ܐܝܠܝܢ ܕ. Sed ܐܢܘܢ aut verbum valet substantivum *sunt*, aut demonstrativum est, & quidem Accusativi casus, *eos.* Tertio ܕܒܝܬ quod hic absque vocalibus scribitur, non est in statu absoluto legendum, ut per se significet *domesticos*, sed in constructo דְבֵית, & referendum ad sequentia unde regitur. adeo ut ܐܢܘܢ separatim sumtum sit Accusativus patiens, ܕܒܝܬ ܝܗܘܕܐ Nominativus agens. atque ita, si hic domesticorum notio locum sit habitura, vertere oporteret, *& confirmarunt eos domestici Judæ & Silæ.* quæ periphrasis mihi videtur ipsius Judæ & Silæ, ut sensus sit, *& confirmarunt eos Iudas & Silas.* sicut & Græci periphrasin illam imitantur, οἱ περὶ Παῦλον, id est, Paulus, Act. 13. 13. τὰς περὶ Μάρθαν καὶ Μαρίαν, *Martham & Mariam*, Joan. 11. 19. & frequens est in Thargum, ut pro יְהוּדָה dicatur דְבֵית יְהוּדָה. id est, *Iudæi.* pro מְנַשֶּׁה, דְבֵית מְנַשֶּׁה. vide Jud. 1. vers. 4. & 27. Similiter capio Marc. 5. 35. ܐܬܘ ܡܢ ܕܒܝܬ ܪܒ ܟܢܘܫܬܐ, Boder. *venerunt à domo principis synagogæ.* non rectè. nam eo sensu redundaret ܕ, & suffecisset dixisse, ܡܢ ܒܝܬ. Tremel. itaque, *venerunt est domesticis principis synagogæ.* non repugno. malim tamen statuere sensum simpliciter esse, *venerunt*

runt à principe synagogæ. sicut in Græco est, ἔρχονται ἀπὸ ἀρχισυναγώγου. adeo ut ܕܒܝܬ ܪܝܫ ܟܢܘܫܬܐ periphrasis sit ipsius ἀρχισυναγώγου. quod cum Actorum loco plane conveniret. sic Luc. 4. vers. 25. multæ viduæ erant ܒܒܝܬ ܐܝܣܪܝܠ pro ἐν τῷ Ἰσραήλ. præsertim vero notari volo locum ad Hebr. 8. 8. ܘܐܫܠܡ ܥܠ ܒܝܬܐ ܕܒܝܬ ܐܝܣܪܝܠ ܘܥܠ ܒܝܬܐ ܕܒܝܬ ܝܗܘܕܐ ܕܝܬܩܐ ܚܕܬܐ, Καὶ συντελέσω ἐπὶ τὸν οἶκον Ἰσραὴλ καὶ ἐπὶ τὸν οἶκον Ἰούδα διαθήκην καινήν. ܥܠ ܒܝܬܐ est ἐπὶ τὸν οἶκον. ergo ܕܒܝܬ ܐܝܣܪܝܠ & ܕܒܝܬ ܝܗܘܕܐ simpliciter est Ἰσραήλ & Ἰούδα. nemo enim hic vertat, *super domum domus Israël, & super domum domus Juda.* multo minus, *super domum domesticorum Israëlis* &c. nec cum propriis tantum, sed & cum appellativis nominibus ܒܝܬ sæpe pleonasticum est. ut Luc. 14. vers. 23. ܒܝܬ ܣܝܓܐ nihil est nisi ܣܝܓܐ φραγμοὺς, *sepes.*

VERS. 33. 34. Ποιήσαντες δὲ χρόνον. de hac phrasi egimus Matth. 20. 12. occurrit & infra Actor. 18. 23. & 20. 3. usitatissima Syris est hæc phrasis. unde Actor. 20. 16. pro *festinavit ut die Pentecostes esset Hierosolymis*, Syrus habet, *ut diem Pentecostes* ܢܥܒܕܝܘܗܝ, *faceret*, id est, transigeret, *Hierosolymis.* Sequitur in fine versus, πρὸς τοὺς ἀποστόλους. sic & Syrus legit. Arabs addit *& seniores qui erant Hierosolymis.* Vulgatus & Æthiopicus vertunt *ad eos qui miserant illos*, q. πρὸς τοὺς ἀποστείλαντας αὐτούς. vide notas Bezæ. Variat autem & hic & vers. 34. Æthiopicus. hic habet, *& quum morati essent, dimiserunt in pace fratres ad eos qui miserant ipsos.* Deinde vers. 34. (quem Vulgatus & Arabs legerunt, Syrus non legit) pro ἔδοξε δὲ τῷ Σίλᾳ ἐπιμεῖναι αὐτοῦ, habet Æthiopicus, *& statuit Paulus manere.* Tum subjungit vers. 35. *& Paulus & Barnabas hæserunt Antiochiæ.*

VERS. 36. ܘܢܚܙܐ ܡܢܐ ܥܒܕܝܢ. Boder. & Tremel. *& videamus quid faciant.* id diceretur potius ܡܢܐ ܥܒܝܕܝܢ. malim ergo passive, ut solet in Peil, *& videamus quid facti sint.* πῶς ἔχουσι, quomodo se habeant. fateor tamen Peil nunc activè, nunc passivè sumi. adeo ut utraque interpretatio hic locum habere queat. vide quæ annotamus ad Rom. 15. 18.

VERS. 38. Παῦλος δὲ ἠξίου μὴ συμπαραλαβεῖν τοῦτον. Syrus & Arabs, *Paulus autem nolebat assumere hunc secum.* sic & Erasmus. est enim ἀξιοῦν, *volo*, Actor. 28. 22. Beza, *aquum censebat eum non simul assumere.* & rectè reprehendit Vulgatum, quod barbarè & obscurè verterit, *rogabat eum non debere recipi.* sed planius Æthiopicus, *rogavit Paulus Barnabam ut non assumeret Marcum.* ἀξιοῦν pro *rogare, orare* usitatum est apud bonos authores. Glossarium ἀξιῶ, *Desidero, oro, postulo, posco.*

VERS. 40. Παῦλος δὲ ἐπιλεξάμενος Σίλαν. Erasmus & Beza, *Paulus autem allecto Sila.* Vulgatus autem Syrus, Arabs & Æthiopicus *electo.* Glossarium ἐπιλέγομαι, *opto, deligo, eligo.* ἐπίλεκτος, *electus, lectus.* nec aliam significationem tradunt Lexicographi. dicunt enim idem esse quod ἐκλέγειν.

CAP. XVI.

VERS. 10. Συμβιβάζοντες. Vulgatus & Eras. *certi facti.* pro quo Cl. Beza non male docet dicendum potius fuisse συμβιβασθέντες quod etiam de Syri, Arabisque versione judicandum. quorum ille *intelligentes*, hic *scientes.* Beza, *collatis testimoniis colligentes.* verbum hoc, fateor, *conferre* significat. sed an *collatis testimoniis colligere & inferre* dubito. pluribus de hoc verbo egimus Act. 9. 22. ubi & illud Hezychii protulimus, συμβιβάζει· εἰς φιλίαν ἄγει, συλλαλεῖ. quorum posterius potest esse hujus loci, ut συμβιβάζοντες sit συλλαλοῦντες, *colloquentes, conferentes inter nos, alter alteri dicentes, Dominum nos vocasse* &c. Monere tamen oportet, συμβιβάζειν non tantum transitivè sumi pro εἰς φιλίαν ἄγειν, *coire facere, in amorem & consensum agere*, unde apud Thucyd. συνεβιβάσθησαν, *convenerunt, pacti sunt*; sed & ipsummet intransitivè sumi eadem significatione. ut apud Plat. de Rep. l. 6. συνεβιβάζομεν δικαιοσύνης πέρι καὶ σωφροσύνης, *convenit inter nos de justitia & temperantia*, interprete Budæo. συμβιβασμός, *transactio, concordia.* hinc rectè vertas hoc loco, *Consentientes, pariter hoc statuentes*, Deum nos vocasse &c.

VERS. 11. Εἰς Νεάπολιν. Æthiopicus, *ad novam urbem, cui nomen est Neapolis.* ea enim

nomi-

nominis hujus est interpretatio. Est enim civitas Campaniæ à Chalcidensibus olim condita, quæ quum, jubente id Apollinis oraculo, à Cumanis ob ingruentem immanissimam pestem, esset eversa, ab iisdem splendidius est restituta, & ad differentiam veteris urbis, Neapolis appellata.

VERS. 13. *Egressi sumus ex urbe ad flumen*, οὗ ἐνομίζετο προσευχὴ εἶναι. Vulgatus obscurè *ubi videbatur oratio esse*. Erasmus & Beza, *ubi solebat oratio esse*, quod & ipsum clarius esset, si legeretur γίνεσθαι *fieri*. Syrus, *quia ibi conspiciebatur domus orationis*. Arabs, *locus orationis*. Ad hunc modum non gravatè verterem, *ubi fama erat proseucham esse*. νομίζεσθαι enim pro *in fama & existimatione esse* aliquando usurpari, docet ex Platone Budæus. vel, *ubi putabatur proseucha esse*. putabatur, scilicet à nobis, id est, putabamus, ut vertit Æthiopicus. Proseuchas autem non preces tantum, sed & precationum loca atque ædificia dicta fuisse, eaque extra urbes esse solere, in Commentariis Drusii abundè probatum reperiet qui volet. quibus hoc tantum addimus, ritus istius originem fortassis è facto patris sui Isaaci petiisse Judæos, qui Gen. 24. 62. 63. dicitur exivisse in agrum, & quidem ad puteum sive fontem, לָשׂוּחַ, *ad orandum*, interprete Chaldæo, quem sequitur Pagnius. hinc ritus videtur ortus, ut proseuchæ extra urbes in agris, & fere ad flumina, fontes, torrentes, aliosque aquarum rivos erigerentur. Quod & idololatræ sunt imitati, quos torrentibus delectatos fuisse, ibique Deos suos coluisse, quin & ipsosmet torrentes tanquam Deos, Esaias c. 57. 6. his verbis abundè testatur, בְּחַלְּקֵי־נַחַל חֶלְקֵךְ הֵם הֵם גּוֹרָלֵךְ גַּם־לָהֶם שָׁפַכְתְּ נֶסֶךְ הֶעֱלִית מִנְחָה, *in divisionibus torrentis portio tua, illæ sunt sors tua, etiam illis fudisti libamen, obtulisti munus*.

VERS. 14. πορφυρόπωλις πόλεως Θυατείρων, Beza, *quæ purpuram vendebat in urbe Thyatirorum*. habitasse eam tamen cum familia sua Philippis non Thyatiris, ex sequent. versu liquet. malim itaque cum Vulgato & Erasmo ad verbum transferre, *urbis Thyatirorum*, atque intelligere eam inde oriundam fuisse. unde Syrus & Arabs, *ex urbe Thyatira*.

VERS. 16. πνεῦμα πύθωνος, *Spiritum Pythonis*. Hunc non à πυνθάνεσθαι, sed ab Hebræo פֶּתֶן, *serpens, aspis*, quippe qui sacer esset Apollini, & per quem divinationes olim instituerentur, sic dictum, eruditissimè, ut omnia, summus Heinsius docuit & evicit Aristarchi sui p. 18. 19. ubi plurima ad hanc rem scitu dignissima. Syrus vertit רוּחָא דְקֶצְמָא, *spiritum divinationis*. idem est קצמא quod Hebræorum קסם, permutatis צ & ס, quia apud Orientales sunt ejusdem pronunciationis.

VERS. 18. πνεύματι εἶπε. perperam Æthiopicus accepit πνεύματι Ablat. casu. vertit enim, *dixit per Spiritum Sanctum*. intelligitur Spiritus Pythonis, quem increpuit Paulus.

VERS. 19. ὅτι ἐξῆλθεν ἡ ἐλπὶς τῆς ἐργασίας αὐτῶν. non dixit ἀπῆλθεν, *abiit*. sed ἐξῆλθεν, *exiit*. itaque Syrus & Arabs addiderunt, *ex ea*. atque ita *spes lucri sui*, est Spiritus Pythonis, qui erat spes lucri per Metonymiam.

IBID. Ἐπὶ τοὺς ἄρχοντας. Syrus & Arabs non omiserunt, sed sequentibus immiscuerunt, hoc modo, *& stiterunt eos coram strategis* (Arabs *præfectis satellitum*) *& coram primatibus urbis*. primi sunt οἱ στρατηγοί, alii οἱ ἄρχοντες. Videntur ineptum existimasse, eos primum ad ἄρχοντας dici pertractos, deinde adductos ad στρατηγούς, itaque utrosque conjunxerunt. Sed Cl. Bezæ ἐπὶ τοὺς ἄρχοντας redundare videtur. conveniens tamen judico, ut primum ad magistratus sive præfectos urbis, quippe pacis publicæ tutores, & sontium judices, deinde ad prætores sive satellitum præfectos, quippe quibus, præeunte τῶν ἀρχόντων judicio, capiendorum, incarcerandorum & puniendorum sontium cura incumberet, deducerentur.

VERS. 21. Ἔθη ἃ οὐκ ἔξεστιν &c. Sic quoque legit Arabs. Vulgatus autem & Æthiop. in singulari, *morem quem non licet* &c. Syri quoque editiones omnes habent in singulari ܥܝܕܐ, quod tamen in plurali legendum esse ܥܝ̈ܕܐ, suadet sequens pronomen ܐܝܠܝܢ ܕܠܐ quod pluralis est numeri. in singulari enim dicendum fuerat ܗܘ ܕܠܐ.

VERS. 22. Καὶ συνεπέστη ὁ ὄχλος κατ' αὐτῶν. Beza, *una autem insurrexit turba*. Eras. non malè, *concurrit turba*. quod Syr. & Arabs dixerunt, *multa turba congregata est*. συν voluerunt multitudinem significare. ἐπέστη autem, *advênit, adstitit, convênit*. ut Luc. 20. 1. ἐπέστησαν οἱ Ἀρχιερεῖς, Vulg. & Eras. *convenerunt*. Beza, *superve-*

ne-

nerunt. vide & Luc. 2. 9. 38. & 21. 34. & alibi, eodem sensu.

Sequitur, καὶ οἱ στρατηγοί. Vulgatus & Erasmus supra vers. 20. & hîc vertunt *magistratus.* Beza illic *prætores*, hîc *præfectos*. Optimè autem Arabs utrobique اصحاب الشرط, *præfectos satellitum*, vel *ministrorum*, vel *lictorum*, id est, eorum qui ad supplicia de sontibus sumenda adhibebantur. quam interpretationem res ipsa evincit. περιῤῥήξαντες αὐτῶν τὰ ἱμάτια. Syrus ܢܚܬܝܗܘܢ ambiguè, quia lingua sua aliter non poterat. ut & Hebraicè שִׂמְלוֹתֵיהֶם, *vestimenta sua*, vel *vestimenta eorum.* posterius huc pertinere, res ipsa docet. quamobrem Arabs usus est affixo dualis num. ut ad Paulum & Silam pertinere intelligeremus. Porro rectè dixit περιῤῥήξαντες, *quum dirupissent.* thoracem enim flagellandorum non exuebant, sed lacerabant. ut legitur in Mischna libro מכות cap. 3. כיצד מלקין אותו׳ כופת׳ שתי ידיו על העמוד הילך ואילך וחזן הכנסת אוחז בבגדיו אם נקרעו נקרעו ואם נפרמו נפרמו עד שהוא מגלה את לבו: id est, *quomodo autem flagellatur? alligantur ambæ manus ejus columnæ utrimque. tum minister synagogæ apprehendit vestes ejus, nihil morans lacerenturne an dissuantur, donec pectus ejus discooperuerit.*

Vers. 24. *Pedes eorum* ἠσφαλίσατο εἰς τὸ ξύλον. Vulg. & Eras. *strinxit ligno.* Beza, *adstrinxit.* Syrus & Arabs, *ligavit.* Æthiopicus rectè אצנצ *munivit.* quo modo & illud Matt. 27. 65. verterat, ἀσφαλίσασθε τὸ μνημεῖον, *munite sepulchrum.* Belgicè **hy verseeckerde haere voeten in den stock.**

Vers. 26. Καὶ πάντων τὰ δεσμὰ ἀνέθη. Syrus ܐܣܘܪܝܗܘܢ ܕܟܠܗܘܢ ܐܣܝܪܐ ܐܫܬܪܝܘ. Tremel. *& vincula omnium eorum soluta sunt.* dele *eorum.* phrasis enim Syriaca non fert, nec est in Græco. sensus est, omnium captivorum vincula esse soluta, non Pauli tantum & Silæ.

Vers. 28. Ἐφώνησε &c. Vulg. Eras. & Beza, *clamavit.* id est, ἔκραξε. Syrus & Arabs & Æthiopicus *vocandi* significatione acceperunt. ideoque addito pronomine verterunt *vocavit eum.* est tamen ubi φωνεῖν pro κράζειν usurpatur apud LXX Interpretes. ut Dan. 4. vers. 11.

Vers. 34. Ἀναγαγών τε αὐτοὺς εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ. Vulg. & Erasm. *quumque perduxisset eos domum suam.* Beza *& ipsis deductis.* Syrus, Arabs & Æthiop. *ascendere fecit eos in domum suam.* quo sensu ἀνάγειν sumitur Luc. 4. 5. Act. 9. 39. & alibi passim. respondet Hebræorum הֶעֱלָה.

Vers. 37. *Paulus autem dixit* πρὸς αὐτούς *ad eos.* vide Bezæ commentarium. Syrus singulari numero ܠܗ, *ei.* malè Tremellius *eis.* Arabs quoque له, *ei.* Sequitur, *cæsos nos publicè* ἀκατακρίτους, Vulg. *indemnatos.* Eras. & Beza, *indicta causa.* Syrus ܕܠܐ ܣܟܠܘ, *sine delicto.* Arabs بلاذنب, *sine crimine.* Æthiop. ואלבן אבש, *non habentes maleficium.* voluisse videntur, ἀκατακρίτους esse *indemnabiles*, id est insontes, innoxios, qui damnari non essent meriti.

Vers. 39. Καὶ ἐλθόντες παρεκάλεσαν αὐτοὺς, καὶ ἐξαγαγόντες ἠρώτων ἐξελθεῖν τῆς πόλεως. Syrus, Arabs & Æthiop. omiserunt καὶ ἐξαγαγόντες ἠρώτων, quia redundare videbatur. cur enim bis dicantur orasse eos? attamen dici possunt primum orasse, ne indignè ferrent, quod per tumultum contigisset. Deinde rursus orasse, ut è civitate exirent, ad novos tumultus vitandos. posset etiam παρεκάλεσαν verti, *consolati sunt eos.* sicut vers. seq. id est, blandis verbis compellarunt, ut missa omni ira solarentur se de acceptis verberibus, & illata ignominia.

Cap. XVII.

Vers. 5. Ζηλώσαντες δὲ οἱ ἀπειθοῦντες Ἰουδαῖοι. Vulgatus, Syrus & Arabs non habent ἀπειθοῦντες. Æthiopicus autem præterea etiam omittit Ἰουδαῖοι. quod manifestum mendum habet, quia hoc pacto pessima hæc actio piis illis ascribenda esset, qui v. præced. dicuntur credidisse & Paulo adhæsisse. Sequitur, καὶ προσλαβόμενοι τῶν ἀγοραίων τινὰς ἄνδρας πονηρούς. Syrus ܘܩܦܘ ܠܗܘܢ ܐ̈ܢܫܐ ܒܝ̈ܫܐ ܡܢ ܫܘܩܐ. Tremel. & Boder. *& adjunxerunt se illis viri mali* &c. id in Kal dicendum fuisset ܩܦܘ ܠܗܘܢ. Sed in Aphel ܐܩܦ duo significat. 1. *Incipere.* quod non est hujus loci. 2. *facere ut quis sequatur, adjungere.* verte ergo, *& adjunxerunt sibi viros malos è foro civitatis.*

Vers. 6. *Traxerunt Jasonem*, καί τινας ἀδελφοὺς *& quosdam fratres.* Monet Clarissim. Beza, Syrum & Arabem præterea legisse τοὺς ἐκεῖ, *qui erant ibi.* Sentio potius, eos periphra-

riphrasticè interpretatos esse vocem τινάς, quæ apud eos non legitur. *& quosdam fratres*, id est, *& fratres qui erant ibi.*

VERS. 9. Καὶ λαβόντες ἱκανὸν παρὰ τοῦ Ἰάσονος. ad verbum, *& cum accepissent satis à Iasone.* sive apologia satisfecerit, sive cautionem dederit. posteriori sensu accepit Syrus, qui vertit ܘܢܣܒܘ ܥܪ̈ܒܐ ܡܢ ܐܝܣܘܢ, *& acceperunt fidejussores à Iasone.* eodem modo Arabs, فاخذوا كفلا, quod rectè vertit Clar. Junius, *& acceptis sponsoribus.* sed non satis rectè ad marginem annotavit, *Arab. duplis, quasi dicas, secundis reis, ut Iurecoss. veteres nominarunt.* respexit Hebr. כָּפַל, *duplicavit, geminavit.* at Arabicè id non significat, ut rectè adversus Raphelengium observavit doctiss. Erpenius. significat كفل, *in tutelam recipere*, hinc *custodire, educare, spondere.* quæ omnia tutelæ speciem habent. significat & *congregare.* كَفِيل, *sponsor.* unde plurale, quod hîc occurrit كُفَلَاء, *sponsores.*

VERS. 10. Εἰς Βέροιαν. Arabs reddidit, الي مدينة حلب, *ad urbem Haleb.* constat autem ex Geographo Nubiensi, حلب, *Haleb* esse urbem in ea parte Asiæ sitam, ubi est fluvius Euphrates: docetque quomodo Antiochiâ per Haleb Raccam eatur. est celebre istud emporium, quod nunc Aleppo dicitur, non procul à Damasco. Et hanc eandem urbem Berœam olim fuisse dictam, ex Plinio liquet, qui Natur. Hist. l. 5. c. 23. Berœenses collocat in cava Syria, & c. 26. Berœam infra Palmyræ solitudines. At ista non est hæc Berœa, de qua hoc loco Lucas, quæ Macedoniæ urbs est, non procul à Thessalonica. de qua idem Plinius Natur. Hist. l. 4. c. 10. hanc tamen quoque noster Arabs حلب, חלב, *Haleb*, id est, *lac* vocat, ob puritatem fortassis & munditiem, ob quam procul dubio utraque urbs Berœa dicta, ab Arabico ברא, *mundus fuit.* בראה, *mundities.* ברי, *mundus.* Æthiopicus τὴν Βέροιαν scribit בְּרִי:.

VERS. 11. Οὗτοι δὲ ἦσαν εὐγενέστεροι τῶν ἐν Θεσσαλονίκῃ. Laudo Cl. Bezam, quod εὐγενέστεροι comparativè potius quam superlativè acceperit, & de animo potius, quam genere aut prosapia. Secus quam Vulgatus & Erasm. fecerunt. Quod autem Syrum & Arabem manifestè sententiam suam confirmare affirmat, de Syro dubium est. ait enim ܡܝܬܪܝܢ ܗܘܘ ܗܢܘܢ ܕܝܗܘܕܝ̈ܐ ܕܬܡܢ ܡܢ ܗܢܘܢ *nobiliores enim erant illi Judæi qui erant ibi, Judæis &c.* quod tam ad genus, quam ad animum referri potest. Arabs autem manifestè ad genus retulit. verba ejus sunt وذلك ان اولىك اليهود الذين هناك كانوا اشرف جنسا من اولىك اليهود, quæ Junius quidem vertit, *hi autem ipsi Judæi qui erant ibi, fuerunt generosiores illis Iudæis qui* &c. Sed vertere oportet, *idque quia illi Iudæi qui erant ibi, fuerunt nobiliores genere istis Iudæis qui* &c.

VERS. 12. Γυναικῶν εὐσχημόνων, *mulierum honestarum* Vulgatus. *honoratarum* Beza. Syrus ܢܫ̈ܐ ܡܝܕܥܬܐ, Tremel. *mulieres celebres.* dubito an non aliud voluerit Syrus. Glossarium Syro-Arabicum ܡܝܕܥܐ vertit معلوم معروف *scitus, notus*, vel *nobilis.* idem sane est Syris ܝܕܥ quod Arabibus عرف, *novit.* idem itaque illis ܡܝܕܥܐ quod his معروف. At moneo معروف sæpe Arabibus usurpari pro *honesto, bono, justo* & *æquo*, quippe quod præ cæteris sit nobile. frequens hoc sensu est in Alcorano Surata Bacara, ex. gr. قَوْلٌ مَعْرُوفٌ وَمَغْفِرَةٌ خَيْرٌ مِنْ صَدَقَةٍ يَتْبَعُهَا أَذًى *verbum bonum* (propriè nobile) *& condonatio, melior est eleemosyna quam sequitur injuria.* Ita hîc quod dixit Syrus ܢܫ̈ܐ ܡܝܕܥܬܐ, *mulieres nobiles*, intelligi arbitror bonas & honestas, quas εὐσχήμονας dixit Lucas. Atque eodem fortassis sensu Vulgatus Marc. 15. v. 43. εὐσχήμων βουλευτὴς vertit *nobilis decurio*, pro honestus seu bonus decurio, justus & æquus. fateor tamen supra vers. 4. Syrum sic vertisse γυναικῶν πρώτων. Arabem quoque & ibi & hic, نسا معروفات. ita εὐσχημόνων idem esset quod πρώτων, ac significaret primarias, nobiliores, æstimatiores atque honoratiores fœminas. Æthiopicus vertit חֵרֵת, *bonæ, honestæ.*

VERS. 14. Τὸν Παῦλον ἐξαπέστειλαν. Sæpe שלח, *dimittere*, à LXX vertitur, ἐξαποστέλλειν. ut Gen. 25. 6. & 26. 29. 31. &c. πορεύεσθαι ὡς ἐπὶ τὴν θάλασσαν. Eras. & Beza, *ut iret velut ad mare.* Vulg., *ut iret usque ad mare.* quasi ὡς pro ἕως. Syrus, Arabs & Æthiopicus simpliciter habent *ad mare.* vacante vel ὡς vel ἐπὶ. nam ὡς θάλασσαν Atticè rectè dicitur pro ἐπὶ θάλασσαν *ad mare.* sicut ὡς βασιλέα, *ad regem.* ὡς ἐμέ, *ad me.* passim apud Aristophanem, Xenophontem, Demosthenem, Æschinem, aliosque scriptores Atticos, etiam apud Homerum, qui O-

dysseæ ρ dixit, ὡς αἰεὶ τὸν ὁμοῖον ἄγει Θεὸς ὡς τὸν ὁμοῖον, *quàm semper similem adducit Deus ad similem!* neque desunt alia exempla, ubi ὡς aliis particulis sic jungitur, ut alterutrum vacet. ut ὡς ὅτι μάλιστα, *quam maximè*, apud Platonem, quum sufficeret ὡς μάλιστα, vel ὅτι μάλιστα. apud eundem ὡς ὅτι βέλτιστον, *quam optimum.* apud Galenum, ὡς ὅτι μαλακώτατα, *quam mollissima.* sic ὡς ἀληθῶς, pro simplici ἀληθῶς, *verè*, apud Demosth. Platonem & alios. & ad illud Homeri Iliad. β, εἰκ' ἔτι σ' ἀφραίνοντα κιχήσομαι ὡς νύ περ ὧδε, Eusthatius annotat, oratores sæpe ponere ὡς tanquam παρέλκον, *redundans*, ut πρᾶγμα ὅτε καὶ ὡς ἑτέρως ἔχον, pro ἑτέρω, ἔχον.

VERS. 16. Κατείδωλον. rectè Cl. Beza ex Casaubono, *idolis refertam.* sic Syrus ܡܠܝܐ ܦܬܟܪܐ. & Arabs مملوة اصنام.

VERS. 18. Τινὲς δὲ τῶν Ἐπικουρείων καὶ τῶν Στωϊκῶν φιλοσόφων συνέβαλλον αὐτῷ. Arabs habet, والفلاسفة ايضا الذين من تعليم افيقوروس واخرون يسمون الرواقين كانوا يجادلونه quæ Junius valde perperam vertit, *Ac philosophi etiam qui erant ex disciplina Epicuri, aliique, auditis pronunciatis ejus, magnificabant eum.* putavit الرواقين significare *dicta, pronunciata.* atque ideo pro يسمون, *vocantur*, legendum يسمعون, *audiunt.* at vero الرواقين sunt *stoici.* à رواق, στοά, *porticus.* deinde significationem verbi يجادلونه derivavit ab Hebræo גָּדַל, *magnum esse*, in Piel *magnificare.* At apud Arabes significat in prima conjugatione *torquere, contorquere.* in tertia, quæ hîc occurrit, *torquere adversus alium, controvertere, disputare.* vertendus ergo Arabs, *& philosophi etiam qui erant de doctrina Epicuri, & alii qui vocantur Stoici, disceptabant cum eo.* hinc emendandæ notæ Cl. Bezæ.

Sequitur, τί ἂν θέλοι ὁ σπερμολόγος οὗτος. Syrus, ܡܢܐ ܨܒܐ ܗܢܐ ܡܠܩܛ ܡܠܐ, *quid vult hic collector verborum?* verbum לקט, Hebræis, Syris & Arabibus significat *res in terram effusas separatim tollere & colligere*, ut pauperes spicas à messe in arvo sparsim relictas, & columbæ semita per arvum sparsa. atque ejusmodi aves propriè σπερμολόγους dictas fuisse, ex auctoribus constat. inde apud Atticos ad homines translatum fuisse docet Eustathius, τοὺς περὶ ἐμπόρια καὶ ἀγορὰς διατρίβοντας, διὰ τὸ ἀναλέγεσθαι τὰ ἐκ τῶν φορτίων ἀποῤῥέοντα, καὶ διαζῆν ἐκ τούτων, *qui circa mercatus & fora versantur, ut quæ ex saccis defluunt colligant, atque inde vivant.* eo viles & contempti homines describuntur. quid impedit autem, cur non alia metaphora vani homines eodem describantur, qui fora perreptantes dicta aliorum captant, & quæ ex ore cujusque, velut grana è sacco, excidunt, colligunt, ut animum suum istis pascant, & habeant quod fabulentur & garriant? certè si hoc non voluit Syrus, nescio quid voluerit. Nec à re ipsa abludit. quum enim Paulum per forum oberrantem viderent, & obvios quosque compellantem, non aliter eum sermones qui ferebantur colligere, quam aves quosdam sata semina, autumabant. Arabs vertit ما يهوا هذا لفاظ الكلام, quod non satis aptè reddidit Junius, *quid narrat iste sator verborum?* verto, *quid cupit hic effutitor sermonis?* est enim لفظ, *pronunciare, proferre, effutire.* quod si puncta mutes, & scribas لغط, eadem vox est, qua usus est Syrus, & idem significans. Vulgatus vertit, *seminator verborum*, quod Æthiopicus dixit זֹרֵעַ נְבַב. de quo vide doctas notas Cl. Bezæ, qui vertit *garrulus.* pro eo facit Hezychius, apud quem σπερμολόγος, φλυαρός, *nugator garrulus.* & apud Plutarchum σπερμολόγα ῥήματα, *nugatoria verba.* Monuit me doctissimus, mihique intimus, D. Joh. Cloppenburgius, Bruchthonum ex autoritate Ulpiani apud Demosthenem interpretari *sacrilegum.* existimatque vir doctiss. frigere apud Demosthenem pro corona orationem, nisi sacrilegium dicatur auctori Æschini exprobrare Demosthenes, quo Amphissenses, sacras Apostollinis segetes depasti erant. judicent eruditi. mihi Syrus vehementer arridet. Sequitur, *quia Euangelizabat Iesum* καὶ τὴν ἀνάστασιν *& resurrectionem.* Syrus & Arabs, *& resurrectionem ejus.*

VERS. 19. Ἐπὶ τὸν ἄρειον πάγον. Syrus & Arabs, *in domum judicii quæ dicitur Areopagus.* rectè. inde enim Judices Areopagitæ dicti. & Areum judicium, apud Tacit. l. 2. Æthiopicus, *deduxerunt eum in domum Dei sui.* erat enim Areopagus, teste Stephano, vicus Athenis à templo Martis sic dictus, ubi Mars, quum Halirrhotium Neptuni filium, qui vim Alcippæ filiæ suæ intulerat, occidisset, & à Neptuno homicidii reus ageretur, causa à 12 Diis in Areopago cognita, sex sententiis est absolutus. In templo Martis Areopagitæ quoque judicabant.

VERS. 23. *Contemplans* τὰ σεβάσματα ὑμῶν. Syrus ܒܝܬ ܕܚܠܬܟܘܢ. Tremel. *domum religionum vestrarum*, vel ut ad verbum Boderia.

derianus in Parisiensi, *domus formidinum vestrarum.* quasi certum aliquod & singulare templum innueret. quum mens Syri fuerit, plur. num. dicere, *domos religionis vestræ*, id est, templa vestra. quod quum rectè intelligeret Arabs, vertit pl. num. بيوت مناسككم, Junius, *loca simulachrorum vestrorum*, verte *cultuum vestrorum.* est enim منسك, *cultus religiosus.* pl. مناسك *ritus & officia religionis.* Libet hîc docere Syriasmi amantes, solere Syros in ejusmodi compositionibus singulare vertere in plurale, mutato posterioris membri numero. ut ܒܝܬ ܟܢܘܫܝܐ, *locus collectionis*, id est, horreum. at ܒܝܬ ܟܢܘ̈ܫܝܐ, *locus collectionum*, id est horrea. ܒܝܬ ܩܒܘܪܐ, *locus sepelitionis*, id est, sepulchrum. ܒܝܬ ܩܒܘ̈ܪܐ, *locus sepelitionum*, id est, sepulchra. ܒܥܠ ܕܒܒܘܬܐ, *dominus inimicitiæ*, id est, inimicus. ܒܥܠ ܕܒܒܘ̈ܬܐ, *dominus inimicitiarum*, id est, inimici. ita hoc loco ܒܝܬ ܕܚܠ̈ܬܟܘܢ, *locus religionum vestrarum*, id est, templa vestra. quum in singulari esset ܒܝܬ ܕܚܠܬܟܘܢ, *locus religionis vestræ*, id est, templum vestrum. Non laudo autem, quod Syrus & Arabs σεβάσματα, *templa* verterint. Beza, *sacra vestra.* Vulgatus & Æthiopicus non malè *simulachra vestra.* viderunt enim σέβασμα propriè esse *id ipsum quod colitur*, quæ quidem apud Athenienses erant simulachra. malim tamen *numina vestra* reddere. ut in libro Sapientiæ Salom. c. 14. 20. τὸν πρὸ ὀλίγου τιμηθέντα ἄνθρωπον, νῦν σέβασμα ἐλογίσαντο, *qui paulo ante homo honorabatur, eum nunc numen reputarunt.* & c. 15. 17. dicit, Idolorum fabricatorem esse κρείσσονα τῶν σεβασμάτων αὐτοῦ, *præstantiorem suis numinibus*, ὧν αὐτὸς μὲν ἔζησεν, ἐκεῖνα δὲ οὐδέποτε, *quia ipse quidem vivit, illa autem nunquam.* Et in historia Draconis, dirupto idolo dicit Daniel, ἴδετε τὰ σεβάσματα ὑμῶν, *vide numina vestra.* sic Paulus 2 Thess. 2. 4. ἐπὶ πάντα λεγόμενον Θεὸν ἢ σέβασμα, *super omnem qui dicitur Deus aut numen.*

Sequitur, *inveni* βωμὸν *aram.* Syrus, omnibus consentientibus editionibus, pro eo habet ܥܠܬܐ, quod *causam, occasionem, prætextum* significat, habetque plur. ܥܠ̈ܬܐ. at quod hujus loci est *ara*, scribendum ܥܠܬܐ: ejus plur. ܥܠܘ̈ܬܐ. Huic aræ inscriptum erat, *ignoto Deo.* vide Drusii præterita, & Bezæ notas. quæ sequuntur, ὃν οὖν ἀγνοοῦντες εὐσεβεῖτε, τοῦτον ἐγὼ καταγγέλλω ὑμῖν. ὁ Θεὸς ὁ ποιήσας τὸν κόσμον καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτῷ, Æthiopicus nescio qua paraphrasi interpolavit potius, quam interpretatus est. sic enim habet, אנצחו ראשכמו נהוך ראיו כם תאמרו ותמלכו ואנש אמהרכמו כם תמלכו אגזאבחר זגבר עלם וכל זושתתמו *mundate vos ipsos, ecce videte ut cognoscatis quid colatis. & ego doceo vos, ut colatis Deum qui fecit mundum & quicquid in eo est.*

VERS. 25. *Neque à manibus hominum* θεραπεύεται, Vulg. Eras. & Beza, *colitur.* malim, *ministratur.* collere enim honoris potius est, qui hîc non respicitur, quippe qui Deo debetur & ab ipso admittitur. ministrare autem propriè utilitatis est, quam quenquam Deo adferre, merito negatur. neque satis aptè videntur manus dici *colere*, *ministrare* autem, rectè. quod quum annoto, mens est, pronunciationis emphasin, non in ὑπὸ χειρῶν ponere, quasi hîc describatur verus Dei cultus, qui cordis sit, non manuum: sed in θεραπεύεται, ut sensus sit, quando homines cultum suum manibus Deo quasi offerunt, non ministratur inde, id est, nullum inde ministerium capit, quod usui ipsi sit, ut servorum heris. ideo additur, ipsum non tantum nullius rei esse egentem, sed & omnibus dare omnia. ita quivis cultus rejicitur, sive externus sit sive internus, qui eo animo datur, quasi is ministerio & usui esse possit, unde aliquid ad Deum accedat. atque ita versu præcedenti Dei incomprehensibilitas & infinitas, hîc ejus perfectio & αὐτάρκεια asseritur. quod si autem *manus* animo opponi quis velit, & ibi emphasin constitui, tum rectè θεραπεύεται per *colitur* vertitur. tribuiturque Deo; sicut Esa. 54. 17. ubi pro זאת נַחֲלַת עַבְדֵי יְהוָה, LXX habent, ἔστι κληρονομία τοῖς θεραπεύουσι τὸν Κύριον, *hæreditas est colentibus Deum.* Æthiopicus videtur *sanandi* significatione accepisse illud θεραπεύεται. vertit enim ותפוש, *sanatur.* nisi forre פוש, *sanare*, etiam *ministrare* ipsis significet, ut apud Græcos θεραπεύειν. quod sequitur, προσδεόμενός τινος, omittit, contra fidem omnium Græcorum exemplarium, quæ Vulgatus, Syrus & Arabs etiam sunt secuti. quumque additur, αὐτὸς

διδὰς πᾶσι ζωὴν, ineptissimo commentario pro πᾶσι dixit לו שאלו, *ei qui rogaverit ipsum.* apti scilicet sunt homines petere à Deo vitam, quum eâ ab ipso donantur. quod annoto, ut oculis quisque cernat, quanta audacia Interpretes quidam, quos impudentissimos potius interpolatores dicas, divinas literas tractent. ζωὴν καὶ πνοὴν καὶ τὰ πάντα. pro πνοὴν, quod *inspirationem* Vulgatus, *halitum* verterunt Eras. & Beza, Syrus & Arabs dixerunt נפש, *animam.* ut & LXX, Proverb. 24. vers. 12. נֹצֵר נַפְשְׁךָ vertunt, ὁ πλάσας πνοὴν πᾶσι. At καὶ τὰ πάντα Syrus, Arabs & Æthiopicus non legunt.

Vers. 26. Ἐποίησέ τε ἐξ ἑνὸς αἵματος, &c. sic Syrus etiam legit. Arabs ومن ادم واحد, & *ex homine* vel Adamo *uno.* apud Orientales unius tantum literæ discrimen est inter דם, *sanguis,* & אדם, *homo.* & res hîc eadem est. Vulgatus tantum dicit, *ex uno.* Æthiopicus narrat tantum, Deum fecisse omne genus hominum, nulla facta mentione unde fecerit.

Sequitur, κατοικεῖν *ut habitarent super universa superficie terræ,* ὁρίσας τοὺς προτεταγμένους καιροὺς καὶ τὰς ὁροθεσίας τῆς κατοικίας αὐτῶν. verto ad verbum, *quum definivisset præordinata tempora, & terminos statutos habitationis ipsorum.* quæ non sic capio, quasi definivisset Deus tempora, ante definitionem istam præordinata, sed, antequam ipsa illa tempora aut res in temporibus contingant, præordinata. Solent autem Commentatores τοὺς προτεταγμένους καιροὺς, & τὰς ὁροθεσίας τῆς κατοικίας sic distinguere, ut per primum præfixa tempora quando & quamdiu, per alterum præfixi regionum limites, ubi quisque populus esset habitaturus, designentur. quod rectè & verè dicitur. dubito tamen, an ὁροθεσίαι τῆς κατοικίας non sint *positi limites vitæ uniuscujusque,* ad quos pertingit, nec ulterius. sicut paulo ante, *fecit totam gentem hominum* κατοικεῖν *ut habitaret,* id est, viveret, ætatem ageret super terram. sæpe enim hæc vox nihil aliud quam durationem significat. ut quum Hebræi dicunt אלהים לעולם ישב ובן אדם לא לעולם ישב. *Deus in æternum durat, filius autem hominis non in æternum durat,* ad verbum κατοικεῖ, *habitat.* sic à דור. *habitare,* fit דור, *ætas generatio,* duratio ætatis quamdiu homo in vita habitat. & apud Arabes ab عمر, *habitavit,* fit عمر *tempus vitæ,* quamdiu quis in mundo habitat & perdurat. ut in historia Elmacini, dicitur mater Mahomedis mortua, وعمره ست سنين, *quum habitatio ejus,* id est, vitæ ætas, *esset sex annorum.* paulo post dicitur avus ejus mortuus, وعمره مايه وعسر سنين, *cum habitatio,* id est, ætas, *ejus esset annorum centum & decem.* secundum hanc sententiam Apostolus hic uno verbo decidit controversiam, quæ tanto molimine nunc agitatur, de Termino vitæ, fixus ne sit an mobilis. sensus enim esset, definivisse Deum omnibus hominibus tempora & constitutos vitæ limites, intra quos duratio sive habitatio ejus in hoc mundo consistat, quos nec antevertere nec superare possit. Sic Æthiopicus intellexit, quum vertit ושרע עדמהו ועמתתהון מטן ינברו, *& ordinavit tempora sua & annos suos, quamdiu habitarent.*

Vers. 27. *Ut quærerent Dominum, si forte* ψηλαφήσειαν αὐτὸν καὶ εὕροιεν, Vulgatus, *attrectent eum & inveniant.* quod improbat Cl. Beza, quoniam Attrectare eorum est qui invenerunt. maluit ergo, *palpando eum invenirent.* ambiguum sane est ψηλαφάω. interdum unim *tangere* & *contrectare* significat, interdum *palpare,* id est, conari tangere, & manu vestigare cœcorum instar. ac metaphoricè, *scrutari, rimari.* posterius etiam Syrus & Arabs secuti sunt. verterunt enim, *ut essent quærentes Deum, & investigantes, & ex creaturis ejus invenientes eum.* addiderunt *ex creaturis ejus,* per modum commentarii. Ego tamen malim illam investigandi seu palpandi actionem in præcedenti ζητεῖν comprehendere, & per ψηλαφήσειαν ipsam contrectandi actionem intelligere. neque impedit quod sequitur, *& inveniant eum.* qui enim palpando quærunt, non tam attrectant ubi invenerunt, quam inveniunt ubi attrectant. attrectando inveniunt, sic ut attrectatio ordine naturæ inventionem, tanquam causa effectum, antecedat, etsi tempore simul sint. sic Deus in creaturis invenitur, quando post diligentem inquisitionem & scrutationem actu contrectatur, id est, æternitas, omniscientia, omnipotentia ac bonitas ejus quasi tanguntur.

Ibid. Καίτοιγε οὐ μακρὰν &c. Vulgat. Eras. & Beza vertunt per Adversativam *quamvis.* Syrus & Arabs per causale *quia.* sic ut causa reddatur, cur facile Deus in creaturis suis attrectari & inveniri queat: *quia non procul est ab unoquoque nostrum.* quod ut rectè quadrat, ita non est spernendum. καίτοι enim non tantum *quamvis,* verum etiam, *sed, sed &,* & *quidem,* imo *nam* significat. vide Lexic. Constantini, & Comment. Budæi. & huic etiam loco quadrant, *sed & non procul est* &c. vel, & *quidem non procul est* &c.

Vers.

Vers. 30. Τὰς μὲν οὖν χρόνους τῆς ἀγνοίας ὑπεριδὼν ὁ Θεὸς, τανῦν &c. Eraſ. *& tempora quidem hujus ignorantiæ quum diſſimularit Deus.* Beza, *conniventia diſſimularit.* Syrus ܐܥܒܪ *tranſire fecit.* qvod eodem ſenſu dixit Arabs اغفل. placet præ cæteris Vulgatus, *& tempora quidem hujus ignorantiæ deſpiciens Deus.* vel, *quum deſpexiſſet, ſpreviſſet, neglexiſſet.* hoc enim propriè verbum ſignificat. recteque huic loco quadrat. non minus enim providentiæ Dei id convenit, quam quum omnia ſibi adverſa, etiam populum ſuum rebellem deſpicere dicitur. uſurpant LXX. pro זָעַם, *indignari, deteſtari.* מָאַס, *reprobare.* הִתְעַבֵּר, *iraſci*, ut Deut. 3. 26. וַיִּתְעַבֵּר יְהוָֹה בִּי *& iratus eſt Jehovah mihi*, LXX καὶ ὑπερεῖδε με Κύριος. Pſal. 78. 59. שָׁמַע יְהוָֹה וַיִּתְעַבַּר, *audivit Dominus & iratus eſt*, LXX ἤκουσε ὁ Κύριος καὶ ὑπερεῖδε. & verſ. 62. וּבְנַחֲלָתוֹ הִתְעַבָּר, *& hæreditati ſuæ iratus fuit*, LXX καὶ τὴν κληρονομίαν αὐτοῦ ὑπερεῖδε. Hinc locum hunc Lucæ Hebraicè vertas, וְכִי הִתְעַבֵּר אֱלֹהִים בְּעִתּוֹת הַשְּׁגָגָה הַזֹּאת, *& quum iraſceretur Deus temporibus ignorantiæ hujus.* eſt & ubi pro נֶעֱלַם ſequente מִן uſurpatur. ut Deut 21. 1. הִתְעַלַּמְתָּ מֵהֶם, *abſcondas te ab illis.* LXX ὑπερίδῃς αὐτά. ſic verſ. 3. & 4. Hinc verba Lucæ Hebraicè vertas, וְכִי הִתְעַלֵּם אֱלֹהִים מֵעִתּוֹת הַשְּׁגָגָה, *& quum abſconderit ſe Deus à temporibus ignorantiæ.* nempe cauſam dat, cur jam hiſce, ſub Euangelio, lucis, non autem iſtis, ſub lege, ignorantiæ temporibus reſipiſcentiam omnibus hominibus prædicari voluerit Deus. quia iſta, quippe ignorantiæ tempora, ſprevit Deus ac contempſit, iratus illis fuit, ſeque ab iis abſcondidit, non dignatus ea iſthac gratia.

Sequitur, παραγγέλλει τοῖς ἀνθρώποις πᾶσι. Vulg. & Eraſm. *annunciat.* Beza, *denunciat.* Syrus, Arabs & Æthiop. *præcipit.* rectè, eo enim ſenſu paſſim in N. T. uſurpatur, imo ferè ſemper, & majorem hîc habet emphaſin.

Vers. 31. *Quia conſtituit diem, in quo judicaturus eſt totam terram in juſtitia, per virum quem determinavit.* πίστιν παρασχὼν πᾶσιν, ἀναστήσας αὐτὸν &c. Beza rectè, *fide palam facta omnibus.* Vulgatus, *fidem præbens omnibus.* quod non ita capio, ac ſi voluiſſet, factam eſſe univerſo mundo poteſtatem, Chriſtum per fidem amplectendi; ſed *præbens*, mihi eſt *faciens*, ut mens ſit, eum certo & fide digno argumento probaſſe, Chriſtum fore judicem, quum eum è mortuis ſuſcitavit. nec aliter Syrum capio, & Arabem. Syrus, ܘܐܦܢܝ ܠܟܠܢܫ ܠܗܝܡܢܘܬܗ ܟܕ ܐܩܝܡܗ ܡܢ ܒܝܬ ܡܝ̈ܬܐ. Tremel. *& converti fecit omnem hominem ad fidem ejus, quum excitavit eum à mortuis.* Boder. in Pariſ. *& convertit omnem hominem.* In Reg. *& reſtituit.* At veritas non patitur, ut Deus dicatur omnes homines convertiſſe aut reſtituiſſe ad fidem Chriſti. neque cum mente Lucæ quadrat, quæ eſt, certo credendum futurum judicium, quia Deus fidem ejus rei fecit omnibus per reſurrectionem Chriſti. Itaque Syrum verto, *& obvertit omni homini fidem ſuam, cum ſuſcitavit eum ex mortuis.* eo ſenſu quo Matth. 5. verſ. 39. ܐܦܢܝ ܠܗ ܐܦ ܐܚܪܢܝܬܐ, *obverte ei etiam alteram.* ſenſus eſt, per reſurrectionem Chriſti, Deus fidem ſuam, id eſt, certitudinem conſilii de futuro judicio initi, obvertit omnibus, id eſt, effecit ut ea coram omnium vultu ac facie verſetur. Arabs وردّ كل انسان على ايمانه باقامته من بين الاموات, *& certum reddidit omnem hominem de fide ſua, per ſuſcitationem ejus è mortuis.*

Cap. XVIII.

Vers. 3. Ἦσαν γὰρ σκηνοποιοὶ τὴν τέχνην. Syrus, ܒܐܘܡܢܘܬܗܘܢ ܕܝܢ ܐܣܟܘܦ̈ܐ ܗܘܘ. Tremel. *artificio autem ſuo conficientes tabernacula erant.* Boder. *opifices conopeorum erant.* Ferrarius, hunc ipſum locum citans, ſcribit ܐܣܟܘܦ̈ܐ, & vertit, *artifex conopeorum, textor aulæorum, ſcenofactor.* At in appendice vertit *ephippium.* nec aliam ejus ſignificationem invenio in Lexic. Syr. Arab. ubi ܐܣܟܘܦ̈ܐ vertitur اكافا السروج, id eſt, *ephippia, clitellæ.* ſubdit deinde ܐܣܟܘܦ̈ܐ quod Syriacè vertit ܥܒ̈ܕܝ ܣܪ̈ܓܐ. ubi fateor, me quid ܣܪ̈ܓܐ ſit, non intelligere. at Arabicè exponit per السرّاجين quod *opifices ephippiorum* ſignificat. ergo ܣܪ̈ܓܐ *ephippia.*

Vers. 4. Quod hic interſerit Vulgatus, in-

interponens nomen Domini Jesu, Syrus, Arabs & Æthiopicus non agnoscunt.

VERS. 5. Διαμαρτυρόμενος. Beza, *pergens testificari.* ut exprimeret vim præpos. διά. at plurima sunt loca N. T. ubi vim illam habere nequit. Ex. gr. Hebr. 2. 6. διεμαρτύρατο δέ πού τις. ubi ipse Beza simpliciter, & bene, *Testatus est autem quidam alicubi.* & apud LXX pro הֵעִיד passim usurpatur.

VERS. 7. *In domum cujusdam* ὀνόματι Ἰούστου *nomine Iusti.* Vulg. *Titi Iusti.* Syrus & Arabs tantum, *Titi.* Æthiopicus tantum, *Iusti.*

VERS. 10. οὐδεὶς ἐπιθήσεταί σοι, τοῦ κακῶσαί σε. Vulgatus, Syrus & Arabs, *nullus poterit nocere tibi.* Non rectè enim Arabem interpretatus est Junius, *neque aggreditur quisquam nocere tibi.* verba sunt, ولن يقدر احد علي اذاك, ad verbum, *& nequaquam poterit aliquis super læsione tui*, id est, ex peculiari quadam constructione, quam habet verbum قدر, *nequaquam poterit quis nocere tibi.* Erasmus, ἐπιθήσεταί σοι vertit, *adorietur te.* Beza, *invadet te.* rectè ad verbum, *imponet tibi*, vel *ponet supra te*, sup. χεῖρας, *manus.* Hebraicè id eadem prorsus phrasi dixero, אִישׁ לֹא יָשׁוּת עָלֶיךָ לְהָרַע לָךְ. occurrit ea Psal. 3. v. 7. אֲשֶׁר סָבִיב שָׁתוּ עָלָי, LXX τῶν κύκλῳ συνεπιτιθεμένων μοι, *qui circumcirca simul imponunt mihi*, vel *ponunt supra me*, sup. manus, id est, invadunt & adoriuntur me, quasi injectis in me manibus.

VERS. 14. Εἰ μὲν οὖν ἦν ἀδίκημά τι, ἢ ῥᾳδιούργημα πονηρὸν, ὦ Ἰουδαῖοι, κατὰ λόγον ἂν ἠνεσχόμην ὑμῶν. *si quidem esset iniquum aliquid, aut facinus malum, ô Judæi*, nempe de quo accusationem instituere velletis. ideo Syrus per modum commentarii hoc supplens, vertit, *si de aliqua re mala, aut fraudulenta aut exosa accusaretis ô Judæi, convenienter susciperem vos.* pro ῥᾳδιούργημα πονηρὸν, videtur legisse ῥᾳδιούργημα ἢ πονηρόν. Arabs pro πονηρὸν non legit φανερὸν, neque ut ait Junius δῆλον. sed κατὰ πόδα secutus Syrum vertit, لو كنتم علي شي ردي او قبيح كنتم تسعون بايها اليهود بالواجب وكنت اقبلكم quæ Junius inconvenientissimè reddidit, *si de aliquo consilio aut injuriæ aut maleficii referretis, ô Judæi, manifesti, equidem acciperem vos.* verto, *si de re mala aut fraudulenta aut turpi accusaretis ô Judæi, conveniens esset, & acciperem vos*, id est, conveniens esset ut acciperem, vel admitterem vos. atque id omnino arbitror voluisse Lucam, per κατὰ λόγον ἂν ἠνεσχόμην ὑμῶν, ad verbum, *secundum rationem ferrem vos*, id est, rationi consentaneum esset ut vos ferrem.

VERS. 15. *Si vero quæstio est* περὶ λόγου καὶ ὀνομάτων, καὶ νόμου τοῦ καθ' ὑμᾶς, *de verbo & nominibus & lege quam habetis.* Per *verbum* potest absolutè intelligi verbum Dei. & per *nomina*, nomina Dei, quæ absolutè שֵׁמוֹת *Nomina* dicuntur Hebræis. vocantur & אַזְכָּרוֹת *commemorationes.* vide Eliam in Thisbi. Æthiopicus habet ובאנת אשמאת שבא, *& de nominibus hominum.*

VERS. 18. Κειράμενος τὴν κεφαλὴν ἐν Κεγχρεαῖς. εἶχε γὰρ εὐχήν. Æthiopicus, *& totonderunt caput suum: habebant enim votum.* addo id notis Clariss. Bezæ. non habet ἐν Κεγχρεαῖς.

VERS. 19. Κατήντησε δὲ εἰς Ἔφεσον, κἀκείνους κατέλιπεν αὐτοῦ. Sic & Æthiopicus legit. At Syrus, quem sequitur Arabs, pro κατήντησε legit κατήντησαν, *pervenerunt.* & κἀκείνους κατέλιπεν αὐτοῦ, non hîc, sed infra sub finem vers. 21. legerunt. ibi enim pro καὶ ἀνήχθη ἀπὸ τῆς Ἐφέσου, habent, *& Aquilam & Priscillam reliquerunt Ephesi: & ipse iter fecit per mare, & venit Cæsaream.* quæ lectio mihi valde bene quadrare videtur. Rectius enim illic, ubi Epheso discedit, Aquilam & Priscillam reliquisse ibi dicitur, quam hîc ubi primum intrat.

VERS. 21. Δεῖ με πάντως τὴν ἑορτὴν τὴν ἐρχομένην ποιῆσαι εἰς Ἱεροσόλυμα. annotat Cl. Beza Vulgatum nihil horum legisse. Addo, nec Æthiopicum. Syrus & Arabs legerunt. in Syro notandum quod πάντως verterit ܚܦܝܛܐܝܬ Tremel. & Boder. in Paris. *sedulo.* verte certo sive *constanter.* id est, sic ut de sententia ista nihil mutem. Arabs autem, ينبغي لي ان ابدا بعمل العيد المقبل في بيت المقدس, Junius, *oportet me agere venturum diem festum in loco sancto.* non assecutus est mentem Interpretis, qui vertendus est, *oportet ut incipiam facere festum sequens Hierosolymæ.* non construxit πάντως cum δεῖ, sed cum ποιῆσαι, & ποιῆσαι τὴν ἑορτὴν πάντως ipsi fuit, non festi dies quosdam, sed à primo initio omnes celebrare. ideo dixit, *oportet ut incipiam facere* &c.

VERS. 22. *Quumque descendisset Cæsaream*, ἀναβὰς καὶ ἀσπασάμενος τὴν ἐκκλησίαν. Beza post ἀναβάς subintelligit Ἱερουσαλήμ, *Hierosolymam.* dicitque in Syra interpretatione expri-

exprimi. fefellit virum doctiss. Tremellius, qui quum locum id postulare existimaret, supplevit, neque diverso charactere ab ipso textu Syri distinxit. Editiones Syriacæ non habent. nec sensus postulat, qui omnino esse videtur, eum Cæsaream ingressum, ad Ecclesiam illius loci ascendisse, eamque salutasse. Nec est quod ascendendi vox quenquam offendat. ea enim non semper *ex depressiori loco in altiorem conscendere*, sed sæpe simpliciter *loco se movere* significat. ut ostendimus ad Luc. 5. 2. neque ineptè sentiet quis, in editiori urbis loco conventum Ecclesiæ fuisse habitum, ad quem ascendere Paulus necesse habuerit. in elevatioribus enim locis strui templa solebant. Æthiopicus non aliter accepit, quum vertit, *& descendit Cæsaream, & ascendit in domum Christianorum* (id est, Ecclesiam) *& salutavit eos, & abiit Antiochiam.*

VERS. 24. Ἀνὴρ λόγιος, *vir eloquens*. Sic omnes interpretes præter Æthiopicum, qui habet באשי טביב, *vir prudens*, vel sapiens. Lexic. Constant. λόγιος, *eloquens, prudens, doctus, verbosus*. Hezychius vertit ὁ τῆς ἱστορίας ἔμπειρος πεπαιδευμένος, *historiarum peritus, eruditus*. peritia historiarum prudentiam parit.

VERS. 27. *Quum autem vellet transire in Achaiam*, προτρεψάμενοι οἱ ἀδελφοί, *exhortati eum fratres*. Syrus, ܚܛܦܘܗܝ ܐܚܐ, Trem. *anteverterunt eum*. Bod. in Paris. *prævenerunt eum fratres*. unde Cl. Beza ait, Syr. nova & Græcis prorsus inusitata significatione vertisse. Sed Syriacum verbum valet *rapuerunt eum fratres*. neque enim ܚܛܦ Syris, ut & חָטַף Hebræis, aliud quam *rapere* significat. sensus est, incitarunt eum ut, quod facere volebant, raptim faceret, quasi ipsi eum ad iter illud abriperent. nisi forte mendum in textu Syro statuamus, & transpositis solum literis legendum dicamus ܚܦܛܘܗܝ, *incitarunt eum*. ita sane legit Ferrarius, qui probaturus ܚܦܛ significare *suasit, hortatus est, incitavit*, hunc ipsum locum citat. significat propriè *diligentem, studiosum & concitatum ad rem aliquam reddere*. Arabs vertit فرح به, *gavisi sunt de eo*. antecedens dixit pro consequente. ideo enim hortati sunt ut proficiscerunt, quia gaudebant eum id proposuisse. Æthiopicus אבחוו, *permiserunt ei, potestatem ei fecerunt*, quasi ἐπιτρεψάμενοι legisset, aut προτρεψάμενοι id ipsum significare voluisset.

IBID. ὃς συνεβάλετο πολὺ τοῖς πεπιστευκόσι διὰ τῆς χάριτος. Vulgatus, Eras. Beza, Syrus & Arabs acceperunt συνεβάλετο significatione *commodi*. Solus Æthiopicus, significatione *collationis per sermonem*. vertit enim, ובציחו נגרומו בווח לאל אמנו בצג אגזי אבחר, *& cum advenisset, locutus est multum iis qui crediderant per gratiam Dei*. eodem sensu quo apud Euripidem est συμβάλλω σοι λόγους, *colloquor tecum*. prior tamen significatio usitatior, præsertim in medio συμβάλλομαι. & huic loco convenientior, quia vers. seq. ratio additur, cur multum profuerit credentibus: quia nempe vehementer redarguebat Judæos.

VERS. 28. Εὐτόνως γὰρ τοῖς Ἰουδαίοις διακατηλέγχετο. Vulgatus εὐτόνως, *vehementer*. Beza, *magna contentione*. Syrus ܥܫܝܢܐܝܬ, *fortiter*. Hezychius, εὐτόνως, ἰσχυρῶς, ἐλαφρῶς, *validè, levi negocio*. Idem, εὔτονος, εὐμενής, γενναῖος, *animosus, generosus*. hinc non ineptè vertas, *animosè, generosè*. Idem, εὐτονία, ἀνεξικακία, καρτερία, ὑπομονή, *malorum tolerantia, fortitudo, perseverantia*. neque hinc male vertas, *constanter, perseveranter*. Cætera Vulgat. & Erasm. verterunt, *Iudæos revincebat*. Beza, *magis magisque redarguebat*. ut vim præpositionis διὰ, qua augeri significationem vult, exprimeret. sed vis potius præpositionis κατὰ attendenda, quæ ut verbo, cum quo componitur, dat ut construatur cum Dativo τοῖς Ἰουδαίοις, ita eidem actionis significationem dare videtur, qua agebat Apollos adversus Judæos. adeo ut non gravatè verterem, *adversus Iudæos arguebat*. ita sane Syrus ܡܬܟܬܫ ܗܘܐ ܠܘܩܒܠ ܝܗܘܕܝܐ, *disputabat contra Iudæos*. & Arabs كان يجادل اليهود امام الجموع جدالا منيع, *disputabat cum Iudæis coram turbis disputatione valida*.

IBID. Εἶναι τὸν Χριστὸν Ἰησοῦν. Ambiguum est, utrum sit subjectum, utrum prædicatum. Ambiguitatem reliquerunt Vulgatus & Æthiopicus, *esse Christum Iesum*. At Syrus, Arabs, Eras. & Beza Ἰησοῦν faciunt subjectum, τὸν Χριστόν prædicatum. si tamen mutes in ὅτι ὁ Χριστός ἐστι Ἰησοῦς, subjectum potius est ὁ Χριστός, ac sensus, eum qui dicitur Christus, esse verum mundi Servatorem. fateor tamen id non omnino esse necessarium, quia articulus ὁ, etsi non frequenter, interdum tamen etiam prædicato apponitur. ut Joan. 1. vers. 4. & 8. 44. Jac. 3. 6.

CAP XIX.

VERS. 3. Εἰς τί οὖν ἐβαπτίσθητε; ὁ δὲ εἶπον, εἰς τὸ Ἰωάννου βάπτισμα. Vulgatus, Syrus, Arabs & Æthiopicus εἰς pro ἐν acceperunt, quod passim in N. T. usitatum. *in quo baptizati estis?* id est, in qua doctrinâ? *in baptismate Iohannis*, id est, in doctrina quam Johannes baptismate obsignavit. sicut 1 Cor. 10. 2. εἰς τὸν Μωϋσῆν ἐβαπτίζοντο, *in Mose*, id est, in doctrina Mosis, *baptizati sunt*.

VERS. 9. Ἐν τῇ σχολῇ Τυράννου τινός. Syrus & Arabs nomen proprium viri cujusdam esse voluerunt. Arabs autem, non in editione Erpeniana tantum, sed & in alio M.S. habet طرابيوس, *Turadius*. Æthiopicus vertit בקדם מכנאן ומלאכת, *coram prætorio & præsidibus*, seu principibus. vult σχολὴν Τυράννου fuisse prætorium, ubi præsides convenirent, apud summum scilicet tyrannum & urbis principem.

VERS. 12. Σουδάρια ἢ σιμικίνθια. Sunt qui duas hasce voces idem significare volunt. Suidas, σιμικίνθιον, φακιόλιον ἢ σουδάριον. quid autem φακιόλιον? idem Suidas ait esse, τὸ τῆς κεφαλῆς περιείλημα, ὃ παρὰ Κυπρίοις Κορδύλη, παρ' Ἀθηναίοις Κρώβυλον, παρὰ δὲ Πέρσαις Νιδάριον καλεῖται, *capitis velamen, quod Cypriis Cordyle, Atheniensibus Crobylum, Persis autem Nidarium dicitur*. Hezychius quoque σιμικίνθια vertit φακιόλια. Sed addit, ζωνάρια ὡράρια τῶν ἱερέων, *Cingula horaria sacerdotum*. Cingula intelligo, quibus se accingerent cum sacra facerent. cum enim talaribus induerentur vestibus, non nisi succinctos solere sacris vacare, liquet ex Exod. 39. 29. Levit. 14. 6. 1 Sam. 2. 18. Talibus quoque cingulis, quo expeditius & incederet & sua perageret, usus procul dubio fuit Paulus. quæ *semicinctia* rectè dicuntur, quia in medio corporis medium vestis accingunt. At Syrus vertit, ܦܣܩܝܐ. Arabs خرق, *lacinias*. sunt autem laciniæ, in vestimento extremæ partes, ejusque segmenta quædam vestem dividentia, unde & à *lacerando* Latinis, Syris & Arabibus dictæ sunt. quarum etiam in abstergendis sudoribus usus erat. Plaut. Merc. *Ac tu ædepol sume laciniam, atque absterge sudorem tibi*. hæ quia ad medium corporis scissæ erant, atque ibi accingebantur, rectè ob id semicinctia dicantur. quo videtur respexisse Æthiopicus quum vertit ווישדו אמצנף לבשו ושבנו, *& tulerunt de extremitatibus vestis ejus, & sudaria ejus*. צנף quo utitur Æthiopicus, etiam in Targum pro lacinia & extremitate vestis usurpatur. Hebræi כָּנָף dicunt, cujus duale כְּנָפַיִם observetur non de avibus tantum, sed & de vestibus dici, Jer. 2. 34. ut sciamus, sicut avium, ita & vestium duas fuisse alas, quæ quia jam ad medium corporis erant scissæ, ubi cingebantur, facile porro à reliqua veste abscindi & separari potuerunt. quod uni alæ vestis Regis Saulis à Davide contigit 1 Sam. 24. Ut itaque hæ alæ per σιμικίνθια hîc intelligantur, plane non repugno.

VERS. 13. In fine versus, Solus Arabs addit فيتعافون, *& sanabantur*.

VERS. 16. Καὶ κατακυριεύσας αὐτῶν. Sic Syrus, Arabs & Æthiopicus quoque legerunt, non ut Vulgatus, *dominatus amborum*. In fine versus pro γυμνοὺς καὶ τετραυματισμένους, Syrus habet ܟܕ ܡܫܠܚܝܢ ܘܡܦܪܟܝܢ. Trem. *nudati ac vulnerati*. Boder. *nudati sauciique*. Ferrarius ܦܪܝܟܐ, *contritus, contusus, comminutus*. ܦܪܝܟܘܬܐ & ܦܘܪܟܐ, *contritio, contusio, comminutio*. ܦܪܟ, *contrivit, contudit, comminuit*.

VERS. 19. Εὗρον ἀργυρίου μυριάδας πέντε. Vulgatus, *invenerunt pecuniam denariorum 50 milla*. Beza quoque ἀργύριον per denarios vertit. Arabs per دراهم, *drachmas*, quæ tantundem fere valebant atque denarii. Syrus כספא. sicut LXX plerumque pro כֶּסֶף ponunt ἀργύριον. interdum tamen δίδραχμα ἀργυρίου. ut Deut. 22. 29. interdum δίδραχμα absolutè. ut Gen. 20. 16. aliquando σίκλος, *siclus*. ut Num. 7. 85. Deut. 22. 19. 2 Reg. 15. 20. Esa. 7. 23. Jer. 32. 9. intelligitur autem siclus communis, valens δίδραχμον duas drachmas. quomodo & Chaldæus pro כֶּסֶף solet dicere סלעא, *siclus*. ex hac supputatione, summa esset, *siclorum quinquaginta millia*. altero major quam denariorum. siclus enim communis duos denarios comprehendit.

VERS. 22. Καὶ Ἔραστον. Consentiunt in hac lectione Vulg. Syr. & Arabs. Solus Æthiopicus mendosè legit, *& Aristarchum*. qui quomodo potuit missus dici in Macedoniam, quum infra vers. 29. dicatur cum Gajo comprehensus Ephesi. & in fine versus, solus legit *Ephesi*, quum reliqui omnes constanter habeant *in Asia*.

VERS.

VERS. 23. περὶ τῆς ὁδοῦ. Syrus, Arabs & Beza, *ob viam Dei*. Æthiopicus *ob hanc doctrinam*. τῆς pro ταύτης.

VERS. 24. Ναοὺς ἀργυροῦς. Arabs & Æthiop. habent *imagines argenteas*.

VERS. 25. Οὓς συναθροίσας καὶ τοὺς περὶ τὰ τοιαῦτα ἐργάτας. Syrum sic quoque legisse, non autem ut habebat vetustissimus Bezæ codex, clarum est. habent enim, ܗܢܐ ܟܢܫ ܐܢܘܢ ܠܟܠܗܘܢ ܐܘܡܢܐ ܕܥܡܗ ܘܠܦܥܠܐ ܕܦܠܚܝܢ ܗܘܘ ܥܡܗܘܢ, *hic congregavit istos coartifices suos omnes, & qui operabantur cum illis.* ubi quoque manifestè distinguit inter τεχνίτας & reliquos ἐργάτας. per istos intelligens, qui sicut Demetrius magistri artis erant, & aliis operas præscribebant, per hos vero, inferiores operarios, quibus à magistris artificibus operæ præscribebantur.

VERS. 27. οὐ μόνον δὲ τοῦτο κινδυνεύει ἡμῖν τὸ μέρος εἰς ἀπελεγμὸν ἐλθεῖν. Vulgatus τοῦτο μέρος vertit ad verbum *hæc pars*. Beza, *illud quod nobis est peculiare*. cui longè præfero quod Syrus & Arabs verterunt, *hæc res*, vel *hoc negocium*. quo sensu idem nomen capiendum nobis videtur 2 Cor. 9. 3. *ne gloriatio nostra de nobis inanis fiat* ἐν τῷ μέρει τούτῳ, *hac in re*. Col. 2. 15. *ne quis vos damnet in cibo aut in potu*, ἢ ἐν μέρει ἑορτῆς, *aut in negocio festi*. 1 Pet. 4. 16. *glorificet autem Deum* ἐν τῷ μέρει τούτῳ, *in hac re*. Belgicè ad verbum rectè dicimus, **in desen deele**, *in hac parte*, id est, in eo quod ad hanc rem spectat. Sic, *nemo damnet vos in parte festi*, id est, in eo quod ad festum spectat. *Ne gloriatio nostra de vobis inanis fiat in hac parte*, id est, in eo quod hanc rem, nempe subsidium pauperum, spectat. Sic hoc loco, *periclitatur nobis hæc pars*, id est, hoc quod ad hanc rem, nempe artificium & quæstum nostrum, spectat. Porro, κινδυνεύει εἰς ἀπελεγμὸν ἐλθεῖν, Vulg. vertit, *periclitatur in redargutionem venire*. Beza, *periculum est ne nobis probrosum evadet*. laudo. sed examinandum quod addit, Syrum & Arabem vel hunc locum non intellexisse, vel diversum quidpiam in Græcis codicibus legisse. neutrum necesse videtur. Syrus habet ܘܠܐ ܒܠܚܘܕ ܗܕܐ ܨܒܘܬܐ ܡܬܒܣܪܐ ܘܡܫܬܒܩܐ Tremel. *& non hæc res tantum innotescit*. correxit Junius, *& non hoc studium tantummodo infamatur*. Boder. *& non hoc placitum tantum diffamatur*. ܨܒܘܬܐ non est propriè *placitum*, nec *studium*. etsi sit à ܨܒܐ, *voluit*. sed *rem*, *negocium* denotat. nec quicquam amplius. *voluntas*, *placitum* ܨܒܝܢܐ dicitur. sicut & Arab. à شبا, *voluit*, fit مشية *voluntas*, & شي quod nihil nisi *rem*, *negocium* significat. Porro Syr. ܦܪܣܝ. significat *publicæ ignominiæ exponere*, ut ad Matth. 1. 19. pluribus tradidimus. Verto ergo, *& non hæc res tantum* (nempe ars quam profitemur) *publicæ ignominiæ exponetur & cessabit*. optimè mentem textus videtur assecutus, qui habet εἰς ἀπελεγμὸν ἐλθεῖν. malui autem participia Syriaca per futura vertere, quia non tantum frequenter eum usum habent, sed & hoc loco melius explicant mentem Euangelistæ, qui dixit, κινδυνεύει ἡμῖν τοῦτο τὸ μέρος εἰς ἀπελεγμὸν ἐλθεῖν. quid futurum sit proponit. Arabs Syrum secutus reddit وليس انما يفضح هذا الامر فقط ويبطل *& non utique probrosa reddetur res hæc tantum & cessabit*. Junius aliter, sed male.

Sequitur in fine versus apud Syrum ܘܐܦ ܗܝ ܐܠܗܬܐ ܕܟܠܗ ܐܣܝܐ ܘܟܠܗܘܢ ܥܡܡܐ ܣܓܕܝܢ ܠܗ ܡܬܒܣܪܐ. Tremel. *& etiam ipsa Dea totius Asiæ, & quam omnes gentes adorant, despectui habetur*. inseruit pronomen relat. *quam*, ut pote quod in Syro deesse putabat. similiter fere Boder. in Reg. at in Paris. pro וכלהון legit דכלהון contra omnium codicum fidem, & absque copula vertit, *& etiam ipsa Dea totius Asiæ, quam omnes gentes adorant, ludibrio habebitur*. nempe quia cum Tremellio ܕ in ܕܟܠܗ ܐܣܝܐ acciperet pro nota Gen. cas. nec alibi reperiret pronomen relat. quod hîc tamen omnino erat necessarium, mutavit copulam ו in relat. ד. nihil id necesse. Sic enim vertendum, *& etiam ipsa Dea, quam tota Asia & omnes populi adorant, contemnetur*. ἣν ὅλη ἡ Ἀσία καὶ ἡ οἰκουμένη σέβεται. Neque mirum, quod pro ἡ μεγαλειότης αὐτῆς, Syrus dixerit, *ipsa Dea*. est enim μεγαλειότης τοῦ Θεοῦ, quæ μεγαλοπρεπὴς δόξα dicitur 2 Pet. 1. 17. ipsa divinitas. quamobrem hîc Æthiopicus habet ותתנשת מלכאה, *& destruetur divinitas ejus*.

Vers. 35. Καταστείλας δὲ ὁ γραμματεὺς τὸν ὄχλον. Vulgatus, Æthiopicus & Beza vertunt γραμματεὺς ad verbum *Scriba*. Syrus & Arabs, *primarius civitatis*. quod non rejicio. Glossarium, γραμματεὺς, *Scriba, Tesserarius*. est autem tesserarius, qui tesseras tribuit, & militibus symbola dat. quod apud nos in urbibus præsidiariis Gubernatoris est, in cæteris primarii consulis. Papias: *Tesserarius præpositus curruum, qui bellum nunciat*. Plutarchus, Τεσσεράριοι καλοῦνται, οἱ δὲ ἀγγέλων καὶ διοπτήρων ὑπηρεσίας τελοῦντες, *Tesserarii vocantur, qui per nuncios & speculatores ministeria peragunt*. quum ergo hîc in urbe Ephesо designatur aliquis qui absolutè vocatur ὁ γραμματεὺς, merito intelligitur præfectus, qui militibus symbola & munia præscribit.

Vers. 38. ܗܐ ܐܢܬܘܦܛܘܣ ܒܡܕܝܢܬܐ ܘܐܘܡܢܐ ܐܢܘܢ. Non rectè Tremel. *ecce proconsul est in civitatate, & fasti dies sunt*. rectè verò Boder. *ecce proconsul est in urbe, arifices sunt*. In Græco est, ἀγοραῖοι ἄγονται, καὶ ἀνθύπατοί εἰσι. ubi primum Syrus invertit ordinem. deinde legit in singulari ἀνθύπατός ἐστι. Tertio, Syro ἀγοραῖοι non sunt forenses conventus ubi jus dicitur, nec forenses judices, nec fasti dies, sed accepit eodem sensu quo capitur Act. 17. 4. προσλαβόμενοι τῶν ἀγοραίων τινὰς ἄνδρας πονηρούς. sunt enim ἀγοραῖοι plebei, qui manu victum quærunt, suaq; manuficia in foro venum exponunt. quæ autem in hac interpretatione mens Syri fuerit, ex Arabica versione clarius liquet, quæ habet فهاهوذا القاضي في المدينة انماهم صناع, *& ecce judex est in civitate, tantummodo illi operarii sunt*. Id est, peccarunt Demetrius ejusque sodales, quod adversus hos viros tantas turbas dederint. si quid enim deliquerunt, non ipsorum est hîc jus dicere, quippe qui operarii tantum sint & artifices. proconsul est in civitate, ad quem hoc pertinet. Eo sensu ἀγοραῖοι ἄγονται vertendum esset, *circumforanei* vel forenses *habentur*. nam ut Latinis *duco*, sic & ἄγω Græcis aliquando pro *existimo*, *habeo* usurpatur. ut ἄγω ὑμᾶς ἐν ἴσῃ τιμῇ, *habeo vos in pari honore*. ἄξω οὐδαμῶς μείζονας ὑμῶν, *nullos habebo majores vobis*.

Vers. 40. *Possimus reddere rationem* τῆς συστροφῆς ταύτης, Vulg. Eras. & Beza, *concursus hujus*. Arabs benè الفتنة, *seditio*. tumultuarium enim & seditiosum concursum significat. ut συστρέφειν est στασιαστικῶς συνάγειν, *populum factiosè cogere*: sic συστροφὴ est *factiosus cœtus*. Hezychius reddit, ἴλιγξ ὕδατος, σκοτισμός, *vortex, obtenebratio*. ubi per obtenebrationem intelligo capitis vertiginem, quæ spirituum in cerebro tumultuantium ac sursum deorsum conversorum ac convolutorum vortex quidam est, tenebras oculis inducens. ita se habet עֲדַת דְּבוֹרִים, *examen apum*, quod propterea συστροφὴ μελισσῶν, LXX Interpretibus dicitur Jud. 14. 8. nec aliter se habet συστροφὴ τοῦ λαοῦ, *seditiosa coitio populi*. LXX etiam pro קֶשֶׁר *conjuratione utuntur*. 2 Reg. 15. 15. Amos 7. 10. & alibi. sic verti potest Ps. 64. 3. σκέπασόν με ἀπὸ συστροφῆς πονηρευομένων, *protege me à conjuratione maleficorum*. Suidas vult, intelligi ibi τὴν ἐπὶ κακῷ συμφωνίαν. in Hebræo est, מִסּוֹד *à concilio*, vel *à consilio*. concilia enim & consilia improborum factiosa sunt & conjuratoria.

Cap. XX.

Vers. 4. Ἄχρι τῆς Ἀσίας. Vulgatus, Arabs & Æthiop. non legerunt. Σώπατρος. Arabs *Sosipatrus*. Quod autem Vulgatus addit *Pyrrhi*, Syrus, Arabs, & Æthiop. non legerunt. Et in fine versus post καὶ Τιμόθεος, Syrus & Arabs addunt, *qui erat ex Lystra*.

Vers. 7. Τοῦ κλάσαι ἄρτον. Syrus ܕܢܩܨ ܐܘܟܪܣܛܝܐ, *ut frangeremus eucharistiam*. Arabs لنوزع جسد المسيح, *ut distribueremus corpus Christi*. Æthiopicus לברך מאר, *ad benedicendum mensæ*. omnes de S. Cœna intellexerunt.

Vers. 8. Οὗ ἦσαν συνηγμένοι. *ubi erant congregati*. sic & Æthiopicus. At Vulg. Syrus & Arabs, *ubi eramus congregati*.

Vers. 9. Ἀπὸ τοῦ τριστέγου. Syrus ܡܢ ܬܠܬ ܡܕܪ̈ܓܢ, *ex tribus contignationibus*, id est, à tertia contignatione. Moneo tantum, malè à Boderiano legi מְדִירִין. lege, מְדָרְגָן. quod manifesto liquet ex secunda vocali sub Mem. Ferrarius ܡܕܪܓܐ, *contignatio superior, tabulatum, cœnaculum*. sic Ps. 104. 3. ܕܡܛܠܠ ܒܡܝܐ ܡܕܪ̈ܓܘܗܝ. *fecit in aquis cœnacula sua*, הַמְקָרֶה בַמַּיִם עֲלִיּוֹתָיו.

Vers. 11. Οὕτως ἐξῆλθεν. *ita exiit*. οὕτως interdum non similitudinis esse particulam, sed quæ consequens antecedenti subjungat, diximus supra c. 7. 8. & Joan. 4. 6. Syrus & Arabs

Arabs hic vertunt *tum.* nec aliter כֵּן usurpatur Pſ. 61. 9. כֵּן אֲזַמְּרָה שִׁמְךָ, LXX οὕτως ψαλῶ τῷ ὀνόματί σȣ. *ſic*, id eſt, tum, quum res ſe ſic habebit, *canam nomini tuo.* Porro quum Paulus hîc dicitur exiiſſe, ſenſus eſt, eum pedeſtri itinere profectum eſſe, cæteris navi ituris, ut ex verſ. 13. apparet. quamobrem Syrus & Arabs, explicationis gratia, vertetunt, *tunc exiit ut iret per aridam*, id eſt, terrâ.

VERS. 13. Ἀνήχθημεν εἰς τὴν Ἄσσον. Syrus ܘܰܪܕܺܝܢ ܠܡܶܐܢܳܐ ܕܬܳܣܳܘܣ. Tremel. & Boder. in Pariſ. *& iter fecimus ad cœtum Theſus.* In Reg. *ad congregationem Theſus.* reſpexerunt Hebr. נוֹעַד, *congregari, convenire.* unde eſt, עֵדָה, *congregatio, cœtus.* & apud Rabbinos וַעַד idem. בֵּית הַוַּעַד, *domus conventus, ſchola, ſynagoga.* at id hoc loco non habet locum. verte, *& navigavimus ad portum Theſos.* Habemus enim ex Gloſſ. Syro-Arab. ܡܺܐܢܳܐ ſignificare ܠܡܶܐܢܳܐ, λιμένα, Arabicè المينا, *portum.* ܘܡܳܘܥܕܳܐ, Arab. والوعد, *& pactum.* ſic quoque Ferrarius, ܡܺܐܢܳܐ, *portus, refugium, pactum.* Explicat ergo Syrus, urbem Aſſon fuiſſe maritimam, aptumque portum navibus. Plin. lib. 5. cap. 30: in litore Troadis eam collocat, eandemque Apolloniam quoque dici ait. Strabo lib. 13. tradit, qua parte mare ſpectat, eſſe natura ac arte munitiſſimam. Annotavit autem D. Beza, pro Ἄσσον quædam exemplaria legere Θάσσον. tale fuit quo Syrus noſter eſt uſus. At Arabs & Æthiopicus legerunt Ἄσσον.

VERS. 16. *Feſtinabat, ſi fieri poſſet*, τὴν ἡμέραν τῆς Πεντηκοστῆς γενέσθαι εἰς Ἱεροσόλυμα. Vulg. Syr. & Arabs, *ut diem Pentecoſtes faceret Ieroſolymis.* videntur pro γενέσθαι legiſſe ποιεῖν. de qua phraſi vide ſupra Act. 15. 33. & 18. 23. & Mat. 20. 12.

VERS. 18. Ὡς δὲ παρεγένοντο πρὸς αὐτόν. *quum autem veniſſent ad eum.* Vulgatus addit, *& ſimul eſſent.* quod Syrus, Arabs, & Æthiopicus non agnoverunt.

VERS. 20. Δημοσίᾳ καὶ κατ' οἴκȣς. Eraſ. *publicè & per ſingulas domos.* Beza, *& domatim.* Malim cum Vulgato, *& per domos.* ſive ut habent Syrus & Arabs, *& in domibus*, id eſt privatim. nulla hîc diſtributio indicatur, ſed *publicè* & *privatim* opponuntur. vide quæ ſupra diximus, Act. 2. 46. Æthiopicus rectè באפאן ובושטן, *foris & intus.*

VERS. 21. *Teſtans Iudæis* ܠܝܽܘܕܳܝܶܐ ܘܰܠܐܳܪܳܡܳܝܶܐ *& Gentilibus.* annotat hîc F. Junius, Syr. & Aramæis, id eſt, Syris, pro eo quod eſt gentibus, συνεκδοχικῶς. at vero ܐܳܪܳܡܳܝܶܐ, ut hoc loco legendum, non ſunt Syri. tum enim ſcribitur ܐܳܪܡܳܝܶܐ. vide Luc. 4. 27. ܐܳܪܳܡܳܝܳܐ, *Ethnicum* denotat, & non uſurpatur niſi oppoſitè ad Judæos, ut & ܐܳܪܳܡܳܐܺܝܬ, *gentiliter* Gal. 2. 14. ܐܳܪܡܳܐܺܝܬ autem eſt *Syriacè.* Neque tamen inficior illud ex hoc eſſe natum. Quum enim populus Judæorum in Babylonia degeret, inter Chaldæos, qui & Aramæi dicebantur, ipſorumque lingua Aramæa, unde Dan. 2. 4. dicuntur Regem allocuti אֲרָמִית Aramæè, adeoque populi Chaldææ aut Aramæi tum eſſent aut Judæi, factum ut præ cæteris gentibus hi Judæis opponerentur, quumque quis Aramæus diceretur, gentilis ſive Ethnicus intelligeretur, qui non eſſet è populo Judaico. Deinde vero diſcriminis cauſa, ܐܳܪܡܳܝܳܐ dictus qui natione eſſet Syrus, ܐܳܪܳܡܳܝܳܐ autem qui origine & religione ethnicus. quam vocem & Æthiopicus paſſim pro Ἕλλην uſurpat.

VERS. 24. *Ut peragam curſum meum* μετὰ χαρᾶς *cum gaudio.* Syrus, Arabs, Æthiop. & Vulgatus non legerunt μετὰ χαρᾶς. Omnia tamen Græca noſtra exemplaria, ut & Chryſoſtomus legunt.

VERS. 28. *Spiritus S. conſtituit vos Epiſcopos.* Æthiopicus pro ἐπισκόπȣς habet פפשת quod plur. eſt à ſingul. פפש, *epiſcopus.* quod proculdubio corruptum eſt è Græco, ſicut apud Arabes אסכנדר pro Ἀλέξανδρος omiſſis enim quatuor literis, & priori *p* juncto poſteriori, ex ἐπίσκοπος fit πόπος. eſtque hoc ipſum quod Angli dicunt *pope*, Muſcovitæ *pop*, Latini *papa*, non tantum de ſummo Pontifice, ſed & de omnibus paſtoribus atque inſpectoribus Eccleſiæ, quos Belgicè **Papen** dicimus.

VERS. 29. Μετὰ τὴν ἄφιξίν μȣ, *poſt diſceſſum meum.* Notat Cl. Beza, novam eſſe ſignificationem, quum ἄφιξις, *adventum* declaret. Generalius tamen in Gloſſar. redditur ἄφιξις, *adventus, profectio.* hinc verte,

profectionem meam. sicut apud Demosthenem, ἄφιξιν εἰς τοὺς πολεμίους ἐποίησατο, *profectionem in hostes instituit.* nec diverso sensu Gen. 38. 1. וַיֵּט עַד אִישׁ עֲדֻלָּמִי, *declinavit ad virum Adullamitam*, LXX habent, ἀφίκετο ἕως πρὸς ἄνθρωπον &c.

Vers. 32. Τῷ Θεῷ καὶ τῷ λόγῳ τῆς χάριτος αὐτοῦ, τῷ δυναμένῳ ἐποικοδομῆσαι &c. Erasmus, Syr. & Arabs construxerunt τῷ δυναμένῳ cum propinquiori λόγῳ. Vulgatus & Beza cum remotiori Θεῷ. utrumque consistere potest. & quocunque modo construatur, Deus & verbum ejus hîc concurrunt. verbum gratiæ à Deo ædificat, & Deus per verbum.

Vers. 35. Μνημονεύειν τε τῶν λόγων τοῦ Κυρίου. Syrus, ܘܠܡܥܗܕܘ ܡܠܘܗܝ ܕܡܪܢ. Tremel. & Boder. *& meminisse verborum Domini nostri.* Id nisi fallor in Kal dicerent ܘܠܡܥܗܕܘ. at in Aphel transitivum est, ac vertendum, *& commone facere verba Domini nostri.* scribendum autem est ܘܠܡܥܗܕܘ.

Cap. XXI.

Vers. 3. Ἀναφανέντες δὲ τὴν Κύπρον. Antiquissima hæc est & vulgatissima lectio, quam Chrysostomus, Vulgatus & pleraque nostra Græca exemplaria habent. quia tamen insolens videbatur constructio, nec satis evidens sensus, audaculi quidam immutare eam nonnihil sunt ausi. Hinc duo ex nostris codicibus legunt ἀναφάναντες, *quum aperuissemus* vel *detexissemus.* non satis Grammaticè. dicendum enim in aor. 1. fuerat ἀναφήναντες. in aor. 2. ἀναφανόντες. alii duo codices habent ἀναφανέντος δὲ τῆς Κύπρου, *quum apparuisset Cyprus.* solœcismo manifesto. dicendum enim fuerat ἀναφανείσης δὲ τῆς Κύπρου. nos antiquiorem lectionem rectam putamus, quæ ad verbum sonat, *quum autem ostensi essemus Cyprum*, id est, ostensa nobis esset Cyprus. sicut ἐπιστεύθησαν τὰ λόγια τοῦ Θεοῦ, *crediti sunt verba Dei*, id est, credita sunt ipsis verba Dei. Rom. 3. & ἐπιστεύθην τὸ εὐαγγέλιον, *creditus sum Euangelium*, pro, creditum est mihi.

Vers. 15. Ἀποσκευασάμενοι. Eras. *sublatis sarcinis.* Beza, *collectis sarcinis*, quasi ἀνασκευασάμενοι. Vulgatus, Syr. & Arabs, *præparati*, quasi παρασκευασάμενοι. Sed & ἀποσκευάζεσθαι significat interdum *remotis impedimentis præparare.* hoc sensu LXX Interpretes usurpant pro Hebr. פִּנָּה, Lev. 14. 36. quod alibi per ἑτοιμάζειν reddunt, ut Gen. 24. 31. Esa. 40. 3. Ita hoc loco sensus esset potest, *quum sublatis omnibus obstaculis parassemus nos.* sed tacendum non est, LXX Interpretibus ἀποσκευὴν frequenter usurpari pro רְכוּשׁ, *supellectile* seu substantia quam quis acquisivit, sive apparatu cujusvis rei familiaris. vide Gen. 14. 12. & 15. 14. 2 Paral 32. 29. & alibi sæpe. hinc ἀποσκευασάμενοι rectè vertas, *apparatu facto.*

Vers. 22. Τί οὖν ἐστι; πάντως δεῖ πλῆθος συνελθεῖν. hæc Syrus, Arabs, & Æthiop. non legerunt. Quod sequitur, ἀκούσονται γὰρ ὅτι ἐλήλυθας, verterunt, quasi legissent, ἐπειδὴ οὖν ἀκούσονται ὅτι ἐλήλυθας, & conjungunt cum vers. sequenti. Non laudo autem Tremel. qui participium præsens ܡܫܬܡܥ ܠܗܘܢ per præteritum vertit, *auditum est.* malim consueto more per futurum, *audietur.* sic Arabs. Æthiopicus נבר ישמעו, *necesse est ut audiant*, id est, non poterunt non audire.

Vers. 24. Ἀλλὰ στοιχεῖς καὶ αὐτὸς τὸν νόμον φυλάσσων. Syrus ܫܠܡ ܐܢܬ ܠܢܡܘܣܐ ܘܢܛܪ ܐܢܬ, Tremel. *tuque legem perficias & serves.* Boder. *teque legem adimplere & conservare.* Nunquam ܫܠܡ in Kal sumitur transitivè, sed intransit. *compleri, absolvi, expirare.* item *concordare, consentire.* posterior significatio est hujus loci, *& tu legi consentis, & observas.* quod Arabs dixit وانت موافق للتوراة حافظ لها *& tu consentis legi, observans eam.* quod idem valet atque Græca, *incedis & ipse legem observans.* sic cap. 22. 20. ܘܫܠܡ ܗܘܝܬ ܠܨܒܝܢܗܘܢ. Tremel. *& complebam* Boder. *& adimplebam voluntatem eorum.* vertere, *& consentiebam voluntati eorum.*

Vers. 34. Ἄλλοι δὲ ἄλλο τι ἐβόων ἐν τῷ ὄχλῳ. Syrus, ܐܢܫܐ ܕܝܢ ܡܢ ܟܢܫܐ ܩܥܝܢ ܗܘܘ ܥܠܘܗܝ ܐܢܫ ܐܢܫ ܡܕܡ ܡܕܡ. Tremel. *& clamabant adversus eum homines è turba quisque aliquid.* Boder. in Reg. *alii aliud.* In Paris. ad verbum *aliquid aliquid*, id est, varium quid, nunc hoc nunc illud. sicut Act. 25. 19. ܙܛܡܐ ܕܝܢ ܡܕܡ ܡܕܡ ܐܝܬ ܗܘܐ, *quæstiones autem variæ.* Sæpe enim repetitio illa varietatem denotat. ut ܓܘܢܐ ܓܘܢܐ *variis*

variis linguis. نقا نقا, *varii homines.* alibi universalitatem.

IBID. *Iussit eum dici* εἰς τὴν παρεμβολήν. Vulgatus, Erasmus & Beza, *in castra.* rectè tamen Cl. Beza observat, intelligi *arcem Antoniam.* malim ergo vertere, *in castrum.* hæc enim sic differunt, ut in singulari *castrum* sit locus muris munitus, alias castellum vel arx dictus. in plur. autem *castra*, locus in quo milites tentoria fixere, vel ipsa tentoria in quibus milites diversantur. utrumque παρεμβολή significat. Glossarium παρεμβολή, *phalanx*, *castrum*. Hezychius, παρεμβολή, στρατόπεδον, σύνταξις, εἶδος στρατιᾶς ἢ πλῆθος, ἢ οἴκησις, ἢ κάστρον, *castra, acies, cuneus, exercitus aut multitudo, aut habitaculum, aut castrum.* sic Esa. 21. 8. pro עַל מִשְׁמַרְתִּי אָנֹכִי נִצָּב, LXX habent, ἐπὶ τῆς παρεμβολῆς ἑστώς. idem est quod eodem versu, עַל מִצְפֶּה אָנֹכִי עֹמֵד, *in specula ego sto.* intelligitur castrum, arx, locus editus & munitus, ubi quis tutò hostes speculatur & observat. talis παρεμβολή fuit arx Antonia, ad quam per ἀναβαθμοὺς, *gradus*, de quibus vers. sequenti, & 40. Paulo ascendendum fuit, quia in edito erat collocata.

VERS. 38. Σικαρίων, *Sicariorum.* Ægyptius addit, *cujus interpretatio est, latronum.* quod ex margine irrepsisse, cuivis liquet.

CAP. XXII.

VERS. 3. *Educatus ad pedes Gamalielis.* Sedebat enim Magister in loco editiore. At תלמיד, *discipulus* dicebatur מוטל בקרקע, *prostratus sive jacens in solo*, ad pedes magistri. tamdiu dicebatur קטן, *parvus*, & tempus illud קטנות, *parvitas*. tum erat בחור, *juvenis*, neque vocabatur nisi nomine patris, ex. gr. בן שמעון, *filius Simeonis*. At post סמיכה, *impositionem manum*, qua ad Rabbinatum promovebatur, suo nomine appellabatur, Rabbi David filius Simeonis. hic, dum esset חבר הרב, *socius magistri*, non amplius jacebat in solo, at nec sedebat sedente magistro, sed erat מוטה, *inclinatus sive in latus recumbens.* At quum factus esset מורה הוראה, *doctor legis*, vocareturque מורנו הרב, *doctor noster Rabbi*, sedebat quum alios juniores aut imperitiores doceret, at stabat coram alio Rabbi sene.

IBID. Πεπαιδευμένος κατὰ ἀκρίβειαν τοῦ πατρῴου νόμου. Vulgatus, *eruditus juxta veritatem paternæ legis.* ἀκρίβειαν accepit, sicut apud LXX. Dan. 7. 16. καὶ τὴν ἀκρίβειαν ἐζήτουν παρ' αὐτοῦ, Chaldaicè וְיַצִּיבָא אֶבְעֵא מִנֵּהּ, *& veritatem quærebam ab eo.* est enim יַצִּיב, *verum, certum, firmum*, per ἀλήθειαν alibi exponunt, ut Dan. 2. 8. 45. & alibi. Erasmus vertit, quasi scriptum esset, πεπαιδευμένος κατ' ἀκρίβειαν ἐν τῷ πατρῴῳ νόμῳ, *institutus accuratè in paterna lege.* Sic Syrus quoque & Arabs. nisi quod pro *accuratè* dixerunt *perfectè*. His omnibus præfero Cl. Bezæ versionem, *institutus ad exquisitam formam patriæ legis.* ubi per patriam legem non intelligo simpliciter, quam patres à Deo per Mosen acceperant, sed παράδοσιν, quam ipsi à patribus acceperant. Pharisæorum religionem denotat, quæ πατρικαῖς παραδόσεσι magnam partem constabat, quarum ζηλωτὴς se fuisse olim ait ad Gal. 1. 14. quumque ἀκρίβειαν ei religioni tribuit, idem dicit quod infra Act. 26. 5. κατὰ τὴν ἀκριβεστάτην αἵρεσιν τῆς ἡμετέρας θρησκείας ἔζησα Φαρισαῖος. Sensus ergo est, se institutum fuisse in Pharisaismo, quæ accuratissima est patriæ legis forma.

Addit, *zelo accensus* τοῦ Θεοῦ *Dei.* Sic Syrus, Arabs & Æthiopicus quoque legerunt. sic Chrysostomus, & omnia Græca exemplaria quæ videre contigit. itaque non est germana habenda lectio Vulgati, qui *legis* habet. ζηλωτὴν τοῦ Θεοῦ se fuisse ait Paulus, eodem sensu quo de Judæis dicit Rom. 10. 2. μαρτυρῶ γὰρ αὐτοῖς ὅτι ζῆλον Θεοῦ ἔχουσι.

VERS. 5. *A quibus etiam literis acceptis* &c. Æthiopicus explicat cujusmodi fuerint literæ, מצחף מבחת, *literæ potestatis*, quibus nempe senatus eum potestate sua & autoritate muniebat.

VERS. 9. Καὶ ἔμφοβοι ἐγένοντο. Æthiopicus legit.

VERS. 10. Ὧν τέτακταί σοι ποιῆσαι. Vulg. *quæ oporteat te facere.* Eras. *quæ ordinata sunt tibi ut facias.* Beza, *quæ constitutum est tibi ut facias.* Syrus, *quod jubetur tibi ut facias.* τάττω interdum pro προστάττω *mando, jubeo.* ut Matth. 28. 16. non male ergo vertas, *quæ jussa sunt tibi ut facias.* Deus enim jusserat Ananiæ, quæ ipse jussurus esset Paulo. & hæc jussa facienda erant Paulo.

VERS. 14. *Deus patrum nostrorum* προεχειρίσατό σε γνῶναι &c. Vulg. *præordinavit te.* Erasmus, *præparavit te.* Beza, *designavit te.* Syrus, Arabs & Æthiop. *constituit te.* non gravate verto, *sumsit te ut cognoscas voluntatem ejus.* propriè enim προχειρίζειν est *præ manibus sumere id quo uti velis*, sive ad rem, sive ad personam referatur. hinc pro לקח, *capere*,

sumere, rectè usurpatur Jos. 3. 12. קְחוּ לָכֶם, שְׁנֵי עָשָׂר אִישׁ *sumite vobis 12 viros.* LXX, προχειρίσασθε ὑμῖν δώδεκα ἄνδρας. sic 2 Machab. 3. 7. ὁ δὲ προχειρισάμενος Ἡλιόδωρον τὸν ἐπὶ τῶν χρημάτων, ἀπέστειλε &c. *hic autem sumens Heliodorum ærarii præfectum, misit eum* &c. eodem modo cap. 8. 9.

Vers. 22. Ἤκουον δὲ αὐτοῦ ἄχρι τούτου τοῦ λόγου. Æthiopicus, *& audivi eum sic loquentem mihi.* ἤκουον accepit pro prima singul. atque αὐτοῦ ad Deum retulit. alii Interpretes longè melius ἤκουον acceperunt pro 3 plurali, & αὐτοῦ ad Paulum retulerunt.

Vers. 25. Ὡς δὲ προέτειναν αὐτὸν τοῖς ἱμᾶσιν &c. Beza, *quum autem eum distendissent loris* cædendum. ubi *loris* construit, non cum *distendissent*, sed cum subaudito *cædendum*, ut significari sciamus per ἱμάντας, non vincula quibus adstringeretur verberandus, sed taureas scuticas quibus cæderetur. Dura illa est & insolens constructio. rectius reliqui interpretes intellexerunt vincula quibus astringeretur verberandus. In Talmud lib. מכות, cap. 3. in Misna, ubi ritus describuntur, erga flagellandum usurpandi, legitur, כיצד מלקין אותו׳ כופת שתי ידיו על העמוד הילך ואילך, *quomodo flagellatur ille? ligantur ambæ manus ejus ad columnam hinc inde.* ubi columnam, & alligationem ad eam non oportet ex nostratium ritu, quo fures publicè flagellantur, concipere. columna ista erat lignum terræ infixum, altitudinis sesquicubiti, ut reus ipsi incumbere posset inclinatus. sic enim habet Misna, ואינו מכה אותו לא עומד ולא יושב אלא מוטה שנאמר והפילו השופט, id est, *neque percutiet eum minister aut stantem aut sedentem, sed inclinatum. quia scriptum est* Deut. 25. 2. *prosternet illum judex.* & ut ita positum aptius cæderet lictor, האבן נתונה מאחריו חזן הכנסת עומד עליו, *lapis positus erat post reum, in quo minister synagogæ stabat.* ob hunc ritum dixit fortassis Lucas προέτειναν αὐτὸν, ut præpositio πρὸ indicet, eum sic fuisse tensum, ut superiori corporis parte pronus columnæ incumberet. Arabs alium videtur ritum respexisse, etiamnum Orientalibus usitatum, apud quos reus prostratus ita extenditur, ut utrinque lictores caput & pedes contineant, ne ictus flagellantis evadere aut declinare possit. hinc vertit, وبامدوه بين المعاقبين *& quum extendissent ipsum inter lictores*, quorum nempe alii ad caput, alii ad pedes reum loris continerent. nec inde abludit Æthiopicus, וסב אסירומו סחבוו אגרהו, *& quum vincto eo traherent pedes ejus.*

Vers. 28. Ἐγὼ πολλοῦ κεφαλαίου, *ego multâ summa civitatem hanc emi.* Novè, inquit Cl. Beza. nec enim κεφάλαιον in renummaria, sed in oratione pro summa dici consuevit. At inquam, de numero propriè dicitur, quando plures numeri in unam summam contrahuntur, quæ רֹאשׁ, *caput* Hebræis dicitur. unde LXX Num. 4. 2. λάβε τὸ κεφάλαιον τῶν υἱῶν Καάθ, *cape summam filiorum Caath.* sic c. 5. 7. & 31. 26. quidni ergo & de multis nummis in unam summam collectis usitatè dicatur? Glossarium, κεφάλαιον, ἐπὶ δανείου, *sors, summa.* Vult, in usura sortem quæ usuræ exponitur, quam קֶרֶן Hebræi vocant, κεφάλαιον dici.

Vers. 30. *Volens scire* τὸ ἀσφαλές *certum.* Annotat Cl. Beza, novè id dici pro τὸ ἀληθές. Reperio tamen etiam in lib. Sap. Salom. c. 18. 6. ἵνα ἀσφαλῶς εἰδότες οἷς ἐπίστευσαν ὅρκοις, ἐπευθυμήσωσι, *ut verè*, vel certo, *scientes quibus credidissent juramentis, bono essent animo.* sic ἀσφαλῶς supra quoque usurpatum fuit, Act. cap. 2. 36. & τὸ ἀσφαλές supra cap. 21. 34. & infra c. 25. vers. 26. & ἀσφάλεια pro *certitudine*, aut *certa veritate*, Luc. 1. 4.

Cap. XXIII.

Vers. 1. *Ego omni bona conscientia* πεπολίτευμαι τῷ Θεῷ. Syrus & Vulg. *conversatus sum coram Deo.* laudarem, si constructio cum Dat. id ferret. magis recessit Arabs, quum vertit تدربت ونشات امام الله, *institutus & educatus sum coram Deo.* Budæus, *munere meo functus sum Deo.* Beza, *servivi Deo.* Malim, *vixi Deo.* sicut Phil. 1. 27. dignè Euangelio Christi πολιτεύεσθε *vivite.* 2 Machab. 6. 1. τοῖς νόμοις τοῦ Θεοῦ μὴ πολιτεύεσθαι, *legibus Dei non vivere.* & c. 11. 25. καὶ πολιτεύεσθαι, κατὰ τὰ ἐπὶ τῶν προγόνων αὐτῶν ἔθη, *& vivere secundum majorum suorum instituta.* hoc sensu apud alios etiam probatos autores usurpari, ex Lexicographis discet qui volet.

Vers. 6. *Ego Pharisæus sum, filius* τοῦ Φαρισαίου *Pharisæi.* Sic Chrysostomus quoque legit & omnes nostræ editiones. nisi quod earum duæ ad marginem annotent variantem lectionem τῶν Φαρισαίων. Sic Syrus ܒܪ ܦܪ̈ܝܫܐ, *filius Pharisæorum.* certe ita Viennensis & Cothenensis editiones habent. at in

Reg. ܒܪ ܦܪܝܫܐ, *filius Pharisæi.* sic Trem. quoque legit. nec aliter Arabs & Æthiopicus. si *Pharisæorum* legimus, docet non patrem tantum, sed & majores fuisse Pharisæos. cui confirmando doctiss. Drusius adfert, *Pharisæus ex Pharisæis.* quod nusquam reperimus. sed quidem *Ebræus ex Ebræis*, Philip. 3. 5.

VERS. 8. *Neque Angelum, neque Spiritum.* Æthiop. ואימנפש קדוש, *neque Spiritus sanctus.*

VERS. 9. Καὶ ἀναστάντες οἱ γραμματεῖς τοῦ μέρους τῶν Φαρισαίων. Syrus, ܘܩܡܘ ܐܢܫܐ ܡܢ ܣܦܪܐ ܕܦܪܝܫܐ. Tremel. *& surrexerunt quidam Legisperiti ex lectissimis Pharisæorum.* Boder. *ex delectis Perischæorum.* acceperunt ܓܒܐ pro ܓܒܐ male. plurale est à ܓܒܐ quod passim *latus* significat. addit Ferrarius etiam *partem* denotare 1 Reg. 23. 26. vertendum ergo, *& surrexerunt quidam Scribæ ex lateribus* (id est, *ex partibus*) *Pharisæorum.* sicut & Belgicè dicimus, **hy is aen myn syde**, *à latere meo est*, id est, à partibus meis stat. Arabs كتبة من حزب الفريسيين, *Scribæ ex secta Pharisæorum.* Æthiopicus, *Scribæ & Pharisæi.*

IBID. Εἰ δὲ πνεῦμα ἐλάλησεν αὐτῷ ἢ ἄγγελος, μὴ θεομαχῶμεν. Vide notas Erasmi & Bezæ. Syrus pro μὴ θεομαχῶμεν (quod è margine in textum, tanquam sensus supplementum irrepsisse videtur) habet ܡܢܐ ܐܝܬ ܒܗ ܒܗܢܐ, Tremel. *quid mali est in hoc?* verte, *quid est in hoc?* Eodem modo Arabs, tam ab Erpenio editus, quam alius M. S. habet enim, فان كان روح او ملك ناجاه فاي شي في هذا, quæ male admodum vertit Junius, *si Spiritus aut Angelus insidet ei, esto sane in eo.* verte, *si Spiritus aut Angelus allocutus est eum, quæ res,* id est quid, *est in hoc?* Æthiopicus, *Quod si Spiritus sanctus allocutus est eum, aut angelus?* nihil supplet. plane ut Vulgatus. quæ genuina videtur esse lectio.

VERS. 12. Ποιήσαντες συστροφήν. verto, *facta conspiratione.* vide quæ supra annotavimus ad c. 19. 40.

VERS. 15. Νῦν οὖν ὑμεῖς ἐμφανίσατε τῷ χιλιάρχῳ σὺν τῷ συνεδρίῳ, ὅπως αὔριον αὐτὸν καταγάγῃ &c. Eras. σὺν τῷ συνεδρίῳ vertit, *& concilio.* sic & Æthiopicus, qui porro etiam pro καταγάγῃ dixit pluraliter, *ut cras adducant.* malè. neque enim à tribuno & concilio, sed à tribuno ad concilium produci debebat. ut vers. 20. expressè dicitur. laudo prorsus Syrum & Arabem, qui σὺν τῷ συνεδρίῳ conjunxerunt cum ὑμεῖς. *vos & concilium indicate Chiliarcho.*

VERS. 23. Καὶ δεξιολάβους διακοσίους. Rectè doctiss. Beza, *& stipatores ducentos.* ad cujus notas nihil addo, nisi quod Æthiopicus vertit כלאו מאת סאב כונאת, *ducentos viros lanceæ*, vel *gladii.* כונאת enim pro λόγχη usurpat, Joan. 19. 34. & Matt. 17. 50. quò totum quoque illum versum de latere Christi lancea transfosso ex Johanne transtulit. pro μαχαίρα, Luc. 21. 24. pro ῥομφαία, Luc. 2. 35. estque idem quod Vulgatus dixit *& lancearios ducentos.* Arabs وثمانون راميا, *& octoginta jaculatores.* ubi miror tantam numeri diversitatem. quum omnia Græca exemplaria, aliique Interpretes conveniant in *ducentos.* convenit tamen hîc cum editione Erpeniana exemplar M.S. quod ex Bibliotheca Boreliana Academia nostra sibi comparavit, Epistolas cum Actis Apostolorum subnexis continens.

VERS. 24. Κτήνη τε παραστῆσαι. Beza, *& ut jumenta præberent.* Malim cum Vulgato, Erasmo, & Syro per Imperat. vertere, *& jumenta parate*, vel præbete. quod non tantum non est durum, sed & usitatissimum. vide Mat. 5. 34. 39. & passim. Arabs quoque omnino hæc legit, consentiente M.S. habet enim وتهيا دابة ليركب بولس, *& parate jumentum ad imponendum Paulum.* singulari numero dixit *jumentum*, ut & Syrus ܓܡܠܐ. qua voce Arabes quoque utuntur, & speciatim pro *camelo*, jumento portandis oneribus aptissimo, atque in Oriente usitatissimo.

VERS. 30. Μηνυθείσης δέ μοι ἐπιβουλῆς εἰς τὸν ἄνδρα μέλλειν ἔσεσθαι ὑπὸ τῶν Ἰουδαίων. Ait Cl. Beza, se sane non videre quomodo hæc cohæreant. Nulla tamen hîc videtur esse syntaxeos anomalia, quum ad verbum vertere liceat, *Indicatis autem mihi insidiis in hunc virum, fore ut fierent à Iudæis.* nec aliter hæc vertenda censeo. Indicatæ enim ipsi fuere, quum mente conceptæ solum, nondum factæ essent, quippe postridie demum effectui dandæ. Observandum quoque μέλλω, etsi futuri significationem in se contineat, adeoque non nisi cum præsenti, aut aoristo præsentis significationem habente, construi, eique futuri vim dare soleat, hîc tamen cum futuro construi.

quod

quod alibi in hisce libris non observavimus. & in hoc quidem libro cum solo ἔσεσθαι, nempe hîc, & Act. 11.28. & 24. 15. 16. & 27. 10. Apud alios tamen authores cum aliis etiam verbis interdum contingit. ut apud Demosth. pro Cor. τί ἔμελλον κελεύσειν ἢ τί συμβουλεύσειν αὐτῇ ποιεῖν; *quid jußurus essem aut quid consulturus ei facere?* alia exempla ex Synesio & Thucidide vide apud Lexicographos.

Cap XXIV.

Vers. 3 Πολλῆς εἰρήνης τυγχάνοντες διὰ σοῦ. Syrus ܒܣܘܓܐ ܕܫܢܝܐ ܥܡܪܝܢܢ ܡܛܠܬܟ. Sic habent omnes editiones Syriacæ. quod vertendum, *in multitudine annorum habitamus propter te*, id est, quod per multos annos subsistamus & habitemus, id tibi debemus. Tremel. tamen & Boder. verterunt, *in magnitudine, aut multitudine tranquillitatis habitamus propter te.* eo sensu legendum esset ܕܫܝܢܐ, ablatis primo punctis plur. num. deinde translata vocali à secunda radicali in primam, transpositis tandem Nun & Jod. Nec dubito, quin ea sit recta lectio, quam verbotenus expressit Arabs, في جزيل السلام نحن ساكنون من اجلك, *in abundantia pacis habitamus propter te.*

Sequitur, καὶ κατορθωμάτων γινομένων τῷ ἔθνει τούτῳ διὰ τῆς σῆς προνοίας. Syrus, ܘܬܘܪܨܐ ܣܓܝܐܐ ܗܘܘ ܠܥܡܐ ܗܢܐ ܒܡܫܩܠ ܛܥܢܟ. Tremel. *& emendationes multæ fiunt moderamine judicii tui in populo hoc.* Boder. in Reg. *multæque directiones fiunt genti huic pondere rationis tuæ.* in Paris. *per libramen rationis tuæ.* videntur ܛܥܢܟ accepisse quasi ܛܥܡܟ, ab Hebr. טַעַם, quod ibi non *gustum* tantum ac *saporem*, sed & *rationem* ac *consilium* significat. at ܛܥܢܟ Syris nihil aliud quod sciam quam *onus* significat. verto itaque, *& emendationes multæ factæ sunt populo huic per portationem oneris tui.* id est, te onus portante, per tuam curam & sollicitudinem. Ferrarius ܡܫܩܠ ܛܥܢܐ, *gestatio sarcinæ, sollicitudo, anxietas, labor.* idem ferè quod πρόνοια. Porro Beza vertit, *& ea quæ rectè ac feliciter in hac gente prudentia tua gesta sunt.* id est, γινομένων. at legitur in præsenti γινομένων. Erasmus itaque, *& multa rectè gerantur in populo hoc &c.* At *multa* non est in textu. neque legitur ἐν τῷ ἔθνει τούτῳ, sed τῷ ἔθνει τούτῳ. Ut itaque & nostram sententiam dicamus, κατορθοῦν propriè est *dirigere*, & à LXX Interpretibus usurpatur sæpe pro יָשַׁר. hinc non dubitem vertere, *& directiones fiant populo huic per tuam providentiam.* sed magis placet, quod sæpius ab iisdem Interpretibus usurpetur pro הֵכִין, *confirmare, stabilire.* ut Ps. 96. 10. κατώρθωσε τὴν οἰκουμένην ἥτις οὐ σαλευθήσεται, *firmavit terram, quæ non commovebitur.* vide & 1 Paral. 16. 30. Prov. 12. 19. & passivè pro *stabiliri, firmari,* Prov. 4. 19. & 12. 3. & alibi. hinc verto, *& stabilimenta fiant genti huic per &c.* Nec rejiciendus qui vertat, *& correctiones fiant genti huic per &c.* Gloss. κατορθῶ, *corrigo.* nec ea significatione insolens est τοῖς LXX. Tres has postremas significationes fert ܬܘܪܨܐ, quo Syrus noster usus est. significat enim *directiones, correctiones, stabilimenta.* ut verbum ܬܪܨ, *dixit, correxit* seu *instauravit,* & *firmavit, stabilivit.*

Sequitur denique, πάντῃ τε καὶ πανταχοῦ ἀποδεχόμεθα, κράτιστε Φῆλιξ, μετὰ πάσης εὐχαριστίας. Syrus, ܘܒܟܠ ܕܘܟ ܡܩܒܠܝܢܢ ܟܠܢ ܛܝܒܘܬܟ. Tremel. *& nos omnes in omni loco accipimus gratiam tuam.* Boder. *recipimus.* Nos sensum exprimentes vertimus, *gratias tibi agimus.* Syris enim *accipere alicujus gratiam*, est *gratias alicui agere.* sicut & *gratiarum actio* dicitur ܩܘܒܠ ܛܝܒܘܬܐ, *acceptio gratiæ.* sic & Arabs, وكلنا في كل موضع نشكر نعمتك, *& nos omnes in omni loco laudamus gratiam tuam.* In Græco est, πάντῃ τε καὶ πανταχοῦ ἀποδεχόμεθα, quod Beza rectè, *prorsus & ubique agnoscimus.* itaque miror quod Syrum Interpretem diversam hîc lectionem secutum fuisse dicat, quum ad amussim omnia expresserit. imo ex Syriasmo petitum videatur, quod ἀποδέχεσθαι, *accipere*, sumatur pro *agnoscere & gratias agere.*

Vers. 5. *Comperimus enim virum hunc* λοιμὸν *pestem.* Syrus ܕܐܝܬܘܗܝ ܡܚܒܠܢܐ. Tremel. *quod sit sicarius.* respexit Hebr. שָׁחַט, *mactavit, jugulavit.* Boder. *perniciosus.* Ferrarius, ܚܒܠ, *corrupit, vitiavit, devirgina-*

ginavit. dicitur de moribus, de maribus & virginibus. ܚܒܠܐ, *corruptio, vitiatio, devirginatio.* refertur ad morum, ad marium & ad virginum vitiationem. ܚܒܠܘܬܐ, *devirginatio, vitiatio.*

IBID. Πρωτοςάτlω τε τ̃ τῶν Ναζωραίων αἱρέσεως Eras. πρωτοςάτlω, *authorem* vertit. Vulg. *authorem seditionis.* nempe πρωτοςάτης ipsi fuit, quasi πρῶτος τ̃ ςάσεως. Melius Beza *principem.* quod Syrus ܪܫܐ dixit. Glossarium πρωτοςάτης, *princeps.* Hezychius, πρωτοςάτης, ὁ πρῶτος παρὰ τὸ κέρας τ̃ παρατάξεως τεταγμένος, *qui primus ad frontem aciei constitutus est.* Porro quod Ναζωραῖος sive Ναζαρηνός dictus fuerit Christus, ejusque assecla Ναζωραῖοι, non ex errore vulgi, Nazarethæ natum eum opinantis, neque ex impiorum ludibrio, id ipsi contumeliæ esse existimantium, originem primam traxit, sed ex ipsius Dei consilio & voluntate, ipsorumque piorum usu. consilium Dei patet Mat. 2. vers ult. ubi Joseph cum puero Jesu ex Ægypto reversus, jubetur Nazarethæ habitationis sedem figere, ut, secundum monita Prophetarum, Nazaræus diceretur. & placuisse piis nominis istius usum, liquet ex Joan. 1. 45. Act. 2. 22. & 3. 6. & 4. 10. Quin & ipse Christus se ita nuncupat, Act. 22. 8. Gloriosissimum scilicet ipsi hoc erat nomen, quo declarabatur esse הַנֵּצֶר, *surculus ille,* per Prophetas promissus, qui in urbe נצר, *surculus* dicta educatus, atque inde ad muneris functionem productus, multos נצריים, *Nazaræos,* id est, *è surculo oriundos* protulit. nec est quod dicas, ζ in Ναζωραῖος postulare ut à נזיר deducatur, potius quam à נצר. usitatum enim est צ in ז permutare. ut pro Hebr. צדיק, *justus,* dicunt Syri זדיק. pro צוד, unde צֵדָה, *viaticum,* Syri זַוֵּד, *viaticum dedit.* זְוָדָא, *viaticum.* pro צָעִיר, *parvus,* Syri זְעוּרָא idem.

VERS. 7. Ἐκ τ̃ χειρῶν ἡμῶν ἀπήγαγε. Notat Cl. Beza, in quibusdam codicibus addi, ἐ͂ πρός σε ἀπέςειλε. Monemus, Syrum quoque & Arabem ea addere. Æthiopicum, non. Quodque totus hic versus, cum parte præcedentis & sequentis, in quibusdam Vulgatæ editionis codicibus non legatur, monent Correctores Romani, non esse ista omittenda. Syrus, Arabs & Æthiopicus habent.

VERS. 14. Κατὰ τlὼ ὁδὸν, lὼ λέγουσιν αἵρεσιν. Syrus & Arabs non legunt αἵρεσιν. ὁδὸν verterunt *doctrinam.* Æthiopicus habet, *verum confiteor tibi, quod ad id quod dicunt de me, docet hæresin, ego servio* &c.

VERS. 16. Ἐν τούτῳ ἢ αὐτὸς ἀσκῶ. Vulgatus & Eras. *in hoc,* id est, *in hac re,* ἐν τούτῳ πράγματι. Beza, *interea,* ἐν τούτῳ χρόνῳ. Æthiopicus, *sic,* ἐν τούτῳ τρόπῳ. Syrus & Arabs, *propterea,* διὰ τοῦτο. sicut, *putant exaudiri* ἐν τῇ πολυλογίᾳ αὐτῶν, pro διὰ τlὼ πολυλογίαν, *propter multiloquium suum,* Mat. 6. 7. *ne segnescite* ἐν ταῖς θλίψεσί μου, *propter afflictiones meas,* Eph. 3. 13 *nemo judicet vos* ἐν βρώσει *propter cibum,* Col. 2. 16. Hebraismus est, ubi ב *in* sæpe valet *propter.* vide Gen. 18. 28. בַּחֲמִשָּׁה, *propter quinque.* & alibi passim.

IBID. Ἀσκῶ sæpe intransitivè sumitur. ut ἀσκῶ ποιεῖν, *studeo facere,* apud Xenoph. Hezychius, ἀσκεῖ, μελετᾷ, γυμνάζεται, φιλοπονεῖ, *meditatur, exercet se, elaborat.*

VERS. 17. Καὶ προσφοράς, *& oblationes.* quod Vulg. addit, *& vota,* Græci codices non agnoscunt, ut nec Syrus, Arabs aut Æthiop.

VERS. 18. *Et invenerunt me illi in templo purificatum, non cum turba neque in tumultu,* ܠܐ ܥܡ ܟܢܫܐ ܘܠܐ ܥܡ ܫܓܘܫܝܐ ܐܠܐ ܕܫܓܫܘ ܐܢܝܢ ܝܗܘܕܝܐ ܕܐܬܘ ܡܢ ܐܣܝܐ. Tremel. & Boder. in Reg. *nisi quòd tumultuati sint illi Iudæi qui venerunt ex Asia.* ܐܢܝܢ acceperunt pro ܐܢܘܢ, & quidem in Nominat. casu, quum hîc sit fœminin. & in utroque genere non nisi pro Accusativo usurpentur. excipe quum verbum substantivum valent. quæ difficultas tanta visa fuit, ut Boder. in Paris. ausus fuerit scribere אנשים יהודוא, *homines Judæi,* vel *quidam Judæi.* Miror & apud Plantinum ita legi. quum & Tremellius & omnes Syriacæ editiones primam lectionem constanter retineant: in qua nos nihil videmus difficultatis. ܐܢܝܢ habemus pro pronomine relativo plur. fœm. Accusativi casus, ac referimus ad duo præcedentia substantiva ܟܢܫܐ & ܫܓܘܫܝܐ, quibus plur. fœm. pro neutro, quo Syri carent, rectè respondet. vertimus, *non cum turba & tumultu, nisi quod excitarunt ea Judæi qui venerunt ex Asia.* ubi simul notandum, ܫܓܫ in Kal non tantum intransitivè, sed & transitivè sumi ut ܫܓܫ. vide Act. 14. 19. Jac. 1. 6. Arabs vertit خلا ان قوما يهودا من اسيا شغبوا علي, *nisi quod qui-*

quidam Judæi, qui venerant ex Asia, tumultuati sint contra me. Græca lectio, quam Vulgatus & Erasmus sunt secuti, quamque in octo meis diversis editionibus reperio, habet, Ἐν οἷς εὗρόν με ἡγνισμένον ἐν τῷ ἱερῷ, οὐ μετὰ ὄχλου, οὐδὲ μετὰ θορύβου. hic punctum. Deinde additur, Τινὲς δὲ ἀπὸ τῆς Ἀσίας Ἰουδαῖοι, οὓς ἔδει ἐπὶ σοῦ παρεῖναι. Beza autem ex tribus M. S. codicibus hanc dedit lectionem, Ἐν οἷς εὗρόν με ἡγνισμένον ἐν τῷ ἱερῷ, οὐ μετὰ ὄχλου, οὐδὲ μετὰ θορύβου, τινὲς ἀπὸ τῆς Ἀσίας Ἰουδαῖοι. deinde novo versu, οὓς ἔδει &c. nec aliter Chrysostomum ait legisse. cui editio Etonensis refragatur, quippe quæ antiquam illam & lectionem & distinctionem habet. nec aliter Chrysostomum legisse, ex adjuncta ejus paraphrasi colligi potest. Nec dubito quin Syrus & Arabs eodem modo legerint. qui quum sensum hiare viderent, nisi suppleretur, hoc modo suppleverunt, τινὲς δὲ ἀπὸ τῆς Ἀσίας Ἰουδαῖοι, ἐθορύβησαν. plane ut ut Erasmus in notis suis, ut & Æthiopicus, qui habet והוכו אחזאב הלו איהוד אל מצאו אמאסיא, *qui commoverunt turbas fuerunt Judæi qui venerunt ex Asia.* Quicquid sit, non tantam hîc reperio difficultatem, ut ab antiqua & maximè recepta lectione recedendum putem. præsertim quum expeditum & planum satis sit, subintelligere εἰσί. *Quidam autem ex Asia Judæi* sunt, *quos oportebat apud te adesse.* Quod si liceret Encliticum τινές mutare in Interrogativum τίνες, sic legerem, τίνες δέ; ἀπὸ τῆς Ἀσίας Ἰουδαῖοι &c. *Invenernnt me* &c. *Quinam autem? ex Asia Judæi, quos oportuit adeße.*

Vers. 25. Disseruit Paulus nominatim περὶ ἐγκρατείας, *de castitate*, sive *continentia*, quia hîc summi sceleris rei erant Felix & Drusilla, quippe quæ alterius mariti, nempe Azizi Emesenorum regis, uxor, ad Felicem turpiter transierat. Joseph. Ant. l. 20.

Cap. XXV.

Vers. 5. Οἱ οὖν δυνατοὶ ἐν ὑμῖν. Ad verbum puto sonare, *Qui ergo possibiles sunt inter vos*, id est, οἷς οὖν δυνατὸν ἐν ὑμῖν, *quibus ergo possibile est inter vos.* affine est illud Act. 12. 18. τί ἄρα ὁ Πέτρος ἐγένετο, *quid Petrus factus esset*, pro *quid Petro factum esset.*

Vers. 6. Διατρίψας δὲ ἐν αὐτοῖς ἡμέρας οὐ πλείους ἢ δέκα. Sic Beza legit, ex tribus Græcis codicibus. Vulgatus quoque negantem particulam habet. & porro ante *decem* habet *octo aut.* quod & in tribus Græcis codicibus reperiri testatur Cl. Beza. Reliqui codices Græci habent πλείους ἢ δέκα, omisso οὐ. quomodo & Chrysostomus legit. Syrus autem, Arabs & Æthiopicus nec οὐ nec πλείους legunt, sed pro eo habent *octo.* hoc modo, *& quum mansisset ibi dies octo aut decem.* quæ commodissima est lectio.

Vers. 9. Ὁ Φῆστος δὲ τοῖς Ἰουδαίοις θέλων χάριν καταθέσθαι. Syrus ܦܗܣܛܘܣ ܕܝܢ ܕܨܒܐ ܗܘܐ ܕܢܪܫܐ ܛܝܒܘܬܐ ܠܝܗܘܕܝܐ. Tremel. & Boder. *Festus autem, quia volebat fœnerari beneficium Judæis.* Chaldaismum secuti sunt, ubi רְשָׁה significat *mutuare, mutuo dare, fœnerari.* apud Syros in Kal ܪܫܐ significat *culpare, objurgare, reprehendere.* In Pael ܪܰܫܺܝ interprete Ferrario *dedit, obtulit.* in Aphel ܐܪܫܝ interprete eodem, *incepit, inchoavit.* præterea *reprehendit, objurgavit.* addenda fuit & hîc significatio quam in Pael dederat, exigente id necessariò hoc loco quem tractamus, quemque vertimus, *Festus autem, propterea quod volebat gratiam offerre Iudæis*, vel *dare Iudæis.* convenit cum Arab. رشي, *munera dare.* رشو idem quod שׁחַד, *munus.* In lingua Æthiopica רשי est *facere.* vide Matt. 4. 19. & alibi. unde & רִשְׁיוֹן Esdr. 3. 7. *facultas, faciendi potestas.* quod hîc à significatione Syriaca non multum abit. & præced. cap. vers. ult. pro ܕܢܪܫܐ dixit ܕܢܛܝܒ, *facere gratiam Iudæis.*

Vers. 11. Οὐδείς με δύναται αὐτοῖς χαρίσασθαι. Καίσαρα ἐπικαλοῦμαι. Syrus, ܐܢܫ ܠܐ ܡܫܠܡ ܠܝ ܠܗܘܢ ܡܘܗܒܘܬ ܥܠ ܩܪ̈ܝܢܘܗܝ ܕܩܣܪ ܩܪܐ ܐܢܐ. Tremel. *nemo daturus est me eis dono, protectiones Cæsaris appello.* ܡܘܗܒܘܬ forma constructa accipitur hîc adverbialiter, *dono.* sicut ܐܚܪܝܐܝܬ, *postremò.* ܩܕܡܝܐܝܬ, *primò.* ܚܝܐܝܬ, *vivè.* de quo Gram. nostræ p. 400. Quod autem Tremel. ut & Boder. in Paris. ܩܪ̈ܝܢܘܗܝ vertant *protectiones*, perperam est. melius in Reg. *Cæsaris provocationes appello.* est enim verbum ܩܪܐ, *clamavit, vociferatus est. imploravit, provocavit ad judicem.* inde teste Ferrario,

rio, ܩܪܝܢܐ, *appellatio, provocatio ad majorem judicem.* Act. 25. 11. & 12. in singulari vix reperias. in plur. solum cum affixis. hæc ille. ubi observandum, utroque in loco scribi per ܶ ad ܩ. pro quo Ferrarius habet ܳ. & vers. qvidem 12. extat in singul. ܩܪܝܢܐ ܕܩܣܪ, ܩܪܝܬ *appellationem Cæsaris inclamasti.* ut & Act. 26. 32. pro quo in Lex. Syr. Arab. habetur ܩܪܝܢܐ ܕܩܣܪ. qua punctatione legitur Act. 28. 19. video in his & similibus non raro confundi inter se vocales ܶ & ܳ. ut, quod Amira scribit ܦܘܫܟܐ, *stagnum.* Ferrarius scribit ܦܘܫܟܐ. sic quod jam scribunt ܚܩܠܐ, licet etiam legere ܚܩܠܐ, *ager.* unde ἀκέλδαμα Act. 1. nec id mirum. nam & Arabes, qui tres tantum vocalium notas habent, pathach suum efferunt jam per *a*, jam per *e*. & Hebræi segol vocant pathach parvum. Hinc est quod βερνίκη Syr. scribatur per pathach ܒܪܢܝܩܐ Act. 25. 23. similia multa.

VERS. 16. Quod hîc Festus de jure Romanorum tradit, idem erat juris Hebræorum. In סנהדרין enim legitur, אסור לדיין שישמע דברי בעל דין קודם שיבוא בלל דין חברו, *vetitum est Iudici audire partem accusantem, antequam adsit pars altera defendens.*

VERS. 20. Ἀπορούμενος δὲ ἐγὼ εἰς τὴν περὶ τούτου ζήτησιν. Vulg. *Hæsitans autem ego de hujusmodi quæstione.* Beza, *Dubitans autem ego super hujusmodi inquisitione.* Malim verbotenus magis reddere, *Inops autem consilii ego ad quæstionem de hac re,* solvendam nempe & expediendam.

VERS. 24. Θεωρεῖτε τοῦτον περὶ οὗ πᾶν τὸ πλῆθος τῶν Ἰουδαίων ἐνέτυχόν μοι. Syrus, ܥܠ ܗܢܐ ܓܒܪܐ ܕܚܙܝܢ ܐܢܬܘܢ ܕܟܠܗ ܥܡܐ ܕܝܗܘܕܝܐ ܩܒܠܘ. Tremel. *de hoc homine quem videtis, universus populus Iudæorum interpellavit me.* Boder. *adversus hunc virum quem videtis, universa gens Iudæorum compellavit me.* Quid ܩܒܠ sit in Pael satis constat, nempe *accipere, recipere.* at quid ܩܒܠ in Kal, non conveniunt Interpretes, nec Lexicographi. tribus in locis N. T. reperitur, quorum primus hic est, ubi per *interpellare* aut *compellare* vertunt. Secundus Rom. 8. 33. ܡܢܘ ܢܩܒܠ ܥܠ ܓܒܝܐ ܕܐܠܗܐ. Tremel. & Boder. *quis se opponet electis Dei?* Tertius Rom. 11. 2. ܟܕ ܩܒܠ ܗܘܐ ܠܐܠܗܐ ܥܠ ܐܝܣܪܝܠ. Tremel. & Boder. in Paris. *cum clamaret ad Deum adversus Israël.* In reg. *quomodo invocet Deum adversus Israjel.* in Thargum קְבַל frequenter usurpatur pro *clamare, vociferari.* At Ferrarius ܩܒܠ solummodo vertit *accusavit.* Sic Lex. Syr. Arab. ܢܩܒܠ, يشكو ويذم, *accusat & culpat.* Masius vertit, ἐντυγχάνειν, *interpellare aliquem, adire, aggredi.* Id vehementer arridet. proprie enim denotare arbitror id quod Græci dicunt ἐντυγχάνειν, *occurrere alicui,* sicut & apud Arabes in 4. conjug. اقبل, & in 10 استقبل, *accedere, occurrere, sistere se ante, coram, ex adverso alicujus.* est enim apud Hebr. קָבַל, Chaldæos קְבֵל, Syros ܠܘܩܒܠ, Arab. قبل, *ante, coram, ex adverso.* Hinc ܩܒܠ, non simpliciter, sed sequente præpos. ܥܠ significat *occurrere contra aliquem,* id est, accusare. ut Rom. 8. 33. *quis occurret contra electos Dei?* id est, quis accusabit eos? Rom. 11. 2. *quum occurreret Deo contra Israëlem,* id est, quum accusaret apud Deum Israëlem. Ὡς ἐντυγχάνει τῷ Θεῷ κατὰ τοῦ Ἰσραήλ. Ita hoc loco, *contra hunc virum quem videtis, totus populus Iudæorum occurrit mihi,* id est, hunc virum accusavit apud me. quod si ergo verbum ܩܒܠ semper construitur cum ܥܠ, ut sane in tribus hisce locis fit, fieri potest ut ubique significet *accusare.* ut & in tribus dictis locis Arabs reddidit per شكا, *accusare.*

CAP. XXVI.

VERS. 3. Μάλιστα γνώστην ὄντα σε εἰδὼς πάντων &c. Cl. Beza ex uno codice pervetusto addidit εἰδώς, quum reliqui codices Græci id non agnoscant, nec Vulg. legerit, nec Erasmus, nec Chrysostomus. alius codex legit ἐπιστάμενος. unde clarè colligitur, audaculos aliquos, quum constructionem Græcam hiare arbitrarentur, addidisse in alio codice εἰδώς, in alio ἐπιστάμενος. Syrus quoque & Arabs addiderunt, quod peregrina constructio videretur, quæ supplementum

tum tale postularet. quod & Erasmum adegit, ut solutionem se videre negaret, nisi subaudiatur εἰδώς. At nihil periculi, quum Accusativi absoluti esse possint pro Genitivis. γνώστην ὄντα σε pro γνώστου ὄντος σου. sicut apud Halicarnassæum, ὡς δὴ ἀκίνδυνον αὐτοῖς τὸ ἔργον ἐσόμενον, pro ὡς ἀκινδύνου αὐτοῖς τοῦ ἔργου ἐσομένου, *quasi res illis sine periculo esset futura.* & apud Aristot. ὥσπερ οὐκ αὐτῷ χώραν τινὰ οὖσαν, *quasi ei non esset aliqua regio.* sic rectè capi potest illud Eph. 1. 18. πεφωτισμένους τοὺς ὀφθαλμοὺς τῆς διανοίας ὑμῶν, *illuminatis oculis mentis vestræ.* ut rectè ibi explicuit Cl. Beza.

VERS. 5. Προγινώσκοντές με ἄνωθεν, (ἐὰν θέλωσι μαρτυρεῖν) ὅτι κατὰ τὴν ἀκριβεστάτην αἵρεσιν τῆς ἡμετέρας θρησκείας ἔζησα Φαρισαῖος. Syrus & Arabs parenthesin istam non hîc, sed in medio versus præcedentis legunt. Æthiopicus hîc legit. omnes autem ἄνωθεν construunt cum προγινώσκοντες, non cum ἔζησα, quod D. Bezæ visum est. optimè autem Syrus & Arabs vertisse videntur, *à longo tempore.* Hezychius, ἄνω, ἐπὶ τοῦ ἀνωτέρου τόπου καὶ χρόνου τὸ ἐπίρρημα τάσσεται, *de superiori loco & tempore hoc adverbium usurpatur.* propriè ergo est, *à superiori tempore*, **van voorleden tijden** / id est, à multis hinc retro elapsis annis. Cur autem ἀκριβεστάτη dicatur Pharisæorum secta, videatur Myrothecium Cameronis in hunc locum.

VERS. 7. Ἐν ἐκτενείᾳ νύκτα καὶ ἡμέραν λατρεῦον. Syrus, ܒܨܠܘ̈ܬܐ ܚܦܝܛܬܐ ܕܐܝܡܡܐ ܘܕܠܠܝܐ Tremel. & Boder. *precibus assiduis diei & noctis.* verto *studiosis*, vel *incitatis*, vel *intensis.* ἐν ἐκτενείᾳ non ad temporis extensionem, sed ardoris intensionem retulit. deinde τὸ λατρεῦον speciatim precibus applicavit.

VERS. 9. Ἐγὼ μὲν οὖν ἔδοξα ἐμαυτῷ πρὸς τὸ ὄνομα Ἰησοῦ τοῦ Ναζωραίου δεῖν πολλὰ ἐναντία πρᾶξαι. Syrus Arabs & Clar. Beza ἐμαυτῷ construunt cum ἔδοξα, quasi pro παρ' ἐμαυτῷ ponatur. Vulgatus autem & Erasmus cum δεῖν. quod non omnino spernendum. etsi enim usitatius diceretur, ἔδοξα ἐμαυτὸν δεῖν πρᾶξαι, est tamen ubi Dativus usurpatur, etiam apud probatissimos autores. Arist. in Problem. δεῖ τῷ πυρὶ διελθεῖν τοὺς ἅλας, *necesse est ignem subire sales.*

VERS. 10. *Et quum interimerentur*, κατήνεγκα ψῆφον. Vulg. & Eras. *detuli sententiam*, ut minister qui Judicum decretum defert. At id ἀποφέρειν dicunt Græci, non καταφέρειν, quod *deferre* quidem significat, sed alio sensu, nempe pro κάτω φέρειν, *deorsum ferre*, *dejicere*, ut ἀναφέρειν pro ἄνω φέρειν, *sursum ferre.* Beza itaque καταφέρειν sumpsit pro simplici φέρειν, adeoque vertit, *tuli suffragium.* quid si κατὰ hîc convenientiam significet, quasi dixisset κατ' αὐτῶν ἤνεγκα ψῆφον, *secundum id ipsum tuli suffragium*, id est, *confirmavi suffragium* quod Syrus & Arabs dixerunt, *associavi me iis qui condemnarunt eos.*

VERS. 11. Καὶ κατὰ πάσας συναγωγὰς πολλάκις τιμωρῶν αὐτούς. Syrus, ܘܒܟܠ ܟܢܘܫܬܐ ܡܫܢܩ ܗܘܝܬ ܠܗܘܢ. Tremel. *& in omni synagoga agitabam eos.* Melius Boder. *sæviebam in eos.* Lex. Syr. Arab. ܫܢܩ, عذبهم واشقاهم, *paravit in eos & miseros eos fecit.* ܫܢܩܐ, *cruciatus.* Hebr. 11. 35. ܫܢܩ, *cruciavit, torsit.* teste Ferrario. Arabs legit وفي كل مجلس كنت اعذبهم ليفتروا. quod Junius non rectè vertit, *etiam in synagogis omnibus coëgi eos blasphemare.* unde Cl. Beza annotat, Arabem totum hoc πολλάκις τιμωρῶν αὐτούς non legisse. verto Arabem, *& in omni synagoga fui puniens eos ut blasphemarent.* idem sensus est qui in Græco, *puniens eos coëgi blasphemare.* πολλάκις non legit. ut nec Syrus.

VERS. 12. Ἐν οἷς πορευόμενος. Syrus & Arabs hîc rursus ἐν acceperunt pro διά, *propter.* ut supra c. 24. 18. ubi notas nostras vide.

IBID. Μετ' ἐξουσίας καὶ ἐπιτροπῆς τῆς παρὰ τῶν ἀρχιερέων Syrus, ܒܫܘܠܛܢܐ ܘܒܡܦܣܢܘܬܐ ܕܪ̈ܒܝ ܟܗ̈ܢܐ. Boder. in Reg. *cum potestate & procuratione principum sacerdotum.* At in Paris. ut & Tremel. *cum potestate & permissione princ. &c.* qua significatione derivarunt, ut & nonnulli Lexicographi, ipse quoque Masius, ab ܦܣܐ *permisit.* quod est ex defectivis secunda. unde est ܡܦܣܐ, *licitus, permissus*, At salva doctorum virorum pace, non permittit id analogia Grammatices. nam à ܡܦܣܐ, Emphat. ܡܦܣܝܐ fit ܡܦܣܝܢܘܬܐ, quod rectè à Ferrario vertitur *concessio, permissio, venia.* At ܡܦܣܢܘܬܐ non potest derivari nisi à quiescentibus secunda, à partic. ܡܦܝܣ, *persuasus, peritus, plenè sciens.* ab ܦܝܣ, per-

persuasit, *fecit ut quis penitus cognosceret.* inde apud Ferrar. est ܡܕܥܘܬܐ, *cognitio*, *peritia*. & in Lex. Syr. Arab. vertitur الاعتراف معرفة, *cognitio*, *scientia*. Idem puto esse ܡܕܥܢܘܬܐ, ut sensus sit, *cum potestate & cognitione principum sacerdotum.* nisi forte perperam vocales hîc adhibitæ sint pro ܡܕܥܢܘܬܐ. Arabs enim etiam habet بالسلطان وباذن لكابر الكهنة, *cum potestate & permissu maximorum sacerdotum.* In priori tamen lectione concordant editiones.

VERS. 18. *Ut aperias oculos eorum*, καὶ ἐπιστρέψαι. Beza, *& convertas eos.* transitivè accepit, prout accipiendum Luc. 1. 16. 17. Jac. 5. 19. 20. In reliquis omnibus N. T. locis intransitivè accipitur pro *reverti*, *converti*, *convertere se.* atque ita Syrus, Arabs, Vulg. & Eras. quos sequor, ne ellipsin statuere sit opus.

VERS. 23. Εἰ παθητὸς ὁ Χριστὸς, εἰ πρῶτος ἐξ ἀναστάσεως &c. εἰ pro ὅτι *quòd*, apud probatos etiam autores usurpari, Budæus & H. Stephanus abundè docent. sic Syrus & Arabs verterunt. Porro εἰ παθητὸς Χριστός mihi poni videtur pro εἰ παθητὸν τῷ Χριστῷ, *quod patiendum esset Christo.* sicut supra c. 25. 5. οἱ δυνατοὶ ἐν ὑμῖν, pro οἷς δυνατὸν ἐν ὑμῖν, *quibus possibile est inter vos.* vide ibi.

VERS. 26. Ἐπίσταται γὰρ περὶ τούτων ὁ Βασιλεύς. Syris, ܘܐܦ ܡܠܟܐ ܐܓܪܝܦܘܣ ܡܬܝܕܥ ܝܕܥ ܗܘ ܟܠܗܘܢ ܕܗܠܝܢ. Rectè Boderianus in Paris. vertit, *& etiam rex Agrippa maximè novit de his ipsis.* in Regiis autem addit, *quod sint ejusmodi.* Tremel. *quod ita habeant.* hæsitarunt quid sit ܟܠܗܘܢ ܕܗܠܝܢ. idem est quod sine affixo ܟܠ ܗܠܝܢ, *de his.* ut enim in gratiam Syriasmi amantium hoc doceamus, sunt præpositiones quæ cum nomine construuntur, in modum duorum substantivorum in regimine Genitivi. Sicut ergo Ex. gr. *domus Davidis* dicitur ܒܝܬܐ ܕܕܘܝܕ, & ܒܝܬܗ ܕܕܘܝܕ. *vestis patris*, ܠܒܘܫܗ ܕܐܒܐ, & : ܠܒܘܫܐ ܕܐܒܐ, ita supra c. 23. 6. habuimus ܕܡܢ ܒܢܝܗ ܕܦܪܝܫܐ, pro ܕܡܢ ܥܡܐ, *quod ex populo*, id est, *quod pars populi.* & 2 Joan. vers. 12. dicitur Demetrius habere testimonium ܡܢ ܟܠܗ, ܕܡܢ ܥܕܬܐ ܘܡܢ ܗܝ ܫܪܪܐ *ab Ecclesia & à veritate*, idem quod ܡܢ ܥܕܬܐ ܘܡܢ ܗܝ ܫܪܪܐ. Rursus, sicut *scripta Prophetarum* dicitur ܟܬܒܝܗܘܢ ܕܢܒܝܐ, & simpliciter ܟܬܒܐ, ܕܢܒܝܐ ita quod hîc legitur ܟܠܗܘܢ, ܕܗܠܝܢ idem est quod ܟܠ ܗܠܝܢ *de hisce.*

VERS. 29. Καὶ ἐν ὀλίγῳ καὶ ἐν πολλῷ. Non desunt hæc apud Arabem in edit. Erpen. neque in M. S. legit بيسير وبكثير, *in pauco & in multo.*

CAP XXVII.

VERS. 1. Versum hunc & sequentem Æthiopicus sic reddidit, *Tunc judicarunt & præceperunt ut abiret Paulus cum aliis qui custodiebantur, ad centurionem nomine Iulium, qui ex cohorte Augusta erat, ut irent in Italiam ad Cæsarem. Tunc ascenderunt in navem Adramuttenam quæ ibat versus Asiam, & solvimus ex eo loco, & direximus iter, & Aristarchus Macedonius Thessalonicensis, qui semper mansit nobiscum, adhærens nobis.* Addimus hæc notis Cl. Bezæ. Arabs verbotenus sequitur Syrum.

VERS. 4. Ὑπεπλεύσαμεν τὴν Κύπρον. Vulg. *subnavigavimus Cyprum.* Eras. *subnavigavimus juxta Cyprum.* juxta non est in Græco. Beza, *sublegimus Cyprum.* nos vertimus, *navigavimus infra Cyprum.* ὑπό, *sub*, id est, infra. Si ventus tulisset, direxissent iter recto fere cursu Sidone Myram supra insulam Cyprum, relicta insula ad dextram. jam vero obliquare cursum, & infra insulam declinare debuerunt, relictâ ea ad sinistram, adeoque insulam quodammodo circuire. hinc Syrus, ܐܬܟܪܟܢ ܥܠ ܩܘܦܪܘܣ *circuivimus juxta Cyprum.* Arabs similiter. quod & planius explicat Syrus vers. 7. ubi pro μὴ προσεῶντος ἡμᾶς τοῦ ἀνέμου, ὑπεπλεύσαμεν τὴν Κρήτην, Syrus habet ܘܡܛܠ ܕܠܐ ܫܒܩܐ ܗܘܬ ܠܢ ܪܘܚܐ ܕܢܐܙܠ ܬܪܝܨܐܝܬ ܥܠ ܐܬܟܪܟܢ

ܐܬܟܪܟܢ ܥܠ ܩܪܛܐ, *& quia non permittebat ventus ut iremus recta, circuivimus juxta Cretam*, id est, quum ab insula Cnido in mare Adriaticum recta via supra Cretam, relicta eâ ad sinistram, tendere per ventum non liceret, declinavimus infra eam, atque ita capientes eam ad dextram, circuivimus. quod certe Vulgatus non rectè vertit, *adnavigavimus Cretæ*. Phrases illæ etiamnum nautis usitatæ sunt, ut rem in mari objectam præternavigaturi, dicantur supra eam navigare quum recta via prætervehuntur, infra eam, quum declinare & circuitu uti coguntur. prius ὑπερπλεῖν, alterum ὑποπλεῖν Græcis dicitur. adeoque laudamus Cl. Bezam, qui infra vers. 16. νησίον δέ τι ὑποδραμόντες vertit, *& infra parvam quandam insulam cursu delati*.

VERS. 5. Κατήλθομεν εἰς Μύρα τῆς Λυκίας. Syrus quoque legit *Myra*. At Vulgatus & Æthiopicus *Lystra*.

VERS. 8. Πόλις Λασαία. Sic Syrus & Arabs quoque legerunt. At Vulg. & Æthiop. *civitas Thalassa*.

VERS. 9. Καὶ ὄντος ἤδη ἐπισφαλοῦς τοῦ πλοὸς. Syrus. ܘܗܘܐ ܗܘܐ ܠܗ ܥܩܬܐ ܕܢܪܕܐ ܐܢܫ ܒܝܡܐ. Tremel. *& erat in ea vitandum unicuique, quominus iter faceret mari*. Boder. in Paris. *& erat sibi vitandum, ut pergeret homo per mare*. rectè ܠܗ vertit *sibi*, quod hîc, ut alibi sæpe pleonasticè redundat. At ܥܩܬܐ, *vitandi* significationem non habet. etsi hoc loco, & 2 Cor. 8. 20. ita vertant. In Regiis melius, *ita ut periculosum esset aliquem sulcare mare*. Ferrarius in Lex. Syr. ܥܩܬܐ, *metus*. Masius in Pecul. Syro, *terror, horror*. unde ܒܝܬ ܥܩܬܐ, *locus terribilis*, qualis est infernus, ut mihi est interpretatus per Epistolam Moses Mardenus. & ut etiam Barcepha usurpat. hæc ille. Mihi anxietatem eam significare videtur quæ est in metu, quæ animum affligit & pungit. fortasse à Græco κεντέω pungo. ut manifestè liquet ex 1 Joan. 4. 18. ubi extat ܡܛܠ ܕܕܚܠܬܐ ܒܥܩܬܐ ܐܝܬܝܗ. Tremel. *quia metus in irritatione est*. Bodérianus in utraque vers. melius, *quia metus in perturbatione est*. Ego verto, *quia metus cum anxietate est*, κόλασιν ἔχει, inquit Apostolus, id est, habet anxium quid, quo hominis animus affligitur, & quasi pungitur. Ita hoc loco ad verbum, *& erat sibi anxietas, ut iter faceret quisquam per mare*. id est, res erat anxietate & metu plena, adeoque periculosissima. Sic eodem hoc cap. vers. 38. *hodie est quadragesimus dies*, ܡܢ ܥܩܬܐ ܡܢ ܫܓܘܫܝܐ ܠܐ ܛܥܡܬܘܢ ܟܠܡܕܡ, Tremel. *à concitatione nihil gustatum est vobis*. Boder. in Paris. *à commotione*. In Reg. *præ periculo*. Ego, *præ anxietate*. nec aliter verto 2 Cor. 8. 20. ܡܬܥܩܝܢܢ quam *anxii sumus, timidi sumus & solliciti*. quod alii, *devitamus*. vide quæ ibi annotavimus. Arabs quoque primo Actorum loco habet timoris significationem. vertit enim وصار وقت فزع لن يسير احد في البحر *& erat tempus timoris, ut iret quisquam in mare*. sic & altero loco, من الفزع, *ex metu non editis quicquam*. Hæc in gratiam Syriacæ linguæ studiosorum.

VERS. 10. Θεωρῶ ὅτι &c. μέλλειν ἔσεσθαι τὸν πλοῦν. pro μέλλει ἔσεσθαι ὁ πλοῦς. ad quod Erasmus & Beza non animadverterunt, quum manifestum habeat solœcismum, nisi excusetur. Dico ergo, ὅτι non esse hîc ex Græcismo accipiendum εἰδικῶς, pro Latino *quòd*, ut ad verbum vertas, *video quod futura sit navigatio*. sic enim procul dubio dicendum fuisset ὅτι μέλλει ἔσεσθαι ὁ πλοῦς. sed ex Hellenismo σημαντικῶς, sic ut Græcè & Latinè redundet. Usitatissimum est ex Hebraismo Hellenistis, post verba dicendi, audendi, videndi &c. adhibere pleonasticè ὅτι, ad designandum solummodo id quod dictum, auditum, & visum est. & posset verti *nempe*. ut Matt. 26. 72. *& rursus juravit cum juramento*, ὅτι οὐκ οἶδα τὸν ἄνθρωπον, *nempe non novi hominem*. indicat tantum quid juraverit Petrus. Accipe exemplum vicinius ex Marc. 12. 19. Μωϋσῆς ἔγραψε, ὅτι ἐάν τινος ἀδελφὸς ἀποθάνῃ &c. ἵνα λάβῃ ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ. constructio est, ἔγραψε ἵνα λάβῃ pro quo rectè etiam dicas ἔγραψε λαβεῖν, intervenit ὅτι ad innuendum quid scripserit. Ita quoque hoc loco, θεωρῶ ὅτι μέλλειν ἔσεσθαι τὸν πλοῦν. cohærent constructione θεωρῶ μέλλειν ἔσεσθαι. intervenit tantum ὅτι, ad indicandum quid viderit, *nempe futuram navigationem*. Vel ὅτι, ut sæpe כי apud Hebræos, particula est affirmativa, valens ὄντως, ut 1 Joan. 3. 20. ὅτι μείζων ἐστὶν ὁ Θεὸς τῆς καρδίας ἡμῶν, *utique major est Deus corde nostro*. sic hoc loco, *video utique futuram navigationem* &c. id maximè arridet.

VERS. 12. Βλέποντα κατὰ λίβα καὶ κατὰ χῶρον. Cl. Beza, secutus Junium, ait Arabem hæc omisisse. At si editioni Erpenianæ, & M.S. exemplari

plari fidem habemus, legit ut Syrus, *respicientem ad Meridem.* Si enim mappis credimus, erat portus iste in ea Cretæ parte, quæ rectâ Africam, adeoque Meridiem respiciebat. Quomodo ergo respexit λίβα καὶ χῶρον, *Africum & Corum*, qui duo venti sunt Occidentales, Africus ad occasum Meridionalem, Corus ad Borealem? Respondeo, portum fuisse sinuosum ac flexuosum, qui, si totum in se spectes, Meridiem recta respiciebat: sin sinus & usum ejus, spectabat Africum, id est, illud Occidentis meridionalis punctum, ubi Africus Coro in recta linea opponitur. adeoque opportunissimus huic navigationi erat portus. illac enim in mare Adriaticum rectum erat iter.

VERS. 13. Ἄραντες ἆσσον παρελέγοντο. Vulgatus, *quum sustulissent de Asson.* eodem modo Æthiopicus. Syrus & Arabs omiserunt ἆσσον. aureus hîc est Bezæ commentarius, cui nihil addo. nisi quod omnes Græcæ editiones, præter Bezæ, etiam Chrysostomus, ἆσσον jungant cum ἄραντες, & per comma distinguant à sequentibus.

VERS. 15. Ἐπιδόντες ἐφερόμεθα. *tradentes,* sup. navem ventis ac fluctibus, *ferebamur.* Syrus ܘܫܠܡܢܗ̇ ܠܐܝܕܝ ܕܪܘܚ Boder. in Paris. *& dati sumus in manum illius.* malè activum ܫܠܡܢܗ̇ accepit pro pass. ܐܫܬܠܡܢܗ̇. Tremel. *& dedimus in manum illius*, nempe ܪܘܚܐ, *venti.* verto, *& dedimus manum illius*, nempe ܐܠܦܐ, *navis.* eo sensu quo manum dare dicimus, pro victum se tradere. sensus est, victam eam tradidimus.

VERS. 16. Καλυμδύλην Κλαύδην. sic Vulgatus quoque & Arabs. Syrus ܩܘܪܐ. *Caura.* Æthiopicus *Cauda.* nisi forte incuria typographi (est enim editio ista mendosissima) litera *l* neglecta sit. quod doctiss. & diligentiss. vir Josephus Scal. in margine annotavit.

VERS. 17. Ἣν ἄραντες, βοηθείαις ἐχρῶντο, ὑποζωννύντες τὸ πλοῖον. Syrus, ܘܟܕ ܫܩܠܢܗ̇ : ܡܚܙܩܝܢ ܗܘܝܢ ܘܡܬܩܢܝܢ ܠܗ̇ ܠܐܠܦܐ. Tremel. *quumque sustulissemus eam, extrinsecus succingebamus remedia, & muniebamus ipsam navim.* Boder. *ea vero sublata, cingebamus & dirigebamus navim.* Ferrarius ܚܙܩ, *cinxit, præcinxit.* Lex. Syr. Arab. ܚܙܩ, ܘܡܚܙܩ يشد يوثق *constringit, ligat.* significat ergo cingulis constringere & ligare. Deinde ܐܬܩܢ à Ferrario vertitur, *firmavit, stabilivit, composuit, aptavit, disposuit.* In Lex. Syr. Arab. هيا واصلح, *paravit & emendavit.* verto ergo, *& quum sustulissemus eam (scapham) cingulis constringebamus & firmabamus navim.* Arabs habet فلما اخذ فاه اجعلنا نشد السفينة ونسوقها, *& quum accepissemus eam, cœpimus ligare navim & ducere eam.* Sequitur in eodem versu, *& quia timebamus ne incideremus* ܒܡܚܬܬܗ̇ ܕܝܡܐ, Tremel. & Boder. *in Syrtim maris.* Ferrarius ܡܚܬܬܐ, *descensus, vorago:* ܡܚܬܬܐ ܕܝܡܐ, *Syrtis.* ad verbum ergo vertendum, *in descensum* vel *voraginem maris.* descriptio Syrtis est, ubi aquæ maris quasi in voraginem descendunt. sic & Arabs في مهبط البحر, *in descensum maris.* Sequitur ܐܪܛܡܘܢ ܐܪܡܝܢ. ܐܫܬܠܡܢܢ ܗܘܝܢ Tremel. & Boder. *submisimus antenam.* Ferrarius ܐܪܛܡܘܢ per quartam vocalem scribit in fine, quia peregrina vox est, deducta procul dubio ad ἀρτέμων. vertit, *velum navis, antenna.* sic vers. 40. ܐܪܛܡܘܢ ܐܪܛܡܘܢ vertit *artemon, parvum velum addititium dirigendæ navis causa.* Lucas hoc loco dixit, χαλάσαντες τὸ σκεῦος. rectè Syrus τὸ σκεῦος pro *velo* sumsit. Beza, *sumissis velis.* sic & Arabs احدرنا الشراع *demisimus velum.* sunt enim الشراع, *vela.*

VERS. 18. ܘܟܕ ܩܡ ܗܘܐ ܠܘܩܒܠܢ ܥܠܥܠܐ ܩܫܝܐ. Tremel. *quumque staret contra nos tempestas dura.* Boder. eodem sensu. Ferrarius, ܥܠܥܠܐ, *procella, tempestas.* χειμὼν Græcorum.

VERS. 20. Syrus ܘܟܕ ܐܚܕܬܗ̇ ܥܠܥܠܐ ܝܘܡܬܐ ܣܓܝܐܐ. Boder. in Reg. *quumque tempestas corripuisset eam per dies complures.* In Paris. *& quum teneret eam tempestas dies complures.* malè ܠܗ̇ retulit ad ܐܠܦܐ, *navim.*

navim. sic enim dicendum fuerat [illegible] in fœmin. gen. ut vel ex præced. verſ. apparet. ad verbum verto, *& quum haberet ſibi tempeſtas dies multos*, id eſt, ut rectè Tremel. *quumque duraret tempeſtas dies multos.* Sed non probo, quod in notis tradat, ad verbum eſſe *teneret ſe hiems.* malo, *teneret* vel *haberet ſibi hiems*, cui ſubjungo *dies multos* per Accuſat. patientem. phraſis Syriaca eſt, habere multos dies, vel multum temporis, pro diu durare. quam imitatus eſt Joannes c. 5. 6. τοῦτον ἰδὼν Ἰησοῦς κατακείμενον, καὶ γνοὺς ὅτι πολὺν ἤδη χρόνον ἔχει. Syrus, [illegible], *hunc vidit Ieſus decumbentem, & ſciuit quod tempus multum eſſet ei*, vel haberet. id eſt, quod diu ipſi duraſſet morbus. In Græco eſt, χειμῶνος τε οὐκ ὀλίγου ἐπικειμένου. quæ Syrus non intellexit de tempeſtate imminente, quæ adhuc expectaretur & timeretur, ſed de præſenti, quæque jam ſuper ipſos, ut ſic dicam, jaceret, & actu premeret. ſicut Luc. 5. verſ. 1. dicitur turba Chriſto ἐπικεῖσθαι. & lapis ſepulchro Lazari, Joan. 11. 38. & piſcis prunæ Joh. 21. 9. quomodo & infra c. 28. 2. διὰ τὸν ὑετὸν τὸν ἐφεστῶτα, non ſignificat imminentem, ſed præſenter prementem pluviam. porro Syrus, quem ſequitur Arabs, invertit ordinem, quaſi legiſſet, χειμῶνος τε ἐπικειμένου ἐπὶ πλείονας ἡμέρας, καὶ μήτε ἡλίου, μήτε σελήνης μήτε ἄστρων ἐπιφαινόντων, &c. addit μήτε σελήνης, quæ Græci codices & Vulg. non habent.

VERS. 21. Κερδῆσαί τε τὴν ὕβριν ταύτην καὶ τὴν ζημίαν. Vulg. ad verbum, *lucrique facere injuriam hanc & jacturam.* Beza, *vitare*. præſtat *evitare, effugere, evadere.* qui enim evadit malum, habet cur id in lucro deputet. ut eſt apud Comicum. hinc Syrus [illegible], *& prohibiti fuiſſemus, id eſt, immunes ab hoc damno & afflictione.* ὕβριν etiam ſupra vertit [illegible], *afflictionem.*

VERS. 27. *Et poſt 14 dies, quibus erraveramus*, addit Syrus [illegible] Boder. *& ferremur in Adriaticum mare.* Tremel. *& abrepti fueramus in Adriaticum mare.* reſpexit Hebr. טָרַף, *rapuit, abripuit.* quam ſignificationem apud Syros nondum invenimus. [illegible] in Kal ſumitur pro τύπτειν Luc. 18. 13. & 23. 48. unde à Ferrario vertitur, *alliſit, contudit, quatiit.* In Pael [illegible] Ferrarius, *turbavit, perturbavit, repulit, excuſſit.* Pſ. 135. 15. Præterea *angore affecit, tutudit, pulſavit, plauſit, ſupploſit.* Iſa. 3. 16. hinc in paſſ. [illegible] ponitur pro κακουχούμενοι, Heb. 11. 37. pro ἀπορούμενοι 2 Cor. 4. 8. ſignificat eos, qui perculſi & perturbati animo quò ſe vertant neſciunt. hìc de navigatione dictum verto, *& jactati fuimus in Adriatico mari*, id eſt, ventis fluctibuſque pulſi, concuſſi & huc illuc disjecti fuimus in Adriatico mari. rectè expreſſit quod Lucas dixit, διαφερομένων ἡμῶν ἐν τῷ Ἀδρίᾳ, quod optimè Beza, *& jactaremur in Adria.*

VERS. 28. Εὗρον ὀργυιὰς εἴκοσι. Syrus [illegible], Boder. *& invenerunt paſſus viginti.* Tremel. *ulnas viginti*, quod magis probo. ad verbum *ſtaturas viginti.* eſt enim [illegible], *ſtatura*, erecti hominis longitudo, & Hebr. קוֹמָה dicitur. ponitur hoc loco pro ὀργυιά, quæ teſte Hezychio eſt ἡ τῶν ἀμφοτέρων χειρῶν ἔκτασις. Euſtat. ἡ εἰς πλάτος ἔκτασις ἀμφοῖν τοῖν χεροῖν. Suid. τὸ μέτρον τῶν ἰδίων μέτρον, menſura quæ inter expanſas manus continetur. Latinis ulna dicitur. & ſtaturam hominis longitudine prorſus æquat. definitur enim ulna, menſura tam longa atque eſt ſpatium duorum brachiorum utrinque extenſorum. poteſt quoque *paſſus* verti, quatenus pro intervallo paſſorum brachiorum, non paſſorum inter deambulandum pedum accipitur. Arabs quoque vertit عشرين قامة, *viginti ſtaturas.* Æthiopicus, *quantitatem viginti ſtaturarum viri.*

VERS. 29. Φοβούμενοί τε μήπως εἰς τραχεῖς τόπους ἐκπέσωμεν. Syrus, [illegible] Tremel. *Quumque metueremus ne nos inveniremus eſſe in loco quo eſſent ſaxa.* Boder. in Reg. *ne forte nos ipſos nanciſceremur loca ſcopuloſa.* [illegible] acceperunt activè, ac propterea [illegible] in Accuſa-

cusativo. utrumque malè. In Paris. posterius emendatum, sed non prius. *ne inveniremus nobis in locis ubi* &c. verte, *ne inveniremur nobis*, per pleonasmum pronominis, Syris familiarissimum.

VERS. 30. ὡς ἐκ πρώρας μελλόντων ἀγκύρας ἐκτείνειν. Merito hîc Cl. Beza versionem Syri traducit. Sed non magis excusari potest Arabs, quippe qui ne latum quidem unguem à Syro recedit. verba ejus sunt, consentiente etiam M. S. ليذهبوا فيه ويونقوا السفينة بالارض, Junius, *ut fugerent ea in terram, demissa nave.* verte, *ut abirent in eam, & alligarent navem terræ.* ونق non *dimittere*, sed *ligare* & *firmare* significat.

VERS. 40. Καὶ τὰς ἀγκύρας περιελόντες. Vulg. & Eras. *& quum anchoras sustulissent.* Beza, *anchoris igitur sublatis.* ambiguum est. sensus videri posset, *sublatis è mari in navem*, quod Belgicè dicimus **ophalen.** Melius Syrus ܘܦܣܩܘ ܐܢܩܘܪܝܣ ܡܢ ܐܠܦܐ *& amputarunt anchoras à navi.* eo sensu quo apud Xenoph. dicitur περιαιρεμένη ἄμπελος, *amputata vitis.* est enim περιαιρεῖν, *separando rem auferre* vide Act. 27. 20. 2 Cor. 3. 16. Sequitur, εἴων εἰς τὴν θάλασσαν, Vulg. & Erasm. *committebant se mari.* Beza, *permiserunt eam mari.* melius, ni fallor, Syrus ad amputatas anchoras referens vertit ܘܫܒܩܘ ܐܢܘܢ ܒܝܡܐ Tremel. & Boder. *& laxaverunt eas in mare.* anchoræ fundo maris infixæ, ubi à navi resecto fune abscinduntur, non laxantur, sed relinquuntur ubi sunt. verto ergo, *& reliquerunt eas in mari.* sicut enim apud Hebræos הִרְפָּה non tantum est *laxavit*, *remisit*, sed & *dimisit*, *sivit*, *reliquit*, unde usitatum הֶרֶף, *sine*. similiter & apud Syros Exempli gratia, 1 Cor. 10. 13. ܠܐ ܢܫܒܘܩ ܠܟܘܢ ܕܬܬܢܣܘܢ, *non sinet vos tentari.* eo sensu εἰς τὴν θάλασσαν ponetur pro ἐν τῇ θαλάσσῃ, quo nihil usitatum.

Sequitur, ἅμα ἀνέντες τὰς ζευκτηρίας τῶν πηδαλίων. *simul laxatis juncturis gubernaculorum.* Consentiunt in num. plur. omnes lectiones. Annotat itaque Cl. Beza, *gubernacula* plurali num. dici pro singulari, quum unius navis plura non sint gubernacula. Respondere etiam possumus, non respici hîc singulare illud istius navis gubernaculum, sed quum plures res, etiam in navibus, habeant suas juncturas, additum fuisse discriminis gratia *gubernaculorum*, ut intelligerentur ejusmodi juncturæ, quæ gubernaculis continendis & firmandis adhiberi solebant. Belgicè uno vocabulo rectè dicimus, **de roerbanden.** quod ad totam clavorum speciem universim pertinet.

VERS. 41. Περιπεσόντες δὲ εἰς τόπον διθάλασσον. Syrus: ܘܦܓܥܬ ܐܠܦܐ ܒܕܘܟܬܐ ܪܡܬܐ ܕܪܡܝܐ ܒܝܢܬ ܬܪܝܢ ܥܘܡܩܝܢ ܕܝܡܐ. Tremel. & Boder. in Paris. *& pervenit navis in locum jacentem inter duas profunditates maris.* In Reg. *& impegit navis* &c. verto, *& tetigit navis locum excelsum, inter duas profunditates maris.* ܦܓܥ non significat *pervenire*, sed *tangere.* miror autem quod ܕܪܡܝܐ verterint *jacentem.* nisi forte existimarint esse à ܪܡܐ, *projecit.* & locum projectum inter duo maria, esse locum jacentem inter ea. quo sensu dicendum fuisset ܕܪܡܝܐ. at quod hîc habemus ܪܡܝܐ est à ܪܡ, *altus fuit.* sic & Arabs فاست السفينة موضعا عاليا بين غورين من البحر, *& tetigit navis locum altum* (ascendentem) *inter duas profunditates maris.* secuti autem sumus exemplar M. S. nam in Erpeniana editione per errorem unius literæ omissæ, legitur البر, *terræ* pro البحر, *maris.* Exprimere voluit Syrus periphrasticè, quid sit τόπος διθάλασσος, nempe locus inter duas profunditates maris eminens instar scopuli, qui utrinque fluctibus petitur.

VERS. 24. μή τις ἐκκολυμβήσας. Syrus ܕܠܐ ܢܫܕܘܢ ܣܚܝܐ, Tremel. *ne injicerent se natatu.* Boder. in Paris. *ne committerent se natatui.* ad verbum est, *ne jacerent natationem*, id est simpliciter *ne natarent.* phrasis est Syriaca, à jactu brachiorum inter natandum desumta. quod ex v. seq. plane liquet, ubi eadem phrasis per *injicere se natatu*, aut *committere se natatui* incommodè exponitur.

CAP. XXVIII.

VERS. I. Μελίτη Syrus, *Militi.* Arabs, *Maltia*, quod cum hodierno nomine *Maltha* congruit. Scribit autem Cl. Beza, esse & aliam Melitam insulam in mari Adriatico, quam Ptolomæus Militinem appellat. Sic legisse videri posset Æthiopicus. habet enim מלטה.

Vers. 3. *Et Paulus ſuſtulit.* Syrus ܣܘ ܓܐܐ ܕܫܒܫܬܐ. Tremel. & Boder. in Pariſ. *multitudinem ramorum.* In Reg. *multa ſarmenta.* Ferrarius ܫܒܫܬܐ, *ſarmentum.* Lucas dixit φρυγάνων πλῆθος. Gloſſarium φρύγανον, *fomes.* Stephanus, *Cremium.* vel, virgultum aridum, ſive ſurculus aridus. continet omnia ſarmentoſa ligna arida, igniſque fomenta, ſive ad cremandum facilia. à φρύγω, *torreo.* idem plane eſt ܫܒܫܬܐ, à verbo geminanti ſecundam ܫܒܒ *accenſus eſt, exarſit.* Arabs كثرة من القش, *multitudinem ſtipularum.* materiæ ſunt crematu faciles.

Vers. 5. Ἀποτινάξας τὸ θηρίον ἐς τὸ πῦρ. Syrus, ܗܘ ܕܝܢ ܦܘܠܘܣ ܐܢܝܦ ܐܝܕܗ ܘܫܕܝܗ ܠܐܟܕܢܐ ܒܢܘܪܐ. Tremel. *ipſe vero Paulus extulit manum ſuam & injecit viperam in ignem.* Boder in Reg. *Ipſe vero Paulus ſublata manu ſua dejecit* &c. Melius in Pariſ. *movit manum ſuam.* verto *agitavit manum ſuam.* id enim proprie eſt ܐܢܝܦ. ſicut & Hebr. הֵנִיף.

Vers. 6. Οἱ δὲ προσεδόκων αὐτὸν μέλλειν πίμπρασθαι. Vulg. & Beza πίμπρασθαι pro *intumeſcere* acceperunt. Eraſm. & Æthiop. pro *incendi & uri.* utrumque ſignificat. Syrus, ܡܬܡܣܡܣ, Tremel. *conſumeretur.* Boder. *Intumeſceret* apud Hebr. מָסָה & מָסַס, *liqueſcere, diſſolvi.* ſic apud Syros ܡܣܡܣ teſte Ferrario *fœtetere fecit, muceſcere fecit, putrefecit.* ܐܬܡܣܡܣ, *mucuit, fœtuit, putruit, tabuit,* Eſa. 34. 4. ſic in Lex. Syr. Arab. dicitur eſſe à ܡܣܡܣܬܐ, quod *fœtorem, mucorem* ſignificat. & vertitur تعفن, quod Arab. eſt *computreſcere, tabeſcere.* verto ergo, *putabant autem barbari quod ſtatim tabeſceret.* id eſt, quod vi veneni ſtatim colliqueſceret & diſſolveretur. ea enim, ut ex Hebraiſmo patet, primaria eſt hujus verbi ſignificatio. ſic Arabs انه من ساعته يتهري, *quod ſtatim diſſolveretur.*

Ibid. Μηδὲν ἄτοπον εἰς αὐτὸν γινόμενον. Vulg. *nihil mali in eo fieri.* Beza, *nihil incommodi ei accidere.* ἄτοπον de malo morali ſive culpæ uſitatè dicitur, ut Luc. 23. 41. 2 Theſſ. 3. 2. apud LXX Interpretes pro אָוֶן, *iniquitas,* רֶשַׁע, *improbitas* שָׁוְא, *vanitas, malitia* uſurpatur. de malo autem phyſico ſive pœnæ, raro. citant Lexicographi Theophraſtum, qui pro *incommodo* uſurparit. At eſt ubi pro re *turpi, infami, & ignominioſa* accipiatur, quæ ipſa ſua turpitudine, vitii & criminis notam habet, ut apud Platonem, ἀτόπῳ ᾗ αἰσχρᾷ νίκῃ νικᾶν, *infami ac turpi victoriâ vincere.* Ita Syrus hoc loco accepiſſe videtur, cum vertit ܡܕܡ ܕܣܢܝܐ ܠܐ ܗܘܐ ܠܗ, *nihil odibile ipſi factum eſſe.* eâdem omnino phraſi, qua τὸ ἄτοπον in vitio poſitum verterat Luc. 23. 41. Mentem ejus explicat Arabs, انه لم يصبه شي قبيح, *non eveniſſe ei quicquam turpe,* id eſt, ullum incommodum turpe & ignominioſum, unde criminis alicujus, prout ſuſpicati fuerant, reus haberi poſſet. Hezychius & Suidas reddunt etiam per παράδοξον, ξένον καὶ θαυμάσιον, *quod inſolens, novum & admirandum eſt.* apud Thucyd. lib. 3. opponuntur τὰ ἄτοπα καὶ τὰ εἰωθότα, *inſolita & ſolita.* hinc rectè vertas, *nihil ipſi novi contingere,* vel inſoliti, vel inexpectati.

Vers. 7. Ἐν δὲ τοῖς περὶ τὸν τόπον ἐκεῖνον. Vulg. & Eraſ. & Arabs, *in locis autem illis.* Beza, *cæterum circa locum illum.* ad verbum eſt, *in iis quæ erant circa locum iſtum.* ubi τοῖς περὶ τὸν τόπον ἐκεῖνον, ponitur pro τῷ τόπῳ ἐκείνῳ, ſicut eleganti Græcorum phraſi οἱ περὶ τὸν Παῦλον dicitur pro ὁ Παῦλος Act. 13. 13. præpoſita præpoſ. ἐν, ſimpliciter valet, *in loco autem illo.* ut rectè Syrus vertit. vel *in regione illa.* ܐܬܪܐ enim *locum & regionem* ſignificat.

Ibid. Ὃς ἀναδεξάμενος ἡμᾶς τρεῖς ἡμέρας φιλοφρόνως ἐξένισε. Vulg. & Eraſ. φιλοφρόνως, *benignè.* Beza, *peramicè.* Syrus ܒܚܕܘܬܐ, *libenter,* vel ut vim vocis Syriacæ exprimam, *gaudenter,* quod Arabs κατὰ πόδας | مسرورا dixit. non malè. nam & apud Hezych. φιλοφρονοῦμαι exponitur, δεξιῶς καὶ προθύμως εἰσδέχομαι ἢ ἀποδέχομαι, *dextro & prompto animo excipio.*

Vers. 14. Ἐπ᾽ αὐτοῖς ἐπιμεῖναι. *apud ipſos permanere.* rarum eſt ἐπὶ pro παρὰ, *apud.* non tamen omnino inſolens. ut ἐπὶ ταῖς θύραις, *ad fores, apud januam,* omnibus fere ſcriptoribus uſitatum. & apud Thucid. l. 3. ᾤκει ἐπὶ ποταμῷ, *ſitus erat apud fluvium.* quod ſi quis hoc non velit, ἐπὶ frequentiſſime valet *propter, cauſâ, gratiâ.* ut cum dicunt, ἐπὶ τῷ κέρδει, *lucri cauſa* hoc fecit. ita hîc, *rogati ſumus ut ipſorum cauſa maneremus ſeptem dies.*

Vers.

VERS. 16. ὁ ἑκατόνταρχος παρέδωκε τοὺς δεσμίους τῷ στρατοπεδάρχῃ. Vulgatus, Syrus & Arabs hoc membrum non legerunt, ut nec Chrysostomus. reliquæ editiones Græcæ constanter legunt. legit & Æthiopicus.

IBID. *Permisit Paulo habitare* καθ' ἑαυτόν, Vulgatus *sibi*. Eras. *solus*. Beza, *seorsim*. Glossarium, καθ' ἑαυτὸν, *in se, secum*. Hezychius, αὐτὸς δι' ἑαυτοῦ, *ipse per se*. Belgicè dicimus, op hem selven woonen. Aliter tamen Syrus, Arabs & Æthiopicus, qui verterunt, *ubi vellet*. καθ' ἑαυτὸν acceperunt pro *secundum se*, id est secundum animi sui sententiam, καθ' ἑαυτοῦ γνώμην. Quæ hîc Cl. Beza subjungit, *Deest autem totum hoc membrum in recepta editione Latina, quod tamen abundare non puto, & non tantum in Græcis codicibus, sed etiam in Syra & Arab. interpretatione reperi*, nescio quid sibi velint. si enim proximum hoc membrum intelligit, in quo de privato Pauli domicilio agitur, extat in Vulgata Latina editione, si præcedens, ubi Centurio dictus est vinctos tradidisse præfecto exercituum, jam antemonuit, id deesse in Latinis codicibus, nec verum est id in Syra & Arabica interpretatione reperiri.

VERS. 28. *Vobis ergo sit notum, Gentibus missum esse salutare Dei*, αὐτοὶ καὶ ἀκούσονται. Vulg. & Eras. *& illi audient*. Beza, *& illos audituros*. At data opera videtur mihi Euangelista, majoris emphaseos gratia, καὶ postposuisse. quod servandum arbitror, ac vertendum, *illi etiam audient*. Syrus, efficaciter, *illi enim etiam audient*. Arabs habet فاعلموا انن هذه انه الي الامم ارسل هذا الخلاص خلاص الله لانهم هم يطيعونه quæ vertenda sunt, *scitote igitur nunc hoc, quod ad gentes missa est hæc salus, salus Dei, ut illi obediant ei*. id emphasin valde imminuit.

VERS. 29. Hunc totum versum Syrus & Arabs non legerunt. ut verè annotavit Cl. Beza. Æthiopicus legit.

VERS. 30. Syrus, ܘܐܓܪ ܦܘܠܘܣ ܡܢ ܕܝܠܗ ܒܝܬܐ. Tremel. *& mercede conduxit sibi Paulus de suo domum*. sic fere Boder. si autem recta est punctatio in ܘܐܓܪ, ut in eo editiones consentiunt, vertendum erit *& traxit sibi Paulus è suo domum*. est enim ܐܓܪ Aphel à ܓܪܪ, *traxit*. Sin autem legendum ܘܐܓܪ rectè verterunt viri doctissimi. nec dubium quin sic legerit Arabs, qui vertit فاكتري له بولس من ماله بيتا, *& conduxit sibi Paulus ex opibus suis domum*. id est, quod dixit Lucas, ἐν ἰδίῳ μισθώματι.

ANIMADVERSIONES
IN EPISTOLAM
AD
ROMANOS.

CAP. I. VERS. I.

LATINE hanc Epistolam à Paulo Corrinthi fuisse conscriptam, Epistolam autem ad Hebræos Hebraicè, reliquas Græcè, nullo fide digno testimonio asserit Scholiastes Syrus. Quod autem nomen suum expressum titulo præfixerit, id solitum ait esse Apostolum, quum ad eos scriberet, qui longinqui essent, nec eum nossent. Quæ solida non est ratio. idem enim in Epistolis ad Timotheum, Titum & Philemonem factum, quibus erat notissimus. Fuisse porro è Saulo Paulum vocatum, ait, quum Antiochiam appulisset. Cur autem servum se Christi vocat? Triplices, inquit idem Scholiastes, sunt servi. Naturales, ut creatura ratione creatoris, aut Violenti, ut mancipia quæ emuntur, aut Voluntarii, quomodo Moses Dei servus dicitur. omnibus hisce modis Paulus fuit servus Christi. Nam ܗܘܐ ܗܘ ܓܝܪ ܒܪܝܬܗ ܘܒܕܡܗ ܙܒܝܢܗ ܘܬܠܡܝܕܗ ܒܨܒܝܢܗ *creatura ejus erat, & per sanguinem ejus emtus, & voluntate sua Discipulus ejus factus*. Addendum, quod à Christo ad ministerium Euangelii vocatus, totum se arbitrio ejus devoverit.

Κλητὸς ἀπόστολος. Syrus pro ἀσυνδέτῳ oratione habuit, quasi legeres κλητὸς καὶ ἀπόστολος. non bene. sensus enim est, ut optimè observavit Cl. Beza, *ex vocatione Apostolus*.

Ibid. Ἀφωρισμένος εἰς εὐαγγέλιον τοῦ θεοῦ, explicat id ad Gal. 1. 15. ὁ ἀφορίσας με ἐκ κοιλίας μητρός μου, &c. quod respici potius puto, quam, quod innuit Drusius, illud Act. 13. 2. ἀφορίσατε δή μοι τὸν Βαρνάβαν καὶ τὸν Σαῦλον εἰς τὸ ἔργον ὃ προσκέκλημαι αὐτούς. Hominum hæc erat actio, illa Dei. quæ hactenus tamen conveniunt, ad quod jubentur separare Paulum ad id opus, ad quod jam ab utero separaverat eum Deus. Non respici autem hîc nomen פרוש, unde *Pharisæus*,

ſæus, id eſt *ſeparatus* jam ante converſionem dictus fuerat, ſatis ſolidè docet Doctiſſ. Camero in Myrothecio.

VERS. 2. ὃ προεπηγγείλατο, &c. Totus hic verſus in recentioribus editionibus parentheſi includitur. in vetuſtioribus non item. quod laudo. videtur enim quod verſum ſequentem inchoat, περὶ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ, rectè conſtrui cum προεπηγγείλατο. ita ſane Arabs, qui totum hunc verſum ſic interpretatur, الذي وعد من قبل على السن انبيايه في الكتب الطاهرة deinde ſubjicit v. ſequ. الظاهر ابنه. ubi ambiguum eſt الذي quippe quod referri poteſt vel ad præcedens انجيل *Euangelium*, vel ad الله *Dei*. Si poſterius, verti debet, *Qui promiſit jam ante per linguas Prophetarum ſuorum in Scripturis ſacris, Manifeſtationem filii ſui.* Si prius, verti debet, *Quod promiſit jam ante, &c.* nempe, *Manifeſtationem filii ſui.* Senſus idem eſt. vult, Euangelium de filio, eſſe Manifeſtationem filii.

VERS. 3. Περὶ τοῦ υἱοῦ, τοῦ γενομένου ἐκ σπέρματος Δαβὶδ κατὰ σάρκα. Syrus τοῦ γενομένου vertit ܕܐܬܝܠܕ *qui natus eſt.* Κατὰ σάρκα, ܒܒܣܪ *in carne.* ἐκ σπέρματος Δαβίδ, ܡܢ ܙܪܥܐ ܕܒܝܬ ܕܘܝܕ *ex ſemine domus Davidis.* Eodem modo Arabs. Laudo hîc doctum Commentarium Cl. Bezæ.

VERS. 3. Τοῦ ὁρισθέντος υἱοῦ θεοῦ. Vulg. *qui prædeſtinatus eſt filius Dei*, quod procul dubio bene rejecerunt Eraſ. & Beza, qui habent, *qui declaratus eſt filius Dei.* ſimiliter fere, ſed dilutius, Syrus & Arabs, *qui cognitus eſt.* Nondum tamen probatum video, ὁρίζειν ſignificare *declarari, manifeſtari, indicari, explicari, evulgari, oſtendi, demonſtrari*, aut ſimile quid. Fateor quidem ὁρίζειν non ſolum eſſe *definire, decernere, conſtituere & determinare* rem futuram. Sed ſæpe etiam de re præſenti dicitur. at pro *declarare* nondum nobis innotuit. Videtur quidem vicinum eſſe Logicorum ὁρίζειν. Sed id amplius quid dici. quam *declarare.* nempe, *definire, determinare*, id eſt rem intra ſuos fines ac terminos ita conſtituere, ut ex iis natura rei intelligatur, qualis in ſe ſit, & quomodo ab aliis differat. Sic & in Grammatica *Modus Indicativus* ὁριστικὸς dictus eſt Græcis, non tantum quod certum aliquid indicet ac declaret, ſed quia rem ſive præſentem, ſive præteritam, ſive futuram certis temporum limitibus includit ac determinat. Placet Heſychius, qui ὁρίζει vertit, ἵστησιν, ὅρον δίδωσι, κρίνει, θεματίζει, διαιρεῖ, ἀφορίζει. *ſtatuit, terminum dat, judicat, in certa poſitione collocat, dirimit, diſterminat.* Hinc verto, *qui determinatus eſt eſſe filius Dei*, id eſt, qui intra tales terminos eſt conſtitutus, iiſque ab aliis ita eſt diremtus ac diſterminatus, ut judicari aliter nec debeat, nec poſſit, quam quod ſit filius Dei. Sequitur, ἐν δυνάμει. Quod non verto adverbialiter, *potenter*, cum Cl. Beza, ſed cum Vulgato, Eraſmo, Syro & Arabe, *in potentia*, aut *per potentiam*, abſolutè nempe ſic dictam, quatenus ea Deo propria eſt, qui propterea הגבורה ἡ δύναμις Hebræis dicitur. Ita ut ἐν δυνάμει hic terminum dicat, definitionem filii Dei ingredientem, quo probetur & dignoſcatur eſſe talis.

Additur, κατὰ πνεῦμα ἁγιωσύνης. Vulgatus, Eraſ. & Beza, *ſecundum Spiritum ſanctificationis.* poſſet & *ſanctitatis* verti. Gloſſarium, ἁγιωσύνη, *ſanctificatio ſanctitas.* Sic 1 Theſſ. 3. 13. ἀμέμπτους ἐν ἁγιωσύνῃ, *inculpatos in ſanctitate.* atque ita *ſecundum Spiritum ſanctitatis*, idem eſſet quod *ſecundum Spiritum ſanctum.* Quomodo Syrus, Arabs & Chryſoſtomus hæc acceperunt. Sed quia *Spiritus ſanctus* non niſi tertiam divinitatis perſonam deſignat, hic autem κατὰ σάρκα, & κατὰ πνεῦμα ἁγιωσύνης tanquam duæ in Chriſto naturæ opponantur, maluerunt Orthodoxi *Spiritum ſanctificationis* reddere, & per eum naturam Chriſti divinam intelligere. quod rectè fieri, ſatis luculenter docetur in Myrothecio Cameronis. Sed fac dari adverſario ac hoſti divinitatis Chriſti, Spiritum S. hic intelligi, etiam ſic naturam Chriſti divinam aſſeri affirmo. quum enim Spiritus S. ſit Filii Spiritus, à Filio eſſentiam communicatam habens, ejuſdem cum Filio numero eſſentiæ, &, quæ divinarum perſonarum in ſe invicem eſt περιχώρησις, ſemper in eo exiſtens, rectè dici videtur Chriſtus eſſe *Filius Dei ſecundum Spiritum S.* id eſt ſecundum divinam eſſentiam, quam Spiritus S. habet à Filio, & in Filio, quamque adeo Filius habet eandem cum ipſo. Nam, ut loquitur Damaſcenus de Trinitate, ἀδιάστατοι αἱ ὑποστάσεις, καὶ ἀνεκφοίτητοι ἀλλήλων εἰσὶν, ἀσυγχύτως ἔχουσαι τὴν ἐν ἀλλήλαις περιχώρησιν. *Non poſſunt diſtare, & à ſe in vicem diſcedere perſonæ, quippe quæ, inconfusè tamen, ſe mutuo permeant.* ſic ut quaſi per modum circuitus in ſe mutuo concedant, ſeque invicem capiant. ea enim vis eſt vocis περιχωρήσεως. Nec prætereundum videtur, inter argumenta, quibus Chriſtus θεάνθρωπος probatur eſſe verus Deus, efficaciſſimum fere eſſe, quod ex relatione inter Chriſtum & Spiritum S. quæ omnem creaturæ con-

conditionem longè excedit, petitur. Hinc enim homo ille dicitur unctus Spiritu S. supra omnes consortes suos, quia idem Deus, Psal. 45. 8. Spiritus Dei forma columbæ sedisse supra ipsum, quia idem filius Dei dilectus, Mat. 3. Hinc Christus ait, *Pater mittet eum in nomine meo.* Joan. 14. 26. *Ego mittam eum à Patre.* Joan. 15. 26. & 16. 7. *Is de me testabitur.* Joan. 15. 26. *Is me glorificabit.* Joan. 16. 14. *Nam ex meo capiet.* Ibid. *Nam omnia quæ Pater habet, mea sunt. ideo dixi, quod ex meo capiet.* Ibid. v. 15. Quæ omnia talia sunt, ut creaturæ competere nequeant: quippe à qua Spiritus S. eo modo pendere non potest.

Sequitur ibidem, ἐξ ἀναστάσεως νεκρῶν. quæ Syrus & Arabs non de aliorum mortuorum, sed ipsius Christi ex mortuis resurrectione ritè interpretati sunt. vide notas Bezæ, præsertim Erasmi, quæ hîc sunt doctissimæ. quibus addimus, eodem prorsus sensu passim sumi ἀνάστασιν νεκρῶν, & τὴν ἐκ νεκρῶν. confer 1 Cor. 15. 12, 13. &c. cum Luc. 20. 35. & Act. 4. 2. Adeoque secundum eam phrasim uni etiam homini posse tribui ἀνάστασιν νεκρῶν, id est τὴν ἐκ νεκρῶν. Hinc est quod Act. 17. 32. de Atheniensibus dicitur, ἀκούσαντες δὲ τὴν ἀνάστασιν νεκρῶν, quum tamen Paulus vers. 3. de solius Christi resurrectione egisset. Sic Paulus Phil. 3. 11. optat καταντῆσαι εἰς ἀνάστασιν νεκρῶν. non eo sane sensu, ut pertingat ad aliorum mortuorum resurrectionem, sed ut ipse aliquando beatè è mortuis resurgat. Verùm licet hîc aliorum mortuorum resurrectio intelligeretur, inde etiam validissime probatur Christi divinitas, quia ab ejus virtute illa pendet. Hinc enim Christus Joh. 5. 21. se Patri parem probat, *quod sicut Pater suscitat mortuos & vivificat, ita & Filius vivificat quos vult.*

VERS. 5. Δι' οὗ ἐλάβομεν χάριν καὶ ἀποστολὴν εἰς ὑπακοὴν πίστεως ἐν πᾶσι τοῖς ἔθνεσιν, ὑπὲρ τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ. Syrus reddidit, quasi legeretur, δι' οὗ ἐλάβομεν χάριν καὶ ἀποστολὴν ἐν πᾶσι τοῖς ἔθνεσιν, εἰς ὑπακοὴν πίστεως τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ. Et εἰς ὑπακοὴν πίστεως accepit pro εἰς τὸ ὑπακούειν τῇ πίστει. Sed longè satius est verborum ordinem servare, & omnia ad verbum vertere, ut mens Apostoli sit, accepisse se gratiam apostolatus, ut in omnibus gentibus fidem pareret, quæ pura puta est obedientia. nec pro suo, aliusve creaturæ nomine datam sibi eam gratiam, sed pro solius Christi nomine, ut nec se, nec alios, sed Christum prædicaret. Cur autem fidei obedientia tribuitur? non tantum, quod fide obediamus omnibus præceptis Dei, sed quod ipsa fides in obedientia consistat. non enim rationibus nititur fides, sed loquentis Dei veracitate, autoritate ac jussu. cur credo tres esse in Deo personas, Christum esse θεάνθρωπον, mortem ejus esse expiationem pro peccatis? quia Deus mentiri nescius, omniumque Dominus, hæc de se Filioque suo testatur, ac credere jubet. Hîc Deo mentem ac rationem nostram subjicere, obedire est.

VERS. 6. Ἐν οἷς ἐστε καὶ ὑμεῖς, κλητοὶ Ἰησοῦ Χριστοῦ. Syrus, ܕܐܦ ܐܢܬܘܢ ܡܢܗܘܢ ܐܢܬܘܢ ܩܪ̈ܝܐ ܒܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ Tremel. *Ex quibus etiam vos vocati estis in Iesu Christo.* Verte, *ex quibus etiam vos estis, vocati in in Iesu Christo.* prius ܐܢܬܘܢ pronomen valet: alterum, verbum substantivum, cui subjungitur distinctio, plane ut in Græco. Porro κλητοὶ Ἰησοῦ Χριστοῦ, Syrus vertit, *vocati in Iesu Christo*, Beza melius, *à Iesu Christo.* Laudo tamen Vulgatum, qui ad verbum habet, *vocati Iesu Christi.* מְקוֹרָאֵי יֵשׁוּ הַמָּשִׁיחַ Insignem enim constructio illa habet emphasin. sicut cum Marc. 13. 27. Christus dicitur congregaturus τοὺς ἐκλεκτοὺς αὐτοῦ, non vertam *electos à se*, sed *electos suos*, i. quos per electionem pro suis habet. ita & hîc non tantum gratia Christi, qua eos vocavit, designatur, sed & dominium Christi, quo eos vi vocationis tanquam suos deinceps habet. sicut Esa. 48. 12. יִשְׂרָאֵל מְקֹרָאִי, *Israel vocatus meus*, id est, qui non modo à me es vocatus, sed sic vocatus ut meus sis. atque hunc titulum, hoc jus & dominium in Ecclesiam solus sibi Deus Israëlis vendicat. Unde colligendum, vel hoc nomine Christum esse verum Deum, quod fideles, ipsius vocati nominentur.

VERS. 9. ᾧ λατρεύω ἐν τῷ πνεύματί μου. Non variant hîc Græca exemplaria, neque ab iis Vulgatus. Syrus simpliciter ܒܪܘܚܝ *in Spiritu*, vel *per Spiritum.* Quod cum ad Spiritum S. referri possit, Arabs transtulit بعاينة الروح *per auxilium Spiritus.* Neque respuunt hunc sensum Græca, modo non cum Cl. Beza vertas, *cui servio Spiritu meo*, neglecta præpositione ἐν: sed cum Vulgato, *in Spiritu meo.* deinde *in* pro *per*, ἐν pro ܒܝܕ, ut Hebræorum ב, quod frequens est, accipias. ut sensus sit, cui servio per Spiritum mihi datum. Verùm simplicius est hæc de sinceritate Pauli atque integritate intelligere, qua se abs-

absque hypocrisi mente & animo servire Christo testetur.

Sequitur, ὡς ἀδιαλείπτως μνείαν ὑμῶν ποιοῦμαι. deinde v. 10. Πάντοτε ἐπὶ τῶν προσευχῶν μου δεόμενος. Syrus & Arabs cum quibusdam exemplaribus Græcis inchoant vers. 10. à δεόμενος, reliqua cum vers. 9. conjungunt, ubi tum ἀδιαλείπτως, tum πάντοτε legerunt.

Vers. 10. Εἴπως ἤδη ποτέ. Syrus ܐܢ ܡܟܝܠ [illegible], Tremel. *Si tandem.* verte, *si à nunc*, vel *ab hoc tempore*. sic Græca ad verbum verto, *si quo modo jam aliquando*. pro quo Vulg. Eras. & Beza, *si quo modo tandem aliquando*.

Vers. 12. Συμπαρακληθῆναι ἐν ὑμῖν. Beza Bucerum secutus refert ad communem exhortationem. Vulg. Eras. Syrus & Arabs ad consolationem. quibus adstipulor: quia fidei in hoc versu fit mentio, cujus præcipuus effectus est consolatio. eoque propriè spectat χάρισμα πνευματικόν, quod v. præcedenti impertiri ipsis avebat, εἰς τὸ στηριχθῆναι αὐτούς.

Vers. 13. Οὐ θέλω δὲ ὑμᾶς ἀγνοεῖν. Legerunt Syrus quoque & Arabs θέλω, non autem οἴομαι. vide Bezam.

Vers. 15. Οὕτω τὸ κατ' ἐμὲ πρόθυμον. Doctè observavit Cl. Beza, simpliciter accipi posse pro οὕτω ἐγὼ πρόθυμός εἰμι. sic Syrus & Arabs acceperunt, quorum ille, *Et ita satago.* hic, *propterea studeo & conor.*

Vers. 16. Οὐ γὰρ ἐπαισχύνομαι τὸ εὐαγγέλιον τοῦ Χριστοῦ. Scholiastes Syrus dictum hoc ab Apostolo ait, [illegible], *quandoquidem multi exprobrarent ipsi, quod adhæreret crucifixo.* Porro, ut nec Vulg. nec Syrus, ita nec Arabs legit τοῦ Χριστοῦ.

Vers. 17. *Ex fide in fidem*, id est, inquit Scholiastes Syrus, ܡܢ ܥܬܝܩܬܐ ܠܚܕܬܐ *è veteri in novam.* præstat, è minori in majorem, id est, ex fide quæ in dies incrementum capit. ut rectè hîc Cl. Beza.

Vers. 18. Τῶν τὴν ἀλήθειαν ἐν ἀδικίᾳ κατεχόντων. Beza, *ut qui veritatem injustè detineant.* Malim cum Vulgato ad verbum vertere, *qui veritatem in injustitia detinent.* neque enim sensus esse videtur, eos agnitam veritatem injustè & præter fas opprimere, sed dum injustitiam cum veritate copulant, hanc per illam opprimere. Et hoc voluit Arabs, quando vertit paraphrasticè الذين يعرفون الحق ويرتكبون الاثم, *qui norunt veritatem, & perpetrant injustitiam.* id est, qui agnitâ veritate, pessimi tamen sunt, adeoque, veritatem quidem tenent, sed injustitiæ immixtam. Non videtur κατέχειν accepisse pro *detinere*, i. opprimere, sed simpliciter pro *tenere*, seu *continere*, seu *possidere.* ut & Syrus, qui vertit ܐܚܝܕܝܢ *habent, tenent, possident.* qua significatione κατέχειν usurpatur 1 Cor. 7. 30. & 2 Cor. 6. 10. nec nego, quin rectum hoc loco sensum habeat. Sed videtur tamen majus quid & efficacius hic dici. nempe eos veritatem in injustitia detinere, id est custodire, firmiter retinere, ne ab eâ separari queat. eodem sensu, quo pii in corde bono ac honesto τὸν λόγον τοῦ θεοῦ κατέχουσι, Luc. 8. 15. vel in injustitia captivam detinere, ne sui juris sit, sed dominium peccati agnoscere teneatur. eodem sensu quo quis dicitur κατέχεσθαι νοσήματι *detineri morbo*, Joh. 5. 14. & ut ante redemtionem dicebamur κατέχεσθαι ἐν νόμῳ *detineri in lege*, Rom. 7. 6. quia ἐκυρίευε τοῦ ἀνθρώπου *dominabatur homini.* v. 1. vel denique in injustitia, id est per injustitiam retinere, remorari, impedire, quo minus vim suam exerere possit veritas. quomodo 2 Thess. 1. 6. 7. imperium Romanum dicitur κατέχειν τὸν υἱὸν τῆς ἀπωλείας, *remorari filium perditionis*, ne mysterium iniquitatis protinus in apertum erumperet. Adversatur sane quam maximè injustitia veritati, eamque vastat, ut tenebræ lucem. unde rectè & elegantissime Ali, ظلمة الظلم تظلم الايمان *tenebræ injustitiæ obtenebrant fidem.*

Vers. 19. Διότι τὸ γνωστὸν τοῦ θεοῦ φανερόν ἐστιν ἐν αὐτοῖς. sicut Rom. 2. 4. τὸ χρηστὸν τοῦ θεοῦ est ἡ χρηστότης, ita hîc Syrus & Arabs τὸ γνωστὸν τοῦ θεοῦ acceperunt pro ἡ γνῶσις τοῦ θεοῦ, *cognitio Dei*, passivè sc. sumpta, qua Deus ab hominibus cognoscitur. Hæc cognitio manifesta est in ipsis, id est, [illegible] *naturaliter habent homines, ut ex creaturis cognoscant creatorem*, inquit Scholiastes Syrus.

Vers. 20. Τὰ γὰρ ἀόρατα αὐτοῦ ἀπὸ κτίσεως κόσμου, τοῖς ποιήμασι νοούμενα καθορᾶται. Dignissimus hîc est Syrus qui bene perpendatur. sic habet: [illegible] Tremel. & Bod. in Paris.

Parif. *Occulta enim Dei à fundamentis mundi, in creaturis suis per intellectum conspiciuntur.* Male *in creaturis suis.* pejus in Regiis, *ex ipsius creatione.* verte, *creaturis ipsius conspiciuntur*, in Dat. casu. vel *à creaturis ipsius.* Sæpe enim Syris Dativus usurpatur pro Ablat. cum præpos. *à.* vide Mat. 14. 8. Luc. 23. 41. 1 Tim. 4. 4. Joan. 13. 2. quale & illud Matth. 5. ἐῤῥέθη τοῖς ἀρχαίοις, *dictum est antiquis*, pro ab antiquis. ita hìc τοῖς ποιήμασι καθορᾶται putavit Syrus esse, *creaturis conspiciuntur*, id est à creaturis, nempe ratione præditis. quemadmodum frequentissimè Hebræis בריה *creatura* hominem absolute significat. & κτίσις Marc. 16. 15. Præcipuè autem notanda est apud Syrum distinctio, qua ἀπὸ κτίσεως κόσμου non construit, quod multi faciunt, cum sequenti καθορᾶται, quasi mens esset, Invisibilia Dei facta esse jam inde à condito mundo visibilia in creaturis, sed cum præcedenti ἀόρατα. ut sensus sit, Etsi Deus sit invisibilis, & omnia ejus invisibilia, videlicet æterna ejus potentia & divinitas, neque inde à condito mundo ullius oculis sint conspecta, nec conspici potuerint, non habere tamen quod conquerantur homines, non esse sibi detectam Dei cognitionem. etsi enim illa Dei sint ἀόρατα, sunt tamen νοούμενα, & à creaturis rationalibus per intellectum conspiciuntur. Idem manet sensus, etsi per τοῖς ποιήμασι non homines, sed alias res factas intelligas. nempe, quæ à condito mundo fuerunt, & sunt, & erunt semper invisibilia Dei, per res creatas intellecta conspici. Arabs eodem fere modo quo Syrus, واسرار الله منذ وضع اساس العالم انما يستبين اخلايقه بالفكر والفهم *Et arcana Dei inde à positione fundamentorum mundi, utique apparent creaturis ejus per cognitionem & intellectum.*

VERS. 21. Οὐχ ὡς θεὸν ἐδόξασαν. Arabs كما يجب له *sicut conveniebat ei, sicut decebat eum.*

VERS. 23. Καὶ ἤλλαξαν τὴν δόξαν τοῦ ἀφθάρτου θεοῦ ἐν ὁμοιώματι εἰκόνος φθαρτοῦ ἀνθρώπου. petita phrasis est ex Ps. 106. 20. וַיָּמִירוּ אֶת כְּבוֹדָם בְּתַבְנִית שׁוֹר καὶ ἤλλαξαν τὴν δόξαν αὐτῶν ἐν ὁμοιώματι μόσχου. sic habet LXX. nisi quod pro αὐτῶν *suam*, dixerunt αὐτοῦ *ejus*, quasi כְּבוֹדוֹ legissent. Porro ἐν ὁμοιώματι εἰκόνος ἀνθρώπου Beza vertit, *in efformatam imaginem hominis.* Magis placet Arabs, qui dixit شبه صورة الانسان *similitudinem formæ hominis.* εἰκὼν enim non tantum imaginem seu effigiem formæ rei denotat, quæ hìc per ὁμοίωμα indigetatur, essetque tautologia, si hìc εἰκὼν idem significaret: sed ipsam etiam formam, figuram ac quasi vultum rei. Hezychius Εἰκὼν, χαρακτὴρ, ὄψις, *effigies, vultus.* atque ita εἰκὼν sumitur, quum homo dicitur κατ' εἰκόνα θεοῦ *secundum imaginem Dei* conditus. neque enim intelligitur imago quædam è Deo expressa, secundum quam homo sit creatus. sic enim esset imago imaginis è Deo expressæ. sed id ipsum quod est in Deo, quod formæ seu speciei nomine venit ἀνθρωποπαθῶς. quia sicut pictor ipsam hominis essentiam exprimere nequit, sed ejus tantùm externam formam seu speciem, sic Dea quasi forma quædam & species tribuitur, ad quam tanquam ad ἀρχέτυπον homo ἔκτυπος formatus est. Ita hìc εἰκὼν ἀνθρώπου archetypum est, ectypum autem τὸ ὁμοίωμα sive idolum, speciem hominis referens. Sed juvat examinare quid sit, ἤλλαξαν δόξαν θεοῦ ἐν ὁμοιώματι εἰκόνος ἀνθρώπου. Mutatio quædam est, qua res fit alia quam erat. Hoc sensu in resurrectione πάντες ἀλλαγησόμεθα, 1 Cor. 15. 51. Paulus optat ἀλλάξαι τὴν φωνὴν αὐτοῦ, Gal. 4. 20. cœli ἀλλαγήσονται, Hebr. 1. 12. Hoc Deo incorruptibili tribui nequit, cujus gloria non potest fieri alia. neque veritati, de qua infra Paulus v. 25. μετήλλαξαν τὴν ἀλήθειαν τοῦ θεοῦ ἐν τῷ ψεύδει. Veritas enim Dei non potest alia fieri quam est. Datur & alia mutatio, quæ in permutatione consistit, qua res una cum alia commutatur. Sic hunc locum accepit Arabs, quum reddidit واستبدلوا مجد الله الذي لا يناله فساد شبه صورة الانسان الفاسد & *permutarunt in* (id est *cum*) *gloria Dei, quem non attingit corruptio, similitudinem formæ hominis corruptibilis.* id est, sicut cum merce commutatur pecunia, sic ut loco mercis accipiatur pecunia, ita cum gloria Dei commutarunt effigiem hominis, sic ut illius loco hæc accipiatur. Et observa, verbum استبدل, quod *permutare unum cum altero* significat, construi cum Beth rei quæ permutatione amittitur, & cum Accusativo rei quæ acquiritur permutatione. Eandem constructionem observant Arabes, ubi permutationem hanc emendi verbo exprimunt. qualia sunt in Alcorano Surata Bacara, الَّذِينَ اشْتَرَوُا الضَّلَالَةَ بِالْهُدَى فَمَا رَبِحَتْ تِجَارَتُهُمْ *qui emerunt errorem rectâ via* (proprie, in rectâ viâ) *at non fuit lucro negotiatio eorum.* taxat infideles, qui inter rectam veritatis doctrinam & inter errores permutationem instituerunt, illam relinquentes ut hos arriperent. Ibidem لَا تَشْتَرُوا بِآيَاتِي ثَمَنًا قَلِيلًا

ne

ne emite versibus meis (propriè, in versibus meis) *pretium vile*, id est, ne hosce meos versus Alcoranicos, qui vitam æternam vobis offerunt, cum vilissimis rebus hujus mundi permutate, ut harum gratia illos amittatis. Contra autem cum vendendi verbo hanc permutationem innuunt, construitur verbum cum Beth rei quæ permutatione acquiritur, & cum Accus. rei quæ amittitur. tale est in sententiis Ali litera ب، بِعِ الدُّنْيَا بِالْآخِرَةِ تَرْبَحْ *vende mundum futura vita*, (proprie, in futura vita) *lucrum facies*. sensus est, permuta mundum cum futura vita. Et eandem hanc constructionem habent apud Hebræos verba החליף & המיר, permutationem talem denotantia. ut Lev. 27. 10. לֹא יַחֲלִיפֶנּוּ וְלֹא יָמִיר אֹתוֹ טוֹב בְּרָע וְרַע בְּטוֹב וְאִם הָמֵר יָמִיר בְּהֵמָה בִּבְהֵמָה וְהָיָה הוּא וּתְמוּרָתוֹ יִהְיֶה קֹּדֶשׁ׃ quod ad verbum Hellenistice sonat, οὐκ ἀλλάξει αὐτὸ, καὶ οὐ μεταλλάξει αὐτὸ, οὐ καλὸν ἐν πονηρῷ, οὐδὲ πονηρὸν ἐν καλῷ. ἐὰν δὲ ἀλλάσσων ἀλλάξῃ κτῆνος ἐν κτήνει, ἔσται αὐτὸ καὶ τὸ ἄλλαγμα αὐτοῦ ἅγιον. Eadem constructio est Psal. 106. 20. וַיָּמִירוּ אֶת־כְּבוֹדָם בְּתַבְנִית שׁוֹר. sensus est, *gloriosissimum suum Deum permutarunt cum imagine bovis*. sic Jer. 2. vers. 11. עַמִּי הֵמִיר כְּבוֹדוֹ בְּלוֹא יוֹעִיל *populus meus permutavit gloriam suam cum re inutili*. Videtis rem quæ permutatione amittitur cum Accusativo, quæ acquiritur cum ב *in* construi. Eandem constructionem, & eodem sensu imitatus hîc Apostolus, ἤλλαξαν τὴν δόξαν, &c. ἐν ὁμοιώματι. Et sensus hic quidem manifestissimus est. v. 25. ubi exponitur, qua ratione μετήλλαξαν τὴν ἀλήθειαν τοῦ θεοῦ ἐν τῷ ψεύδει. nempe quod ἐσεβάσθησαν καὶ ἐλάτρευσαν τῇ κτίσει παρὰ τὸν κτίσαντα. Sensus est, permutasse eos veritatem Dei cum mendacio, quatenus Deum cum creaturis permutarunt, has potius quam illum colentes. quo quidem in cultu usitatissimum est Scripturæ, imagines creaturarum הֶבֶל, אָוֶן, שֶׁקֶר sive כָּזָב, *nihil*, *vanitatem*, *mendacium vocare*. ita neque ἐν in hisce locutionibus pro εἰς accipio, sed pro Hebræorum ב *cum*, neque v. 25. velim μετήλλαξαν cum Cl. Beza vertere *transmutarunt*, sed potius cum vulgato *commutarunt*. Syrus quoque in utroque versu usus est verbo ܫܚܠܦܘ, quod proprie *permutare* significat, substituendo unum pro altero. unde ܚܠܦ *pro*, *loco*. ܫܘܚܠܦܐ ܚܠܦ ܫܚܠܦ

pronomen, quod est loco nominis. & non cum lamed, id est εἰς, sed ut Arabes & Hebræi cum Beth, id est ἐν, construxit.

VERS. 24. Παρέδωκεν αὐτοὺς ὁ θεὸς ἐν ταῖς ἐπιθυμίαις τῶν καρδιῶν αὐτῶν, pro εἰς τὰς ἐπιθυμίας. sicut εἰς πάθη ἀτιμίας, vers. 26. & εἰς νοῦν ἀδόκιμον, vers. 28. Indifferenter enim apud LXX Interpretes παραδοῦναι construitur cum εἰς & ἐν. Παρέδωκεν εἰς χεῖρας, & ἐν χειρί, passim per totum librum Judicum. In Hebræo est נָתַן constructum cum ב. vide Jud. 2. 10. &c. Idem est quod Psal. 81. 13. Deus dicit, וָאֲשַׁלְּחֵהוּ בִּשְׁרִירוּת לִבָּם יֵלְכוּ בְּמוֹעֲצוֹתֵיהֶם ad verbum, καὶ ἐξαπέστειλα αὐτοὺς ἐν τῇ πονηρίᾳ τῆς καρδίας αὐτῶν, ἵνα πορεύσωνται ἐν ταῖς βουλαῖς αὐτῶν. Scholiastes Syrus illud παρέδωκεν exponit, ܫܒܩ ܐܢܘܢ ܐܝܟ ܡܠܟܐ ܕܫܒܩ ܠܥܒܕܘܗܝ ܠܐ ܡܫܬܡܥܢܐ ܒܐܝܕܝ ܒܥܠܕܒܒܐ *deseruit eos*, *sicut rex qui deserit servos suos inobedientes in manu hostium*. potius, tradidit eos, sicut rex servos rebelles tradit carceri & vinculis.

VERS. 25. Παρὰ τὸν κτίσαντα. Syrus ܠܒܪ ܡܢ *magis quam creatorem*. Arabs على *supra creatorem*. ut & Erasmus bene vertit. Etsi enim purgare se velint idololatræ, quod non solas Creaturas, sed & creatorem colant, imo Creatorem per creaturas, ἀναπολόγητοι sunt, quod creaturas supra Creatorem colant. hoc enim est exuere Creatorem omni sua Majestate, ubi infra creaturas habetur.

VERS. 26. Εἰς πάθη ἀτιμίας. Syrus ܠܚܫܐ ܕܨܥܪܐ Tremel. *in libidines ignominiæ*. ܚܫܐ non *libidines*, sed *dolores*, *passiones*, *perturbationes*, *affectus* significat. à ܚܫ *dolere*, *affici*. Sequitur, *fœminæ enim earum mutarunt* τὴν φυσικὴν χρῆσιν εἰς τὴν παρὰ φύσιν, Syrus ܢܫܝܗܘܢ ܓܝܪ ܫܚܠܦܝ ܚܫܚܘܬܐ ܕܟܝܢܗܝܢ ܘܒܗܝ ܕܠܐ ܡܬܟܝܢܐ ܐܫܬܡܫܝ *usum naturæ suæ*, & *eo quod non est naturatum usæ sunt*. ubi obiter monemus, ܡܬܟܝܢܐ esse Peil conjug. Aphel, à verbo quiescente media ܟܢ, Hebraicè כּוּן, *aptari*, *parari*. inde esse nomen ܟܝܢܐ *natura*, innata cuique rei aptitudo. Hinc in præt. Aphel ܐܟܝܢ. Benoni ܡܟܝܢ, Peil ܡܟܝܢ

ܡܛܒܥ *naturatum, aptatum, aptitudine donatum.* hoc ergo vult, Usas eas esse ejusmodi rebus, quæ ad eum usum, ut sic dicam, non erant naturatæ, id est, natura sua aptatæ.

Vers. 27. Καὶ τὴν ἀντιμισθίαν &c. Vulgatus, *Et mercedem.* Eras. *& præmium.* Beza, *& compensationem.* Malim, *& vicissitudinariam*, vel, *& reciprocam compensationem*, quod Augustinus, citante Erasmo, hunc locum enarrans, *mutuam*, nisi fallor, *mercedem* dixit, id est talionem, qua non quævis compensatio, sed idem quod peccatum est refertur. quod מדה כנגד מדה Hebræi dicunt. Sensus est; Illi gloriam incorruptibilis Dei mutarunt in similitudinem rerum corruptibilium, atque ita verè fœdarunt gloriam Dei. Deus simili prorsus pœna eos ultus est, quum sic eos sibi ipsis tradidit, ut fœminæ naturalem virorum, & viri naturalem fœminarum usum in eum qui contra naturam est mutantes, corpora sua in seipsis fœdarint. Ineptissimi itaque sunt Sanctitatis Dei patroni, & verè in Justitiam ejus injurii, qui Deum peccata peccatis punire negant. nihil Deo usitatius est, quam vicissim inobedientiam inobedientiâ compensare. Quo pertinet dictum Ben Asai in Pirke Aboth cap. 4. הוי רץ למצוה קלה כבחמורה וברוח מן העבירה שמצוה גוררת מצוה ועבירה גוררת עבורה ששכר מצוה מצוה ושכר עבירה עבירה *Festina ad præceptum leve tanquam ad grave, & fuge transgressionem. præceptum enim trahit præceptum, & transgressio transgressionem. quia merces præcepti, præceptum est, & transgressionis, transgressio.*

Vers. 28. Καὶ ὡς οὐκ ἐδοκίμασαν τὸν θεὸν ἔχειν ἐν ἐπιγνώσει. Vulg. & Erasm. *Et sicut non probarunt.* Beza, *visum est eis.* Syrus & Arabs, *judicarunt in seipsis.* deinde vertunt, *nosse Deum.* Erasmus, *agnoscere.* quasi culpentur, quod noverint quidem Deum, ut ante dictum, sed cognitum non agnoverint. Beza, *retinere in notitia.* Laudo Vulgatum, qui ad verbum reddidit, *habere in notitia.* Ubi *in* mihi est *per. habere* est possidere. *probarunt*, est approbarunt, præclarum ac dignum judicarunt. Multi sane norunt Deum, qui tamen per notitiam eum non habent nec possident. eamque possessionem adeo non approbant, ut operæ precium ipsis non videatur operam ei dare. Norunt Deum, sed tam parvi eum faciunt, ut habere eum, ipsis non probetur, quippe cujus loco idola & alias creaturas habere malint. ἐπίγνωσις est γνῶσις, sicut Col. 1. 9. 1 Tim. 2. 4. 2 Tim. 2. 25. & 3. 7. & alibi sæpe. Et ἐπιγινώσκειν, pro γινώσκειν Marc. 5. 30. Act. 27. 39. & alibi. neque cadit emphasis pronunciationis in ἐν ἐπιγνώσει, sed in verbum ἔχειν.

Sequitur, *tradidit eos Deus* εἰς νοῦν ἀδόκιμον. Beza, *in mentem omnis judicii expertem.* idem videtur Syrus voluisse, quum vertit ܠܡܕܥܐ ܕܣܪܝܩܘܬܐ *in mentem inanem*, id est vacuum omnis sinceri judicii, vel *in mentem vanam*, εἰς νοῦν μάταιον. sicut supra v. 21. pro ἐματαιώθησαν ἐν τοῖς διαλογισμοῖς αὐτῶν dixit, ܐܣܬܪܩܘ ܒܡܚܫܒܬܗܘܢ Non video, cur non cum Vulg. & Eras. vertamus, *in reprobam mentem.* neque enim eo intelligitur mens æterno reprobationis decreto extra spem gratiæ & conversionis posita, quo sensu reprobi electis opponuntur, sed quæ instar reprobæ sive improbatæ pecuniæ se habet, quæ in se nihil valens, inutilis est ad negociationis usum, mercesque sibi comparandas. Sic reproba mens est, quæ nihil præclarum, nihil Deo dignum, nihil ad pietatem valens habet, nihil cujus nomine Deo probetur. adeoque sic Deo improbatur, sicut ipsis Deus improbabatur, quum οὐκ ἐδοκίμασαν αὐτὸν ἔχειν ἐν ἐπιγνώσει, id est, non tanti valoris eum duxerunt, ut cogniti ejus possessionem approbarent, eique sedulo operam navarent. 2 Tim. 3. 8. memorantur ἄνθρωποι κατεφθαρμένοι τὸν νοῦν, ἀδόκιμοι περὶ τὴν πίστιν. Et Tit. 1. 16. Πρὸς πᾶν ἔργον ἀγαθὸν ἀδόκιμοι. id est ἄχρηστοι, & propterea ἀπόβλητοι. ita hîc ἀδόκιμος νοῦς est mens ad omnem pietatem justitiamque inutilis, ac propterea rejicienda.

Vers. 29. κακοηθείας. Erasmus, *malis præditi moribus.* compositionem vocis secutus est. Nam κακὸς *malus*, ἦθος *mos.* sic Hesychius, κακοήθης, per κακότροπος, κακοηθείας per κακοτροπίας interpretatur. Vulgatus & Beza, *malignitate.* Citat Beza Aristotelem, qui κακοήθειαν definit, τὸ ἐπὶ τὸ χεῖρον ὑπολαμβάνειν πάντα, *cum prava suspicione interpretamur omnia in pejus.* unde senes plerunque ait esse κακοήθεις *suspiciosos.* ita videtur Syrus accepisse, quum vertit ܘܒܡܚܫܒܬܐ ܒܝܫܬܐ *& cogitationibus malis*, quales nempe sunt suspiciosorum hominum. sic & Arabs.

Vers. 30. καὶ θεοστυγεῖς. Syrus ܘܣܢܝܢܝܗ, ܠܐܠܗܐ Tremel. *& odio habentes Deum.* Bod. *& osores Dei.* id dicerent Syri ܘܣܢܝܢܐ, ܠܐܠܗܐ vel ܕܐܠܗܐ ܘܣܢܝܢܐ. at quod hoc loco

loco occurrit, passivum est. vide Matth. 10. 22. & 24. 9. Marc. 13. 13. Luc. 21. 17. Tit. 1. 16. vertendum ergo, *& exosi Deo*. Sic Arabs وهم مبغضون لله, *& sunt exosi Deo*. Erasmus & Beza θεοστυγεῖς, vertunt, *Dei osores*. Vulgatus melius, *Deo odibiles*. Hezychius, θεοστυγεῖς μισούμενοι ὑπὸ θεοῦ. Glossarium, θεοστυγὴς *Deo perosus*. sicut βροτοστυγὴς *hominibus invisus*, apud Æschylum. θεοστύγης nec Græca exemplaria, nec Vulgatus, nec Syrus Arabsve legerunt. Sequitur, ἐφευρετὰς κακῶν, *inventores malarum rerum*. Quum enim sagax sit anima humana, derelicta à Deo fit sagacissima rerum malarum. Libet etiam ex impurissimo impostore Mahomet egregiam de hac re sententiam discere, quæ extat in Surata Josephi إِنَّ ٱلنَّفْسَ لَأَمَّارَةٌ بِٱلسُّوٓءِ *utique anima est studiosa mali*. propriè *negotiosa in malo*, quasi occupatissimam dicas in malis. Sed efficacius dixit Salomon Prov. 16. 27. אִישׁ בְּלִיַּעַל כֹּרֶה רָעָה *vir nequitiæ effodit malum*, i. e. non aliter invenire malum studet, quam fossores aurum in fodinis. H. Stephanus ἐφευρετὴς *inventor*, *excogitator*. Hinc ἐφευρετὰς κακῶν rectè vertas, *excogitatores malarum rerum*. Suidas reddidit, τοὺς ἐπὶ τοῖς παλαιοῖς κακοῖς ἕτερα καινοτομοῦντας κακά, *qui ad vetera mala nova excogitant*.

VERS. 31. Ἀσυνθέτους. Beza rectè *fœdifragi*. Et Erasm. *pactorum nequaquam tenaces*. Hezychius vertit, μὴ ἐμμένοντας ταῖς συνθήκαις, *non inhærentes fœderibus*. addit μὴ συντεθειμένους, *non compositos*. Ita hoc loco Vulgatus interpres, *incompositos*. per quos non ἀτάκτους *inordinatæ vitæ homines* intellexit, sed τὸ ἀσυνθέτους verbotenus exprimens, eos innuit qui in pactis ineundis servandisque se cum aliis non componunt. Syrus ܘܕܩܝܡܐ ܠܝܬ ܠܗܘܢ *& quibus fœdus non est*. paulo plenius Arabs ولا عهد ولا وفاء لهم *& quibus neque fœdus est, neque præstatio*, id est, qui nec ineunt fœdera, nec inita præstant. Sequitur, ἀσπόνδους. Vulg. *absque fœdere*. Eras. *nescii fœderis*. Beza, *implacabiles*. Syrus & Arabs, *quibus pax non est*. Hezychius, Ἄσπονδοι, ἄγριοι, ἐχθροὶ καὶ μὴ μνημονεύοντες φιλίας ἢ διαθέσεως. ἀδιάλλακτοι. *feri, inimici, neque recordantes amicitiæ aut pacti, irreconciliabiles*. Ἀσπονδεῖ, οὐκ εἰρηνεύει, *non sectatur pacem*.

VERS. 32. Δικαίωμα τοῦ θεοῦ. Vulg. & Erasm. *justitiam Dei*. ut δικαίωμα νόμου est *justitia legis*, Rom. 8. 4. Beza, *jus Dei*. Syrus & Arabs, *judicium Dei*, quod nempe exercere solet in impios, sicut Apoc. 15. 4. τὰ δικαιώματά σου ἐφανερώθησαν *judicia tua manifestata sunt*. Porro variantes hujus loci lectiones habes in notis Cl. Bezæ. Arabs novo etiam modo finem versus transtulit. sic enim totus versus apud ipsum habet: *Qui norunt judicium Dei, quodque debetur mors iis qui faciunt has turpitudines: & non contenti sunt facere eas tantum, verum capiunt etiam societatem cum iis qui consentiunt ipsis in iis.*

CAP. II.

VERS. 5. Ἐν ἡμέρᾳ ὀργῆς, καὶ ἀποκαλύψεως δικαιοκρισίας τοῦ θεοῦ. Exemplaria quædam inter ἀποκαλύψεως & δικαιοκρισίας inferunt particulam καὶ, quam neque Vulgatus, neque Syrus & Arabs agnoverunt. at pro καὶ ἀποκαλύψεως Syrus vertit, quasi legeres καὶ ἐν ἀποκαλύψει, ܘܠܓܠܝܢܐ, quod Tremel. & Boder. non rectè verterunt, *& revelationis*. verte *& in revelationem*. sic Arabs quoque ليوم الرجز وظهور حكم *ad diem iræ & ad manifestationem judicii*.

VERS. 8. οἱ δὲ ἐξ ἐριθείας, Syrus ܐܝܠܝܢ ܕܝܢ ܕܡܬܚܪܝܢ Boder. *Iis vero qui calumniatores sunt*. melius Tremel. *Iis vero qui contentiosi sunt*. malumus tamen, *iis vero qui resistunt*, vel *contumaces sunt*. nam Tit. 2. vers. 9. ܐܡܚܪܝܢ ܘܡܬܚܪܝܢ ponitur pro ἀντιλέγοντες. Ferrarius ܚܪܐ *oppressit*. item *rebellavit*, *repugnavit*, *obstitit*. ܚܪܝܢܐ & ܚܪܝܢܘܬܐ *rebellio*, *dissensio*, *repugnantia*. Arabibus hoc verbum eodem prorsus sensu est usitatissimum. ut & hoc loco eo usus est, interpres واما الذين يعصون *verum qui rebelles sunt*. non male expresserunt quod sibi voluerit Apost. per οἱ ἐξ ἐριθείας, nempe qui Deo repugnant, & adversus eum quasi litigant & disceptant.

VERS. 14. *Natura quæ legis sunt faciunt*. An ergo lege naturæ servari quis potuit? contrarium intendit Apostolus, cujus scopus est probare, omnes & Judæos & Græcos sub peccato esse, infra cap. 3. vers. 9. eo ipso enim, quod quædam quæ legis erant facerent, seipsos damnabant, quum alia adversus legem facerent. nec sufficit facere quæ sunt legis, nisi eadem eo modo facias, qui legi convenit. At lex spiritualis est, homo autem per se carnalis, Rom. 7. 14. Gentes ergo, quum quæ legis erant facerent, carnaliter ea fecerunt, non spiritualiter

liter. Itaque nec Deo qui Spiritus eſt, & à quo lex habet quod ſit ſpiritualis, grati verè fuerunt, quum quæ erant legis carnaliter facerent.

VERS. 15. Συμμαρτυρούσης αὐτῶν τῆς συνειδήσεως. unà teſtificante illorum conſcientia, nempe unà cum lege, quam cordibus illorum inſcriptam dixit. Lex Deum referens, ſupremum judicem agit, teſtimoniumque obedientiæ vel inobedientiæ, adeoque vitæ aut mortis homini edit. Huic conſcientia tanquam inferior judex ſubordinatur, quæ legi parens, unà cum ea atteſtatur.

Sequitur, καὶ μεταξὺ ἀλλήλων τῶν λογισμῶν κατηγορούντων ἢ καὶ ἀπολογουμένων. Beza, *& cogitationibus ſe mutuo accuſantibus aut etiam excuſantibus.* μεταξὺ ἀλλήλων retulit ad τῶν λογισμῶν. Arabs autem ad ipſos gentiles, quatenus inter ſe alii eorum ſecundum, alii contra legem viverent. quaſi vertas, *& inter ipſos mutuo cogitationibus accuſantibus aut etiam excuſantibus.* vertit enim, ان ضمايرهم توبخ بعضهم وتحتج على البعض *quum cogitationes eorum accuſarent alios & excuſarent alios.* Quod ſi quis ad λογισμοὺς referre ea velit, malim cum Vulgato & Eraſm. ad verbum reddere *inter ſe.* neque enim ſenſus eſſe videtur, cogitationes ſe mutuo, id eſt aliam aliam accuſaſſe aut excuſaſſe, ſed inter ſe & quaſi alternatim ac per vices eum in quo reperiebantur. prout nempe unus idemque nunc bene nunc male ageret, operaque virtutum ac vitiorum vices quaſdam inter ſe obtinerent, ſimiliter cogitationes inter ſe vices nunc excuſandi nunc accuſandi habuiſſe. Cogitationes hæ ſunt τῆς συνειδήσεως, quæ legem ſecuta movet cogitationes, ut ſecundum legem aut accuſent aut excuſent. in utroque bona eſt iſtarum cogitationum functio. adeoque non conſiderantur, quatenus bonæ malæque mutuis accuſationibus excuſationibuſque erga ſe invicem in homine agunt, ſed quatenus conſcientiæ miniſtrantes erga hominem bene maleve agentem excuſando accuſandove ſeſe gerunt.

VERS. 17. Ἴδε σὺ Ἰουδαῖος ἐπονομάζῃ. de ἴδε vide notas Cl. Bezæ & Eraſm. quibus addo, Syrum quoque legiſſe εἰ δὲ, *ſi autem.* Neque propterea hiat conſtructio. ubique enim Syntaxis cohæret, & ſenſus completur verſ. 21. *Si tu autem Judæus cognominaris* &c. *an ergo qui alium doces, teipſum non doces?* Porro ad Judæi cognomentum hæc Scholiaſtes Syrus adfert. ܐܝܣܪܝܠܝܐ ܡܬܩܪܝܢ ܗܘܘ.
ܘܡܛܠ ܕܒܙܒܢ ܗܘܦܟܐ. ܫܒܛܐ
ܕܝܗܘܕܐ ܗܘܐ ܒܛܝܠ ܕܢܣܩ ܒܙܒܢܗ ܕܟܘܪܫ

ܡܫܬܒܗܪܝܢ ܗܘܘ ܥܠ ܫܡܐ ܕܝܗܘܕܝܐ. ܗܘܝܘ
ܐܟܚܕܐ ܥܡ ܙܘܪܒܒܠ. ܝܗܘܕܝܐ ܐܬܩܪܝܘ ܟܠܗܘܢ
ܕܝܗܘܕܐ ܗܘ ܡܘܕܝܢܐ. *Iſraëlitæ vocabantur. ſed quia tempore reditus* (è Babylonia) *tribus Judæ curavit ut adſcenderet tempore Cyri plenè cum Sorobabele, Judæi vocati fuere omnes. ac ſuperbiebant cognomine Judæi, quod confeſſorem ſignificat.*

Sequitur, καὶ ἐπαναπαύῃ τῷ νόμῳ, *& requieſcis in lege.* cauſam reddit Scholiaſtes Syrus, cur quietis notione utatur. quia ſenſus eſt, inquit, ܕܠܐ ܥܡܠܐ ܐܝܬ ܠܟ ܢܡܘܣܐ ܡܬܪܨܢܐ *ſine labore habes legem directricem.* id eſt, non opus eſt te magno labore de voluntate Dei inquirere. legem Dei habes quæ te facile ac quietè ducit ac dirigit. At ſenſus potius eſt, Securus es in lege, tanquam in egregia quadam prærogativa, & illuſtri amoris divini teſſera ac pignore. non laſſat te peccati onus, quippe qui ex lege quietem capias.

VERS. 18. καὶ δοκιμάζεις τὰ διαφέροντα. verto, *& probas controverſias.* Beza, *ea quæ diſcrepant* nempe à lege. malim intelligi ea in quibus homines inter ſe diſcrepant, ubi diſſident, & de quibus controvertunt. ita enim apud Thucydidem ſæpe τὰ διαφέροντα ſumi docet H. Stephanus. ut & Budæus διάφορον πρᾶγμα vertit *res controverſa.* διάφορον *id quod inter ſcribentes non convenit.* Syrus noſter, ܘܦܪܫ ܐܢܬ ܦܩ̈ܚܬܐ, Tremel. & Boder. *& diſcernis utilia,* verte, *decentia,* aut *convenientia, quæ fieri oportet,* τὰ δέοντα. nihil aliud enim vox Syra deſignat. Et apud Hezychium Διαφέρει, ἀνήκει *convenit.* addit, πρέχει, ὑπερέχει. βέλτιόν ἐστι, *eminet, excellit, melius eſt.* Διαφερόντως, ἐξαιρέτως *excellenter.* Hinc Eraſm. *ac probas eximia.* Ut & Vulgatus Philip. 1. 10. vertit *potiora.* at hoc loco habet *utilia.* nam & διαφέρειν interdum idem quod συμφέρειν *conducere, utile eſſe.* Eſt & *referre, intereſſe, attinere.* Gloſſarium διαφέρει *intereſt, refert.* ſic ſæpe dicunt, οὐδὲν σοὶ διαφέρει, *nihil tua refert, nihil ad te.* διαφέρει σοὶ τοῦτο, *intereſt tua hoc.* hinc τὸ διαφέρον, *quod intereſt, quod ad rem aliquam attinet, ad eam requiritur, eique eſt neceſſarium.* Sic Epictetus in Enchir. paragr. 32. cum docuiſſet, eos, qui ad cœnam invitant, non id gratis facere, ſed vendere cœnam pretio, dum laudari volunt

sunt & coli, addit, δὸς οὖν τὸ διαφέρον, εἰ σοι λυσιτελεῖ, ὅσου πωλεῖται, *da igitur quod interest*, vel quod requiritur, *si tibi utile est, quo venditur*. Ita hîc τὰ διαφέροντα possent esse necessaria, quæ intersunt & requiruntur ad salutem, & ad gloriam Dei attinent.

Vers. 20. Ἔχοντα τὴν μόρφωσιν τῆς γνώσεως καὶ τῆς ἀληθείας ἐν τῷ νόμῳ. Vulg. & Erasm. *habentem formam cognitionis* &c. rectè. sed non eo sensu, quo Hypocritæ dicuntur habere μόρφωσιν τῆς εὐσεβείας *formam*, i. externam speciem & apparentiam, *pietatis*, 1 Tim. 3. 5. Constructio enim est, Πέποιθας σεαυτὸν εἶναι ἔχοντα τὴν μόρφωσιν τῆς γνώσεως. ac non confidebant, se præter umbram ac speciem nihil habere, etsi revera ita esset: sed de solidissima veritatis cognitione gloriabantur. Est ergo hîc μόρφωσις τῆς ἀληθείας, idem quod τύπος τῆς διδαχῆς, Rom. 6. 17. Forma nempe, tum passive sumta, quâ illi ex lege informatos se jactabant, quam efformationem cognitionis & veritatis dicere possis; tum activè, qua alios vicissim informare posse gloriabantur, quam *informationem* dixit Cl. Beza. Syrus ܕܕܡܘܬܐ Arabs شبه *similitudinem* transtulêre, id est effigiem quæ totius veritatis corpus & conformationem quasi in imagine & similitudine repræsentaret, quam ὑποτύπωσιν ὑγιαινόντων λόγων dixit Apostolus 2 Tim. 1. 13.

Vers. 25. Ἐὰν δὲ παραβάτης νόμου ἦς. Syrus ܐܢ ܬܥܒܪ ܠܟ ܕܝܢ ܡܢ ܢܡܘܣܐ ad verbum, *si transeas tibi autem à lege*, quod Tremel. *si resilias à lege*. Annoto id, ut observem, quid propriè sit *transgredi legem*. *trans* enim non significat ibi *ultra*, ut quum transire fluvium, id est, in ulteriorem ejus ripam ire, quis dicitur, quod διαβαίνειν & διέρχεσθαι Græcis dicitur, sed *præter*, *juxta*, ut transire domum dicitur, qui eam præterit, & ad latus relictâ transit, quod propriè παραβαίνειν, & παρέρχεσθαι dicunt Græci. Παραβάτης ergo νόμου est, qui legem sibi positam sciens, ad eam non accedit, sed præterit, & ad latus quasi relictam transiens, ab ea digreditur.

Vers. 26. Εἰς περιτομὴν λογισθήσεται. Apud Chrysostomum legitur περιτραπήσεται. deinde in Commentario ait legi μεταστραπήσεται. subjungit tandem, οὐκ εἶπε λογισθήσεται, ἀλλὰ τραπήσεται, ὅ ἐστι ἐμφατικώτερον. Mirum id sanè. quum Græca exemplaria, una cum Vulgato, Syro, & Arabe, constanter legant λογισθήσεται.

Vers. 27. Καὶ κρινεῖ ἡ ἐκ φύσεως ἀκροβυστία τὸν νόμον τελοῦσα &c. Perperam hæc Syrus, & ex eo Arabs transtulerunt, quasi lectum fuisset, καὶ κρινεῖ ἀκροβυστία, ἡ ἐκ φύσεως νόμον τελοῦσα. Existimasse videntur, eosdem hîc describi, de quibus supra vers. 14. dictum, quod φύσει τὰ τοῦ νόμου πράσσουσι. Ac longe diversissima sunt ista loca. ut enim Gentes natura quæ sunt legis faciant, vi legis naturæ fieri potest; at ut ex natura legem sic præstent, ut præputium ipsis pro Circumcisione reputetur, id longissimè vires naturæ & ejus legem superat. cordis enim circumcisionem comprehendit. quæ ipsissima fœderis gratiæ promissio est, Deut 30. 6. Quod autem τὸν νόμον τελοῦσα perfectam omnibusque numeris absolutam præstationem innui quidam volunt, frivolum est. In Syriasmo enim, Apostolis tunc temporis vernaculus erat, qui est νόμον πράττειν & τελεῖν. Quod vel ex vers. 25. clarum esse potest, ubi pro ἐὰν νόμον πράσσῃς, Syrus habet ܐܢ ܢܡܘܣܐ ܬܓܡܘܪ eodem verbo usus, quo hîc pro τελεῖν. Et cap. 5. 3. pro ἡ θλίψις ὑπομονὴν κατεργάζεται, *afflictio patientiam operatur*, Syrus habet ܓܡܪܐ τελεῖ ἐν ἡμῖν. Tale est illud Jac. 2. vers. 8. Εἰ μέντοι νόμον τελεῖτε βασιλικόν. *Si igitur legem præstatis regiam*, sic nempe, ut charitatem lege mandatam προσωποληψίᾳ non violetis. ne somniavit quidem Apostolus Jac. plenariam perfectionem, qui cap. 3. 1. ait, nos omnes in multis impingere. addo illud Gal. 5. 16. *Spiritu ambulate, & cupiditatem carnis* οὐ μὴ τελέσητε, *non præstabitis*. Ita & hîc, *Et condemnabit id quod ex natura præputium est, legem præstans*.

Sequitur, σὲ τὸν διὰ γράμματος καὶ περιτομῆς παραβάτην νόμου. Quomodo equidem Judæus transgressor legis fuit per literam & Circumcisionem? Rectum est, quod dicit Cl. Beza, innuere Apostolum, Judæos non modo non justificari circumcisione externa, quum transgressores essent legis, sed etiam velut ea ipsa circumcisione, quam profanabant, eos effici nocentiores. Sicut baptizati, qui se in dies magis polluunt, eo ipso quod baptizati sunt, magis fiunt iræ Dei obnoxii. Addimus, hypocritas Judæorum, adversus quos hîc agit Apostolus, ex ipsa divinis digitis scripta lege, & ex Circumcisione securiores & ad peccandum audaciores esse factos. Quum enim scripta Dei lex, & præclarum illud fœderis signum Circumcisio, duo essent præstantissima amoris divini testimonia, & illustrissima Judaici populi privilegia, habere se semper autumabant, cur in lege requiescerent, & in

Deo

Deo legis Circumcisionisque autore gloriarentur, ut supra v. 17. locutus est Apostolus, etsi licentius peccatis suis indulgerent. atque ita verè per literam legis & Circumcisionem facti sunt transgressores legis. quid ergo sanctitatis & gloriæ attulerunt illa, quibus ipsi ad peccandum etiam abutebantur? Atque hoc videtur vidisse Arabs, quum pro διὰ γράμματος καὶ περιτομῆς, dixit من كتابك وختانك *ex scripto tuo & circumcisione tua*, q.d. ex eo ipso quod scriptam legem habes, quodque circumcisus es, transgrediendæ legis ansam arripis.

VERS. 28. οὐ γὰρ ὁ ἐν τῷ φανερῷ, Ἰουδαῖός ἐστιν. Syrus ܠܳܐ ܗ̱ܘܳܐ ܓܶܝܪ ܐܰܝܢܳܐ ܕܰܒܓܶܠܝܳܐ ܗ̱ܘ ܗ̱ܘ ܝܗܽܘܕܳܝܳܐ Tremel. *non enim qui in manifesto Iudæus est*, incompleto sensu, quia malè distinxit, & præter usum linguæ, ubi ܗ̱ܘ nunquam usurpatur pro verbo substantivo, sed pro pronomine demonstrativo. ܗ̱ܘ autem quod sequitur post ܗ̱ܘ valet verbum substantivum. Sic ergo distinguendum, ܠܳܐ ܗ̱ܘܳܐ ܓܶܝܪ ܐܰܝܢܳܐ ܕܰܒܓܶܠܝܳܐ *non enim qui in manifesto*, supple, est, ܗ̱ܘ ܗ̱ܘ ܝܗܽܘܕܳܝܳܐ *is est Iudæus*.

VERS. 29. οὗ ὁ ἔπαινος &c. Syrus & Arabs ad circumcisionem referunt, quod genus non patitur. Beza οὗ sup. Ἰουδαίου *cujus* Judæi. Consideretur an non ad præcedens ἐν πνεύματι referri possit, de quo dixerat, veram circumcisionem esse cordis, in spiritu, non litera: cujus, sup. spiritus, laus ex Deo est, non ex hominibus. Etsi enim ipsa etiam circumcisionis litera ex Dei sit instituto, quatenus tamen à Spiritu separata manibus hominum peragitur, ex hominibus laudem habet, ac propterea, ἐν σαρκὶ χειροποίητος dicitur, Eph. 2. 11. quicquid autem in interna cordis circumcisione Spiritus est, id totum, quia ἀχειροποίητον est, à Deo laudem habet. Vel οὗ potest neutro genere substantivè sumi, ut tum ad verum Judæum, tum ad veram Circumcisionem referatur, ad totum nempe negocium, de quo hoc versu actum fuit, ac verti, *Cujus rei laus ex Deo est*. Sed malim ad Spiritum referre. nisi forte melius οὗ vertatur *ubi*. sicut Rom. 5. 20. quod hoc loco non displicet.

CAP. III.

VERS. 2. Ἐπιστεύθησαν τὰ λόγια τοῦ θεοῦ. Ambigua constructio, quia τὰ λόγια & nominativi & accusativi casus esse potest. primo modo constructio est, qualis 1 Tim. 3. 16. ἐπιστεύθη ἐν κόσμῳ *creditus est in mundo*, nempe Christus. Et 1 Thess. 1. 10. ἐπιστεύθη τὸ μαρτύριον ἡμῶν ἐφ' ὑμᾶς *stabilita est fides testimonii nostri erga vos*, ita hoc loco, *stabilita est fides verborum Dei*, nempe per circumcisionem, tanquam sigillum fœderis. quæ certe magna est ὠφέλεια τῆς περιτομῆς, & magnum περισσὸν τοῦ Ἰουδαίου. Altero modo constructio est, qualis Gal. 2. 7. πεπίστευμαι τὸ Εὐαγγέλιον τῆς ἀκροβυστίας, ὥσπερ ὁ Πέτρος τῆς περιτομῆς, *concreditus sum Euangelium* (id est, concreditum mihi est Euangelium) *præputii, ut & Petro circumcisionis*. Sic hoc loco Vulgatus, *quia credita sunt illis eloquia Dei*. similiter Erasmus & Beza. Syrus habet ܐܶܬܗܰܝܡܰܢܘ ܡܶܠܘܗܝ ܕܰܐܠܳܗܳܐ. ubi Tremel. priorem eligens modum vertit, *fideles facti sunt sermones Dei*, id est, sic confirmati ut fides eis haberetur, aut merito habenda esset. quomodo ܐܶܬܗܰܝܡܰܢ usurpatur in allatis locis 1 Tim. 3. 16. 1 Thess. 1. 10. At hîc sensus ille locum in Syro non habet, quia ܡܶܠ̈ܶܐ ex singul. ܡܶܠܬܳܐ fœminum est. vide Actor. 2. vers. 4 & 7. 38 & 17. v. 20. itaque ܐܶܬܗܰܝܡܰܢ̈ܝ dicendum fuisset. fefellit Tremellius Cl. Bezam, qui Syrum negat phrasin intellexisse. intellexit optimè: vertendus enim est *concrediti sunt* (id est, concredita sunt illis) *eloquia Dei*. Quomodo etiam ܐܶܬܗܰܝܡܰܢ usurpatur dicto loco Gal. 2. v. 7. & 1 Tim. 1. 11. Tit. 1. 3. At in Arabe nulla ambiguitas, qui primum eligens modum vertit, اول ذلك التصديق بكلام الله *primum hoc est, verificatio verbi Dei*. Sensus est, magnum esse circumcisionis, adeoque gentis Judaicæ privilegium, & hoc quidem præcipuum, quod per eam veritas ac fides promissionum Dei asserta esset. quæ sententia cum sequentibus optimè convenire videtur. rectè enim inde infert Apostolus, etsi quidam infideles fuerint, incredulitatem eorum fidem Dei non potuisse abrogare. quia non stetit per eloquia Dei, cur fide non reciperentur, quippe quorum fides per circumcisionem confirmata erat inter ipsos.

Vers. 3. Εἰ ἠπίστησάν τινες; Beza *si infidi fuerunt quidam*? malim cum Vulg. Erasm. Syro & Arabe, *si increduli fuerunt*, aut *si non crediderunt*. & ἡ ἀπιστία αὐτῶν *incredulitas eorum*, potius quam *infidelitas*. Accusari enim eos arbitror, quod eloquiis Dei, per Circumcisionem confirmatis & stabilitis, fidem non habuerint. nec tamen inde Circumcisioni utilitas sua ademta fuit. fides enim Dei, i. promissionis ipsius veritas, quam Circumcisione obsignaverat, ipsorum incredulitate non potuit aboleri. Apostolus dixit, μὴ ἡ ἀπιστία αὐτῶν τὴν πίστιν τοῦ Θεοῦ καταργήσει; *Num ipsorum incredulitas fidem Dei abolebit*? Vulgatus, evacuabit. ubi annotat Cl. Beza, Cyprianum legisse *evacuavit*. addo, & Syrum reddidisse per præteritum. At Arabem per futurum. Eodem sensus redit. nam *an evacuabit?* idem valet atque, *an dicemus evacuasse?* de re enim non futura, sed præterita agitur.

Vers. 4. μὴ γένοιτο. Syrus ܚܣ ܠܡ de quo nonnihil diximus ad Matth. 16. 22. Hîc autem addendum est aliquid, quia insolens hoc merito multis videatur, *absit* efferri per præteritum ܚܣ ܠܡ quod *pepercit* significat. At monemus, usitatissimum esse Orientalibus, vota sua per præteritum exprimere. Hinc apud Rabbinos נְטָרֵהּ רַחֲמָנָא וּפַרְקֵהּ (quod abbreviatè solent scribere נר״ו) propriè *custodivit eum Deus misericors & liberavit eum*, pro custodiat & liberet. euphemia est de viventibus. sic apud Arabes, de Muhammede euphemia est صلى الله عليه *benedicat ei Deus*. de primis ejus asseclis, quales erant Ali, Abubeccar, & alii septem, رضي الله عنهم *acceptos eos habeat Deus*. de posterioribus asseclis, viris præclaris, رحمهم الله *misereatur eorum Deus*. quæ omnia præterita sunt. Sic in historia Timouri sive Tamerlanis p. 10. ادام الله تعالي ايام حياته وامد للاسلام والمسلمين ميامن بركاته *proroget Deus Opt. Max. dies vitæ ejus, & juvet Islamismum & muslimos per præsidia precationum ejus*, ubi امد & ادام sunt præterita.

Sequitur ex Psal. 51. v. 6. ὅπως ἂν δικαιωθῇς ἐν τοῖς λόγοις σου. quæritur, quomodo ὅπως *ut* cohæreat cum præcedentibus, *In te solum peccavi, & feci malum in oculis tuis, ut justificeris*. Tremel. & Junius interponunt, *Agnosco*. quia non potuit David perpetrasse peccatum, ut justificaretur Deus, sed in eum finem agnoscit peccatum. Pagninus præcedentia Psalmi Parenthesi includit, ut quod vers. 4. dictum fuit, *à peccato meo munda me*, construat cum *ut justificeris*. At his non opus erit, si dicamus ὅπως Imperandi vim hîc habere. cujus exempla plurima profert Budæus. suggessit & alia duo Cl. Joh. Cloppenburgius, unum ex Theocr. Idul. 1. alterum ex Cyclope Euripidis, ubi Ulysses ad Sylenum, ἀλλ' ὅπως ἀνὴρ ἔσῃ, *sed vir esto*. Idem usus interdum est Synonymæ particulæ ἵνα. ut Marc. 5. 23. ἵνα ἐλθὼν ἐπιθῇς, *ut veniens imponas*, pro *veniens impone*. Vulgatus, Syrus & Arabs, *veni, impone*. & Ephes. 5. 33. ἡ δὲ γυνὴ, ἵνα φοβῆται τὸν ἄνδρα. Vulgatus, Syr. & Ar. *timeat virum*. Ubi simul utile erit monere, usitatissimum esse in lingua Arabica, ut لِ & لَعَلَّ quæ propriè *ut* significant, futuris juncta Imperativum forment. لِ quidem cum Apocopen futuro inducit, لعلّ autem etiam sine Apocope. ut in Surata Bacara, وَلِتُكْمِلُوا ٱلْعِدَّةَ وَلِتُكَبِّرُوا ٱللَّهَ عَلَى مَا هَدَيكُمْ وَلَعَلَّكُمْ تَشْكُرُونَ: *Et perficite numerum, & magnificate Deum propterea quod direxit vos, & gratos vos præbete*. Ita hîc, ὅπως δικαιωθῇς, *Iustificator in sermonibus tuis, & vincito quando judicas*. Fateor tamen apud LXX. Interpretes, qui non simpliciter ὅπως, sed ὅπως ἂν dixerunt, per *ut* potius vertendum. quo sensu, dicemus postea. Porro τὸ δικαιωθῇς respondet Hebræo תִּצְדַּק· à verbo צדק, quod apud Arabes non modo *justum esse*, sed longè frequentius *verum, veracem esse* significat. צדיק *verus*. צדק *veritas*. Atque idem in Hebraismo obtinere, liquet ex LXX. Interpretibus, qui passim δικαιοσύνη dicunt pro אמת *veritas*. & ἄδικος pro ψευδὴς *falsus*. quod fusè satis demonstravimus Luc. 16. 9. Hinc δίκαιος pro ἀληθὴς, 1 Joan. 1. 9. Idem hîc usu venire arbitramur. quum enim scopus Apostoli sit probare Deum esse veracem, etsi omnes homines sint mendaces, optimè id ex loco hoc Psalmi probatur, si vertas, *ut verus agnoscaris in verbis tuis*. quid? quod veritatem hîc intelligi, per ἐν τοῖς λόγοις σου satis apertè indicatur. verbis enim veritas potius quam justitia respondet. Nec aliter capiendum puto illud Matth. 11. 19. ἐδικαιώθη ἡ σοφία ἀπὸ τῶν τέκνων αὐτῆς *vera agnita est sapientia à filiis suis*. q. d. *verificata est*. Et hîc *ut verificeris in verbis tuis*.

Additur, καὶ νικήσῃς ἐν τῷ κρίνεσθαί σε. In Hebræo est, וְתִזְכֶּה בְשָׁפְטֶךָ, quod vertunt, *& mundus sis quum tu judicas*. At agnoverunt

runt LXX. verbum זכה apud Hebræos etiam valere, quod apud Syros, *vincere*. quemadmodum & hoc loco Syrus habet ܕܬܙܟܐ ܟܕ ܕܝܢܝܢ ܠܟ *ut vincas quum judicant te*. ubique pro νικᾶν usurpat זְכָא: & pro νίκη זְכוּתָא. qua significatione in Thalmud quoque verbum hoc est usitatissimum. quocirca laudandos arbitror LXX. Interpretes, nec ab eorum versione, quam Apostolus quoque expressit, recedendum. ἐν τῷ κρίνεσθαί σε, Vulg. Erasm. Syr. & Arabs passivè acceperunt, *quum judicaris*. Beza activè, *quum tu judicas*. quia in Hebræo est בְּשָׁפְטֶךָ. At Gerundium illud, *in judicando te*, tam potest verti, *quum judicant te*, id est, quum judicaris, quam *quum judicas tu*. talia plurima sunt, quæ, etsi conjugationis activæ, in Infinitivo præfixis literis בכלם passivè transferri patiuntur. vide Gen. 5. vers. 25. Exod. 9. 16. & alibi. Mens Prophetæ esse videtur, ex occasione peccati sui se cum Deo ita conferre, ut ex sui depressione Deus efferatur. Peccavi in te, inquit, & quod displicuit tibi commisi, quem id minimè decebat, & à quo aliud omnino exspectandum erat. adeo mendacis sum & inconstantis naturæ, dignus qui succumbam & nihil regeram, ubi à te & ab hominibus judicor. quod etsi pessimè à me factum, à tua tamen providentia sanctè est gubernatum, ut liqueat omnes homines, etiam sanctissimos quosque, esse mendaces: te solum veracem ac fidelem, adeoque semper victorem, quibuscunque judiciis impetaris. unde rectè colligit Apostolus tantum absuisse, ut fides Dei ab ipsorum vinceretur incredulitate, ejusque præclaris promissionibus Circumcisione obsignatis non constiterit sua veritas, ut contra ex ipsorum, quippe mendacium hominum, incredulitate magis appareat loci infallibilis veritas, sicut David fatetur, postquam peccatis suis naturæ suæ mendacem inconstantemque conditionem prodidit, tanto magis Deo constitisse infallibilis fidei ac veritatis laudem. Quorsum autem hæc omnia? ut incredulos Judæos, qui ex operibus justificari volebant, tanto magis reos ageret, omnemque gloriandi ansam eriperet: quandoquidem per Deum quidem non steterit, quo minus egregiam gloriandi materiam haberent: quum fœdus suum ipsis dederit, unde Judæi sint nominati, illiusque fœderis promissiones Circumcisione obsignaverit. idque tam constanti fide, ut nulla hominum incredulitate effici potuerit, ut non verissimus in dictis suis inveniretur. Magna ergo fuit, si Deum spectes, istius fœderis ac Circumcisionis inter Judæos gratia, utilitas ac prærogativa: & tanto major istius populi nequitia, quod ex tantis tamque utilibus Dei donis ad salutem nihil profecerint. quia autem hînc prætextus aliquis incredulitati ipsorum prætendi videbatur, siquidem ea fidei Dei non tantum nihil derogavit, sed & eam magis illustravit, solvit id Apostolus versibus sequentibus.

VERS. 5. Εἰ δὲ ἡ ἀδικία ἡμῶν θεοῦ δικαιοσύνην συνίστησι. per ἀδικίαν, ψεῦσμα, per δικαιοσύνην, ἀλήθειαν intelligi, ipse Apostolus indicat vers. 7. vide quæso rursus quæ Luc. 16. 9. super hac re à nobis sunt allata. quod quum vidisset Arabs, pro ἀδικία ἡμῶν dixit كذبنا *mendacium nostrum*. & pro δικαιοσύνην θεοῦ, بر الله وصدق قوله *justitiam Dei & veritatem verbi ejus*, posteriori scilicet prius explicante. συνίστησι, Vulgat. Erasm. & Beza, *commendat*. Syrus ad verbum ܡܩܝܡ *constituit, stabilit*. Arabs يثبت *confirmat*. Hebraicè cum Syro מֵקִים vertendum, quod LXX. dicerent βεβαιοῖ *confirmat*. Sic enim transferunt Psal. 119. 28. vel κυροῖ *autorizat*. ut Gen. 23. 20. vel πιστοῖ *firmat, fide dignum facit*. ut 2 Sam. 7. 25. Porro ad hanc objectionem Scholiastes Syrus annotat, ܗܢܐ ܡܪܚܘܬܐ ܗܝ ܕܐܢ. ܗܘ ܕܥܘܠܢ. ܢܩܝܡ ܠܟܐܢܘܬܗ ܕܐܠܗܐ. ܠܡܩܡܘ. ܐܢ ܗܢܐ ܕܡܨܥܪܝܢܢ ܠܗ ܥܒܕ ܠܗ ܕܢܙܟܐ ܠܡܢܐ ܕܐܢ ܠܢ ܕܗܘܝܢ ܥܠܬܐ ܠܙܟܘܬܗ, *audacia hæc est*, (scilicet dicere, injustitiam nostram Dei justitiam stabilire.) *quia si hoc quod contumelia eum afficimus, efficit ei ut vincat, quorsum judicat nos, qui causa fuimus victoriæ ejus?*

Sequitur, κατ' ἄνθρωπον λέγω. Syrus ܐܝܟ ܒܪܢܫܐ ܗܘ ܡܡܠܠ ܐܢܐ Tremel. *tanquam filius hominis loquor*. Boder. *tanquam homo loquor*. At vero ܐܝܟ prorsus respondet Hebræorum כְּ. adeoque non modo *sicut, tanquam*, sed etiam *juxta, secundum* significat. ut supra cap. 1. vers. 26. κατὰ τὸ Εὐαγγέλιόν μου, ܐܝܟ ܐܘܢܓܠܝܘܢ ܕܝܠܝ, *secundum Euangelium meum*. vertendus ergo & hîc Syrus secundum phrasin Græcam, *secundum hominem*

minem loquor. Quod Scholiaſtes Syrus ſic explicat, ܐܝܟ ܗܢܘܢ ܕܐܡܪܝܢ ܡܪܚܘܬܐ ܗܕܐ, *ſecundum eos qui loquuntur audaciam hanc.* At qua in re audacia illa conſiſtebat? in præcedentis ſyllogiſmi hypothetici antecedente, quod hypocritæ ex Pauli doctrina malè intellectâ in minore ſubſumebant, unde conſequens impium neceſſario in Concluſione inferebatur. Antecedens erat, *ſi noſtra injuſtitia Dei juſtitiam ſtabilit.* dupliciter id accipi poterat, divino modo vel humano. divino, ſi dicamus, injuſtitiam hominum divina ſapientia, potentia ac providentia contra ipſorum mentem ita regi, ut Deus inde juſtitiam ſuam ſtabiliat ac commendet. quomodo David id Pſal. 51. acceperat, & ex eo Paulus v. præcedenti. Humano modo, ſi dicamus, injuſtitiam hominum veram eſſe germanamque juſtitiæ Dei commendandæ ſtabiliendæque cauſam. eo ſenſu ſubſumebant minorem hypocritæ. unde verè ſequebatur concluſio, Injuſtum eſſe Deum, qui iram inferret. Certè, quum ſecundum Deum intelligeretur Antecedens, nempe injuſtitiam noſtram à Deo dirigi in juſtitiæ ſuæ ſtabilimentum, nequaquam inde ſequitur, injuſtum eſſe Deum qui injuſtis pœnas inferat. At ſi ſecundum hominem accipiatur, neceſſarium eſt conſequens. Utrumque abominatur Apoſtolus v. 6. nempe tum Antecedens illud, ſecundum hominem acceptum, tum quod inde fluebat conſequens. cauſam abominationis dat, quia alioquin Judex mundi non eſſet futurus. eamque conſequentiam probat verſ. 7. *ſi enim veritas Dei per meum mendacium redundavit in gloriam ipſius, cur adhuc & ego ut peccator condemnor?* id eſt, ſi, ut vos interpretamini, meum mendacium cauſa eſt manifeſtatæ veritatis Dei, auctæque gloriæ ipſius, fateor nullo jure me ut peccatorem judicari poſſe, adeoque non poſſe Deum eſſe mundi judicem. Non exiſtimo, quod voluit Cl. Beza, loqui ibi Paulum in aliena perſona, ut ad explendam ſententiam adjiciendum fuerit poſt *ſi enim*, per parentheſin, *dicet aliquis.* ſed ex ſua ſententia, & ex rei veritate ipſum loqui. nempe, ſi illuſtratio veritatis gloriæque divinæ effectus eſt mendacii humani, nullo jure poſſe plecti hominem. & optimè inde ſequi, quod verſ. 8. additur, licitum eſſe facere mala, ut eveniant bona. At nequaquam eam ſuam eſſe mentem, juſtamque eſſe eorum condemnationem, qui tale antecedens Deo tribuant, unde tale conſequens ſequatur. Etſi enim Davidis exemplum attulerat, qui peccaſſe dicitur, ut Deus in verbis ſuis juſtificaretur, unde ſane ſequebatur injuſtitiâ noſtrâ juſtitiam Dei ſtabiliri, Deique veritatem per noſtrum mendacium redundare in ipſius gloriam, mens tamen non fuerat, ex injuſtitia noſtra mendacioque id fluere, quod ſtabiliatur juſtitia Dei, veritaſque ejus redundet in ipſius gloriam, ſed ipſum Deum injuſtitia noſtra abuti, ut optima potentiſſimaque ſua ſapientia ex malo iſto bonum eliciat. Sicut ſolertia medici redundat per morbum ægri in ipſius gloriam. non efficiente illud ægri morbo, ſed medici experientia atque eruditione, qua circa morbum iſtum verſatur.

Τί ἔτι κἀγώ. Syrus, Arabs & Beza, omittunt καί. Vulgatus & Eraſm. exprimunt. nec putamus vacare. quandoquidem enim v. 9. concluſurus eſt omnes eſſe ſub peccato, qui totius hujus diſputationis ſcopus eſt, ſe quoque hîc includit, & tanquam peccatorem habendum ac judicandum fatetur. injuria tamen & immerito, ſi peccata ſua virtutem habent promovendæ gloriæ Dei.

Vers. 8. Καὶ μὴ (καθὼς βλασφημούμεθα, καὶ καθώς φασί τινες ἡμᾶς λέγειν) ὅτι ποιήσωμεν τὰ κακά, &c. Habent exemplaria quædam hanc parentheſin, quæ mihi ſenſum obſcurare non parum videtur. neque enim video, quomodo ὅτι ποιήσωμεν cum καὶ μὴ rectè cohæreat. Putat quidem Cl. Beza, ὅτι hîc redundare, ut alibi ſæpe. fateor, ſed poſt verba dicendi, ſcribendi, denunciandi, narrandi, & ſimilia. ut & hîc poſt verbum λέγειν optimè ac conſueto more redundat, ſi cum eo conſtruatur, tanquam narrans quod de Paulo temere dicebant. Malim ergo ſequi exemplaria, quæ parentheſin omittunt, quorum vel ſex diverſarum editionum, præter Chryſoſtomum, habeo. ſic enim, ſi ſolummodo poſt καὶ μὴ ſubaudiatur verbum ſubſtantivum, omnia optimè cohærent, *Et cur non* eſt, *quemadmodum blaſphemamur, & ſicut ajunt quidam nos dicere, faciamus mala?* &c. Syrus μὴ non negativè pro *non*, ſed interrogativè pro *num? an?* accepit, ſicut 1 Cor. 9. v. 8. ſenſus commodus eſt, *Et num* eſt, *quemadmodum blaſphemamur?* &c.

Vers. 9. Τί οὖν; προεχόμεθα? Diſtinctionem hanc habent Græca exemplaria. etiam Chryſoſtomus & Vulgatus. Syrus autem & Arabs legerunt, τί οὖν προεχόμεθα; *quid igitur excellimus?* quodque ſequitur, οὐ πάντως, non legerunt. Porro, dixerat quidem Apoſtolus verſ. 1. Antecellere Judæum gentili, circumciſionem

sionem præputio: sed subindicaverat v. 2. fidelibus tantum id prodesse, qui fidem Dei, id est, promissionem gratiæ ejus, fœdere annunciatæ ac circumcisione obsignatæ, fide amplecterentur. Incredulos autem, quales erant, qui operibus justificari volebant, veritatem quidem promissionis divinæ ejusque excellentiam non abolere, sibi tamen non plus utilitatis inde carpere, quam quod mendaces & injusti deprehensi, Dei veritatem ac gloriam magis illustrarint. Neque inde tamen prætextum illum capi posse, quasi immunes forent à reatu. Etsi enim, si secundum hominem ac depravatum humanæ mentis judicium dictum illud accipiatur, verum sit, non fore Deum mundi judicem, nec posse quenquam ut peccatorem judicari, & licitum esse facere mala, ut eveniant bona: si tamen secundum Deum ac sano sensu accipiatur, utrumque verum esse, Et incredulos sua incredulitate veritatem Dei commendare, & Deum tamen justum esse mundi judicem, omnesque tanquam peccatores judicare, & justam esse eorum damnationem qui inde peccandi licentiam promunt. Hinc jam optimè colligitur hæc conclusio, nihil in se Judæos præcellere gentibus, nec minus esse peccati, judiciique reos.

Sequitur προῃτιασάμεθα γὰρ Ἰουδαίους τε καὶ Ἕλληνας πάντας ὑφ᾽ ἁμαρτίαν εἶναι. Erasm. *ante causis redditis ostendimus.* qua significatione verbum αἰτιᾶσθ inveniri merito se vix credere ait Cl. Beza. Syrus tamen eodem ferè sensu reddidit per ܩܕܡ ܦܣܩܢ pro quo Trem. *ante pronunciavimus*, Boderianus melius, *ante determinavimus.* vertas licet, *ante conclusimus*, sicut פָּסוּק finis versus concludit sententiam, aut sicut subductis rationibus summa capitalis concludit, & quasi præcîdit atque amputat totam supputationem. propriè enim Syris פְּסַק est *amputare*, *præcidere.* deinde *decidere*, *determinare*, *sententiam ferre*, *decernere*; *statuere*, *concludere.* Vulgatus vertit, *præcausati sumus.* Beza, *ante criminati sumus*, *& Iudæos & Græcos omnes sub peccato esse.* Glossarium αἰτιῶμαι *criminor*, *accuso*, *culpo*, *incuso*, *causo.* addit Hezychius, Αἰτιᾶται, μέμφεται *queritur.* Glossarium αἰτία *Causa*, *materia*, *titulus*, *querimonia*, *querela*, *culpa*, *noxa.* Hinc vertas licet, *Ante enim questi sumus, Iudæos & Græcos omnes sub peccato esse.* vel, *Ante enim accusavimus & Iudæos & Græcos*, *quod omnes sub peccato sint.* πάντας εἶναι, pro ὅτι πάντες εἰσι. id simplicissimum videtur.

VERS. 16. Σύντριμμα καὶ ταλαιπωρία. Synonyma hæc fere sunt. LXX. enim Interpretibus שׁוֹד *vastatio* interdum σύντριμμα, plerumque ταλαιπωρία vertitur. σύντριμμα autem sæpius ipsis שֶׁבֶר *fractura* est, interdum פֶּצַע *vulnus.* est & ubi pro עַצֶּבֶת *dolor*, ut Psal. 147. v. 3. הָרוֹפֵא לִשְׁבוּרֵי לֵב וּמְחַבֵּשׁ לְעַצְּבוֹתָם LXX. ὁ ἰώμενος τοὺς συντετριμμένους τὴν καρδίαν, καὶ δεσμεύων τὰ συντρίμματα αὐτῶν.

VERS. 19. ἵνα πᾶν στόμα φραγῇ. Scholiastes Syrus, ܗܘ ܕܠܐ ܐܢܫ ܡܨܐ ܕܢܙܕܕܩ ܒܢܡܘܣܐ. ܐܦܠܐ ܕܠܐ ܢܚܛܐ ܒܗ: *scilicet, nemo potest justificari ex lege, neque non peccare in eam.*

VERS. 20. Διότι ἐξ ἔργων νόμου οὐ δικαιωθήσεται πᾶσα σάρξ. Beza vertit, *propterea.* At Vulg. Erasm. Syr. & Ar. *propterea quod.* rectè. etsi enim διὸ interdum significat *propterea*, nunquam tamen, quod sciam, διότι. sumitur hîc sicut Gal. 2. 16. ubi eadem hæc sententia repetitur.

Sequitur, διὰ γὰρ νόμου ἐπίγνωσις ἁμαρτίας, ad quod eleganter Scholiastes Syrus, ܢܡܘܣܐ ܡܦܪܣܢܢܐ ܗܘ ܕܚܛܗܐ ܘܠܐ ܡܫܒܩܢܐ, *Lex divulgatrix est peccatorum, non condonatrix.*

VERS. 21. *Nunc autem sine lege justitia Dei revelata est.* Scholiastes Syrus, ܗܘ ܕܠܐ ܗܘܐ ܠܗ ܕܝܗܘܕܝܐ ܗܘ ܒܠܚܘܕ. ܐܠܐ ܕܟܠܗܘܢ ܥܡܡܐ: *scilicet Deum non Iudæorum esse tantum, sed & omnium gentium.* Videtur per Justitiam Dei intellexisse fœdus gratiæ non cum Judæis tantum, sed & cum cæteris gentibus in Christo initum. quid per eam intelligendum putemus, infra ad v. 24. & 26. dicemus. videtur Scholiastes respexisse ad versum qui infra sequitur 29; ubi ex eo quod Gentium etiam Deus sit, colligit Apostolus justitiam fidei, qua sine lege justificatur homo. Est enim lex Mosis, quippe paries intergerinus inter Iudæos & Gentes, Judæis lata, non Gentibus. si ergo ex lege est justificatio, Deus non est Gentium, sed tantum Judæorum. At est etiam Gentium. Ergo ex lege non est justificatio.

VERS. 22. Δικαιοσύνη δὲ Θεοῦ διὰ πίστεως Ἰησοῦ Χριστοῦ &c. Vulgatus, Erasm. & Beza per

Epanalepsin construunt δικαιοσύνη cum v. præcedenti, ubi justitia Dei dicta fuit manifestata sine lege. & illi quidem ܕܝܢ exponunt ut sonat *autem*, *vero*, Beza autem per *inquam*. Syrus vero construit cum subintellecto verbo substantivo, *Iustitia autem Dei* est *per fidem Iesu Christi*. res eodem redit. exponitur enim, quænam sit ea justitia quam Dei esse dixerat, quamque justitiæ operum opposuerat, nempe quæ est per fidem Jesu Christi. Arabs لأن pro *enim* sumsit. quasi causa hîc reddatur, cur justitia Dei sit manifestata sine lege, id est sine auxilio legis, lege ad eam manifestationem nihil conferente. *Iustitia enim Dei est per fidem Iesu Christi.* at lex non est ex fide, Gal. 3. 12. quum ergo per fidem sit manifestata justitia Dei, necessario absque lege est manifestata, quæ non aliam quam nostram, à nobis præstandam, justitiam revelat. Μωσῆς γὰρ γράφει τὴν δικαιοσύνην τὴν ἐκ τοῦ νόμου, ὅτι ὁ ποιήσας αὐτὰ ἄνθρωπος ζήσεται ἐν αὐτοῖς. Est & alibi, ubi ܕܝܢ pro *enim* usurpatur. ut Rom. 8. 11. 1 Cor. 8. vers. 7. & 10. vers 11. & alibi sæpe.

Sequitur εἰς πάντας καὶ ἐπὶ πάντας τοὺς πιστεύοντας. Arabs καὶ ἐπὶ πάντας non legit. Vulgatus & Syrus legerunt. nec est superfluum. εἰς πάντας videtur objectum dicere cui justitia Dei destinata est, & ad quod dirigitur. ἐπὶ πάντας subjectum, cui confertur & quasi imponitur. etsi enim hæc Dei justitia per prædicationem Euangelii annuncietur omnibus, etiam non credentibus, nec credituris, non est tamen destinata nec directa nisi ad credentes, neque aliis confertur. ideo vocatur δικαιοσύνη πίστεως Rom. 4. 11. 13. ἡ ἐκ πίστεως, Rom. 10. vers. 6. διὰ πίστεως, & ἡ ἐπὶ τῇ πίστει, Philip. 3. 9.

VERS. 24. Δικαιούμενοι δωρεὰν τῇ αὐτοῦ χάριτι, διὰ τῆς ἀπολυτρώσεως τῆς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. Hæc ἀπολύτρωσις est illa *justitia Dei*, de qua supra v. 21. & 22. & cap. 1. 17. actum fuit. notandum enim justitiam Dei apud Esaiam, unde notionem hanc procul dubio desumsit Apostolus, usurpari pro gratiosa illa liberatione ac redemtione, quam typicè ex captivitate Babylonica per Cyrum, revera autem ac spiritualiter ex servitute ac damnatione peccati populo suo per Christum promisit. Vide Esai. 46. 13. & 51. 6. 8. & 56. 1. quibus in locis cum יְשׁוּעָה *salute* conjungitur, tanquam causa cum effectu, quia redemtio illa qua justissimus Deus, peccatis filiorum suorum & omnibus salutis ipsorum hostibus justè punitis, benignè eos liberavit, salutis causa est, si non salus ipsa. Hinc צֶדֶק עוֹלָמִים *justitia æterna.* Dan. 9. 24. idem atque λύτρωσις αἰώνιος, *redemtio æterna*, Hebr. 9. 12. nec aliud per justitiam Dei intellexit David Psal. 69. 28. *Pone iniquitatem super iniquitatem eorum, & ne ingrediantur* בְּצִדְקָתֶךָ *in justitiam tuam*, id est in redemtionem qua eos à peccatis liberes. Unde simul liquet, nihil magis ἀθεόλογον, magisve à phrasi Scripturæ alienum dici posse, quam justitiam illam qua justificamur coram Deo, esse inhærentem nobis sanctitatem. vocatur enim justitia Dei, qua non aliquid nobis inhærens, sed ipsa Dei redemtio designatur, & talis quæ per liberationem ex Babel adumbrata fuit.

VERS. 25. Ὃν προέθετο ὁ θεὸς ἱλαστήριον. Vulg. Erasm. & Beza προέθετο vertunt *proposuit*. Ambiguitas est & in Græco verbo & in Latino. sensus enim esse potest, quod palam & in conspectu totius mundi eum jam per prædicationem Euangelii proposuerit, id est exhibuerit placamentum. Quo modo εἰς τὸ μέσον φανὲς προτιθέμενος *in apertum producens* dixit Nazianzenus. vel referri potest ad πρόθεσιν τῆς εὐδοκίας αὐτοῦ *ad propositum beneplaciti ejus*, ἣν προέθετο ἐν ἑαυτῷ *quod proposuit in seipso*, ut loquitur ad Eph. 1. 9. ut sensus sit, quem in proposito decreti sui destinaverat placamentum. vel præpositio πρὸ sumi potest sicut supra vers. 9. in προῃτιασάμεθα *ante accusavimus*. & cap. 11. 35. προέδωκε *ante dedit*. & cap. 15. 4. προεγράφη *ante scripta sunt*. ita hîc ὃν προέθετο *quem ante* (nempe in Veteri Test. per umbras legis, Prophetarumque vaticinia) *posuit placamentum*. Alterutro duorum posteriorum modorum accepit Syrus, quum vertit ܗܘ ܕܩܕܡ ܣܡܗ ܐܠܗܐ ܚܘܣܝܐ Tremel. *quem proposuit Deus*. malim ad ambiguitatem vitandam, *quem jam ante posuit*. vel *quem præstituit*, sive in decreto suo, sive in politia veteris Testamenti. publicæ enim manifestationis significationem phrasis Syri admittere non potest. ut nec Arabis, qui habet الذي تقدم الله فوضعه ad verbum, *quem prævertit Deus & posuit*, id est quem jam ante posuit. Porro ἱλαστήριον vertit Syrus ܚܘܣܝܐ, Tremel. & Bod. *propitiatorem*, verte, propitiationem. propitiator enim est ܡܚܘܣܝܢܐ *Ad demonstrandam justitiam suam per remissionem*, &c. In expiatione peccatorum, non misericordiæ tantum, sed & justitiæ divinæ suum debuisse esse locum, agnoverunt etiam Judæi, quum dicerent, finem sacrificiorum esse להשלים אלינו כל המרות. *ad pacandas*

candas nobis omnes proprietates, nempe מדת הדין ומדת החסד *justitiam & misericordiam.* quod his verbis plenius declarant, יזכו החסד אחרי קבלת מה חלקה ותהיה הכפרה שלימה במדת החסד ובמדת הדין: id est, *obtinent misericordiam, postquam justitia suam nacta est portionem, estque expiatio perfecta per justitiam & per misericordiam.*

Additur διὰ τ̀ πάρεσιν τ̃ προγεγονότων ἁμαρτημάτων. Beza, διὰ *per*. Malumus cum Vulg. Eras. Syro & Arabe *propter*. quod & de eadem particula censuimus Joh. 6. 57. Duæ autem causæ hîc traduntur, cur non nisi per placamentum in sanguine Christi servaverit nos Deus. una ipsum Deum respicit, ut justitiam suam demonstraret, quæ læsam à peccatis nostris Majestatem Dei hoc modo reparari postulabat. altera homines, ut remitterentur ipsis peccata, quæ non nisi placato & expiato Deo remitti poterant. Sed cur tantum peccatorum ante Christi adventum commissorum mentionem facit? Abunde potest sedatis mentibus satisfacere responsio quam Cl. Beza suppeditat. Monemus tamen, longe clarissima videri omnia, si quod ante monuimus, προέθετο non accipiatur de exhibitione Christi, sed de præcedanea ejus revelatione in V. Test. ut causa reddatur, cur non distulerit revelationem Christi usque in ejus adventum, sed jam ante posuerit eum placamentum. nempe id factum, ut non tantum peccata quæ post adventum ejus committerentur, remitti possent, sed & quæ ante contigissent. ideo & vers. 21. dixit, Justitiam Dei quæ est per fidem Jesu Christi testificatam fuisse à lege & Prophetis. quomodo testificata? quia ex libris legis & Prophetarum patet, jam tum, diu ante adventum suum fuisse eum positum placamentum, ad demonstrationem justitiæ Dei, propter remissionem illorum peccatorum, quæ ante adventum ejus commissa fuerunt, quæ quidem remissa sunt, ἐν τῇ ἀνοχῇ αὐτοῦ *per tolerantiam ejus*, sive longanimitatem, qua adventum filii sui, placationemque per eum actu aliquando præstandam, etsi diu differretur, expectare sustinuit. Neque enim ἀνοχῇ τοῦ θεοῦ tam peccata προγεγονότα, quam adventum mediatoris respicere arbitror, qui in V. Test. positus quidem erat placamentum, sed patienter ejus exhibitio exspectanda erat. neque peccata veterum patrum remittere potuisset Deus, nisi pro sua patientia respexisset futurum illud aliquando placamentum sui filii. Ne quis autem existimaret, sub ipsis veteris Test. umbris demonstratam fuisse illam Dei justitiam, repetit v. seq. quo sensu dixerit, positum jam ante fuisse Christum placamentum ad demonstrandam justitiam Dei, nempe ad demonstrandam eam ἐν τῷ νῦν καιρῷ *hoc quod nunc est tempore*, quo nempe Christus est exhibitus, & placamentum, ad quod ante positus fuerat, præstitit.

VERS. 26. Ἐν τῇ ἀνοχῇ τοῦ θεοῦ. Hæc Cl. Beza in posterioribus editionibus hinc divulsit, & præcedenti versui annexuit, quia à τ̃ προγεγονότων ἁμαρτημάτων regi voluit. At nihil impedit, quominus distinctionem quam Græci codices habent, quamque Vulgatus, & Syrus sunt secuti, retineamus. præsertim si sententia à nobis jam allata probetur, juxta quam rectè construitur cum actu Dei quo peccata antiquorum remisit. aut etiam cum actu quo diu ante exhibitionem Christi posuit eum placamentum etiam pro peccatis illorum seculorum, quod verè ἐν τῇ ἀνοχῇ τοῦ θεοῦ factum fuit.

Sequitur, πρὸς ἔνδειξιν τ̃ δικαιοσύνης αὐτοῦ ἐν τῷ νῦν καιρῷ, εἰς τὸ εἶναι αὐτὸν δίκαιον, καὶ δικαιοῦντα τ̀ ἐκ πίστεως Ἰησοῦ. Juvat hîc expendere quæ à doctiss. viro Joh. Camerone annotata sunt ad superiorem vers. 21. *Justitiæ* vocabulum, inquit, semper notat Dei bonitatem, misericordiam, salutem, & redemptionem. nunquam vero adhibetur ad id significandum quod vulgo *Justitiam* dicimus, nempe affectum illum quo Deus ad scelera & peccata vindicanda propendet. *iræ* & *judicii* vocabula ad hoc significandum potius adhibentur. citatque loca Es. 56. 1. & Dan. 9. 24. coll. cum Hebr. 9. 12. De qua re sententia nostra dicenda videtur. Fatemur utique LXX. Interpretes pro חֶסֶד *benignitas* aliquoties dicere δικαιοσύνη *justitia*. & vicissim esse ubi pro צְדָקָה *justitia*, dicant ἔλεος *misericordia*. plurimaque esse loca, ubi vocabulum illud commodè sic accipiatur. ut quotiescunque David dicit se velle *commemorare justitias Domini*, id est beneficia ejus & misericordias. Attamen negari non potest quin sæpe admodum. & propriissimè *justitia* tribuatur Deo tanquam Judici, significetque virtutem illam & affectum, quo fidem ac spem suorum remunerari, peccata vero hostium ulcisci cupit, & ulciscitur. Hinc שֹׁפֵט צֶדֶק Psal. 9. 5. ὁ δίκαιος κριτής, 1 Tim. 4. 8. dicitur. Hinc illud Ps. 89. 15. צֶדֶק וּמִשְׁפָּט מְכוֹן כִּסְאֶךָ *justitia & judicium sunt fulcimentum throni tui.* & ad justitiam quidem vindicatricem pertinent sequentia: δικαίωμα τοῦ θεοῦ *justitia Dei est*, ut qui talia faciant morte digni sint. Rom. 1. 32. δίκαιον παρὰ τῷ θεῷ ju-

 stum

ſtum eſt apud Deum retribuere &c. 2 Theſſ. 1. 6. τὰ δικαιώματά σου ἐφανερώθησαν, Apoc. 51. 4. id eſt τὰ κρίματά σου *judicia tua*. eſt enim ubi &c. צְדָקָה *juſtitia* vertitur κρίμα, ut Jer. 51. 10. & κρίσις, Eſai. 5. 7. & 11. 4. nec dubito quin, ubi *juſtitiæ Dei* celebrantur in Scriptura, intelligantur judicia illa Dei, quibus hoſtes ſuos juſtè puniens, Eccleſiam ſuam liberat ac ſervat. in quibus quum bonitas Dei & miſericordia erga Eccleſiam quam maximè eluceat, in iiſque ſalus & redemtio Eccleſiæ conſiſtat, non mirum eſt, ſi juſtitia Dei pro beneficentia ejus proque ſalute & redemptione interdum veniat, etſi primario id non ſignificet. certè pro vindicandi affectu videtur omnino accipiendum Eſa. 59. 16. *Et juſtitia ejus fulcivit ipſum.* quum enim quereretur Deus, neminem dari cui reſtitutio Eccleſiæ cordi eſſet, dicitur *brachium ejus feciſſe ſalutem ipſi, & juſtitiam ejus fulciviſſe ipſum: induiſſe juſtitiam tanquam loricam, & galeam ſalutis in capite ſuo.* utque ſcias, quænam illa fuerit juſtitia, & quæ ſalutis via, additur, *Induitque veſtes ultionis in indumentum.* Ita & hîc, quum dicitur Chriſtus poſitus placamentum in ſuo ſanguine, ad demonſtrationem juſtitiæ Dei, vindicatricem ejus juſtitiam intelligi arbitror, qua vindicatis & in carne Chriſti damnatis ſuorum peccatis, ſimulque Satana, morte ac inferno, ſummis Eccleſiæ hoſtibus, perditis, ſalutem ſuis ac redemtionem peperit, ideoque ipſam illam redemtionem juſtitiam quoque Dei dici. εἰς τὸ εἶναι αὐτὸν δίκαιον, ut ſit, id eſt, ut appareat eſſe, *juſtus*, qui de peccato Sathanaque juſtis pœnis ſumptis, Electos ſuos ſervat; *Et juſtificans eum qui eſt ex fide Jeſu*, quippe qui per fidem amplexus redemtionem illam in Chriſto, juſtitiæ Dei debet eſſe particeps, adeoque juſtificari, id eſt à damnatione peccati & Satanæ liber atque immunis declarari, propter illam redemptionem, ipſamque Dei juſtitiam qua hoſtes illos fidelium peſſundedit & interemit. Huc pertinet paraphraſtica verſio Arabis qui habet, كي يعرف انه عادل ويتبرر بعدله من الذي مومنا بسيدنا المسيح *ut cognoſcatur eum eſſe juſtum, & juſtificari per juſtitiam ejus eum qui crediderit in Dominum noſtrum Chriſtum.*

VERS. 28. Λογιζόμεθα οὖν &c. Vulgatus οὖν vertit *enim*. at Syrus, Arabs, Beza & Eraſmus *igitur*. λογιζόμεθα Vulg. & Eraſm. *arbitramur*. Beza, *colligimus*. rectè. eſt enim Metaphora ex ſupputandi arte deſumpta, ubi ex multis numeris ſumma colligitur, & certa ratio initur, qua certi quid figitur & ſtatuitur. ita & Rom. 6. 11. uſurpatur, ut rectè Cl. Beza obſervavit. addimus & locum Hebr. 11. 19. ubi de Abrahamo, λογισάμενος, id eſt, *rem ita reputans ſecumque definiens & ſtatuens*, poſſe Deum etiam ex mortuis ſuſcitare. Syrus ܡܬܪܥܝܢܢ *cogitamus*, vel potius *ſentimus*, eo ſenſu, quo Phil. 1. 7. dixit, *juſtum eſt me hoc* φρονεῖν ὑπὲρ ὑμῶν *ſentire de vobis*, id eſt ſententiam eam de vobis in mente mea ſtatuere. ubi eodem verbo uſus eſt Syrus. Arabs pro λογιζόμεθα dixit نعلم *ſcimus*. quomodo etiam Rom. 6. 11. Hebr. 11. 19. & Rom. 8. 18. verti poſſet. dicitur de re, quam rationibus bene expenſis ac collectis ſcimus ac tenemus.

VERS. 31. Νόμον οὖν καταργοῦμεν διὰ τῆς πίστεως; μὴ γένοιτο, ἀλλὰ νόμον ἱστῶμεν. Præclara ſunt, quæ hîc annotat Cl. Beza, libet tamen addere, quod paucis obſervat Scholiaſtes Syrus, ܢܡܘܣܐ ܠܐ ܐܫܟܚ ܕܢܙܕܩ ܠܒܪܢܫܐ ܗܝܡܢܘܬܐ ܓܡܪܬܗ ܘܩܝܡܬܗ ܠܢܡܘܣܐ *ſcilicet quum lex non potuerit juſtificare hominem, fides fecit illud, & ſtabilivit legem.* Mentem auhoris ſic capio. Legis, ut & ipſius Dei ſcopus, munus, & finis per ſe eſt juſtificare hominem. quod enim damnet, per accidens eſt ex interveniente peccato Rom. 7. 10. Nec quiſquam hominum (excipe eum qui jam per fidem eſt juſtificatus) obedire legi ſategit unquam, aut ſatagere poteſt, niſi eo animo, ut ab ea juſtificetur. quod quum ea non poſſet, ſpreta jacebat & proſtrata ejus autoritas, ſic ut inimicitias adverſus eam ſuſciperet homo, neque ei ſubjectus eſſe cuperet. Rom. 8. 7. ſucceſſit legi fides, quæ, quod illa non poſſet, abunde præſtans, erexit lapſam, utque ea fidem apud homines, amorem & gratiam inveniret, effecit.

CAP. IV.

VERS. 1. Τί οὖν ἐροῦμεν Ἀβραὰμ τὸν πατέρα ἡμῶν εὑρηκέναι κατὰ σάρκα; Syrus ܡܢܐ ܗܟܝܠ ܐܡܪܝܢܢ ܥܠ ܐܒܪܗܡ ܪܫ ܐܒܗܬܐ ܕܐܫܟܚ ܒܒܣܪ. Tremel. & Boder. in Pariſienſi, *Quid ergo dicemus de Abraham Patriarcha, quod invenit in carne?* In Reg. *adeptum*

adeptum eum esse in carne? Non observarunt punctum distinctivum inter ܒܒܣܪ & ܕܐ ܫܟܚ id verti postulat, *Quid ergo dicemus de Abrahamo Patriarcha invenisse eum? in carne ne?* Arabs eodem sensu, sed paulo dissimili constructione, ماذا نقول الان علي ابرهيم رييس الاباء انقول انه نال ذلك باعمال الجسد *Quid dicemus nunc de Abrahamo Patriarcha? àn dicemus, consecutum eum esse hoc per opera carnis?* Sensus idem erit, si Græca sic distinguas, *Quid igitur dicemus? Abrahamum patrem nostrum invenisse secundum carnem?* Invenisse Abrahamum justitiam apud Deum, inter Paulum & Judæos extra controversiam erat. quærit Apostolus, an dicendum sit, eum secundum carnem, id est per carnalem circumcisionem, reliquaque legis opera quæ ex ea pendebant, eam apud Deum invenisse? negationem includit ea interrogatio, quam Apostolus v. sequenti probat.

VERS. 2. *Si enim ex operibus justificatus fuit Abraham, habet quod glorietur, at non apud Deum,* id est carnalem tantum habet gloriationem, quæ apud Deum non valet. hæc major est. Minorem Judæi omnes in mente subjiciebant, At habuit Abraham quod gloriaretur, etiam apud Deum, id est tali gloriatione quæ valeret apud Deum, eique grata esset. id jactabant omnes Judæi, & fatetur Apostolus. Hinc conclusio, Ergo non fuit justificatus ex operibus, sive quod idem est, ergo non invenit justitiam secundum carnem, caro enim non habet apud Deum quod glorietur. fides habet, quippe quæ gratiam Dei & mortem Filii ejus amplexa, merito gloriatur, æternam se redemtionem invenisse. quæ gloriatio cum sit in Domino, longè gratissima est Domino. Hinc argumentatur Apostolus, aut non habuit Abraham gloriationem apud Deum, aut habuit per fidem. At habuit Abraham gloriationem apud Deum. fatemur id utrimque. Ergo habuit per fidem atque id porro probare pergit ex Scriptura vers. 3. Quod autem de gloriatione Abrahami diximus, optimè convenit cum loco Pauli Eph. 2. vers. 9. *non ex operibus, ne quis glorietur.* Non enim quamvis gloriationem improbat Apostolus, quippe qui gloriari in Deo jubet, & Christum nobis factum esse à Deo justitiam asserit, ut gloriaremur. 1 Cor. 1. 31. Sed carnalem gloriationem, quæ ipsius hominis præstantiæ innititur, qualis omnis ea est quæ ex operibus fluit, locum habere apud Deum, aut ferri ab eo posse negat. ideoque fide nos esse servatos ex gratia, ne tali gloriationi ullus sit locus. Idem est, quod hîc de Abrahamo asserit Apostolus, si ex operibus justificatus fuit, evanuisse jam ommem gloriationem ejus apud Deum. id vero minime statuendum. cujus enim fides tantopere prædicatur, quippe amicus Dei vocatus fuit, qui pater multarum gentium & hæres mundi constitutus fuit, & in cujus semine omnes gentes terræ essent benedicendæ, is habuit sane quod in hac gratia gloriaretur apud Deum. ergo aliud in Abrahamo spectandum quam opera. Scholiastes Syrus illa ἔχει καύχημα, ἀλλ' οὐ πρὸς τὸν θεόν, sic elucidat, ܒܥܒ̈ܕܘܗܝ ܡܫܬܒܗܪ ܗܘܐ ܘܠܐ ܒܡܘܗܒܬܐ ܕܐܠܗܐ ܕܒܗܝܡܢܘܬܐ ܡܬܝܗܒܐ *in operibus suis gloriaretur, non autem in dono Dei quod per fidem conceditur.* agnovit quoque duas hîc gloriationes tradi, sibi invicem oppositas: unam quæ consistit in operibus, necessarioque è justificatione ex operibus oritur, sed apud Deum non habet locum: alteram quæ consistit in dono Dei, id est in salutari gratia quæ per fidem conceditur, & habet locum apud Deum. Hanc Abrahamo tribuendam, ita non ex operibus fuisse justificatum. Arabs aliter. sic enim ὧδε φράζει: لو الكان ابرهيم بالاعمال تبرر الكان له بها فخر بين ولكن ليس كذلك عند الله: *Si fuisset Abrahamus per opera justificatus, fuisset ei in iis gloriatio manifesta. at non est sic apud Deum.* Eodem sensu & magnum illud Ecclesiæ lumen J. Calvinus versum hunc accepit, qui ἀλλ' οὐ πρὸς τὸν θεὸν vult esse minorem Syllogismi propositionem. hoc modo, Si Abraham ex operibus fuit justificatus, potest suo merito gloriari. Sed non habet unde glorietur apud Deum. Ergo non est justificatus ex operibus. Judicium sit penes doctos.

VERS. 4. *Ei autem qui operatur, merces non imputatur secundum gratiam,* ἀλλὰ κατὰ τὸ ὀφείλημα. Beza, *sed est ex debito.* Ellipticam esse orationem statuit, neque verbum λογίζεται utrique membro applicandum. Id Vulgatus, Erasmus, Syrus & Arabs non observarunt. Nec dubium est, quin duas hîc statuat Apostolus imputationes, sibi invicem oppositas. quarum una fundamentum habet in eo cui fit imputatio, altera in voluntate imputantis. Si quis operetur ea quæ lex præcipit, merces justitiæ ei imputatur secundum debitum: fundamentum enim habet in seipso. at si quis non operetur, sed transgressus legem cre-

credat, ei merces justitiæ imputatur secundum gratiam: fundamentum enim extra se habet in Christo. quod probat Apostolus vers. seq. quia credit in eum qui justificat impium. Si enim imputatio hîc facienda esset secundum fundamentum quod est in ipso, peccatum imputandum esset ad reatum. est enim impius. at jam fides imputatur etiam impio ad justitiam, ergo longè alia hæc est imputatio ab illa priori, fundamentum habens in gratia imputantis. quod pergit deinde confirmare ex Psal. 32. vers. 1. 2. ex quo loco colligit imputationem justitiæ quæ fit sine operibus, quæque conjunctam habet non imputationem peccati. Si sine operibus, ergo sine fundamento in nobis. si cum non imputatione peccati, ergo cum contrario fundamento in nobis. Ubi observandum, *imputationis* vocabulum adhiberi, etiam in re quæ fundamentum habet in nobis, atque ita usurpari, ubicumque fit mentio imputationis peccati. ut 2 Sam. 19. vers. 19. 2 Tim 4. v. 16. &c. si quis transgressus sit legem, imputetque ei Deus peccata, imputatio fit secundum debitum ejus quod est in ipso. Contra igitur, si quis legem non transgrediatur, sed operetur secundum eam, ei imputatur justitia secundum debitum ejus quod est in ipso. At talis imputatio non est facta Abrahamo. fides enim ejus ipsi est imputata in justitiam. Ergo non habuit fundamentum justitiæ in se, sed in gratia justificantis, ad quam fide respexit, neque tanquam operator, sed tanquam transgressor legis est justificatus, per non imputationem peccati, & imputationem justitiæ quæ secundum gratiam fuit. Syrus Interpres habet, *Ei qui operatur autem, non imputatur ei merces ejus*, ܡܢ ܛܝܒܘܬܐ. ܐܠܐ ܐܝܟ ܐܝܟ ܕܡܬܚܝܒܘܬܐ ܠܗ *tanquam per gratiam, sed tanquam cui debetur.* quæ paulo aliter, nec satis ex Syriasmo interpretati sunt Tremel. & Boder. in Parisiensi.

VERS. 5. Τῷ δὲ μὴ ἐργαζομένῳ, πιστεύοντι δὲ &c. Syrus & Arabs præsentia hæc in præterita verterunt. deinde, opposita hæc esse, sic ut remotis operibus sola statuatur fides, optimè viderunt, reddentes, *Qui vero non est operatus, sed tantum credidit* Ἐπὶ τὸν δικαιοῦντα τὸν ἀσεβῆ. Syrus & Arabs in plurali *peccatores.* collectivè enim acceperunt. Λογίζεται ἡ πίστις αὐτοῦ εἰς δικαιοσύνην, Arabs فان ايمانه وتصديقه يحسب له برا *utique fides ejus & verificatio ejus imputatur ei ad justitiam.* explicuit actum fidei justificantis, qui est *verificare*, id est veram, ratam certamque habere promissionem gratiæ in Christo.

VERS. 9. Ὁ μακαρισμὸς οὖν οὗτος. Beza, *ista igitur beatitatis declaratio.* At Vulgatus, Syrus & Arabs, *Beatitudo ergo hæc.* Laudo. nam & supra vers. 6. ita usurpavit, dicens, Δαβὶδ λέγει μακαρισμὸν τοῦ ἀνθρώπου, *David dicit beatitudinem hominis*, quod rectè Beza, *declarat beatum eum hominem.* Sed notio *declarationis* non est in nomine μακαρισμὸν, sed in verbo λέγει. Nec aliter nomen illud accipio ad Galat 4. vers. 15. ubi vide. Glossarium μακαρισμὸς, *beatitudo.*

VERS. 11. Καὶ σημεῖον ἔλαβε περιτομῆς. Syrus ܐܬܐ ܗܘ ܓܝܪ ܩܒܠܗ ܠܓܙܘܪܬܐ *Signum enim accepit circumcisionem.* ut indicaret, non hîc aliud esse *signum*, aliud *circumcisionem.* sicut quum dico, *hederam esse signum venalis vini*, aliud est signum, aliud vinum. sed ut quum dico, *signo hederæ indicari venale vinum*, idem signum, idem hedera. est ergo σημεῖον περιτομῆς constructio, qualis *fluvius Euphratis*, *urbs Hierosolymorum* &c. Scholiastes Syrus verba Interpretis sic citat, ܐܬܐ ܗܘ ܓܝܪ ܩܒܠܗ ܐܠܗܐ ܠܓܙܘܪܬܐ *signum enim accepit Deus Circumcisionem.* quasi ἔλαβε ad Deum referatur, quod rectius videtur ad Abrahamum referri. Si ad Deum, sensus est, Deus accepit Abrahamo, id est acceptum dedit. quo sensu לקח *accepit*, sæpe usurpatur apud Hebræos. Addit Scholiastes, ܗܘ ܕܟܕ ܗܝܡܢܘܬܐ ܠܐ ܗܘܬ ܣܪܝܩܐ ܐܬܐ, *scilicet quum fides non est, vanum est signum.* id est, nisi in Abrahami præputio præexstitisset fides, vanum fuisset signum Circumcisionis. itaque vel eo quod signum ei fuit datum, colligitur jam ante habuisse eum fidem.

VERS. 12. Τοῖς στοιχοῦσι τοῖς ἴχνεσι &c. Syrus ܐܠܐ ܠܐܝܠܝܢ ܕܫܠܡܝܢ ܒܥܩܒܬܐ ܕܗܝܡܢܘܬܐ. Tremellius, *eorum qui incedunt per vestigia fidei.* Boderianus, *eorum qui perfectè insistunt vestigiis fidei.* verbum ܫܠܡ pro *perfici*, *compleri*, usitatum est. Sed pro *incedere*, aut *perfectè insistere*, non arbitror usurpari. sæpe autem significat *consentire*, *consentiendo convenire*, ut illi

illi faciunt qui pacem inter se colunt. unde שָׁלוֹם, ܫܠܡܐ *pax*. sic sumitur Rom. 7. vers. 21. Luc. 22. 16. & alibi. atque ita hoc loco verterem, *illis, qui consentiunt vestigiis fidei Abrahami*, qui iisdem vestigiis cum ipso conveniunt. parallelus locus est Gal. 6. 16. ܘܐܝܠܝܢ ܕܒܗܢܐ ܫܒܝܠܐ ܡܫܬܠܡܝܢ: ubi Tremel. rursus, *qui juxta hanc semitam incedunt*, sensum potius quam verba interpretans. Boderianus minus benè, *qui hanc semitam perficiunt*. transitivam enim hanc significationem habet in pael, non in peal, ubi tria significat, 1. *Perfici, finiri* 2. *Exspirare*. 3. *Consentire*. qua postrema significatione verterem, *& qui huic viæ consentiunt*. viam vocat Syrus, quod Apostolus κανόνα. consentire autem, quod Apost. στοιχεῖν. ὅσοι τῷ κανόνι τούτῳ στοιχήσουσι. habet vox στοιχεῖν ordinis, convenientiæ & consensus aliquam significationem, quam Syrus per ܫܠܡ expressit. Hezych. στοιχῶ, συνεγῶ *counio*. Arabs vertit الذين يتبعون آثار *qui sequuntur vestigia*.

VERS. 13. οὐ γὰρ διὰ νόμου ἡ ἐπαγγελία τῷ Ἀβραὰμ ἢ τῷ σπέρματι αὐτοῦ, τὸ κληρονόμον αὐτὸν εἶναι τοῦ κόσμου, ἀλλὰ διὰ δικαιοσύνης πίστεως Quæritur, qua ratione dicatur Abraham per promissionem factus hæres mundi. Respondet Cl. Beza, per *mundum* intelligi omnes nationes, quarum pater Abraham per fidem est constitutus. adeoque esse, totum mundum habere pro filiis, & hac ratione quasi universo mundo potiri. At id minus conveniens videtur, quia eadem hæreditatis mundi promissio dicitur quoque facta semini ejus. & versu seq. dicuntur hæredes omnes fideles. Quod enim Cl. Beza excipit, eo mutuam solummodo patris & filii relationem innui, qua fit ut, quum Abrahamo pollicetur, fore eum Patrem multitudinis Gentium, simul polliceatur multitudini Gentium, fore ut Abrahamum habeat pro Patre: adeoque hæredes dici vers. 14. qui censentur in hæreditate Abrahami: id non fit versimile. Hæres enim est qui possidet: at qui in hæreditate censetur, is possidetur. Abraham hæres potest dici Gentium, quatenus earum pater possidet eas. at Gentes quatenus possidentur ab Abrahamo, non sunt hæredes, sed ipsa hæreditas. Neque videmur sane infra, 8. 17. hæredes Dei dici correlativè, quia Dei sumus hæreditas cum Christo, sed quia Dei tanquam patris nostri bona omnia possidemus ut hæreditatem. Ad explicandum itaque hunc locum, confero cum parallelo, qui est ad Gal. 3. sicut enim hîc dicit, promissionem factam esse Abrahamo & semini ejus, ita ibi v. 16. Abrahamo dictas esse promissiones & semini ejus. Et sicut hîc dicit, promissionem esse de hæreditate, quæ inanis futura sit, si ex lege sit hæreditas, ita & ibi vers. 19. Si ex lege est hæreditas, jam non esse ex promissione. Unde colligo, quæ hîc hæreditas mundi dicitur, eandem esse quæ ibi simpliciter hæreditas. Et hanc dicit esse ex promissione ortam, eâque Abrahamo & semini ejus facta. quæ quia non erat una, dicit *promissiones* factas esse Abrahamo & semini ejus. erant autem potissimæ duæ. Una ipsius fœderis Gen. 17. 7. *Ero Deus tuus, & seminis tui post te*. Altera post fœdus data, ab eoque dependens, Gen. 22. 18. *In semine tuo benedicentur omnes Gentes*. quod enim ante fœdus Gen. 12. 3. dixerat Abrahamo, *In te* benedicentur omnes Gentes, id post fœdus semini addixit, *In semine tuo* benedicentur. Hinc jam necessario sequitur hæreditas mundi. sicut enim peccatum, eo ipso quod nos à Deo separavit, ejusque maledictioni subjecit, extorres nos & exhæredes fecit, adeo ut non vel in minimam creaturam spirituale ac filiis Dei dignum jus dominiumve haberemus: sic contra, eo ipso quod Deus sit Deus noster, nosque ipsius benedicti, restituimur tanquam filii in jus & dominium omnium paternorum bonorum, quumque præter Deum & mundum nihil sit, hæredes mundi simus, terrestris, cælestis, præsentis, futuri. Unde 1 Cor. 3. 21. *Omnia vestra sunt*. & inter ea omnia nominatur vers. 22. *mundus*, & quæcunque in eo sunt, *præsentia & futura*. Hinc est, quod quum terrena beneficia promittuntur fidelibus, dicantur fore *hæredes terræ*, Psal. 25. 13. & 37. 9. Matth. 5. 5. quum rursus cælestia, *hæredes regni cælorum*. Matth. 25. 34. ubi primum vocantur εὐλογητοὶ τοῦ πατρός, inde jubentur κληρονομεῖν. plane ut Apostolus c. 3. ad Galat. ἐκ τῆς εὐλογίας τοῦ Ἀβραὰμ deducit τὴν κληρονομίαν. atque hujus quidem totius mundi hæreditatis symbolum, arrha, & pignus erat hæreditas terræ Canaan. Adde quod Hebræis עולם *mundus, seculum*, specialiter pro futuri mundi aut seculi beatitudine interdum usurpatur. Tale est illud Thalmudicum in Berachoth, cap. הורה קורא, in fine Gemaræ עולמך תראה בחייך *mundum tuum videbis in vita tua*. id est, explicante Baal Aruch, מעין אותן טובות שעתיד הקבה לשלם לך לעולם הבא תראה כשאתה בחייך; *Fontem isto-*

istorum bonorum, quæ repensurus tibi est Deus in futuro seculo, videbis dum adhuc vivis. atque ita *hæres mundi*, esset hæres æternæ beatitatis. Verum scrupulus hîc tollendus videtur, quod Galat. 3. v. 16. quum Apostolus dixisset, factas esse promissiones Abrahamo & semini ejus, ad solum Christum semen illud restringat. Hîc autem ad Romanos, quum promissionem hæreditatis mundi Abrahamo & semini ejus, non per legem, sed per justitiam fidei datam esse ait, Christus per semen intelligi nequeat. Sicut enim fide non est justificatus, ita nec per justitiam fidei factus est hæres. Cui difficultati fortassis medebimur, si dicamus, in fœdere cum Abrahamo inito tum Abrahamum, tum semen ejus dupliciter venire considerandum. Et Abrahamus quidem, primo quasi fons quidam benedictionis, qui continuit in se eum à quo benedictio ad cæteros dimanavit, secundum dictum, *In te* benedicentur. Et quasi dux quidam fœderis, cui primo dictum est *Ero Deus tuus*, deinde *& seminis tui post te.* Secundo, idem Abrahamus cum reliquo fideli semine in idem comprehensus corpus, consideratur quatenus ejusdem cum illis fœderis ac benedictionis particeps, quippe qui cum cæteris & cæteri cum ipso benedicuntur, Gal. 3. 9. Similiter *semen Abrahæ* est vel primarium vel secundarium. Primarium est unicum & singulare, quod caput fœderis & fons benedictionis à Deo est constitutum, ubi dixit, *In tuo semine* benedicentur omnes Gentes. ex cujus plenitudine & Abraham & omnes ejus filii, tum circumcisi tum præputiati benedictionem suam hauriunt, cujusque diem videre gestiit Abraham. Secundarium est, reliqua credentium turba, quæ cum Abrahamo in eandem fœderis gratiam ac benedictionis participationem admittitur. Priori modo Abrahamum & semen ejus considerat Apostolus Gal. 3. 16. posteriori, & Abrahamum & semen ejus, Rom. 4. 13. Esse enim Dei fœderatum, Deique benedictum, adeoque hæredem mundi in Christo, communia sunt Abrahamo, & reliquo secundario ejus semini, neque aliter quam per justitiam fidei habentur. At esse patrem Christi, ac propterea benedici in se omnes Gentes: similiter esse primarium semen Abrahæ, in quo tanquam in primario omnium hærede omnes gentes benedicuntur, peculiares sunt Abrahamo & Christo prærogativæ, quæque non per justitiam fidei, quæ Christum datum sequitur, sed per œconomiam beneplaciti divini, quod Christi dationem antecedit, quo & Abraham & Christus ad hoc fuerunt electi, sunt concessæ. Quod tamen justitiam fidei non tantum non evertit, sed & stabilit. Si enim nec Abrahamo, nec primario ejus semini privilegia illa aliter quam per gratuitam beneplaciti divini promissionem sunt donata, fide gratiam illam amplecti oportet, ut quæ ibi continentur justitia, benedictio & hæreditas obtineri queant.

Porro ἡ ἐπαγγελία non est hîc ipse promittentis Dei actus, sicut quando Gal. 3. 19. dicitur hæreditas esse *ex promissione*. sed id ipsum quod promissum erat. ideo non dicitur ἡ ἐπαγγελία τοῦ εἶναι, vel εἰς τὸ εἶναι *ut sit*, sed τὸ εἶναι αὐτὸν κληρονόμον τοῦ κόσμου, *nempe esse hæredem mundi.* Hæc promissio, inquit Apostolus, non per legem τῷ Ἀβραάμ, ἢ τῷ σπέρματι αὐτοῦ. elliptica est oratio. Erasmus supplevit *contigit.* Beza, *cessit.* alii *data est.* Ego simpliciter verbum substantivum ἐστὶ *est* subintelligo, quod cum nominativo rei & dativo personæ constructum significat *habet*, & totum versum sic verto, *non enim per legem Abraham aut semen ejus promissionem habet, nempe esse hæredem mundi, sed per justitiam fidei.* atque ita particula ἢ rectius propriè pro disjunctiva, quam, quod voluit Syrus, & ex eo laudat Beza, pro copulativa *&* sumitur. sensus erit, sive Abrahamum spectes, sive semen ejus, nec illi nec his contingere potuit, promissione hæreditatis mundi frui aliter quam per justitiam fidei.

Vers. 14. Εἰ γὰρ οἱ ἐκ νόμου &c. Usitata hæc est phrasis Apostolo. Sic supra cap. 2. 8. dixit τοῖς ἐξ ἐριθείας. quod idem nobis videtur atque τοῖς υἱοῖς ἐριθείας, sicut contra Eph. 2. 2. υἱοὶ ἀπειθείας idem nobis videtur atque οἱ ἐξ ἀπειθείας. ii innuuntur, qui vitiorum illorum indole ita sunt imbuti, ut quasi eorum filii & ex iis nati videantur. Ita *qui ex lege sunt*, sunt filii legis, qui eam quasi matrem profitentur, ex qua sint quod sunt. sunt autem duorum generum, nempe aut per nativitatem, aut per studium. Per nativitatem ex lege erant omnes ac soli Judæi, quia per specialem legem fœderis cum eo populo initi & circumcisione confirmati nascebantur Judæi, legique obstricti. cujusmodi etsi per nativitatem essent ex lege, poterant tamen iidem per regenerationem esse ex fide. de quibus agitur infra vers. 16. Per studium autem ex lege erant, quotquot animo ac studiis se legi dederent, ab eaque sic penderent, ut spes eorum fiduciaque ex ea nasceretur. quod & iis contingere poterat, qui per nativitatem non ex lege, sed gentilismo

tilismo orti erant. atque de his, sive Judæi sive gentiles essent, hîc agit Apostolus.

VERS. 15. οὐ γὰρ οὐκ ἔστι νόμος. Syrus ܟܕ ܕܠܝܬ ܓܝܪ ܢܡܘܣܐ Tremel. ac Boder. *quum enim non est lex.* verte, *ubi enim* &c. ܟܕ significat *quum.* at ܟܕ ܕ *ubi.* vide Act. 10. 23. Rom. 5. 20. Sequitur apud Syrum, ܐܦܠܐ ܥܒܪ ܢܡܘܣܐ vocalis super Ain collocanda super Beth, & legendum ܥܒܪ *transgressio.* alioqui ܥܒܪ est *transgrediens.*

VERS. 16. *Ut firma sit promissio toti semini, non ei tantum quod ex lege est, sed etiam ei quod ex fide Abrahæ est.* Intelligitur procul dubio semen fidele. in aliis enim non potest firma esse promissio. nam ne ad eos quidem pertinet. Duplex id semen facit, aliud *quod ex lege est*, aliud *quod* ex fide Abrahæ. prius genus Judæos, & quidem solos continet, non tamen eos qui è lege salutem petebant, quo sensu supra vers. 14. hæc phrasis usurpata fuit. sed qui per nativitatem filii erant legis, & ex ea quasi nati. Nam natura eos homines, at lex Judæos, fœderatos & ad populum Dei pertinentes ab ipsa nativitate gignebat. & quamvis jam in Christum crederent, non tamen ea fides gignere eos demum Ecclesiæ incepit, sed genitos per legem fœderis ac circumcisionis, perfecit. Alia ratio gentilium erat, qui Rom. 2. 27. vocantur ἡ ἐκ φύσεως ἀκροβυστία, distinguunturque eo à Judæis, qui dici possunt ἡ ἐκ φύσεως περιτομή. etsi enim & hi incircumcisi nascerentur, lex tamen circumcisionis una cum fœdere ad ipsos pertinebat, ita ut ab ipsa nativitate filii circumcisionis censerentur. longè diversissima erat gentilium ratio, quos natura & homines genuit, & à fœdere alienos, quique legem non habentes, ut supra cap. 2. 14. dixit, non aliunde quam à fide geniti Ecclesiæ fuerunt, indeque primam spiritualis nativitatis originem traxerunt. Ideo speciali quadam ratione hic *ex fide Abrahæ esse* dicuntur, opposite ad Judæos, qui tamen & ipsi vestigiis fidei Abrahæ insistebant. quia nempe Judæi à nativitate populus Dei erant, φύσει Ἰουδαῖοι, ut loquitur Paulus, *natura Iudæi*, quæ eos vi legis Ecclesiæ inserebat: At Gentiles à nativitate peregrini, sola fide Abrahæ fœderati. Judæis Abrahamus pater erat, primo jure naturali, quippe carnalis eorum pater. deinde jure legali, quippe pater Circumcisionis. Tertio, si crederent in Christum, jure fidei, quippe pater fidelium. At Gentilibus solo jure fidei, quippe quæ sola eos filios Abrahæ reddidit, & quasi genuit, ut ex fide Abrahæ nati viderentur.

VERS. 17. (Καθὼς γέγραπται, ὅτι πατέρα πολλῶν ἐθνῶν τέθεικά σε) κατέναντι οὗ ἐπίστευσε, θεοῦ, &c. Annotat Cl. Beza, Ambrosium, pro ἐπίστευσε *credidit*, legisse perperam *credidisti*. Moneo Syrum & Arabem quoque sic legisse, eâque lectione tolli parenthesim quæ clauditur ante κατέναντι, atque inde usque ad finem versus continuari sermonem Dei ad Abrahamum. quam lectionem, sive interpolationem potius, non aliunde ortam puto, quam à quibusdam qui de parenthesi non cogitantes, nescirent cum quo κατέναντι connecterent, quemve sensum ei darent. adeoque ἐπίστευσε in ἐπίστευσας mutarunt, ut cum proximè antecedentibus, continuato Dei ad Patriarcham sermone, cohæreret. At quia continuationem istam Hebræus textus plane ignorat, Græcaque exemplaria & vetus Interpres Latinus per præteritum legerunt, necessaria est parenthesis, aptissimaque connexio, quam Cl. Beza bene expressit. Sequitur, τοῦ ζωοποιοῦντος τοὺς νεκροὺς, καὶ καλοῦντος τὰ μὴ ὄντα ὡς ὄντα. Syrus ܘܩܪܐ ܠܐܝܠܝܢ ܕܠܐ ܐܝܬܝܗܘܢ ܐܝܟ ܐܝܬܝܗܘܢ ubi Tremel. & Bod. *& vocat ea quæ non sunt tanquam si essent.* id fœminino gen. ܐܝܬܝܗܝܢ dicendum fuisset. jam verte, *eos qui non sunt, quasi essent.* descriptio est suscitationis mortuorum, de quibus, ut verbis præcedentibus, ita & hîc agi existimavit Syrus. Similiter Arabs, qui habet ويدعو الذين ليس موجودين اكانهم موجودون *& vocat eos qui non inveniuntur, quasi invenirentur.* Sed præstat generalius accipere, ut ad ipsam creationem alludatur.

VERS. 18. ὃς παρ' ἐλπίδα ἐπ' ἐλπίδι ἐπίστευσεν. Vulgatus, *Qui contra spem in spem credidit.* Erasm. *præter spem sub spe.* Beza, *contra spem sub spe.* Syrus ܕܠܐ ܣܒܪܐ ܠܣܒܪܐ *sine spe in spem.* Sed miror Arabem, qui hæc plurali numero accipiens, ad Gentes videtur retulisse, de quibus sub finem vers. 16. vertit enim, فصدق الذين لا رجاء لهم وامنوا ورجوا ما وعدوا ليكون ابا *& fidem adhibuerunt ii quibus non erat spes, & crediderunt & sperarunt quod promissum erat sibi, fore eum patrem* &c. Porro ἐπίστευσεν, εἰς τὸ γενέσθαι αὐτὸν πατέρα

πατέρα πολλῶν ἐθνῶν, Hebraicè dicitur האמין הֶאֱמַנְתִּי לִרְאוֹת sicut להיותו אבי גוים רבים Psal. 27. 13. quem Hebraismum Apostolus hîc verbotenus expressit. habet autem hîc γενέσθαι, etsi sit aoristus, futuri significationem, ut alibi sæpe, præsertim in Actis Apostolorum.

VERS. 20. Δὺς δόξαν τῷ θεῷ. Arabs واخلص التسبحة لله & *servavit* (salvam integramque reliquit) *gloriam Deo*. id est, hoc egit ne incredulitate quicquam detraheret gloriæ divinæ, sed illibatam eam & sartam tectam relinqueret.

VERS. 25. Ὃς παρεδόθη *qui traditus est*. sic Hebræi dicunt. שהיו מוסרין עצמן על קדושת השם *qui tradiderunt seipsos ob sanctificationem Dei*. id est, morti tradiderunt.

CAP. V.

VERS. 2. Δι᾽ οὗ καὶ τὴν προσαγωγὴν ἐσχήκαμεν Vulgatus, *Per quem habemus accessum*. Beza rectius, *per quem etiam adducti fuimus*. sic Syrus ܐܬܩܪܒܢ pro quo non satis benè Boder. *accessimus*. nec Tremel. *admissi sumus*. verte, *adducti sumus* vel *fuimus*. est enim ܩܪܒ *appropinquare fecit*, *adduxit*. ܐܬܩܪܒ *adductus*, *admotus est* vel *fuit*.

Quod sequitur, ἐν ᾗ ἑστήκαμεν *in qua stamus*, Arabs rectè interpretatur per ثابتون *manantes*, *firmi*, *ac constantes sumus*.

VERS. 3. Οὐ μόνον δὲ. Beza & Erasm. supplent, *neque id solum*. Syrus & Arabs, *neque sic solum*. similiter infra vers. 11. ἡ θλῖψις ὑπομονὴν κατεργάζεται. Syrus & Arabs, *perficit*, id est ad perfectionem promovet, magis magisque auger. Addit Scholiastes Syrus ܗܘ [Syriac], *scilicet promittit nobis fore ut non deficiamus in tentationibus*.

VERS. 4. Ἡ δὲ ὑπομονὴ δοκιμήν. Beza, *Patientia autem experientiam*. Vulg. Erasm. Syrus & Arabs *probationem*. quomodo & Cl Beza vertit 2 Cor. 2. 9. & 8. 2. & 9. 13. Intelligitur autem probatio fidei, spei, humilitatis, contemptus rerum terrenarum, cæterarumque Christianarum virtutum & donorum Spiritus Sancti, quæ sese probant per patientiam ac tolerantiam. ideo Scholiastes Syrus, ܗܘ [Syriac] *scilicet per patientiam probatur homo*. Neque repugnat quod Jac. 1. 3. contrario ordine legitur, *probationem fidei perficere patientiam*. Sicut enim fides gignit spem, & hæc vicissim illam fulcit ac sustinet, sic probatio fidei in afflictionibus efficit patientiam, & hæc vicissim probatam reddit fidem.

Ἡ δὲ δοκιμὴ ἐλπίδα. Nam ut rectè hîc & perelegantèr Scholiastes Syrus, ܗܘ ܕܠܐ [Syriac] *qui non sperat, non tolerat*. Ex spe oritur tolerantia, & rursus ex tolerantia robur capit spes. dum enim constanter afflictiones perferentes, fidei nostræ auxiliique Spiritus Sancti experimentum capimus, probatio ea incrementum fidei dat.

VERS. 6. Ὄντων ἡμῶν ἀσθενῶν, rectè Beza, *quum essemus viribus destituti*. ausim vertere, *quum essemus mortui*. passim enim apud LXX. ἀσθενεῖν pro כשל *ruere*, *labi* usurpatur, etiam ubi gladio confossum & interemptum in terram concidere significat. ut ἀσθενήσουσι καὶ ἀπολοῦνται ἀπὸ προσώπου σου. Ps. 9. 3 καὶ ἀσθενήσει, καὶ πεσεῖται, καὶ οὐχ εὑρεθήσεται, Dan. 11. 19. καὶ ἀσθενήσουσιν ἐν ῥομφαίᾳ, ibid. 33. vide etiam vers. 41. item Ose. 14. 10. Zoph. 1. 3. & alibi. ubi pro *prorsus concidere & perire* usurpatur.

Κατὰ καιρὸν ὑπὲρ ἀσεβῶν ἀπέθανε. Optimè Cl. Beza vertit, *Tempore suo pro impiis mortuus est*. Hebraicè diceretur, בְּעִתּוֹ מֵת חֵלֶף רְשָׁעִים. sic Esai. 60. 22. אֲנִי יְהוָה בְּעִתָּהּ אֲחִישֶׁנָּה *Ego Dominus suo tempore accelerabo illud*, LXX Ἐγὼ κύριος κατὰ καιρὸν συνάξω αὐτούς. Sic apud eosdem Interpretes legas Job. 5. 26. Ἐλεύσῃ ἐν τάφῳ ὥσπερ σῖτος ὥριμος κατὰ καιρὸν θεριζόμενος, ἢ ὥσπερ θημωνία ἅλωνος καθ᾽ ὥραν συγκομισθεῖσα. ubi synonyma sunt κατὰ καιρὸν & καθ᾽ ὥραν, & significant *opportuno suo tempore*, vide & Job. 39. 21. & Num. 23. 23. Syrus & Arabs vertunt *in hoc tempore*, id est κατὰ τὸν καιρὸν τοῦτον.

VERS. 7. *Vix enim* ὑπὲρ δικαίου τὶς ἀποθανεῖται, *pro justo quis morietur*. Syrus ܡܛܠ ܪܫܝܥܐ ܐܢܫ ܡܐܬ *pro improbis morietur*. Junius, lege *pro justis* sive *legitimis*: nam hoc sonat vox רשמא, qua Syrus usus est. Librarii enim procul dubio affinitate & propinquitate vocis רשעא quæ proxime præcessit, decepti sunt. Hæc ille. quæ mihi sane probabilia non videntur. nam non præcessit רשעא, sed רשיעא, quod à רשמא facile est distinguere. deinde authorem desidero, cujus fide

fide רשמא designet *justos* sive *legitimos*. verbum רשם Syris est *signavit*, *designavit*, *destinavit*. inde fit רושמא *nota*, *signum*, *signaculum*. non tantum apud Syros, sed & passim in Thargum. ubi & רשמין *signa*, *signacula*. itaque non dubito quin retinenda sit lectio חלף רשיעיא, *pro improbis*. nam & Arabs habet دون الاشوار *loco malorum*, *pro malis*. unde autem ea orta sit lectio, quum apud Apost. sit ὑπὲρ δικαίου, aliorum sit judicium. Fortassis existimavit Syrus, quod video etiam Cl. Bezæ admodum probari, sic quam optimè omnia hujus argumenti, à comparatis sumpti, membra inter se congruere. quia vix evenit ut ultro quisquam pro scelerato quopiam vitam exponat: imo etiam raro, ut probi hominis causa mortis discrimen adire quispiam velit. At longè efficacius argumentum Apostoli arguit secundum receptam lectionem. non enim vult, vix evenire ut pro scelerato quisquam moriatur, sed id prorsus non evenire. vix evenire ut pro justo quis moriatur. quia autem *vix* non universaliter negat; causam addit cur ea vocula sit usus; *pro bono enim*, qui virtute sua amorem meretur, eâque utilis aliis esse potest (significat enim ἀγαθὸς etiam *utilis*) *audeat fortasse aliquis mori*. non plane negat, sed nec asseverat. in dubio tanquam rem difficillimam relinquit, quæque non nisi ab audaci animo sit profectura. ideo verbo τολμᾶν utitur. estque verissimum quod addit Scholiastes Syrus, ܒܥܣܩܐ ܓܝܪ ܡܒܣܐ ܐܢܫ ܥܠ ܡܘܬܐ *difficulter contemnit quis mortem*. quanti ergo amoris testimonium, quod Christus pro nobis impiis voluerit mori! pro τάχα Syr. habet ܛܟܐ, quod ex Græco ortum videtur, & à Scholiaste exponitur per ܟܒܪ *fortasse*.

VERS. 10. Κατηλλάγημεν τῷ θεῷ *reconciliati sumus Deo*. Syrus, ܐܬܪܥܝ ܥܡܢ ܐܠܗܐ *reconciliatus est nobiscum Deus*. non enim sensit, quod hodie hæretici, intelligi eam reconciliationem, qua nos vi regenerationis reddimur amantes Dei, sublatis inimicitiis, quibus ante, dominante peccato in Deum ferebamur: sed qua Deus, ante nobis ob peccata iratus, nobis jam placatus est.

VERS. 12. Διὰ τοῦτο, ὥσπερ δι' ἑνὸς ἀνθρώπου ἡ ἁμαρτία εἰς τὸν κόσμον εἰσῆλθε, καὶ διὰ τῆς ἁμαρτίας ὁ θάνατος, καὶ οὕτως εἰς πάντας ἀνθρώπους ὁ θάνατος διῆλθεν, ἐφ' ᾧ πάντες ἥμαρτον. Syrus & Arabs omiserunt διὰ τοῦτο. porro membrum hoc esse ἀνανταπόδοτον ait D. Beza in commentariis. nec aliter vertunt omnes interpretes: quia particulam καὶ quæ est ante οὕτως, volunt habere significationem copulæ *Et*. quum more Hebræorum dici possit redundare, & esse simpliciter ἀποδοτικὸν, vel docere membrum sequens respondere antecedenti, ac cum eo connexionem habere. Quod in secundis versuum membris usitatissimum est Hebræis. Sic itaque verto, *Propterea sicut per unum hominem peccatum in mundum intravit, & per peccatum mors: sic in omnes homines mors transivit, quia omnes peccarunt*. video & isthoc modo vertisse Arabem. Neque hîc inchoandam censeo comparationem inter primum Adamum & secundum: sed hæc cum præcedentibus connecto per διὰ τοῦτο, eodem sensu, quo cap. 11. 32. dicitur Deus omnes conclusisse sub peccato, ut omnium misereretur. Dixerat enim versu præcedenti, nos gloriari in Deo per Jesum Christum, per quem nunc reconciliationem accepimus. Et ut eam reconciliationem acciperemus, propterea, inquit, sicut per unum hominem peccatum & mors intrarunt in mundum, ita mors in omnes homines pertransiit, quia omnes peccarunt, ut ansa daretur Deo reconciliationem per Christum exhibendi. Et omnes quidem peccasse, probat v. sequenti, quia peccatum non cœperit à quo lex per Mosen data fuit, sed ab Adamo usque ad legem jam in mundo fuerit: atque inde sequatur, aliquam etiam tum legem fuisse, quia absque lege peccatum non imputatur, non habetur peccatum. At fuit imputatum, Regnavit enim mors ab Adamo usque ad Mosen, etiam in eos qui non peccarunt in similitudine transgressionis Adami, qui est typus futuri. Hîc jam incipit comparatio inter utrumque Adamum. primus, inquit, fuit typus secundi: At non se habet χάρισμα, sicut τὸ παράπτωμα &c. τοῦ καὶ autem superflui illustre exemplum extat Jac. 4. 15. ἐὰν ὁ Κύριος θελήσῃ καὶ ζήσωμεν, καὶ ποιήσομεν τοῦτο ἢ ἐκεῖνο. ubi Καὶ ante ποιήσομεν omnino παρέλκει, & solummodo notat membrum illud esse retributivum prioris, quod apud Belgas facit particula soo, & apud Arab. ف. Quod si cui hæc interpretatio non placeat, videat an ad evitandum hiatum, post διὰ τοῦτο in initio versus non posset subintelligi, ἐχεῖ, vel ἐστὶν ὥσπερ &c. *habet se* vel *est sicut* &c. id enim sæpe ante ὥσπερ subaudiendum, docent multa loca. ut Matth. 25. vers. 14. ὥσπερ γὰρ ἄνθρωπος ἀποδημῶν ἐκάλεσε τοὺς ἰδίους δούλους. Sensus est, Sic enim se habet adventus meus, sicut vir pere-

grè proficiſcens &c. eadem locutio eſt Marc. 13.34. vide & Rom. 15.3. Ita & hoc loco, Propterea ſic ſe habet reconciliatio, ſicut per unum hominem peccatum intravit &c. Experiamur aliter. διὰ τοῦτο accipi poteſt, ſicut Joan. 7.22. pro *propterea quod.* ſicut עַל כֵּן *propterea*, ſæpe valere *propterea quod*, iſthic probavimus. Hoc ſenſu cum præcedentibus optimè cohæret, Gloriamur in Jeſu Chriſto, per quem nacti ſumus reconciliationem, propterea quod, ſicut per unum hominem peccatum intravit in mundum, & per peccatum mors, ita in omnes homines mors pervaſit, quia omnes peccaverunt. Cauſa redditur, cur in reconciliatione Chriſti, gloriandi materiam habeamus, quia per Adamum & peccatum & mors in omnes pervaſerat. Libet autem quomodo Arabs verſum hunc reddiderit, proponere. وكما ان بانسان واحد دخلت الخطية العالم ودخل بالخطية الموت فكذلك عم الموت جميع الناس لانهم جميعا اخطوا الي ان فوضت سنة التوراة *& ſicut per hominem unum intravit peccatum in mundum, & intravit per peccatum mors, ſic morti obnoxii ſunt omnes homines, quia omnes peccarunt, uſque dum ſancita fuit lex.* avulſit ſcilicet à ſeq. verſu ἄχρι νόμου, abjecta particula γάρ. contra Græcorum exemplarium, Vulgati & Syri fidem.

VERS. 14. *Sed regnavit mors ab Adamo uſque ad Moſen*, ܗܢܘ ܡܘܬܐ ܕܚܛܝܬܐ *ſcilicet mors peccati*, inquit Scholiaſtes Syrus. Mortem ſpiritualem videtur intelligere. quod & ſequentia ejus planum faciunt. ܡܢ ܐܕܡ ܓܝܪ ܥܕܡܐ ܠܡܘܫܐ. ܓܠܝܐ ܗܘܬ ܒܥܠܡܐ ܫܘܠܛܢܗ ܕܣܛܢܐ. ܘܚܛܝܬܐ ܠܐ ܡܬܚܫܒܐ ܗܘܬ ܚܛܝܬܐ. ܡܛܠ ܕܠܐ ܗܘܐ ܢܡܘܣܐ. ܘܡܢ ܡܘܫܐ ܥܕܡܐ ܠܡܫܝܚܐ. ܒܙܒܢ ܓܠܝܐ ܗܘܬ ܘܒܙܒܢ ܟܣܝܐ. ܡܢ ܡܫܝܚܐ ܕܝܢ ܠܡܚܪܬܐ ܐܝܟ ܓܢܒܐ ܡܛܥܝܐ: *Ab Adamo enim uſque ad Moſen aperta fuit in mundo poteſtas Satanæ. & peccatum non reputatum fuit peccatum, quia non erat lex. At à Moſe uſque ad Chriſtum interdum aperta, interdum occulta fuit. à Chriſto autem uſque ad finem, inſtar furis ſeducit.* quæ quidem attuliſſe ſolùm, refutaſſe eſt. Sequitur, *Etiam ſuper eos qui non peccarunt in ſimilitudine* ܕܥܒܪ ܢܡܘܣܗ ܕܐܕܡ Boder. *tranſgreſſoris legis Odom ipſius.* atque ita interpolatam (ſed malè) invenies Tremellii verſionem in editione N. Teſt. Syriaci Cothenenſi. tranſgreſſor legis dicitur ܥܒܪ vel ܥܒܘܪ ܢܡܘܣܐ at ܥܒܪܐ ſubſtantivum eſt, & *tranſgreſſionem* ſignificat. ܥܒܪ ܢܡܘܣܐ tranſgreſſio legis, παράβασις. ut ſupra cap. 4. 15. Boder. & Tremel. rectè verterunt. Itaque & hîc vertendum, *In ſimilitudine tranſgreſſionis legis Adami.* quod periphraſticè expoſuit Tremel. *in ſimilitudine qua tranſgreſſus eſt legem Adam.* rectè. alii (inquit Junius) *legem ſuam, ſibi poſitam.* alius enim eſt in Adamo, & alius in poſteritate ejus tranſgreſſionis modus. Hæc ille. procul dubio quia Syrus dixit ܢܡܘܣܗ cum affixo. at vero affixum illud more Syrorum pleonaſticè refertur ad ſequens ܕܐܕܡ, nec alium poteſt habere ſenſum, quam qui eſt in verbis Pauli, ἐπὶ τῷ ὁμοιώματι τῆς παραβάσεως Ἀδάμ. At vero, *in ſimilitudine qua tranſgreſſus eſt legem ſuam Adam*, dicendum Syriacè ܒܕܡܘܬܐ ܕܗܘ ܥܒܪ ܢܡܘܣܗ ܐܕܡ quæ plurimum differunt ab iis quæ hîc occurrunt. Arabs habet, وايضا علي الذين لم يخطوا اثما حد في معصية ادم في ناموس موسي *etiam ſuper eos qui non peccarunt ſicut definitum eſt de tranſgreſſione Adami in lege Moſis.* non ſatis capio quid velit. niſi forte voluerit, in lege Moſis eſſe ὁμοίωμα τῆς παραβάσεως Ἀδάμ, quia ibi tanquam in effigie depictum ſit, quouſque ſe Adami peccatum extendat, quibus finibus ac limitibus contineatur. regnaſſe autem mortem etiam in eos qui ignoratis iſtis finibus peccarunt. Mentem Apoſtoli videtur Cl. Beza rectè expreſſiſſe.

Qui eſt typus τοῦ μέλλοντος. Beza, *ejus qui futurus erat.* eodem modo Syrus. Arabs, *ejus qui venturus erat poſt ipſum.* perſonam deſcribi recte intellexerunt.

VERS. 15. ἀλλ' οὐχ ὡς τὸ παράπτωμα, οὕτω καὶ τὸ χάρισμα. ad hæc Scholiaſtes Syrus, ܗܘ ܡܬܠ ܕܐܕܡ ܐܝܬܝ ܡܘܬܐ ܐܝܟ ܗܢܐ ܐܦ ܡܫܝܚܐ ܕܡܠܟܘܬܐ ܘܚܝܐ ܠܟܠܗ ܥܠܡܐ

ܘܠܒ̈ܬܪܝܐ ܐܘܬܪܬ. *Scilicet, quia peccatum Adami posteris nocuit, sed gratia Christi præcedentibus & posteris profuit.* Exiguum est quod dicit. Utinam, qui Scholia in hanc Epistolam aggressurus, Sanctum Johannem (Chrysostomum dicit) triginta duabus homiliis explicuisse eam dixit, Chrysostomum hîc aut legisset, aut laudare voluisset. aurea nobis, non tam plumbea dedisset. Sic enim Chrysostomus, ὃ λέγει, τοιοῦτόν ἐστιν. εἰ ἡ ἁμαρτία τοσοῦτον ἴσχυσε, καὶ ἀνθρώπου ἁμαρτία ἑνός· χάρις, καὶ θεοῦ χάρις, καὶ οὐ πατρὸς μόνον, ἀλλὰ καὶ υἱοῦ, πῶς οὐ περιέσται μειζόνως; πολλῷ γὰρ τοῦτο εὐλογώτερον. τὸ μὲν γὰρ ἕτερον κολάζεσθαι, οὐ σφόδρα δοκεῖ λόγον ἔχειν τὸ δὲ ἕτερον δι' ἕτερον σώζεσθαι, καὶ πρεπωδέστερον μᾶλλον καὶ εὐλογώτερον. εἰ τοίνυν ἐκεῖνο γέγονε, πολλῷ μᾶλλον τοῦτο. quibus verbis confert cum peccato gratiam, cum peccato hominis gratiam Dei, cum peccato unius hominis gratiam non tantum unius hominis Christi, sed & Dei Patris: ut sciamus, quantum gratia peccato, Deus homini, Deus Pater & homo Christus simul uni soli meroque homini præstant, tanto magis servare posse Dei per Christum gratiam, quam Adami lapsus potuerit perdere. Deinde effectus etiam peccati Adami, ac gratiæ Christi confert: quod inde mors, hinc salus ad alios manaverit, quorum hoc illo est longè rationi convenientius. Alterum enim propter alterum puniri, non admodum videtur rationi conveniens. at alterum propter alterum servari, decentius est & convenientius. si igitur illud contigit, quanto magis hoc sperandum? Quibus addo, hactenus etiam *morti* ex Adamo contractæ opponi τὴν περισσείαν *abundantiam gratiæ*, quod illa superari per gratiam, ac in vitam verti fidelibus potuerit, hæc autem superari & in mortem rursus verti nunquam possit.

VERS. 16. Καὶ οὐχ ὡς δι' ἑνὸς ἁμαρτήσαντος, τὸ δώρημα. Syrus vertit quasi legerunt, Καὶ οὐχ ὡς ἑνὸς ἁμάρτημα, τὸ δώρημα. At id ipsum, etsi paulo aliis verbis, dixit Apostolus vers. præcedenti. Videtur vidisse Syrus ellipsin, sed quomodo supplenda esset, non vidisse. nec juvat Arabs, qui longius etiam recedit. Vulgatus nihil supplet, itaque intelligi ejus mens nequit, nisi suppleas. Erasmus supplevit, *venerat mors*. Beza, *illud quod introiit*. Nos simpliciter verbum subst. ἐστί. *Et non, sicut est per unum qui peccavit, donum* est. id est, donum Christi non habet se, sicut se res habet per unum qui peccavit. similiter expono infra v. 18.

Ibidem, τὸ μὲν γὰρ κρῖμα ἐξ ἑνὸς εἰς κατάκριμα, τὸ δὲ χάρισμα ἐκ πολλῶν παραπτωμάτων εἰς δικαίωμα. Erasmus ἐξ ἑνὸς vertit, *ex uno* delicto, Beza, *ex uno* lapsu. Nos cum Syro & Arabe, *ex uno* nempe homine, de quo in initio versus, ὡς δι' ἑνὸς ἁμαρτήσαντος. Quum enim instituta inter primum Adamum ac secundum comparatione, undecies vocabulum ἑνὸς occurrat, ubique ad personam vel Adami vel Christi referendum arbitror. Et hoc quidem loco res ipsa id postulare videtur. quum enim propositio in initio versus sit, *non sicut est per unum qui peccavit, donum* est, requirit primum membrum, ut quomodo se res *per unum istum* habeat ostendatur. sic habet, inquit, *ut reatus ex uno sit ad condemnationem*. consentaneum est, ut hîc δι' ἑνὸς in propositione, & ἐξ ἑνὸς in probatione, eodem sensu sumantur. At inquiunt viri docti, Ratio oppositionis, & quod subjicitur ἐκ πολλῶν παραπτωμάτων *ex multis offensis* ostendunt, subaudiendum esse potius παραπτώματος. Fateor, si verba illa sic sunt transferenda, quomodo video constanter à Vulgato, Erasmo, Beza & Syro (Arabs omisit πολλῶν) translata esse. Sed moneo, transferri etiam posse, *ex multorum offensis*, atque id loco admodum quadrare. Reatus, inquit, venit ex uno, id est ex unius hominis delicto ad condemnationem: Gratia autem non ex unius, sed ex multorum hominum delictis ad justificationem. magna est condemnatio quam peperit unius hominis delictum. sed infinitis modis adaucta, quum infinitorum hominum delicta accessere. Hunc totum condemnationis cumulum, infinitis modis majorem, quam ex primi hominis delicto evaserat, tollit gratia. ergo non se habet donum, ut se res habet per unum qui peccaverat. Objectum hujus doni non hîc est hoc aut illud fidelium individuum, cui multa quidem peccata, sed tamen non nisi sua condonantur: verum totum Electorum genus in Christo comprehensum, sicut totum humanum genus in Adamo comprehensum est objectum reatus qui venit in omnes ad condemnationem. Sicut igitur ista condemnatio, quatenus ex unius delicto in omnes dimanavit, certam habet proportionem ad meritum delicti unius istius hominis, sic parem habet proportionem gratia qua condemnatio ista aboletur. Adde jam condemnationem, quam totum Electorum ac fidelium genus tot tantisque delictis contraxit, quam universam eadem gratia abolet, ibi demum apparet, quanto plus boni dederit unius gratia, quam dederat mali unius delictum. Lubet etiam observare, in primo membro ubi de

de reatu agitur, ἐξ ἑνὸς significare causam efficientem meritoriam: in altero ubi de gratia, ἐκ πολλῶν παραπτωμάτων terminum à quo. Gratia enim, quatenus fidelibus complexim in uno corpore sumptis confertur, procedit ex multorum offensis, tanquam è termino à quo, ad justificationem, tanquam ad terminum ad quem.

VERS. 17. Εἰ γὰρ τῷ τοῦ ἑνὸς παραπτώματι ὁ θάνατος ἐβασίλευσε διὰ τοῦ ἑνός. Beza edidit τῷ ἑνὶ παραπτώματι *per unum lapsum*. Atque ita se restituisse ait ex Claromontano Codice. Nolim uni Codici tantum fidei tributum contra reliquorum omnium fidem atque authoritatem, & contra lectionem quam Chrysostomus, Latinus Vulgatus, Syrus & Arabs constanter sunt secuti. Neque, si legas τῷ τοῦ ἑνὸς παραπτώματι, propterea redundabit prorsus διὰ τοῦ ἑνὸς quod sequitur. quod quum Syrus & Arabs quoque existimarent, omiserunt istud. utilissimam potius continet doctrinam, & quod in hoc Pauli negotio potissimum ad rem faciebat, proponit: quomodo scilicet factum, ut unius delicto mors regnaverit in omnes. id non per imitationem posterorum, sed per eundem illum unum, qui deliquerat, contigisse, sic ut delicti Adami reatus per eundem Adamum transfusus & propagatus sit in posteros, eousque ut & per eum mors regnaverit in cæteros. Si hoc, inquit, unus homo, sui unius delicto, per se unum & solum potuit, quanto magis unus Christus per abundantem illam gratiæ, quam v. præcedenti dixerat ex multorum delictis procedere ad justificationem, efficiet, ut qui illam fide recipiunt, in vita regnent? Verba Apostoli sunt, πολλῷ μᾶλλον οἱ τὴν περισσείαν τῆς χάριτος καὶ τῆς δωρεᾶς τῆς δικαιοσύνης λαμβάνοντες, &c. sic Chrysostomus etiam legit. sed in margine notatur, quosdam codices legere καὶ τῆς δικαιοσύνης. quam lectionem Vulgatus, Syrus & Arabs sunt secuti.

VERS. 18. Ἄρα οὖν ὡς δι' ἑνὸς παραπτώματος, εἰς πάντας ἀνθρώπους εἰς κατάκριμα, οὕτω καὶ δι' ἑνὸς δικαιώματος, εἰς πάντας ἀνθρώπους εἰς δικαίωσιν ζωῆς. Solus Beza, δι' ἑνὸς παραπτώματος vertit *per unum lapsum*. & δι' ἑνὸς δικαιώματος *per unam justificationem*. Reliqui Interpretes quos sæpe citamus, *per unius lapsum*, & *per unius justificationem*, aut potius *justitiam*. id laudamus. nec videmus, cur non Græcis respondeat ea interpretatio, neque ea tautologiam parit in vers. sequenti. præsertim si Ellipsin hujus versus commodè suppleas. Erasmus post παραπτώματος supplet *propagatur malum*, post δικαιώματος *propagatur bonum*. Beza priori loco, *reatus venit*: posteriori, *beneficium redundavit*. Syrus & Arabs nihil supplent, sed mutant constructionem, quasi legeretur κατάκριμά ἐστι εἰς πάντας ἀνθρώπους, & rursus, δικαίωσις ζωῆς ἐστι εἰς πάντας ἀνθρώπους. Nos existimamus, ut supra vers. 16. ita & hîc sufficere ut in utroque membro subintelligatur ἐστὶ vel ἔχει. Hoc modo, *Itaque sicut per unius delictum* res se habet *erga omnes homines ad condemnationem*, *ita per unius justitiam* res se habet *erga omnes homines ad justificationem vitæ*. cujus explicatio datur v. sequenti. Libet porro in gratiam Syrizantium observare, Syrum in initio versus habere ܐܟܘܬ ܗܟܝܠ ܕܡܛܠ ܣܟܠܘܬܐ ܕܚܕ *sicut ergo propter peccatum unius* &c. Ad quæ Tremel. in notis, Mutavimus, inquit, quod perperam scriptum erat אכונא (quod nihil significat) in איכנא, id est *sicut*. admissus autem est error, mutatione Jod in Zain, & transpositione, quamvis eodem modo legatur in Manuscripto. hæc ille. Sed perperam mutavit. rectè legitur. usitata Syris vox est ܐܟܘܬ ex ܟܘܬ *modus*, *species*, præposito Aleph euphonico cum Caph similitudinis ex Hebraismo, q. d. secundum modum, id est quemadmodum. sicut & ex ܚܕܐ *unum* fit eodem modo ܐܟܚܕܐ *secundum unum*, *simul*, *pariter*. habet autem ܐܟܘܬ post se ܕ, cum quo ad verbum denotat *secundum modum quo*, id est quemadmodum. Unde liquet, quænam sit sæpe variantium lectionem causa. nimirum mutatio, quem lectorum aut interpretum imperitia peperit.

VERS. 19. Κατεστάθησαν. Sic Syrus quoque & Arabs, item Chrysostomus legerunt. Erasmus tamen legit κατεστάθημεν.

VERS. 20. Νόμος δὲ παρεισῆλθεν, ἵνα πλεονάσῃ τὸ παράπτωμα. Syrus & Arabs simpliciter, *Lex autem intravit*. est enim & alibi, ubi παρὰ & εἰς cum verbis sic componuntur, ut παρὰ nihil novi significet, sed significationem τοῦ εἰς solummodo augeat. sic παρεισενεγκεῖν usurpatur 2 Petr. 1. 5. Erasmus, *Lex obiter subiit*. neque explicat in notis, quid per *obiter* sibi velit. Fortasse idem voluit quod Chrysostomus, qui ad hoc verbum sic commentatur: διὰ τί δὲ οὐκ εἶπε, νόμος ἐδόθη, ἀλλά, νόμος δὲ παρεισῆλθε; πρόσκαιρον αὐτοῦ δεικνὺς τὴν χρείαν οὖσαν, καὶ οὐ κυρίαν οὐδὲ προηγουμένην. *Quare non dixit*, *lex*

lex data est, sed, lex autem παρεισῆλθε? *quia indicare voluit, temporarium tantum esse legis usum, non autem autoritatis neque primariæ potestatis.* quod pergit ex loco ad Gal. 3. 23. probare, ubi lex dicitur conclusos custodivisse usque ad fidem revelandam. At præterquam quod perpetuus sit usus legis, augere peccatum, nisi quis Spiritu Christi regeneretur, non videtur vis verbi παρεισελθεῖν esse ut temporarium introitum significet. Beza, *Lex vero præterea introiit*, id est, inquit, accessit ad morbum illum quo laborabant omnes homines, unius peccato contaminati. Sed neque illa videtur esse genuina verbi significatio. Suidas ait, παρεισελθεῖν esse τὸ μεθ' ἄλλου πλαγιάσαντος συνεισελθεῖν, *cum alioqui oblique venit una intrare.* ἐλθεῖν autem esse, τὸ γυμνῇ τῇ παρρησίᾳ χρήσασθαι, *nuda dicendi libertate uti.* & hoc voluisse Apostolum, quum dixit, παρεισῆλθεν ὁ νόμος. Non videtur ad publicam legis Mosaicæ lationem hæc retulisse, quæ palam facta est, & ubi ἡ γυμνὴ παρρησία *nuda dicendi libertas* quam maximè viget: sed ad generalem omnibusque seculis communem legis usum, quo peccatorem urget, premit, accusat, damnat. Hactenus enim vere dicitur, simulac peccatum oblique intravit in mundum, una cum peccato irrepsit clam jus, autoritas ac dominium legis, & tacente etiam lege, nec quicquam palam dicente, servus legis factus est peccator, idque ut justo Dei judicio per dominium legis augeretur peccatum. Quicquid sit, Suidas verbum illud *irrependi* significationem habere existimavit. ut & procul dubio Vulgatus, qui propterea *subintravit* vertit. Ita sane accipiendum est Gal. 2. 4. οἵτινες παρεισῆλθον *qui irrepserunt.* de falsis fratribus agitur, qui ibidem παρείσακτοι *irreptitii* dicuntur. nec aliam apud Lexicographos hujus verbi significationem reperimus, qui per παρεισιέναι & παρεισδύειν interpretantur. neque aliena mihi ab hoc loco esse videtur. Etsi enim, quod verè Cl. Beza dicit, lex Mosis publicè tantis cum ceremoniis rogata & accepta sit, si tamen hominum studia spectes, quibus tale frœnum minimè exspectantibus, sed audacter lascivientibus, & intrepidè desideriis suis indulgentibus, lex data est subito, reprimens, prohibens, minitans, urgens, impellens, damnans longe aliud cogitantes, jure maximo subintrasse in mundum, & hominibus obrepsisse, ac quasi subreptitiè peccata eorum subiisse dici potest. Adde quod clandestina quædam & subreptitia vis legis est, ut, quod minime ab ea exspectandum videbatur, peccatum eâ adaugeatur. Juvat autem hîc ad illud Apostoli ἵνα πλεονάσῃ, &c. audire Chrysostomum. Τὸ δὲ ἵνα, inquit, ἐνταῦθα οὐκ αἰτιολογίας πάλιν, ἀλλ' ἐκβάσεώς ἐστιν. οὐ γὰρ διὰ τοῦτο ἐδόθη, ἵνα πλεονάσῃ, ἀλλ' ἐδόθη μὲν ὥστε μειῶσαι καὶ ἀνελεῖν τὸ παράπτωμα. ἐξέβη δὲ τοὐναντίον, οὐ παρὰ τὴν τοῦ νόμου φύσιν, ἀλλὰ παρὰ τὴν τῶν δεξαμένων ῥᾳθυμίαν. *Illud ἵνα id est ut, non hîc causam dicit sed eventum. non enim in id data est ut abundet peccatum. Sed data est ut minueret & auferret delictum: contrarium autem evenit, non ex natura legis, sed ex recipientium inertia.* Eadem hæc in sua transtulit Scholiastes Syrus. Ubi laudandum sane, quod per accidens legi tribui dicat, quod ex ea augeatur malum, idque non naturæ legis, sed hominum inertiæ ascribendum. Inde tamen non sequitur, particulam ἵνα hîc nihil præter eventum denotare. Lex enim non tantum ut boni Dei, justitiæ regulam præscribentis, sed & ut irati judicis peccata ulciscentis, instrumentum considerandа est, quo respectu iram operari dicta est, Rom. 4. vers. 15. atque hoc eodem respectu officium legis est peccatum augere. quod etsi ex malitia hominum proveniat, lex tamen non est ibi otiosa, sed suam vim malitiæ hominum ita applicat, ut & lex per malitiam, & malitia per legem peccatum adaugeat. unde illa Apostoli Rom. 7. *Passiones peccatorum per legem efficaces sunt.* vers. 5. *Peccatum per legem operatur omnem concupiscentiam* vers. 8. *per legem decepit me.* vers. 11. *factum est supra modum peccans per mandatum.* vers. 13. neque facile admiserim quod dixit, *legem datam esse ut minueret & aboleret peccatum.* Fateor datam ut omne prorsus peccatum prohibeat, nec ullum omnino admitti sinat. Sed ut admissum minuat aboleatve, id vero supra legis vires est, adeoque in eum finem data peccatori esse nequit. *non est data lex quæ possit vivificare*, Gal. 3. 21. Id totum gratiæ est. Lex, fateor, in fidelibus ac regenitis minuit peccatum, verùm id non à se habet, sed ab accedente Spiritu regenerationis, cui lex in hoc opere ancillatur, estque ejus instrumentum, quod à principali illo agente supra insitam sibi virtutem elevatur. Sine eo lex auget potius peccatum, quam minuit.

οὗ δὲ ἐπλεόνασεν ἡ ἁμαρτία, ὑπερεπερίσσευσεν ἡ χάρις. Annotat Scholiastes Syrus, ܗ̄ ܠܘܬ ܥܡ̈ܡܐ ܚܢ̈ܦܐ, *scilicet apud Gentes profanas*, Alienum id est à scopo Apostoli, qui hîc non intendit, gratiam Dei commendare erga Gentes, quod apud eas abundarit magis

gis peccatum quam apud Judæos, ſed oſtendere in genere, quanto peccatum Adami & legem Moſis ſuperet gratia Christi. Peccatum Adami introduxit mortem & condemnationem. auxit peccatum & condemnationem Lex, attamen ſuper hæc omnia abundavit gratia.

Cap. VI.

Vers. 4. Διὰ τῆς δόξης τοῦ πατρός. Inter Interpretes quos citare ſolemus, ſolus Beza vertit, *In gloriam Patris.* quod enim hæc Syri ܒܫܘܒܚܐ ܕܐܒܘܗܝ Tremel. verterit *in gloriam patris ſui*, perperam factum. verte, *per gloriam patris ſui.* alterum diceretur ܠܫܘܒܚܐ. ſicut Phil. 2. verſ. 11. ܠܫܘܒܚܗ ܕܐܠܗܐ ܐܒܘܗܝ εἰς δόξαν θεοῦ πατρός. διὰ autem pro εἰς uſurpari, nondum didicimus. At quid hoc eſt, *per gloriam Patris?* eſt, per potentiam Patris. didicit hoc Apoſtolus ex LXX. Interpretibus, qui pro עוז *robur* dicunt δόξα, Pſal. 68. 35. Eſai. 12. 2. & 45. 24. item τιμή, Pſal. 29. 2. & 96. 7. & 99. 3. rurſus δόξα pro און *robur*, Eſai. 40. 26. & pro תועפות *fortitudines*, Num. 23. 2. & 24. 8. ſicut contra pro גאון *excellentia*, quod per δόξαν non raro vertunt, alibi ἰσχὺ *robur* dixerunt. ut Eſai. 2. 10. 19. 21. Et ne cui mirum videatur roboris ac gloriæ ſignificationes confundi, moneo apud Arabes verbum عزّ, quod eſt Hebr. עוז, non modo *potentem ac fortem eſſe*, ſed etiam *dignitate præditum*, *præſtantem*, *excellentem*, *honoratum eſſe* denotare, & opponi τῷ ذلّ *vilem*, *abjectum*, *contemptum eſſe*, ut apud Ali in litera ذ، ذليل الخلق عزيز عند الله *Qui contemptus eſt apud homines, in honore eſt apud Deum*, jungi ergo poſſunt ſignificationes, ut per δόξαν *excellens*, *præſtans ac glorioſa potentia* denotetur.

Vers. 5. *Si enim complantati fuimus ſimilitudini mortis ejus*, ἀλλὰ καὶ τῆς ἀναστάσεως ἐσόμεθα. Eraſmus & Beza, *nimirum & reſurrectionis erimus.* Vulgatus, *ſimul & reſurrectionis erimus.* quaſi legiſſet ἅμα καὶ. quæ lectio Cl. Bezæ non diſplicet. ut ſcilicet ἀλλὰ dicatur irrepſiſſe pro ἅμα. Nolim id ſuſpicari, quum nulli codices id arguant. præſertim quum conſtet ἀλλὰ non ſemper eſſe adverſativum, ſed & confirmativum, pro *utique, equidem.* Ut Joh. 16. 2: Ἀποσυναγώγους ποιήσουσιν ὑμᾶς. ἀλλ᾽ ἔρχεται ὥρα, ἵνα &c. *Ex Synagoga ejicient vos. utique venit hora* &c. ſic hoc quoque loco verto, *utique & reſurrectionis erimus.* Notum eſt Hebræorum כִּי, præterquam quod propriè cauſalis ſit particula, interdum affirmare ut *equidem*, interdum adverſari ut *ſed*. non mirum ergo, ſi ex Hebraiſmo, ἀλλὰ etiam non tantum adverſatur, ſed & affirmat. quamobrem & pro אָכֵן *ſanè, utique*, LXX. dixerunt ἀλλὰ, Joh. 32. 8. Syrus pro ἀλλὰ hîc apud Paulum habet ܗܟܢܐ *ſic.* ut & Arabs كذلك *ſimiliter* id eſt οὕτως.

Vers. 7. Δεδικαίωται ἀπὸ τῆς ἁμαρτίας. Beza, *liberatus eſt à peccato.* ſic & Syrus ܐܬܚܪܪ. & Arabs تحرّر. Id ipſum eſt quod Petrus dixit 1 Epiſt. 4. 1. ὁ παθὼν ἐν σαρκὶ, πέπαυται ἁμαρτίας. Fateor tamen perplacere mihi Vulgatum, qui ad verbum vertit, *Iuſtificatus eſt à peccato.* & quidem in mente habuiſſe Apoſtolum puto, quod Syri dicerent ܐܙܕܟܝ ܡܢ ܚܛܝܬܐ. apud Hebræos זכה eſt *mundum, purum, innocentem, juſtum eſſe.* Similiter apud Syros, apud quos etiam *vincere* ſignificat, & propriè de eo, qui in judicio mundus ab impacto crimine & juſtus declaratus, vincit adverſarium. inde ܙܟܘܬܐ δικαίωσις *juſtificatio*, Rom. 5. 18. & νίκη *victoria*, Luc. 1. 51. ܙܟܝܐ ἀθῷος *innocens*, Mat. 27. 4. & *victor*, ubique apud Syros. ܙܟܝ in 2 Conjug. *mundavit, purgavit, juſtificavit, vincere fecit.* Senſum ergo eſſe puto, Qui mortuus eſt, ab ipſo judice Deo ita declaratus eſt mundus ac juſtus à peccato, ut vicerit peccatum. abſit ergo ut idem ſuccumbat peccato, quaſi reus & victus. Qui vivit adhuc peccato, accuſari jure poteſt, quod & ipſe peccati ſervus, & peccatum dominus ejus ſit. At qui regenitus per Spiritum S. & mortuus peccato in Christo eſt, juſtificatur ab illa accuſatione & abſolvitur, quippe qui probare poteſt, non ſibi amplius peccatum, ſed ſe peccato dominari. alia hæc eſt juſtificatio, quam quæ in remiſſione peccatorum conſiſtit. de quo plura qui vult, videat infra ad Rom. 8. 4.

Vers. 12. Εἰς τὸ ὑπακούειν αὐτῇ ἐν ταῖς ἐπιθυμίαις αὐτοῦ. Vulgatus, Syrus & Arabs non videntur legiſſe αὐτῇ ἐν.

Vers. 17. *Obedivistis ei formæ doctrinæ*, εἰς ὃν παρεδόθητε *in quam traditi eſtis*, quod Syrus

rus eodem ſenſu dixit ܐܢܬܘܢ ܡܫܠܡܝܢ ܗܘܝܬܘܢ Arabs eodem quoque ſenſu & eadem radice cum Syro, الذي اسلمتم له. ubi tamen monemus, verti id ſimpliciter poſſe, *cui credidiſtis.* nam اسلم, quod 4 conjugationis eſt ſive hiphil, propriè eſt *tradere*, ut & apud Syros. deinde peculiariter uſurpatur pro *tradere ſe Deo*, id eſt credere. Et quia Muhammedani exiſtimant, ſolos ſe vere credere & Deo eſſe traditos, ſpecialiter dicitur de eo qui religionem Muhammedicam eſt amplexus. inde paſſim in hiſtoria Elmacini. هو أسلم *ille tradidit*, id eſt credidit, factus eſt Muhammedanus, مسلم Muſlimus *tradens, credens* id eſt Muhammanus, اسلام Iſlamiſmus; *traditio, deditio, fides, religio Muhamedica.* id plane convenire cum phraſi Apoſtolica, nemo non videt.

VERS. 19. Ἀνθρώπινον λέγω. Beza, *humano more loquor*, id eſt κατ᾽ ἄνθρωπον λαλῶ. Vulgatus ad verbum, *Humanum dico.* non imperitè, ſi rectè intelligatur, nempe quod humanum eſt, è medio hominum petitum, adeoque non uſque adeo arduum, quum humana mente capi poſſit. Sic Syrum accipio, qui dixit, ܐܝܟ ܕܒܒܢܝ ܐܢܫܐ ܐܡܪ ܐܢܐ Tremel. *Tanquam inter filios hominis loquor.* Malim, *ſecundum quod inter homines eſt dico.* non, *loquor:* id enim ܡܡܠܠ ܐܢܐ dixiſſet Syrus. Arabs Syrum explicat واقول كما يقال بين الناس *& dico ſicut vulgo dicitur inter homines.* Retulerunt autem hæc Syrus & Arabs ad ſequentia, ut & Cl. Beza, qui ὥσπερ γὰρ παρεστήσατε vertit, *nempe ſicut ſtitiſtis.* Sic & Syrum verto, ܐܝܟ ܡܐ ܕܐܩܝܡܬܘܢ ܗܕܡܝܟܘܢ ܠܡܫܡܫܘ *Nempe ſicut paraſtis membra veſtra, &c.* ܗܟܢܐ ܐܦ ܗܫܐ ܐܩܝܡܘ *ita nunc etiam parate.* pro quo Tremel. *ut ſicut accommodaſtis &c. ita nunc etiam accommodetis.* ea constructio non ܐܩܝܡܘ ſed ܕܬܩܝܡܘܢ poſtulaſſet. ܕ quod τῷ ܐܝܟ ܡܐ præfigitur, non eſt conjunctio *ut*, ſed, ut poſt verba dicendi ſolet, exprimit id ipſum, quod propter infirmitatem carnis ipſorum ex hominum uſu petitum dicere pergit.

VERS. 21. Τίνα οὖν καρπὸν εἴχετε τότε ἐφ᾽ οἷς νῦν ἐπαισχύνεσθε; Syrus aliter diſtinxit. interrogationem poſuit poſt τότε. reliqua pro reſponſione accepit, hoc modo, *Et quem fructum habuiſtis tunc?* quæ ſequuntur, ſunt, inquit Scholiaſtes Syrus ܦܘܢܝ ܦܬܓܡܐ ܕܩܕܡܘܗܝ *reſponſio præcedentis, de quo hodiè erubeſcitis*, quod moneo, quia aliter tranſtulit Tremellius.

VERS. 23. Τὰ γὰρ ὀψώνια τῆς ἁμαρτίας θάνατος. Vulg. & Beza, *Stipendia enim peccati mors.* eo ſenſu ὀψώνια capitur Luc. 3. 14. & 1 Cor. 9. 7. nempe pro ſtipendio militum. Syrus vertit ܐܦܣܢܝܐ pro quo Tremellius *ſtipendium.* Boderianus in Pariſ. *merces.* verto, *quæſtus*, ſive *lucrum.* id enim eſſe ܐܦܣܢܝܐ docuimus Luc. 12. 58. atque idem Arabicum تجارة quo hìc Interpres uſus eſt. Hezychius ὀψώνιον, δαπάνη, κέρδος, *ſumptus, lucrum.* Suidas, ὀψώνια, κέρδη *lucra.* Talmudicis uſitatum eſt אפסניא, & interdum tranſpoſitis literis אספניא pro ſtipendio. ut quum tractatu Sanhedi. c. 2. præceptum illud Regi datum Deut. 17. verſ. 17. כֶּסֶף וְזָהָב לֹא יַרְבֶּה לּוֹ: *aurum & argentum ne multiplicet ſibi*, explicat אלא כדי ליתן אספניא *niſi ut habeat unde det ſtipendia.*

CAP. VII.

VERS. 1. *Lex dominatur homini* ἐφ᾽ ὅσον χρόνον ζῇ, Eraſ. *quoad ea vixerit*, nempe lex. Rectè. Beza, *quoad ipſe vixerit*, nempe homo. poteſt autem, inquit, iſtud intelligi, ſive de eo qui dominatur, ut qui mortuus dominari deſinat, ſive de eo qui dominanti ſubjicitur, qui & ipſe mortuus ſubjici deſinit. At vero nullius perſonæ dominantis expreſſa fit mentio in hoc verſu, ſed tantum legis. adeoque ipſa Syntaxis cogit, illud *ipſe*, quod inſeruit, non alio quam ad eum referre qui dominanti legi ſubjicitur. Id autem non videtur cum mente Apoſtoli congruere. Quod ſequens ſimilitudo (ſecus quam doctiſſ. vir exiſtimat) meo quidem judicio omnino evincit. Similitudo adducitur Mariti & uxoris. ubi non dicitur uxor obſtricta marito, quod ipſa vivit, nec mortua liberari, ſed obſtricta, quoad maritus vivit, eo autem mortuo liberari. & unde? à lege mariti v. 2. & 3. ſive ergo maritum dicas,

dicas, sive legem mariti, idem dicis in hoc argumento. dum vivit maritus, vivit lex ejus in uxorem. moriente eo, moritur ista, quia non est devincta viro nisi per legem, vers. 2. quamobrem loco personæ dominantis ipsam legem dixit vers. 1. quam dominari vult homini, quoad ipsa vivit, quod perinde est ac si dixisset, eum qui lege munitus est dominari subditis, quoad ipse vivit. Idemque confirmat apodosis, in qua non urget Apostolus, nos à priori marito esse liberos, quod nos mortui simus, sed quod ille mortuus sit, adeoque sine ulla suspicione adulterii alteri nubere licuerit, nempe Christo: nec esse jam præter hunc maritum alium, qui juris quippiam vindicare in nos queat. Nec obstat, quod v. 6. dicat, καὶ ὑμεῖς ἐθανατώθητε τῷ νόμῳ. Si enim sensus esset, vos superstite lege estis mortui, quasi superstite marito moreretur uxor, irrita redderetur tota similitudo. Mens ergo est, mortua lege vos quoque ejus potestati estis mortificati, id est, ab ea liberati. eodem sensu quo vers. 6. dicit, κατηργήθημεν ἀπὸ τοῦ νόμου *aboliti sumus*, vel *irriti facti à lege*, scilicet ratione dominii quod in nos ante exercebat, jam autem plane est abolitum. Quod ut rectius intelligatur, inquirendum, uter fuerit prior noster maritus, peccatum an lex. respondeo, nec peccatum solum, nec lex sola, sed peccatum cum lege & per legem. Sicut enim in carnali conjugio tria observavit Apostolus, 1. Maritum, 2. uxorem. 3. legem maritalem, id est divinum jus quo marito data est autoritas in uxorem: sic in priori nostro spirituali conjugio tria statuenda, 1. Peccatum. 2. homo irregenitus. 3. lex Dei tam moralis quam ceremonialis, & præcipuè moralis, à qua peccatum omnem suam vim habet in hominem. Sicut enim supra c. 5. 13. docuit, τὴν ἁμαρτίαν οὐκ ἐλλογεῖσθαι, μὴ ὄντος νόμου, *peccatum non imputari, ubi lex non est*, ita hîc cap. 7. dicit τὰ παθήματα τῶν ἁμαρτιῶν *affectus peccatorum* esse διὰ τοῦ νόμου *per legem*, v. 5. *peccatum non cognosci nisi per legem*, v. 7. *peccatum occasionem sumere ex mandato*, v. 8. *absque lege peccatum esse mortuum* v. 9. *per legem autem occidere*, v. 11. *& fieri summè peccans per mandatum*, v. 13. Sicut ergo nihil potestatis in uxorem habet maritus, nisi vi legis maritalis: ac propterea, legem dominari homini idem est Apostolo v. 1. quod viro subjectam esse mulierem, v. 2. Ita nihil potestatis in hominem irregenitum habet peccatum, nisi vi legis divinæ, quæ propterea vocatur δύναμις τῆς ἁμαρτίας *potentia peccati*, 1 Cor. 15. v. 56. & *lex peccati*, Rom. 8. 2. coll. cum 3. idemque est, sive peccatum, sive legem dicas dominari irregenito. Et sicut mortuo marito, mortua quoque est lex maritalis, ideoque uxor libera, sic mortuo peccato mortua quoque est lex Dei, ideoque liberatus homo, ut nec sub peccato sit amplius, nec sub lege. At quomodo mortua, inquis, lex Dei, quum adhuc eâ teneamur? Respondeo, mortua est ratione dominii, quod antea peccatum per eam & ea per peccatum in nos exercebat. Jam enim in secundo nostro conjugio spirituali tria adsunt, superioribus plane adversa, 1. Christus. 2. homo regenitus. 3. Spiritus regenerationis, qui vice legis est, subjicientis nos Christo. atque inde illud, *lex Spiritus vitæ in Christo Iesu liberavit me à lege peccati & mortis*, Rom. 8. vers. 2. Lex itaque Decalogi pergit quidem nos obstringere, verum nulla maritali autoritate, non ut Dominus, sed ut ancilla Spiritus, ministrans Euangelio, & subserviens ministerio Spiritus. Ubicunque enim dominum ac maritum agit lex in peccatorem, operatur iram, auget peccatum, damnat, occidit. ubi vero Christus dominatur per suum Spiritum, ibi *lex est jugum leve*, Matth. 11. vers. 30. *præcepta ejus non sunt gravia*. 1 Joan. 5. 3. *testimonium dat justitiæ Dei per fidem Iesu Christi*. Rom. 3. 22. Atque huc pertinent, quæ Apostolus tradit 1 Tim. 1. 8. 9. 10. 11. ubi adversus legis doctores, qui legis justitiam urgebant inter Christianos, docet, *bonam esse legem, si quis legitimè ea utatur*. quomodo autem Christianus legitimè eâ utetur? εἰδὼς τοῦτο, ὅτι δικαίῳ νόμος οὐ κεῖται, *sciens hoc, justo legem non esse positam. sed exlegibus, inordinatis &c. & si quid aliud sanæ doctrinæ adversatur, secundum Euangelium gloriæ beati Dei.* Id est, si quis fidelis, justus in Christo per fidem, & interna quoque justitia donatus per regenerationem Spiritus, lege legitimè uti velit, sic ut bona sibi sit, hoc penitus scire debet, & exactè tenere, non esse sibi legem positam, quæ videlicet ut domina & magistra imperet, ut servum constringat, peccantem damnet, obedienti justitiam tribuat. Hoc jus & dominium in iniquos & injustos habet, qui quum sanæ doctrinæ Euangelii adversentur, adeoque Christi dominio non sunt subjecti, legis dominium agnoscere adhuc coguntur. Qui ergo sanæ doctrinæ Euangelii parent, bonam sibi faciunt & utilem legem, quum non operum, sed fidei legem sibi positam esse sciunt: operum autem lege utuntur tanquam fidei jam subjecta. nam ut

ut dixerat vers. 5. *Finis præcepti nunc est charitas ex fide non ficta.* Fides sanctificavit nobis & utilem reddidit legem, ut quum jam Deum proximumque ex sincera fide diligimus, sancta ea sit charitas, & legi probata, quam alioquin ob adhærentes defectus profanaret & damnaret. & id quidem est νομίμως νόμῳ χρᾶσθαι *legitimè lege uti.* quod frivoli illi νομοδιδάσκαλοι minimè intelligebant.

VERS. 4. Ἐθανατώθητε τῷ νόμῳ. Comparatio membrorum postulabat, ut diceretur potius, ἐθανατώθη ὑμῖν ὁ νόμος. Itaque existimant viri eruditi, Apostolum data opera voluisse exigua inversione deflectere asperioris verbi invidiam, ne Judæos offenderet, si dixisset, legem esse mortuam. At videntur mihi duæ istæ phrases idem prorsus valere. sicut, quum passim dicimur *mortui peccato*, idem est atque *peccatum mortuum esse nobis.* & pro eodem sumit Apostolus, *Mundus crucifixus est mihi, & ego mundo*, Gal. 6. vers. 14. Ita idem est, *vos mortui estis legi*, & *lex mortua est vobis.* Qui dicit, mortuos nos esse legi, peccato, & mundo, dicit nos à dominio illarum rerum esse liberatos. Qui dicit legem, peccatum & mundum, esse mortua nobis, dicit, res istas amisisse dominium suum in nos. Hinc illud *mortuum esse* exponitur per *liberatum esse*, Rom. 6. vers. 18. & 8. 2. *erutum esse*, Gal. 1. 4. *non subesse.* Rom. 6. vers. 14.

VERS. 6. Νυνὶ δὲ κατηργήθημεν ἀπὸ τοῦ νόμου. Vulgatus, *Soluti sumus à lege.* Beza, *liberati sumus.* Alii *evacuati sumus.* quomodo & Vulgatus reddidit Gal. 5. vers. 4. Optimè Syr. ܐܶܬܒܰܛܰܠܢ, quod minus apposite Tremellius *soluti sumus.* melius Boderianus in interlineari versione *cessamus à lege.* propriè *otiosi facti sumus*, vel *cessare*, *abstinere facti sumus à lege.* exposuit propriam significationem verbi καταργεῖν, quod ad personam relatum denotat, *facere aliquem* ἀργὸν *otiosum*, *cessantem & abstinentem à labore.* Sic Hellenistæ Esr. 4. 21. 23. & 5. 5. & 6. 8. ubi hostes Judæorum jubentur cogere eos ut cessent ab exstruenda Hierosolyma, vocant eam actionem καταργῆσαι τοὺς ἄνδρας, Chaldaicè לְבַטָּלָא גֻבְרַיָּא. Sic hoc loco, κατηργήθημεν ἀπὸ τοῦ νόμου, id est, in eum statum redacti sumus, ut otiari nobis à lege liceat, quippe cum qua nihil deinceps nobis sit negocii. q. d. ἡ χάρις τοῦ Χριστοῦ κατήργησεν ἡμᾶς ἀπὸ τοῦ νόμου, *gratia Christi fecit nos cessare à lege*, ut deinceps cum Christo novo marito, non cum lege nobis res sit. sicut contra Gal. 5. vers. 4. *Qui in lege justificari vultis*, κατηργήθητε ἀπὸ τοῦ Χριστοῦ, *cessare facti estis à Christo*, ita ut nihil rei vobis sit cum ipso, quandoquidem legi, antiquo marito, vos subjicitis, & cum ea agere vultis. Quicunque agit cum lege, otiatur à Christo, qui agit cum Christo, otiatur à lege. quò respexisse videtur Arabs, quando vertit قد دوينا من اعمال الناموس *immunes facti sumus ab operibus legis.* Scholiastes Syrus, *à lege* ܗ̄ ܕܥܬܝܩܬܐ *scilicet veteri. ut serviamus deinceps in novitate Spiritus*, ܗ̄ ܕܢܡܘܣܐ ܚܕܬܐ ܘܪܘܚܢܝܬܐ *id est in lege nova & spirituali* Si per legem veterem intelligit veterem legis administrationem, qualis ante Christum fuit, per novam & spiritualem autem, eandem legem moralem, quæ amisso maritali dominio ancillatur gratiæ Spiritus, non male sensit.

Sequitur in eodem versu, ἀποθανόντος ἐν ᾧ κατειχόμεθα. ita solus legit Beza. quem virum, etsi ob insignem eruditionem pietatemque maximopere colamus, quod hîc tamen in sacris commisit, laudare aut ferre, religio est. fatetur Græcos summo consensu legere ἀποθανόντες. quibus addo Syrum & Arabem. sed ex Erasmo citat, Chrysostomum legisse ἀποθανόντος, idque interpretationem ipsam comprobare: etsi agnoscat excusa exemplaria repugnare. Saviliana certè editio habet ἀποθανόντες, nulla annotata variante lectione. neque ex ipsa interpretatione Chrysostomi aliter eum legisse necessario colligitur. audiamus eum. Καὶ πῶς ἡμεῖς κατηργήθημεν; τοῦ κατεχομένου ὑπὸ τῆς ἁμαρτίας ἀνθρώπου παλαιοῦ ἀποθανόντος καὶ ταφέντος. τοῦτο γὰρ ἐδήλωσεν εἰπών, Ἀποθανόντες ἐν ᾧ κατειχόμεθα. ὡσανεὶ ἔλεγεν, ὁ δεσμὸς δι' οὗ κατειχόμεθα ἐνεκρώθη καὶ διεῤῥύη, ὥστε τὸ κατέχοντα μηδὲν κατέχειν λοιπόν, τουτέστι, τὴν ἁμαρτίαν. Legit ἀποθανόντες, sed idem hoc esse ait atque ἀποθανόντος τοῦ παλαιοῦ ἡμῶν ἀνθρώπου, quæ vera est & plana explicatio. *Liberati sumus à lege mortui*, id est mortuo vetere homine. respectu cujus autem mortuo? respectu peccati cujus vinculo vetus homo constrictus tenebatur. Quicquid sit, non tanti nobis debet esse Chrysostomi interpretatio, ut ejus gratia contra omnium codicum fidem quicquam in divinis immutemus. Legendum ergo ἀποθανόντες. sed quid tandem est, ἀποθανόντες ἐν ᾧ κατειχόμεθα? Torserunt se hîc interpretes ob insolentiam phraseos. quam agnosco, si ἐν construatur cum κατειχόμεθα,

μεθα, at non, ſi cum ἀποθανόντες. quaſi ſcribatur, ἀποθανόντες ἐν ἐκείνῳ ᾧ κατειχόμεθα, *mortui in eo quo tenebamur*, id eſt ſecundum id, quoad id. ſicut ἐν σαρκὶ & κατὰ σάρκα περιπατεῖν paſſim pro eodem ſumitur ab Apoſtolo. atque ita ἐν denotat ſubjectum ſpiritualis mortificationis, ſive id quod per regenerationem mortificatur quæ eſt ipſiſſima lex carnis & peccati. eſtque ᾧ κατείχετο phraſis, qualis Johan. 5. 14. ᾧ δήποτε κατείχετο νοσήματι. Nec dubitarem Belgicè ad verbum vertere, **gheſtorven in het ghene / daermede wy gehouden waren.** Non diſſimilis eſt phraſis 1 Pet. 4. 1. ὁ παθὼν ἐν σαρκὶ, πέπαυται ἁμαρτίας. ſenſus eſt, qui paſſus eſt in carne, ſic ut ipſa caro paſſa ſit. ubi ſi pro ὁ παθὼν ſubſtituas (quod in negocio regenerationis idem eſt) ὁ ἀποθανὼν, qui mortuus eſt in carne, ſic ut ipſa caro mortua ſit, habens eandem ſententiam cum Paulo: *Mortui in eo quo tenebamur*, ſic ut id ipſum quo tenebamur mortuum ſit. Quod ſi omnino præpoſitio ἐν conſtruenda eſt cum κατειχόμεθα, potius quam legam ἀποθανόντος, vertam, *mortui in quo continebamur*, nempe in Chriſto. quum enim in ipſo ſimus electi, & ante jacta mundi fundamenta ipſi à Patre dati, merito in ipſo, etiam ante regenerationem, contenti fuiſſe dicimur: & quia contenti, in ipſo crucifixi, mortui, ſepulti & ſuſcitati. ſed præfero priorem ſententiam. quam & Syrus ſecutus vertit, *Et mortui ſumus ei qui detinebat nos*, nempe peccato. Arabs, *ab eo.*

Vers. 8. ἀφορμὴν δὲ λαβοῦσα ἁμαρτία διὰ τῆς ἐντολῆς. Syrus, Arabs & Beza expreſſerunt articulum τῆς, pro ταύτης, ut referatur ad mandatum illud, *Non concupiſces*. Vulgatus & Eraſmus generaliter acceperunt, ideoque non expreſſerunt. quod laudo. verſus enim ſequens clarè docet, νόμον & ἐντολὴν pro eodem ſumi. Neque propterea odioſam ταυτολογίαν habebit verſ. 12. Si enim tautologiæ vitium Scripturæ tribuendum, ubicunque occurit דבר אחד במלות שונות, ut loquitur paſſim R.D. Kimchi, id eſt, *res eadem diverſis verbis*, non dabuntur ineptiores authores propheta Davide, & Eſaia præſertim. Adde, quod magna hîc ſubeſſe cauſa videatur, cur nunc legis, nunc mandati vocabulo uſus ſit Paulus, quia nempe lex occaſionem peccato præbet peccandi magis, eo ipſo quod mandat & mandando peccatum irritat. Mandatum rurſus authoritatem habet adverſus peccatorem, quia legis mandatum eſt. ut non dubitem, quin *mandatum* collective de omnibus mandatis legis ſit accipiendum.

Vers. 9. χωρὶς γὰρ νόμου ἁμαρτία νεκρά. Rem hanc ſic capimus. Si lex ubi eam Adam eſt tranſgreſſus, fuiſſet abolita, non deſiiſſet quidem primum illud peccatum eſſe peccatum, ſed fuiſſe peccatum mortuum, quod nullum novum potuiſſet gignere. non enim habuiſſet, quod tranſgrederetur. At permanente lege, vixit peccatum, & nova produxit. habuit enim quod porro tranſgrederetur. & quum non poſſet non tranſgredi (non potuit enim aliud quam ſui ſimile producere) quo magis juſtitiæ vinculis à lege conſtringebatur, tanto ferociebat & ebulliebat magis, magiſque in homine vitam ſuam exerebat. Quia autem ab Adamo ad Moſem lex tantum fuit naturalis, adeoque languida, languida quoque fuit peccati vita, ut mortuum etiam tum cenſeri poſſit, ſi ad inſignes illas vires, &, ut ſic dicam, activitatem, quam ex perfectiſſima, ipſius Dei digito ſcripta, & per Moſem lata lege, peccatum accepit, comparetur. Ubi denuo notandum, quod & ſupra monuimus ex 1 Cor. 15. verſ. 56. *legem eſſe* δύναμιν *potentiam aut virtutem peccati.* Sicut enim lex autoritaſque mariti, eſt virtus ejus ac potentia, qua ſibi uxorem ſubjectam habet, ſic & lex Dei eſt virtus potentiaque & quaſi vita peccati, qua peccatum, nempe originalis corruptionis, ipſum hominem ſubditum ſibi & mancipatum habet. Et ſicut vir poteſtatem habet in uxorem, non ex eo quod homo eſt, ſed ex eo quod maritali lege atque autoritate eſt inſtructus: ita & originalis corruptio regnat in hominem, non ex eo quod peccatum eſt, ſed ex virtute legis divinæ, quæ juſto Dei judicio hominem corruptionis dominio ſubjecit. Poteſt enim eſſe corruptio, ut non regnet, veluti jam in fidelibus ac regenitis. quod ergo in irregenitis regnet, dominetur, & tanquam herus ſervo, maritus uxori imperet, à lege habet, quæ juſtum Dei judicium exequens, hominem primævo illi peccato, quæque inde fluxit corruptioni mancipavit. unde dixit ſupra Apoſtolus cap. 6. verſ. 15. dominari peccatum, quamdiu homo ſub lege eſt. Lex enim, quæ ante tranſgreſſionem inſtrumentum erat bonitatis divinæ, maritali quodam jure hominem benigno ſuo Creatori tanquam marito ſubjiciens, poſt tranſgreſſionem facta eſt inſtrumentum iræ & vindictæ divinæ, quæ retento quidem jure maritali, ſed diverſo plane exercitio, hominem qui à Deo ad peccatum defecerat, loco Dei peccato tanquam marito ſubjecit. Unde liquet, etſi peccatum à lege non habeat quod ſit peccatum (eſt e-

nim lex ſancta) quia tamen à lege habet dominium in hominem, à lege quoque habere, quod damnet hominem, quod vivat in homine, quodque ad nova indeſinenter & plura peccata, ſicut maritus uxorem ad opus, impellat ac protrudat. à lege, inquam, id habet, violationem ſui ulciſcente, & pœnæ loco primævum atque hæreditarium peccatum velut autorizante, ut herili dominio cupidines ſuas per hominem exequatur. non aliter quam ſupra c. 1. 24. à manu Dei, ingratas perfidasque gentes concupiſcentiis cordis ſui juſto judicio tradente, habuerunt, quod corpora ſua inter ſe fœdarint. ubi & legi ſuum fuit officium. Lex enim, quam ſcriptam in cordibus petulanter contempſerant, auxit peccato poteſtatem, ut crudeliorem deinceps maritum ageret, fieretque magis peccans. Quod plenius explicare viſum fuit, ut ſimul intelligatur, quo ſenſu ſupra verſ. 5. dixerit Apoſtolus, *affectus peccatorum fuiſſe per legem.* & infra verſ. 13. dicturus eſt, *peccatum fieri ſupra modum peccans per mandatum:* ſcilicet, non tantum per occaſionem quam peccatum capit ex lege, & mandato, ſed etiam per herilem poteſtatem quam lex peccato tribuit. Unde luculenter ſane liquet, quam deſperata nobis ſit legis juſtitia, quippe quæ peccati præſes facta poteſtatem ei in nos dedit, quam creſcentibus peccatis magis adauget.

VERS. 13. *Quod ergo bonum eſt, mihi factum eſt mors? abſit:* ἀλλ' ἡ ἁμαρτία, ἵνα φανῇ ἁμαρτία, διὰ τοῦ ἀγαθοῦ μοι κατεργαζομένη θάνατον. Syrus, [Syriac] diſtinxit ſic. *Sed peccatum, ut conſpiceretur quod peccatum eſſet, eſt id quod per bonum perfecit in me mortem.* Eraſmus & Beza diſtingunt poſt ἀλλ' ἡ ἁμαρτία *ſed peccatum*, ut ſubaudiatur, mors mihi factum eſt. deinde κατεργαζομένη conſtrunt cum φανῇ, participio Atticorum more pro Infinitivo poſito. hoc modo, *Ut appareat peccatum per bonum efficere mihi mortem.* tum demendum eſſet comma poſt ἵνα φανῇ ἁμαρτία. quod ne fiat, ſi omnino poſt ἀλλ' ἡ ἁμαρτία, ellipſin ſtatuere velis, ſic verterem: *ſed peccatum* factum eſt mihi mors, *ut appareret peccatum, per bonum mihi operans mortem.* id eſt, peccatum mihi verſum eſt in mortem, ut clarè appareret verè eſſe peccatum, quandoquidem per ipſum bonum operatur mortem. at ſentio cum iis qui vertunt, *ſed peccatum, ut appareret peccatum, per bonum mihi operatur mortem.* alii, *operatum eſt.* malim, *operabatur.* participium enim præſens valet etiam imperfectum. Scopus Apoſtoli eſt, juſtificare legem, damnare peccatum. cujus atrocitas, virulentia, & impudentia nuſquam magis quam hìc eſt conſpicua, quod, ne lateret, ſed palam conſpiceretur eſſe id quod eſt, nempe peccatum, non modo in legem peccavit, ſed occaſione ex mandato ſumpta, per ipſam legem peccavit, atque adeo per hoc quod bonum, juſtum & ſanctum eſt, mortem nobis peperit. Adeo ex diametro pugnant Deus & peccatum. Deus enim, ut appareat bonitas ejus ſumma, ſummo malo, peccatis nempe fidelium, abutimur ad odium peccati, mortificationemque veteris hominis in iis generandam. Peccatum contra, ut appareat ſumma ejus malitia, ſummo bono, ſanctiſſima nempe Dei lege, abutitur ad augendam pravitatem, & omnem vitam ſpiritualem hominibus adimendam. Ubi ſimul, quantum lex & gratia differant, conſpicitur. Lex enim, etſi ſancta, tueri ſe non potuit, quin violata à peccato, raperetur ab eo in uſum peccati & mortis. Gratiæ autem ea eſt poteſtas, ut omnem peccato vitam & poteſtatem adimens, ipſam legem, in eo etiam à quo violata eſt, juſtitiæ ac vitæ miniſtram faciat. Scholiaſtes Syrus illud *ut conſpiceretur quod peccatum eſſet*, ſic interpretatur [Syriac] *ne amplius ſpecie juſtitiæ uteretur.* Verùm non tam hìc indicari autumo, quid Deus intenderit per legem, nempe juſtitiæ ſpeciem peccato adimere, quam quid ipſum intenderit peccatum, ubi ipſa lege ad mortem efficiendam abuti auſum fuit, nempe ſeipſam manifeſtare, & regnum ſuum jactare. Et huc etiam pertinere quod ſequitur, ἵνα γένηται καθ' ὑπερβολὴν ἁμαρτωλὸς ἡ ἁμαρτία διὰ τῆς ἐντολῆς. Syrus, [Syriac] *ut magis (vel abundanter) condemnaretur peccatum per mandatum* retulit ἁμαρτωλὸς non ad culpam peccati, ſed ad reatum & pœnam. quaſi ad verbum Græca vertas, *ut redderetur, ſupra modum reum peccatum per mandatum.* dedecoroſum putavit eſſe legi, ſi per ejus mandatum dicatur peccatum fieri ſummè peccans. glorioſum contra, ſi per mandatum dicatur

catur peccatum pro meritis suis summè reum agi. Sed nihil periculi est, quandoquidem hic, non quis sit usus legis in se, sed quomodo ea peccatum abutatur, Apostolus intendat. Nescio autem, an satis rectè Cl. Beza ante ἵνα γένηται posuerit, *id est*, quasi exponat hîc quod modo dixerat. videtur potius innuere, quem finem intendat peccatum, ubi per legem mortem efficit, quorsum ipsa lege ad id utatur. nempe ut fieret summè peccans per mandatum. quum enim imperium arripuerit peccatum, aspirat, quæ indoles est omnium principum, ad fastigium imperii. Sicut itaque principes hoc agunt, ut hostium viribus in suam potestatem redactis, iis ipsis ad regni sui promotionem utantur, quo liberè, absque obstaculis, pro arbitrio soli regnent: sic peccatum, quum præter legem Dei hostem alium non haberet, ipsius legis potestatem in usum suum convertit. adeo ut, quo magis homines justitiam in lege quærunt, tanto majores fiant peccatores. peccato per ipsam legem vires suas augente, ut ad summam nec ullis repagulis repressam peccandi libertatem & audaciam assurgat. Arabs, cui durissima hæc omnia, & prorsus declinanda visa sunt, mire omnia interpolavit. sic enim habet ولان الخطية حين عرفت انها خطية صيرتني لكثرة الموت ولكن ذلك شعبا للخطية بالوصية, *sed peccatum, quando cognitum fuit esse peccatum, habitare in me fecit multitudinem mortis: & hæc fuit dominatio peccati per mandatum.*

VERS. 14. Πεπραμένος ὑπὸ τὴν ἁμαρτίαν. Syrus, *venditus peccato*, τῇ ἁμαρτίᾳ. sic & Arabs, verum addit expositionis gratia, *in carne*. Beza, *venditus ut subjicerer peccato.* Malim ad verbum cum Vulgato, *venundatus sub peccato.* id est, constitutus sub potestate peccati instar venundati mancipii, quod jure emtionis, sub potestate emptoris est. nihil deest, nisi quod *venundatus* ponatur pro *per venditionem constititus*, ex antecedente intellecto consequente, more Hebræis familiarissimo. Scholiastes Syrus satis dilutè ait, causam dicti esse, ܒܗܘ ܕܒܪܢܫܐ ܐܢܐ ܚܫܘܫܐ ܘܪܕܐ ܠܪ̈ܓܝܓܬܐ ܐܢܐ *propterea quod homo sum passionibus obnoxius, proclivis ad concupiscentias.* non satis mancipationem illam expressit.

VERS. 18. *Novi enim non habitare in me (id est carne mea) bonum. nam velle adiacet mihi, perficere autem bonum, non invenio.* Si, quod inferre conantur ex hoc loco liberi arbitrii patroni, potest homo carnalis velle bonum, perperam negat Apostolus, habitare in carne sua ullum bonum. bonum enim est velle bonum. quin imo, ex eo quod ad volendum promtum se sentit, perficiendi autem facultatem non reperit, concludit nihil boni in se naturaliter habitare. loquitur siquidem tanquam regenitus. & quandoquidem etiam post regenerationem voluntatis, qua jam volendi promititudinem adesse sibi sentiebat, tantam adhuc reperiret carnis malitiam, ut boni per Spiritus Sancti gratiam voliti præstationem remoraretur, summam inde esse carnis malitiam, omni bono vacuam, rectè colligit. At quomodo volendi promtitudinem agnoscens, perficiendi facultatem negat, quum Phil. 2.13. dicat, Deum utrumque operari? Resp. Utrumque operatur in suis, sed non pari gradu nec extensione. plus velle operatur quam perficere. longè plus enim obedientiæ vovent, optant, volunt fideles quàm aut præstant aut præstare possunt. efficit Deus ut omne bonum velint, quò hoc regenerationis sensu fides eorum fulciatur. sed non ita carnis malitiam reprimit, ut omne bonum præstent, quò hoc naturalis suæ corruptionis sensu humilientur & deprimantur. Attamen videtur dicto loco repugnare, quod simpliciter neget, se τὸ κατεργάζεσθαι reperire. Resp. Non universalis, sed indefinita est oratio. sicut vers. seq. indefinitè dicit, se bonum quod vult, non facere, malum autem quod non vult, facere. sensus non est, se nullum bonum facere quod vult, & omne malum facere quod non vult, sed, sæpius quam animo suo gratum sit, contingere ut bonum velit, nec tam præstet: malum nolit, quod tamen faciat. Adde, quod in omnibus, etiam optimis suis operibus imperfectionis aliquid agnoscant fideles, adeoque defectum alicujus boni, quod voluerunt, nec tamen præstiterunt: & maculam alicujus mali, quod noluerunt, & tamen commiserunt. Syrus Interpres habet, ܠܡܨܒܐ ܓܝܪ ܛܒܬܐ ܦܫܝܩ ܠܝ ܠܡܣܥܪܘ ܕܝܢ ܠܗ̇ ܠܐ ܡܫܟܚ ܐܢܐ, *velle enim bonum facile est mihi. ut operer autem, non invenio.* De facilitate nihil in textu. verbo enim θέλειν indicat Apostolus, perpetuo sibi adesse ut velit bonum, non adesse semper ut præstet. At jejunus plane hîc est Scholiastes, quum mentem Syri Interpretis sic elucidat,

ܕܢܕܥ ܐܢܫ ܠܡܥܒܕ ܛܒܬܐ. ܦܫܝܩܐ ܠܗ ܗܘ ܡܢ ܕܢܥܒܕܝܗ̇ *Ut noſcat quis virtutem, facilius eſt quam ut faciat.* longè plus ſane eſt velle quam noſſe. Porro, ad τὸ γὰρ θέλειν παράκειταί μοι, reperitur hoc loco in notis Bezæ. *Alludit fortaſſis ad illud* Gen. 4. verſ. 7. *Peccatum tuum cubat ad fores, quo tamen loco ſpeciatim de Caini ſcelerata cogitatione, non de ipſa peccatorum radice agitur.* Tota hæc obſervatio, hoc loco aliena, ad verſ. 21. eſt relegenda, ad verba illa ὅτι ἐμοὶ τὸ κακὸν παράκειται. ubi admodum eſt accommoda.

Vers. 21. Εὑρίσκω ἄρα τὸν νόμον τῷ θέλοντι ἐμοὶ ποιεῖν τὸ καλὸν, ὅτι ἐμοὶ τὸ κακὸν παράκειται. *Invenio igitur hanc volenti mihi facere bonum legem* eſſe, *quod malum adjaceat mihi.* Sic fere Cl. Beza. optimo ſane & plano ſenſu. Libet tamen Syri etiam ſententiam examinare, qui ſic habet ܡܫܟܚ ܐܢܐ ܗܟܝܠ ܠܢܡܘܣܐ ܕܫܠܡ ܠܬܪܥܝܬܝ: ܗܘ ܕܨܒܐ ܕܢܥܒܕ ܛܒܬܐ. ܡܛܠ ܕܒܝܫܬܐ ܩܪܝܒܐ ܗܝ ܠܝ: Tremellius vertit, *Invenio igitur legem, quæ conſentit menti meæ,* illi quidem *quæ vult facere bonum*, repugnare carni meæ: *propterea quod malum proximum eſt mihi.* Multa ſupplevit. quæ ut Junius vitaret, ſic tranſtulit: *Invenio igitur legem quæ perfecta eſt, in ipſa mente mea volente facere bonum, propterea quod* &c. Ego quoque ſupplementa Tremellii non probo. probo tamen quod ܕܫܠܡ ܠܬܪܥܝܬܝ verterit *quæ conſentit menti meæ.* id enim verè ſignificat. nequaquam autem illud Junii, *quæ perfecta eſt, in mente mea.* lex enim *quæ perfecta eſt*, ܕܓܡܝܪ vel ܕܫܘܡܠܝܐ, vel ܕܡܫܡܠܝܐ diceretur, non ܕܫܠܡ & *in mente mea*, ܒܬܪܥܝܬܝ non ܠܬܪܥܝܬܝ Sic ergo Syrum verto, *Invenio igitur legem, quod conſentiat menti meæ volenti facere bonum. propterea quod malum proximum eſt mihi.* ſic & Arabs κατὰ πόδας Syrum expreſſit. Senſus paraphraſtæ eſt, quaſi Apoſtolus dixiſſet. Quandoquidem facio quod nolo, & quod volo non facio, hinc reperio, non me tantum conſentire legi quod bona ſit, ſed & legem conſentire cum mente mea regenita, quæ vult facere bonum. & conſenſum illum eſſe neceſſarium, propterea quod malum mihi naturaliter adhæret. Facit hæc Syri interpretatio, ut & Latinam Vulgatam examinare operæ pretium videatur. Ea nihil à Græcis recedens, nihil addens vertit, *Invenio igitur legem volenti mihi facere bonum, quoniam mihi malum adjacet.* Quæ dupliciter accipi poſſunt, eodem fere ſenſu, etſi diverſa conſtructione. Primum, *Invenio legem mihi*, id eſt pro me, à meis partibus ſtantem, mihi faventem, *volenti facere bonum.* deinde, *Invenio volenti mihi* bonum *legem facere bonum.* τῷ θέλοντι ſup. τὸ ἀγαθόν. ſicut ſupra verſ. 18., τὸ θέλειν ſup. τὸ ἀγαθόν. Lex enim quæ irregenitis adverſatur, pro regenitis eſt, eis favet, eorum regenerationem juvat, bonos conatus laudat, ac volentibus facere bonum ipſa quoque bonum facit, patrocinando, conſolando, ad majorem virtutem excitando. & id quidem propterea quod naturalis corruptio adhuc ipſis adhæret, adverſus quam lex eos munit & animat. atque inde tum legis ſanctitas, tum nativæ corruptionis pravitas clarè illuceſcit. Sed fateor ſimpliciorem eſſe & planiorem Bezæ mentem.

Vers. 23. *Sed video aliam legem in membris meis, rebellantem legi mentis meæ, & captivum reddentem me legi peccati quæ eſt in membris meis.* Video doctiores commentatores diſtinguere hîc *legem membrorum*, à *lege peccati.* Lex peccati, inquit Magnus Calvinus, eſt iniquitas imperium habens tam in homine nondum regenerato, quam in carne hominis regenerati. Lex membrorum eſt concupiſcentia in membris ſita, ſymphoniam habens cum iniquitate. ſimiliter fere Beza, legem peccati dicit eſſe corruptam naturam: legem membrorum, cupiditates ex illa naſcentes, quas vocavit affectiones peccatorum. At non videtur hîc Apoſtolus hæc duo diſtinguere. quam enim dicunt *Legem membrorum*, Apoſtolus dixit *legem in membris ſuis.* ſimiliter *legem peccati* dixit eſſe *in membris ſuis.* exiſtimo ergo de eadem lege agi, & in fine repeti antecedens loco pronominis relativi: hoc modo, *Sed video aliam legem in membris meis, rebellantem legi mentis meæ, & captivantem me ſibi.* maluit autem ipſum nomen repetere, tum quia inter illud & relativum ſatis multa interceſſerunt: tum vel maximè ut enarraret quam dixiſſet *aliam legem*, nempe *legem peccati.* Uſitatum eſt Hebræis loco pro-

pronominis nomen repetere. ut Gen. 9. 16. *Et erit arcus in nube, & videbo eum ut recorder fœderis æterni inter Deum* (pro inter me) *& inter omnem animam viventem.* sic Psal. 50. vers. ult. Non existimo autem quadruplicem hîc à Paulo legem fingi. 1. Legem Dei 2. Legem mentis. 3. Legem membrorum. 4. Legem peccati. Sed duas tantum opponi, legem mentis, & legem peccati in membris. duplex enim hîc est opposito. prima *Mentis*, & *membrorum.* Altera, *legis mentis, & legis peccati in membris.* Mens est id quod in homine est regenitum. Membra, quod est irregenitum, corrupta natura, vetus homo, multis constans membris. de quibus Col. 3. vers. 5. *Mortificate membra vestra terrena*, id est veterem vestrum hominem. Lex mentis, est ipsissima lex Dei, quæ mentis vocatur. 1. quia menti per Spiritum S. est inscripta 2. quia mens eâ delectatur, ut vers. præcedenti Apostolus locutus fuit, atque inde huc notionem illam derivavit. 3. quia mens eâ toti homini imperat. Lex peccati in membris, est imperium peccati, sedem habens in corrupta natura: sicut lex Dei in mente, sive in regenita natura. Atque inde explicanda quæ vers. ultimo dicuntur, *Mente quidem*, id est parte regenita, *servio legi Dei*, utpote legi mentis. *carne vero*, id est parte irregenita, *legi peccati*, id est imperio peccati, quod se habet ad carnem, sive membra (sumuntur enim hæc pro eodem) sicut lex Dei ad mentem. Scholiastes Syrus legem illam aliam in membris dicit esse ܚܝ̈ܠܐ ܦܓܪ̈ܢܝܐ *facultates corporeas.* per quas si intelligit sensitivæ animæ facultates, ad alimentum veneremque pertinentes, quæ prorsus corpori inserviunt, nullus est. longè aliud enim & pejus quid est peccati imperium, cujus thronus in omnibus veteris hominis membris est erectus.

Vers. 24. Ταλαίπωρος ἐγὼ ἄνθρωπος. Syrus ܕܘܝܐ ܐܢܐ ܒܪܢܫܐ. Scholiastes hæc verba proferens, scribit ܐܢܐ cum puncto subscripto, quod tamen in editione Syriaca non extat. & locum explicans dicit sensum esse ܡܚܝܠܬܐ ܐܢܐ ܘܫܒܝܐ. quæ quomodo capere debeam, non satis intelligo. nam ܐܢܐ cum puncto subscripto, & priori Aleph in pronunciatione eliso, semper valet verbum substantivum *sum.* sed eo sensu nunquam, quod sciam, participio aut nomini formæ Emphaticæ, sed simplicis & absolutæ jungitur. itaque non ܕܘܝܐ ܐܢܐ, sed ܕܘܝ ܐܢܐ *miser sum*, & non ܡܚܝܠܬܐ ܐܢܐ ܘܫܒܝܬܐ, sed ܡܚܝܠ ܐܢܐ ܘܫܒܐ *infirmus sum & captivus*, dicendum fuerat. & tum indicatoria, non exclamatoria, esset oratio. Quum ergo ܐܢܐ nullum punctum in textu adscriptum habeat, & nomini formæ emphaticæ jungatur, omnino existimo punctum supra Nun esse scribendum, & prius Aleph per secundam vocalem legendum ܐܢܐ. tum enim pronomen est, idemque quod dixit Apostolus, *miser ego homo*, per modum suspirii & exclamationis querulæ. Eodemque modo scribendum apud Paraphrasten, *Infirmus ego & captivus.*

Sequitur, *Quis me liberabit* ἐκ τοῦ σώματος τοῦ θανάτου τούτου; Erasmus, Beza, Syrus & Arabs τούτου construunt cum remotiori σώματος. Vulgatus cum propriori θανάτου. quod mihi valdè arridet. neque enim singularem emphasin habere videtur, si demonstret corpus: sed longè maximam, si mortem. indicat enim, tristissimam & infelicissimam eam esse mortem, quam ex reliquiis potestatis peccati in corpore suo sentiebat.

Cap. VIII.

Vers. 1. οὐδὲν ἄρα νῦν κατάκριμα τοῖς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, μὴ κατὰ σάρκα περιπατοῦσιν, ἀλλὰ κατὰ πνεῦμα. Rectè observavit Cl. Beza, Syrum non legisse ἀλλὰ κατὰ πνεῦμα. addo, nec Vulgatum. deinde Syrum non legisse distinctionem post Ἰησοῦ. Vulgatum legisse. hinc variat versio. Syrum plane sequitur Arabs. Neque malè Syrus τοῖς junxit cum περιπατοῦσιν. optimè enim intellexit, si post τοῖς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ subaudiendum fuisset οὖσι, repetendum fuisse τοῖς, & dicendum τοῖς μὴ κατὰ σάρκα περιπατοῦσιν. id & sensus, & genius Græcismi postulabat.

Vers. 2. ὁ γὰρ νόμος τοῦ πνεύματος τῆς ζωῆς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ ἠλευθέρωσέ με ἀπὸ τοῦ νόμου τῆς ἁμαρτίας καὶ τοῦ θανάτου. Beza, *Nam lex Spiritus vitæ* qui est *in Christo Iesu, liberavit me à lege peccati & mortis.* Sic textus ejus editus est. at ex notis liquet, pro *qui* legendum esse *quæ*, supple vita. & per vitam illam quæ est in Christo vult intelligi perfectam sanctificationem quæ est in Christo, quæque nobis imputata, perfectè nos liberat à lege peccati, quum alioqui in nobis ipsis imperfectè tantum simus in

hac vita liberati. Nescio an id spectaverit Apostolus. videtur simpliciter premere vestigia præcedentis. nempe, mutatum esse conjugii nostri statum. prioris conjugii maritum fuisse peccatum. ejus lege nos tum fuisse detentos & vere mancipatos. successisse alium maritum, Christum cum suo Spiritu. hujus lege maritali nos jam teneri. felicissimam esse hanc legis conjugalis mutationem, quia lex peccati, fuit & mortis: at lex Spiritus Christi, est vitæ. hinc utrumque dependet, quod vers. præcedenti statuit. prius, nullam posse nobis esse condemnationem, quia à lege, id est jure, autoritate atque dominio peccati, tanquam defuncti mariti, adeoque à morte liberati sumus, & in ejus legem ac dominium translati, penes quem vita est. Alterum, non posse non in nobis inveniri sanctificationem, qua non secundum carnem, sed secundum Spiritum ambulemus. quia lege peccati abolita, in legem Spiritus sumus translati. At inquies, quomodo Paulus se liberatum jactat à lege peccati, quin cap. præcedenti questus sit, se adhuc mancipari legi peccati, & adhuc servire legi peccati? Dixit se *carne* ei servire, at *mente* legi Dei. si carne autem, non mente, ergo verè liberatus. à mente enim, non à carne fidelis æstimandus est. Nulla ratio carnis in judicio Dei, ubi mens, Dei est, Deique lege delectatur. Adde, quod Lex peccati non eodem prorsus modo hic sumitur, atque præcedenti cap. vers. 23. & 25. Hic generaliter sumitur & absolutè. illic specialiter & cum restrictione, quatenus est in membris. hic significat plenum illud peccati dominium, cui totus homo naturalis extra Christum constitutus subjectus est, in quo ipsa quoque lex Dei comprehenditur, sine qua nullum est peccato jus, nulla autoritas in hominem, ut sæpe cap. præcedenti à nobis dictum. Illic autem per legem peccati intelligebantur reliquiæ quædam illius dominii, quod peccatum, non in totum hominem fidelem, sed in membra, sive in carnem ejus tantum, id est, in corruptam naturam adhuc exercet, idque secundum reliquias potestatis quam ex antiquo legis usu adhuc reservavit, & retinebit, dum corruptionis aliquid restabit, ut pristinæ servitutis vestigia videant, & sensum aliquem habeant fideles in hac vita. quum alioqui secundum novum usum, quem lex Dei, menti fidelium inscripta, ex Spiritus Sancti gratia habet, ea cum lege peccati in ipsis non conspiret. Secundum posteriorem hanc significationem Paulus serviebat adhuc Legi peccati, quoad eam sui partem in quam solam peccatum adhuc dominii aliquid retinuerat, nempe quoad carnem. sed secundum priorem significationem, Paulus liberatus erat à Lege peccati, solutus secundum mentem & partem sui regenitam ab omni dominio, non tantum peccati sed & legis divinæ, quæ justo Dei judicio cum peccato conspirans, cum eo jus maritale ante exercuerat, & cum eo mortem pepererat. sed quæ jam, ubi ad alium maritum transisset Paulus, cum mente ejus conspirabat, & legem peccati, quæ carni ejus pergebat imperare, oppugnabat & damnabat; justitiæ patrona ei facta, quæ antea fuerat peccati præses. Damnari itaque nolim, si hic per legem peccati, à qua Paulus se liberatum dicit, ipsam Dei legem intelligam, eo nempe sensu quo eam, potestatem peccati, vocat idem hic Apost. 1. Cor. 15. 56. Peccatum enim ex se legem non habet. facta ipsi lex est ipsius Dei sanctissima lex, per quam, severissimo quidem, sed justissimo ejus judicio, dominatur, occîdit, & fit summè peccans. ut cap. 6. & 7. vidimus. Nec notatu indignum est, doceri nos ab Apostolo, quatenus à lege liberemur. non sane ratione obedientiæ quam præscribit, qua semper tenemur; sed quatenus est lex peccati & mortis, potestatem dans peccato, & mortem infligens. Atque hinc impossibilitas juvandi nos orta est legi, de qua Apostolus seq. vers. agit.

VERS. 3. Τὸ γὰρ ἀδύνατον τοῦ νόμου ἐν ᾧ ἠσθένει διὰ τῆς σαρκός. Inter varias, quas Cl. Beza adfert, interpretationes, hæc maximè arridet, *Quum enim impotentia* vel potius impossibilitas, *legis destituta esset viribus per carnem.* Efficacius longè dicitur Impotentia legis fuisse sine viribus, quam si ipsa Lex diceretur sine viribus. sic enim indicatur, fuisse incurabilem illam impotentiam, quandoquidem sita erat in omnimoda virium carentia. virium intellige salvificarum. Quæ autem erat impossibilitas legis? Nempe id facere, quod Deus deinde fecit in carne filii, *condemnare peccatum.* quod omnino fieri debebat, ut à lege peccati & mortis liberaremur. Dupliciter autem damnatio sumitur. damnatur factum, quum id improbatur & culpatur. damnatur persona, quum mortis sententia in eum fertur, & executioni mandatur. Ubi consideratur peccatum in modum facti, quatenus est legis transgressio, & sanctitatis divinæ violatio, lex, quæ semper est sanctitatis divinæ patrona, non potest non improbando & culpando damnare peccatum. Sed si consideretur sub modum personæ, tan-

quam princeps quidam, qui à justitia Dei armatus potestatem, dominium, ac tyrannidem exercet in peccatorem, Lex non tantum non damnat, id est morti adjudicat peccatum, sed etiam, tanquam justitiæ Dei vindex vitam addit peccato, stabilit & confirmat ejus dominium, ut quo spreta fuit ab homine Majestas Dei, eodem affligatur, excarnificetur, & puniatur homo. Lex inquam non fert sententiam mortis in peccatum, sed in peccatorem. nec potest mori peccatum per legem, sed vivit magis per eam, ut magis moriatur homo. ut superiori cap. docuit Apostolus. Sed postquam filius Dei missus est in similitudinem carnis peccati, id est, sancta carne indutus, sed quæ speciem carnis peccatricis referret, quod peccata nostra in eam essent translata, Deus qui lege nulla tenetur, eâdem gratia qua peccatum nostrum in filium suum transtulit, damnavit peccatum in carne filii, id est, tanquam legis transgressorem, & sanctitatis Dei violatorem, & generis humani pestem, & ipsorum Electorum tyrannum, & jam in ipsum etiam Filium suum grassantem morti adjudicavit & interemit, ut jam non moreretur, sed viveret peccator. Quumque ante impossibile esset legi, efficere ut justificatio legis in nobis impleretur, quia venenum peccati, effusum in legem, venenatam reddiderat legis potestatem, quæ effusa vicissim in peccatum reddebat id magis peccans, Filius Dei, damnato interemptoque in carne sua peccato, atque ita ablato simul ab ipsa lege omni veneno, per effusum suum in nos Spiritum S. effecit, ut justificatio legis in nobis impleretur. Ineptissima autem est, & prorsus ἀθεόλογος Scholiastæ Syri, in illud ἐν ὁμοιώματι σαρκὸς ἁμαρτίας, annotatio. ܡܚܘܐ ܕܒܣܪܐ ܕܐܕܡ ܩܕܡ ܕܢܚܛܐ ܠܒܫ ܡܪܢ *Indicat, carnem Adami antequam peccaret induisse Dominum nostrum.* quasi conceptio è Spiritu S. non suffecerit, ut carnem immaculatam & peccatrici tantum similem, etiam post lapsum Adami, indueret. Quid autem est quod sequitur, καὶ περὶ ἁμαρτίας? Syrus & Arabs verterunt *propter peccatum.* Vulg & Erasm. *de peccato.* Beza, *pro peccato.* apud quem porro vide, quomodo hìc se torserint Interpretes. Nos eadem significatione sumimus, qua Apostolus ad Hebr. 10. 6. 8. ubi ex Psal. 40. 7. citat verba LXX. Interpretum, qui pro עוֹלָה וְחַטָּאָה לֹא שָׁאָלְתָּ dixerunt, ὁλοκαυτώματα καὶ περὶ ἁμαρτίας οὐκ ἐζήτησας. Beza illic reddidit, *& hostiam pro peccato.* bene. esse enim περὶ ἁμαρτίας hostiæ speciem, holocaustis contradistinctam patet ex universo libro Levitici, ubi multoties usurpatur, interdum pro לְחַטָּאת, ut Lev. 5. 7. ubi de duobus turturibus aut columbæ pullis, loco agni à paupere offerendis, agitur, ac jubetur efferre אֶחָד לְחַטָּאת וְאֶחָד לְעֹלָה, LXX ἕνα περὶ ἁμαρτίας, καὶ ἕνα εἰς ὁλοκαύτωμα, *unum in oblationem pro peccato, alterum in holocaustum.* sic alibi sæpe. Interdum simpliciter pro חַטָּאת sine ל. ut Ibid. v. 9. מִדַּם הַחַטָּאת *è sanguine sacrificii pro peccato,* LXX. ἀπὸ τοῦ αἵματος τοῦ περὶ ἁμαρτίας. & v. 11. כִּי חַטָּאת הוּא *nam oblatio pro peccato est,* ὅτι περὶ ἁμαρτίας ἐστι. Ita hoc loco, *Misso filio suo in similitudinem carnis peccati,* καὶ περὶ ἁμαρτίας, וְלְחַטָּאת *& in oblationem pro peccato.* vel simpliciter וְחַטָּאת *& oblationem pro peccato.* Quod enim de morte Christi hìc agi Cl. Beza neget, minus rectè fieri videtur. est enim, ut diximus, damnare peccatum, morti illud adjudicare ut vita privetur, quod non nisi in morte Christi factum. quin & in morte ejus potissimam causam sitam arbitramur, cui ei similitudo carnis peccati attributa sit ab Apostolo. Etsi enim totius ejus vitæ infirmitates ac miseriæ hanc similitudinem quadantenus patefecerint, in morte tamen ejus maximè apparuit. atque id antiqua sacrificia adumbrarunt. Sicut enim victimarum carnes, innocentes in se & innoxiæ, postquam per impositionem manuum peccata populi ipsis essent imposita, similitudinem habuerunt carnis peccati, & quasi ipsæmet peccassent, Deo mactabantur: ita & caro Christi, facta pro nobis victima, & gestans in se peccata nostra in ligno, habuit similitudinem carnis peccati, & quasi ipsa peccasset mactata est.

VERS. 4. ἵνα τὸ δικαίωμα τοῦ νόμου πληρωθῇ ἐν ἡμῖν. Beza, *ut jus illud legis in nobis impleretur.* Vulgatus & Erasm. *justificatio legis.* quemadmodum supra c. 5. v. 18. δι' ἑνὸς δικαιώματος ipse Beza vertit, *per unam justificationem.* & Apoc. 19. vers. 8. τὰ δικαιώματα τῶν ἁγίων *justificationes sanctorum.* Syrus, *justitia legis.* Quod & Arabs sequitur. Res eodem fere redit. Jus, justitia, justificatio legis in eo consistit, ut per omnimodam cum lege conformitatem justi atque inculpati habeamur coram Deo. id obtineri non potuit dum per legem peccatum viveret ac regnaret. sed damnato in carne Christi peccato, atque ipsa lege damnatio-

nationem hanc approbante, per plenariam Christi capitis nostri cum lege conformitatem, justi atque inculpati in eodem capite, fatente lege, habemur. nec hoc tantum, sed ut membra capiti sint conformia, fluit ex eo in nos Spiritus regenerationis, qui in nobis quoque ipsis justificationem legis perficiat. is nos ita regenerat, ut mente nostra lege Dei delectemur. quodque in carne reliquum est peccati, ita paulatim abolet, ut tandem sine omni macula aut labe ab ipsa lege simus agnoscendi. Universa itaque hæc justitia, tum imputata quam per fidem habemus in capite Christo, tum inhærens quam per regenerationem habemus in nobis ipsis, est quidem justitia legis, sed neutra est ex lege, neutra per legem: verum utraque ex sanguine & Spiritu Christi. Et prima quidem ea est, de qua Rom. 4. vers. 11. 2 Cor. 5. vers. 21. Phil. 3. 9. qua nos Deus, etsi in nobis ipsis legi adhuc difformes, plene tamen, ipsius etiam legis testimonio, justificat, eique pro omnino conformibus habet in capite Christo. de qua justificatione Apostolus supra c. 3. & 4. & 5. multis disputavit. Altera est, de qua Rom. 6. 13. Eph. 4. 24. 1 Joh. 3. 7. qua nos Deus per regenerationem in nobis etiam ipsis legi ex parte conformatos, ex parte nunc justificat, & in dies justificat magis ac magis, prout incrementum capit regeneratio, ac justificabit plenè, ubi perfectio advenerit. de qua Justificatione agitur Jac. c. 2. 21. 24. Apoc. 22. 11. Matth. 12. vers. 37. 1 Reg. 8. vers. 32. Hanc Justificationem opera Legis ingrediuntur. imo sola eam constituunt. ut primam constituit sola fides, id est justitia Christi fide imputata, non opera: sic alteram constituunt opera, non fides. Nec tamen propterea ea est ex lege, sed ex gratia. Non enim eam lex admittit ex autoritate potestatis suæ, quæ nihil nisi perfectè sanctum laudare potest, sed ex autoritate gratiæ Christi, cui nunc ancillatur lex, & cujus jussu imperfecta etiam fidelium opera laudat, probat, & pro conformibus sibi habet. quam gratiam fide quidem amplectimur, istaque fide promti atque alacres reddimur, ut justitiæ legis operam demus, non tamen propriè fides, sed opera secundam istam justitiam constituunt. Duplex ergo est Justificatio. Una qua in nobis ipsis peccatores, justificamur coram Deo extra nos. Altera, qua justificati jam coram Deo extra nos, justificamur coram ipso in nobis. Harum prima est causa secundæ. secunda effectus & demonstratio primæ. prima fide, altera operibus peragitur. utraque concurrere debet, ut justificatio legis in nobis compleatur. An non ergo, inquies, justificatio quædam est ex lege, si est ex operibus legis? non est, inquam. Quia opera de quibus agimus, etsi sint legis, quoad normam quam sequuntur, quodve à lege sint præscripta, ratione tamen originis & virtutis unde proficiscuntur, non sunt legis, sed gratiæ & Spiritus. Potissimum autem, quia ex Lege justificari dicuntur, qui ex operibus, tanquam ex impleta fœderis conditione justificantur. quod tum demum fit, ubi opera omnimoda perfectione legi respondent. tum enim Lex hominem justificat, sicut maritus uxorem quæ nunquam ipsi fidem violavit: ut enim ex jure conjugali proficiscitur ista uxoris justificatio: ita ex simili jure, quod in fœdere operum Deus inter legem suam & hominem constituit, proficiscitur hominis illius justificatio, qui inviolatam, legi fidem servavit. At qui fœdifragus ante in legem, & novo deinde marito, nempe Christo, conjugali jure junctus, vivit jam quidem secundum legem, sed multis tamen etiam cum defectibus hujus justitiam Lex admittit, non quod ex conjugali jure id debeat, sed ex ministeriali officio, quo mariti nostri serva facta probat quæ ex illius Spiritu, etsi imperfecta, proficiscuntur.

Agamus plenius de hac altera Justificationis specie. Est ea, qua nos Deus, ex regeneratione nobis data, sinceræque fidei operibus quæ edidimus, absolvit à crimine hypocriseos, profanitatis atque impietatis, nosque non amplius habet pro mortuis in peccatis, servis Diaboli, & filiis mundi, sed pro verè fidelibus, suis filiis, ad imaginem suam restauratis, vita sua donatis, inque regnum suum translatis. quod Dei judicium Lex quoque approbat. Non quod satisfactum sibi operibus nostris existimet, sed quia dominio suo orbata, Christoque domino nostro subjecta, non potest non laudare opera quæ ex fide in Christum, Spirituque ejus proficiscuntur, eaque etsi imperfecta, pro vera justitia habere, eosque pro verè justis, gratisque Deo filiis, qui ea patrant. Disquiratur hîc, quandoquidem Scriptura utramque, de qua egimus, justitiam crebro & apertè nobis tribuit, ac propterea utriusque ratione justi, non apud homines solum, sed & apud Deum censendi sumus, an non, quo sensu justificari ex operibus dicimur Jac. 2. & justificandi ex sermonibus Matth. 12. eodem imputari nobis opera in justitiam dici possint. Non utique prout fides nobis imputatur in justitiam. sed sicut factum Phineazi impu-

imputatum ipsi dicitur in justitiam, Psal. 106. 31. Alia enim est imputatio in justitiam, quâ, quam Christus pro nobis præstitit, obedientia habetur tanquam nostra, indeque nos injusti ac peccatores absolvimur ab irati Dei vindicta. ibi sola fides amplectens istam obedientiam imputatur in justitiam. Alia est imputatio justitiæ, quæ à nobis, per fidem justificatis & Spiritu S. regenitis, proficiscuntur pietatis opera, etsi imperfecta, meritoque culpanda ac rejicienda, habentur tamen à Deo per gratiam propter Christum, tanquam bona, sancta & justa, indeque absolvimur à criminatione nequitiæ ac fraudulentiæ, comparatique cum impiis ac profanis, justificamur tanquam probi. Hîc opera etiam imputantur in justitiam. sicut facinus Phineazi, quod alioqui præter vocationem factum, adeoque culpandum atque improbandum videbatur, imputatum ipsi dicitur in justitiam, quia pro opere bono, sancto & laudabili ipsi est attributum. Libet ipsissimis maximi Calvini verbis, Instit. lib. 3. cap. 17. Sect. 8. hæc efferre. *Aliud*, inquit, *est disputare quid per se valeant opera, aliud quo loco post stabilitam fidei justitiam habenda sint. Si operibus statuendum est pro dignitate sua pretium, indigna esse dicimus, quæ in conspectum Dei prodeant: ideo nihil operum habere hominem, quo apud Deum glorietur. inde omni operum adminiculo exutum, sola fide justificari. Præposita peccatorum remissione, quæ jam sequuntur bona opera, aliam quam à suo merito æstimationem habent: quia quicquid in illis est imperfectum, Christi perfectione contegitur. Obliterata igitur omnium transgressionum culpa, quibus impediuntur homines, ne quicquam Deo gratum proferant, sepulto etiam imperfectionis vitio, quod bona quoque opera fœdare solet: quæ fiunt à fidelibus bona opera, justa censentur: vel (quod idem est) in justitiam imputantur.* Hactenus ille. Hinc porro nascuntur hæc discrimina: Quod fidei imputatio sit in justitiam perfectam, talem qualis est obedientia Christi. Operum imputatio, in imperfectam, qualia sunt ipsa opera in hac vita. In illa satisfit rigori legis: in hac Lex, facta instrumentum gratiæ, συγκατάβασιν, seque accommodat nobis. Illa imputatio, causa est remissionis peccatorum, hæc non item: quippe quæ peccatis non ante remissis locum non hab.. In illa absolvitur peccator à reatu, in hac discernitur pius ab impio. etsi enim utriusque objectum sit unus idemque homo, ibi tamen consideratur tanquam impius, cui credenti in Christum remittit Deus peccata, Rom. 4. vers. 5. Hîc tanquam pius, quem inter impios viventem, cumque iis aliquando coram tribunali Dei compariturum, ex operibus pietatis pronunciat & pronunciabit hæredem sui regni, Matth. 25. 34. 35. In illa judicium fert Deus de pretio sanguinis filii sui, quantum id pro nobis valeat apud se. In hac judicium fert de collato nobis regenerationis dono, cujusmodi nempe nos eo nomine habeat. Porro, statuunt etiam Pontificii duas Justificationes, Primam & secundam. Prima est, qua primum ex injustis fimus inhærenter in nobis justi, adeoque Deo chari. Secunda, qua isthoc pacto justi facti, provehimur magis magisque in ea justitia, adeoque in amore Dei erga nos. quæ ambæ toto cœlo differunt ab hisce nostris. Illorum utraque nititur merito nostro. & prima quidem merito ex congruo, altera ex condigno. Nostrarum utraque nititur solo Christi merito, ejusque gratiâ. Illorum utraque consistit in inhærente sanctitate. Nostrarum prima, in remissione peccatorum per imputatam Christi obedientiam. Altera, in judicio Dei, quo dissimulatis propter Christum operum nostrorum defectibus, habet ea tanquam justa, & legi suæ conformia, nosque inde piè justos pronunciat. secundum dictum 1 Joh. 3. 7. *Qui facit justitiam, justus est.* Cujus secundæ Justificationis fundamentum est quidem Justitia nobis inhærens, verum non vi dignitatis suæ, aut proportionatæ ad justam Dei legem sanctitatis, sed vi imputatæ Christi justitiæ, ex qua fluit, & cujus gratiâ tota nititur. Maculata enim non paucis defectibus, deprecatur irati Dei judicium. reconciliati non diffugit, qui fideles suos, justos habens in Christo, quia Christi justitiam ipsis imputavit, justos quoque eos habet & haberi vult in seipsis, quia Spiritu suo eos regeneravit, cujus virtute justitiæ operam dant. Asserit Apostolus 1 Cor. 6. 9. 10. *neque injustos, neque scortatores, neque idololatras, neque mœchos, neque molles, neque qui cum masculis concumbunt, neque fures, neque avaros, neque ebriosos, neque conviciatores neque rapaces regni Dei hæredes futuros.* ab his ergo criminibus justificari, id est insontes pronunciari necesse est Christianos, si salvi futuri sint. Atque id jam factum affirmat Apostolus. *Eratis*, inquit enim, *hæc quidam: sed abluti estis*, id est mundati ab istis sordibus: *sed sanctificati estis*, id est separati ab ejusmodi immunditiebus: *sed justificati estis*, id est, insontes habemini, ne rei amplius istorum criminum agi possitis. idque

in nomine Domini Iesu, & per Spiritum Dei nostri. De secunda Justificatione id intelligo, quâ, qui antea criminibus istis tenebantur, nunc regeniti in nomine Christi & per Spiritum Dei accusari amplius eorum non poterant, sed absolvi inde debebant. Id ipsum est quod Apostolus supra dixit Rom. 6. 7. *Qui mortuus est,* δεδικαίωτ) *justificatus est à peccato,* id est, ita ab eo liberatus, ut accusari amplius tanquam servus peccati non possit, quippe qui non ut amicus sed ut osor peccati est habendus. Ubi rursus notandum, Primam Justificationem esse à peccatis quorum sumus rei: secundam vero ab iis quorum non sumus rei. Quum quis peccatum commisit, reus est, nec justificatur inde, id est non absolvitur ab ejus reatu, nisi per remissionem peccatorum, quæ est ex sola fide. Sed do tibi hominem regenitum, qui quum ante regenerationem fuerit ebriosus, scortator &c. à tempore regenerationis destitit ab istis peccatis. is utique eo ipso quod destitit, accusari eorum non potest ut ante, justificatus itaque est ab illis, id est absolutus à non perpetratis. & hæc justificatio revera est ex operibus. quia enim sobriè & castè vixit, justificari omnino debet ab ebrietate & scortatione. At inquies, David à regeneratione commisit adulterium. Respondeo, reatum istius peccati deletum fuisse per Justificationem primam ex sola fide, neque ullatenus per secundam potuisse inde justificari, quia quum perpetrasset adulterium non potuit pronunciare Deus non perpetrasse. sed accedente pœnitentia, justificatus fuit ab induratione & servitute peccati per Iustificationem secundam ex opere ipsius pœnitentiæ. Si enim Saulem cum Davide compares, ambo peccant: sed Saul impœnitens ex opere impœnitentiæ accusatur & damnatur indurationis: David pœnitens ex opere pœnitentiæ absolvitur ab illa culpa, quippe ejus non reus. Ad secundam hanc Justific. speciem pertinet, quæ justificatio causæ vocari in Scholis solet. Ut quum David ab inimicorum suorum accusationibus & criminationibus provocat ad tribunal Dei, profitetur ibi suam innocentiam, probitatem, fidei ac pietatis studium, & cor suum ipsius Dei examini subjiciens, postulat causam suam à Deo agi, sibique secundum justitiam rependi: non utique causam suam tantum, sed & se, ab impiis falso accusatum, à Deo justificari postulat. Sic Jobum justificavit Deus, quum eum ab impactis injuria ab amicis criminibus vindicans, rectius eum ipsis de se locutum, nec nisi ejus intercessione placari ipsis velle ait Job. 42. 8. Præsertim vero, quum c. 1. vers. 9. 10. 11. calumniatus esset Diabolus Iobum apud Deum, quasi emolumenti tantum gratia, mercenario amore Deum prosequeretur, justificat adversus calumniam istam servum suum Deus c. 2. 3. dicens, *Adhuc retinet integritatem suam, quamvis incitaveris me adversus ipsum immerito.* & petitur ibidem justificatio illa ab operibus, *quia adhuc est integer & rectus, timens Deum & recedens à malo.* Eodem modo se adhuc res habet cum omnibus fidelibus. Quandoquidem enim Diabolus dicitur esse accusator fratrum, accusans eos apud Deum dies ac noctes, Apoc. 12. 10. nec apud Deum tantum, sed & in nostrismet sæpe conscientiis, quas hypocriseos suspicione labefactat non raro & concutit, quasi minus sincera, imo simulata mente fidem pietatemque profiteremur, absolvi sane ab hac accusatione, & justificari à falso hoc testimonio opus habemus apud Deum. quod aliud sane est quam absolvi & justificari à reatu omnium nostrorum peccatorum, quo obstricti sumus iræ, justoque Dei judicio. Hoc primæ est justificationis, & tantum fide peragitur in Christum. alterum est secundæ, subsidiumque petit ab operibus. Hanc nostram sententiam conferat obsecro benignus Lector cum ea quæ exstat in altero Colloquio Ratisbonensi: ubi magnum illud Ecclesiæ lumen Martinus Bucerus ad locum Jacobi sic ait pag 302. *Iustificari fide, quæ justificatio prima & vitæ est, interpretatus est Iacobus per vocari amicum Dei, hoc est, condonatis peccatis reconciliari cum Deo, & recipi ab eo in gratiam & amicitiam, qui ante erat inimicus Dei & filius iræ. Iustificari autem ex operibus, docuit idem esse quod percipere à Deo propter bona opera, quæ ab eo percepit Abraham & Rahab, hoc est, comprobationem, laudem & remunerationem.* Addit pag. 308. *Dixeramus nos, secuti Apostolum & omnem Scripturam, duplicem esse Sanctorum Iustitiam qua justi sunt coram Deo & hominibus. Unam Christi, perfectam, qua illis spes omnis gratiæ Dei & salutis, vitæque sempiternæ tota nititur. Alteram in ipsis per Spiritum Christi inchoatam, qua confidere non debent, propterea quod ea imperfecta semper est, dum hic vivunt, & Deo non nisi ex liberali & infinita ejus misericordia & merito Christi probari non potest. Hac justitia nemo justificatur coram Deo justificatione vitæ.* Tum pag. 313. *Iustitiam hanc inchoatam sentimus, esse quidem veram & vivam justitiam,* Dei

Dei præclarum & eximium donum, vitamque novam in Christo hac justitia constare, omnesque sanctos hac ipsa quoque justitia justos esse, & coram Deo, & coram hominibus, & propter eam sanctos quoque à Deo justificari justificatione operum, id est, comprobari eos à Deo, laudari & remunerari. Attamen, quamlibet hæc justitia sit vera ac viva, & suo etiam modo justificans, tamen non esse ejusmodi, non sic veram, vivam & solidam, ut quisquam sanctorum justificari ea possit justificatione vitæ, multo minus ut sit ipsa vel justitia vel justificatio vitæ. Hanc sententiam & probavit & illustravit in Thesibus, publicè editis, quas analyticè collegit ex 2 c. Epist. Iac. doctissimus ac Clar. Vir, Avunculus meus, præceptor & collega, adeoque multis mihi nominibus suspiciendus, D. Daniel Colonius, Collegii Gallo-Belgici Regens. Ut igitur paucis dicamus, nihil aliud est Justificatio ex operibus, quam quod Cl. Calvinus, explicaturus locum Act. 10. 35. ubi acceptus Deo esse dicitur, quicunque timet eum & operatur justitiam, dicit. Inst. l. 3. c. 17. sect. 5. *approbari fideles Deo, operum quoque respectu: quia Dominus non amare & osculari non potest, quæ per Spiritum suum in illis efficit bona. adeoque gratos esse Deo & amabiles suos filios, in quibus notas & lineamenta vultus sui videt.*

Vers. 8. οἱ δὲ ἐν σαρκὶ ὄντες. Vulgatus vertit δὲ *autem*. Erasm. *vero*. Beza, *ergo*. Syrus & Arabs *Et*. quod maximè hîc aptum est. nec quicquam usitatius quam ܘ copulandi vim habere.

Vers. 9. Εἰ δέ τις πνεῦμα Χριστοῦ οὐκ ἔχει. Sic omnia exemplaria, sic Vulgatus, Syrus & Arabs legerunt. Supinum ergo hîc est παρόραμα Scholiastæ Syri, dicentis, Græcum textum, omissa negatione legere, *si quis autem habet Spiritum Christi.* & reliqua, οὗτος οὐκ ἔστιν αὐτοῦ, exponentis, quasi legeretur αὐτῷ, & sensus esset, *hic non est suus.* verba ejus sunt, ܗܘ ܐܢܫ ܐܝܬ ܠܗ ܒܗ ܐܡܪ ܗܢܐ ܠܐ ܗܘܐ ܕܡܫܝܚܐ ܗܘ ܠܐ ܐܝܬܘܗܝ ܕܡܫܝܚܐ ܠܐ ܕܡܬܬܣܝܡܐ ܒܗ ܦܬܓܡܐ ܐܝܟ ܕܐܦܢܝܬܐ ܕܒܣܝܡ ܐܡܬܐ. ܘܗܟܢ ܗܢܐ ܡܫܝܚܐ ܕܡܫܘ ܠܡܠܠ: *Græcus dicit*, εἰ δέ τις ἔχει, &c. *quodque additur*, οὗτος οὐκ ἔστιν αὐτοῦ, *significat, hic non est suus, sed Christi. quandoquidem antea dixerat, prudentiam carnis esse mortem.* unde liquet, *textum Græcum accuratum esse.* somniavit bonus vir.

Vers. 11. Διὰ τοῦ ἐνοικοῦντος αὐτοῦ πνεύματος. Sic Beza ex paucis quibusdam exemplaribus. pleraque legunt, διὰ τὸ ἐνοικοῦν αὐτοῦ πνεῦμα. Sic Chrysostomus, Vulgatus, Syrus & Arabs legerunt.

Vers. 13. *Si enim secundum carnem vivitis, moriemini. Si autem Spiritu actiones corporis mortificetis, vivetis.* Hîc apparet, idem esse Apostolo *corpus & carnem.* & Spiritum corpori opponi eodem sensu quo carni. Consentaneum itaque est, eodem etiam modo sumi supra vers. 10. Corpus est irregenita nostri pars, crassa, carnalis, & corporalis, quæ propter reliquias peccati reliquiis adhuc mortis spiritualis, & per hanc corporalis est obnoxia. Spiritus est pars nostri regenita, subtilis, cælestis & spiritualis, quæ propter justitiam Christi vitam Dei nacta est. & propter quam corpus etiam nostrum, id est pars irregenita, vivificabitur, ut toti & toto nostri vivamus aliquando Deo. is sensus esse videtur vers. 10. & 11.

Vers. 14. *Quicunque enim Spiritu Dei* ἄγονται. Syrus ܡܬܕܒܪܝܢ. Notat Scholiastes, legendum esse Beth ܡܬܕܒܪܝܢ *molliter*, puncto nempe infra scripto, quod valet Dagesch lene, hoc modo ܡܬܕܒܪܝܢ. tunc enim est Ethpeel, sive primæ conjugationis passivum, & significat *ducuntur*. alioqui ܒ *duriter*, puncto supra scripto, quod valet dagesch forte, hoc modo ܡܬܕܒܪܝܢ, esset Ethpaal, passivum secundæ conjug. & significaret, *reguntur*, à ܕܒܪ *rexit, gubernavit*. Addit, in Græco esse ܡܬܓܪܓܪܝܢ *trahuntur*, si scilicet Gimel molliter legas, à ܓܪ *traxit*. si enim duriter legas, significabit, *flagellantur*, à ܓܪ *flagellavit*. quod & hîc Scholiastes monet. & nos adduximus in Syrizantium gratiam.

Vers. 15. Ἐλάβομεν πνεῦμα υἱοθεσίας, ἐν ᾧ κράζομεν Ἀββᾶ ὁ πατήρ. Cur non nisi per Spiritum Adoptionis inclamamus Deum patrem? causam dat Paulus 2 Cor. 3. 17. *ubi Spiritus Dei est, ibi est libertas.* Regula est in Gemara Babylonica ad tractatum ברכות, העבדים והשפחות אין קורין אותם לא אבא פלוני ולא אימא פלונית:

Servi

Servi & ancillæ non inclamant eos neque Abba pater n. neque Imma mater n. Sed homini libero licebat patrem, ſæpe eum iſthoc nomine appellando, quempiam ſibi adſciſcere, adoptionemque quaſi ambiendo præparare. quæ ab aſcito patre filium etiam agnoſcente firmabatur. Etſi itaque nos adoptionem noſtram primi non ambiverimus, liberi tamen è ſervis primum reddi debuimus, antequam Deum Abba patrem inclamare licuerit. Ordo hic videtur. Quos Deus ab æterno elegit, & prædeterminavit ad adoptionem filiorum, Eph. 1. 4. 5. his mittit רוּחַ נְדִיבָה *Spiritum ingenuitatis*, Pſal. 51. 14. qui ingenuos, non ſervos decet. Hic per fidem applicata ipſis virtute mortis ac reſurrectionis Chriſti, liberat eos à ſervitute legis ac peccati, & protinus tanquam liberis denunciat adoptionem, ad quam ab æterno fuêre prædeterminati. Mox hi per eundem illum ingenuitatis Spiritum inclamant Deum, & actu adſciſcunt patrem. qui protinus vocem illam, tanquam à Spiritu ſuo profectam agnoſcens & probans, firmat adoptionem illam in cordibus ſuorum. Atque inde ratio peti poſſe videtur, cur hîc, & Gal. 4. v. 6. ubi quoque de adoptione agitur, idem Chaldaica primum voce, deinde Græca expreſſum ſit. Græca quidem, ut Chaldaica intelligeretur. Chaldaica autem, quia artificialis quædam vox erat Abba & quidem unica, qua adoptandi patrem ſibi adſciſcerent, vel adoptati patrem primum agnoſcerent. Nec diſſimilis fortaſſe cauſa eſt, cur & Marc. 14. 36. (alibi enim hæc vox in Nov. Teſt. non exſtat) ſervatori noſtro in agone conſtituto hæc dictio expreſſa attribuitur: quia nempe patris auxilium in ſumma illa anguſtia inclamat, non aliter quam qui deſertus, patrem ſibi de novo aſſciſceret. Nec prætereundum, Chaldaicum Abba non tantum *patrem* abſolutè, ſed & *patrem meum* denotare, id eſt vim affixi primæ perſonæ in ſe habere. ubicunque enim in Hebræo eſt אָבִי *pater meus*, apud Chaldæum paraphraſtem tantum eſt אַבָּא Abba. & in formula, quam ſupra ex Gemara citavimus, ſervo non licebat adſciſcere Patrem, dicendo אַבָּא abba, id eſt *pater mi*, aut אִימָּא id eſt *mater mea*. adeo ut in precationibus filiorum Dei egregiam vox ea emphaſin habuerit, quippe quæ non tantum patris, quem invocabant, erat denominatio, ſed & fidei ſuæ expreſſio, qua eum pro ſuo patre habebant. Quod quum Scholiaſten Syrum prorſus fugeret, ſtrenuè hîc nugatur. quum enim Interpres verterit ܐܒܐ ܐܒܘܢ *Abba, pater noſter*, ad ea ſic commentari voluit. [illegible] id eſt, *Beth in* ܐܒܐ *pronunciatur per pathach, & duriter effertur per dageſch forte. & hanc dictionem pronunciamus in hoc mundo. verum* ܐܒܘܢ *pater noſter, in futuro ſeculo. ubi majori cum parrheſia pater noſter dicemus, non pater indeterminatè.* Vide quid ignorantia faciat. Utinam rurſus Johannem ſuum eſſet ſecutus, qui longè doctius & ſolidius dixit, βουλόμενος δεῖξαι γνησιότητα, καὶ τῇ τῶν Ἑβραίων ἐχρήσατο γλώσσῃ. οὐ γὰρ εἶπε μόνον, ὁ πατὴρ, ἀλλ' ἀββᾶ ὁ πατὴρ, ὅπερ τῶν παίδων μάλιστά ἐστι τῶν γνησίων πρὸς πατέρα ῥῆμα. *Volens Apoſtolus ingenuitatem oſtendere, Hebræorum etiam ſermone uſus eſt. non enim dixit tantum Pater, ſed Abba pater, quod filiorum maximè ingenuorum verbum eſt ad patrem.* doctiſſimè ſane. Porro Spiritum hunc adoptionis opponit Spiritui ſervitutis, eumque dicit eſſe ad metum. de quorum utroque videat qui vult Myrothecium Cameronis.

VERS 16. Αὐτὸ τὸ πνεῦμα συμμαρτυρεῖ τῷ πνεύματι ἡμῶν. Vulgarus, Syrus & Arabs, *Ipſe ille Spiritus teſtimonium dat ſpiritui noſtro.* neglecta præpoſitione σύν. Eraſmus & Beza, *teſtatur una cum ſpiritu noſtro.* Nec aliter accepit, Chryſoſtomus, ſi bene eum capio. Non enim τὴν φωνὴν vocem qua clamamus Abba pater, diſtinguit à ſpiritu noſtro tanquam diverſa. ſed dicit per ſpiritum noſtrum intelligi τὸ χάρισμα donum (donum intelligo regenerationis) unde vox illa naſcitur. adeo ut vox illa ſit οὐ τοῦ χαρίσματος μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῦ δόντος τὴν δωρεὰν παρακλήτου, *non doni ſolum, ſed & Paracleti qui donum dedit.* atque inde rogat, τί δέ ἐστι, τὸ πνεῦμα τῷ πνεύματι συμμαρτυρεῖ; *quid eſt, Spiritus una cum Spiritu teſtatur?* Reſpondet, ὁ παράκλητος τῷ χαρίσματι τῷ δεδομένῳ ἡμῖν. *Paracletus una cum dono dato nobis.* Mens ergo ejus eſt, Spiritum Dei teſtari una cum ſpiritu noſtro, quatenus ſpiritus noſter clamat Abba pater. Malim tamen Dativum τῷ πνεύματι denotare id quod recipit teſtimonium à Spiritu S. ac σύν referri ad alium qui cum

cum illo testatur. sicut Rom. 9. 1. *Veritatem dico in Christo, non mentior*, συμμαρτυρούσης μοι τῆς συνειδήσεώς μου, *una attestante mihi conscientia mea*, nempe una cum Christo. Sic Apoc. 22. quum vers. 16. dixisset, *Ego Jesus misi Angelum meum*, μαρτυρῆσαι *ut testaretur vobis hæc in Ecclesiis*, addit vers. 18. Συμμαρτυροῦμαι γὰρ παντὶ, *una enim testor unicuique* &c, nempe una cum Angelo, vel una cum Christo qui misit Angelum. Ita hoc loco, quum v. 10. dixisset Christum habitare in nobis, deinde vero, Spiritum Christi habitare in nobis, & rursus, nos per Spiritum illum clamare Abba pater, jam addit, *Eundem illum Spiritum una testari spiritui nostro*, nempe una cum Christo, & Patre. Sic ut tres in nobis testes habeamus, de quibus 1 Joan. 5. 7. dicitur, *Tres sunt qui testificantur in cælo.* iidem sane testificantur quoque in cordibus nostris. omnes tres enim ibi habitant. de Filio & Spiritu S. jam hoc capite vidimus. de Patre, locus est Joan. 14. vers. 23. Et tanto jam tutius in testimonio hoc Spiritus S. spiritus noster acquiescere potest, quandoquidem non solus, sed cum patre & filio testatur.

Vers. 19. Ἡ γὰρ ἀποκαραδοκία τῆς κτίσεως τὴν ἀποκάλυψιν τῶν υἱῶν τοῦ θεοῦ ἀπεκδέχεται. Syrus, ܡܛܠ ܕܟܠܗ ܒܪܝܬܐ ܣܟܝܐ ܘܡܩܘܝܐ ܠܓܠܝܢܐ ܕܒܢܘܗܝ ܕܐܠܗܐ Tremel. *Universa enim creatura exspectat & oculos intendit in revelationem filiorum Dei.* verte, *sperat & exspectat revelationem filiorum Dei.* quasi ad verbum Græca vertas, *spes creaturæ exspectat.* Hezychius ἀποκαραδοκία, προσδοκία, ἀπεκδοχή, *exspectatio*, melius reddidit Chrysostomus per ἡ σφοδρὰ προσδοκία *vehemens exspectatio* Psal. 37. v. 7. וְהִתְחוֹלֵל לוֹ Aquila, καὶ ἀποκαραδόκει αὐτὸν & *exspecta eum*, vel & *spera in eum.* vox Hebræa חול *parturire* propriè significat. & quia quæ parturit, fœtum suum avidissimè, & quasi exerto versus eum, jam in procinctu existentem, capite, exspectat, hinc in hithpael *exspectare* etiam significat. hoc videtur spectasse Apostolus. ut enim ἀποκαραδοκίαν illam quasi parturientis esse intelligeremus, subjicit vers. 22. οἴδαμεν γὰρ ὅτι πᾶσα ἡ κτίσις συστενάζει καὶ συνωδύνει. Ad materiam quod attinet, violenta sunt quæ hîc Scholiastes Syrus adfert. Hujus enim versus 19 sensum esse dicit, ܟܠܗܘܢ ܟܝܢܐ ܪܘܚܢܝܐ ܡܣܟܝܢ ܕܢܬܓܠܐ ܒܢܝܘܬܢ ܠܐܠܗܐ ܒܥܠܡܐ ܕܥܬܝܕ *Omnes naturæ spirituales exspectant, ut reveletur filiatio nostra Deo, in futuro seculo.* Tum vers. 20. Creatura enim subjecta est vanitati. *Id est*, inquit, ܡܠܐܟܐ ܪܘܚܢܝܐ ܠܥܘܕܪܢܐ ܕܒܢܝܢܫܐ ܦܓܪܢܝܐ *Angeli spirituales auxilio hominum corporalium.* Non sua sponte, sed propter eum qui subjecit eam. id est ܒܚܝܠܐ ܕܦܘܩܕܢܐ ܐܠܗܝܐ *per vim mandati divini.* Tum versu 21. In spe, nempe ܕܛܒܬܐ ܕܥܬܝܕܐ ܠܐܢܫܘܬܐ *boni futuri aliquando generi humano.* Quod & ipsa creatura liberabitur à servitute corruptionis, ܗܢܘ ܕܡܠܐܟܐ ܡܬܚܪܪܝܢ ܡܢ ܡܛܪܬܐ ܕܐܢܫܐ ܘܡܢ ܬܫܡܫܬܐ ܕܢܗܝܪܐ ܕܒܪܩܝܥܐ ܐܝܬܝܗܘܢ ܒܫܘܢܝܐ ܕܡܢ ܥܠܡܐ, *nempe, per migrationem nostri ex hoc mundo liberantur Angeli à custodia nostri. Alii autem de ministerio luminarium quæ in expanso sunt accipiunt hæc verba.* Unde liquet, per creaturas expectantes & gementes intelligi ipsi Angelos. subiectum esse vanitati, esse addictum esse ministerio hominum. liberari item à servitute corruptionis, liberari à ministerio hominum. Stercora hæc sunt, præ excellentissimo auro quod hîc Chrysostomus, Calvinus, Beza & alii suppeditant. quos videat cui lubet.

Vers. 21. Εἰς τὴν ἐλευθερίαν τῆς δόξης τῶν τέκνων τοῦ θεοῦ. Syrus ܠܚܐܪܘܬܐ ܕܫܘܒܚܐ ܕܒܢܝܐ ܕܐܠܗܐ Tremel. & Boderianus, *in libertatem gloriæ filiorum Dei.* at ܠܚܐܪܘܬܐ est *in libertate*, aut potius *in libertatibus*, est enim pluralis numeri. *in libertatem* autem, dicerent ܠܚܐܪܘܬܐ. Neque enim existimavit interpres, reliquas creaturas ita esse liberandas à servitute corruptionis, ut & ipsæ transferrentur in libertatem gloriæ, id est in participationem liberrimæ gloriæ filiorum Dei; sed liberandas esse à servitute corruptionis suæ, in libertate, id est tum quum filii Dei libertatem gloriæ suæ consequentur. Sic & Arabs, *in spe*

spe ut redimatur ipsa etiam à servitute corruptionis بحرية مجد ابناء الله *in libertate gloriæ filiorum Dei.* Explicat igitur, apud Apostolum εἰς τὴν ἐλευθερίαν τῆς δόξης poni pro ἐν τῇ ἐλευθερίᾳ ut alibi sæpe εἰς pro ἐν usurpatur. Matth. 2. vers. 23. Κατῴκησεν εἰς πόλιν λεγομένην Ναζαρέθ. Marc. 1. 9. ἐβαπτίσθη εἰς τὸν Ἰορδάνην. optimè meo judicio. est autem hîc ܚܐܖ̈ܘܬܐ plur. ni fallor, à ܚܐܪܘܬܐ *libertas.* alioqui, ܚܘܪܬܐ *foramen* significat. Notat autem Scholiastes, alia exemplaria pro ܚܐܖ̈ܘܬܐ legere ܚܐܪܘܬܐ quod usitatè *libertatem* significat, & videtur hîc esse vera lectio. Chrysostomus εἰς reddit per لاجل *propter.* sive causam efficientem intelligas, propterea quod in libertatem gloriæ introducti fuerint filii Dei, sicut nutrix filii regii, ubi is in paternam successit dignitatem, ipsa quoque propter eum fit particeps bonorum. Sive causam finalem, ut augeatur, magisque illustretur libertas gloriæ filiorum Dei. sicut quum pater familias filium splendidè in publicum est producturus, omnes etiam servos splendidè vestit, εἰς τὴν τοῦ παιδὸς δόξαν *in* vel *propter* filii gloriam. duas enim has similitudines profert Chrysostomus. Nec insolens esse, εἰς pro *propter*, jam pridem ostendimus Luc. 16. 16. Posses etiam vertere, *ad libertatem gloriæ filiorum Dei.* eo sensu quo Num. 16. 34. dicitur נָסוּ לְקֹלָם *fugerunt ad vocem illorum*, id est audita voce illorum. Ita & creaturæ dici possunt liberandæ à servitute corruptionis, ad libertatem, id est ubi aderit libertas gloriæ, sive gloriosa libertas filiorum Dei.

VERS. 22. *Novimus enim quod omnis creatura* συστενάζει καὶ συνωδίνει ἄχρι τοῦ νῦν. Vulg. *ingemiscit & parturit usque adhuc*, neglecta utrobique præpositione σύν. sic & Syrus. quod enim ܡܬܬܢܚܝܢ Tremel. vertit *congemiscunt*, vertendum simpliciter *gemunt.* Beza refert præpositionem ad omnium mundi partium consensum. Erasmus & Arabs ad nos. *una nobiscum gemunt & parturiunt.* Quod simpliciter posset esse, vicem nostram dolent, & quasi cum gemitibus atque anxietate miseriam nostram deplorant. sicut condolere alicui dicimur, cum vicem ejus dolemus, ejusque miseremur. neque tum redundabit quod vers. seq. additur.

VERS. 23. Υἱοθεσίαν ἀπεκδεχόμενοι ܘܡܣܟܝܢܢ ܠܣܝܡܬ ܒܢܝܐ Tremel. *& intentis oculis exspectamus adoptionem filiorum.* verte simpliciter, *& exspectamus*, quod & supra monuimus vers. 19. respexit Hebræorum שָׂבַר quod *respicere & oculos aliquò vertere* significat. at ܣܟܐ Syris simpliciter est *exspectare*, quod est quasi respicere rem venturam.

Sequitur per Appositionem, τὴν ἀπολύτρωσιν τοῦ σώματος ἡμῶν. pro quo Arabs تبنية البنين لنجاة اجسادنا *adoptionem in liberationem corporum nostrorum.* At quomodo exspectamus adhuc adoptionem, qui jam dudum Spiritum adoptionis adepti sumus? & quomodo redemptionem corporum, quæ jam dudum sanguine Christi redempta fuere? causam harum locutionum dat Apostolus vers. seq. τῇ γὰρ ἐλπίδι ἐσώθημεν, *Spe enim servati sumus.* quomodo spe, si jam servati? quia complementum salutis exspectat spes. quod nisi sequatur, ne servati quidem sumus. eodem modo spe adoptari dici possumus, & spe redempta corpora nostra: quia nisi hæreditatis fruitio, & corporum restauratio sequatur, ne adoptati quidem sumus, nec redemta corpora.

VERS. 24. Ὃ γὰρ βλέπει τις, τί καὶ ἐλπίζει; Vulgatus, Beza & Syrus prætereunt καὶ tanquam redundans. Erasmus, *cur idem speret?* malim *cur adhuc speret?* sensus enim est, quum quis, quod videt, præsens habeat, cur porro etiam sperare id velit? Moneo obiter, quod præcessit, τῇ γὰρ ἐλπίδι ἐσώθημεν, ܡܛܠ ܕܒܣܒܪܐ ܗܘ ܚܝܝܢ quod Tremel. vertit, *Eo quod in spe est salus nostra.* putavit siquidem ܚܝܝܢ nomen esse cum affixo, quum sit præteritum à ܚܝܐ *vixit, servatus est.* alterum scribendum fuisset ܚܝ̈ܝܢ. verte ergo, *Eo quod spe servati sumus.*

VERS. 26. Ὡσαύτως δὲ καὶ τὸ πνεῦμα συναντιλαμβάνεται ταῖς ἀσθενείαις ἡμῶν. Vulgatus, Erasmus, Syrus & Arabs negligunt hîc rursus præpositionem σύν. sicut supra v. 16. & 22. iidem, excepto Erasmo, fecerunt. Beza, *una sublevat infirmitates nostras.* & refert σὺν ad nos laborantes, quasi dicatur ipse vicissim onus attollere ex altera parte, ne sub eo fatiscamus. Si ulla hîc præpositionis ratio est habenda, malim, ut & vers. 16. fecimus, referre ad Patrem

trem & Filium, cum quibus Spiritus S. quippe ab iis missus, & una cum iis in cordibus nostris habitans, semper agit. Ut sensus sit, sicut Spiritus S. una cum Patre & Filio testatur spiritui nostro nos esse filios Dei, similiter idem Spiritus cum iisdem opitulatur infirmitatibus nostris.

Ibid. Τὸ γὰρ τί προσευξώμεθα καθὸ δεῖ, οὐκ οἴδαμεν. Scholiastes Syrus sensum esse dicit [illegible] *Non desideramus bona nobis promissa, quia non sunt nobis cognita. ignoti enim nulla cupido.* ἀλλ' αὐτὸ τὸ πνεῦμα ὑπερεντυγχάνει ὑπὲρ ἡμῶν στεναγμοῖς ἀλαλήτοις, id est, inquit, [illegible] *Illa gratia Spiritus quæ datur nobis, cognoscit* (proprie assequitur) *ea, & precatur ut acquiramus ea.* non omnino nihil est, quod dicit. Nam & 1 Cor. 2. 12. docet Apostolus, *accepisse nos Spiritum Dei, ut sciamus quæ nobis à Deo data sunt.* sine Spiritu Dei ergo fieri nequit ut quis bene precetur. sine eo enim ne scit quidem homo, quænam Dei ad se pertineant.

Vers. 27. Ὅτι κατὰ θεὸν ἐντυγχάνει ὑπὲρ τῶν ἁγίων. Syrus rectè, [illegible] *secundum voluntatem Dei.* Malim quam cum Arabs κατὰ pro πρὸς *apud* accipere. dicit enim يتوسل الى الله *intercedit apud Deum.*

Vers. 28. Οἴδαμεν δὲ ὅτι τοῖς ἀγαπῶσι τὸν θεὸν, πάντα συνεργεῖ εἰς ἀγαθόν. Syrus & Arabs πάντα acceperunt pro κατὰ πάντα. *per omnia,* vel ἐν πᾶσι *in omnibus.* & συνεργεῖ construunt cum Deo quem pii diligunt, *Novimus autem quod eos qui diligunt Deum, in omni re juvat in bonum,* nempe Deus à suis dilectus. Et Arabs illud Syri *in omni re* explicat per *in omni re bonorum operum.* At simplicissime Vulg. & alii συνεργεῖ construnt cum πάντα.

Ibid. Τοῖς κατὰ πρόθεσιν κλητοῖς οὖσι. Optime intellexit Syrus, πρόθεσιν hîc non esse hominum sed Dei. ideo vertit, [illegible] *quos ante posuit, ut essent vocati.* sic & Arabs.

Vers. 29. Ὅτι οὓς προέγνω, καὶ προώρισε συμμόρφους τῆς εἰκόνος, &c. Syrus, omissa particula ὅτι, refert οὓς ad eos de quibus vers. præced. actum fuit. pro συμμόρφους ponitur pro εἰς τὸ εἶναι συμμόρφους. sicut πεφωτισμένους pro εἰς τὸ εἶναι πεφωτισμένους, Eph. 1. 17. πλουσίους pro εἰς τὸ εἶναι πλουσίους, Jac. 2. v. 5. ἀρχηγὸν pro εἰς τὸ εἶναι ἀρχηγὸν, Act. 5. 31.

Vers. 30. Οὓς δὲ προώρισε, τούτους καὶ ἐκάλεσε. Syrus, [illegible]. Tremel. & Boder. *Eos autem quos prius obsignavit.* verte, *designavit, determinavit, destinavit.* id enim est [illegible] at *obsignavit,* [illegible] Syris dicitur. Juvat hîc rursus audire Theologiam Scholiastæ nostri Syri. Quos prædestinavit, eos & vocavit [illegible] *ad Euangelium suum.* Et quos vocavit, eos justificavit, [illegible] *scilicet per baptismum.* Et quos justificavit, eos glorificavit, [illegible] *nempe per virtutes quas operâ eorum edidit.* Nulli ergo prædestinati, vocati, & justificati, quam quos miraculis celebres reddidit?

Vers. 33. Τίς ἐγκαλέσει κατὰ ἐκλεκτῶν τοῦ θεοῦ. Id est, inquit Scholiastes Syrus, [illegible] *dicet eos esse indignos gratia?*

Vers. 39. Οὔτε ὕψωμα &c. Ante hæc habet Vulgatus, *Neque fortitudo.* quod Cl. Beza ait, in nullis Græcis codicibus reperisse se. addo, neque in Syro. at Arabs habet, verùm in plurali ولا القوات *neque fortitudines.*

Cap. IX.

Vers. 3. Ηὐχόμην γὰρ αὐτὸς ἐγὼ ἀνάθεμα εἶναι ἀπὸ τοῦ Χριστοῦ. Durius hoc votum videtur, quod Scholiastes Syrus sic emollire conatur. [illegible] *Non orat separari se à Christo propter illos, quem ullam creaturam posse ab eo separare negavit.*

gavit. ſed ut anathema, id eſt devotio fieret pro illis, niſi diligeret. aut, ut orbaretur gloria, illi autem ſuccedentes glorificarentur. Rectius dixit Chryſoſtomus, voluiſſe hîc oſtendere Apoſtolum τὴν ὑπερβολὴν τῆς ἀγάπης *exceſſum charitatis*, & voviſſe anathema fieri, εἴγε δυνατὸν ἦν, ὥστε ἐκείνους σωθῆναι, *ſi fieri poßet, ut ipſi ſervarentur.* Anathema autem eſſe, exponit per κεχωρισμένον, ἠλλοτριωμένον, καὶ ἀπορραγέντα εἶναι τοῦ Χριστοῦ, *ſeparatum, alienatum & abruptum eſſe à Chriſto.* neque dum hoc vovet, contemptum Chriſti indicat, ſed intenſiorem in ipſum amorem. Majori enim Chriſto gloriæ futurum ſciebat totius gentis, quam ſui ſolius ſalutem. Porro ἀνάθεμα procul dubio eſt Hebræorum חֵרֶם. quod quid propriè ſit, non aliunde melius quam ex Arabica lingua diſcitur. ubi حرم in 1 conjug. eſt *interdici, prohiberi.* Inde ad rem relatum, *prohibitum atque illicitum eſſe* (cui opponitur حل *ſolutum, liberum & licitum eſſe*;) ad perſonam verò relatum, *prohiberi patria, proſcribi, in exilium pelli.* محروم *exul, patria prohibitus.* In 2 conjug. *prohibere, illicitum facere, proſcribere.* Apud Hebræos in Hiphil החרים (In Kal enim non eſt in uſu) idem omnino valere videtur. ſignificat enim aut rem Deo, aut regionem populumve internecioni ita devovere, ut omni ejus uſu deinceps ſis prohibitus atque interdictus. Hinc חֵרֶם, quod tria apud Hebræos ſignificat. 1. Rem interdictam, prohibitam & proſcriptam, cujus tibi uſus omnino eſt illicitus. 2. Supplicii Eccleſiaſtici genus, interdictionem ſcilicet & proſcriptionem, qua contumaces prohibentur Eccleſia, & omnium rerum ſacrarum uſu. 3. Per Metonymiam ipſas perſonas ſic proſcriptas ac prohibitas. Atque hæc ſignificatio eſt hujus loci. Cuperem, inquit Apoſtolus חרם anathema eſſe à Chriſto, id eſt prohibitus eſſe communione Chriſti, proſcriptus & exul ab ipſius Eccleſia, denique interdictus omni beneficiorum ejus uſu. Significat quoque חרם apud Hebræos *rete*, quia eo piſces prohibentur aquæ uſu, indeque exulare coguntur.

VERS. 4. Ὧν ἡ υἱοθεσία καὶ ἡ δόξα. Referunt docti ἡ δόξα ad arcam fœderis quæ *gloria Domini* dicitur 1 Sam. 4. 21. Ali ad השכינה *Majeſtatem Dei* qua habitabat in templo. Id ſi rectum eſt, reſpicitur ſtatus populi qualis fuerat ſub Tabernaculo & templo primo. Nam ſub templo ſecundo caruerunt arca, & propterea fatentur ipſi Hebræi, defuiſſe ſibi ab eo tempore השכינה, quippe quæ erat habitatio Dei ſuper arcam inter Cherubim. Malim ergo intelligere generaliter, quod תִּפְאֶרֶת, גָּאֲוָה, כָּבוֹד, הָדָר, dicunt Hebræi, *dignitatem, præſtantiam, excellentiam* qua hic populus ſupra omnes eminebat, & reſpicitur fortaſſis præcipuè Circumciſio, quæ ſemper in populo hoc permanſit, quæque verè fuit ipſorum gloria. quam adeo jactant, ut in Talmud libro נשים R. Simeon dicat, גדולה מילה שהיא שקולה כנגד כל המצות *Magna eſt circumciſio, quæ æquiparari poteſt omnibus præceptis.* Alibi dicunt, גדולה מילה שאלמלא מילה לא נתקיימו שמים וארץ *Magna circumciſio eſt. Niſi enim fuiſſet ea, non conſtitiſſent cælum & terra.* quod ex Jer. 33. verſ. 25. perperam probare ſatagunt. Sequitur apud Apoſtolum καὶ αἱ διαθῆκαι *& fœdera.* ac ipſa Circumciſio הַבְּרִית *fœdus* ipſis dicebatur, ſecundum illud Act. 7. 8. ἔδωκεν αὐτοῖς διαθήκην περιτομῆς. quia erat אוֹת הַבְּרִית *ſignum fœderis.* adeoque magna gloriæ materia. quamobrem fortaſſis Apoſtolus hîc δόξαν & διαθήκας conjunxit. Quæritur autem, cur plur. numero διαθήκας (quod Beza & Syrus *fœdera*, Vulgatus *teſtamenta* tranſtulit) dixerit Apoſtolus? Reſpondent quidam, reſpici fœdus cum Abrahamo initum, deinde cum poſteris repetitum. Maluit Cl. Beza referre ad duas tabulas fœderis. malumus nos explicationem petere ex Epiſt. ad Gal. 4. 24. ubi Apoſtolus allegoriam Saræ & Agaris inſtituens, ait, αὗται εἰσὶν αἱ δύο διαθῆκαι, *hæc ſunt duo fœdera*, ſive teſtamenta: Vetus nempe & novum, Operum & Gratiæ, Servitutis & Libertatis. etſi enim ratione veritatis, firmitatis ac complementi ſui poſterius illud ad tempora Chriſti propriè pertinuit, ratione tamen inſtitutionis ambo ad Patrum tempora ſunt referenda. alterum enim in Agare, alterum in Sara fuit adumbratum. & jum tum Iſmael, ex ſerva natus, fuit ſub fœdere ſervitutis, Iſaac, ex liberâ, ſub fœdere libertatis. de duobus his fœderibus agit Deus cum populo ſuo Jer. 31. verſ. 32. 33. ubi obſervandum, novum illud fœdus propriè ac primariò אֶת־בֵּית יִשְׂרָאֵל *cum domo Iſraël pangi*, & non niſi per domum Iſraël cum gentibus. Inde illud Apoſtoli Act. 13. v. 46. *Vobis erat neceſſarium annunciari primum verbum Dei* (intellige verbum Euangelii & gratiæ, quod paſſim abſolutè & κατ᾽ ἐξοχὴν verbum Dei appellatur) quia fœdus gratiæ ad eos primo pertinebat, & ab illis ad Gentes dimanare debebat. neque ad Gentes pertinet, niſi quatenus Judæorum

oleæ sunt insiti. quam ob causam Apostolus ex fœdere Judæis apud Jeremiam promisso infert futuram aliquando gentis Judaicæ restaurationem ac conversionem, Rom 11. 27. Merito ergo dicit fœdera esse Israëlitarum, quia nos illa non nisi ab ipsis habemus.

Sequitur, καὶ ἡ νομοθεσία. Vulg. *& legislatio.* Erasm. & Beza, *& legis constitutio.* Syrus simpliciter ܘܢܡܘܣܐ *& lex.* non malè. sic enim usurpatur 2 Machab. 6. 23. ubi Eleazarus, ab amicis monitus ut instans mortis periculum simulatione quadam declinaret, recusasse id dicitur, λογισμὸν ἀναλαβὼν τῆς ἁγίας καὶ θεοκτίστου νομοθεσίας, *suscepta cogitatione sanctæ & à Deo conditæ legis.* Quique per legislationem, aut legis constitutionem reddunt, non activè id intelligunt, quasi eorum fuerit legem ferre, sed passivè, quod ad eos lex lata & à Deo constituta pertinuerit. Lex sane Mosis, eo administrationis modo quo Israëlitis fuit lata, ad eos solos, non ad Gentes pertinuit, quippe quâ, tanquam pariete intergerino, reliquæ Gentes à Republ. Israëlis seclusæ erant. Subjungit autem legislationem fœderibus, quia post ambo fœdera lata lex, utrique inserviit. fœderi quidem operum, quatetenus fuit perfecta justitiæ regula, ejusque rigidissima exactrix. fœderi autem gratiæ, quatenus fuit pædagogus ad Christum.

Sequitur, καὶ ἡ λατρεία, καὶ αἱ ἐπαγγελίαι. Idem λατρεία quod λειτουργία. utroque enim nomine LXX Interpretes עֲבֹדָה reddere solent. significatur religiosus cultus Deo exhibendus, præcipuè qui in templo erat peragendus. pars erat τῆς νομοθεσίας. sed quæ speciatim exprimitur, quia præcipuum hoc erat populi istius ornamentum ac privilegium, quod præ cæteris populis gratam Deo, sibique salutarem colendi ejus rationem nacti essent. Postremo adduntur promissiones, quia ad eas & fœdus gratiæ, & legislatio quatenus fœderi gratiæ inserviebat, & totus cultus ceremonialis referebantur. Longè hæc aliter Cl. Beza consideravit, qui per διαθήκας, νομοθεσίαν & λατρείαν tres legis partes intelligi existimat, Moralem, Judicialem & Ceremonialem. de quo doctis judicium relinquimus.

VERS. 5. Καὶ ἐξ ὧν ὁ Χριστὸς τὸ κατὰ σάρκα, ὁ ὢν ἐπὶ πάντων Θεὸς εὐλογητὸς εἰς τοὺς αἰῶνας, ἀμήν.

Syrus vertit, ܘܡܢܗܘܢ ܐܬܚܙܝ ܡܫܝܚܐ ܒܒܣܪ ܕܐܝܬܘܗܝ ܐܠܗܐ ܕܥܠ ܟܠ. ܕܠܗ ܬܫܒܚܢ ܘܒܘܪܟܢ ܠܥܠܡ ܥܠܡܝܢ ܐܡܝܢ *Et ex illis conspectus est Christus in carne, qui est Deus supra omnia, cui sunt laudes & benedictiones in seculum seculorum, Amen.* Ad quæ Scholiastes Syr. ܢܣܬܟܪܢ ܗܟܝܠ ܦܘܡܐ ܕܢܣܛܘܪܝܢܐ. ܕܠܐ ܡܘܕܝܢ ܕܝܠܕܬܗ ܒܒܣܪ ܠܗ ܕܝܠܕܬ ܐܠܗܐ ܗܝ ܐܝܬܝܗ: *Obturentur ergo ora Nestorianorum, qui eam quæ peperit eum in carne, θεοτόκον esse negant.*

VERS. 6. *Non enim omnes qui sunt ex Israële, sunt Israël.* Recte observavit Scholiastes Syrus, priori loco per Israëlem intelligi Jacobum. sed quod addit, eum sic dictum ܡܛܠ ܕܚܙܐ ܠܐܠܗܐ *propterea quod vidit Deum,* dicendum fuit ܡܛܠ ܕܙܟܐ ܠܐܠܗܐ *propterea quod vicit Deum.* ut liquet ex Gen. 32. 28. Et Hos. 12. 3. שָׂרָה *princeps fuit, superior fuit,* & אֵל *Deus*

VERS. 7. *Neque quia semen Abrahæ sunt, omnes filii sunt.* Ad hæc Scholiastes Syrus, ܒܢܝ ܐܝܫܡܥܝܠ ܠܘ ܒܢܝܐ ܐܢܘܢ ܕܡܘܠܟܢܐ ܐܝܟ ܕܟܬܝܒ ܒܢܡܘܣܐ ܕܒܐܝܣܚܩ ܢܬܩܪܐ ܠܟ ܙܪܥܐ: *Filii Ismael non sunt filii promissionis, quandoquidem, In Isaac nominabitur tibi semen, scriptum est in lege.* Explicationis gratia libet quædam addere. Abrahamus non consideratur hîc solum ut pater carnalis, sed etiam ut caput fœderis, cum ipso & posteritate ejus initi. Priori enim modo, quicunque fuerunt ejus semen, filii quoque fuerunt. At posteriori modo, Ismael etsi semen, non fuit tamen filius neque hæres benedictionis patri Abrahamo in fœdere promissæ, neque semen illud, cum quo Deus in Abrahamo fœdus pepigerat, in eo fuit censitum, sed in Isaaco. is filius fuit promissionis, & cum eo, qui in lumbis ejus continebantur. Quod ut dextrè capiatur, distinguenda rursus est promissio istius fœderis in typicam & antitypicam. Typica, fuit externa & carnalis in se, etsi spiritualis ratione repræsentationis. nempe, Saræ futurum filium. in hoc semen reputatum iri. Israëlitas ex eo nascendos fore palam & manifestè populum Dei, per carnis circumcisionem distinguendum à reliquis omnibus populis. Hinc populum hæredem fore promissionis terræ Canaan, habiturumque Deum per exter-

externa signa habitantem in medio sui. Antitypica fuit interna & spiritualis. quod nempe ex Ecclesia fidelium (hanc enim repræsentavit Sara, Gal. 4. 22. 23. 26.) nascerentur veri Dei filii, in quibus verum Dei semen censeretur, qui per cordis circumcisionem distinguerentur à cæteris, essentque soli hæredes cælestis Canaan, & haberent Deum per Spiritum suum habitantem in se in æternum. Respectu typicæ promissionis solus Isaac, ejusque filii, iique omnes, qui quidem ex eo per Jacobum sunt orti, fuerunt filii promissionis, excluso Ismaële, ejusque posteris omnibus, præterquam qui se in familias Israëlitarum dederent. Etsi enim circumcisus quoque fuerit Ismael, non tamen, quod salva pace maximi viri Joh. Calvini dixero, filius fuit promissionis, & fœderis cum Abrahamo icti hæres ac successor. quum enim fœderis sui firmandi gratia Circumcisionem instituerit Deus, disertis verbis & expresso oraculo Ismaelem ab isto fœdere excludit, seque id non cum illo sed cum Isaaco inire declarat, Gen. 17. 20. 21. Id ante circumcisionem ejus factum. post autem, ejici eum vult è familia Abrahami, quia non in ipso, sed in Isaaco semen ejus esset vocandum, Gen. 21. 12. neque etiam jussu Dei circumcidit eum Abraham, sed ex arbitrio suo, amoreque filii fecisse id videtur, non prohibente Deo, sed & permittente: quo magis liqueret, neque nativitatem ex Abrahamo, neque additam Circumcisionem facere filios fœderis, sed solam promissionem, quæ aberat ab Israële ejusque posteris, aderat Isaaco, & per Jacobum posteris. At respectu Antitypicæ, iidem filii Isaaci, quibus typica facta erat promissio, fuerunt quoque, dum duravit typus, filii antitypicæ, exclusis rursus Ismaelitis, præterquam qui vera Ecclesiæ Israëliticæ membra facti sunt. verum hoc discrimine, quod non omnes typicæ promissionis filii, fuerunt & antitypicæ. Sicut enim, ut quis typicæ promissionis esset filius, non suffecit esse filium Abrahæ secundum carnem, sed oportuit nasci ex eo per promissionem, ideoque non Ismael, sed Isaac censitus fuit in semen, sive quod idem est, non in Ismaele sed in Isaaco vocatum fuit semen: ita, ut quis antitypicæ promissionis esset filius, non sufficiebat secundum typicam & carnalem promissionem esse ex Abrahamo, sed etiam natum esse oportebat ex Spiritu S. promissionis, qui sic vocatur Eph. 1. 13. sicut enim ratione fœderis externi se habet Ismael, tantum secundum carnem natus, ad Isaacum ex typica promissione natum, sic ratione fœderis interni se habebant Isaacidæ carnales, secundum carnalem sive typicam tantum promissionem ex eo nati, ad eos qui ex Spiritu S. promissionis erant nati. Itaque ante mortem Christi, revelatumque Euangelium, dum duravit typus, prærogativam habuerunt Isaacidæ præ Ismaelitis. Nam & qui eorum carnales essent, etsi salutiferæ promissionis filii non essent, fuerunt tamen typicæ & carnalis. quippe nati, non simpliciter secundum carnem, ut Ismaelitæ, sed ex typici fœderis promissione, quam Abrahamo, Isaaco & Jacobo dederat Deus. At post Christi mortem, revelatumque Euangelium, abolito jam typo, simpliciter secundum carnem nati sunt, ex Abrahamo, non aliter quam Ismael, adeo ut, quicunque exinde essent infideles, nec typicæ nec antitypicæ promissionis fuerint filii, adeoque verè, ex omni fœdere excisi. Quod ut melius liqueat, sciendum, totum fœdus Abrahami, tam ratione typi quam ratione antitypi, Christum respexisse, semen illud præcipuum Abrahami, in quo omnes nationes essent benedicendæ. docente illud Apost. Petro Act. 3. 25. *Vos estis filii fœderis, quod pepigit Deus erga patres vestros, dicens ad Abrahamum, In semine tuo benedicentur omnes Gentes.* Itaque, pro ratione qua ad Christum pertinuere, pro semine Abrahami fuerunt habiti. Ismael, ejusque posteri, quia alieni ab illo fœdere, prorsus ad Christum non pertinuerunt, adeque nullatenus pro semine habiti, nec ullo modo filii promissionis. Isaacus, reliquique ejus posteri, qui in typico fœdere comprehensi fide Christum respexerunt, pertinuerunt ad eum typicè & antitypicè, atque utroque modo filii fuerunt promissionis. Reliqui ejus posteri, in typico fœdere comprehensi, sed porro infideles atque increduli, typicè ad Christum pertinuerunt, non antitypicè. At post mortem Christi abolito typo, nec typicè amplius, nec antitypicè. itaque habiti, tanquam si velut Ismael simpliciter secundum carnem ex Abrahamo fuissent orti. Atque id voluisse arbitror Apostolum, quum v. seq. ait, *Non filii carnis sunt filii Dei, sed filii promissionis censentur in semine.* Non enim ejus temporis Israëlitas eo solum in loco habet, quo eos suo tempore Jeremias, quum diceret cap. 5. 20. *non sunt Jehovæ.* Etsi enim veri ejus filii non essent, externo tamen fœdere adhuc ad eum pertinebant, ejusque populus erant. sed longe jam erant pejori loco, libello repudii ipsis dato, alienati etiam ab externo fœdere, nec amplius populus Dei.

Hactenus filii Dei dicti fuerant. quia etsi infideles, non tamen omnino filii carnis fuerant, sed filii etiam typicæ promissionis, & hactenus in Isaaco vocati semen Abrahæ. At jam simpliciter filii carnis, nullatenus filii Dei, nullatenus semen Abrahæ, eo nempe sensu quo opposite ad Ismaelem in Isaaco hactenus fuerat habitum. non enim aliud deinceps Abrahami semen, quam in Christo, vero promisso semine, censebatur. in quem censum, repudiatis in genere Israëlitis, Gentes jam referebantur. Hoc quidem dolere sibi vehementer, ait Apostolus. sed in voluntate tamen Domini, sapientique ejus & libera dispensatione esse acquiescendum. Non enim à carne, sed à gratuita Dei promissione proficisci salutem, typum hujus rei esse in Ismaele & Isaaco, ambobus Abrahami filiis, quorum ille cum suis posteris à fœdere est rejectus, quasi semen Abrahæ non fuisset, hic cum posteris suis Israëlitis in fœdus receptus, & solus in semine censitus, quia non ille sed hic ex promissione natus est, quam Apostolus vers. 9. profert. Ita factum in fœdere typice, similiter se habere in antitypico. Solos eos spiritualis ac salvifici fœderis esse filios, qui ex divina promissione, quam Deus electis in Christo fecit, nascuntur. ab hac nunc alienos esse Israëlitas. frustra itaque voluntati Dei obmurmurari.

VERS. 8. Τοῦτ᾽ ἔστιν, οὐ τὰ τέκνα τῆς σαρκὸς, ταῦτα τέκνα τοῦ θεοῦ· ἀλλὰ τέκνα τῆς ἐπαγγελίας λογίζεται εἰς σπέρμα. Arabs τοῦτ᾽ ἔστιν vertit ومعنى هذا, *Et significat hoc.* quia nempe explicatur hîc typus Ismaëlis & Isaaci, v. præcedenti propositus. τὰ τέκνα τῆς σαρκὸς non sunt hîc qui secundum carnem ambulant, sed qui nativitatem aliam non habent, quam quæ est carnis & ex carne. quibus opponuntur filii promissionis, per quos hîc non intelliguntur quibus facta est promissio, sive qui sunt hæredes promissionis, quia filii. sed qui ex promissione nati sunt, & ideo filii, quia promissi. id enim v. seq. apertè indicat Apostolus, ubi Isaacum promissionis filium fuisse indicat, quia Abrahamo ex Sara promissus fuit. ut & Gal. 4. 23. dicitur natus ex libera διὰ τῆς ἐπαγγελίας *per promissionem.* ut contra Ismael ex ancilla κατὰ σάρκα *secundum carnem.* quia nempe natus ex Abrahamo & Agare vegetis adhuc & generationi aptis, præter carnalem originem nihil habuit. at Isaacus ex Abrahamo & Sara effœtis & emortuis vi promissionis natus, ex promissione originem traxit, nec sine ea unquam fuisset. quem typum Apostolus applicans ibidem v. 28. dicit *nos esse secundum Isaac filios promissionis*, id est, nos esse Dei filios non ex natura, neque ex liberi arbitrii viribus, sive quod idem est ex operibus legis, quæ vires liberi arbitrii superare nequeunt, sed ex promissione Spiritus S. qui nos regeneravit, & filios Dei esse fecit. Non tamen propterea idem hîc agitur ad Romanos, quod ibi ad Galatas. etsi enim quædam conveniant, non tamen idem scopus. Hîc scopus Apostoli est, consolari se super rejectione Judæorum. consolationis argumentum est, quod non ex consanguinitate cum Abrahamo, sed ex gratuita promissione Dei, quæ ab electione pendet, censeri debeant filii Dei, & verum semen Abrahæ. id declarat typo Ismaëlis & Isaaci. ubi quæritur, quum ambo sint Abrahami semen, cur in solo Isaaco vocatum sit Abrahamo semen. Duobus locis respondet Apostolus. quorum prior est Gen. 21. 12. ubi libero oraculo Deus ita definivit, quum secus maluisset Abrahamus. nisi enim obstitisset Dei definitio, non minus potuisset Ismael, ex ancilla natus, semen censeri Abrahami, quam qui ex ancillis Zilpa & Bilha fuere nati, semen Jacobi fuerunt habiti. Alter est Gen. 18. v. 10. ubi promissio extat, per quam natus est ex Sara Isaacus. sine qua promissione, aut non natus, aut secundum carnem quoque, ut Ismael, natus fuisset Isaacus. adeoque conclusio est, non alios posse esse filios Dei & semen Abrahæ, quam qui ex promissione sunt orti. quam quia Deus ex libera voluntate designat cui & ubi vult, non esse hîc Deo obloquendum. Illic vero ad Galatas scopus est, non justificari hominem ex lege, sed ex fide. argumentum petitur ex utriusque effectis, quia lex servos parit, fides liberos. Id declaratur typo Ismaelis & Isaaci, qui ibi non tanquam ex uno patre, sed tanquam ex diversa matre nati considerantur. unus ex Agare serva servus. qui Justitiariorum typus est, qui ex legali fœdere nascuntur per opera ad servitutem. alter ex Sara libera liber, qui fidelium est typus, qui ex cœlesti Hierusalem, id est fidelium Ecclesia, nascuntur per fidem ad libertatem. quum autem fides non sit ex homine, sed ex promissione Spiritus Sancti, alterum illud typo addit, Ismaelem sic esse ex serva natum, ut tantum secundum carnem, id est vi carnis sit natus. Isaacum sic esse ex libera, ut per promissionem sit natus. Sic Justitiarii nihil habent nisi quod est ex carne, sive viribus liberi arbitrii. fideles autem, quod Spiritus Sanctus vi promissionis, in electione comprehensæ, in ipsis operatur. Et hoc quidem quod de promissio-

missione ibi tradit, idem est quod hîc ad Romanos profert, sed in alium servit finem. Hîc enim promissionem istam ad electionem refert, qua Deus Ismaelem & Isaacum, ex eodem Abrahamo ortos, sic distinxit, ut illum ex carne, hunc ex promissione nasci, in illo semen non vocari, in hoc vocari voluerit. id non ex Isaaci dignitate, sed ex Dei promissione, quæ conceptionem ejus antecessit, ejusque causa fuit esse profectum. Ibi autem eandem promissionem refert ad Justificationem, ex fide non ex operibus quærendam. quandoquidem enim secundum Isaacum filii sumus promissionis, id est, quandoquidem quod regeniti simus, non per carnem sed per promissionem contigerit, & per eandem promissionem factum, quod non ancillæ simus sed liberæ filii, nequaquam committendum ut carnalem justitiam, quæ ex operibus mercedem tribuit, & verè servos decet, sectemur, sed eam quæ ex promissione est, quæque ex gratia mercedem largitur, quam fides amplectitur, quæque verè ingenuos & liberos decet.

VERS. 10. οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ Ῥεβέκκα, ἐξ ἑνὸς κοίτην ἔχουσα Ἰσαὰκ τοῦ πατρὸς ἡμῶν. Ellipsis hic est, ad quam evitandam Erasmus κοίτην ἔχουσα vertit *conceperat*. quod merito reprehendit Cl. Beza. quia ad sensum supplendum addidit, *hæc experta est*. Nos vertimus, *non solum vero* hoc, (sic enim οὐ μόνον δὲ usurpatum supra cap. 5. 3. 11. & 8. 23.) *sed & Rebecca* sic se habuit, *quum ex uno gravida esset, Isaaco patre nostro*. Usitata est Apostolo ellipsis verbi ἔχει, ubi declarare vult quomodo res se habeat, ut supra cap. 5. vers. 16. & 18. videmus. est & ubi οὕτως ἔχει subaudiendum. ut Matth. 25. 14. Porro non assentiendum arbitror iis, qui hîc diversum à superiori typum proponi arbitrantur. quasi prior typus esset justitiariorum & fidelium. hic demum electorum & reproborum, atque id Apostolum per transitionem hanc οὐ μόνον δὲ indicare. de quo vide Myrothecium Cameronis. Transitio illa novum quidem exemplum, sed ejusdem scopi profert. Docuit jam Apostolus, solos filios promissionis, id est electos qui ex promissione sunt filii, servari. Id ex duobus Abrahami filiis probavit. jam addit, non inde tantum, sed & ex Rebeccæ filiis idem liquere. quos prioribus subjungit, ne in superiori typo Isaacus Ismaeli prælatus videretur, quod ex digniore matre libera sit natus, hic autem ex viliori serva: quandoquidem ex duobus Rebeccæ filiis, eodem partu ex eadem matre libera natis, alter, & quidem major natu, cui prærogativa deberi videbatur, sit repudiatus, alter electus. De his sic Scholiastes Syrus, ܡܚܘܐ ܗܘܐ ܕܠܐ ܡܛܠ ܕܡܢ ܚܐܪܬܐ ܗܘܐ ܐܝܣܚܩ ܐܬܓܒܝ. ܕܗܐ ܝܥܩܘܒ ܘܥܣܘ ܡܢ ܚܕܐ ܚܐܪܬܐ. ܚܕ ܐܬܪܚܡ ܘܐܚܪܢܐ ܐܣܬܠܝ. ܠܐ ܗܟܝܠ ܠܫܘܦܪܐ ܕܐܒܗܬܐ ܢܬܠ ܥܠܬܐ ܕܓܘܒܝܐ. ܐܠܐ ܠܨܒܝܢܐ ܛܒܐ ܕܩܕܡ ܝܕܝܥ ܗܘܐ ܠܐܠܗܐ. *Indicat, non quia ex libera fuit, electum fuisse Isaacum. quandoquidem Iacob & Esau ex eadem sunt libera: unus tamen dilectus fuit, alter reprobatus. non ergo pulchritudini patrum imputabimus causam electionis, sed bonæ voluntati quæ Deo præcognita fuit.* Prius benedixit. alterum pessimè. quum non bonam voluntatem, quam in homine præcognovit Deus, sed bonam ipsius Dei voluntatem, quam in se proposuit, electionis causam esse multis argumentis hîc demonstret Apostolus. non enim est volentis, neque currentis, sed miserentis & vocantis Dei.

VERS. 11. Μήπω γὰρ γεννηθέντων, μηδὲ πραξάντων τι ἀγαθὸν ἢ κακὸν, ἵνα ἡ κατ' ἐκλογὴν τοῦ θεοῦ πρόθεσις μένῃ οὐκ ἐξ ἔργων, ἀλλ' ἐκ τοῦ καλοῦντος. Ad hæc sic commentatur Scholiastes Syrus, ܠܘ ܐܝܟ ܒܢܝܢܫܐ ܡܢ ܣܘܥܪ̈ܢܐ ܘܡܢ ܥܒ̈ܕܐ ܓܒܐ ܐܘ ܡܣܠܐ ܐܠܗܐ. ܐܠܐ ܡܢ ܩܕܡ ܝܠܕܐ ܝܕܥ ܥܬܝܕ̈ܬܐ: *Non ut homines ex eventu & operibus eligit aut reprobat Deus: sed ante nativitatem novit futura.* opera ergo patrata, & in eventu post nativitatem constitua fatetur excludi, non autem ante nativitatem prævisa. Utraque excluduntur. quia non operibus patratis prævisa, sed operibus simpliciter vocantem opponit, ex cujus beneplacito & misericordia propositum electionis fluxisse asserit. Porro postrema verba, οὐκ ἐξ ἔργων &c. quæ gratuitæ electionis adversarii ad sequentem versum referunt, Syrus & Arabs cum hoc versu ita conjunxerunt, ut ad seq. ne referri quidem possint. Sequentem enim ita reddiderunt, ac si scriptum esset, ἐῤῥήθη γὰρ αὐτῇ. Placet autem Cl. Came-

Cameronis observatio, Apostolum de proposito Dei quod est secundum electionem agentem, non dixisse ἡ κατ' τὴν ἐκλογὴν, sed sine designatione ἡ κατ' ἐκλογὴν, quod nihil aliud est quam *electivum*, id est, merè liberum. Belgicè, **het voornemen Godts dat nae verkiesinghe is**/ non autem **nae de verkiesinghe.** Gallicè, *qui est selon election*, non autem *selon l'election*. Hebraicè כִּבְּחִירוּת, non autem כְּהַבְּחִירוּת. Latina lingua id non assequitur.

Vers. 12. Ἐῤῥήθη αὐτῇ, ὅτι ὁ μείζων δουλεύσει τῷ ἐλάσσονι. Tantundem hîc de Esavo & Jacobo dicitur, ac supra de Ismaele & Isaaco dictum est. idem valet atque, non cum Esavo, sed cum Iacobo pangam fœdus meum. non in illo, sed in hoc nominabitur tibi semen, ille carnis, hic promissionis erit filius. Quod enim supra de Abrahamo monuimus, idem & de Isaaco monitum volumus, considerari eum tanquam fœderatum. quocirca, sicut Ismael ex Abrahamo Dei fœderato natus, fuisset quoque filius fœderis, nisi eum Deus expresso oraculo inde exclusisset, & ad Isaacum limitasset; ita & Esavus ex fœderato patre natus, fuisset quoque filius fœderis, nisi eum Deus oraculo exclusisset, & ad Iacobum limitasset. Excludit autem illum, hunc includit, quum illum hujus servum fore denunciat. Pugnant enim, fœderatum Dei esse, & servum hominum esse: eo sc. sensu, quo Paulus, 1 Cor. 7 23. ait, *Empti estis pretio, ne estote servi hominum.* contra, connexa sunt inseparabilia, populum Dei esse, & liberum esse. adeo ut quamvis ibi sit corporali conditione servus, idem tamen sit ἀπελεύθερος Κυρίου *libertus Domini*, 1 Cor. 7. 22. Inde est quod in Confessione fidei à Munstero edita, Commentariisque ejus in Matthæum præfixa, Judæi glorientur, Deum Israëlitas ex Ægypto eduxisse לחירות עולם *in libertatem æternam.* Quia enim tum demum Deus eductione illa separavit eos à reliquis populis, & palam in populum suum ascivit (teste Psalmista Psal. 114. 1.) tum verè è domo servitutis fuerunt educti, & in libertatem asserti. non eam tantum quæ & aliis populis, suo jure viventibus, erat communis, sed & quæ ipsis tanquam peculio Dei, omniumque hominum jure exemptis, ac soli Deo vindicatis, jure fœderis erat propria. quam nunquam deinde amiserunt, sed quamdiu populus Dei manserunt, ut propriam sibi reservarunt. Hinc illud Joh. 8. 33. *Semen Abrahæ sumus, neque cuiquam servivimus unquam.* Rectè senserunt, semini Abrahæ non competere servitutem, atque esse indivulsa, semen Abrahæ esse, & semper liberum esse. quam verè ergo erant semen Abrahæ, per Isaacum nempe & Jacobum ex eo ortum, adeoque semen fœderis, populus Dei, filii Dei, tam verè gloriari poterant, se esse liberos, nec unquam cuiquam serviisse. Sed prout duplex istius gloriationis fundamentum esse poterat, vel externi ac typici fœderis ac stemmatis prærogativa, vel interni ac spiritualis fœderis stemmatisque veritas; sic dupliciter quoque libertas ea consideranda veniebat, vel secundum externam quandam ad Deum relationem, vel secundum internam ac spiritualem veritatem. posteriori sensu negat Christus eos esse aut semen Abrahæ, aut filios Dei, quia serviebant peccato, & Abrahæ opera non imitabantur, nec Dei voluntati parebant. Externè tamen erant filii Dei, & semen Abrahæ, eandemque ob causam liberi, non servi. Unde jam satis liquet, quum servituti Esavum addicit Deus, excludi eum à fœdere, tum externo tum interno. in quo utroque comprehensus Jacobus, dominus verè fuit Esavi, quippe particeps dominii ipsius Dei, in cujus fœdus admissus fuit. atque huc pertinet quoque alterum illud, *Jacobum dilexi*, donando eum libertate fœderis, & spirituali dominio in fratrem. *Esavum odi*, excludendo eum è fœdere, & fratris dominio subjiciendo. quum neutri fœdus meum deberetur, quum utrumque inde excludere, quum utrumque in id adsciscere, quum excludere Jacobum, adsciscere Esavum licuisset (neuter enim adhuc natus erat, neuter boni quicquam aut mali fecerat) libuit diligere Jacobum, adeoque libertate & dominio fœderis mei donare. contra odisse Esavum, adeoque fœdere gratiæ meæ orbare, & servituti, quæ extra fœdus meum est, subjicere. Atque hinc factum, ut non Esavus cum suis, sed Jacobus cum posteris hæres fuerit promissionis terræ Canaan. si enim fœdus cum Isaaco & Abrahamo initum spectes, servus fuit potius Esavus, quam filius. quocirca excludi debuit ab illius terræ possessione, quæ iis tantum per promissionem data erat, qui in semine censerentur, eratque libertati filiorum Dei dicata, umbra & signaculum æternæ libertatis. Atque ex eodem fluxit fonte, quod singulari Dei providentia, primogenitura ab Esavo ejusque posteris in Jacobum & ejus semen fuerit translata. unde passim Deus Israëlem vocat suum primogenitum, ut ex fœdere sciamus pendere dominum, quo Israëlitæ tan-

tanquam primogeniti Esavitis aliisque populis prævalebant. Et huc, inter alia, spectabat Lex, statim post eductionem ex Ægypto, non Esavitis sed solis Israëlitis data, ut dominium huic populo assignaretur. est enim Lex νόμος βασιλικὸς *lex regalis* Jac. 2. 8. quam propterea Hebræi כתר & כלילה *coronam* vocant. addentes, התורה נותנת מלכות וממשלה *Lex dat regnum & dominium.* ut est in Pirke Aboth cap. 4. & 6. Ad rem quoque nostram facit, quod Apost. Jacobus ibid. vers. 12. legem nuncupat νόμον ἐλευθερίας *legem libertatis.* Nam ut ajunt Hebræi in Pirke Aboth cap. 6. אין לך בן חורין אלא מי שעוסק בתלמוד־תורה: *nemo liber est, nisi qui occupatur in studio legis.*

VERS. 16. Ἄρα οὖν οὐ τοῦ θέλοντος, οὐδὲ τοῦ τρέχοντος, ἀλλὰ τοῦ ἐλεοῦντος Θεοῦ. Syrus, ܠܐ ܗܘܐ ܗܟܝܠ ܒܐܝܕܐ ܕܡܢ ܕܨܒܐ ܘܠܐ ܒܐܝܕܐ ܕܡܢ ܕܪܗܛ ܐܠܐ ܒܐܝܕܝ ܐܠܗܐ ܗܘ ܡܪܚܡܢܐ *Non igitur per manus ejus qui vult, neque per manus ejus qui currit, sed per manus Dei miseratoris.* similiter & Arabs. nisi quod ad supplendam ellipsin addiderit, فليس الامر الان, id est ἄρα οὖν οὐκ ἔστιν τὸ πρᾶγμα. Beza, *Nempe igitur* electio *non est* &c. rectius, ni fallor, Arabs.

VERS. 17. Ὅτι εἰς αὐτὸ τοῦτο ἐξήγειρά σε. Petitum est ex Exod. 9. vers. 16. ubi habetur הֶעֱמַדְתִּיךָ, quod propriè est ἀνέστησά σε, vel κατέστησά σε, feci ut stares, id est existeres. atque idem hîc significare ἐξήγειρά σε, rectè annotavit Cl. Beza. in mente habuit Apostolus, quasi in Hebræo esset הֲקִימוֹתִיךָ, quod plane isti est Synonymum, & nunc per ἐξεγεῖραι, nunc per ἀναστῆσαι, à LXX. Senioribus eodem sensu exponitur. ut Zach. 11. v. 16. אָנֹכִי מֵקִים רוֹעֶה בָּאָרֶץ, ἐξεγείρω ποιμένα ἐπὶ τὴν γῆν. At Ezech. 34. 23. pro וַהֲקִמֹתִי עֲלֵיהֶם רֹעֶה אֶחָד, ἀναστήσω ἐπ' αὐτοὺς ποιμένα ἕνα, quod propriè est וְהֶעֱמַדְתִּי. Sic Matth. 3. 9. *Potest Deus* ἐγεῖραι τέκνα τῷ Ἀβραάμ; idem est quod ἀναστῆσαι, & perinde est Hebraicè vertas לְהַעֲמִיד an לְהָקִים בָּנִים לְאַבְרָהָם sensus est, *facere ut sint filii Abrahamo.*

VERS. 20. *Tu quis es,* ὁ ἀνταποκρινόμενος τῷ Θεῷ. Vulg. & Syrus, *qui respondeas Deo?* Eras. *qui ex adverso respondes.* Beza, *ex adverso responsas.* Arabs efficacissimè & valdè propriè, فمن انت ايها الانسان حين تنازع الله وتراجعه الجواب, *At quis tu es ô homo, ut disceptes cum Deo, & reciproces cum eo responsum?* وجع est *redire.* at in tertia conjug. واجع *sic cum aliquo agere, ut verba ultro citroque redeant, reciprocare verba.* Sensus est; ô homo, tu jam supra quæsivisti, an non injustitiæ sit, si Deus pro arbitrio unum diligat, alterum odio habeat. responsum Dei accepisti ex Mose. Ad id regeris responsum, non habere ergo eum quod queratur, quandoquidem nemo voluntati ejus potest resistere. vis denuo Deum ad id tibi respondere, ac rationem facti sui reddere. quis tu es homo, qui ita responsum cum Deo reciprocas? hoc sensu ἀνταποκρίνεσθαι esset, *vicissim respondere.* qua significatione accipi videtur Jud. 5. vers. 29. Alibi tamen est *contra respondere*, sive respondendo contradicere, refellere ac confutare. vide Job. 16. 8. & 32. 12. & ἀνταπόκρισιν δοῦναι est responsionem dare qua alterius verba refellas ac confutes, Job. 13. 22. & 34. 36. Id admodum hîc quadrat. *Quis tu es homo, qui contra Deum respondes?* id est, qui responsione tua contradicere Deo audes, ejusque dicta confutare vis ac refellere.

VERS. 21. Ἤνεγκεν ἐν πολλῇ μακροθυμίᾳ σκεύη ὀργῆς. quid hoc sit explicat interpres Syrus his verbis ܐܝܬܝ ܒܣܘܓܐܐ ܕܡܓܪܬ ܪܘܚܗ ܪܘܓܙܗ ܥܠ ܡܐܢܐ ܕܪܘܓܙܐ. *Adduxit in multa longanimitate iram super vasa iræ.* Sensus enim est, Deum non protinus iram suam quam erant meriti in ipsos effudisse, sed demum postquam longa patientia peccantes eos tulisset.

VERS. 25. *Vocabo eum qui non erat populus meus, populum meum,* καὶ τὴν οὐκ ἠγαπημένην, ἠγαπημένην. Locus est Oseæ 2. 23. Ubi Hebræa veritas habet, וְרִחַמְתִּי אֶת־לֹא רֻחָמָה *Et miserebor ejus quæ fuit absque misericordia.* sed LXX Interpretes habent, καὶ ἀγαπήσω τὴν οὐκ ἠγαπημένην. videntur enim legisse, וְרִחַמְתִּי אֶת־לֹא רְחֻמָה, *& diligam non dilectam.* id secutus est Apostolus. neque hilum interest, hoc an illo modo legas, vertasque. Materia enim, de qua agitur, talis est, ut sive dilectionem dicas sive misericordiam, utroque electionis gratiam dicas, ad quam exprimen-

mendam, Apostolus supra vers. 13. & 15. promiscue diligendi & miserandi verbis usus est. quæ adeo sunt affinia, ut Hebræi ac Syri utrumque uno verbo רחם expresserint, prius in Kal, alterum in Piel. ac significat propriè visceralem illum matris amorem quo fœtum suum diligit, & quia diligit ejus miseretur. Examinandus hîc est nobis textus Syrus, quia difficultatem habet ܐܩܪܐ ܠܐ ܠܥܡܝ ܕܠܐ ܗܘܘ ܥܡܝ ܥܡܐ ܘܠܕܗܘܬ ܠܐ ܐܬܪܚܡܬ ܐܬܪܚܡܬ: Tremel. *Vocabo eos qui non fuerunt populus meus, populum meum, & non dilectam, dilectam.* Boderianus autem tum in Parisiensi editione tum in Regia, *Et eam quæ misericordiam non erat consecuta, misericordiam consecutam.* Prior voluit ܐܬܪܚܡܬ esse conjug. Ethpeel, ubi significat *diligi*, à peal ܪܚܡ *dilexit*. Alter Conjugat. Ethpaal, atque ibi *misericordiam consequi* significare, à Pael ܪܚܡ *misertus est*. At vero, quum utrumque ܐܬܪܚܡܬ sit primæ personæ, neuter quoad verba bene reddidit. Nam in Regia editione prius scribitur ܐܬܪܚܡܬ expressa in fine secunda vocali nota primæ personæ. quæ quidem in Viennensi non extat, sed ejus loco punctum superscriptum est, ejusdem personæ index. posterius in Viennensi & Cothenensi scribitur ܐܬܪܚܡܬ per secundam vocalem in fine, quæ quidem non extat in Regia, sic tamen & ibi legendum, quia in 3 fœmin. scriberetur ܐܬܪܚܡܬ cum puncto ad sinistrum latus literæ thau, quod hîc utrobique decet. Si ergo sit Conjungationis Ethpeel, vertendum erit, *& cui dilectus non fui, dilectus fui.* quod nec cum Hebræo, nec cum Græco, nec cum mente Apostoli convenit. Si Conjugationis Ethpaal, (potest enim esse utriusque) *Et cujus misertus non fui, misertus fui.* quod probe cum Ebræo convenit. & solet passim Syrus loca, quæ ex Veteri Test. citantur in Novo, ex Hebræo proferre. nec aliter, quod sciam, sumitur ܐܬܪܚܡ quam activè pro *misereri, misericordia erga aliquem affici & commoveri*, non autem, quod hîc putavit Boderianus, pro *misericordiam consequi.* Fateor tamen, secundum allatam à me versionem, dicendum fuisse ܘܠܗܝ ܕܠܐ ܐܬܪܚܡܬ ܥܠܝܗ ܐܬܪܚܡܬ ܥܠܝܗ. solet enim hoc miserendi verbum cum ܥܠ construi. quare Arabs quoque ut Boderianus passive vertit, ولغير مرحومة مرحومة *& quæ misericordiam non erat consecuta, misericordiam consecutam.* id ego Syriacè dici arbitror ܘܠܗܝ ܕܠܐ ܪܚܝܡܬܐ ܥܠܝܗ ܪܚܝܡܬܐ ܥܠܝܗ aut certe, si ܐܬܪܚܡ interdum passivè sumitur, dicendum fuisse videtur ܘܠܗܝ ܕܠܐ ܐܬܪܚܡܬ ܐܬܪܚܡܬ quod ad verbum sonabit *&* (supple vocabo) *eam quæ misericordiam non fuit consecuta, est misericordiam consecuta.* vel in Ethpeel *& eam quæ dilecta non fuit, est dilecta.* quod alias diceretur, ܘܠܗܝ ܕܠܐ ܪܚܝܡܬܐ ܪܚܝܡܬܐ.

Itaque hæreo adhuc circa hanc Syri interpretationem. poterunt tamen, quæ attulimus, Syrizantibus fortassis prodesse, in quorum potissimum gratiam hæc sunt allata.

VERS. 28. λόγον γὰρ συντελῶν καὶ συντέμνων, &c. Syrus, ܡܠܬܐ ܓܡܪ ܘܦܣܩ. Sic habet editio Viennensis, & Cothenensis. sic quoque legit Tremellius. at Scholiastes Syrus legit ܦܣܩ. sic Guido quoque in editione tum Regia, tum Parisiensi. & in Regia quidem vertit, *ad consummationem contulit*, in Parisiensi autem *decidit*, eodem modo quo Tremellius vertit ܦܣܩ. certè doctiss. Masius in Peculio Syro tradit ܦܣܩ significare, *amputare, decerpere*, & poni 1 Reg. 9. pro ἀποκνίζειν. non invenitur alibi in Nov. Test. Ferrarius vertit *abscidit.* ܦܣܩܐ *abscissio.* ܦܣܩ autem quod Tremellius hîc vertit *decidit*, significat *irruere*, Act. 7. 57. & inde ܦܣܩܐ *impetus* Act. 14. vers. 5. nec dubium quin inde sit Ebræorum נוץ *eruca*, ab impetu quo irruunt in frondes. quare existimat Doctiss. Masius mendosum hîc esse ܦܣܩ, & pro eo legendum ܓܡܪ *perficere*, συντελῶν, qua voce hîc usus est Apostolus.

lus. ego tamen rectum esse arbitror, & idem significare quod apud Arabes *statuere*, *decernere*. propriè, *decidere*, *concidere*. Ferrarius, *incidit*, *minatus est*, *irruit*, usitatissima sane Arabibus est phrasis, ut eadem quâ hîc Syrus usus est voce dicant جزم قولا مطلق *decîdit verbum absolutum*, pro dixit absolutè. Sequitur ܘܦܣܩ quod Guido vertit, & *præcîdit*. Tremellius, *& pronunciavit*. quomodo & cap. 3. 9. ܩܕܡ ܦܣܩܢ vertit *ante pronunciavimus*, Judæos & Gentes esse sub peccato. melius ibi Guido, *ante determinavimus*, aut fortasse etiam melius, *ante conclusimus*. sicut פָּסוּק finis versus concludit sententiam, aut sicut subductis rationibus summa capitalis concludit, & quasi præcîdit atque amputat totam supputationem. Sciendum itaque, linguis Orientalibus id familiare esse, ut omnia fere verba quæ *amputare*, *resecare*, *præcîdere*, *incidere* significant, etiam *decernendi*, *statuendi*, *concludendi* significationem habeant, qualia sunt apud Hebræos חָרַץ · חָקַק · גָּזַר. unde, cum Esa. 10. 22. quæ verba Apostolus hoc nostro loco citat, esset נֶחֱרָצָה pro *re decreta & statuta*, optimè id Syrus per ܦܣܩ interpretatus est, qua voce & alibi passim pro *decernere* & *statuere* usurpat. ut 2 Cor. 1. v. 9. Joh. 9. 9. &c. Itaque Syrum sic verto, *verbum decrevit & præcisè statuit*. Liceat nunc verba Prophetæ cum verbis Apostoli conferre. verba Phrophetæ sunt כִּי כָלָה וְנֶחֱרָצָה אֲדֹנָי יְהוִה צְבָאוֹת כִּלָּיוֹן חָרוּץ שׁוֹטֵף צְדָקָה עֹשֶׂה בְּקֶרֶב כָּל הָאָרֶץ. Apostoli verba sunt, λόγον γὰρ συντελῶν καὶ συντέμνων ἐν δικαιοσύνῃ, ὅτι λόγον συντετμημένον ποιήσει κύριος ἐπὶ τῆς γῆς. ex LXX Interpretibus petita sunt. Ad quæ Cl. Beza, ex collatione ipsa, inquit, nemo inficiari potest, Græcos interpretes negligenter admodum, quod ad voces ipsas attinet, hunc locum convertisse. Quod ego fateor me neutiquam videre. Quod enim participiis usus sit Græcus interpres συντελῶν & συντέμνων pro præsentibus Indicativi, ex Hebraismo est, ut & Propheta hîc dixit שֹׁטֵף & עֹשֶׂה. λόγον dixit pro *re*. Hellenisticè ex Hebraismo. λόγος συντετμημένος est נֶחֱרָצָה *res præcisa*. Præsertim autem advertendum, quomodo hæc verba Prophetæ acceperint LXX. כִּלָּיוֹן חָרוּץ שֹׁטֵף צְדָקָה neque enim, quod Beza & plerique nostrorum Interpretum existimarunt, putarunt כִּלָּיוֹן חָרוּץ habere locum subjecti, de quo prædicetur שֹׁטֵף. sed שֹׁטֵף retulerunt ad Deum, & כִּלָּיוֹן חָרוּץ habuerunt pro nominibus post verbum. nec dubito quin optimè. quod & Junius animadvertit, qui שֹׁטֵף צְדָקָה vertit *exundans justitiâ*, nempe Deus qui exundat justitia. & quia jam deerat verbum, supplevit defectum inserendo verbum *consummabit*. vertit enim, *Consummationem præcisam* consummabit *exundans justitiâ*. non probo, quia absque supplemento perspicuè vertitur, *Consummationem præcisam exundare facit in justitia*, vel *Consummatione præcisâ exundat in justitia*. Tota jam negligentia in eo est, quod neglecta significatione *exundandi*, simpliciter dixerit, consummat & præcîdit rem in justitia. צְדָקָה accepit pro בִּצְדָקָה. optimè. Sed quid jam illud est συντελῶν καὶ συντέμνων λόγον? hæc non ex Græcismo, sed ex Hebraismo interpretationem habent. συντελῶν λόγον, est עֹשֶׂה כִלָּיוֹן vel עֹשֶׂה כָלָה. כָּלָה inquit Beza, est *consumptio*, & innuit constituisse Deum ad extremam paucitatem redigere populum ingratum. Ego pace tanti viri longè aliter hæc acceperim, & non ad pœnam, sed ad beneficium ac consolationem verba illa retulerim. & sic accipienda esse, cuivis Prophetam & Apostolum intuenti liquebit. puto hæc ad executionem electionis pertinere, sub qua tamen non nego, quum ex lege oppositorum reprobatio etiam contineatur. & per כִּלָּיוֹן sive כָּלָה non aliquam *consumptionem*, ut nec per נֶחֱרָצָה *abbreviationem* aut *præcisionem*, sed per utrumque *consummatum in mente Dei consilium*, & *præcisum decretum* intelligo. sic sæpe כָּלָה sumitur. exempli gratia, 1 Sam. 20. v. 33. וַיֵּדַע יְהוֹנָתָן כִּי כָלָה הִיא מֵעִם אָבִיו לְהָמִית אֶת דָּוִד *Et cognovit Jehonathan quod consummatio esset à patre suo interficere Davidem*, id est, quod consilium interficiendi Davidem consummatum & firmiter decretum esset apud Saulem. sic חָרַץ sumitur pro *definire*, & *decernere* 1 Reg. 20. 40. ubi Achab dicit Prophetæ אַתָּה חָרָצְתָּ *tu ipse definivisti*, *tu sententiam jam tulisti*, & quid fieri oporteat statuisti. Ita hoc loco apud Esaiam, reliquiæ Israëlis servabuntur, quia decretum electionis firmum est. est apud Deum כִּלָּיוֹן חָרוּץ consummatio decreta, con-

 sum-

summatissimum decretum: est apud ipsum כָּלָה וְנֶחֱרָצָה consilium consummatum & statutum. eo consilio jam exundat, & id exequitur in terra. nec aliter capio illa Dan. 9. vers. ult. וְעַד כָּלָה וְנֶחֱרָצָה תִּתַּךְ עַל שֹׁמֵם *donec consummatum consilium & definitum decretum effundatur super vastorem*. Itaque nolim cum Domino Beza adeo culpare veterem Interpretem, qui ἐν δικαιοσύνῃ vertit *in æquitate*, imo etsi quis apud Esaiam illud צְדָקָה per *misericordiam* verterit, ne eum quidem culpavero, quum hîc opus misericordiæ & æquitatis divinæ omnino describatur: & vox ea sæpe pro misericordia sumatur ut Dan. 9. v. 16. & apud Rabbinos & Syros pro eleemosyna etiam accipiatur. Apud Apostolum ergo συντελῶν λόγον dicitur Deus, quum decretum electionis in se consummat. συντέμνων λόγον dicitur, quum id in se præcisè definit & concludit. est enim Hebraicum חרץ, quod optimè Syrus dixit ܦܣܩ & συντετμημένον λόγον ποιεῖν ἐν τῇ γῇ, est decretum illud exequi. Hæc salvo doctiorum judicio, Arabs habet كلمة صرمت وقطعت وسيمضيها الرب على الارض *verbum completum & decisum est, & faciet evenire illud Dominus super terram.*

VERS. 29. Εἰ μὴ κύριος Σαβαὼθ ἐγκατέλιπεν ἡμῖν σπέρμα, ὡς Σόδομα ἂν ἐγενήθημεν, καὶ ὡς Γόμοῤῥα ἂν ὡμοιώθημεν. Locus est Esa. 1. 9. ubi R. D. Kimchi causam annotat, cur hoc loco expressè nominetur Deus *Dominus exercituum*, עלשם צבאות מעלה ועל צבאות מטה שהם ישראל שנקראו צבאות לפיכך לא רצה לכלותנו כולנו כמו שהיינו חייבים: *propter exercitus superiores, & propter exercitus inferiores qui sunt Israëlitæ, qui vocantur exercitus* (videtur respicere locum Deut. 20. 9. ubi præfecti populi Israëlitici vocantur שָׂרֵי צְבָאוֹת *principes exercituum*) *propterea noluit consumere nos omnes, prout meriti fuimus.* ne scilicet desineret in terra esse Deus exercituum, si Israëlem prorsus exstinxisset. quod etsi subtilius sit, non tamen prorsus est ineptum. ἐγκατέλιπεν, Hebr. הוֹתִיר. ad quam vocem optimè annotat Raschi, Deum id fecisse מאליו וברחמיו ולא בצדקותינו *ex seipso, & per misericordias suas, non autem ob justitias nostras.* id ipsum voluit Apostolus, qui hinc gratuitæ electionis misericordiam elicit. Quod hic autem dicit σπέρμα, Syrus dicit ܫܪܟܐ *residuum*, secutus, ut alibi sæpe, textum Hebræum. ubi est שָׂרִיד Apostolus τοὺς Ἑβδομήκοντα expressit, qui pro *residuo* dixerunt *semen*, quoniam videlicet in cujusque rei semine res alioqui mortuæ & exstinctæ reviviscunt. ut præclarè dixit Cl. Beza. Quid si interpretari voluerint, quosnam Propheta per residuum intelligat? nempe pios quosdam qui verum Abrahami semen constituunt, de quibus Esa. 6. vers. ult. זֶרַע קֹדֶשׁ מַצַּבְתָּהּ *semen sanctum est stabilimentum terræ.* filios nempe promissionis qui in semen reputantur, ut locutus est supra noster Apostolus v. 8. atque id vehementer scopo hujus loci quadrat. Quid autem est, *fuissemus sicut Sodom?* id est, & peccatis & interitu fuimus eis similes. ut interpretatur Jonathan. Kimchius ait sensum esse, prorsus interiissemus שלא היה בהם שריד ופליט *quia non fuit illis superstes ullus qui evaserit.* Cur autem prima persona dicit כִּסְדֹם הָיִינוּ *sicut Sodom fuissemus?* quia Propheta, inquit Kimchius כלל עצמו עם הפושעים לכבוד ישראל *comprehendit seipsum cum prævaricatoribus in honorem Israëlis.*

VERS. 30. Κατέλαβε δικαιοσύνην, *apprehenderunt justitiam*, id est assecutæ sunt. idem quod ἔφθασε εἰς δικαιοσύνην, ut loquitur de Judæis vers. sequenti. unde & Syrus utrumque eodem verbo ܐܕܪܟܘ *assequi* interpretatus est. Metaphora ab iis qui aliquem insequentes, eum assequuntur. id enim Græcis est καταλαμβάνειν. Sensus est, Gentes quum justitiam non sectarentur, assecutæ sunt, quasi sectatæ fuissent. Judæi sectantes eam non sunt assecutæ, quasi non fuissent sectatæ.

VERS. 32. Διὰ τί; ὅτι οὐκ ἐκ πίστεως, ἀλλ' ὡς ἐξ ἔργων νόμου. Sensus est, quia non ex fide sectati sunt justitiam, sed quasi ex operibus legis habere eam potuissent, quum haberi inde nequeat. ea hîc est vis particulæ ὡς. Syrus & Arabs quoque legerunt νόμου. Porro, nequaquam ex hoc versu sequitur, scopum hujus capitis esse, Justificationem, &c, ut ajunt Pelagiani, electionem ex fide demonstrare. Sustulit hactenus scandalum, quod ex Judæorum rejectione nasci poterat, petito argumento à libero prædestinationis decreto, quo nasci alios ex carne sinit, alios ex promissione nasci facit, & hos solos in semine censet. diligit quos vult, odit quos vult. miseretur quorum vult, indurat quos vult, &c. à vers. 6. ad 24. ubi ab Electione transit ad efficacem vocationem, quia hæc est Electio-nis

nis executio & manifestatio. quos enim elegit, eosdem & non alios vocavit, non tantum ex Judæis, sed & ex Gentibus, vers. 24. & Gentium quidem probatur vocatio, vers. 25. 26. plane certe gratuita, quia vocavit eos, quum nec populus essent, nec dilecti. Et ad Judæos quod attinet, paucissimos eorum, ut elegit ita vocavit. non enim nisi residuum aliquid ex plurimis, qui malitia sua perierunt, reservavit Ecclesiæ suæ Deus, v. 27. 28. 29. De cæteris, pergit Apostolus ex comparatione eorum cum Gentibus docere, quæ sit gratiosæ istius vocationis efficacia. *Gentes* inquit (illi nempe quos ex Gentibus vocatos dixit vers. 24.) *quum non sectarentur justitiam, veram tamen justitiam quæ est ex fide apprehenderunt.* tanta fuit vocantis gratiæ vis in ipsis. *At Judæi* (plerique nempe, qui non erant de isto residuo sive semine quod sibi reservaverat Deus) *sectantes legem justitiæ, ad eam non pervenerunt.* tam parum potest sapientia carnis, etiam in iis qui nomine tenus populus Dei nuncupantur, si Spiritus Dei gratia destituantur, vers. 30. 31. quod ut magis liqueat, causam patefacit vers. 32. cur irriti fuerint omnes ipsorum conatus, nempe quia ex operibus legis sectati sunt justitiam, non ex fide. atque id ita esse probat, quia impegerunt in lapidem offendiculi, nempe Christum. quo rejecto, non reliqua erat alia ratio, quam ut ex lege quærerent justitiam. Et ne mirum cuiquam hoc Judæorum factum videatur, addit vers. 33. locum Esa. 8. 14. ubi id prædictum fuit. Unde liquet, scopum Apostoli non esse, Justificationis doctrinam tradere, ex fide ne ea sit, an ex operibus: sed docere, non esse exspectandum, ut plerique Judæorum serventur, quia reprobati sunt à Deo, & suæ cœcitati relicti. reprobationis hoc esse consequens & naturalis cœcitatis hunc esse effectum, ut in lapidem offendiculi impingant, adeoque non ex fide sed ex lege justitiam quærant. ob hanc causam non pervenire eos, nec posse pervenire ad justitiam. Contra contigisse Gentibus, quibus Deus, secundum Electionis suæ propositum vocatis, dederit in Christum credere, adeoque justitiæ fidei participes fieri. Neque alio spectant quæ seq. capite adducuntur. Etsi enim pluribus ibi de justitia legis & fidei agatur, scopus tamen Apostoli est, deplorare plerisque Gentis suæ, à Deo sibi ipsis relictæ, cœcitatem, qua impediti sunt quominus ad justitiam fidei pervenire queant. Quum enim vers. 1. sanctum suum de Israelitarum salute votum repetiisset, ait zelum quidem Dei esse penes ipsos, sed sine cognitione. ignorare ipsos justitiam Dei, nec posse ei subjici, quia propriam stabilire student. Inexcusabilem hanc esse cœcitatem, tum quia ex Mose jam pridem didicisse debuerant, quid inter justitiam legis & fidei intersit, tum quia prædicatum sibi Euangelium, unde fides nasci debuerat, respuerant. at id factum secundum vaticinia Prophetarum, qui jam dudum & fidem gentium, & incredulitatem ac contumaciam Judæorum prædixerant. non aliorum tamen; quam à Deo reprobatorum. Esse enim, ut cap. 11. pergit ostendere, qui secundum propositum electionis gratiæ obtinuerunt fidem: cæteros esse induratos. Unde satis liquet, non hic ex professo agi de Justificatione ex fide, & alia, isti opposita, ex operibus: sed ex occasione Electionis & Reprobationis docere voluit, ex Electione, quæque inde pendet promissione, Electis in Christo facta, fluere fidem. & hanc, cum nihil habeat humani, sed tota sit ex Electionis promissione, non aliam posse justitiam sectari, quam quæ Electis in Christo est promissa. Reprobationem contra relinquere homines & indurare in naturali sua cœcitate, ex qua aliud sequi nequeat, quam ut spreta Dei justitia, quæ est ex promissione gratiæ, superbè suam ex operibus legis stabilire queant. Scopus est, ut toti à Deo ipsiusque gratia pendere discamus, quò & Electio, & fides inde manans ducunt.

CAP. X.

VERS. 3. *Ἀγνοοῦντες γὰρ τὴν τοῦ Θεοῦ δικαιοσύνην, καὶ τὴν ἰδίαν δικαιοσύνην ζητοῦντες στῆσαι, τῇ δικαιοσύνῃ τοῦ Θεοῦ οὐχ ὑπετάγησαν.* Ex Esaia habet noster Apostolus quod hominum justitiam & Dei inter se opponat. Sic Deus Esai. 46. 12. 13. שִׁמְעוּ אֵלַי אַבִּירֵי לֵב הָרְחוֹקִים מִצְּדָקָה קֵרַבְתִּי צִדְקָתִי לֹא תִרְחָק. *Audite me duri corde, qui procul estis à justitia. appropinquare feci justitiam meam, non est procul.* ut accedamus ad justitiam Dei, necesse est nos procul agnoscamus à justitia nostra. Hic & cap. 57. 12. אֲנִי אַגִּיד צִדְקָתֵךְ וְאֶת מַעֲשַׂיִךְ וְלֹא יוֹעִילוּךְ. *Ego indicabo justitiam tuam, & opera tua, neque proderunt.* quasi dicat Deus, Age, disceptemus inter nos: ego producam omnia justitiæ tuæ opera, si forte juvari ex iis possis. at nihil proderunt. *qui autem*, inquit v. seq. *in me sperat, hæreditabit terram, & possi-*

poſſidebit montem ſanctum meum. ideo & v. 15. ait, ſe cum contrito corde habitare, & ſpiritum humilium vivificare, qui nempe ſuæ juſtitiæ opera contemnentes, ad Dei juſtitiam confugiunt.

Vers. 4. τέλος γὰρ νόμου Χριστὸς, εἰς δικαιοσύνην παντὶ τῷ πιστεύοντι. Id eſt, Finis legis non eſt, ut peccator ex ipſa juſtitiam quærat, quandoquidem violata condemnare tantum poteſt. ſed Chriſtum tota reſpicit, in eum tanquam in finem & ſcopum dirigitur, ut ex eo juſtitia ſit, non omni operanti, ſed omni credenti. Hoc autem legi non ex ſe competit, quatenus præfecta, præſes, & domina eſt in fœdere operum. ibi enim in ſolo homine conſiſtit, & ab eo aut perfectam obedientiam, aut maledictionem exigit, nec ullam habet ad Chriſtum relationem aut reſpectum. ſed quatenus tranſlata in adminiculum fœderis gratiæ, miniſtrat Euangelio. ibi enim manu ducit ad Chriſtum, quodque in ſe inveniri nequit, in ipſo quærere docet. Vel, finis legis per ſe eſt, ut ex ejus præſtatione juſtificentur homines. quem finem quum ob interveniens peccatum obtinere in nobis non potuerit, obtinuit in Chriſto, qui legi penitus ſatisfecit, & per Chriſtum in nobis quoque obtinet, quibus data ea legi ſatisfactio per fidem imputatur. Itaque Chriſtus credentibus nobis ſic eſt ad juſtitiam, ut finem legis in ea habeamus, & lex ipſa cogatur agnoſcere, ſe finem ſuum eſſe aſſecutam. Jure itaque dixit Apoſtolus cap. præced. verſ. 31. Judæos ex legis operibus juſtitiam ſectantes, ad legem juſtitiæ non perveniſſe, quia per ejuſmodi conatus non poteſt non privari lex ſuo fine.

Vers. 6. *At quæ ex fide eſt juſtitia ita dicit, Ne dixeris in corde tuo,* &c. Duas dubitationes, quæ Juſtitiarios neceſſario & ſemper affligunt, prohibere hîc juſtitiam fidei volunt doctiſſimi Commentatores. nempe, Quis aſcendet in cœlum, ut nos nempe eò deducat? tum, quis deſcendet in abyſſum, ut nos nempe inde eruat? priori mederi aſcenſionem Chriſti, poſteriori ejus mortem & deſcenſum ad inferos. Pia hæc eſt ſententia, ſed quæ cum mente Moſis Deut. 30. 12. 13. 14. difficulter admodum conciliari poteſt. Propoſitio enim Moſis verſ. 11. fuit, *Præceptum hoc quod præcipio tibi hodie, non eſt ſupra te,* (לֹא נִפְלֵאת הִוא מִמְּךָ, non eſt mirabile à te) *neque remotum eſt à te.* Id probat tribus verſ. ſeq. quia neque in cœlo eſt, ut eo adſcendere oporteat, atque inde deferre, neque trans mare eſt, ut deſcendere eo ſit opus, atque inde evehere. Sed propinquum tibi eſt &c. Ab hac Moſis mente diſcedendum non arbitramur. Itaque mentem Apoſtoli ſimpliciter ſic capimus: Juſtitia fidei non permittit, ut præceptum ſalutis ſupra te poſitum, & longè à te remotum dicas. non eſt in cœlo, ut dicas, quis eò aſcendet, qui ad nos deferat quo ſervemur? hoc eſt Chriſtum ex alto deducere, quaſi nunquam in terra fuiſſet, neque ibi doctrinam ſalutis divulgaſſet: ſed adhuc eſſet ad id ipſum è cœlo vocandus. Neque eſt in abyſſo maris, ut dicas, quis eo deſcendet, ut inde ad nos evehat, quo ſervemur. hoc eſt Chriſtum à mortuis reducere, quaſi adhuc in morte verſaretur, ibique ſalutis rationem ſepultam reliquiſſet: quum jam pridem è mortuis ſit reductus, & ſalutis doctrinam in lucem evexerit. Præclare ſane, inſtitutum Moſis confirmat Apoſtolus, nempe, neque in cœlo ſurſum, neque in abyſſo deorſum abſconditum eſſe ſalutis verbum, ut latere nos poſſit aut debeat. Non in cœlo, quia Chriſtus jam pridem inde deſcendit in terram: non in abyſſo, quia Chriſtus jam pridem inde aſcendit in terram, ut viam ſalutis patefaceret. Ubi ergo eſt ſalutis verbum? propinquum tibi eſt in ore tuo, & in corde tuo. Et hæc quidem, inquit Apoſtolus, à juſtitia fidei dicuntur, non à juſtitia quæ ex lege eſt. Quæ enim ex lege eſt juſtitia dicit, *Fac hoc & vives.* id eſt, præcipit tantum, & ſub conditione obedientiæ promittit vitam: vires obediendi non ſuppeditat. adeo ut multi legem penes ſe habeant & cognoſcant, quorum tamen ſi aptitudinem ad præſtandam eam ſpectes, procul eam & ab ore & à corde eorum abeſſe jure dicas, & vere נִפְלֵאת מֵהֶם ſupra ipſos & impoſſibilem ipſis. Fidei autem juſtitia legem Dei nobis ita adhibet, ut & in ore figat eam & in corde. in ore per ſinceram confeſſionem: in corde, per fidem & amorem. Utrumque fœderis gratiæ eſt. de verbo Dei in ore noſtro, locus inſignis eſt Eſai. 59. 21. de lege cordi inſcripta, Jer. 31. 33. Tum lex Dei non eſt נִפְלֵאת מִמֶּנּוּ *ſupra nos*, nec præcepta Dei gravia, 1 Joh. 5. v. 3. Facilia enim ea reddit Spiritus Dei, qui ea cordi inſculpit, & corda ad ea flectit. Quæritur autem, qua ratione Apoſtolus hîc verbum illud, de quo apud Moſem, interpretetur per *verbum fidei*, & totum locum ad juſtitiam fidei referat, quum Deut. 30. v. 10. 11. expreſsè dicat, Moſes ſe agere de præceptis in libro legis ſcriptis, de præcepto, quod, inquit, ego

go hodie præcipio tibi. de lege ergo agit. Hoc adeo torsit Cl. Bezam, ut diceret, *Quod Moses dixit de lege, hoc totum Paulus ad Euangelium accommodat per allusionem: ut per Euangelium demum doceat nos reipsa potiri eo quod lex pollicetur, & ab eo liberari quod interminatur.* At videtur potius Apostolus ex ipso Mose convincere voluisse Judæos, fidei justitiæ, non legis fuisse studendum: adeoque ex Mose proferre, quid is de utraque statuerit. de legis justitia statuit, quod legitur Lev. 18.5. de fidei justitia, quod legitur Deut. 30.12. Verba Apostoli clara sunt, *Justitia fidei sic dicit*, nempe in verbo Dei apud Mosen Deut. 30. unde citat verba tanquam à Justitia fidei dicta, quæ si à legis justitia dicta sunt, ludit Apostolus, & seipsum evertit. Non inquit vers. 8. verbum hoc quod dixit Moses propinquum vobis esse, est hoc ipsum verbum fidei quod nos prædicamus. Sentiendum itaque existimamus cum maximo viro Joh. Calvino, qui apud Mosen totam doctrinam Dei intelligi docet, quæ non legem tantum, sed & Euangelium comprehendit, & Euangelicam verè esse doctrinam quæ isthic traditur. Videantur sane omnia quæ in isto cap. antecesserunt, apparebit pertinere ad tempora Euangelii. agitur enim de iis temporibus, cum in cunctos populos dispersi erunt Israëlitæ. quod post Christi ascensionem & prædicatum Euangelium demum maximè contigit, & adhuc durat, durabitque usque ad desideratissimam illam Judæorum conversionem, de qua Apostolus proximo cap. est acturus. eo tempore fient quæ promisit Deus apud Mosem, fore ut reducat eos ex omnibus populis in terram patribus promissam, non sane typicam illam, sed in veram terram promissionis, in supernam Hierusalem, quæ est vera Christi Ecclesia. & ut circumcidat cor eorum, & cor seminis eorum. atque id ipsum erat tempus, quo experirentur revera, non procul à se, sed in ore suo ac corde positum esse verbum Dei. Atque ejus rei veritatem jam tum tempore Mosis experiebantur veri Judæi, filii promissionis, qui ori suo & cordi, vi fœderis gratiæ, insculptum sentiebant verbum Dei. At inquies, fac gratiam aliquam Dei, verbis illis contineri, qua legem cordibus inscribat, illud tamen verbum, quod Moses ait esse in ore & corde populi, est verbum legis non fidei. Respondeo rursus, esse totam salutis doctrinam, cujus præcipuum argumentum est Euangelium de Christo, secundaria quædam doctrina, & Christo inserviens, est lex. *Moses enim de Christo scripsit*, Joh. 5. 46. & *finis legis est Christus*, supra vers. 4. Adeo ut mirum nemini videri debeat, quod Apostolus locum illum Mosis, ubi procul dubio de lege etiam agitur, justitiæ fidei tribuat. quandoquidem virtute fœderis gratiæ, cum Abrahamo per fidem justificato, & patre credentium, initi, ac per legis Mosaicæ ministerium confirmati, justitia fidei, primas partes tenens, legem sibi servam fecit, ac verè famulam τῆς διαθήκης προκεκυρωμένης ὑπὸ τοῦ θεοῦ εἰς Χριστόν. Gal. 3. vers. 17. Nec diffiteor, me stupere hîc sapientiam Pauli, qui divinitus instructus intelligere potuit, verbum fidei commendari, ubi nihil nisi lex prædicari videbatur. ut, quod antea docuerat, medullitus teneremus, irritam esse legem, donec tota ad Christum, tanquam ad finem & scopum suum referatur. Neque omnino repudio, quod hîc apud Scholiastem Syrum reperio, ܠܗܘ ܕܒܠܫܢܐ ܢܡܘܣܐ ܕܠܐ ܢܡܘܣܐ ܐܡܝܢܐ ܕܠܐ ܡܫܝܚܐ ܢܡܘܣ ܠܗܘ ܡܫܝܚܐ. ܐܝܟ ܐܝܬܝܘܬܐ ܕܟܠܗ ܡܕܡ *Id quod in Deuteronomio de lege dictum est, de Christo accipit illud Apostolus. secretum id est cognationis, quam habent ad se invicem.* Postquam enim lex viribus destituta per carnem, translata est tanquam ministra in adjumentum Christi, quod factum est in fœdere gratiæ, quæ alioquin inter se pugnarent, seque mutuo everterent, tantam inter se accepere cognationem, ut quod ibi dicebatur â Mose de lege, rectè id de Christo acceperit Apostolus quandoquidem lex Christo subdita, non alium finem habet aut scopum quam Christum. Dignum porro est examine, cur pro וְלֹא מֵעֵבֶר לַיָּם הִוא לֵאמֹר מִי יַעֲבוֹר לָנוּ אֶל עֵבֶר הַיָּם *neque trans mare est, ut dicas, quis transibit nobis trans mare,* (vel, *in ulteriorem terminum maris*) quod LXX verbo tenus sunt secuti, Apostolus, qui Græcorum interpretationem lubens solet exprimere, hîc verterit, *Quis descendet in abyssum?* voluit scilicet mentem Mosis interpretari, & optimè est interpretatus. Potest enim עֵבֶר *terminus, finis, id quod trans vel ultra est,* dupliciter sumi, in latitudine, aut in profunditate. in latitudine, ut quum quis fluvium aut Oceanum transfretans, ab una ripa transit in alteram. in profunditate, ut si lapis in mare injectus, à superficie transeat ad fundum. non priorem, sed posteriorem modum

dum hîc locum habere, optimè intellexit Apostolus. summo enim loco, qui est cœlum, opponitur infimus, scilicet non superficies, sed profunditas maris, quæ ubique in Scriptura תְּהוֹם ἄβυσσος dicitur. adeo ut מִי יַעֲבוֹר אֶל־עֵבֶר הַיָּם rectè vertatur, τίς καταβήσεται εἰς ἄβυσσον; quis à superficie transibit in ulteriorem maris terminum, id est in ipsam profunditatem descendet?

Vers. 11. *Quisquis credit in eum*, οὐ καταισχυνθήσεται *non pudefiet.* eundem locum citavit Paulus supra cap. 10. 33. ubi procul dubio petitus est ex Esai. 28. 16. Laudandos autem arbitror interpretes, quique eos secutus est, Apostolum, quod sensum magis quam verba spectantes, pro לֹא יָחִישׁ *non festinabit*, dixerint *non pudefiet*. sensus enim est, non se festinanter subducet, ut solent erubescentes, qui conspectum hominum non ferunt. Rectè quoque, tum hîc, tum cap. præcedenti vers. 33. indefinitum הַמַּאֲמִין *qui credit*, vertit Apostolus in universalem enunciationem πᾶς ὁ πιστεύων. valet enim universalem. sicut indefinita, *Homo est animal*, valet universalem, *omnis homo est animal*.

Vers. 14. Πῶς δὲ πιστεύσουσιν οὗ οὐκ ἤκουσαν Vulg. & Syrus, *quomodo autem credent ei quem non audierint?* Erasmus & Beza, *de quo non audierint*, i. e. περὶ οὗ οὐκ ἤκουσαν. posses & neutro genere vertere, *quod non audierint*.

Vers. 16. Τίς ἐπίστευσε τῇ ἀκοῇ ἡμῶν; ἀκοὴ ex Hebraismo pro prædicatione usurpari, jam pridem notum. Sed quia Syrus vertit, *Quis credidit* ܠܒܪܬ ܩܠܢ ad verbum, *filiæ vocis nostræ*, visum fuit obiter annotare quid sit ܒܪܬ ܩܠܐ *filia vocis*. quod eliso Resch pronunciant Syri Bathkol בַּת קוֹל. Glossarium Syro-Arab. reddit الصوت من الالسان واللفظة, *vox ex linguis & pronunciatione*. Mens est, ܩܠܐ & ܒܪܬ ܩܠܐ sic differre, quod ܩܠܐ significet quemvis sonum, etiam vocis inarticulatæ, ut & Arabibus الصوت. sed ܒܪܬ ܩܠܐ vocem tantum articulatam, qualis est linguarum, quæ certum quid & distinctum enunciat. quam اللغة & اللفظة Arabes dicunt. Apud Magistros בת קול speciatim designat הקול שירד מן השמים *vocem quæ descendit è cœlo*. specialis revelationis modus erat, quo non per somnia, aut visiones, aut Spiritus S. inspirationes, ut in Prophetis fieri consueverat, sed voce articulata Deus voluntatem suam revelabat. qualis erat illa vox Dei Joan. 12. 28. quum articulatè è cœlo diceret. *Et glorificavi & adhuc glorificabo.*

Vers. 17. Ἄρα ἡ πίστις ἐξ ἀκοῆς· ἡ δὲ ἀκοὴ διὰ ῥήματος Θεοῦ. commodè hîc ἀκοὴ accipi potest eâdem qua præcedenti vers. significatione, *Itaque fides est ex prædicatione. prædicatio autem est per verbum Dei.* Includit hoc quoque auditum. sed malim ex prædicatione, quam ex auditu. quia prædicatio à Deo est, auditus ex nobis. fides autem potius ex eo quod à Deo est quam quod ex nobis est proficiscitur. prædicatio autem est *per verbum Dei*, quia per illud supeditatur sacris præconibus quod prædicent. Syrus dixit, *Et auditus auris ex verbo Dei.* Vulgatus, *auditus autem per verbum Christi.* Christi dixit pro Dei. sed quid vidit Arabs, cur verterit وما سمعته الآذان فمن الايمان بالمسيح كلمة الله: *& quod audivit auris, est ex fide in Christum verbum Dei.* Per verbum Dei intelligit ipsum Christum. & id quod per prædicationem auditur vult esse ex fide in Christum, quum contra dixerit, fidem esse ex eo quod auditur.

Cap. XI.

Vers. 2. Ἢ οὐκ οἴδατε ἐν Ἠλίᾳ τί λέγει ἡ γραφή. Cl. Beza ἐν Ἠλίᾳ, vertit *de Elia*, ex Hebræorum inquit idiotismo, apud quos ב interdum pro על *super, de.* rectè sanè. & quia rarum satis est, lubet exempla quædam proferre. perpetua Hebræis & Syris phrasis est הוֹדָה בִּי *confessus est in me*, i. de me. unde in Hellenismo Matth. 10. vers. 32. πᾶς ὅστις ὁμολογήσει ἐν ἐμοὶ, ὁμολογήσω κἀγὼ ἐν αὐτῷ pro περὶ ἐμοῦ, περὶ αὐτοῦ. Exod. 12. vers. 43. לֹא תֹאכַל בּוֹ *non comedes in eo*, i. de eo. sic Phil. 1. 30. ᾧ νῦν ἀκούετε ἐν ἐμοί. Beza & Vulg. *quæ nunc auditis de me.* Syrus ܐܘ ܠܐ ܝܕܥܝܢ ܐܢܬܘܢ ܟܬܒܐ ܕܒܐܠܝܐ ܡܢܐ ܐܡܪ. Boderianus in Reg. *an nescitis Scripturam de Ilio quid dicat?* abiit à constructione Syriaca. Tremellius, *Aut ignoratis vos in Scriptura, Eliæ quidnam dicat?* neque hanc distinctionem fert constructio Syriaca, quæ omnino postu-

postulat, ut *Eliæ* sit genit. non dat. casus. & sic distinguatur, *aut ignoratis vos, in Scriptura Eliæ* (aut in libro Eliæ) *quid dixerit?* Explicat Syrus quid apud Apost. sit ἐν Ἠλίᾳ nempe ἐν γραφῇ vel ἐν βιβλίῳ τοῦ Ἠλίου, in eo tractatu ubi de Elia Scriptura agit. Arabs autem vertit اولا تعلمون ما قال ايليا النبي في كتابه *aut non scitis, quid dixerit Ilia Propheta in libro suo?*

Ibid vers. 3. ܠܒܥܠܐ *Baali.* In Græco est τῇ Βάαλ. Arabs للباعل الصنم *Baali idolo.* ut & Erasmus ac Beza. *imagini Baal.* existimarunt enim defectam esse orationem, pro τῇ εἰκόνι Βάαλ. At LXX. non masculinum tantum, sed & indiscriminatim fœmininum articulum præponunt, etiam ubi in Hebr. nec צלם nec תמונה nec alia imaginis notio apponitur. vide Hos. 11. 8. Jer. 11. 28. & 19. 5. & 32. 35. 1 Reg. 19, 18. Malo itaque sentire, Baalem ut & alios Gentilium Deos indiscreti fuisse sexus. de quo eruditissimè Clar. Seldenus de Diis Syris Syntag. 2. cap. 2. rectè ergo Syrus simpliciter ܠܒܥܠܐ.

VERS. 8. *Dedit ipsis Deus* πνεῦμα κατανύξεως, Syrus ܪܘܚܐ ܡܥܝܩܬܐ Tremel. *Spiritum commotionis.* Boder. *stupiditatis.* errarunt quod ܡܥܝܩܬܐ in regimine positum existimarint. adversatur enim constructio, quæ ܕ interponi postulasset. item quod pro substantivo habuerint, quum ex ipsa forma pateat esse adjectivum fœmin. à mascul. ܡܥܝܩܢܐ. formæ ܡܪܚܡܢܝܬܐ *misericors.* f. à ܡܪܚܡܢܐ *misericors* m. vocem autem hanc, & hunc ipsum locum sic interpretatur Glossarium Syro Arab.

ܡܥܝܩܬܐ ܐܝܟ ܪܘܚܐ ܕܡܫܬܓܫܐ ܐܘ ܕܡܥܝܩܐ ܠܡܬܒܘܢܘ ܒܗܕܐ ܒܡܠܬܗ ܕܦܘܠܘܣ ܝܗܒ ܠܗܘܢ ܪܘܚܐ ܡܥܝܩܬܐ. ܗܘ ܕܝܢ ܚܫܘܟܬܐ ܘܥܡܛܢܝܬܐ. Id est, ܡܥܝܩܬܐ *de Spiritu dicitur, secundum id quod dictum est à beato Paulo, dedit illis Deus Spiritum* ܡܥܝܩܬܐ *hoc est tenebricosum & caliginosum.* Sic & Ferrarius adjectivum hoc fœminium vertit *obscura, tenebrosa.* atque hunc ipsum Pauli locum adducit. substantivum ܥܝܩܐ vertit, *oculi offensio* fortasse quia offensus oculus amittit lucem & fit caliginosus. verbum ܐܬܥܝܩ in appendice vertit, *allucinatus est.* hinc non ineptè vertas, *Spiritum hallucinantem,* qui sit instar offensi ac caligantis oculi, qui ad res attendere easque rectè discernere nequeat. Arabs روحا سباهيا *spiritum stupentem.* est enim سهي abreptum esse mente, in ecstasi esse nec considerare quid agas. exponitur per غفل الي negligenter se erga rem aliquam gerere, & circa eam quasi quiescere. unde & سهو *quies.* sicut & κατάνυξις ab Hezychio vertitur ἡσυχία. & καλανύτῖεν, ἡσυχάζειν. De voce illa Arabica qui plura velit, videat notas nostras ad Marc. 3. 21. Phrasin istam deprompsit Apostolus & Esai. 29. v. 10. ubi ponitur pro רוּחַ תַּרְדֵּמָה *Spiritus soporis.* LXX. πνεῦμα κατανύξεως. Theodotio ἐκστάσεως. Aquila καταφορᾶς. Sed & alibi תרדמה verterunt LXX. per ἔκστασις & θάμβος. nec aliud est נִרְדָּם Dan. 10. 9. quam se stupore quodam mentis, & sensuum cessatione correptum concidisse in terram, LXX, ἤμην κατανενυγμένος. Aliquoties ipsis usurpatur κατανύτῖεσθαι pro דום *quiescere, cessare, silere.* ut Lev. 10. 3. Psal. 4. v. 5. & 29. 15. & 34. 19. Esa. 47. 5. pro נאלם *obmutescere,* Dan. 10. 5. est ergo πνεῦμα κατανύξεως *Spiritus stuporis,* ubi vis mentis quiescit, cessat & concidit. Sequitur hîc apud Syrum ܘܥܝܢܐ ܕܠܐ ܢܚܙܘܢ ܒܗܝܢ ܘܐܕܢܐ ܕܠܐ ܢܫܡܥܘܢ. Tremel. *& oculos quibus non discernant, & aures quæ non audiant.* dicendum ergo fuerat ܢܫܡܥܢ in fœmin. quia ܐܕܢܐ est fœm. gen. ut ܘܐܕܢܐ ܠܐ ܫܡܥܬ *auris non audivit.* 1 Cor. 2. Boder. in Reg. *ut oculis non videant, & auribus non audiant.* nimis abiit à vera constructione. rectissimè autem in Paris. *Et oculos ut non discernant in eis, & aures ut non audiant,* ὀφθαλμοὺς τοῦ μὴ βλέπειν, καὶ ὦτα τοῦ μὴ ἀκούειν. dixit Paulus. Quod operæ precium vix fuisset observare, nisi ex inconcinna Syri apud Tremel. versione arripuisset Cl. Beza quod laudaret.

VERS. 10. Καὶ τὸν νῶτον αὐτῶν διὰ παντὸς σύγκαμψον. Syrus ܘܚܨܗܘܢ ܒܟܠܙܒܢ ܢܗܘܐ ܟܦܝܦ Tremel. *& femur eorum omni*

tempore sit curvum. Boder. & *tergum eorum.* malim & *lumbus eorum.* passim enim ponitur pro ὀσφύς. ut Hebr. 7. 5. 10. ut & in plur. ܚܨܐ Matth. 3. 4. & alibi sæpe. est Hebræorum חֲלָצַיִם, ejecto ל. quamvis autem apud Apost. hic sit, καὶ τὸν νῶτον αὐτῶν διὰ παντὸς σύγκαμψον, apud Psalmistam tamen Psal. 69. vers. 24. est וּמָתְנֵיהֶם תָּמִיד הַמְעַד & *lumbos eorum semper fac vacillare.* Clar. tamen Sionita in dicto Psalmo ܚܨܗܘܢ quoque vertit *dorsum eorum.* dorsum comprehendit lumbos. Aristoteles lib. 1. de Histor. Anim. tres facit partes τοῦ νώτου, scapulas, spinam, & lumbos.

VERS. 11. *Facta est salus gentibus* ܠܛܢܢܗܘܢ, Tremel. & Boder. *ad provocandum eos ad æmulationem.* verte simpliciter, *ad æmulationem eorum.* ܛܢܢܐ enim nomen est, *æmulatio.* alterum diceretur ܠܡܛܢܢܘ ܐܢܘܢ, quod Paulus dixit εἰς τὸ παραζηλῶσαι αὐτούς. Arabs quoque Syrum secutus dixit لغيرتهم *ad æmulationem eorum.*

VERS. 17. ܘܐܢ ܡܢ ܣܘ̈ܟܐ ܐܬܦܫܚ Sic in Vien. & Cothen. legitur. at in Reg. ܐܬܦܫܚܘ, ut & in Plant. in 12. אתפשחי. rectè. nisi quod cum duobus punctis fœmininam pluralem indicantibus scribendum ܐܬܦܫ̈ܚܝ. est enim ܣܘܟܐ fœm. gen. ut ܣܘ̈ܟܐ ܪ̈ܘܪܒܬܐ Marc. 4. 32.

VERS. 21. Εἰ γὰρ ὁ θεὸς τῶν κατὰ φύσιν κλάδων οὐκ ἐφείσατο. Syrus, ܐܢ ܓܝܪ ܐܠܗܐ ܥܠ ܣܘ̈ܟܐ ܕܡܢ ܟܝ̈ܢܗܘܢ ܠܐ ܚܣ, ad verbum, *si Deus enim ramis quæ ex natura sua* sunt (i. naturalibus) *non pepercit.* consentiunt editiones in duobus punctis supra ܟܝ̈ܢܗܘܢ. quæ tamen mendum habere arbitror. Si enim pluralem indicarent numerum, legendum foret ܟܝ̈ܢܝܗܘܢ. In Vienn. editione prius horum punctorum adeo obscurum est, ut macula preli quædam videatur. quod ego quidem censeo. alterum enim punctum rectum est, indicans Jud per vocalem ᵒ legendum. de quo vide Gram. nostræ p. 36. Scribendum ergo puto ܟܝܢܗܘܢ. sequitur ܕܠܡܐ ܐܦ ܠܟ ܠܐ ܢܚܘܣ Tremel. *fortassis etiam tibi non parcet.* Boder. in Reg. *ne tibi quidem forte parcet.* sic transtulerunt, ut imperfectum vitarent sensum, quem usitata vocis ܕܠܡܐ significatio, *si forte, ut ne forte,* hic peperisset. At vero Syrus consulto retinuit Ellipsim quæ est apud Paulum, μήπως οὐδέ σοι φείσηται. sup. δέος. rectè ergo in Parif. ad verbum transtulit, *ne forte etiam non in te parcat,* sup. vide vel cave. porro ܢܚܘܣ consentientibus editionibus scribitur cum vocali in ˆex forma defectivorum secunda, cum thema ejus sit ܚܣ ex quiescentibus secunda. cujus futur. ex analogia Gramm. esset ܢܚܘܣ atque ita legendum esse docet Scholiastes Syrus. dicit enim ܢܚܘܣ ܢܘܢ *cum quiete legendum esse nun,* id est per scheva. Arabs habet, فان كان الله لم يشفق علي الاغصان الثابتة في جوهرها واصلها اذ كان الاصل لها فاحري لا يشفق عليك ايضا *si Deus non pepercit ramis crescentibus in natura sua & radice sua quum esset ipsis radix, quanto magis non parcet tibi etiam?* explicat quid Apostolus per τοὺς κατὰ φύσιν κλάδους intelligat, scilicet non qui adhuc essent veri veræ oleæ rami, sed qui olim in sua natura & radice crescebant, quum radix ipsis esset.

VERS. 24. Syrus ad verbum habet, ܐܢ ܓܝܪ ܐܢܬ ܡܢ ܙܝܬܐ ܕܒܪܐ ܕܐܝܬܝܗ ܒܟܝܢܟ ܐܬܦܣܩܬ ܘܕܠܐ ܒܟܝܢܟ ܐܬܛܥܡܬ ܒܙܝܬܐ ܛܒܬܐ *Si enim tu, qui olea es Sylvestris, quæ in natura tua erat, discerptus es, & quod non in natura tua erat, insitus es in oleam bonam:* Sequitur ܟܡܐ ܗܟܝܠ ܗܢܘܢ ܐܢ ܢܬܛܥܡܘܢ ܒܙܝܬܐ ܕܟܝܢܗܘܢ. Tremellius, & Boderianus in Regiis & in Parisiensi editione, *Quanto igitur magis illi si inseruntur in oleam naturæ suæ?* At illud *si,* neque apud Apostolum est, neque hic cum sensu convenit. sensus enim erit, *Quanto magis illi,* supple, *inserentur, si inseruntur in oleam naturæ suæ.* quum aliud verbum non

præcesserit, quo illud, *Quanto magis illi*, suppleri possit. quod enim Tremel. annotat, subaudiendum, coalescent; ac Junius addit, Græcum verbum ab Interprete sumi metaleptice, id est ἐγκεντρισθήσονται *inserentur*, idem esse quod insitis coalescent, vel si inserantur coalescent, non arbitror doctis probari posse. Sciendum itaque, particulam ܐܢ non semper esse conditionalem, sed interdum expletivam, quæ vel rem aliquam circumscribit, vel potentialem format modum, sicut & ἂν vel ἐὰν junctum subjunctivo apud Græcos, ut Apoc. 3. v. 19. ܐܢܐ ܠܟܠܗܘܢ ܕܪܚܡ ܐܢܐ ܕܐܢ ܐܦܠܐ ܡܟܣܣ ܐܢܐ: quod Apostolus dixit, Ἐγὼ, ὅσους ἐὰν φιλῶ, ἐλέγχω. sic Luc. 10. 22. ܘܠܡܢ ܕܐܢ ܢܨܒܐ ܒܪܐ ܕܢܓܠܐ καὶ ᾧ ἂν βούληται ὁ υἱὸς ἀποκαλύψαι. Itaque & hoc loco verto, *Quanto igitur magis illi inserentur in oleam naturæ suæ?* quod Apostolus dixit, Πόσῳ μᾶλλον οὗτοι οἱ κατὰ φύσιν, ἐγκεντρισθήσονται τῇ ἰδίᾳ ἐλαίᾳ, ac si dixisset, πόσῳ οὖν μᾶλλον οὗτοι ἂν ἐγκεντρισθήσωνται τῇ κατὰ φύσιν αὐτῶν ἐλαίᾳ; Imo & ubi Græcorum ἂν locum non habet, pleonasticè interdum usurpant ܐܢ. ut Joan. 7. v. 49. ܐܠܐ ܐܢ ܥܡܐ ܗܢܐ ܕܠܐ ܝܕܥ ܢܡܘܣܐ ܠܝܛܐ ܐܢܘܢ ἀλλ' ὁ ὄχλος οὗτος ὁ μὴ γινώσκων τὸν νόμον ἐπικατάρατοί εἰσι.

VERS. 26. Ἥξει ἐκ Σιὼν ὁ ῥυόμενος, *veniet ex Sion liberator*. Sic constanter legunt exemplaria Græca, Vulgatus & Syrus. Arabs tamen habet في صهيون *in Sione*, quasi ἐν Σιὼν legisset. apud Prophetam certe Esai. 59. v. 20. legitur *Et veniet Redemptor* לְצִיּוֹן *Sioni*, vel etiam *in Sionem*, vel *in Sione* pro בְּצִיּוֹן. Sic enim etiam ל interdum usurpatur. deinde additur, וּלְשָׁבֵי פֶשַׁע בְּיַעֲקֹב *& convertentibus se ab iniquitate in Jacob*, pro וּלְשָׁבִים מִפֶּשַׁע LXX. tamen, quos secutus est Apostolus verterunt, καὶ ἀποστρέψει ἀσεβείας ἀπὸ Ἰακώβ, וְיָשִׁיב פֶּשַׁע מִיַּעֲקֹב. Jonathan, ולאתבא מרודיא דבית יעקב לאוריתא *& ad convertendum rebelles domus Jacobi ad legem*. quasi legisset וּלְשִׁיב פֶּשַׁע בְּיַעֲקֹב, *& ad convertendum rebellem* (collective) *in Jacob*. Unde sane liquet, antiquos illos, tum LXX seniores, tum Chaldæum paraphrasten, locum istum intellexisse de spirituali Israëlitarum conversione, cum Apostolo nostro. longè sane rectius, quam D. Kimchi, qui hæc ad ea tempora refert, quum jam dudum per Messiam restituti Judæi, ac in patriam suam reducti, bello Gogi & Magogi prementur, & liberatorem rursus desiderabunt.

VERS. 28. Κατὰ μὲν τὸ Εὐαγγέλιον. Cl. Beza in quadam editione restituit ex uno codice M.S. κατὰ μὲν οὖν. quam particulam Vulgatus, Syrus & Arabs non agnoverunt. nolim itaque ex uno exemplari restituere. nec multum ea opus est, quum sine ea sententia sibi plene constet. Syrus & Arabs habent, quasi κατὰ γὰρ τὸ Εὐαγγέλιον legeretur.

VERS. 30. & 31. *Sicut enim & vos quondam increduli fuistis Deo, nunc autem misericordiam estis consecuti illorum incredulitate:* οὕτω καὶ οὗτοι νῦν ἠπείθησαν, τῷ ὑμετέρῳ ἐλέει ἵνα καὶ αὐτοὶ ἐλεηθῶσι. Primus, ni fallor, Beza, sententiam Theophylacti secutus, Græcum textum ea distinctione edidit, ut post ἠπείθησαν ponatur comma, quo τῷ ὑμετέρῳ ἐλέει inde separetur, & cum ἐλεηθῶσι construatur. repugnantibus constanter exemplaribus Græcis, Vulg. Syro & Arabe, qui omnes comma post ἐλέει habent, & illud cum ἠπείθησαν construunt. Quid autem ad distinctionem istam amplectendam virum doctiss. impulerit, ex notis ejus videre est. ut &, cur Erasmi sententiam rejecerit, qui multa hic, ut passim in istis notis, docta habet. nec inter ea rejiciendum omnino, quod Gentium credulitatem dicat offendiculo fuisse Judæis, ut alienarentur ab Euangelio. verum id est. non tamen id potissimum spectasse videtur Apostolus. quandoquidem ea offendiculo Judæis non fuisset, nisi prius incredulitate præoccupati fuissent ipsorum animi. Itaque non inde nata est, sed confirmata solum Judæorum alienatio. Sentio tamen omnino cum Erasmo, sermonem Græcum, simplicissimè acceptum, eum sensum exprimere, qui contrariis inter se relatis constet, nempe, *Sicut vos misericordiam estis consecuti illorum incredulitate, sic illi increduli fuerunt vestrâ misericordiâ.* Quod posterius asperius quidem esse ait Cl. Calvinus, nihil tamen absurdi continere: quia Paulus excæcationis causam non assignat, sed tantum significat, quod ad Gentes transtulit Deus, id Judæis fuisse ademptum. rectè sane, & omnino id sufficit ad versionem hanc servandam. quod ut liqueat, imo ne asperum quidem esse, quod Apostolus dixit, conferimus Judæorum rejectionem & Gentium conversionem cum Physica corruptione & generatione. sicut unius corruptio est alterius generatio, sic

sic supra vers. 12. dixit, Judæorum lapsum esse divitias mundi, & eorum imminutionem opulentiam gentium. & vers. 15. eorum abjectionem, reconciliationem mundi. rursus, sicut corruptio unius est propter illud quod ex eo generandum est, sic vers. 28. dixit, esse eos hostes quoad Euangelium propter nos. ubi *propter* non efficientem sed finalem causam denotat. Et sicut generatur unum corruptione alterius, ac vicissim corrumpitur unum generatione alterius, sic hoc loco dicit, nos esse consecutos misericordiam ipsorum incredulitate, ac vicissim, illos factos esse incredulos nostra misericordia. Et libet addere discrimen inter creationem & generationem. etsi enim utraque sit mutatio rei à non esse, prior tamen est mutatio ex nihilo, altera ex præsupposito subjecto. Quum Deus Abrahamum ejusque posteros in publicum gratiæ fœdus novè transtulit, creationis imaginem habuit, non generationis. dici non potuit, Judæos misericordiam istam esse consecutos ex Gentium incredulitate, nec vicissim, Gentes factas fuisse incredulas ex illa Judæorum misericordia. antequam enim fœdus iniret Deus, pariter erant idololatræ. At postquam cum Abrahamo fœdus iniit Deus, & cum duplici ipsius posteritate, primum quæ ex carne, tum quæ suo tempore ex fide ejus nasceretur, quæ Gentes quoque comprehendebat, unde ab ipso fœderis initio Pater multarum gentium fuit nuncupatus, non tam creationis quam generationis imaginem refert Gentium conversio. non enim sicut tempore Abrahami nata est Ecclesia Judaica, sic post Christum Gentilis agnoscit hæc matrem Ecclesiam Judaicam, ex qua vi fœderis cum Abrahamo initi nasci debuit, nec ab alia radice gestari, quam ab eadem quæ in Abrahamo fixa fuerat. Quod etsi salva manente Ecclesia Judaica facere Deus potuisset, visum tamen ei fuit ut sic ex Judaica nasceretur Gentilis, ut & in illius locum nasceretur. sic enim dixit Apostolus supra vers. 17. *naturales ramos fuisse defractos, oleastrum autem insitum in illis.* Beza *pro illis*, id est, inquit, in ramorum defractorum locum. Et vers. 19. *Dices igitur, defracti sunt rami, ut ego insererer. rectè.* Hinc factum, ut hujus generatione facta sit corruptio istius, sive ut loquitur hîc Apostolus, Gentium misericordiâ increduli facti sint illi. At ubi restituentur Judæi in fidem Christi, nec creationis, nec generationis imaginem habebit, sed regerminationis seu repullulationis. Non enim ut olim ex Judaica nata est Gentilis, sic tum ex gentili nascetur rursus Ecclesia Judaica. non rejicit Deus gentem illam in genere universam, sed ut locutus est Apolus vers. 25. ἀπὸ μέρους *ex parte.* secundum electionem enim dilecta est adhuc propter patres, vers. 28. & rescissis ad tempus ramis, remansit adhuc radix, unde repullulascent novi rami, ex sua inquam radice, non ex aliena. nec facile admiserim, quod tamen habet versio Cl. Bezæ, misericordiâ gentium misericordiam consecuturos Judæos. Gentiles enim non ulterius quam insititii rami, ab aliena radice portati, sunt æstimandi, vers. 17. 18. Judæi autem quum inserentur, propriæ oleæ inserentur, vers. 24. Itaque non tam per misericordiam gentibus collatam, quam per propriæ radicis sanctitatem (vers. 16.) id est sancti fœderis cum gente sua initi fidelitatem convertentur.

VERS. 32. Συνέκλεισε γὰρ ὁ θεὸς τοὺς πάντας εἰς ἀπείθειαν, ἵνα τοὺς πάντας ἐλεήσῃ. Syrus quoque & Arabs legerunt τοὺς πάντας, non ut Vulgatus τὰ πάντα. intelligit autem Apostolus Judæos & Gentes, in quæ velut duo corpora Deus universitatem hominum distribuit. quam propterea Apostolus per Ἰουδαίους καὶ Ἕλληνας exprimere solet. non autem singula horum corporum individua intelligit Apostolus, sed ipsa corpora in specie. colligit enim Apostolus hunc versum ex duobus præcedentibus. ubi de Gentium ἀπειθείᾳ agens dixit, ὑμεῖς ποτὲ ἠπειθήσατε, nempe olim quum à fœdere alieni in viis suis ambularent. De Judæorum autem ἀπειθείᾳ, οὗτοι νῦν ἠπείθησαν, nunc scilicet quum à fide Abrahami desciscentes, in Christum impegissent. Ergo neque jam gentes in Christum credentes dici debent conclusæ in credulitatem, neque olim conclusi potuerunt dici Judæi, quum adhuc in fœdere & fide Abrahami perstarent. nec tamen propterea assentior Cl. Bezæ, qui τοὺς πάντας vertit *illos omnes*, & intelligi vult electos tum ex Judæis tum ex gentibus. Etsi enim nec Judæos nec Gentes omni tempore concluserit Deus in incredulitatem, sed ante Christum Gentes, post Christum Judæos, longius tamen multo patent conclusi in incredulitatem, quam misericordiam consecuti. quum enim vers. 30. dixit, *Vos aliquando increduli fuistis Deo, nunc autem misericordiam estis consecuti*, non intelligit solas illas personas quas alloquitur, sed Gentium corpus in genere, in quo patres eorum per multa retro secula comprehendebantur, qui hactenus fuerant increduli, quum jam hi per misericordiam

diam ad fidem essent adducti. Similiter quum vers. 31 dixit de Judæis, *Hi nunc facti sunt increduli, ut & ipsi misericordiam consequantur*, non intelligit, eosdem qui tunc facti erant increduli, consecuturos misericordiam, sed corpus Judæorum tunc factum esse incredulum, ut idem corpus suo tempore consequatur misericordiam. Eodem ergo modo hîc vers. 32. sensus non est, Deum omnes illos tum Judæos tum Græcos electos conclusisse in incredulitate, ut eorundem omnium misereretur, sed in genere, Deum & Judæos & Græcos (utrosque scilicet suo tempore) conclusisse in incredulitatem, ut & Judæorum & Græcorum (utrumque scil. suo tempore) misereretur. Nugantur itaque, qui singularem quorundam electionem evertere ex hoc loco satagunt. quum enim ex versibus præcedentibus liqueat, non omnes simul conclusos fuisse in incredulitatem, sed Gentes prius, deinde Judæos: neque omnes simul consecutos esse misericordiam, sed gentes jam ea potiri, Judæos aliquando etiam potituros, manifestum est nec concludendi nec miserendi actionem ad singula hominum capita referri posse. Unde simul facile est colligere, nequaquam hunc locum parallelum esse illi ad Gal. 3. 22. συνέκλεισεν ἡ γραφὴ τὰ πάντα ὑπὸ ἁμαρτίαν, ἵνα ἡ ἐπαγγελία ἐκ πίστεως Ἰησοῦ Χριστοῦ δοθῇ τοῖς πιστεύουσι. res ipsa de qua ibi agitur demonstrat, per τὰ πάντα intelligendos omnes omnino homines. sicut enim ad Rom. 3. Apostolus probat, nullos homines justificari ex operibus, quia omnes sunt sub peccato, ita hic ad Galatas, ubi de eadem re agitur, idem argumentum urget, non posse ullum hominem justificari ex lege, quia Scriptura omnes conclusit sub peccato, id est, tam certo testata est esse sub peccato, ut si quis se excludere velit, conclusus judicio ac testimonio Scripturæ teneatur. itaque ex fide Christi dari promissionem credentibus. De justificatione ergo ibi agitur. Hîc de Reprobatione & Electione. Quod enim Græcos primum, deinde Judæos, atque ita distinctis temporibus omnes concluserit Deus in incredulitatem, liberæ fuit reprobationis. Quod autem Græcos jam est misericordia dignatus, Judæos deinde suo tempore, atque ita distinctis vicibus omnes eâdem dignabitur, id liberæ est Electionis. nec prætereundum aliam esse phrasin συνέκλεισεν ὑπὸ ἁμαρτίαν, aliam συνέκλεισεν εἰς ἀπείθειαν. Beza, *conclusit in contumacia.* Melius, ni fallor, Vulgatus per accusat. *in incredulitatem.* Quod Erasmus ait esse, ut dicimus, concludam me in angulum. rectè sane. intelligitur autem ibi in consequenti antecedens, & sensus est, conferam me in angulum, meque in eo concludam. ita hîc sensus est, Tradidit Deus non Gentes tantum, sed & Judæos in incredulitatem. eosque in ea conclusit. Visum tamen fuit Erasmo vertere, *sub incredulitatem*, εἰς pro ὑπό. quod insolens est. Nullus hîc est, nisi forte totus Pelagianus, Scholiastes Syrus, qui in hunc versum sic commentatur. ܟܕ ܡܫܠܛ̈ܢܐ ܒܝܬܐ ܒܪܐ ܐܠܗܐ ܠܒܢ̈ܝܢܫܐ. ܡܢ ܟܝܢܗ ܗܘ ܕܢܫܬܡܥܘܢ ܘܕܠܐ ܢܫܬܡܥܘܢ ܠܗܘܢ. ܡܟܝܠ ܕܛܒ̈ܐ ܕܐܫܬܡܥܘ ܒܟܐܢܘܬܐ ܡܪܚܡ ܘܕܒ̈ܝܫܐ ܕܠܐ ܐܫܬܡܥܘ ܒܛܝܒܘܬܐ ܟܕ ܦܢܝܢ *Quandoquidem dominatores domus* (i. e. libero arbitrio præditos) *creavit Deus homines, naturale est ut obediant, & ut non obediant* (i.e. ex naturæ conditione utrumque in potestate eorum est) *Itaque bonorum, qui obedierunt, ex justitia miseretur: malorum autem, qui non obedierunt, ex gratia, quando convertunt se.* Directè opponit se Apostolo, qui ait Deum omnes conclusisse sub peccato, ut omnium misereretur. Hic autem quosdam fingit bonos Deoque obtemperantes, quorum jure merito misereatur.

VERS. 35. *Aut quis prior dedit ei*, καὶ ἀνταποδοθήσεται αὐτῷ; Syrus ܘܒܟܢ ܢܣܒ ܡܢܗ, Tremel. & Boder. *& ita recipiat ab eo.* ex Hebraismo scilicet, ubi כֵּן valet *ita, sic.* unde & ܢܣܒ coacti fuerunt vertere *recipiat*, quum tantum significet *accepit. recepit* autem dicitur ܗܦܟ ܢܣܒ *reversus est accepit*, i. e. rursus accepit. Syris *ita* vel *sic* ܗܟܢܐ dicitur. ܒܟܢ autem, teste Ferrario, est *dein, deinde.* optimè quadrat. *Quis prior dedit ei, & deinde accepit ab eo?* sic & Arabs ثم اخذ منه العوض *deinde accepit ab eo compensationem?*

CAP. XII.

VERS. I. τὴν λογικὴν λατρείαν ὑμῶν. Syrus ܒܬܫܡܫܬܐ ܡܠܠܬܐ Boderianus, *per ministerium verbale*. Tremel. *rationale*. ubi notandum, sicut λόγος Græcis est *sermo & ratio*, sic familiare esse Orientalibus per sermonem intelligere rationem. quia solis rationalibus creaturis competit sermo. Sic Magistris אדם חי המדבר *homo est animal loquens*, idem est quod *animal rationale*. Hinc apud Arabem Gen. 2. vers. 7. est, *Et facta est in homine* لنفس ناطقة *in animam loquentem*, id est rationalem. nec aliter hoc loco Arabs, وخدمتكم الناطقة *& ministerium vestrum loquens*, id est rationale. similiter 1 Pet. 2. 2. λογικὸν γάλα, اللبن الناطق *lac loquens*, pro *rationale*. ubi Syrus habet ܚܠܒܐ ܪܘܚܢܝܐ *lac spirituale*. ita & hîc cultus intelligitur spiritualis. atque explicat Apostolus quod dixerat, θυσίαν ζῶσαν, ἁγίαν, εὐάρεστον τῷ Θεῷ. idem enim hîc λατρεία quod θυσία. quomodo & Joh. 16. 1. accipi diximus, & sæpe apud LXX. Interpretes. quod isthîc loci probatum â nobis inveniet qui volet. rationale autem sacrificium dicitur, quo non bestia, aut aliud carnale quid, sed ipsa mens nostra, ipsa ratio & voluntas Deo sistitur. Atque id ipsa Mosaica sacrificia adumbrasse, Hebræi his verbis declarant, יען כי בהקרבת הקרבן מתעלה רצון השפל ומתקרב ברצון העליון ורצון העליון בשפל לפיכך השפל צריך להקריב לו רצונו ע״י הקרבן וקושר נפשו בנפש קרבנו ואז מעלה עליו הכתוב כאלו הקריב נפשו: *Quandoquidem in oblatione sacrificii elevatur voluntas hominis humilis & admovetur ad voluntatem excelsi, similiterque voluntas excelsi ad humilem, propterea necesse est ut humilis voluntatem suam ei offerat per sacrificium, alligetque animam suam animæ sacrificii sui. tunc habet eum scriptura, quasi animam suam* (vel seipsum) *obtulisset.*

VERS. 2. Ἀλλὰ μεταμορφοῦσθε. Vulg. *sed reformamini*. Eras. *transformemini*. Syrus ܐܫܬܚܠܦܘ *mutemini*. Arabs plenius غيروا شكلكم *mutate similitudinem vestram*, i. e. qui hactenus mundo similes fuistis, mutate similitudinem vestram. quod Beza rectè dixit, *transformate vos*.

VERS. 6. κατὰ ἀναλογίαν τῆς πίστεως. Syrus & Arabs, *secundum mensuram fidei suæ*. eodem scilicet sensu, quo supra vers. 3. dixit, ἑκάστῳ ὡς ὁ θεὸς ἐμέρισε μέτρον πίστεως. vide porro doctissimas notas Bezæ.

VERS. 8. Εἴτε ὁ παρακαλῶν, ἐν τῇ παρακλήσει. Vulgatus, Erasm. & Beza per *exhortationem* verterunt. Syrus & Arabs per *consolationem*. Syri verba sunt, ܘܐܝܬ ܕܡܒܝܐܢ ܗܘ ܒܒܘܝܐܗ, quæ Tremel. non rectè transtulit, *Et est qui exhortator est, in exhortatione sua*. verte, *& alius consolator est, in consolatione sua*.

Ibid. *Qui distribuit*, ἐν ἁπλότητι *in simplicitate*, id est affluenter, liberaliter. vide quæ annotamus ad Jac. 1. 5.

VERS. 10. Τῇ τιμῇ ἀλλήλοις προηγούμενοι. Idem esse videtur quod Phil. 2. 3. τῇ ταπεινοφροσύνῃ ἀλλήλους ἡγούμενοι ὑπερέχοντας ἑαυτῶν.

VERS. 11. Τῇ σπουδῇ μὴ ὀκνηροί. Libet huc referre quod præclarè à Rabbi Tarphon dicitur cap. 2. Aboth. היום קצר והמלאכה מרובה והפועלים עצלים והשכר הרבה ובעל הבית דוחק: *dies brevis est, opus multum, operarii pigri, merces magna, & pater familias urget.* quot fere verba, tot argumenta diligentiæ excitandæ.

VERS. 13. Ταῖς χρείαις τῶν ἁγίων κοινωνοῦντες. Vulg. & Erasmus χρείαις verterunt *necessitatibus*. Sic & Syrus ܣܘܢܩܢܐ *indigentiæ*. Arabs في فقرهم *in paupertate ipsorum*. Hezychius χρεῖαι, ἔνδειαι *indigentiæ*. Beza tamen *usibus*. malim prius.

Ibidem, τὴν φιλοξενίαν διώκοντες. de usu verbi διώκειν videatur Drusius in Præteritis, ubi sententiam Cl. Bezæ de hoc verbo paululum corrigit. Syrus vertit, *Diligite hospites*.

VERS. 16. Τὸ αὐτὸ εἰς ἀλλήλους φρονοῦντες. addo notis Bezæ versionem Syri, quam & Arabs κατὰ πόδας sequitur, ܘܡܕܡ ܕܥܠ ܢܦܫܟܘܢ ܪܢܝܢ ܐܢܬܘܢ ܐܦ ܥܠ ܐܚܝܟܘܢ *Et id quid agitatis* (vel sentitis) *de vobis ipsis, etiam de fratribus vestris*. modum τῆς ὁμοφρονίας exprimit, nempe ut quis de alio sentiat idem quod de se.

Ibid. μὴ τὰ ὑψηλὰ φρονοῦντες. Syrus ܘܠܐ ܬܬܪܢܘܢ ܪܢܝܢܐ ܪܡܐ Tremel. *neque cogitate cogitationes sublimes*. verto, *neque sentite sententiam sublimem*. Arabs ولا تهووا بشي من العظمة *neque studete ulli rei magnæ*.

Ibid. ἀλλὰ τοῖς ταπεινοῖς συναπαγόμενοι. Beza τοῖς ταπεινοῖς neutro genere accipit de rebus, ut τὰ ὑψηλὰ & τὰ ταπεινὰ sibi opponantur. Syrus & Arabs masculino genere de personis. ut & Erasmus, qui per *humiles* intelligit pauperes, ignobiles, indoctos, plebeios, & συναπαγόμενοι vertit *obsecundantes, accommodantes vos.* Camero in Myrothecio suo intelligit per *humiles*, τοὺς ἀσθενοῦντας ἐν πίστει, & per συναπαγόμενοι, συγκαταβαίνοντες. eo modo quo fecit Paulus, quum Judæis factus est Judæus, Gentibus gentilis, infirmis infirmus 1 Corinth. 9. 20. 21. Vulgatus, *humilibus consentientes.* Placent præ cæteris Syrus & Arabs, quia verterunt, *Et adhærete humilibus*, masculino genere. ad verbum est, *sed cum humilibus abducamini.* abduci cum aliquo, est sequi aliquem, eique adhærere. sic usurpatur ad Gal. 2. 13. ὥστε καὶ Βαρνάβας συναπήχθη αὐτῶν τῇ ὑποκρίσει, *sic ut & Barnabas abduceretur una cum ipsorum hypocrisi*, i. e. adhæreret ipsorum hypocrisi, eamque sequeretur. item 2 Petr. 3. 17. τῇ τῶν ἀθέσμων πλάνῃ συναπαχθέντες, *cum nefariorum errore abducti*, i. e. errori nefariorum adhærentes, eumque sequentes. Hezych. Συναπάγεται, συμπορεύεται, συνέρχεται, *una proficiscitur, una it.* Hinc rectè vertas, *sed cum humilibus incedentes*, vel *humiles comitantes.* A re autem, quam tractat Apostolus, non abludit monitum Ben Asai in Pirke Aboth cap. 4 אל תהי בז לכל אדם ואל תהי מפליג לכל דבר שאין לך אדם שאין לו שעה ואין לך דבר שאין לו מקום: *Noli contemnere ullum hominem, nec removere à te, ut vilem, rem ullam. nullus enim hominum tibi est, cui non sit hora sua. nec res ulla, cui non sit suus locus.*

Ibid. μὴ γίνεσθε φρόνιμοι παρ' ἑαυτοῖς. Erasm. *ne estote arrogantes apud vos ipsos.* Vulgatus & Beza, *prudentes.* Syrus optimè ܚܟܝܡܐ *sapientes.* petitus est enim locus ex Prov. 3. v. 7. אַל תְּהִי חָכָם בְּעֵינֶיךָ *ne sis sapiens in oculis tuis*, LXX. μὴ ἴσθι φρόνιμος παρὰ σεαυτῷ. neque ibi tantum, sed & alibi vel sexies חָכָם ipsis per φρόνιμος redditur. ut & verbum חָכַם interdum per φρονεῖν Hezychius φρόνιμος, σοφὸς, διανοητής, *sapiens, perspicax.*

VERS. 17. *Nemini malum pro malo rependite.* προνοούμενοι καλὰ ἐνώπιον πάντων ἀνθρώπων. Erasm. & Beza καλὰ verterunt *honesta.* Vulg. Syrus & Arabs *bona.* rectè, quia τὰ κακὰ & τὰ καλὰ opponuntur. sensus est, tantum abest ut malum pro malo rependatis, ut contra bona vobis sint procuranda coram omnibus, etiam coram iis qui malo vos affecerunt. ideo Syrus posterius membrum conjungit cum priore per ܐܠܐ *sed.*

VERS. 19. *Non vosipsos ulciscentes, dilecti, sed date locum iræ.* solent Interpretes referre ad iram Dei, per quam metonymicè intelligatur pœna, à Deo suo tempore hostibus & impiis infligenda. Syrus ad verbum ܐܠܐ ܗܒܘ ܐܬܪܐ ܠܪܘܓܙܐ. ubi observandum, ܐܬܪܐ Syris non tantum *locum* propriè dictum, *sed quodvis spatium tum loci tum temporis significare.* Hinc supra cap. 2. vers. 3. pro καὶ τῆς μακροθυμίας καταφρονεῖς, Syrus dixit ܘܥܠ ܐܬܪܐ ܕܝܗܒ ܠܟ ܡܬܡܪܚ ܐܢܬ *& adversus spatium quod dedit tibi audes?* Hinc duplex sensus oriri potest, loco huic aptus. si enim ad Dei iram referimus, sensus erit, Nolite spatium, quod Deus iræ suæ ostendendæ, justæque pœnæ infligendæ fixit, vindicta vestra anticipare, sed date vindictæ divinæ suum spatium. Sin ad hominis ultoris iram referatur, sensus erit, ne protinus erumpat ira vestra in vindictam, sed date iræ vestræ spatium. ira enim furor brevis est, cui si spatium detur, sedatur nec in vindictam ruit. sic Arabs accepit, qui propterea vertit بل ادفعوا بالغضب حتى يجوز عنكم *Sed reprimite iram donec transierit à vobis.*

Ibid. Γέγραπται γὰρ, ἐμοὶ ἐκδίκησις, ἐγὼ ἀνταποδώσω, λέγει κύριος. Syrus, quem sequitur Arabs, habet, *Scriptum est nim, si non feceris judicium tibi ipsi. ego faciam judicium tuum. inquit Dominus.* Tremel. aliter vertit, sed malè.

VERS. 20. *Itaque si esurit inimicus tuus, ciba eum: si sitit, da ei potum.* Ex Prov. 25. 22. petita sunt, ubi pro *ciba eum* legitur, הַאֲכִילֵהוּ לָחֶם *ciba eum pane.* & pro *da ei potum*, הַשְׁקֵהוּ מָיִם *da ei bibendam aquam.* quæ rectè annotat R. Salomon accipienda esse כמשמעו *ut sonant secundum literam.* Suave autem est intelligere allegoricam expositionem Rabbinorum, quam his verbis addit ורבותינו פירשוהו על יצר הרע. אר רעב הוא ואומר לך להשביעו בעבירות משוך אותו עצמך לבית המדרש והאכילהו מלחמה של תורה וכן השקהו מים מימיה של תורה: *Rabbini exposue*-

posuerunt illud de corrupta natura. si ea esuriat, & præcipiat tibi ut se saties transgressionibus, transfer te in sacram scholam, & ciba eam pane legis. similiter da ei bibendam aquam, nempe aquam legis. quod quidem verè nugari est.

Ibid. τοῦτο γὰρ ποιῶν, ἄνθρακας πυρὸς σωρεύσεις ἐπὶ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ. In Hebræo est, כִּי גֶחָלִים אַתָּה חוֹתֶה עַל רֹאשׁוֹ וַיהוָה יְשַׁלֶּם לָךְ *nam prunas tu capies super caput ejus, & Dominus retribuet tibi.* Capies, id est acceptas deferas & impones. חתה ibi sumitur, ut passim לקח. Porro per *prunas* intelligunt plerique Commentatores, iram Dei ejusque pœnas. Aben Esra paulo aliter. sic enim ille, בזכרו המאכל והמשקה שנתת לו תשרפנו כאילו גחלים הבוערת על ראשו לשרפו וישמור מעשות לך רע: *quin recordabitur cibi ac potus, quos dederis illi, ures eum tanquam si carbones intulisses in caput ejus ad urendum eum, & cavebit sibi ne deinceps lædat te.* Similiter R. Levi filius Gerson, כי זה הענין קשה לו כאילו אתה חותה גחלים על ראשו לשרפו מרוב בשתו על הטובה שיקבל ממך תחת הרעה אשר גמלך: *Hæc enim res male habebit eum, quasi intulisses carbones in caput ejus ad urendum eum. quia maxime eum pudebit, beneficium à te accepisse, loco mali quo te affecit* Porro pro σωρεύσεις Syrus noster habet ܬܩܒܪ, quod rectè vertunt *coacervabis*, & à Lexicographis nostris ea significatione adfertur: sed hoc solo loco nixis, cum alibi ܩܒܪ sit *sepelivit, tumulavit*, ut קבר Hebræis. ut ergo coacervandi significationem huic verbo vindicemus, visum fuit addere locum Psal. 128. (qui nobis est 129) vers. 7. *Non implet eo volam suam messor, neque complexum suum* ܡܩܒܪܢܐ *collector*, qui spicas colligit aut manipulos, מְעַמֵּר. Et fortassis prima hæc est verbi istius significatio. deinde sepelire ac tumulare, quod est terram in tumulum supra cadaver colligere & coacervare. Affinis autem sententiæ Apostolicæ est illa Alis, أَحْسِنْ إِلَى ٱلْمُسِيءِ تَسُدْ: *benefac malefactori, dominaberis.* dominatur revera in hostem, qui usque adeo eum in potestate sua habet, ut ignitis carbonibus caput ejus onerare queat. Ideo rectè subjicit Apostolus, *Vince malum bono.* victor enim est, qui malum bono compensat.

CAP. XIII.

VERS. 4. Ἔκδικος εἰς ὀργήν. Vulg. *vindex in iram.* Erasm. & Beza, *ultor ad iram*, id est, inquit hic, per quem Deus iratus ulciscitur malos, Syrus ܡܦܪܥܢܐ ܕܪܘܓܙܐ ܗܘ *ultor iræ.* quasi εἰς vim Genitivi habeat, ut ל apud Hebr. in מִזְמוֹר לְדָוִד. ita hîc נֹקֵם לְחֵמָה Magistratus sane ultor est iræ divinæ, dum ulciscendo scelera exequitur iram Dei. Arabs vertit ومنتقم بالرجز *& ulciscens in ira.* εἰς pro ἐν, ut sæpe.

VERS. 6. *Ministri enim Dei sunt*, εἰς αὐτὸ τοῦτο προσκαρτεροῦντες, Vulgatus, *in hoc ipsum servientes.* προσκαρτεροῦντες nempe τῷ θεῷ. sicut Act. 10.7. *militem pium* τῶν προσκαρτερούντων αὐτῷ *eorum qui serviebant ei*, ubi Vulgatus dixit *parebant.* Beza, *in hoc ipsum incumbentes.* quod doctissimo Commentario illustrat. cui magis etiam locus erit, si addiderimus, προσκαρτερεῖν LXX Interpretibus interdum absolute sumi pro התחזק *roborare se, animum capessere.* ut Num. 13.21. וְהִתְחַזַּקְתֶּם וּלְקַחְתֶּם מִפְּרִי הָאָרֶץ καὶ προσκαρτερήσαντες λήψεσθε ἀπὸ τῶν καρπῶν τῆς γῆς.

VERS. 7. Τῷ τὸν φόρον, φόρον. De constructione, vide Cl. Bezam. Syrus φόρον vertit ܟܣܦ ܪܫܐ *argentum capitis, census capitalis.* Arabs الجزية. quod apud Arabes tributi genus est, quod à paganis, Christianis, Judæis aliisque peregrinis Imperatori, ad dominium ejus agnoscendum, penditur. estque plerumque quinquagesima pars omnis reditus. Decimas vocare solent, quæ & à Muhammedanis pendi solent, sed tum الزكاة dicuntur. Est & aliud ipsis tributum الخراج dictum, estque census capitalis, quem peregrinorum singuli capitatim quotannis pendunt pro religionis libertate, & exeundi intrandique securitate. duorum fere aureorum cum dimidio est in Ægypto. aliud sunt vectigalia, quæ العشور dicuntur. qua voce Arabs hîc τὸ τέλος expressit. dicuntur & جباية.

VERS. 8. Μηδενὶ μηδὲν ὀφείλετε, εἰ μὴ τὸ ἀγαπᾶν ἀλλήλους. Arabs τὸ ὀφείλετε indicativè accepit, quum vertit ولا يكون لاحد قبلكم شي *neque est cuiquam ante vos quicquam*, i.e. *nemini debetis quicquam*, nemo habet quod exiget à vobis, nisi &c. imperativè enim dicendum

cendum fuerat ولا. neque ineptus ſane ille ſenſus eſt. Quatenus enim per Chriſtum liberati à mundo, filii Dei facti ſumus, & omnia noſtra, omnium jure exempti ſumus, nec ulli hominum quoad mentem, ſpiritualemque noſtram conditionem obnoxii. excepta ſola charitate, quæ nos ſemper obnoxios tenet. quia ſpiritualis noſtræ communionis vinculum eſt. quæ libertas, uti corporalia debibita, ex. gr. tributorum, vectigalium, ſimiliumque rerum, non tollit, ita efficaciſſimum eſt argumentum, ut debita illa fideliter ſolvamus. ſi quis enim ſolvere ea recuſet, peccati reus eſt, & amiſſa ſpirituali ſua libertate tranſiit in aliorum jus, factuſque eſt, etiam quoad mentem, alteri obnoxius. Id vos non decet, inquit Apoſtolus, qui ita eſtis in Chriſto liberi, ut nulli quicquam debeatis. quocirca non debetis fieri debitores hominum. eodem ſenſu quo 1 Cor. 7. 23. dixit, *ne eſtote ſervi hominum.* Id melius fluere videtur, quam ſi Imperativè ſumas. quum enim, *Nemini quicquam debete*, hunc ſenſum habeat, nemini ullum debitum inſolutum ſervate, non rectè ſatis cohærent quæ adduntur, *niſi ut diligatis alii alios.* illud enim ut perpetuum eſt debitum, ſic perpetuo ſolvi debet. rectè ſane moneo alium, ut ſe charitatem proximo ſemper debere ſciat. ſed non tam rectè jubeo, ut ſemper eam debeat. jubendus potius, ut debitam ſemper ſolvat. Ib. ὁ γὰρ ἀγαπῶν τὸ ἕτερον, *qui enim diligit alterum.* Hebr. אֶת רֵעֵהוּ. quod non tantum per τὸ πλησίον *proximum*, ſed & per ἕτερον *alterum* exponunt LXX. vide Gen. 31. 49. Eſa. 13. 8. & 34. 14. 16.

VERS. 9. Τὸ γὰρ, οὐ μοιχεύσεις, οὐ φονεύσεις, οὐ κλέψεις, οὐ ψευδομαρτυρήσεις, οὐκ ἐπιθυμήσεις. Syrus omiſit οὐ ψευδομαρτυρήσεις. Arabs οὐ μοιχεύσεις. quod Syrus collocavit poſt οὐ φονεύσεις, ſervato ordine decalogi.

Ibid. ἐν τούτῳ τῷ λόγῳ ἀνακεφαλαιοῦται, Eraſm. & Beza, *ſummatim comprehenditur.* Syrus & Arabs *completur.* Hezychius, Ἀνακεφαλαιοῦται, συμπληροῦται, ἐπαναλαμβάνει (fortaſſis ἐπαναλαμβάνεται) *completur, in epilogum colligitur.* eſt enim ἐπαναλαμβάνειν *epilogum facere*, in epilogo totius rei ſummam reſumere. ἐπανάληψις, ἐπίλογος. inde & ἐπαναλαμβάνειν ἑαυτὸν *inſtaurare ſeipſum & in integrum reſtituere.* atque hinc fortaſſis Vulgatus hîc ἀνακεφαλαιοῦται, quod idem eſt cum ἐπαναλαμβάνεται, vertit *inſtauratur.*

VERS. 11. Καὶ τοῦτο, εἰδότες τὸν καιρὸν &c. vide notas Cl. Bezæ, quæ docto cuivis ſatisfacere poſſent. addo tamen, καὶ τοῦτο abſolutè ſumi poſſe pro *ideoque, quocirca.* quo ſenſu plurale ταῦτα, ταῦτά τοι, ταῦτα δὴ, καὶ ταῦτα ſæpe ſumi, apud Budæum videre eſt. Deinde, Nominatius εἰδότες conſtrui etiam poteſt cum ſequentis verſus ἀποθώμεθα, hoc modo: *Ideoque*, ſcientes opportunitatem temporis, quod hora ſit nos jam è ſomno ſurrexiſſe (nunc enim propius nos eſt ſalus, quam quum credidimus. nox præteriit, dies autem appropinquavit) Abjiciamus igitur opera tenebrarum &c.

Ibid. ὅτι ὥρα ἡμᾶς ἤδη ἐξ ὕπνου ἐγερθῆναι. video omnes ἐγερθῆναι accipere pro ἐγείρεσθαι *ſurgere, expergiſci.* Malim, ſervato aoriſto, *ſurrexiſſe, experrectos eſſe.* Quod autem dicit, *propiorem nobis eſſe nunc ſalutem quam quum credidimus*, intelligendum, Sicut propius acceſſit metam curſor, quum diu cucurrit, quam quum curſum inchoat. Scholiaſtes Syrus paulo aliter [illegible] *in initio non quantum nunc noſcebamus ſalutem promiſſam nobis.*

VERS. 12. *Nox proceſſit, dies autem* ἤγγικεν. Beza & Eraſmus *appropinquat.* Malim cum Vulgato Syro & Arabe, *appropinquavit*, id eſt *jam adeſt, jam venit.* conſule notas noſtras ad Matth. 24. 32. jam enim ſumus υἱοὶ τῆς ἡμέρας, οὐ τῆς νυκτός, 1 Theſſ. 5. 5.

Ibid. Καὶ ἐνδυσώμεθα τὰ ὅπλα τοῦ φωτός. Beza, *& induamur habitu qui luci conveniat.* Fateor Hebræorum כלי quævis inſtrumenta, quamvis ſupellectilem, adeoque & indumentum veſtis & arma ſignificare. an ὅπλον ſimplicem etiam habitum denotet, nondum nobis conſtat. Hezychius vertit ἔνδυμα πολεμικὸν *indumentum bellicum.* Malo itaque cum Vulg. Eraſm. Syro & Arabe ad verbum reddere *arma lucis.* vel eo nomine quod, ut Cl. vir adfert, apud Homerum τὸ ὁπλίζεσθαι accipiatur pro εὐτρεπίζεσθαι *inſtrui, ornari.* Hinc enim & זין, quod Chaldæis & Syris eſt *armare*, Arabibus eſt *ornare.* qui ergo *arma lucis* dicit, ſimul etiam ornamenta dicit.

VERS. 13. Μὴ κώμοις. Vulg. Eraſm. & Beza, *non in comeſſationibus.* Syrus ܠܐ ܒܙܡܪܐ *non in cantu.* ſic etiam Gal. 5. 20. 1 Petr. 4. 3. vocem eam reddit. Hezychius Κῶμοι, ἀσελγῆ ᾄσματα πορνικά. συμπόσια, ᾠδαί, *petulantia & meretricia carmina, convivales cantus.*

Ibid. μὴ κοίταις καὶ ἀσελγείαις. Syrus & Arabs acceperunt pro μὴ κοίταις ἀσελγέσι.

Vers. 14. Καὶ τῆς σαρκὸς πρόνοιαν μὴ ποιεῖσθε εἰς ἐπιθυμίας. Syrus, *Et ne curate carnem vestram ad concupiscentias.* supplet Beza, *ad* explendas *concupiscentias.* Arabs, *Et ne occupati estote in concupiscentiis corporum vestrorum.* Ratio præclara affertur ab Hillele, cap. 2. Aboth, quia מרבה בשר מרבה רמה: *qui multiplicat carnem, multiplicat vermes.*

Cap XIV.

Vers. 1 *Infirmum in fide* προσλαμβάνεσθε. *assumite.* Syrus ܗܒܘ ܠܗ ܐܝܕܐ *date ei manum.* quod sequitur, μὴ εἰς διακρίσεις διαλογισμῶν vertit, ܘܠܐ ܬܗܘܘܢ ܡܬܦܠܓܝܢ ܒܡܚܫܒܬܟܘܢ *& ne estote hæsitantes in cogitationibus vestris.* Syrum expressit ad amussim Arabs. quæ versio eandem meretur reprehensionem, quam Castellioni dedit Cl. Beza. Vulgatus, *non in disceptationibus cogitationum.* pro quo Erasmus maluit, *non ad dijudicationes disceptationum.* Beza, *non ad certamina disputationum.* vel, *non ad ambiguitates disputationum.* non video, cur improbare debeam Vulgatam versionem. διαλογισμοὶ enim pro *cogitationibus* frequens est. ut Matth. 15. 19. Luc. 2. 35. & διαλογίζεσθαι pro *cogitare*, Luc. 1. 29. Joan. 11. 50. & alibi, fatentibus iisdem doctissimis Interpretibus. Nec sensus est incommodus: Infirmum in fide assumite, non disceptantes, vel non disputantes, vel non dijudicantes cogitationes ejus. ita εἰς ponetur, ut alibi sæpe, pro ἐν. aut si propriè velimus sumere pro *ad* vertas, *non ad dijudicationes cogitationum.* Hinc enim omne malum, quod magistros agerent in fratrum cogitationes. Nam quum infirmiores, ceremonialibus legis Mosaicæ ritibus adhuc inhærentes, à cibis quibusdam abstinerent, & dies observarent, fortiores in fide ἐξουθένουν τοὺς ἀσθενοῦντας *nihili faciebant infirmos*, ut infra loquetur Apostolus, quippe quos indignos Christiana sua communione habebant, quasi gratia Christi spreta, & umbris toti inhærentes, Christum mente sua non apprehendissent. id verè erat cogitationes eorum dijudicare. quod ne deinceps fiat, jubet Apostolus assumere infirmos sine tali dijudicatione.

Vers. 2. ὃς μὲν πιστεύει φαγεῖν πάντα. Vulg. *alius enim credit se manducare omnia.* addidit *enim* & *se.* vel legit ὃς μὲν γὰρ, ut & Syrus, qui habet ܐܝܬ ܓܝܪ ܕܡܗܝܡܢ ܕܢܐܟܘܠ ܟܠܡܕܡ *alius enim credit ut edat omnia.* pessimè hîc Tremel. & Boder. per primam plur. *ut omnia comedamus.* Erasmus maluit *vescendum esse quibuslibet.* Beza, *vesci licere quibusvis.* Calvinus aliter, *Qui credit, vescatur quibuslibet.* quia nempe ὃς μὲν impropriè per *alius quidem* reddi existimat, quum sit articulus postpositivus sive relativus. φαγεῖν Infinitivum pro Imperativo positum vult. quod fateor frequens satis esse. sed tum oratio sic erat distinguenda, ὃς μὲν πιστεύει, φαγεῖν πάντα. quod omnibus codicibus repugnat. neque inusitatum est, ὃς μὲν distributivè sumi pro ὁ μὲν. vide 2 Cor. 2. 16. Judæ vers. 16. 1 Cor. 7. 7. 1 Cor. 11. 21. Mar. 13. vers. 8. adde quod alterum versus membrum postulare videtur, ut prius quoque indicativè reddatur. Mihi quidem πιστεύει Hebraismum habere videtur, ut in antecedenti intelligatur consequens, & sensus sit, *Alius quidem per fidem audet edere omnia*, πιστεύων τολμᾷ φαγεῖν. parit enim fides audaciam sive confidentiam. Aut simplicius, πιστεύει φαγεῖν perinde est atque πίστιν ἔχει φαγεῖν *fidem habet edendi*, tantam fidem ut edat omnia. Hebr. מַאֲמִין אֱכוֹל. qualis phrasis occurit Jud. 11. 20. וְלֹא הֶאֱמִין סִיחוֹן אֶת־יִשְׂרָאֵל עֲבֹר בִּגְבֻלוֹ ad verbum, *Et non credidit Sihon Israëlem transire per terminum suum.* id est, tantam fiduciam non habuit, ut Israëlitæ transirent, &c. Vel, *non tutum esse credidit, Israëlem transire per terminum suum.* quæ interpretatio ne cui mira videatur, libet ex Arabismo indicare, quænam sit propria & genuina significatio verbi האמין. ibi enim in Kal אמן significat *tutum, securum esse.* inde in Hiphil, *securum facere, mentem suam securam reddere, securum putare, tutum ac securum credere*, inde simpliciter *credere.* atque inde est, quod non apud Hebræos tantum, sed & apud Syros & Arabes verbum hoc cum ב *in* construatur, הֶאֱמִין בַּאֲדֹנָי *credidit in Deo*, id est securum se ac tutum in Deo habuit. Hinc sensus esset, *Alius quidem tutum ac securum habet edere omnia. alius autem infirmus*, qui id tutum ac securum non habet, *edit olera.* Syrus quoque & Arabs legerunt ἐσθίει in Indicativo. Libet hîc annotare Commentarium

Scho-

Scholiastæ Syri, qui sic habet, ܡܦܫܩܢܐ

ܝܗܘܕܝܐ ܕܗܝܡܢܘ ܡܥܪܩܝܢ ܗܘܘ ܡܢ
ܡܐܟܠܐ ܕܒܣ̈ܪܐ ܡܫܚܠܦܐ
ܡܛܠ ܟܘܪܗܢܐ ܕܬܐܪ̈ܬܗܘܢ. ܟܕ ܗܢܘܢ ܕܡܢ
ܥܡ̈ܡܐ ܗܘܘ ܟܠܡܕܡ ܐܟܠܝܢ ܗܘܘ
ܒܗܝܡܢܘܬܐ. ܐܘ ܡܛܠ ܢܨܪ̈ܝܐ. ܕܟܕ
ܡܬܐܠܨܝܢ ܗܘܘ ܠܡܐܟܠ ܒܣܪܐ
ܒܝܘܡܐ ܕܦܨܚܐ. ܝܪܩܐ ܕܒܗ
ܡܬܒܫܠ ܗܘܐ ܒܠܚܘܕܘܗܝ ܐܟܠܝܢ
ܗܘܘ: *Judæi qui crediderant subterfugiebant esum variarum carnium ob infirmitatem conscientiarum suarum: quum qui ex Gentibus eßent, omnia ederent per fidem. aut propter Nazaræos id dictum, qui quum cogerentur edere carnem die paschatis, olus in ea coctum solummodo edebant.* Prius rectum est.

Vers. 5. ὃς μὲν κρίνει ἡμέραν παρ' ἡμέραν, ὃς δὲ κρίνει πᾶσαν ἡμέραν. Syrus ad verbum transtulit, in quem Scholiastes sic commentatur,

ܐܝܬ ܕܕܐܢ ܝܘܡܐ ܡܢ ܝܘܡܐ ܗܘ ܦܪܫ
ܝܘܡܐ ܘܡܝܩܪ ܠܗ ܒܨܘܡܐ.
ܐܚܪܢܐ ܕܐܢ ܟܠܗܘܢ ܝܘܡܬܐ ܗܘ ܒܛܟܣܐ
ܚܕ. ܡܦܩ ܒܨܘܡܐ: *Est qui judicat diem præ die, id est, separat diem & honorat eum jejunio. alius autem judicat omnes dies, nempe in eodem ordine: peregrè proficiscitur in jejunio.* mirè Arabs, ومن الناس من لا يميز الايام ويحفظ يوما دون يوم ومنهم من يوجب حفظ الايام كلها *alii non distinguunt dies, sed observant diem pro die. alii conveniens judicant observare dies omnes.* quæ aut non intelligo, aut hunc sensum habent, aliquos sine ulla dierum distinctione festos dies promiscuè usurpare pro profestis. alios conveniens judicare ut omnes dies observandi observentur. quod Interpres non de Judaicis, sed de Christianis festis videtur intellexisse, ut prius impietatis, si contemtus adsit, alterum pietatis esse videatur. cujusmodi quid Erasm. ex Thoma in notis producit. Alias interpretationes varias vide apud Bezam. Nos existimamus verbum κρίνειν hîc esse Hebræorum דין, quod non *judicare* tantum, sed & *litigare, disceptare, litem & causam agere, eamque tueri* significat. unde Psal. 54. vers. 3. וּבִגְבוּרָתְךָ תְדִינֵנִי LXX. καὶ ἐν τῇ δυνάμει σου κρινεῖς με, *Et in potentia tua judicabis me*, i. e. causam meam ages, litem meam disceptabis & tueberis adversus adversarios meos. Ita & hîc וְיֵשׁ מִי שֶׁדָּן יוֹם מִיּוֹם וְיֵשׁ מִי שֶׁדָּן כָּל־יוֹם:, *alius causam agit unius diei præ altero*, i.e. contendit unum diem esse altero præstantiorem & digniorem: *alius causam agit omnis diei*, i.e. contendit omnes esse pares, atque ita omnibus patrocinatur, ne unus præ altero vilipendatur.

Ibid. ἕκαστος ἐν τῷ ἰδίῳ νοῒ πληροφορείσθω. Id ipsum esse existimo, quod infra vers. 22. dicitur, μακάριος ὁ μὴ κρίνων ἑαυτὸν ἐν ᾧ δοκιμάζει. Quod enim hîc dicitur ἐν τῷ νοῒ *in mente sua*, ibi dicitur ἐν ᾧ δοκιμάζει, *in eo quod approbat*, nempe mente sua. quodque hîc est πληροφορείσθω, ibi est μὴ κρινέτω ἑαυτόν. sensus est, Qui dies & cibos non discernit, faciat id quia de libertate Christiana persuasus est apud mentem suam. Qui adhuc discernit, faciat idem quia præceptum à Deo per Mosem latum vigere adhuc in animo persuasum habet. Etsi enim infirmitatem illam, ex defectu fidei & cognitionis proficiscentem, nec laudet nec foveri cupiat Apostolus, dum tamen eâ laborant, non permittit ut aut dies, quos sanctos putant, violent, aut cibos, quos interdictos arbitrantur, reluctante conscientia edant. ita enim se ipsos condemnarent. Sed vult unumquemque, quod persuasum habet placere Deo, facere. gratus enim Deo animus est, qui placere ei studet. erroris infirmitas quæ conatum istum comitatur, per gratiam verè fidelibus condonatur.

Vers. 6. ὁ φρονῶν τὴν ἡμέραν. Syrus ܡܢ ܕܡܬܪܥܐ ܕܝܘܡܐ Tremel. *qui cogitat de die.* ܕ non valet *de.* Boder. in Reg. *qui deligit diem.* rectius in Paris. ad verbum, *qui cogitat diei.* ܕ enim genitivi est. intelliguntur *res diei*, quæ diei sunt. sicut cap. 13. 14. dixit ܠܐ ܬܬܪܥܘܢ ܗܘ ܕܒܣܪܟܘܢ *ne curate carnis vestræ*, i. res carnis vestræ, quæ carnis vestræ sunt. eadem hîc phrasis est, quam habes Matth. 16. vers. 23. ܠܐ ܡܬܪܥܐ ܐܢܬ ܕܐܠܗܐ ܐܠܐ ܕܒܢܝ̈ܢܫܐ *non cogitas tu Dei sed hominum*, scil. res, quæ Dei & hominum sunt. Sequitur, κυρίῳ φρονεῖ. καὶ ὁ μὴ

φρονῶν τὴν ἡμέραν, Κυρίῳ οὐ φρονεῖ. Syrus ad verbum. Arabs autem, فاما من فضل يوما علي اخر انما يري ذالك لربه ومن لم يري تفضيل يوم علي غيره فلربه لا يري ذالك, *Etenim qui præfert diem alteri, considerat illud Domino. qui autem non considerat præferre diem alteri, Domino non considerat illud.*

Vers. 14. *Novi & persuasum habeo per Dom. Iesum, nihil esse impurum per se.* Syrus ܡܢ ܟܝܢܗ *à se.* Omnia sane, quatenus à Deo fuerunt condita, pura sunt in se. vidit enim Deus omnia quæ fecerat, & ecce erant valde bona. At peccatum, maledictione rebus omnibus allata, corruptionem iisdem intulit, ut jam homini, in statu peccati constituto, nihil sit purum, Tit. 1. vers. 15. In cujus rei testimonium accessit quibusdam rebus sub lege ceremoniali ceremonialis immunditiës ex interdictione Dei, quæ usum contactumque earum prohibebat, ut ex quibusdam discerent, quid & in cæteris essent meriti. donec benedictum venisset semen, quod peccato abolito sanctificaret omnia, ablataque maledictione, adeoque & quæ istam designabat, ceremoniali immunditie, in pristinum res omnes statum restitueret.

Vers. 16. Μὴ βλασφημείσθω οὖν ἡμῶν τὸ ἀγαθόν. Syrus ܘܠܐ ܢܬܓܕܦ ܛܒܬ̈ܢ, *Et ne blasphemetur bonum nostrum.* si rectum est ܛܒܬ̈ܢ cum duobus punctis plur. num. in quo editiones consentiunt, vitiosum est ܢܬܓܕܦ proque eo legendum ܢܬܓܕܦܢ, & vertendum *ne blasphementur bona nostra.* quod si rectum est ܢܬܓܕܦ mendum habent duo puncta, iisque sublatis legendum ܛܒܬܢ *bonum nostrum*, quomodo & Vulgatus legit. in Græco tamen est τὸ ἀγαθὸν ὑμῶν. sed & Arabs legit ἡμῶν. لا يفتري علي خيرنا الذي انعم به علينا ربنا, *ne blasphemia dicatur de bono nostro, quod gratiosè contulit in nos Dominus noster.*

Vers. 17. *Non est enim regnum Dei esca & potus, sed justitia & pax,* &c. Ad hæc Scholiastes Syrus ܡܚܘܐ ܕܒܝܕ ܪ̈ܓܝܓܬܐ ܕܒܣܪܐ ܥܐܠܝܢ ܠܐܟܠܩܪܨܘܬܐ ܘܠܚܪܝܢܐ, *Indicat, per concupiscentias carnis intrare calumniam & contentiones.* rectè. Si enim, qui liberum sibi rerum omnium usum esse sciebant, calumniari infirmos, cumque iis contendere mallent, atque escæ causa tristitia afficere fratrem, quam infirmis cedere, signum verè erat, multum ipsis concupiscentias carnis dominari.

Vers. 18. Ὁ γὰρ ἐν τούτοις. Syrus quoque & Arabs legerunt in plur. τούτοις.

Vers. 19. Καὶ τὰ τῆς οἰκοδομῆς τῆς εἰς ἀλλήλους. Syrus, ܘܠܒܢܝܢܐ ܕܚܕ ܕܚܕ. Tremel. *& ædificationem uniuscujusque.* id ܚܕ ܕܚܕ diceretur. at ܕܚܕ ܕܚܕ est, *unius alterius*, id est mutuam.

Vers. 22. Ἐν ᾧ δοκιμάζει. Syr. ܒܡܐ ܕܦܪܫ Tremel. & Boder. *in eo quod discernit.* verto, *in eo quod determinavit aut statuit.* id enim ܦܪܫ sæpe significare, sæpe ostendimus. sensus est, si quis determinavit apud se dies ac cibos non discernere, caveat id facere reclamente conscientia. similiter qui contrarium determinavit. Arabs في ما اوتي معرفته *in eo cujus accepit cognitionem.* ut si quis cognitionem nactus Christianæ libertatis, edere tamen ex mentis scrupulo non audeat, condemnat se ipsum. similiter qui cognitionem eam non nactus, edit tamen. quemvis enim cognitionem suam sequi oportet.

Cap. XV.

Vers. 2. Ἕκαστος γὰρ ἡμῶν. Vulgatus omisit γάρ. Erasmus, *nam.* Beza, *itaque.* Syrus & Arabs *sed.* qui quoque legerunt ἡμῶν. Vulgatus ὑμῶν.

Vers. 3. *Etenim Christus non placuit sibi ipsi,* ἀλλὰ, καθὼς γέγραπται. post ἀλλὰ subaudio ἐστὶ vel ἔχει *est*, vel *res se habet sicut scriptum est &c.* vide quæ observavimus ad Rom. 5. 12. & confer cum notis Bezæ.

Vers. 5. Τὸ αὐτὸ φρονεῖν ἐν ἀλλήλοις. Erasm. & Beza, *inter vos mutuo.* Vulgat. accepit pro εἰς ἀλλήλους ut locutus est supra, cap. 12. 16. *in vos mutuo*, *alii erga alios.* Syrus & Arabs, *unus de altero.*

Vers. 7. *Christus assumpsit*, εἰς δόξαν τοῦ Θεοῦ. vel terminum significat, ad quem nos assumptos traduxit Christus, faciens nos gloriæ Dei participes: vel assumptionis nostræ finem, qui est gloria Dei. posteriori sensu Arabs لتمجيد الله *ad glorificandum Deum.* Porro pro *nos*, Vulg. Syrus & Arabs habent *vos.* eodem redit. Quod enim per *nos* Judæos velit intelligi Cl. Beza, minus conveniens videtur, neque ex seq. vers. rectè colligi. Gentes potius intelligi arbitramur, quæ assume-

re

re debent infirmiores Judæos, eorumque ædificationi ministrare, sicut & Christus assumsit Gentes, quando circumcisioni tanquam minister se subjecit, Judæus ipse in gratiam Gentium, ut promissione patrum confirmata, Gentes quæ promissione illa continebantur, haberent quo laudarent Deum.

VERS. 8. Λέγω δὲ Ἰησοῦν Χριστὸν διάκονον γεγενῆσθαι περιτομῆς ὑπὲρ ἀληθείας θεοῦ. Syrus ܐܡܪ ܐܢܐ ܕܝܢ ܕܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ ܫܡܫ ܠܓܙܘܪܬܐ ܚܠܦ ܫܪܪܗ ܕܐܠܗܐ Tremellius & Boderianus in edit. Parisiensi, *Dico autem quod Jesus Christus minister fuit circumcisionis pro veritate Dei.* at in Regiis, *ministravit Circumcisioni.* Id rectè. si enim verba Apostoli ad verbum exprimere voluisset, dixisset ܡܫܡܫܢܐ ܗܘܐ ܕܓܙܘܪܬܐ. at non temere explicationis gratia mutavit phrasin, & dixit ܫܡܫ *ministravit.* & quidem sine interveniente præpositione lamed, quæ Dativi casus est, & post hoc verbum sequi solet, quum indicatur persona cui ministratur. dixit ܫܡܫ ܓܙܘܪܬܐ. cui parallelam phrasin habes, & quæ hanc insigniter explicat, Act. 13. 36. ܕܘܝܕ ܓܝܪ ܒܫܪܒܬܗ ܫܡܫ ܠܨܒܝܢܗ ܕܐܠܗܐ ܘܫܟܒ. Quod ego, quamvis barbarè verterem, *David in generatione sua ministravit voluntatem Dei & occubuit*; id est subjectus voluntati Dei tanquam minister eam complevit, & obdormivit. Ita hoc loco, *Christus ministravit circumcisionem pro veritate Dei*, id est subjectus circumcisioni eam complevit, ut promissionibus Dei sua constaret veritas. fuit ergo Christus διάκονος τῆς περιτομῆς quum circumcisus fuit, sicut David fuit ὑπηρέτης τῆς τοῦ θεοῦ βουλῆς, quum obdormivit. Arabs tamen expressit dativum خدم المختان *ministravit circumcisioni.* Non possumus non monere, quod in Syriacis Ephremi tractatibus nondum editis legimus, ܫܡܫ cum Accus. sæpe significare *perpetrare, committere, præstare effectum, dare, facere, usu venire.* tale isthic est ܚܛܗܐ ܕܠܐ ܫܡܫܢܝܗ *peccatum quod non commisimus.* Sic ibid. Angeli dicuntur missi, ܕܢܫܡܫܘܢ ܦܘܩܕܢܐ *ut præstent mandatum.* An non idem prorsus est quod ex Act. 13. 36. attulimus, *David in generatione sua præstitit voluntatem Dei?* sic hoc loco, *Christus præstitit circumcisionem*, id est, in sua circumcisione effectam dedit legalem circumcisionem, quippe minister ejus factus, sicut domini sui voluntatem præstat minister. factus enim est Christus sub lege, Gal. 4. 4. sicut ergo עבר apud Hebræos est *servire, ministrare, colere*, apud Chald. & Syros *operari, facere:* sic שמש apud Syros utrumque est, & *ministrare*, & *facere.* nec absurdum est, si in allegatis locis ὑπηρετεῖν & διάκονον εἶναι eodem modo sumas.

Ibid. εἰς τὸ βεβαιῶσαι, Syrus ܐܝܟܢܐ ܕܢܫܪ *ut confirmaret, veram redderet*, in Hiphil. Scholiastes notat, legendum esse ܕܢܫܪ in Kal. ܢܫܪ Nun cum secunda vocali, *ut confirmaretur*, nempe promissio. repugnant exemplaria edita, & textus Græcus.

VERS. 10. Εὐφράνθητε ἔθνη μετὰ τοῦ λαοῦ αὐτοῦ. Depromtus est locus ex Deut. 32. 43. quem ita corruptum esse ait Cl. Beza in Græca editione, quæ sub nomine LXX. legitur, ut vix ullum appareat Hebraicæ veritatis vestigium. Quod quidem rigidè admodum, ne dicam immaturè, mihi quidem dictum videtur. In Hebræo est הַרְנִינוּ גוֹיִם עַמּוֹ. quod quum ad verbum sonet, *Canite Gentes populum ejus*, LXX verterunt ut citavit Apostolus, mutata quidem phrasi, sed eodem sensu. quasi dixissent, ᾄδετε ἔθνη τὸν λαὸν αὐτοῦ, μετὰ enim ibi non significat societatem. quasi mens sit, Habet populus Dei cur canat, vos Gentes adjungite vos socios, & canite una cum eo. sed argumentum significat & materiam cantus, id ipsum quod cantu celebrari debet. quomodo & Belgicè dicimus, **Hy is blyde met syn huwelick** / quasi Latinè dicas, gaudet cum conjugio suo, i.e. felicitas conjugii ipsius materia ipsi gaudii est. sic LXX, Psal. 21. v. 7. εὐφρανεῖς αὐτὸν ἐν χαρᾷ μετὰ τοῦ προσώπου σου, *exhilarabis eum in lætitia cum vultu tuo.* nam & in Hebræo est אֶת־פָּנֶיךָ. sensus est, facies ut ex vultu tuo habet argumentum lætitiæ. sic Esai. 24. 14. pro יָרֹנּוּ בִּגְאוֹן יְהוָה *cantabunt in excellentia Domini* (i. e. de excellentia, cantabunt excellentiam, vel lætabuntur ob excellentiam) LXX. habent, εὐφρανθήσονται ἅμα τῇ δόξῃ κυρίου, *lætabuntur cum gloria Domini*, i. e. ἐπὶ τῇ δόξῃ *ob gloriam, de gloria.* quod idem est atque canent gloriam Domini. Labora-

boravit hîc quoque Cl. Junius, qui ut verba Mosis cum Paulo conciliaret, putavit גוים עמו esse ἀσύνδετον orationem pro וְעַמּוֹ, *Canite Gentes & populus ejus.* quia nempe putavit עם societatem significare. sed est ut dixi. Assumendas fuisse gentes in communionem gratiæ cælestis, probat Apostolus, quia prædictum fuit, fore ut Ecclesia Dei argumentum Gentibus lætitiæ & cantus esset. quod fieri non poterat, nisi ejusdem gratiæ participes, intelligerent Ecclesiæ præstantiam.

Vers. 12. Ἔσται ἡ ῥίζα τοῦ Ἰεσσαὶ, καὶ ὁ ἀνιστάμενος ἄρχειν ἐθνῶν, ἐπ' αὐτῷ ἔθνη ἐλπιοῦσιν. Laborant Interpretes de constructione. quæ minus fuisset difficilis, si quæ sunt apud LXX. addidisset Apostolus post ἔσται, ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ. Ex Hebræo constructio plana fiet. וְהָיָה בַּיּוֹם הַהוּא שֹׁרֶשׁ יִשַׁי אֲשֶׁר עוֹמֵד לְנֵס עַמִּים אֵלָיו גּוֹיִם יִדְרֹשׁוּ. *& erit in die illo*, (ibi est accentus distinguens Zakefkaton) *radix Isai*, *quæ stat in vexillum populorum*, *illam Gentes requirent*, id est Latinè, radicem Isai quæ &c. requirent Gentes. sic ergo & hoc loco. ἔσται absolutè ponitur, non constructum cum ἡ ῥίζα, sed significans Hebræorum more quid futurum sit. Belgice valet, **het sal gheschieden.** Deinde ἡ ῥίζα καὶ ὁ ἀνιστάμενος sunt nominativi absoluti, qui deinde constructi, per pronomen in alium casum mutantur. qualia sunt, Apoc. 6. vers. 8. Καὶ ὁ καθήμενος ἐπάνω αὐτοῦ, ὄνομα αὐτῷ ὁ θάνατος. vide & Joan. 6. vers. 42. Act. 7. 40. & alibi sæpe. itaque καὶ ὁ ἀνιστάμενος non verto, cum Cl. Beza, *& qui exurgat.* sed totum locum sic reddo, *Et erit, in radice Jesse, & qui exurgit ad imperandum Gentibus, Gentes sperabunt.* Vernacula lingua fert, ut ad verbum omnia reddantur, **Het sal geschieden/de wortel Isai/ende die opstaet om over de Heydenen te heerschen/in hem sullen de Heydenen hoopen.** Porro quod אֲשֶׁר עֹמֵד non verterint ὁ ἑστὼς *qui stat*, sed ὁ ἀνιστάμενος *qui exurgit*, rectè factum. Alibi enim diximus, verba quæ in linguis Orientalibus significant *esse*, significare etiam *incipere esse.* ut ergo קום, ita & עמד significat *stare*, & *incipere stare*, quod est *surgere.* sic sumitur Neh. 7. 65. Dan. 8. 22. 23. & alibi. nec quicquam in misnajoth usitatius. Quod sequitur, אליו גוים ידרשו, ad verbum *Ad eum gentes inquirent*, rectè verterunt ἐπ' αὐτῷ ἐλπιοῦσιν. est enim spes ipsissimus ille affectus, quo mens ad futurum bonum sese exerens id requirit, ut potita in eo acquiescat.

Vers. 14. Μεστοί ἐστε ἀγαθωσύνης, Hebraicè טוֹבָה vel מְלֵאֵי טוֹב אַתֶּם. sæpe pro eo LXX ἀγαθωσύνη, & sæpius quidem usurpant pro bonitate quæ est in benignitate ac beneficentia (unde & Vulgatus Interpres speciatim hîc de dilectione videtur intellixisse) est tamen ubi generaliter pro omni bonitate virtutis usurpant. ut Psal. 38. 21. תַּחַת רָדְפִי טוֹב ἐπεὶ κατεδίωκον ἀγαθωσύνην, *quia sectabar quod bonum erat.* sic Psal. 25. 3. Posses etiam de bonis quæ possessionis vocantur intelligere, nempe de donis gratiæ, quæ Deus erat elargitus, qualia sunt dona fidei, regenerationis Spiritus Sancti, consolationis &c. Nam & de bonis fortunæ usurpare non dubitant LXX. ut Ecclesf. 5. 16. בִּרְבוֹת הַטּוֹבָה רַבּוּ אוֹכְלֶיהָ *quum multiplicantur bona, multiplicantur qui comedunt ea*, LXX ἐν πλήθει ἀγαθωσύνης ἐπληθύνθησαν οἱ ἐσθίοντες αὐτήν. vide & cap. 6. 3. & 9. 17.

Ibid. δυνάμενοι καὶ ἀλλήλους νουθετεῖν. Monet Cl. Beza, in 4. codicibus scriptum invenisse se ἄλλους, *alios.* sic quoque Syrus & Arabs.

Vers. 16. Ἱερουργοῦντα τὸ Εὐαγγέλιον τοῦ θεοῦ. Vulgatus, *sanctificans.* Erasm. *administrans Euangelium Dei.* Beza, *operans Euangelio Dei.* ut Syrus ܘܐܦܠܚ ܐܢܐ ܣܒܪܬܐ *& operer Euangelio.* similiter Arabs. Hezychius, ἱερουργεῖ, θύει, ἱερὰ ἐργάζεται, *sacrificat, sacra operatur.* hinc verto, *operans sacra Euangelii Dei.* ut enim lex olim ceremonialis, sic & Euangelium sua habet sacra, quique Euangelio servat homines, vivas Deo sistit victimas, de quibus egit Apostolus supra cap. 12. vers. 1. unde & hîc sequitur, *ut oblatio Gentium fiat accepta.*

Vers. 17. *Habeo igitur quod glorier in Christo Jesu* τὰ πρὸς τὸν θεόν. Vulgatus Syr. & Arabs *apud Deum.* quasi τὰ non legissent. Erasm. & Beza, *in iis quæ ad Deum pertinent.* occurrit eadem locutio Hebr. 5. 1. *Omnis Pontifex pro hominibus constituitur* τὰ πρὸς τὸν θεόν, ubi Vulgatus, *in iis quæ ad Deum sunt.* Syrus, *super ea quæ Dei sunt.*

Vers. 22. Quapropter etiam impeditus sum τὰ πολλά. Vulg. *plurimum.* Erasm. & Beza *sæpe.* sic Syrus & Ar. *vicibus multis.*

Vers. 24. Ἐλπίζω γὰρ διαπορευόμενος θεάσασθαι ὑμᾶς. Vulg. *Spero quod præteriens videam vos.* Beza, *ut illac præteriens.* Erasm. *illac iter faciens.* quò respicit *illac?* an Hispaniam, cujus ante facta mentio? at ait vers. seq. se jam proficisci Hierosolymam, unde in Italiam sive Romam iturus non poterat præterire Hispaniam, sed prætereunda erat Italia ituro in Hispaniam. διαπορευόμενος mihi hîc idem est quod διαπερῶν *trajiciens*, vel διερχόμενος *transiens*,

nempe

nempe à loco ubi futurus eſſet, Hieroſolyma nempe aut alio loco Aſiæ, Romam uſque. trajectum indicat inter Aſiam & Italiam. ubi prætereunda non erat Hiſpania, ideo addit, *Et à vobis deducar illuc.* primum enim Romam iturus erat, inde in Hiſpaniam. quo pertinet quod infra verſ. 28. dicitur, ἀπελεύσομαι δι᾽ ὑμῶν εἰς Σπανίαν *abibo per vos in Hiſpaniam.* Beza, *illac.* eſt enim, inquit, hoc quoque dicendi genus, ut alia multa, petitum è medio, ex ſententia ipſa non ex verbis æſtimandum. illac ergo ad urbem Romam referre videtur. quaſi mens Apoſtoli non fuerit, Romam ſe conferre, & in ipſa urbe eos videre, deinde per urbem tranſire in Hiſpaniam, ſed præterire Romam, & illac iter faciens vocare eos ex urbe ad ſe, ut eos videret. quod præter mentem eſſe videtur. nec aliunde ortum, quam quod διαπορευόμενος vertendum exiſtimavit *præteriens.* quum raro id ſignificet, aut fortaſſe nunquam. quod enim Luc. 18. v. 36. ἀκούσας ὁ ὄχλου διαπορευομένου recte vertas, *quum autem audiviſſet populum prætereuntem*, per accidens eſt. etſi enim nemo ibi ſediſſet, præterquam iviſſet turba, rectè tamen potuiſſet dici turba διαπορεύεσθαι, id eſt, non conſiſtere, ſed de loco in locum tranſire. atque id ipſum eſt quod audivit. quem tranſitum quum audiret juxta ſe ſedentem fieri, per accidens reſpectu ejus fuit præteritio.

VERS. 28. Τοῦτο οὖν ἐπιτελέσας, καὶ σφραγισάμενος αὐτοῖς τὸν καρπὸν τοῦτον. Placet Eraſmi & Bezæ verſio, doctiſſimæque eorum in participium σφραγισάμενος notæ. Moneo tantum, eodem fere ſignificatu poſſe accipi cum ἐπιτελέσας, ex uſu verbi חתם, quo & Syrus & Arabs hîc uſi ſunt quod non *obſignare* tantum, ſed etiam *finire*, *complere* ſignificat. quia finitæ literæ obſignantur. Sic Dan. 9. v. 24. לְכַלֵּא הַפֶּשַׁע וּלְהָתֵם חַטָּאוֹת, Vulgatus *ut conſummetur prævaricatio & finem accipiat peccatum.* Pagninus, *ad finiendum prævaricationem, & ad conſummandum peccatum.* LXX, τοῦ συντελεσθῆναι ἁμαρτίαν, καὶ τοῦ σφραγίσαι ἁμαρτίας. idem ibi συντελέσαι καὶ σφραγίσαι. Neque enim σφραγίσαι ἁμαρτίας ibi eſt, quod Job. 14. 17. ἐσφράγισας μου τὰς ἀνομίας ἐν βαλαντίῳ, ubi ſignificat, aſſervare peccata ut imputentur & puniantur. hîc contra eſt, finem imponere peccatis ut nec imputentur amplius nec puniantur. ſic eodem verſu, וְלַחְתֹּם חָזוֹן וְנָבִיא, Vulgat. *& impleatur viſio & Prophetia.* Pagninus, *& finiendum viſionem & prophetam.* LXX, καὶ τοῦ σφραγίσαι ὅρασιν καὶ προφήτην. Adde locum Ezech. 28. 12. ubi Regi Tyri dicitur, אַתָּה חוֹתֵם תָּכְנִית, *Tu finis ſummam.* ſequitur, *tu plenus es ſapientia, & perfectus decore.* i. e. tu adeo ſapientia plenus es & decore, ut omnis perfectionis ſummam in te quaſi contraxiſſe & conſummaſſe videaris. Apud Arabes quoque ختم חתם non *obſignare* modo, ſed ſimpliciter ἐπιτελεῖν *perficere* ſignificat. vide Gal. 3. 3. & alibi. præſertim 2 Cor. 8. 6. ubi pro ἵνα ἐπιτελέσῃ εἰς ὑμᾶς καὶ τὴν χάριν ταύτην, habet ان يتمم بكم هذه النعمة ايضا quod propriè eſt ἵνα σφραγίσῃ, &c. ſic 2 Reg. 22. 4. וְיַתֵּם אֶת־הַכֶּסֶף *& perficiat pecuniam*, id eſt, curet ut tota in promptu ſit, quanta à populo oblata eſt. LXX σφράγισον τὸ ἀργύριον. quod enim quædam editiones habent χώνευσον τὸ ἀργύριον, perperam eſt.

CAP. XVI.

VERS. 2. Καὶ γὰρ αὐτὴ προστάτις πολλῶν ἐγενήθη, καὶ αὐτοῦ ἐμοῦ. Vulg. *Etenim ipſa quoque aſtitit multis, & mihi ipſi.* Eraſm. *adfuit multis.* Beza, *hoſpitium præbuit.* nec indoctum addidit commentarium. cui addimus Hezychium, apud quem Προστάται, οἱ μετοίκων, καὶ οἱ μὴ ἔχοντες ἀποστασίου ἐδιώκοντο. deinde ad vocem Προστάτου annotat, ἔνεμον γὰρ προστάτην οἱ μέτοικοι, καὶ οἱ μὴ ἀπογραψάμενοι τοῦτον, ἀποστασίου δίκην ὤφλον. Unde liquet, προστάτην fuiſſe dictum, cui cura & tutela incumbebat τῶν μετοίκων *inquilinorum*, qui aliunde in urbem aliquam migraſſent; qui nomen ſuum in ipſius album inſcribendum tradere tenebantur, ac Proſtaten ſuum alere, perſoluto inquilinatus tributo quod μετοίκιον dicebatur. quod qui non perſolverent, ἀποστασίου poſtulabantur, id eſt, non ſoluti tributi, quod ab inquilinis proſtatæ debebatur. In hunc fere modum videtur electa fuiſſe hæc Phœbe ab Eccleſia Cenchreenſi, ut tutrix eſſet & curatrix inquilinorum fidelium, qui ſe aliunde in eam urbem transferrent. Gloſſarium προστάτης, *patronus, præpoſitus.* προστασία *patrocinium.*

VERS. 3. Ἀσπάσασθε Πρίσκιλλαν. Sic Syrus quoque & Arabs legerunt, non ut Vulgatus Πρίσκαν. Sequitur καὶ Ἀκύλαν. Poſtponitur maritus uxori. quod factum ait Scholiaſtes Syrus ܡܛܠ ܪܬܚܘܬܐ ܝܬܝܪܬܐ ܕܒܕܚܠܬ ܐܠܗܐ *ob fervorem majorem in pietate.* idem factum Act. 18. 18. contra Ibid. verſ. 2. & 36. 1 Cor. 16. 19. ratio ergo frivola eſt.

VERS. 5. Ὅς ἐστιν ἀπαρχὴ τῆς Ἀχαΐας εἰς Χριστόν. Annotat Scholiaſtes Syrus, haberi inter Corinthios Stephanam primitias Achaiæ. videri autem Epenetum fuiſſe filium Stephanæ, & pritem Epenetum fuiſſe filium Stephanæ, & primum crediſſe. de illo Stephana, ejuſque familia

milia à se baptizata loquitur Paulus 1 Cor. 1. 16.

VERS. 6. *Quæ multum laboravit* εἰς ἡμᾶς. Beza, *erga nos.* Vulgatus *in nobis.* Syrus [Syriac] *in vobis.* Arabs [Arabic] *vobiscum.* prout & multi Græci codices legunt εἰς ὑμᾶς.

VERS. 12. Τὰς κοπιώσας ἐν Κυρίῳ. Syrus [Syriac] Tremel. & Boder. *quæ laborant in Dom. nostro.* verto, *quæ laborarunt.* est enim præteritum, à themate [Syriac] *laboravit.* de quo vide Grammat. nostræ p. 313. sed desunt duo puncta, notæ plur. num. fœm. gen. 3. personæ. scribendum erat [Syriac]. etsi Scholiastes Syrus, citans hoc verbum, id non emendet. In participio præsenti dicendum erat [Syriac], in partic. præterito [Syriac].

Ibid. Ἀσπάσασθε Περσίδα. Annotat Scholiastes Syrus, hanc ferri uxorem fuisse Ruphi. cujus cum vers. seq. fiat mentio, an & hæc præponitur marito, quia fervidioris fuit pietatis, ut ante de Priscilla sentiebant?

VERS. 16. Ἀσπάζονται ὑμᾶς αἱ ἐκκλησίαι τοῦ Χριστοῦ. Vulg. Syr. & Arabs πᾶσαι αἱ ἐκκλησίαι τοῦ Χριστοῦ.

VERS. 17. *Precor autem vos, fratres,* σκοπεῖν τοὺς τὰς διχοστασίας ποιοῦντας &c. Vulg. & Beza, *ut observetis.* Erasm. *consideretis.* Syrus & Arabs, *ut caveatis ab iis qui,* &c. acceperunt σκοπεῖν, sicut passim βλέπειν pro *cavere.* vide Marc. 12. 38. & 13. 9. Phil. 3. vers. 2. quemadmodum & σκοπεῖν accipitur Luc. 11. vers. 35.

Ibid. Παρὰ τὴν διδαχὴν Vulgatus *præter.* Erasm. & Beza *contra.* ut & Arabs *contrariantes doctrinæ.* Syrus *extra,* aut *præter doctrinam.*

VERS. 27. ᾧ ἡ δόξα. Vulgatus, *cui gloria:* At quia illud *cui* præcedentibus non respondet, ac sensum plane suspensum tenet, expungere ausus est C. Beza particulam ᾧ. tum enim sensus planus. At Erasmus hîc religiosior, quia in omnibus fere codicibus legebatur, fateri maluit, nihil se hîc reperire quod comminiscatur. Difficultas nulla est, si dicamus ᾧ positum pro αὐτῷ vel ἐκείνῳ, pronomen relativum pro demonstrativo, sicut in ἐφ' ᾧ πάρει; Matth. 26. 50. sensum esse statuimus, ἐπὶ τούτῳ πάρει; vide quæ ad istum locum observavimus. Idem ergo hîc erit ᾧ ἡ δόξα, quod Eph. 3. 21. αὐτῷ ἡ δόξα.

Atque huic eidem beato Deo sit gloria in æternum. Amen.

ANIMADVERSIONES IN EPISTOLAM PRIOREM AD CORINTHIOS.

CAP. I. VERS. XIX.

[Syriac]

Tremellius, *& vanam reddam intelligentiam intelligentum.* Boderianus, *Et aspernabor intelligentiam intelligentum.* [Syriac] malim vertere, *cogitationem, ratiocinationem, consilium.* sic enim passim sumitur, ut & verbum [Syriac] pro *cogitare, ratiocinari, ratiocinando concludere,* ut Rom. 3. 28. [Syriac] *ratiocinamur igitur, ratiocinando colligimus & concludimus:* quod Apostolus dixit, λογιζόμεθα οὖν ὅτι δικαιοῦται ἄνθρωπος, &c. Ita hoc loco arbitratus est Syrus per σύνεσιν τῶν συνετῶν intelligi eorum λογισμόν. optime meo judicio. Quod autem Syrus dicit [Syriac] Apostolus dixit καὶ ἀθετήσω. quod doctiss. Beza bene vertit, *& è medio tollam,* vel *removebo,* vel *abrogabo,* vel *abolebo.* quo sensu etiam cap. 7. ad Hebr. v. 18. dixit, ἀθέτησις γίνεται προαγούσης ἐντολῆς. pro eo recte Syrus usus est verbo [Syriac], quod proprie non significat *vanum reddere,* multo minus *aspernari,* sed idem fere est quod Hebr. גזל transpositis literis, nempe *diripere, eripere, spoliare, privare, privando auferre.* Unde Marc. 6. vers. 2. οὐκ ἤθελησε ἀθετῆσαι αὐτήν, quod Syrus vertit [Syriac] Tremellius recte vertit, *noluit eam privare,* nempe promissione ipsi facta, à promissione eam removere, longe melius quam Boderianus, qui vertit, *noluit ei denegare,* Syrus alibi hoc verbo utitur pro ἀποστερεῖν 1 Cor. 7. vers. 5. & pro ἀδικεῖν 1 Cor. 6. vers. 7, 8. id est, vi vel fraudibus aliquem bonis suis privare. Desumptus est autem locus quem tractamus ex Esa. 29. 14. ubi verba sunt, וּבִינַת נְבֹנָיו תִּסְתַּתָּר

&

& prudentia prudentum ejus abscondetur, id est, sic auferetur, ut prorsus lateat. vel *destruetur*. סְתַר enim Syris est *destruere*.

VERS. 20. ܐܝܟܘ ܕܪܘܫܐ ܕܥܠܡܐ ܗܢܐ Tremel. & Boder. *ubi est disputator seculi hujus?* recte. id ipsum enim est, ποῦ ὁ συζητητὴς τοῦ αἰῶνος τούτου. sicut Marc. 9. 16. τί συζητεῖτε πρὸς αὐτοὺς, Syrus vertit ܡܢܐ ܕܪܫܝܢ ܐܢܬܘܢ ܥܡܗܘܢ *quid disquiritis*, vel *disputatis*, vel *disceptatis cum illis?* דרש est *disquirere*, apud Rabbinos autem peculiariter est disquirere sensum Scripturæ mysticum, allegoricum, tropologicum & anagogicum, deque eo inter se disputare. Inde מדרש teste Elia est כל פירוש שאינו על דרך פשוטו *omnis expositio quæ non est juxta simplicem ac literalem sensum*. Schola vel Synagoga ubi ejusmodi expositiones ac disquisitiones fiebant, dicebatur בית המדרש. concionatores autem & disputatores דרשנים, item בעלי הדרש. Eosdem hos fuisse cum iis qui בעלי מחקר dicebantur, existimavit Cl. Drusius lib. 4. Observ. cap. 6. quem laudare hîc videtur D. Beza. sed merito id rejicit, & magnis argumentis refutat Nicol. Fullerus lib. 3. cap. 7. Item in appendice.

CAP. II.

VERS. 2. οὐκ ἔκρινα τοῦ εἰδέναι τι ἐν ὑμῖν. Hebraice לא פללתי לדעת דכם דבר. Recte observavit doctissimus Beza, in hoc loco, ut & Act. 3. 12. & 27. 1. ubi eadem constructio occurrit, esse Hebraismum, & articulum τοῦ subintellecto ἕνεκα respondere Hebræorum ל infinitivis præposito. est & alter Hebraismus in ἔκρινα, quod ut פלל apud Hebræos, non semper *judicari*, sed & *putare* significat. Sic dicit Jacob filio suo Joseph Gen. 48. 11. רְאֹה פָנֶיךָ לֹא פִלָּלְתִּי *videre faciem tuam non judicavi*, id est, ut vertit Onkelos סברית *putavi*. Ita & hîc, *non putavit scire quicquam inter vos*, &c.

VERS. 13. ܘܠܪܘܚܢܝܐ ܪ̈ܘܚܢܝܬܐ ܡܦܚܡܝܢܢ *Et spiritualibus spiritualia conferimus*. Græce πνευματικοῖς πνευματικὰ συγκρίνοντες. Latina & Græca amphiboliam habent. potest enim πνευματικοῖς referri ad res, ut verba spiritualia conferantur cum rebus spiritualibus: vel ad personas, ut res spirituales conferantur cum hominibus spiritualibus. posteriori modo accepit Syrus, qui genera distinguendo amphiboliam sustulit. priori modo accepit D. Beza, qui ut amphiboliæ mederetur, vertit, *spiritualia cum iis quæ spiritualia sunt conferentes*. nequaquam enim appositum esse ait, τοῖς πνευματικοῖς ad homines referre. Mihi sane maxime appositum videtur cum Syro sentire. Iis enim, qui Euangelium, quod fucatis humanæ sapientiæ verbis non proponeretur, fastidiebant, duo opponit Apostolus. Primum, quod verba Euangelii debeant esse διδακτὰ πνεύματος ἁγίου. Alterum, quod illa spiritualia quum sint, hominibus spiritualibus conferri, id est, aptari, accommodari, ad eorum usum comparari debeant. quid autem & Spiritui S. & hominibus spiritualibus rei cum superbis sapientiæ humanæ verbis? Et rectam hanc esse interpretationem, omnino videntur sequentia probare. *nam homo animalis non capit ea quæ sunt Spiritus*. quasi dicat, si hominibus animalibus & carnalibus Euangelium prædicare instituerem, verbis uterer ipsorum naturæ & ingenio accommodatis. homo enim animalis non capit ea quæ sunt Spiritus Dei. Sed spiritualis, inquit, discernit omnia. Adeoque quum mihi cum spiritualibus res sit, ego iis spiritualia accommodo, & in ipsorum gratiam utor verbis διδακτοῖς τοῦ πνεύματος. Arabs tamen in eandem cum Clar. Beza sententiam vertit وقد نقايس الروحانيات للروحانيات *& metimur spiritualia ad spiritualia*. Annoto quoque, in Cothenensi mea editione, & in Regia legi ܪ̈ܘܚܢܝܬܐ quod quum formæ sit singularis, & tamen propter duplex punctum supra ܪ̈ debeat esse pluralis, procul dubio mendum est, ac legendum ܪ̈ܘܚܢܝܬܐ.

VERS. 14. ψυχικὸς ἄνθρωπος. Est homo carnalis, oppositus τῷ πνευματικῷ. sicut & 1 Corinth. 15. 44. σῶμα ψυχικὸν opponitur τῷ πνευματικῷ. ut & vers. 46. notum est apud Hebræos נֶפֶשׁ *animam* etiam *corpus*, quin & *cadaver* significare. In Euangelio Persico آرزوهاي نفس sunt *desideria carnis*, quæ Servator dicit semen verbi suffocare.

CAP. IV.

VERS. 7. ܡܢܘ ܓܝܪ ܦܪܫܟ. Tremellius, *Quis enim discernit te?* At ܦܪܫ non signi-

significat *discernere*, sed *scrutari*, *inquirere*, *investigare*. referturque ad animum, teste Ferrario. Bodeṙianus itaque melius, *Quis te scrutatur?* ambo tamen in eo errarunt, quod præteritum verterint per præsens, etsi enim Apostolus dixerit, Τίς σε διακρίνει; Syrus tamen consulto id in præteritum mutavit, ut doceret non agi hîc de præsenti aliqua discretione, quum jam fideles & donis gratiæ ornati essent, sed de præterita gratia, qua quum reliquis similes essent, Deus eos quasi inquisierat & investigaverat, quos cognitione sui, & aliis spiritualibus donis instrueret. Syrus ergo omnino respexit ad initium istius discretionis, ideo præterito usus est. Apostolus autem ad continuam ejus actionem, ideo apte præsenti usus est, in quo tamen necessario præteritum, tanquam continuæ actionis initium, observari debet. Arabs verbotenus secutus est Syrum من فتشك *quis scrutatus est te?*

Vers. 9. ܣܒܪ ܐܢܐ ܕܝܢ ܕܠܢ ܠܫܠܝܚܐ: ܐܚܪܝܐ ܗܘ ܣܡܢ ܐܠܗܐ ܐܝܟ ܕܠܡܘܬܐ. Tremel. & Boder. neglexerunt distinctionem quæ est post ܠܫܠܝܚܐ, adeoque sic verterunt, ut sensus sit, Deus nos qui postremi Apostoli sumus posuit tanquam ad mortem. at observata ea distinctione, alia mens Syri est, quæ sic vertenda, *puto autem quod nos Apostolos, postremos posuerit nos Deus tanquam ad mortem.* non confert priores Apostolos cum posterioribus, sed Apostolos simpliciter cum reliquis fidelibus, inter quos quum primi habendi viderentur, postremi facti sunt, id est præ reliquis viles & despecti, tanquam morti addicti. Eodem prorsus modo accepit Arabs, وقد اظن انا نحن معشر الرسل انما جعلنا الله اخرين الموت, *Et jam opinor quod nos familiam Apostolorum, utique posuerit nos Deus postremos ad mortem.* videntur legisse, δοκῶ γὰρ ὅτι ὁ θεὸς ἡμᾶς τοὺς ἀποστόλους, ἐσχάτους ἀπέδειξεν ὡς ἐπιθανατίους. aut sane non aliter intellexerunt, quam si distinctio ea adhibita fuisset. optime sane. sequitur enim, ὅτι θέατρον ἐγενήθημεν τῷ κόσμῳ καὶ ἀγγέλοις καὶ ἀνθρώποις. Ubi observandum, quod Clar. Joh. Seldenus ad hunc locum tradit in præf. aurei libelli de Diis Syris, respici hîc usitatum in spectaculis mortem, ubi occisis seu victis, sive gladiatoribus sive bestiariis, alii sufficiebantur, quos *subdititios* seu *supposititios* dixere Latini, Græci vero ἐφέδρους sive succidaneos subsessores, Apostolus autem hîc ἐσχάτους nominat. Eripuit hunc sensum Beza, dum mutato verborum situ transtulit, *Deus enim, puto, nos, ultimos Apostolos, spectandos proposuit.* melius vulgatus, relicto ordine qui erat apud Apostolum, *puto enim quod Deus nos Apostolos novissimos ostendit, tanquam morti destinatos.*

Cap. V.

Vers. 1. Ὥστε γυναῖκά τινα τοῦ πατρὸς ἔχειν. noverca intelligitur, quæ Hebræis אשת אב *uxor patris* dicitur. cum hac qui congrederetur, inter הנסקלין *lapidandos* censebatur, in Misnah Sanhedr. cap. 7. §. 4. ubi simul additur הבא על אשת אב חייב עליה משום אשת אב ומשום אשת איש, *Qui cum uxore patris rem habet, reus est erga eam, tum quod patris, tum quod viri uxorem violaverit.* i.e. duplici nomine in eam peccat. primum, quia alterius viri est; deinde, quia patris est. Sicut הבא על האם חייב עליה משום אם ומשום אשת אב: *qui rem habet cum matre, peccat in eam, tum quia mater est, tum quia patris uxor est.*

Vers. 7. *Expurgate igitur vetus fermentum, ut sitis nova massa, sicut estis azymi. Pascha enim nostrum pro nobis sacrificium est, Christus.* Tria tenebantur nocte paschatis narrare patres liberis, פסח מרור ומצה, *transitum, amarorem, & infermentatum.* atque horum narratio הגדה dicebatur. causas autem cur hæc narrare tenerentur, dat Maimonides in Misnah thorah, in הלכות חמץ ומצה cap. 7. *Transitum, quia transilierat Deus domos Israëlitarum in Ægypto. Amarorem, quia amaritudine affecerat Pharao vitas Israëlitarum. Infermentatum* על שם שנגאלו *quia redempti fuerunt.* Sicut enim panis infermentatus, nova quædam est & sincera massa, sic illi è servitute Ægyptiaca redempti, & à gentilium idololatria ac sordibus separati, novus quidam erant populus, soli Deo sacer. Unde liquet, rectissimè Apostolum à redemptione per Christi, tanquam veri Agni paschalis, mactationem parta, ad expurgandum vetus fermentum, argumentari, quia infermentatus panis ob redemtionem usurpabatur, ut, qui per redemptionem novus populus facti erant, à veteri fermento immunes se esse debere scirent.

CAP. VI.

VERS. 4. Βιωτικὰ μὲν ἂν κριτήρια ἐὰν ἔχητε, τοὺς ἐξουθενημένους ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, τούτους καθίζετε. κριτήρια Cl. Bezæ ſunt fora, ac curiæ, & judices ordinarii. & τὸ καθίζετε non præcipiendi modo, ſed per modum ſarcaſmi accipiendum arbitratur. Malim per κριτήρια ipſas cauſas & lites intelligere quæ judicandæ veniebant. Ita Syrus ܕܝܢܐ ܥܠ ܨܒܘ̈ܬܐ ܥܠܡܢܝ̈ܬܐ *litem ſuper rebus mundanis.* Arabs vertit مماراة *controverſiam, diſceptationem.* neque enim ſemper κριτήριον eſt δικαςήριον *locus judicii.* Gloſſarium Græco-lat. reddidit, *judicium, examen.* Hinc reddo, *ſi quas igitur cauſas judicandas habetis, de iis quæ hujus vitæ uſum ſpectant.* Hebræi βιωτικὰ κριτήρια vocant דיני קנסות & דיני ממונות *lites pecuniarias.* Quod ſequitur, *viliſſimos in Eccleſia conſtituite,* non ſarcaſtice, ſed comparative accipio. ſicut illud Mat. 5. verſ. 39. *ſi quis percuſſerit te in maxillam dextram, obverte ei & alteram.* id eſt, potius quam ulciſcaris te, obverte & alteram. ita & hîc ſi injuriam ferre non vultis ſed cauſam veſtram agi, potius quam apud infideles cum fratre veſtro diſceptetis, viliſſimos in Eccleſia judices ſtatuite. Videtur autem Apoſtolus uſitatum Hebræis morem reſpicere, apud quos judicia quidem pecuniaria quæ momenti erant, ex. gr. quæ de rapina & læſione erant, מבורר דין של שלשה à conſeſſu triumvirorum peragebantur, qui omnes erant מומחים δόκιμοι, publica auctoritate approbati & muniti: reliquæ cauſæ pecuniariæ à tribus etiam laicis dijudicari poterant, qui הדיוטות dicebantur, à Græca dictione ἰδιῶται. de quo qui plura vult, videat doctiſſ. viri Joh. Cochi Commentarium ad Sanhedrim p. 4. 5. Neque ego aliter τοὺς ἐξουθενημένους Apoſtoli noſtri, quam נִקְלִים Scripturæ, הדיוטות magiſtrorum ſermone dixero. ſic enim 1 Sam. 18. verſ. 23. pro וְאָנֹכִי אִישׁ רָשׁ וְנִקְלֶה *ego ſum vir pauper & contemptibilis,* Chaldæus habet ואנא גבר מסכן והדיוט. Et cap. 24. 14. pro אַחֲרֵי פַּרְעֹשׁ אֶחָד *poſt pulicem unum,* quo ſane nihil contemptibilius, Chaldæus בתר הדיוט חד. Quin & unum ſolum ſufficere, ait Apoſtolus, dijudicandis ipſorum litibus, modo is σοφὸς ſit. ſic enim habet verſus ſequens.

VERS. 6. Ἀδελφὸς μετὰ ἀδελφοῦ κρίνεται. Inter ea quæ in libro precum ſuarum Judæi à Deo poſtulant, eſt, יהי רצון מלפניך יי שתצילני מדין קשה ומבעל דין קשה בין שהוא בן ברית בין שאינו בן ברית. *Placeat tibi Domine liberare me à lite difficili, & ab adverſario* (prop. viro litis) *difficili, ſive is ad fœdus tuum pertineat, ſive non pertineat.*

VERS. 9. ܘܠܐ ܡܚܒ̈ܠܢܐ, Apoſtolus, οὔτε μαλακοί. hinc Tremellius vertit, *neque molles.* Boderianus, *neque Corruptores.* Ego verto, *neque Corrupti.* ut non ſit à ſingulari Benoni ܡܚܒܠܐ *corrumpens,* ſed à ſingulari Peil, ܡܚܒܠܐ *corruptus.* utrumque enim in forma Emphatica facit ܡܚܒܠܢܐ *corrumpens & corruptus.* & in plurali ܡܚܒ̈ܠܢܐ *corrumpentes & corrupti.* diſcrimen non niſi ex ſenſu petitur. Corrupti autem vocantur, quos Græci ἀσώτους dicunt, qui incontinentiæ & laſcivis libidinibus indulgentes, animo ac corpore franguntur, ut vix ſani atque incolumes eſſe poſſint, adeoque vere ſunt μαλακοί. Ferrarius ܡܚܒܠܢܐ *corruptus,* vel *corrumpens.* præterea *maſtuprator, mollis.* 1 Cor. 6. verſ. 10. non videntur μαλακοὶ hîc ſpecialiter deſignare maſtupratores, quia ſtatim ſequitur apud Apoſtolum, ἀρσενοκοῖται. Arabs accepit ܡܚܒ̈ܠܢܐ active, vertit enim المفسدون *corruptores.* μαλακοὶ ſunt effœminati, perdito corruptoque animo, cinædi.

CAP. VII.

VERS. 5. ܘܬܘܒ ܠܗܿ ܠܚܕܐ ܨܒܘܬܐ ܬܬܗܦܟܘܢ Tremellius, *& rurſus ad eandem voluntatem revertimini.* Boderianus, *& rurſus ad conſenſum revertimini* ܨܒܘܬܐ nunquam, quod ſciam, *conſenſum* ſignificat. nec *voluntatem* quæ Syris ܨܒܝܢܐ dicitur. fateor quidem à ܨܒܐ *voluit* derivari ܨܒܘܬܐ. ſi tamen uſum ſpectes, nihil ſignificat niſi *rem, negotium.* quomodo & חֵפֶץ uſurpatur à Salomone paſſim in Eccleſiaſte. videamus loca quædam ubi pro *voluntate* poni interpretibus maxime videtur. Johan. 3. verſ. 27. *Homo non poteſt accipere quicquam.* ܡܕܡ ܨܒܘܬ

ܒܨܒܝܢ ܢܦܫܗ, Tremel. Boder. *ex voluntate sui ipsius.* ego ad verbum, *ex re animæ suæ*, id est ex eo quod est in anima sua, id est *ex se ipso.* vel ex re sui ipsius, ex eo quod est in se ipso. sequitur, *nisi datum ei fuerit è cœlo.* Alter locus Johan. 7. v. 18. ܡܢ ܕܡܢ ܨܒܝܢ ܪܥܝܢܗ ܡܡܠܠ Tremel. & Boder. *Qui ex voluntate mentis suæ loquitur.* Ego malim, *qui ex re mentis suæ*, id est ex eo quod est in mente sua, id est, ut loquitur Christus, ἀφ' ἑαυτȣ̃ *loquitur, is quærit gloriam sui ipsius.* Addimus tertium locum ex 1 Cor. 7. vers. 37. *Qui firmiter constituit in mente sua*, ܘܠܐ ܐܠܨ ܠܗ ܨܒܝܢܐ Boderian. in edit. Paris. *& non cogit eum arbitrium*, in Regiis, & *non habet coactum arbitrium.* Tremellius melius, *& non cogit eum ulla res.* vox *ulla* non est in Syro, malim simpliciter, *& non cogit eum res* μὴ ἔχων ἀνάγκην, inquit Apostolus. intelligit rem vel negocium filiæ de qua agitur. Sequitur statim ܘܫܠܝܛ ܥܠ ܨܒܝܢܗ *& potestatem habet in voluntatem suam.* vides *voluntatem* dici ܨܒܝܢܐ & aliud esse ܨܒܝܢܐ;

Ut igitur ad locum initio propositum redeamus, sic eum verto, *& rursus ad eandem rem revertimini*, id est, *ad idem*, ἐπὶ τὸ αὐτὸ, inquit Apostolus, nempe ad eundem matrimonii usum, à quo propter jejunium ad tempus destiteratis. non enim ἐπὶ τὸ αὐτὸ ad locum retulit, quod fecit Beza, vertens *simul convenite*, sed ad rem aut negocium conjugii. ut & Vulg. vertens, *in id ipsum revertimini.*

Vers. 14. Ἡγίασται γὰρ ὁ ἀνὴρ ὁ ἄπιστος ἐν τῇ γυναικὶ, καὶ ἡγίασται ἡ γυνὴ ἡ ἄπιστος ἐν τῷ ἀνδρί. Traditur in Misnach titulo Berachoth cap. 6. hæc הכלל *regula generalis:* כל שהוא עקר ועמו טפלה מברך על העקר ופוטר את הטפלה, *Ea est ratio omnis principalis habentis accessorium, ut benedicatur principale, mittatur accessorium*, id est, speciatim non benedicatur, quia in suo principali benedictum intelligitur. Ex. gr. הביאו מליח ופת עמו מברך על המליח ופוטר את הפת שהפת טפלה; *si apponatur mensæ piscis salsus & cum eo panis, benedicitur salsamentum, mittitur panis, quia panis est accessorium illius.* Etsi enim panis in se sit ciborum omnium præcipuus & maxime necessarius, quia hîc tamen salsamento tanquam accessorium additur, benedicitur in suo principali. Ita & maritus, etsi in se ratione conjugii pars sit præcipua & principalis, quia ratione fœderis, quod hîc spectat Apostolus, fidelis primarium & principalem obtinet locum, hinc fit ut maritus infidelis eo respectu accessorium sit uxoris fidelis, adeoque ipsâ sanctificatâ, ipse quoque in ea sanctificetur. Verissimum enim est, quod ait Apostolus 1 Cor. 3. vers. 21. πάντα ὑμῶν ἐστιν, *omnia vestra sunt*, id est, in omnia jus, dominium & potestatem habetis fideles, qualem hæres in hæreditatem, & dominus in mancipium. ergo & in maritum infidelem, etsi civiliter ei semper subsit, spiritualiter tamen jus nacta est & dominium uxor fidelis, longeque in Christo supra eum eminet, ac vere eum tanquam accessorium in se comprehendit. similiter maritus fidelis, qui qua maritus jam civile dominium habebat in uxorem, qua fidelis alterum etiam dominium nempe spirituale, in uxorem infidelem consequitur, quo ipse sanctificatus eam tanquam accessorium suum sanctificationis suæ participem facit.

Vers. 18. *Circumcisus aliquis vocatus est?* μὴ ἐπισπάσθω, *ne attrahat.* Hebraice אל ימשך. sic apud Maimonidem tractatu מילה cap. 3. sect. 8. legitur, כל המפר בריתו של אברהם אבינו והניח ערלתו או משכה אף על פי שיש בו תורה ומעשים טובים אין לו חלק לעולם הבא: *Quicunque irritum facit fœdus patris nostri Abrahami, & relinquit præputium suum, aut attrahit illud, etsi lex penes ipsum sit & opera bona, non potest esse particeps futuri seculi.*

Vers. 21. ܘܐܢ ܥܒܕܐ ܐܬܩܪܝܬ ܠܐ ܢܗܘܐ ܠܟ ܒܨܝܢܐ. ܐܠܐ ܐܦ ܐܢ ܡܫܟܚ ܐܢܬ ܠܡܗܘܐ ܒܪ ܚܐܪܐ ܓܒܝ ܠܟ ܕܬܦܠܘܚ. Tremellius, *si servus vocatus fuisti, ne curæ sit tibi: sed etiamsi potes liber fieri, elige potius quam ut servias.* sic & Boderianus in edit. Paris. qui ut sic vertere posset, insigni usus est audacia. nam in fine versus, ante ܕܬܦܠܘܚ posuit in textu particulam ܡܢ, quæ nec in Viennensi, nec in Antverpiana editione extat, nec in exemplari D. Tremellii extitit. sic enim ipse in notis suis, In Syriaco contextu, inquit, non legitur particula

cula מן *præ*, vel *potius quam.* sed contextus arguit, correctori, quum exemplar relegeret, excidisse. neque enim ullus sensus elici potest, nisi restituatur. Hæc ille. quod verisimile non est, quum omnia exemplaria consentiant. Itaque in Regiis alio usus est Bodérianus artificio. sic enim vertit, *sed etiam, si potes liber fieri, elige tibi, ut utaris.* At primo, inusitatum est verbum ܦܠܚ vertere per *uti.* significat in genere, *facere*, vel *operari.* speciatim *facere opus servile*, *servire.* & specialius de terra, *colere.* de bello, *militare.* Deinde in eundem scopulum impingit, in quem Tremellius, quod ܐܦܢ verterit *etiam, si.* ac si duabus vocibus scriptum esset ܐܦ ܐܢ ubi prior particula est copulativa, altera conditionalis. At omnia exemplaria conjunctim scribunt, quomodo apud Syros unam facit particulam, eamque adversativam, ut apud Latinos *etiamsi*, *etsi.* sed quid opus fuit ambagibus? quum & verba, & mens Syri sit perspicua. sic vertendus locus. *Si servus vocatus es, ne sit tibi curæ, sed etiam si posses liber fieri, elige tibi ut servias.* Quomodo, inquies, hæc Syri mens esse potuit, quum ipsi hoc naturæ repugnet, servitutem præferre libertati? Hic scilicet scrupulus magnos istos viros tenuit, & verba pervertere coëgit. sed nihil periculi est. neque enim hoc voluit, ut sponte oblatam ab heris manumissionem aspernarentur, & servitutem eligerent, sed ut ne oblatis quidem commodis aufugiendi, ac semetipsos in libertatem vindicandi occasionibus, eas amplectantur, verum legitimam potius servitutem illegitimæ præferant libertati. Etiamsi possis liber fieri, tuis nempe artibus & fraudibus, elige potius ut servias. Ac videntur ipsa Apostoli verba hanc interpretationem posse admittere. δοῦλος ἐκλήθης; μή σοι μελέτω. ἀλλ᾽ εἰ καὶ δύνασαι ἐλεύθερος γενέσθαι, μᾶλλον χρῆσαι. *Servus vocatus es? ne tibi curæ sit. sed etiamsi possis liber fieri, utere potius*, nempe statu tuo servili. Et sic optime quadrat sequens ratio consolatoria, *Nam qui servus vocatus est, libertus est Domini: & qui liber vocatus est, servus est Christi.* quasi dicat, ne tam gravis vobis sit servitus vestra, ut, si possitis, velitis malis artibus in libertatem vos asserere. defungimini potius vocatione vestra. etsi enim servi sitis hominum, liberti tamen estis Dei: & quamvis liberi essetis, servi tamen essetis Christi. Sic optime cohæret, quod sequitur. *Pretio emti estis, ne estote servi hominum.* id est, vos fideles, qui in Christum creditis, etsi hominibus serviatis, vere tamen liberi estis. nam pretio estis empti: itaque tuemini hanc vestram libertatem & dignitatem, & dum corpore servitis, mentes vestras liberrimas habete, neque eas unquam aut heris vestris aut ullis hominibus subjicite, sed soli Christo à quo empti estis, cui quum servitis, ne existimate vos hominum, sed sciote vos solius Christi esse servos. Neque insolens phrasis est, χρᾶσθαι δουλείᾳ *uti servitute*, pro servire. sic enim & Teodoretus loquitur homilia 8ª. de providentia. ὅτι δὲ οὐ λωβᾶται ἡ δουλεία τοῖς χρωμένοις, αὐτίκα δειχθήσεται, *quod autem servitus non noceat utentibus, jam demonstrabitur.* Tamen si particulas, ex quibus ܐܦܢ componitur liceat divellere, sic possis vertere, *sed etiam, si possis liberari, elige tibi ut facias.* id est, hoc potius fac, ad id potius operam nava. sic enim sæpe ܦܠܚ sumitur. ut Tit. 3. 8. ܠܡܦܠܚܘ ܥܒܕܐ ܛܒܐ *facere opera bona.* 1 Pet. 4. v. 3. ܘܦܠܚܬܘܢ ܒܗ ܨܒܝܢܐ ܕܚܢܦܐ. *in quo fecistis voluntatem gentilium.* Ita Arabs hoc loco accepit. vertit enim وان دعيت يا هذا وانت عبد مملوك فلا تبالين بل ان كنت تقدر علي ان تعتق وتصير حرا ايضا فخير ان تصنع. *Et si vocatus es, ô tu, quum es servus acquisitus, ne affligaris, sed si possis manumitti, & fieri liber etiam, optimum est ut facias.* sic & apud Hezychium χρῆσθαι exponitur πράττειν. prior tamen interpretatio, ut verbis, ita & menti Syri est accommodatior. Estque eadem Chrysostomi, qui in hunc locum commentans, μᾶλλον χρῆσαι, vertit, μᾶλλον δούλευε, idque, inquit, ut Apostolus ostenderet, ὅτι οὐδὲν βλάπτει ἡ δουλεία, ἀλλὰ καὶ ὠφελεῖ. similiter in præfatione Ep. ad Philem. hunc locum citans & explicans, dicit μᾶλλον χρῆσαι esse τῇ δουλείᾳ παραμένειν. posset & χρῆσαι à χρήζω deduci, significante *egeo, careo.* ut sensus sit, *Etsi possis liber fieri, careas potius.* vel, si infinitivum esse velis, *carere satius est*, nempe libertate. eo sc. sensu, quo ante diximus.

CAP. VIII.

VERS. 6. ܐܠܐ ܠܢ ܕܝܢ ܚܕ ܗܘ ܐܠܗܐ ܗܘ ܐܒܐ Tremel. & Boder. *Sed nobis noster*

noster unus est Deus pater. Illud *noster* non est apud Paulum. neque hîc necesse est. etsi enim alibi ܕܝܠܢ sit *noster*, hîc tamen ܠܢ ܕܝܠܢ pleonasmum habet Syris usitatissimum. ut simpliciter vertam, *Sed nobis unus est Deus, pater.* nequaquam vero admitti potest versio Junii, *nobis tamen, qui nobis unus est Deus*, Deus est *pater*. Observandum, Syris ܕ sæpe esse pleonasticum, præcedente etiam affixo pleonastico. sed ita ut uterque pleonasmus emphasin atque energian rei aut personis de quibus agitur addat. ut Rom. 13. vers. 6. ܕܥܠܝܗܝܢ ܕܝܠܗܘܢ ܩܝܡܝܢ. non simpliciter est, *qui super hæc*, sed *qui super hæc ipsa sunt constituti*, εἰς αὐτὸ τοῦτο προσκαρτεροῦντες. Sic 3. Epist. Johan. vers. 12. ܡܢܗ ܕܝܠܗ ܕܥܕܬܐ ܘܡܢܗ ܕܝܠܗ ܕܫܪܪܐ ἀπ' αὐτῆς τῆς ἐκκλησίας, καὶ ἀπ' αὐτῆς τῆς ἀληθείας. Ita hoc loco ܠܢ ܕܝܠܢ est, nobis hisce, qui scilicet fideles sumus. peculiares designat personas, qui supra hominum vulgus veri Dei notitia præditi sunt. quod Latini & Græci non usque adeo assequuntur. Eundem pleonasmum habes in secunda persona, infra vers. 11. ܘܐܒܕ ܠܗ ܒܝܕܥܬܟ ܕܝܠܟ *& perit sibi per scientiam tuam.* abesse poterat ܕܝܠܟ. Et 2 Epist. 1. vers. 12. ܠܘܬܟܘܢ ܕܝܠܟܘܢ *apud vos.* abesse poterat ܕܝܠܟܘܢ. Et cap. 5. vers. 19. *Et posuit* ܒܢ ܕܝܠܢ *in nobis verbum reconciliationis.*

Vers. 7. ܐܝܬ ܓܝܪ ܐܢܫܐ ܕܒܬܐܪܬܗܘܢ ܕܥܕܡܐ ܠܗܫܐ : ܕܥܠ ܦܬܟܪܐ ܐܝܟ ܕܕܒܝܚܐ ܐܟܠܝܢ Boderianus in Regiis, *sunt enim nonnulli, qui in conscientia sua, ad hoc usque tempus tanquam idolis immolatum edunt.* Tremellius obscurius etiam, *sunt enim quidam qui sunt in conscientia sua usque nunc tanquam pro idolis immolata comedunt.* quid hoc est? *qui sunt in conscientia sua.* Ambo neglexerunt illud ܕ quod est in ܕܥܠ, & præterea inversionem statuerunt in ordine verborum, ut ܥܠ ܦܬܟܪܐ ܐܝܟ ܕܕܒܝܚܐ positum sit pro ܥܠ ܦܬܟܪܐ ܐܝܟ ܕܕܒܝܚܐ. Hinc est quod Boderianus in interlineari versione Parisiensi, ubi Latina Syris respondere debebant, hæc ita verterit, ut intelligi nequeant. *Sunt enim homines qui in conscientia sua usque ad nunc, qui pro idolis tanquam quæ immolata sunt comedunt.* Totus error in eo est, quod illud ܕ in ܕܥܠ putarint ad personas referri, quo sensu videbant redundare: cum ad res immolatas referendum sit. quod bene animadvertit Doctiss. Junius, qui recte vertit, *Sunt enim quidam, qui in conscientia sua, id quod ante simulachra est, tanquam immolatum edunt.* ܕܥܠ ܦܬܟܪܐ *quod ante simulachra est*, vel *quod pro simulachris est.* Optime ita Syrus mentem Apostoli & assecutus est, & expressit. Quum enim illa quæ idolis immolata erant edere licuisset, si in conscientia sua idolum pro nihilo duxissent, & carnes illas tanquam Dei creaturas edissent, jam se polluerunt, quum ea ederent tanquam quæ in conscientia sua putarent esse pro idolis, & quæ haberent tanquam immolata. Vel sic verti Syrus potest, *Sunt enim quidam qui in conscientia sua hactenus, quæ super* (aut de) *idolis est, tanquam immolatum edunt.* ita ܕ refertur ad præcedens ܒܬܐܪܬܗܘܢ, & recte explicat quid apud Apostolum συνείδησις τῶν εἰδώλων, nempe conscientia quæ est de idolis, quam super idolis habebant. Arabs vertit وان من الناس اناسا هم بنياتهم الى الان ياكلون على عادة الاوثان مثل الدبايح, *nam ex hominibus quidam sunt, qui in conscientia sua hactenus edunt juxta consuetudinem idolorum, tanquam mactata.*

Cap IX.

Vers. 27. Ἀλλ' ὑπωπιάζω μου τὸ σῶμα καὶ δουλαγωγῶ. Summæ id est fortitudinis. quo spectat illud Ben-Zomæ in Pirke Aboth cap. 4. איזהו גבור הכובש את יצרו שנאמר טוב ארך אפים מגבור ומושל ברוחו מלוכד עיר, *Quis fortis est? qui subigit concupiscentiam suam, sicut scriptum est*, Prov. 16. 32. *melior est longanimis quam fortis, & qui dominatur spiritui suo, quam qui capit urbem.*

Cap. X.

Vers. 2. Καὶ πάντες εἰς τὸν Μωσῆν ἐβαπτίσαντο. *Et omnes per Mosem baptizati sunt.* εἰς pro διά. ut Act. 7. vers. 53. lex data dicitur εἰς διαταγὰς ἀγγέλων *per dispositiones Angelorum.* Et Act. 19. vers. 3. εἰς τί οὖν ἐβαπτίσθητε; *per quid*, id est, per quem baptismum, *ergo baptizati estis?* respondent εἰς τὸ Ἰωάννου βάπτισμα *per Johannis baptisma.* Est Hebræorum ב quod sæpe est *per.* ut Oseæ. 1. 2. תְּחִלַּת דִּבֶּר יְהֹוָה בְּהוֹשֵׁעַ *initium cum locutus est Dominus per Hosæam.*

Cap. XI.

Vers. 21. ܐܢܫ ܐܢܫ ܓܝܪ ܚܫܡܝܬܗ ܡܩܕܡ ܐܟܠ ܠܗ. Tremel. & Boder. *Sed unusquisque suam cœnam prius* (vel ante) *edit sibi.* verterunt ܠܗ ad personam relatum, quum legatur, ܠܗ̇, atque ad cœnam referatur pleonastice, nisi quod præfixum lamed indicet præcedens ܚܫܡܝܬܗ per accusativum esse exponendum. Porro *prius* vel *ante edit* ambiguum est. Intelligi enim posset, reprehendi Corinthios quod antequam ad S. Synaxin accederent, quisque jam ante domi suæ cœnam sumsisset. Id autem, nisi fallor, in Paël diceretur ܡܩܕܡ ܐܟܠ. Ita enim in compositione, quum præ vel ante ad tempus refertur, solent adhibere ܩܕܡ in Paël. ut ܩܕܡ ܚܙܐ *prævidit.* Hebr. 11. v. 40. ܩܕܡ ܐܟܪܙ *ante promulgavit.* ܩܕܡ ܩܡ *ante surrexit*, mature admodum surrexit. Marc. 1. vers. 35. ܩܕܡ ܐܡܪ *prædixit.* Rom. 9. vers. 29. ܩܕܡ ܓܒܢ *præelegit nos.* Ephes. 1. vers. 4. &c. ubi ܩܕܡ in Kal. non rectè, nisi fallor, adhiberetur. Contra quum prius vel ante ad personas refertur, quas præimus & antevertimus rectius ibi, ni fallor, Kal quam Paël adhibetur. ut Matth. 28. 7. Marc. 14. v. 28. ܩܕܡ ܠܟܘܢ ܠܓܠܝܠܐ. *præit vos in Galilæam.* Matth. 21. vers. 31. ܩܕܡܝܢ ܠܟܘܢ ܠܡܠܟܘܬܗ ܕܐܠܗܐ *præeunt vos in regnum cælorum.* non recte ibi Paël adhiberi posse arbitror. quum ergo & in hoc loco nostro Kal sit, non Pael, verto, *sed unusquisque cœnam suam prævenit edit*, id est, præveniens edit, non expectato altero, sed sic ut alter alteris præveniat & præoccupet. optime expressit quod Apost. dixit, ἕκαστος τὸ ἴδιον δεῖπνον προλαμβάνει ἐν τῷ φαγεῖν. Arabs, فلكن كل امري منكم يبادر الي عشاة فياكله, *sed quisque vir ex vobis præcurrit ad cœnam suam & edit eam.*

Cap. XII.

Vers. 28. Κυβερνήσεις. Occurrit hæc vox apud LXX. Interpretes, Prov. 11. vers. 14. ubi pro בְּאֵין תַּחְבֻּלוֹת יִפָּל־עָם *per defectum consiliorum* (id est consiliariorum (אַנְשֵׁי תַחְבֻּלוֹת) *cadit populus*, habent, οἷς μὴ ὑπάρχει κυβέρνησις, πίπτει. Sic cap. 20. v. 18. בְּתַחְבֻּלוֹת עֲשֵׂה מִלְחָמָה *consiliis fac bellum*, κυβερνήσεως γίνεται πόλεμος. vide & cap. 24. vers. 6. Ita & hîc apud Apostolum intelligi videntur, qui regimini Ecclesiæ tanquam consiliarii adsunt.

Cap. XIII.

Vers. 3. *Si tradidero corpus meum*, ἵνα καυθήσωμαι, *ut ardeam.* Hieronymus hunc locum citans in Commen. in Epist. ad Gal. cap. 5. pro *ut ardeam*, dat *ut glorier.* quod ne quis miretur, addit, *Scio in Latinis codicibus in eo testimonio quod supra posuimus, si tradidero corpus meum ut glorier, ardeam haberi pro glorier: sed ob similitudinem verbi, qua apud Græcos ardeam & glorier, id est,* καυθήσωμαι *&* καυχήσωμαι *una literæ parte distinguitur, apud nostros error inolevit, sed & apud Græcos exemplaria sunt diversa.* Ad quæ Cl. Drusius lib. 4. Obser. cap. 7 annotat, sicut duo illa verba apud Græcos una tantum literæ parte distinguuntur, ejus non dissimile quiddam hîc esse apud Syros. Nan inquit Denecad quod in libris eorum legitur (lege Denicad aut dnicad ܕܢܐܩܕ) *ut comburar* (verte *ut comburatur*) mutante litera Denecar valet (lege & hîc Denicar aut Dnicar ܕܢܐܩܪ) *ut honorer* (verte *ut honoretur*). erravit vir Doctiss. in vocalibus &

& in personis. quod enim Apostolus in prima dixit ἵνα καυθήσομαι, Syrus in tertia reddidit ܕܢܐܩܕ *ut ardeat*. sed & alterum verbum à se allatum perperam vertit per *honorari*. est enim fut. Kal ab ܝܩܪ, quod nihil aliud quam *gravem esse & fieri* significat. at in Pael ܝܩܪ est *honorare*. In Ethpaal ܐܬܝܩܪ *honorari*.

VERS. 4. Ἡ ἀγάπη μακροθυμεῖ, χρηστεύεται. Arabs abstractum ἀγάπη mutavit in concretum صاحب المحبة *qui habet charitatem*. μακροθυμεῖ duobus epithetis exprimit, سهل زوانا *facilis, præditus cunctatione est*. χρηστεύεται, طيب الجانب *benignus*, aut *suavis conversatione est*. ἡ ἀγάπη οὐ περπερεύεται. Vulgatus & Beza, *non agit perperam*. Sic Vetus Glossarium, περπερεύομαι *perperam ago*. Ac Hezychius, Περπερεύεται, Κατεπαίρεται *contra alium effertur*. Πέρπερος, μετὰ βλακείας ἐπηρμένος, *cum ignavia elatus*. Suidas Περπερεία reddit, ἡ κολακεία *adulatio*. item, ὃς μὴ διὰ χρείαν, ἀλλὰ διὰ καλλωπισμὸν ἀναλαμβάνεται, *quod non propter necessitatem sed propter ornatum fucumve assumitur*. item, ὁ δὲ ἡ βλακεία, καὶ ἡ προπέτεια, *quod ignavia & præcipitantia dicitur*. Πέρπερος ipsi est, ὁ μετὰ βλακείας ἐπηρμένος, οἷον λάλος. προπετής. μηδὲν λογισμῷ ποιῶν, *qui cum ignavia elatus est, qualis est, loquax, præceps, nihil ratione agens*. locum Apostoli explicat, οὐ προπετεῖ, *non est præceps*. Syrus ܠܐ ܡܫܬܓܫܐ *non conturbatur*, vel *tumultuatur*, id est tranquilli firmique animi est, qui non facile commoveatur, & ad tumultus seditionesve concitetur. Arabs لا يعجم *non se barbare gerit*. est enim عجم *barbarus*. videtur significationem deduxisse ex pronunciationis affinitate, quæ est inter περπερεύειν & *barbarum esse*.

VERS. 6. Οὐ χαίρει ἐπὶ τῇ ἀδικίᾳ *non gaudet injustitiâ*, συγχαίρει δὲ τῇ ἀληθείᾳ. Syrus & Arabs, neglectâ præpositione, acceperunt συγχαίρει pro simplici χαίρει, *gaudet autem veritate*. Beza, *gratulatur autem veritati*, id est, inquit, justis gratulatur justitiam suam. rectius, nostro judicio, Vulgatus & Erasmus ad verbum, *congaudet autem veritati*. malumus tamen, *gaudet autem cum veritate*, id est, conjuncta esse cum veritate. Recte autem Cl. Beza ἀλήθειαν accepit pro δικαιοσύνη, ex Hebraismo, ubi אמת sæpe eo sensu capitur. vide notas nostras ad Joan. 3. vers. 21.

Syrus dixit ܟܐܢܘܬܐ, Arabs, الحق, quæ & ipsa veritatem, justitiamque promiscuè significare, docuimus ad Luc. cap. 12. vers. 57.

CAP. XIV.

VERS. 7. *Etiam res enim quæ animam non habent, & dant vocem, sive tibia, sive cithara, si distinctionem non fecerint* ܒܝܬ ܩܝܢܬܐ ܠܚܒܪܬܗ Tremel. & Boderianus *inter fistulam & sociam ejus*. At quum nomen ܩܝܢܬܐ non nisi hoc loco exstet, quantum quidem ex lexicis constat, præstat ea voce interpretari, cui apud Apostolum respondet, nempe φθόγγος. quod & Masius facit in Peculio Syro. nec dubium mihi, quin hæc vox oriatur ab Hebr. קין *lamentari*. inde usitatum Hebræis קינה *lamentatio*. inde generalius apud Syros ܩܝܢܐ Emphatice ܩܝܢܬܐ *sonus lamentabilis*, *sonus quivis*, præsertim tibiarum ac fistularum, quibus, ut ex Euangelio patet, lamenta solent facere. Verterem ergo, *inter sonum & socium ejus*, id est, *inter sonum alium & alium*. id menti Apostoli, & verbis ejus longe est convenientius. εἴτε αὐλὸς, εἴτε κιθάρα, ἐὰν διαστολὴν τοῖς φθόγγοις μὴ δῷ, πῶς γνωσθήσεται τὸ αὐλούμενον ἢ τὸ κιθαριζόμενον. Ferrarius ܩܝܢܬܐ *cantus*, *melos*. vocabulum ergo est ex Latino corruptum. & sensus est, *inter cantum & cantum*. explicat Syrus, quid sit, ἐὰν διαστολὴν τοῖς φθόγγοις μὴ δῷ. *si non fecerint*, inquit Syrus, *distinctionem inter sonum & sonum*. Ferrarius ܩܝܢܬܐ *cantus*, *melos*.

VERS. 9. ܗܘܝܬܘܢ ܠܟܘܢ ܐܝܟ ܗܢܘܢ ܕܥܡ ܐܐܪ ܡܡܠܠܝܢ Tremel. & Bod. *eritis tanquam cum aëre* (vel *in aërem*) *loquentes*. sensu bono, sed ambiguo. possunt enim verba Latina intelligi, *tanquam ii qui cum aëre loquuntur*. atque ita intellexisse Boderianum, patet ex interlineari versione. ubi vertit, ܗܘܝܬܘܢ ܠܟܘܢ *eritis vobis*, ܐܝܟ ܗܢܘܢ *tanquam illi*, ܕܥܡ ܐܐܪ *qui cum aëre*, ܡܡܠܠܝܢ

ܡܡܠܠܝܢ ܐܝܬܝܗܘܢ *loquentes sunt.* quæ interpretatio cum verbis Syri consistere non potest. nam neque ܗܘ est pluralis numeri: neque ܐܝܬܝܗܘܢ tertiæ personæ. Videor autem mihi observasse ܗܘ, præcedente ܐܝܟ & sequente ܕ valere verbum substantivum, & vertendum *tanquam esset quod*, Latinius *tanquam si.* ut 1 Corinth. 4. vers. 7. *quare gloriaris* ܐܝܟ ܗܘ ܕܠܐ ܢܣܒܬ, *tanquam esset quod non accepisses, tanquam si non accepisses?* Deinde vers. 18. ܐܝܟ ܗܘ ܕܠܐ ܐܬܐ ܐܢܐ ܠܘܬܟܘܢ quod Boderianus in interlineari versione absque ullo sensu transtulit, *quasi ipse vero quod non veniam ego ad vos.* vertendum puto *tanquam esset vero quod non veniam ad vos*, id est, *tanquam si non venturus essem ad vos, inflati sunt quidam.* Ita & hoc loco verto, *Estis vobis, tanquam esset quod cum aëre loquimini*, id est, *tanquam si cum aëre loqueremini.*

VERS. 16. Ὁ ἀναπληρῶν τ̃ τόπον τ̃ ἰδιώτȣ, πῶς ἐρεῖ τὸ Ἀμὴν ἐπὶ τῇ σῇ εὐχαριστίᾳ; Usitatum est Hebræis vocula Amen confirmare quod dictum est, sive id bonum sit, sive malum. vide Exod. 5. vers. 22. Deuter. 27. per universum fere caput. Nehem. 8. vers. 7. Optime autem vim ejus explicat Jeremias cap. 28. vers. 6. אָמֵן כֵּן יַעֲשֶׂה יְהוָה *Amen, sic facit Dominus.* Hebræi autem tanto in pretio hanc per voculam Amen respondendi rationem habuerunt, ut de eo qui vera animi attentione ac fide ad nuncupatam benedictionem sic responderit, dicant, כל העונה אמן בכל כוחו פותחין לו שערי גן עדן, *Quicunque responderit Amen ex omnibus viribus suis, aperiuntur illi portæ Paradisi.* Rursus גדול העונה אמן יותר מן המברך *Major est qui respondet Amen, quam qui benedicit*, id est quam qui benedictionem in populum profert. In libro Musar cap. 4. fol. 42.

VERS. 32. *Spiritus Prophetarum Prophetis subjiciuntur.* D. Abrahamus Heydanus non ad doctrinam, sed ad ordinem refert, de quo v. 30. & 31. nempe ut qui loquitur, sileat, quando alteri revelatur, & sic omnes Prophetæ ordine prophetent. debet prior posteriori hactenus subjici, ut, quando huic revelatur, ille taceat, & vices huic cedat. Hinc sequitur vers. 33. Deus non ἀκαταστασίας ἀλλ' εἰρήνης.

CAP. XV.

VERS. 29. Ἐπεὶ τί ποιήσȣσιν οἱ βαπτιζόμενοι ὑπὲρ τ̃ νεκρῶν, εἰ ὅλως νεκροὶ οὐκ ἐγείρονται; τί καὶ βαπτίζονται ὑπὲρ τ̃ νεκρῶν; Clar. Beza accipit οἱ βαπτιζόμενοι significatione media pro οἱ βαπτίζοντες, & βαπτίζονται pro βαπτίζȣσι, adeoque vertit, *qui ablutione utuntur*, id est, qui lavant. ad probandum autem ait, manifeste id indicare Syram vocem עמדין. Attamen participium illud est conjugationis Cal, sive Peal, ubi verbum hoc significat *baptizari.* quomodo non tantum Tremellius, cujus versionem Beza sequi solet, sed & Boderianus in Parisiensi editione, transtulerunt. In Hiphil autem sive Aphel, significat *baptizare.* Tremellius vertit, *qui baptizantur pro mortuis.* ad quam versionem Junius annotat, *vel qui baptizantur super mortuis*, id est, præter mortuos. ut sensus sit, *Si mortui baptizati in nomine Christi spe sua exciderunt, cur viventes desipiunt mortuos miseros imitando, & super irrita illorum fide irritam faciunt suam?* At monemus phrasin Syram interpretationem illam non ferre. Habet enim Syrus ܡܛܠ ܡܝ̈ܬܐ quod verti non potest nisi *pro mortuis*, aut *loco mortuorum*, nequaquam vero *super mortuis.* Neque sane Græcum ὑπὲρ cum genitivo id facile significat. Tertullianus tradit, solere in Ecclesia vivos pro mortuis, id est, in solatium mortuorum baptizari, quorum omnium animæ credebantur in receptaculo sub terra asservari in diem resurrectionis. Theophylactus & Epiphanius referunt, solere Marcionitas, si quando absque baptismo quis decessisset, quosdam ex proximis consanguineis sub lecto, cui incumbebat mortuus, vel intra ipsum sepulchrum, cui defunctus erat superimpositus, baptizare, ne periret, sed remissionem adeptus servaretur. Utrumque hoc prorsus superstitiosum. Alii itaque referunt ad catechumenos, qui, quoniam baptismus ipsorum diu differri soleret, donec penitus essent instituti, si quando morte prævenirentur, solebant sub ipsam mortem baptismum postulare & impetrare. qui ideo dicantur pro mortuis baptizari, quia morti vicini, mortuis potius quam vivis erant accensendi. frigidum hoc est. præterquam quod sic Græce dicendum fuerat ὑπὲρ νεκρῶν, non τ̃ νεκρῶν. Quo nomine etiam rejicienda videtur sententia eorum, qui baptizari pro mortuis volunt omnes qui baptizantur, quatenus in

aquam immersi, pro mortuis conseantur, quippe participes communionis mortis Christi. Etsi enim pia sit illa sententia, & res ipsa vera, postulat tamen articulus τῶν, ut alii sint qui baptizantur, alii mortui, pro quibus. Neque satisfacit sententia Cl. Heynsii, qui vivos vult dici pro mortuis baptizari, quando mortuorum nomina in baptismo ipsis imponuntur. In re obscurissima, quæque maxima hactenus ingenia exercuit, non verebimur nostram etiam sententiam, aut conjecturam dicere. Apostolus in toto hoc capite agit de beata illorum resurrectione, qui in Christo obdormiverunt. non alios ergo & hic mortuos intelligit, pro quibus frustra ait vivos baptizari, si non sunt mortui illi resurrecturi. In confesso est apud omnes, Baptismum esse sigillum resurrectionis, tum quia corpori fidelium collatus notat, illud quoque ut mortis ita & resurrectionis Christi particeps esse: tum quia est sigillum fœderis, cujus promissio est, Ego sum Deus tuus. ex qua servator resurrectionem potentissime infert Luc. 20. vers. 37. 38. Præcipue autem tenendum, Baptismum, veluti primum fœderis sigillum, publice in Ecclesia collatum, non singularibus tantum illis personis, quibus confertur, promissiones fœderis obsignare, sed & universæ Ecclesiæ, tum militanti, tum triumphanti, tum viventium, tum mortuorum, quippe qui unam eandemque cum illis constituentes Ecclesiam, &, ut illi, spe tantum adhuc salvi facti, complementum promissionum fœderis continenter exspectant. Quotquot ergo in Ecclesia baptizantur, non pro se tantum, sed & pro mortuis fidelibus baptizantur: non ad eos juvandos, aut liberandos, aut sublevandos, aut eorum loco, sed ad stabiliendas indesinenter promissiones fœderis, ipsis factas & adhuc implendas. adeo ut, quamdiu & quoties baptismus administratur in Ecclesia, tamdiu & toties renovetur facta mortuis promissio, Deum esse Deum ipsorum. Et quia Deus non est Deus mortuorum sed viventium, vivere ipsos Deo, promissione. Quocirca necesse esse, ut aliquando ipsi vivant actu. Unde firmiter concluditur, frustra vivos pro mortuis baptizari, si non sunt resurrecturi.

VERS. 32. Εἰ κατὰ ἄνθρωπον ἐθηριομάχησα ἐν Ἐφέσῳ. usurpatur eadem hæc phrasis Rom. 3. vers. 5. & ad Galat. 3. vers. 15. ubi κατὰ ἄνθρωπον λέγω vertendum, *humanitus loquendo dico.* sic & hoc loco: *si humanitus loquendo* (id est, ut ex humanis certaminibus petitâ phrasi loquar) *adversus bestias pugnavi Ephesi.*

VERS. 14. Ἑτέρα μὲν ἡ τῶν ἐπουρανίων δόξα, ἑτέρα δὲ ἡ τῶν ἐπιγείων. De cælestium gloria secundum plerorumque Hebræorum sententiam sic scribit Maimonides in Misna tractatu יסודי התורה cap. 3. sect. 9. כל הכוכבים והגלגלים כולן בעלי נפש ודיעה והשכל הם והם חיים ועומדים ומכירין את מישאמר והיה העולם כל אחד ואחר לפי גדלו ולפי מעלתו משבחים ומפארים ליוצרם כמו המלאכים. וכשם שמכירין הקבה כך מכירין את עצמן ומכירין את המלאכים שלמעלה מהן. ודעת הכוכבים והגלגלים מעוטה מדעת המלאכים וגדולה מדעת בני אדם: *Omnes stellæ & sphæræ sunt anima, scientia & intelligentia præditæ, vita item & consistentia. agnoscunt eum cujus jussu mundus factus est, singulæ earum secundum magnitudinem & dignitatem suam laudant & condecorant creatorem suum sicut Angeli. Et sicut agnoscunt Deum Opt. Max. sic cognoscunt etiam seipsos, & angelos qui sunt supra se. Est autem scientia stellarum & sphærarum minor scientia Angelorum, major scientia hominum.* Gloriam ergo cælestium rerum volunt esse creaturarum rationalium, & majorem quam hominum terrestrium.

VERS. 53. ܥܬܝܕ ܗܘ ܓܝܪ ܗܢܐ ܕܡܬܚܒܠ ܕܢܠܒܫ ܠܐ ܡܬܚܒܠܢܘܬܐ: ܘܗܢܐ ܕܡܐܬ ܕܢܠܒܫ ܠܐ ܡܝܘܬܘܬܐ: Tremel. *Oportet enim ut hoc quod obnoxium est corruptioni, induat incorruptionem: & similiter ut mortale induat immortalitatem.* Boder. *futurum est enim ut hoc corruptibile,* &c. atque *adeo quod mortale est,* &c. Syris *hoc* dicitur ܗܕܐ. at ܗܢܐ masculinum est *hic.* verto ergo, *futurus est enim hic qui corrumpitur, ut induat incorruptibilitatem. & similiter qui moritur, ut induat immortalitatem.* idem de sequenti versu statuendum. quod enim Apostolus de corpore dixit, τὸ φθαρτὸν τοῦτο, καὶ τὸ θνητὸν τοῦτο, Syrus ad personam retulit. quamobrem genus mutavit. Arabs similiter فهذا المتغير مزمع ان يلبس ما لا يتغير وهذا المايت عتيد ان يلبس عدم الموت, *& hic qui corrumpitur, futurus est ut induat quod non corrumpitur: & hic qui moritur, futurus est*

est ut induat defectum mortis, i. immortalitatem.

ANIMADVERSIONES IN EPISTOLAM POSTERIOREM AD CORINTHIOS.

CAP. I. VERS. VI.

ܘܬܗܘܐ ܒܟܘܢ ܡܬܚܦܛܢܘܬܐ ܕܬܣܝܒܪܘܢ.

Tremel. *Et sit in vobis efficacia qua toleretis.* Boderianus, *Et sit in vobis tolerantia qua sustineatis.* Malim, *Et sit in vobis studium* (vel diligentia) *ut toleretis.* id est, animus promptus, diligens, studiosus ad quasvis perpessiones perferendas. Ubique enim ܡܬܚܦܛܢܘܬܐ ponitur pro σπουδή. ܡܬܚܦܛܢܐ *sedulus, diligens.* ܚܦܛ *incitavit.* ܐܬܚܦܛ *sedulus fuit.* quod tamen, fateor, nonnunquam usurpatur pro ἐνεργεῖν, & ἐνεργείας. ut Eph. 2. vers. 2. Rom. 7. vers. 5. & alibi. hinc & ܡܬܚܦܛܢܘܬܐ possit sumi pro ἐνεργεία. quamvis nunquam eo sensu legerim.

VERS. 8. ܐܝܟܢܐ ܕܩܪܝܒܝܢ ܗܘܘ ܚܝܝܢ ܠܡܬܚܒܠܘ. Tremel. *adeo ut propinqua esset vita nostra ut projiceretur.* Boder. *adeo ut vita nostra prope abjicienda fuerit.* verto, *adeo ut propinqua esset vita nostra ad evanescendum*, sicut Jac. 4. v. 14. ܠܓܐ ܗܘ ܕܡܬܚܒܠ Reg. *vapor qui dejicitur.* Tremel. melius, *vapor qui evanescit.* Ferrarius. ܬܚܒܠ. *dissipatus, pessundatus fuit, evanuit.* ܚܒܠ *dissipavit, pessundedit, evanescere fecit.* ܐܬܚܒܠ. *dissipatus est, consumptus est, pessundatus est, evanuit*, Lex. Syr. Arab. ܬܚܒܠܬܘܢ id est, افنيتم وابدتم *evanescere fecistis & perdidistis.* ܐܬܚܒܠ ܫܡܫܐ, id est, انكسفت الشمس *obscuratus sive eclipsin passus est Sol.* sed male scribitur ܬܚܒܠܘܢ in Pael. lege in Kal ܬܚܒܠܘܢ.

VERS. 11. ἵνα ἐκ πολλῶν προσώπων τὸ εἰς ἡμᾶς χάρισμα διὰ πολλῶν εὐχαριστηθῇ ὑπὲρ ἡμῶν. Multas interpretationes dedit illud ἐκ πολλῶν προσώπων, quas vide in doctissimis Bezæ notis, ubi Syri quoque interpretatio allegatur, cum qua sensu prorsus convenit Arabis. nos nostram conjecturam hîc addimus. Πρόσωπον apud LXX. interpretes ponitur pro פָּנִים, quod Hebræis est *facies, superficies, vultus, forma, species.* hinc & *respectum* ac *modum* significat. unde apud Rabbinos על כל פנים *omnibus modis.* על שני פנים *duobus modis.* ubi pro על nihil repugnat usurpari eodem sensu מן, quod tum Græce ad verbum verteretur, ἐκ δύο προσώπων. Hinc verto, *ut multis modis*, (vel *ex multis respectibus*) *collatum nobis donum per multos gratiarum actione celebretur pro nobis.* Addo aliud. Glossarium Vetus, Πρόσωπον *Persona, os, vultus.* recte ait πρόσωπον interdum significare *os.* vide Psal. 18. vel secundum Græcos 17. vers. 9. Psal. 55. secundum Græcos 54. vers. 23. ubi pro פֶּה *os*, LXX. habent πρόσωπον. hinc verti posset, *ut ex multis oribus collatum nobis donum*, &c. Monemus autem Syrum & Arabem vertisse, ac si legeretur, ἵνα ἐκ πολλῶν προσώπων τὸ εἰς ἡμᾶς χάρισμα ᾖ, καὶ διὰ πολλῶν εὐχαριστηθῇ ὑπὲρ ἡμῶν. Deinde ἐκ acceperunt, prout sæpe apud Hebræos & Syros valet præpositio מן, pro particula inserviente regimini Genitivi: hoc sensu, *ut multarum personarum sit donum in nos collatum.*

CAP. II.

VERS. 10. ܘܠܐ ܢܥܠܒܢ ܣܛܢܐ. Tremel. *ne occuparet nos Satanas.* Boder. *ne calumnia nos deferat Satanas.* Ferrarius ܥܠܒ *defraudavit, calumniatus est, iratus est, oppressit.* ܥܠܘܒܘܬܐ *fraus, ereptio, fraudulentia, oppressio, iracundia.* sic & Lex Syr. Arab. ait significare الظلم *injuriam*, vel *oppressionem.* الغضب *iram.* والغدر *& fraudem.* In N. T. ponitur frequentissime pro πλεονεκτεῖν, ut & nomen pro πλεονεξία. interdum pro ἀδικεῖν. ut 1 Cor. 6. vers. 7. 8. nonnunquam & pro συκοφαντεῖν. sed eo sensu quo Luc. 19. vers. 8. dicitur, εἴ τινός τι ἐσυκοφάντησα, ubi

ubi non tam *calumniam*, quam *defraudationem* ſignificat. verterem ergo & hoc loco, *ne defraudet nos Satanas.* ἵνα μὴ πλεονεκτηθῶμεν ὑπὸ τοῦ Σατανᾶ. Arabs لئلا يقهرنا الشيطان *ne vincat nos Satanas.* videtur Syriacum עלב eodem ſenſu accepiſſe quo Arabicum עָלב cum Ain punctato, quod *vincere* ſignificat aut videtur Apoſtolicum πλεονεκτεῖν accepiſſe pro *ſuperiores partes tenere.* quæ ſane vi compoſitionis propria ejus verbi ſignificatio eſt. & hoc loco bene convenit. ſic Ariſtoteles dixit πλεονεκτῶ τῆς τιμῆς. *plus honoris habeo. vinco honore.* Iſocrates, οἱ δίκαιοι τῶν ἀδίκων πλεονεκτοῦσι. *juſti injuſtos ſuperant.* Hinc ἀδικεῖσθαι paſſive eſt *omnia inferiora habere.* vide Stephanum.

Vers. 14. ܛܝܒܘܬܐ ܕܝܢ ܠܐܠܗܐ ܗܘ ܕܒܟܠܙܒܢ ܡܚܘܐ ܠܢ ܒܡܫܝܚܐ. Boderianus, *Gratia autem Deo, quod in omni tempore ſpecimen edit nobis in Chriſto.* Melius Tremellius, *qui omni tempore triumphum facit nobis in Chriſto.* Malim tamen ad verbum, *qui omni tempore ſpectaculum facit nos in Chriſto.* illud lamed enim in ܠܢ accuſativi caſus eſſe puto, non dativi. ſenſus eſt, qui nos per Euangelium ſemper potiores, tanquam triumphali currui impoſitos, ſpectandos omnibus exhibet. bene expreſſit illud Apoſtoli, τῷ πάντοτε θριαμβεύοντι ἡμᾶς ἐν Χριστῷ. Arabs والانعام لله الذي يظفرنا في كل حين بالمسيح, *Et gratiarum actio Deo, qui vincere facit nos in omni tempore in Chriſto.*

Vers. 16. Dixerat Apoſtolus verſ. 15. ὅτι Χριστοῦ εὐωδία ἐσμὲν τῷ Θεῷ ἐν τοῖς σωζομένοις, καὶ ἐν τοῖς ἀπολλυμένοις. ſequitur verſ. 16. οἷς μὲν, ὀσμὴ θανάτου εἰς θάνατον, οἷς δὲ, ὀσμὴ ζωῆς εἰς ζωήν. Syrus videtur hæc aliter diſtinxiſſe. non legit comma poſt μὲν & δὲ, ſed poſt θανάτου in primo membro, & poſt ζωῆς in ſecundo: hoc modo, οἷς μὲν ὀσμὴ θανάτου, εἰς θάνατον· οἷς δὲ ὀσμὴ ζωῆς, εἰς ζωήν. vertit enim, ܠܐܝܠܝܢ ܕܪܝܚܐ ܕܡܘܬܐ ܠܡܘܬܐ ܗܘ ܘܠܐܝܠܝܢ ܕܪܝܚܐ ܕܚܝܐ ܠܚܝܐ, id eſt, *quibus odor mortis* eſt, *ad mortem: & quibus odor vitæ* eſt, *ad vitam.* ut ſenſus ſit, quibus odor mortis eſt, id eſt, qui ipſimet odorem mortis in ſe habent, iis ego ſum εὐωδία Χριστοῦ ad mortem. qui vero odorem vitæ in ſe habent, iis ſum εὐωδία Χριστοῦ ad vitam. Quod cum non animadverterent Tremellius & Boderianus, contra uſum linguæ verterunt, *His odor mortis ad mortem, & illis odor vitæ ad vitam.* nam ܠܐܝܠܝܢ ſequente ܕ nunquam ſignificat *hos aut illos*, ſed *quos*, אֲשֶׁר, ut vel ex præcedenti verſu liquere poteſt. & præpoſito lamed, ܠܐܝܠܝܢ ܕ valet לַאֲשֶׁר *quibus.* quod autem illi verterunt, *His odor mortis ad mortem, & illis odor vitæ ad vitam*, Syri, ni fallor, dicerent, ܠܗܠܝܢ ܪܝܚܐ ܕܡܘܬܐ ܠܡܘܬܐ ܘܠܗܠܝܢ ܪܝܚܐ ܕܚܝܐ ܠܚܝܐ: Arabs ſane Syrum intellexit, ut diximus. vertit enim فالذين يستوجبون عرف الموت للموت والذين يستاهلون عرف الحياة للحياة, id eſt, *& qui merentur odorem mortis ad mortem: & qui merentur odorem vitæ, ad vitam.*

Cap. III.

Vers. 10. ܐܝܟ ܗܘ ܓܝܪ ܕܐܦܠܐ ܡܫܬܒܚܐ ܗܘ ܕܐܫܬܒܚ ܒܫܘܚܠܦ ܕܗܘܐ ܫܘܒܚܐ ܡܝܬܪܐ. Tremellius, *quandoquidem etiam glorificandum non fuit, quod glorificatum eſt, in comparatione hujus gloriæ excellentis.* Boder. in Regiis, *Quandoquidem ne glorificatum quidem fuit, quod glorificatum eſt* &c. At in interlineari verſione, quid ſibi verba velint, vix capi poteſt. *Tanquam ipſum enim quod etiam non glorificatum quod glorificatum fuit.* Diximus ad 1 Corinth. 14. verſ. 9. ܐܝܟ ܗܘ ܕ ſignificare, *tanquam eſſet quod*, latinis, *tanquam ſi.* quod ſi jam, propter illud ܓܝܪ, ſubintelligas verbum ſubſtantivum, perſpicuus eſt ſenſus, hoc modo, *Eſt enim, tanquam ſi etiam non glorificatum eſſet quod glorificatum fuit, in comparatione hujus gloriæ excellentis.* vide eam phraſin quoque 2 Cor. 5. verſ. 20. ubi Tremel. quoque ܐܝܟ ܗܘ ܕ vertit, *tanquam ſi.* vide & Gal. 3. verſ. 1. ubi in eadem phraſi verbum ſubſtantivum quoque ſubintelligitur.

Vers. 11. ܐܢ ܓܝܪ ܗܝ ܕܒܛܠܐ ܒܫܘܒܚܐ ܗܘܐ Optime explicuit Syrus, quod Apoſtolus dixit, εἰ γὰρ τὸ καταργούμενον, διὰ δόξης, *ſi enim hoc quod aboletur, in gloria erat*

erat, διὰ pro ἐν ponitur, explicante ipso Apostolo sequenti membro, πολλῷ μᾶλλον τὸ μένον, ἐν δόξῃ. idem ergo διὰ δόξης, & ἐν δόξῃ. nec mirum, quia utrumque valet Hebræorum ב. qui hîc dicerent, אִם הַמַּמְלָכָה בְּכָבוֹד אַף כִּי הָעוֹמֵד בְּכָבוֹד. vides purum Hebraismum in dictione Apostolic. est autem בְּכָבוֹד periphrasis adjectivi, ut διὰ δόξης, & ἐν δόξῃ nihil aliud sint quam ἔνδοξον. alibi vertere liceat adverbialiter ἐνδόξως. sic enim Hebræi per præpos. ב & nomen substant. exprimere solent adverbia qualitatis. ut cum Deus dicitur pœnas suas exercere בִּצְדָקָה, διὰ δικαιοσύνης, ἐν δικαιοσύνῃ, id est δικαίως. Atque ita phrasin Apostolicam capio 2 Pet. 1. vers. 3. qui vocavit nos διὰ δόξης καὶ ἀρετῆς. Doctissimus Beza, *ad gloriam & virtutem*, malim *gloriose & potenter*, בְּכָבוֹד וָחַיִל. διὰ enim nihil aliud hîc valet, quam Hebræorum ב. & ἀρετὴν de Deo dictam, potentiam ac robur significare, idem quod חַיִל vel גְּבוּרָה, docet eruditissime magnus Heinsius in præfatione ad Aristarchum S. Arabs tamen vertit الى مجده ورضوانه *ad gloriam suam & beneplacitum suum*, ubi *ad* videtur significare, *juxta*, *secundum*. & vocem ἀρετῆς videtur sumpsisse pro εὐδοκία, ac si derivata esset ab ἀρέσκω *placeo*. Syrus longe melius ܕܩܪܐ ܠܢ ܒܫܘܒܚܐ ܕܝܠܗ ܘܒܚܝܠܐ *qui vocavit nos in gloria sua, & virtute*.

VERS. 18. *In eandem imaginem transformamur, à gloria in gloriam* ܐܝܟ ܕܡܢ ܡܪܝܐ ܪܘܚܐ. Boderianus, *tanquam à Domini Spiritu*. sed insolens omnino Syris est tale regimen genitivi. illud enim dicerent ܡܢ ܪܘܚܗ ܕܡܪܝܐ vel ܡܢ ܪܘܚܐ ܕܡܪܝܐ vel ܡܢ ܪܘܚܗ ܕܡܪܝܐ Quod quum animadverteret Tremellius, vertit *tanquam à dominatore Spiritu*. præstaret, *tanquam à Domino spiritu*. Dominator enim ܡܫܠܛܢܐ Syris dicitur. at ܡܪܝܐ *Dominum* significat. verum hujusmodi appositio dura est & Syris quoque insolens. non videtur verborum situs aliam ferre interpretationem, quam hanc: *sicut à Domino Spiritus est*. ut non legerit, καθάπερ ἀπὸ κυρίου πνεύματος, sed καθάπερ ἀπὸ κυρίου πνεῦμα. Sensus commodus est, sicut à Domino Spiritus est, ita nos per eum Spiritum ad imaginem eandem Domini transformamur. vel ܐܝܟ ܕ ut proprie sonat, verti hîc potest, *secundum quod à Domino spiritus est*. id est, secundum eam Spiritus mensuram quam à Domino accipimus transformamur ad eandem imaginem. Ea procul dubio mens Syri fuit. Nam & Arabs ita accepit, كما يوتينا روح الرب *secundum quod* (vel sicut) *datur nobis Spiritus Domini*.

CAP. IV.

VERS. 4. Ἐν οἷς nempe ἀπολλυμένοις ὁ Θεὸς τοῦ αἰῶνος τούτου ἐτύφλωσε τὰ νοήματα τῶν ἀπίστων, εἰς τὸ μὴ αὐγάσαι αὐτοῖς &c. Recte observavit Syrus, illud τῶν ἀπίστων ita construi cum præcedentibus, ut rationem in se contineat cur pereuntes juste à Diabolo excæcentur, nempe διὰ τὴν ἀπιστίαν. Ideo vertit, ܐܝܠܝܢ ܕܐܠܗܐ ܕܥܠܡܐ ܗܢܐ ܥܘܪ ܪܥܝܢܝܗܘܢ ܡܛܠ ܕܠܐ ܡܗܝܡܢܝܢ ܕܠܐ ܢܕܢܚ ܠܗܘܢ &c. Id est, *quorum Deus hujus seculi excæcavit mentes, propterea quod non credunt, ut non oriatur ipsis lux Euangelii* &c. Tremellius autem, nec phrasin Syri, nec scopum ejus recte animadvertens, vertit, *quorum Deus hujus seculi excæcavit mentes, eò quod non credant, nec oriatur illis splendor*, id est in eum finem ut non credant nec oriatur illis splendor. in quem modum & Boderianus vertit, *ut non credant, ne oriatur* &c. at id neque apud Apostolum est, neque cum verbis Syri convenit, qui dixit ܡܛܠ ܕܠܐ ܡܗܝܡܢܝܢ quod non est, *ut non credant*, sed *propterea quod non credunt*. Sic & Arabs, الذين قد اعمى الله قلوبهم في هذا العالم لانهم لا يومنون لئلا يظهر لهم &c. *quorum occæcavit Deus corda in hoc mundo, quia non credunt, ut non appareat ipsis* &c. ubi porro obiter observetur, videri eum legisse, ἐν οἷς ὁ Θεὸς ἐτύφλωσε νοήματα ἐν τῷ αἰῶνι τούτῳ. aut certe verba Apostoli ita accepit.

CAP. V.

VERS. 3. ܐܢ ܗܘ ܕܐܦ ܠܒܫܝܢ ܢܫܬܟܚ ܘܠܐ ܥܪܛܠܝܐ. Tremellius, *Nisi etiam, postquam induti fuerimus, inveniamur nudi.* Eodem

Eodem modo Boderianus. Sed non eſt dubium, quin & à verbis, & à mente Syri ſit aberratum. Nam præterquam quod ſenſus ille cum antecedentibus & ſequentibus vix conciliari queat, Syrus non dixit in plurali ܥܪܛܠܝܐ *nudi*, ſed in ſingulari ܥܪܛܠܝܐ *nudus*. Ad meliorem itaque interpretationem duo prius indicanda ſunt. prius, ܡܐ ܕ non tantum ſignificare tempus *quando* aut *cum*, aut *poſtquam*, ſed ſicut ܡܢ ܕ ſignificat *qui*, ita ܡܐ ܕ ſæpe ſignificare *quod*. uſitatum eſt. Alterum, ܢܫܬܟܚ non tantum eſſe primam perſonam plur. num. futuri, ſed etiam tertiam ſingul. Itaque ſic vertimus, *ſed etiam, quod induimus*, (vel *quo induti ſumus*) *reperietur nobis nudum*. Hoc voluit Syrus, duplici nos in morte affici beneficio, quod non tantum corpus hoc noſtrum quo jam induti ſumus ſuperinduendum ſit domicilio cæleſti, ſed quod ipſummet etiam nudum futurum ſit, nudum nempe ab illo onere peccati & mortalitatis, cujus in ſequenti verſu mentionem facit, *Dum enim*, inquit, *ſumus in hac domo, ingemiſcimus à pondere ejus, nec volumus exui ea, ſed indui ſuper illam, ut abſorbeatur mortalitas ejus per vitam*. q. d. Corpus hoc quo jam induti ſumus, obvolutum eſt graviſſimo onere ſub quo ingemiſcimus: neque poteſt cæleſti gloria ſuperindui, niſi eo nudetur. id futurum eſt per mortem, reperietur tunc temporis nudum. neque enim exui eo volumus, ſed nudari id volumus ut ſuperindui poſſit immortalitas. non videtur Syrus legiſſe, εἴγε καὶ ἐνδυσάμενοι, οὐ γυμνοὶ εὑρεθησόμεθα, ſed ſine partic. negat. εἴγε καὶ ἐνδυσάμενοι, γυμνοὶ εὑρεθησόμεθα. id eſt, *ſiquidem qui jam induti ſumus nudi reperiemur*, ut meliori nempe veſte induamur. dubito tamen an non mendum ſit in ܠܐ, proque eo legendum ſimpliciter ܠ. In Vienenſi ſane ante ܠ lineola quidem extat, ſed adeo incurva, imperfecta, & inconcinna, ut Olaph non referat, ſed ex bacillo aliquo in opera typographica adhibito nata videatur. id ſi dicamus, vertendum erit, *non etiam quod induimus invenietur nobis nudum*. Arabs vertit فاذا ما ألبسناه لبس نوجد عري الا ايضا, *ſiquidem eo quod induimus non invenimur nudi etiam.*

VERS. 6. Θαῤῥοῦντες οὖν πάντοτε, καὶ εἰδότες ὅτι ἐνδημοῦντες ἐν τῷ σώματι, ἐκδημοῦμεν ἀπὸ τοῦ Κυρίου. Quomodo hic verſus cum ſequentibus varie ſecundum varios connectatur, vide in notis Cl. Bezæ. ſententia noſtra eſt, recte θαῤῥοῦντες ab Eraſmo verſum per Indicativum præſens. frequens id eſt noſtro Apoſtolo, qui in eodem hoc capite infra v. 12. διδόντες dixit pro δίδωμεν. ſed non laudo quod etiam Participium εἰδότες verterit per Indicativum. non enim bene cohærent, *Confidimus, & ſcimus nos peregre abeſſe à Domino.* nam abſentia noſtra à Domino fiduciam non parit, ſed oppugnat. Vertimus, *Confidimus igitur ſemper, etiam ſcientes quod inhabitantes in corpore peregre abſumus à Domino.* Id eſt, quod ſciamus nos jam peregre à Domino abeſſe, non convellit fiduciam noſtram, ſed etiam ſic ſemper confidimus. Ita neque verſus 7us (quod fecit Vulgatus, reclamante particula δὲ in verſ. 8.) neque 7us & 8us ſimul (quod fecit Beza) parentheſi includi opus habent. Syrus quoque verſum ſeptimum fecit parentheticum, ſed ut ſextum cum octavo recte connecteret, omiſit ex ſexto θαῤῥοῦντες οὖν πάντοτε, & ex octavo delevit δέ. Syrum ad amuſſim ſecutus eſt Arabs.

CAP. VIII.

VERS. 4. τὴν χάριν, *hanc gratiam*. Beza recte *hanc beneficentiam*. eſt enim הסד Hebræis *gratia, gratuitum beneficium*. vocant & גמילות חסדים *retributionem* vel *collationem gratiarum*, quam à צדקה eleemoſyna ſic diſtingunt. בשלשה דברים גמילות חסדים יותר מן הצדקה. צדקה בממונו וגמילות חסדים בין בגופו בין בממונו: צדקה לחיים גמילות חסדים בין לחיים בין למיתים. צדקה לעניים גמילות חסדים בין לעניין בין לעשירין:, id eſt, *Tribus rebus beneficentia excellentior eſt eleemoſyna. Primo, quod eleemoſyna pecunia ſolummodo exerceatur, beneficentia tam corpore quam pecunia. Secundo, quod Eleemoſyna tantum erga viventes, beneficentia & erga viventes & erga mortuos exerceatur. Tertio, quod Eleemoſyna tantum in pauperes, beneficentia non in pauperes modo ſed & in divites exerceatur.*

VERS. 20. ܟܕ ܡܫܬܪܓܝܢ ܕܝܢ ܗܢܐ Textus eſt, στελλόμενοι τοῦτο *vitantes hoc*. Hinc Tremel. Græcam potius quam Syram phraſin ſecutus vertit, *Evitavimus enim hoc*. Boder. in Reg. *cæterum hoc devitamus*. in Pariſ. *devitamus autem in hoc*. verte, *timentes autem ſu-*

sumus in hoc, meticulosi, solliciti, anxii cura sumus, ne quis in hac re nos culpet. ut quum nautæ, metuentes à tempestate periculum, vela contrahunt. quod στελλόμενοι proprie denotat. sic Arabs, ونحن وجلون في هذا الامر *& nos metuimus in hac re.* Itaque aut alia versione usus est doctiss. Beza quam quæ ab Erpen. est edita, aut non recte intellexit Arabem, quum ait eum legisse σκεπτόμενοι *spectantes*, quod dicunt ناظرون. Porro substant. ܙܘܥܬܐ *metum* vel quod paulo amplius est anxietatem significat, Actor. 27. v. 9. 33. 1 Joan. 4. 18. vide quæ ad ea loca annotamus.

CAP. IX.

VERS. 5. *Propterea curæ mihi fuit, ut peterem à fratribus meis, ut venirent ante me ad vos, & præpararent benedictionem* ܗܝ ܕܡܢ ܩܕܝܡ ܐܫܬܡܥܬܘܢ ܕܬܗܘܐ ܡܛܝܒܐ. Tremel. *de qua jam pridem commonefacti estis, ut eßet parata.* Boderianus, *quam à principio audistis, ut sit parata.* ad verbum, *quam à principio auditi estis fore paratam*, id est, *quam antehac fama de vobis fuit paratam fore.* recte expressit verba Apostoli, τὴν προκατηγγελμένην εὐλογίαν ὑμῶν, ταύτην ἑτοίμην εἶναι. ut parata esset benedictio vestra ante denuntiata, cujus ante fama & rumor fuit.

VERS. 12. 13. 14. Tollenda parenthesis quæ vers. 12. ante διὰ τῆς δοκιμῆς, & finitur v. 13. quique sequitur dativus vers. 14. καὶ αὐτῶν δεήσει non pertinet ad vers. 12. quod voluit Beza, nihil enim ibi est unde dativus regatur, sed regitur ab ἐπὶ vers. 13. ac datur tertia ratio cur habeant sancti Judæorum laudandi Deum causas, nempe quia etiam pro Corinthiis precantur, quia per beneficentiam Corinthiorum provocati sunt ad precandum Deum pro ipsis, eo nomine laudant Deum. Et διὰ πολλῶν εὐχαριστιῶν non verto, *per multas gratiarum actiones*, sed *per multorum gratiarum actiones.* & ad πολλῶν refero per Enallagen casus quod sequitur vers. 13. δοξάζοντες, pro δοξαζόντων. qualem Enallagen observavimus quoque versu præcedenti 11. Et 2 Cor. 1. vers. 7. Eph. 3. 17. Apoc. 1. 4. 5.

CAP. X.

VERS. 9. ܡܗܡܐ ܐܢܐ ܕܝܢ ܕܠܐ ܐܣܬܒܪ ܐܝܟ ܗܘ ܕܡܙܝܥ ܡܙܝܥ ܐܢܐ ܠܟܘܢ ܒܐܓܪܬܐ Tremellius, & Boderianus in interlineari versioni, *Dubito autem ne existimer tanquam is qui terrefaciendo terrefaciam vos per Epistolas.* At verbum ܐܗܡܝ quod non nisi in Aphel invenitur, non significat *dubitare*, sed *negligere*, *non curare*, *omittere.* vide Hebr. 12 vers. 5. Actor. 18. vers. 17. Ideo in Regiis vertit, *Cæterum non curo existimari tanquam is*, &c. sed ne sic quidem bene. Nam primo, neglexit punctum distinguens, quod est post ܡܗܡܐ ܐܢܐ ܕܝܢ. Deinde negativum illud, *non curo*, continetur in ܡܗܡܐ ܐܢܐ Debebat itaque & altera negatio sequi, *non curo non existimari.* sequitur enim ܕܠܐ ܐܣܬܒܪ. Tertio, repugnat menti Apostoli, qui diserte ait se hoc curare, ut ne videatur velle eos per litteras terrefacere. Perspicuus est sensus, & cum præcedentibus optime cohærens, si sic vertas: *Omitto autem: ut non existimer tanquam qui terrefaciendo terrefaciam vos per epistolas.* Dixerat versu præcedenti, Etsi amplius gloriaretur de potestate sibi data, fore ut non erubesceret; sed omitto, inquit, ne existimer hoc agere ut terrefaciam vos. Ita optime supplevit ellipsin Apostoli, ἵνα ᾖ μὴ δόξω ὡς ἂν ἐκφοβεῖν ὑμᾶς διὰ τῶν ἐπιστολῶν. Lex. Syr. Arab. ܐܗܡܝ vertit توانا *cunctatus est.* ويقال غفل وغل. *& significat neglectum & rejectionem.* sensus ergo erit: cunctor autem, sive cesso, & negligo vel rejicio gloriari amplius de mea potestate. Addo Ferrarium, qui ܐܗܡܝ vertit intransitive *aversus est*, & transitive *avertit*, *subtraxit.* plerumque, inquit, ad oculos & aspectum refertur. locumque citat ex Es. 1. vers. 15. ubi transitive sumitur pro אַעְלִים *occultabo.* Ita & hoc loco vertere liceat, occulto autem, seu subduco & subtraho, gloriationem nempe meam quam incepi. Intransitive recte sumitur, Hebr. 12. v. 5. ܠܐ ܬܗܡܐ ܡܢ ܡܪܕܘܬܗ ܕܡܪܝܐ *ne aversus sis à castigatio-*

gatione Domini. μὴ ὀλιγώρει παιδείας κυρίου. Et Actor. 18. verſ. 17. ܘܓܠܝܘܢ ܡܬܦܢܐ ܗܘܐ ܡܢ ܗܠܝܢ *Et Gallion averſus erat in his.* id eſt ſubducebat ſe & non curabat. ſic & hoc loco verti poteſt; *avertor autem*, vel ſubtraho me, nempe à cœpta gloriatione, ne puter terrefacere &c. Optime Syrum expreſſit Arabs, غير اني اهمل ذلك *niſi quod ego rejiciam hoc* (ſcil. gloriari de mea poteſtate) لئلا يظن ظان اني اخوفكم برسالتي *ne exiſtimet quis me terrefacere vos per epiſtolam meam.*

Cap. XI.

Vers. 3. ὁ ὄφις Εὔαν ἐξηπάτησεν. Per ſerpentem intelligitur Satanas, cujus inſtrumentum erat ſerpens. De hoc legitur apud Maimonidem in More Nebuchim parte 2. cap. 30. traditum fuiſſe ab Hebræorum ſapientibus,

שהנחש נרכב ושהוא היה בשיעור גמל ושרוכבו הוא אשר השיא את חוה ושהרוכב היה סמאל ושזה השם הם יאמרוהו סתם על השטן:

ſerpentem habuiſſe ſeſſorem, fuiſſeque ſerpentem quantitate cameli, ſeſſorem autem fuiſſe eum qui decepit Evam, atque hunc ſeſſorem fuiſſe Sammaelem, quo nomine utuntur abſolute de Satana. Addit deinde, *traditum quoque eſſe à ſapientibus, Serpentem ubi Evam aggreſſus eſſet, ſordes in eam projeciſſe* (הטיל בה זוהמא), *à quibus Iſraëlitæ, qui in monte Sinai ſteterunt, ſint abſterſi, cæteræ Gentes non item.* Sordes hæ à ſerpente in hominem conjectæ, in memoriam reducunt hiſtoriam, quæ apud Plutarchum in vita Cleomenis ſub finem narratur. *Quum aliquamdiu in cruce ſuſpenſus fuiſſet Cleomenes, deprehenſum ejus caput fuiſſe magno ſerpente ſive dracone obvolutum. quumque id in ſtuporem admirationemque magnam ſpectatores omnes rapuiſſet, jamque divini honores exhiberi ipſi cœpiſſent, datas fuiſſe à Sapientibus naturales rationes, quibus id fieri potuerit. nempe ſicut ex putrefactis boum corporibus generantur apes, ex equorum veſpæ, ex aſinorum ſcarabæi, ita ex humanis corporibus, ubi circa medullam ſaniei confluentia, & conſiſtentia contingit, ſerpentes naſci. Antiquoſque hoc animadverſo, ex animalibus draconem præcipue Heroibus conſecraſſe.* Id ſi verum eſt, cum ſerpente ipſum corpus humanum affinitatem habere dicendum eſt.

Vers. 19. ܡܢܝܚܝܢ ܐܢܬܘܢ ܓܝܪ ܠܡܫܬܡܥܘ ܠܚܣܝܪܝ ܪܥܝܢܐ Tremel. *Faciles enim eſtis ad audiendum deſipientes mente.* Boderianus, *Pacifici eſtis enim ad audiendum deſtitutos mente.* malim, *ſecuri eſtis enim ad obtemperandum deſtitutis mente.* ܡܢܝܚܝܢ enim eſt peil aphel, à verbo ܢܘܚ Hebr. נוּחַ *quieſcere.* ad verbum ergo, *quieti redditi eſtis ad obtemperandum*, id eſt quiete, ſecure & ſine ulla ſollicitudine obtemperatis, nihil dubitatis auſcultare illis. bene expreſſit mentem Apoſtoli, ἡδέως ἀνέχεσθε τῶν ἀφρόνων. Fateor tamen apud Rabbinos etiam facilitatem & celeritatem denotare. ut in Pirke Aboth. c. 5. § 11. נוח לכעוס ונוח לרצות *facilis ad iram & facilis ad reconciliationem.* cui opponitur קשה לכעוס וקשה לרצות *difficilis ad iram, & difficilis ad reconciliationem.*

Vers. 20. ܘܡܬܒܝܢܝܢ ܐܢܬܘܢ ܠܡܢ ܕܡܫܥܒܕ ܠܟܘܢ Tremellius, *& extollitis eum qui in ſervitutem vos adigit.* ſic & Boderianus in interlineari verſione. At in Regiis, *Et ſolliciti eſtis de eo qui in ſervitutem vos adigit.* malim, *& mentem advertitis ad eum qui vos ſubjicit.* ſic Actor. 7. v. 39. de Moſe dicit Stephanus ܘܠܐ ܨܒܘ ܠܡܬܒܝܢܘ ܠܗ ܐܒܗܬܢ Tremel. *noluerunt eum ſufferre patres noſtri.* melius Boderianus, *Noluerunt ad eum mentem advertere patres noſtri.* ᾧ οὐκ ἠθέλησαν ὑπήκοοι γενέσθαι οἱ πατέρες ἡμῶν. Sic cap. 10. v. 7. mittebat Centurio militem unum qui timebat Deum, ܦܠܚܐ ܕܡܬܒܝܢ ܗܘܐ ܠܗ Tremellius, *eum quem in pretio habebat.* ad centurionem refert, quum revera ad militem pertineant verba. longe rectius itaque Boderianus, *eum qui ſtudioſus erat ipſius.* τῶν προσκαρτερούντων αὐτῷ, id eſt, unum eorum qui, quum ſemper ipſi adeſſent, mentem ad eum advertebant, ut mandata ejus exciperent. Ita hoc loco ait Corinthiis, vos ſtudioſi eſtis ejus qui ſubjicit vos, ad ejuſmodi hominem mentem advertitis. quod Apoſtolus dixit, ἀνέχεσθε εἴ τις ὑμᾶς καταδουλοῖ. Arabs وتنقادون لمن يستعبدكم, *& ſubjicimini* (datis vos regendos) *ei qui ſervos vos facit.*

CAP. XII.

VERS. 8. *Super hoc ter petii à Domino* [Syriac] Boderian. *ut discederet à me.* malim, *ut discedere faceret, ut removeret à me.* sic recte Tremel. sicut 1 Tim. 4. vers. 3. [Syriac] removent (i. abstinere faciunt) à cibis. est enim conjugationis Aphel, ubi verba fiunt transitiva quæ in Cal sunt intransitiva. significat autem hoc verbum in Kal *discedere*. videtur Syrus verba Apostoli, ἵνα ἀποστῇ ἀπ' ἐμοῦ ad Deum retulisse, & transitive accepisse. nec fortassis male. quum etiam Act. 5. vers. 37. transitive hoc verbum accipiatur. Καὶ ἀπέστησε λαὸν ἱκανὸν ὀπίσω αὐτοῦ, imo semper, ni fallor, ἀφίστημι transitivum est. nec aliter explicatur in Thes. Steph.

ANIMADVERSIONES IN EPISTOLAM AD GALATAS.

CAP. I. VERS. VII.

QUUM dixisset, *miror quomodo celeriter mutemini à Christo qui vocavit vos in gratia sua, ad Euangelium aliud*, sequitur [Syriac], Tremel. & Boder. in Paris. *quod nequaquam est, sed secundum homines est, qui conturbant vos.* non nego quin verba Syra eam ferant interpretationem. ferunt & aliam, quam, etsi eodem sensu, expressit Boder. in Reg. *quod quidem non est, sed prout sunt aliqui, illud est, qui terrorem vobis incutiunt.* [Syriac] accepit pro demonstrativo pronomine, quum revera sit pleonasticum. videatur Gram. meæ p. 138. Deleo ergo, *illud est*, & simpliciter verto, *quod non est, sed quasi quidam sunt qui conturbant vos*, ὃ οὐκ ἔστιν ἄλλο, εἰ μή τινές εἰσιν, οἱ ταράσσοντες ὑμᾶς, εἰ μή τινες, *nisi quidam* vertit per, *sed quasi quidam.* Arabs εἰ μὴ simpliciter accepit pro ἀλλὰ *sed.* [Arabic] بوجوده ولكن اناسا يزعجونكم, *quod non invenitur, sed quidam turbant vos.*

VERS. 14. [Syriac], *plus quam multi coætanei mei.* ad verb. *filii annorum meorum.* ὑπὲρ πολλὰς συνηλικιώτας. vitiosa est ergo vocalis sub litera [Syriac], quæ per scheva efferenda. etsi hîc editiones consentiant. alioqui vertendum foret, *filii dentium meorum.* [Syriac] enim *dens* est. plur. [Syriac] *dentes.* cum affixo, [Syriac] *dentes mei.* at [Syriac] *annus.* plur. [Syriac] per scheva. unde Actor. 20. v. 31. [Syriac] *quod annis tribus non cessavi.* Dissimulandum tamen non est, in Viennen. legi [Syriac] absque punctis pluralis num. notis, quod rectum esse potest. ut [Syriac] sit ex istis nominibus de quibus agimus Gram. nostræ p. 156. quæ in singulari cum aff. 1. pers. assumunt vocalem [Syriac] ut [Syriac] *nomen*, [Syriac] *nomen meum.* [Syriac] *sanguis*, [Syriac] *sanguis meus* [Syriac] *modus*, [Syriac] *modus meus.* [Syriac] *filius*, [Syriac] *filius meus*, &c, sic [Syriac] *annus*, [Syriac] *annus meus.* vertendum ergo, *plus quam multi filii anni mei.* i. eodem mecum anno nati, adeoque mecum coætanei. Dissimulare non possumus, reperisse nos in hymno Ephremi de Humilitate, [Syriac], *qui senior annis te est.* ubi & puncta adsunt pluralia, & pedes omnino postulant legi [Syriac].

CAP. II.

VERS. 1. [Syriac]. Tremel. *rursus autem post quatuordecim annos.* Boder. In Reg. *à quatuordecim annis.* recte vero in Paris. *ab ante quatuordecim annos*, antequam nempe hoc scripsi. Sic accepit quæ Apostolus dixit, ἔπειτα διὰ δεκατεσσάρων ἐτῶν πάλιν ἀνέβην εἰς Ἱεροσόλυμα. διὰ ἐτῶν non existimavit dici de tempore quod inter primum iter Hierosolymam versus & secundum, sed quod inter secundum & hanc epistolæ adornationem intercesserat. Arabs aliter, qui διὰ vertit من بعد *post.*

Vers. 8. ܗܘ ܓܝܪ ܕܐܚܦܛ ܠܟܐܦܐ : ܐܚܦܛ ܐܦ ܠܝ Tremel. *Ille enim qui efficax fuit erga Kipham, efficax fuit etiam erga me.* Boder. in Par. *in Cepham, in me.* In Reg. *In Kipho.* Proprie verto, *Qui enim incitavit* (vel sedulum, studiosum, diligentem effecit) *Cepham, incitavit etiam me.* est enim ܡܚܦܛܢܐ *sedulus, studiosus.* ܡܚܦܛܢܘܬܐ *studium, diligentia.* sic Arabs, ولان ذلك الذي اعطي الصفا الاجتهاد هكذا حضني *nam qui dedit Petro conatum* (vel studium) *similiter monuit me.*

Vers. 15. 16. ܚܢܢ ܓܝܪ ܕܒܟܝܢܢ ܝܗܘܕܝܐ ܚܢܢ : ܘܠܐ ܗܘܝܢ ܡܢ ܥܡܡܐ ܚܛܝܐ :

ܡܛܠ ܕܝܕܥܝܢ ܕܠܐ ܡܙܕܕܩ ܒܪܢܫܐ ܡܢ ܥܒܕܐ ܕܢܡܘܣܐ : ܐܠܐ ܒܗܝܡܢܘܬܐ ܕܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ . ܐܦ ܚܢܢ ܒܗ ܒܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ ܗܝܡܢܢ . ܕܡܢ ܗܝܡܢܘܬܗ ܕܡܫܝܚܐ ܢܙܕܕܩ ܘܠܐ ܡܢ ܥܒܕܐ ܕܢܡܘܣܐ . ܡܛܠ ܕܡܢ ܥܒܕܐ ܕܢܡܘܣܐ ܠܐ ܡܙܕܕܩ ܟܠ ܒܣܪ .

Propositio his versibus comprehensa conditionalis est, & à Tremellio, ac Boderiano vertitur per solum antecedens, sine consequenti. Tremellius autem in notis vult subintelligi, *Quanto magis gentibus quæ natura alienæ sunt à Deo, convenit ut sola fide in Christum justificentur, & non per opera legis, quæ ne nos quidem Iudæos justificare possunt.* Suppleri tamen potest defectus consequentis, si sic vertas. *Si enim nos qui natura Iudæi sumus, & non sumus ex Gentibus peccatores, quia scimus non justificari hominem ex operibus legis, sed ex fide Iesu Christi, etiam nos in eundem Iesum Christum credidimus, ut ex fide Christi justificaremur, & non ex operibus legis,* id est, *quia ex operibus legis non justificaretur ulla caro.* Tota ergo propositio est, si etiam nos Judæi credimus in Christum, ut ex fide justificemnr, non ex operibus id fit, quia nulla caro ex operibus justificari potest. vel si allatis versibus meram conditionem comprehendi dicendum sit, copulari potest cum conditione quæ est versu sequenti, cui ibidem subjungitur apodosis. hoc modo, Si nos Judæi ipsimet credidimus in Christum ut per fidem non per opera justificemur: & si vero quærentes justificari per Christum, invenimur etiam nos peccatores, an ergo Christus peccati minister est? q. d. tu Petre actione tua Christum quasi peccati ministrum constituis. Si enim nos Judæi, qui in Christum credimus & justitiam quærimus per fidem non ex lege, tamen peccatores constituemur, id est legi ex qua peccati agnitio est tanquam peccatores subjicimur, quod tu tua actione innuere videris, an ergo Christus legis adeoque peccati minister est? absit, inquit, Ego enim per Christum legi mortuus sum. quod si legem quam destruxi, reædifico, meque rursus ei subjicio, transgressorem me ipsum facio, qui alioqui in Christo justus eram, atque ita Christum non justitiæ sed peccati ministrum efficio. In hac sententia acquiescerem, nam & Arabs versum 15. inchoat per particulam conditionalem, nec aliam subjungit apodosin, quam quæ est in fine vers. 17.

Cap. III.

Vers. 1. ܡܢܘ ܚܣܡ ܒܟܘܢ Tremellius, *quis fascinavit vos?* Boderianus, *quis fascinat vos?* at vero verbum ܚܣܡ pro *fascinare* sumi, non nisi per conjecturam ex hoc uno loco à Lexicographis traditur. alioqui semper significat *æmulari, invidere.* ut & nomen ܚܣܡܐ *æmulatio, invidia.* quum ergo βασκαίνειν non tantum *fascinare*, sed etiam *invidere* significet, posteriori modo accepit Syrus, quum verba Apostoli, τίς ὑμᾶς ἐβάσκανε vertit ܡܢܘ ܚܣܡ ܒܟܘܢ id est, *quis invidet vobis?* Et nota, non sequitur, qui apud Syrum, quod apud Apostolum sequitur, ἀληθείᾳ μὴ πείθεσθαι. videtur ea non legisse, quia ne quidem attigit. sed statim sequitur, *quia ecce est, tanquam si figurando figuratus esset ante oculos vestros Iesus Christus crucifixus.* Videtur hæc mens fuisse Syri, vos dementes Galatæ, an conqueri potestis, quemquam nostrum vobis invidere, quod plenam salutem vobis non revelaverimus? quum contra tam

per.

perspicue vobis Christum prædicaverimus, non aliter quam si cum cruce sua ante oculos vestros figuratus esset. vel sic: Quis adeo nefarius est, qui invideat vobis hoc bonum, quod ecce sit tanquam si Christus crucifixus figuratus esset, &c. quem sensum malo. Secutus eum est Arabs, من ذا الذي حسد كم عهد كم بـــــا لمسيح مصورا بين عيونـــــكم مصلوبا.

VERS. 5. *Qui igitur subministrat vobis Spiritum, & efficit virtutes in vobis*, ἐξ ἔργων νόμε, ἢ ἐξ ἀκοῆς πίστεως; *ex operibus legis, an ex auditu fidei?* supple subministrat? Interrogativa hæc affirmans, valet absolutam negantem, ut alibi passim. estque tantundem ac si dixisset, *non ex operibus legis, sed ex auditu fidei subministrat.* Cum hoc sine ulla ellipsi cohæret versus sextus, *Sicut credidit Abraham Deo, & imputatum est ei ad justitiam.* Exemplo scilicet Abrahami probat, non fuisse subministratum Spiritum ex operibus, sed ex fide. unde conclusio recte sequitur vers. septimo, *Cognoscitis ergo eos qui ex fide sunt, esse filios Abrahæ.* Hæc connexio nullam, multo minus duram (quod videbatur Cl. Bezæ) statuit ellipsim v. quinto, neque necessitatem relinquit, ex versibus sexto & septimo relativam enunciationem cum doctissimo illo viro fabricandi, cujus πρότασις sit v. sexto, ἀπόδοσις vers. septimo, ubi ad ἀπόδοσιν indicandam addidit in initio versus, *ita.* ἄρα autem vertit *nempe*, non *igitur*. Vulgatus interpres & Syrus nostram sententiam sequuntur.

VERS. 14. *Ut in Gentibus benedictio Abrahæ extet in Christo Jesu.* Benedictio Abrahæ fuit, *In semine tuo benedicentur*, &c. quam ad Christum quoque referens Petrus Act. 3. 25. 26. dicit, *Vobis primum Deus suscitatum filium suum Jesu misit, qui benediceret vobis.* At hîc Paulus eam benedictionem recte infert ex maledictione cui Christus nostro loco obnoxius fuit in cruce. ut sciamus hanc benedictionem à Christi sacerdotio pendere, quatenus se ipsum victimam pro nobis obtulit. Eo igitur tempore complementum habuit benedictio, quam summus Sacerdos pronunciare jubetur Num. 6. vers. 24. *Benedicat tibi Jehovah & conservet te. Illustret Jehovah faciem suam ad te, & misereatur tui. Elevet Jehovah faciem suam ad te, & det tibi pacem.* Hanc ברכת התורה *benedictionem Legis* vocant Hebræi, ejusque has statuunt leges, ut benedicat sacerdos 1. בלשון הקדש *lingua sancta.* 2. בעמידה *stans.* 3. בנשיאות כפים *elatis manibus.* 4. בקול רם *elata voce.* 5. פנים כנגד פנים *facie ad faciem.* 6. בשם המפורש *pronunciato nomine Iehovæ*, quod in hac benedictione ter extat, & extra eam pronunciare erat nefas. 7. במקדש *in sanctuario.* Impleta hæc sunt in vero sacerdote Christo, qui lingua sancta, erectus in cruce, elevatis manibus, alta voce, facie ad spectantium faciem versa, ipsemet Jehova, in Sanctuario seu templo sui corporis clamavit, omnia esse completa, quæ nempe ad populi benedictionem pronunciare solebat sacerdos typicus. Quocirca providus effecit Deus, ut destructo paulo post templi Hierosolymitani sanctuario, nunquam amplius ea benedictio ab ullo Sacerdote per שם המפורש sit prolata, quippe jam complementum suum nacta in pontifice nostro Christo. nec audent proferre, tum quia rectam τȣ̃ ὀνόματος ἀνεκφωνήτȣ pronunciationem ignorant: tum quia extra templum id proferre, nefas ducebatur. sic enim legimus in ערובין; *Ex quo vastatum est templum, sufficit homini, ut usurpet in laudibus nomen duarum literarum* יה. Glossa. *quia nomen* שם המפורש *non est datum omni homini, sed tantum Sacerdotibus. Et hi quidem* במקדש אומרים את השם ככתבו ובמדינה בכנויו: *in sanctuario pronunciant nomen illud prout scribitur, at in territorio epithetis suis.* in Tract. תמיד quibus addendum, non nisi semel in anno, ביום הכפורים *in die Expiationum* fuisse pronunciatam per שם המפירש hanc benedictionem. ut sciamus, totam eam à Christi sacerdotio, & ab ejus corpore tanquam vero templo, & ab ejus expiatione pependisse, & in eo solo constitisse, per quem arcanum Dei nomen, quod omnibus, præterquam sacerdoti fuerat incognitum, factum est nobis מפורש expositum, teste Joan. cap. 1. 18.

VERS. 15. ܐܰܚܰܝ ܐܰܝܟ ܕܰܒܒܢܰܝ ܐ̱ܢܳܫܳܐ ܐܳܡܰܪ ܐ̱ܢܳܐ Tremellius, *Fratres mei, ut qui inter filios hominis* (supple *loquuntur*) *loquor.* Boderianus sine supplemento, *tanquam inter homines loquor.* Malim, *secundum quod inter homines est, loquor.* id est, ad morem hominum, secundum id quod inter homines usitatum est. كما يكون بين الناس *sicut fit inter homines*, inquit Arabs. Ita recte explicuit phrasin Apostoli, κτ̀ ἄνθρωπον λέγω. quomodo eandem explicuit 1 Cor. 15. 32. εἰ κτ̀ ἄνθρωπον ἐθηριομάχησα ἐν Ἐφέσῳ. Syrus ܐܶܢ ܐܰܝܟ ܕܰܒܒܢܰܝ ܐ̱ܢܳܫܳܐ ܐܶܬܟܬܫܬ ܥܡ ܚܶܝܘܳܬܳܐ ܒܐܶܦܶܣܘܣ

si secundum quod inter filios hominis (supple *est* vel *sit*) *objectus sum bestiis*, id est, more humano, quemadmodum hominibus fieri solet. Boderianus iterum vertit, *tanquam inter homines*. Tremellius, *quemadmodum inter homines*.

VERS. 16. Καὶ τῷ σπέρματί σου, ὅς ἐστι Χριστός. non de multis tantum, sed & de uno σπέρμα dici, animadverterunt recte LXX. Interpretes Gen. 3. vers. 15. ubi τὸ σπέρμα τῆς γυναικὸς ad unam personam, nempe Messiam referentes, verterunt, αὐτός τηρήσει σου κεφαλήν Neutro genere in masculinum mutato, ut per σπέρμα certam personam intelligi sciremus. sic & cap. 4. vers. 25. de persona Sethi, quem loco Abelis dederat Deus, dicit Eva, *Posuit mihi Deus semen aliud.* Et cap. 21. vers. 13. de Ismaële ad Abrahamum, כִּי זַרְעֲךָ הוּא *quia semen tuum est.*

CAP. IV.

VERS. 15. Τίς οὖν ἦν ὁ μακαρισμὸς ὑμῶν; Beza, *quæ igitur erat beatitatis vestræ prædicatio?* Non gravate verto, *Quænam igitur erat beatitudo vestra?* ut sensus sit: Magna est procul dubio eorum beatitudo, qui servos Christi tanquam ipsum Christum accipiunt. ita vos me olim accepistis. quæ igitur & quanta erat tum temporis vestra beatitudo? nunc sane multum imminuta, postquam mea doctrina spreta, Pseudoapostolos mihi antefertis. Ita Vulgarus, Syrus & Arabs acceperunt. nisi quod legisse videantur, ποῦ οὖν ἐστιν ὁ μακαρισμὸς ὑμῶν; *ubi igitur est beatitudo vestra?* & Arabs addit الآن *nunc.* de significatione vocis μακαρισμὸς vide quæ annotavimus Rom. 4. vers. 9.

VERS. 17. Ζηλοῦσιν ὑμᾶς, οὐ καλῶς, ἀλλὰ ἐκκλεῖσαι ἡμᾶς θέλουσιν, ἵνα αὐτοὺς ζηλοῦτε. D. Beza primus legit ἡμᾶς, & ipsemet fatetur in omnibus codicibus scriptum esse ὑμᾶς. Ego hîc contra omnium codicum fidem nihil ausim mutare. præsertim quum & vetus Latina habeat *vos*, & Syrus similiter. Fateor tamen alicubi hîc mendum videri, quum ἐκκλεῖσαι ὑμᾶς θέλουσι non videatur hîc commodum sensum admittere. At magnus ille eruditionis pater Erasmus ait Græce esse ἐγκλεῖσαι, variare tamen codices, & in quibusdam esse ἐκκλεῖσαι rejicit illud ἐγκλεῖσαι D. Beza. at non dubium est quin sic legerit Syrus. vertit enim ܐܠܐ ܠܡܚܒܫܟܘܢ ܗܘ ܨܒܝܢ quod pessime vertit Boderianus, *sed excludere vos volunt*, optime autem Tremellius, *sed includere vos volunt.* nunquam aliud significat ܚܒܫ quam *includere, concludere, constringere*, sicut puer fasciis, aut captivus carceri includitur. ut Gal. 3. vers. 22. συνέκλεισεν ἡ γραφὴ τὰ πάντα ὑπὸ ἁμαρτίαν. Syrus dixit ܚܒܫ & vers. 23. ἐφρουρούμεθα συγκεκλεισμένοι εἰς τὴν μέλλουσαν πίστιν, dixit ܟܕ ܡܚܒܫܝܢ *conclusi, constricti.* & sic alibi semper proprie *ligandi, alligandi, obligandi* significationem habet. unde & apud Hebr. חָבַשׁ dicitur de medicis obligantibus vulnera emplastris & fasciis. item de viatoribus equos asinosve sternentibus, & eorum cingula adstringentibus. Hinc planus eruitur sensus, *Zelo afficiuntur erga vos, non bene, sed includere vos volunt, ut & vos zelo afficiamini erga ipsos.* id est, magnum amoris studium erga vos simulant, sed ficte. hoc enim agunt, ut vos sibi includant, ut vos in se tanquam incarceratos constringant, vel sibi obstringant & obligent, ut & vos ipsorum studiosi & observantes sitis. Arabs eadem voce usus est qua Syrus, يريدون حبسكم *volunt incarcerare vos.* ut & in proverbio illo Arabico لا تحبس الطاوس والحمامة جملة. quod Scaliger & Erpenius verterunt, *Ne incarcera pavonem & columbam simul.*

VERS. 30. Οὐ γὰρ μὴ κληρονομήσῃ ὁ υἱὸς τῆς παιδίσκης μετὰ τοῦ υἱοῦ τῆς ἐλευθέρας. Observandum hîc, causam cur excludatur Ismaël hæreditate, non esse simpliciter quod concubinæ, sed quod ancillæ fuerit filius. Concubinarum enim, si ingenuæ essent & Israëliticæ, hæreditatem quoque adibant filii. Quod R. D. Kimchi aperte testatur in Comment. ad 2 Sam. 9. 7. ubi scrupulum movens, quod soli Mephibosetho omnia Saulis regis bona possidenda dederit, diserte dicit, ובני רִצְפָּה בת איה היו גם כן יורשים של שאול וא״ע שהם בני פילגש אם כן היאך היה כוח ביד דוד לתת הכל למפיבשת *Filii Ritspæ filiæ Ajæ erant quoque hæredes Saulis, etsi essent filii concubinæ. si sic est, quomodo fuit in potestate Davidis omnia dare Mephibosetho?* Solvi dubium, quod non per modum hæreditatis, sed donationis adierit Mephibosetth has possessiones: quia tota Saulis hæreditas ob perduellionis crimen in manus Davidis erat devoluta. Quin & concubinarum, quarum incestus erat & turpis concubitus, liberi, qui ממזרים proprie dicebantur,

ad

ad hæreditatem admittebantur. ſic enim habet Rambam in Halachath Nechaloth cap. 1. כל הקרובין בעברה יורשין ככשרים כיצד כגון שהיה לו בן ממזר או אח ממזר הרי אלו כשאר בנים וכשאר אחין לנחלה: *Omnes propinqui, etiam per transgreſſionem, hæredes ſunt, non aliter quam legitimi. quomodo? Ex gr. ſi cui ſit filius ſpurius, aut frater ſpurius, ecce illi habent ſe ad hæreditatem ſicut reliqui filii, & ſicut reliqui fratres.* At qui ex ancilla ſunt aut extranea, ſecus. ſic enim pergit Maimonides, אבל בנו מן השפחה או מן הנכרית אינו כן להבר מן הדברים ואינו יורש כלל: *Sed filius ejus ex Ancilla aut extranea non habetur filius in ullo eorum quæ dicta ſunt, neque ullo prorſus modo hæres eſt.* Plura qui vult, adeat doctiſſimum tractatum Johan. Seldeni de ſucceſſionibus ad leges Hebræorum c. 3.

CAP. V.

VERS. 26. Μὴ γινώμεθα κενόδοξοι. Syrus ad verbum ולא נהוא ܣܪܝܩܝ ܫܘܒܚܐ *Et ne ſimus vacui gloria.* Ambitioſi enim, quique vanæ gloriæ ſunt cupidi, etiam quum ſe plurimum gloriæ conſecutos arbitrantur, vacui ſunt gloria, quia vanum eſt & inane quod aſſecuti ſunt. veriſſimumque eſt, quod cap. 1. Aboth ait Hillel, נגד שמא אבד שמיה, *qui attrahit nomen, perit nomen ejus.*

CAP. VI.

VERS. 12. ἵνα μὴ τῷ σαυρῷ τοῦ Χριστοῦ διώκωνται. Beza *ne ob crucem Chriſti perſecutionem patiantur.* ſecutus Eraſmum. Melius procul dubio Vulgatus, *ne crucis Chriſti perſecutionem patiantur.* ad verbum, *ne cruce Chriſti perſecutionem patiantur.* quomodo omnino vertendus Syrus, ܕܒܙܩܝܦܗ ܒܪܕܘܦܝܐ ܗܘ ܕܡܫܝܚܐ ܠܐ ܢܬܪܕܦܘܢ quod non recte Tremellius, *Tantum ut propter crucem*, &c. Senſus verus eſt, ne crucem Chriſti patiantur. Belgice, **op dat ſy met Christi cruyce niet vervolght en worden**, id eſt, ne eâdem cruce affligantur qua Chriſtus afflictus fuit. aut, ne crucem ſubire cogantur, quam Chriſti doctrina fert. Arabs cum Syro prorſus convenit. nam τῷ σαυρῷ vertit per præpoſitionem ب, quæ non *propter* ſignificat, ſed ablativum format.

ANIMADVERSIONES IN EPISTOLAM AD EPHESIOS.

CAP. I. VERS. XVIII.

πεφωτισμένους τοὺς ὀφθαλμοὺς, &c. Syrus tranſtulit quaſi legeretur καὶ πεφωτισμένους. Beza accuſativos abſolute accepit, *illuminatis oculis.* quod per Genitivum efferre ſolent Græci. interdum tamen etiam per accuſativum. ut apud Ariſt. ὥσπερ οὐκ αὐτῷ χώραν τινὰ οὖσαν, *quaſi non eſſet ei regio ulla*, pro χώρας τινὸς οὔσης. vide quæ annotavimus ad Actor. 26. verſ. 3. poſſet & εἰς τὸ εἶναι ſubintelligi, *ut ſint illuminati oculi.* ſicut Jac. 2. verſ. 5. *Elegit pauperes* πλουσίους ἐν πίστει pro εἰς τὸ εἶναι πλουσίους *ut eſſent divites in fide.* Actor. 5. verſ. 31. τοῦτον ὁ θεὸς ἀρχηγὸν καὶ σωτῆρα ὕψωσε, pro εἰς τὸ εἶναι ἀρχηγὸν, *hunc Deus exaltavit ut eſſet dux & ſervator* Rom. 8. verſ. 29. προώρισε συμμόρφους τῆς εἰκόνος τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ. *prædeſtinavit ut eſſent conformes imagini filii ſui.*

CAP. III.

VERS. 11. ܗܘ ܕܛܝܒ ܗܘܐ ܡܢ ܥܠܡܝܢ: ܘܥܒܕܗ ܒܝܫܘܥ Tremel. *Id quod præparatum fuerat à ſeculis, & fecit illud in Ieſchua.* Boder. in Reg. *quæ quidem futura erat à ſeculo, facta vero in Ieſchua.* In Pariſ. *Ipſa quæ futura erat à ſeculo, & fecit illud &c.* Videntur viri doctiſſ. mendum ſtatuiſſe in ܕܛܝܒ, ac legi voluiſſe ܕܛܝܒܐ quod pro iſto ſubſtitutum reperies in edit. Pariſ. mendo manifeſtiſſimo, quum enim antecedat fœminium ܗܝ, legendum fuerat ܕܛܝܒܐ ܗܘܬ, & pro ܗܘܐ, ܗܘܬ optima eſt lectio Syra, ac vertenda, *quam præparaverat à ſeculis, & effecit eam in Ieſu.* Eodem modo Arabs, التي اعدها

اعدها منذ اوايل الدهور واكملها بيشوع *quam præparavit ab initiis seculorum, & perfecit eam in Iesu.*

VERS. 15. Ἐξ οὗ πᾶσα πατριὰ, &c. Vulg. *ex quo omnis paternitas.* Erasm. *ex quo omnis à communi patre cognominatio.* Beza, *ex quo tota familia.* recte. Sic & Arabibus ابوة *paternitas* pro *familia* ponitur. ut in illo Chronologi Elmacini ولم يل الخلافة من ابوة ها شميين غير علي ابن ابي طالب *Neque rexit Chalifatum ex paternitate (i. familia) Hasiemitarum præter Ali filium Abi Talib.*

CAP. IV.

VERS. 16. [Syriac]. Tremel. & Boder. *commissuras.* recte. addimus tantum [Syriac], teste Ferrario, proprie esse *articulum membrorum.* nempe à [Syriac] *solvit.* quia singuli articuli ab invicem sunt soluti, & non nisi per compagem uniuntur.

VERS. 19. [Syriac] Tremel. & Boder. *in cupiditate sua.* quater hæc vox extat in Nov. Test. pro πλεονεξίᾳ. ut & verbum [Syriac] pro πλεονεκτεῖν 2 Cor. 12. vers. 17, 18. Ferrarius, [Syriac] *avaritia, vel gulæ vitium, ingluvies.* similiter Lex. Syr. Arab. الشرة *malignitas,* peculiariter, *avaritia.* والنهم *& gulositas.*

CAP. V.

VERS. 4. [Syriac]. Tremellius, *neque obscœnitas.* Boderianus in plurali melius, *neque obscœnitates.* ambo respexerunt Græcam vocem αἰσχρότης. at Syra vox significat *convicium, maledicentiam,* λοιδορίαν, pro qua ponitur 1 Timoth. 5. vers. 14. 1 Petr. 3. vers. 9. ut & verbum [Syriac] semper pro λοιδορεῖν. Quum ergo totus hic versus ageret de peccatis quæ in sermone consistunt, quibus Apostolus opponit τὴν εὐχαριστίαν, explicare voluit Syrus, cujusmodi αἰσχρότητα hîc intelligi putet, nempe quæ consistat in [Syriac], *conviciis.* sic & Arabs ولا الشتم *neque blasphemiæ.*

VERS. 13. Τὰ δὲ πάντα ἐλεγχόμενα, ὑπὸ τοῦ φωτὸς φανεροῦται. πᾶν γὰρ τὸ φανερούμενον, φῶς ἐστι. Posteriora hæc Apostoli verba Syrus vertit, [Syriac] quod Tremel. transtulit *omnis res quæ manifestat, lux est.* Bod. *omne id quod revelat, lux est.* at Syrus non dixit [Syriac] in Benoni, sed [Syriac] in Peil. vertendum itaque, *omne id quod revelatur,* (vel *manifestatur*) *lux est.* existimavit enim Syrus τὸ φανερούμενον apud Apost. passive sumi, non active. Judicent eruditi an non optime. Dixerat Apostolus, ipsos nefanda sua in occulto perpetrare. sed non semper, inquit, in occulto manebunt. redarguentur enim aliquando. & quum redarguentur, à luce manifestabuntur ista opera; & quum sic manifestantur, non amplius occulta sunt, sed lux sunt. Ita Arabs, وكلما كان مكشوفا فهو نور, *& quicquid manifestatum est, lux est.*

VERS. 15. *Videte igitur quomodo ambuletis* [Syriac], Tremel. & Boder. *circumspecte.* non occurit alibi in Nov. Test. ideo positum vult Tremel. pro [Syriac] *cautè.* sed vox est Syris usitata. Ferrarius, [Syriac] *gloriatus est.* [Syriac] *illustris, gloriosus.* ejus fœmin. [Syriac] *illustris.* Lex. Syr. Arab. [Syriac] exponit per [Syriac] *gloriatur.* Arabice يفتخر *gloriatur.* يزهو *intumescit.* In Aphel [Syriac] *illustravit, gloriosum reddidit.* unde in Ritib. Severi de baptismo dicitur [Syriac] *Et sit ipsis sigillum tuum sanctum illustrator & custoditor.* In Lex. Syr. Arab. [Syriac] exponitur per البهي *splendidus.* المهذب (legendum puto المهذب) *concinnus.* البارح *insignis, præstans,* التقي *pius.* النير *illustris.* المضي *lucidus.* sic substantivum [Syriac] per البها *splendor.* التهذيب (fortassis legendum التهذب) *concinnitas.* التقا *pietas.* براعه *præstantia.* جمال *pulchritudo.* افتخار *gloria,* vel *gloriatio.* ex quibus patet adverbium [Syriac] vertendum esse, *splendidè, gloriosè, præstanter, insigniter, pulchrè* &c. vel etiam *piè,* quia nihil pietate splendidius nec gloriosius. Arabs vertit, *videte nunc quomodo ambuletis* بالتطهير والعفة *in munditia & sanctimonia.*

VERS.

VERS. 16. Ἐξαγοραζόμενοι τὸν καιρὸν, ὅτι αἱ ἡμέραι πονηραί εἰσι. Occasione utendum esse monet, ne elabatur. secundum illud Hillelis cap. 2. Aboth על תאמר לכשאפנה אשנה שמא לא תפנה *Noli dicere, donec vacabit mihi differam studium legis, fortasse non vacabit.* Videtur autem phrasis Apostoli petita ex Dan. 2. vers. 8. ubi Nebucadnetsar Magis tergiversantibus dicit, *Pro certo scio* דִּי עִדָּנָא אַנְתּוּן זָבְנִין *quod vos tempus emitis.* ubi LXX eadem phrasi qua Apostolus, ἐπ' ἀληθείας οἶδα ἐγὼ ὅτι καιρὸν ἐξαγοράζετε ὑμεῖς. Sensus apud Danielem est, sicut qui emunt, hoc omni studio agunt, & in hoc pecuniam expendunt, ut merces sibi dentur, quibus egent, ut ex iis usum suum, tanquam ex propriis capiant: Ita vos hoc unum agitis ut tempus vobis detur, existimantes nihil nunc esse quo magis egeatis, quodque ad imminens ex edicto meo malum effugiendum utilius vobis esse queat. Sic & Apostolus vult, ut inter omnia bona tempus gratiæ nobis sit preciosissimum, utilissimum & saluberrimum, quod maxime nobis dari velimus, & datum prorogari, adeoque non negligendum, nec permittendum ut sine fructu nobis elabatur.

VERS. 33. Ἡ δὲ γυνὴ, ἵνα φοβῆται τὸν ἄνδρα. Ellipsin habet illud ἵνα. qualis est in Enchiridio Epicteti paragr. 23. ἂν πτωχὸν ὑποκρίνεσθαί σε θέλη, ἵνα καὶ τοῦτον εὐφυῶς ὑποκρίνῃ. *Si mendicum te in scena* (hujus vitæ) *agere vult* (Deus) *vide ut & eam personam ingeniose agas.*

CAP. VI.

VERS. 2. Τίμα τὸν πατέρα σου καὶ τὴν μητέρα σου. Hebræi dicunt כבוד אב ואם *honorare patrem & matrem* esse ex illis rebus שאדם אוכל מפירותיהם בעולם הזה והקרן קיימת לו לעולם הבא *quarum fructus homo edit in hoc seculo, sors autem permanet ei in futurum seculum.*

VERS. eodem. *Et hoc est primum præceptum* ܕܡܠܟܐ Boder. in Reg. *quo promittitur.* id est ܕܡܠܟܐ ܒܗ. In Paris. autem, ut & Tremel. *quod promittit.* non improbo. antehac enim aliquoties monuimus, formam ܦܥܝܠ nunc passive, nunc active sumi. Hæc autem apud Apostolum sequuntur post Τίμα τὸν πατέρα. apud Syrum autem antecedunt. & *honora patrem*, sequitur tanquam citatio verborum quinti præcepti. sic & apud Arabem, وهذه الوصية الاولي المامور بها اكرم اباك وامك, *& hoc est præceptum primum, in quo jubetur, honora patrem tuum & matrem tuam.* Videntur legisse, ἥτις ἐστὶ πρώτη ἐντολὴ ἐν ἐπαγγελίᾳ, Τίμα τὸν πατέρα σου καὶ τὴν μητέρα σου. & ἐπαγγελία quidem Arabs non accepit pro *promissione*, sed pro *denunciatione* sive *edicto*. id enim quoque significat. ut & ἐπαγγέλλω *denuncio, indico.*

VERS. 12. Πρὸς τὰς ἀρχὰς, πρὸς τὰς ἐξουσίας, πρὸς τοὺς κοσμοκράτορας, &c. Perinde est ac si dixisset, adversus Deos hujus mundi: sic enim Diabolus vocatur 2 Cor. 4. vers. 4. Hebræi vocant רשויות. ut in Sanhedr. cap. 4. paragrapho 4. שלא יאמרו הרבה רשויות בשמים *ne dicant, multæ sunt potestates in cœlo,* i. e multi Dii.

VERS. 16. &c. ܕܒܗ ܬܫܟܚܘܢ ܠܡܥܕܟܘ ܚܝܠܬܢܐ Tremel. *per quod inveniamini validi* (Boder in Par. *fortes*) *ad extinguendum* &c. sed ܚܝܠܬܢܐ abstractum nomen est, non concretum. deinde *inveniamini* ܬܫܬܟܚܘܢ diceretur Syris. at verbum ܐܫܬܟܚ, ut & in Kal ܫܟܚ nihil aliud est quam *potuit*. Inde in Lex. Syr. Arab. ܡܫܟܚܢܐ مستطيع ܡܫܟܚܢܘܬܐ *potens, possibilis.* الاستطاعة ܡܫܟܚܢܘܬܐ *potentia.* ممكنة ܡܫܟܚܢܘܬܐ *possibilitas.* melius ergo in Reg. *ut* (potius *per quod*) *viribus valeatis extinguere.* constructio tamen Syriaca potius est, *vires valeatis*, vel *possitis potentiam*, id est simpliciter, valeatis, possitis. nam in Lex. Syr. Arab. ܡܫܟܚ ܚܝܠܐ simpliciter vertitur يستطيع *potest.* Ut & in Kal apud Ferrarium ܫܟܚ ܚܝܠܐ *potens.* Idem ergo est quod Apost. dixit, ἐν ᾧ δυνήσεσθε. Arabs الذي به تقووا علي اطفاء *per quod possitis super extinctione*, i. ex phrasi Arab. possitis extinguere.

ANIMADVERSIONES IN EPISTOLAM AD PHILIPPENSES.

CAP I. VERS. XXIII.

ܠܡܫܪܐ ܪܓܝܓ ܐܢܐ. Tremellius & Boder. *liberari concupisco.* Malim, *migrare,* vel *decedere cupio.* Ferrarius ܫܪܐ *abiit, discessit.* Item *decessit, obiit.* sic in Tharg. Cant. 1. vers. 1. de Mose dicitur, כד אתא זמנה למפטר מן עלמא, *quum venisset tempus ejus migrandi ex mundo.* Rabbini quoque, teste Elia in Thisbi, mortuum vocant נִפְטָר *qui decessit.* Nam & in Hebraismo 1 Sam. 19. vers. 10. וַיִּפְטַר מִפְּנֵי שָׁאוּל vertitur, *& discessit à facie Saulis.* Apostolus dixit, ἐπιθυμίαν ἔχων εἰς τὸ ἀναλῦσαι. Vulgatus, *desiderium habens dissolvi.* rectius Beza, *ad remigrationem.* Nam & Luc. 12. vers. 36. ἀναλύσῃ ἐκ τῶν γάμων est *reverti à nuptiis.* Qui plura de hac significatione verbi ἀναλύειν cupit, videat Exercit. Euangel. Sculteti lib. 1. cap. 62. ubi miror impingi Clariss. Bezæ, quod ἀναλῦσαι verterit per *dimissionem,* quum potius verterit per *remigrationem,* & doctissimum addiderit commentarium. Arabs vertit لاني اشتهي ان ازول وفارق الدنيا *quia cupio recedere, & discedere à mundo.*

VERS. 27. ܕܐܢ ܐܬܐ ܐܚܙܝܟܘܢ ܘܐܢ ܪܚܝܩ ܐܢܐ ܐܫܡܥ ܥܠܝܟܘܢ Boder. *Ut sive venerim invisam vos, sive absens audiam de vobis.* videtur *invisam* construere cum *ut,* quasi ܕ in ܕܐܢ construendum esset cum ܐܚܙܝܟܘܢ. videtur & Tremel. ita accepisse, *ut sive veniam, videam vos, & sive absens sim, audiam de vobis,* &c. Ego malim illud ܕ *ut* construere cum ܐܫܡܥ *audiam,* & vertere, *ut sive veniens videam vos, sive absens sim audiam de vobis,* &c. ut conveniat cum verbis Apostoli, ἵνα εἴτε ἐλθὼν καὶ ἰδὼν ὑμᾶς, εἴτε ἀπὼν, ἀκούσω τὰ περὶ ὑμῶν. Usitatum enim est Syris, ut verba ܐܬܐ & ܐܙܠ regentes post se aliud verbum in eodem tempore, absque copula, per participium exponantur, vel certe copula subaudienda. ut Matth. 20. vers. 9. ܘܐܬܘ ܢܣܒܘ *& venerunt, acceperunt,* id est, *& venientes acceperunt,* vel, *& venerunt & acceperunt.* Mat. 22. 15. ܐܙܠܘ ܢܣܒܘ eodem sensu quo superius. Ita & hoc loco, *ut sive veniam videam,* i. veniens videam, vel veniam & videam. Sequitur in eodem versu, ܘܟܠܟܘܢ ܐܟܚܕܐ ܙܟܝܢ ܒܗܝܡܢܘܬܐ, Trem. *& decertetis simul per fidem.* Boder. *Et superiores evadatis simul in fide.* Malim cum *excellatis,* vel, *& triumphetis simul in fide.* est enim ܙܟܐ *vicit, triumphavit.* ܙܟܝܐ *victor, præstans, splendidus.* Sic & Arabs تغلبون اجمعون بايمان, *excellentes,* vel *conspicuè vos gerentes simul in fide.*

CAP. II.

VERS. 1. ܘܐܢ ܒܘܝܐܐ ܕܠܒܐ Tremel. & Boder. in Par. *& si est locutio in corde.* In Reg. melius, *sive lenimen cordis.* vide quæ annotavimus ad Joan. 11. vers. 19. Ferrarius ܒܘܝܐܐ ܕܠܒܐ *solatium, consolatio.* Arabs تسكين القلب *mitigatio cordis.* Adde tantummodo, etiam in Hebraismo inveniri מִלֵּא pro *consolari.* ut Jer. 31. vers. 26. וְכָל־נֶפֶשׁ דָּאֲבָה מִלֵּאתִי *& omnem animam dolentem consolatus sum.* proprie *implevi.*

VERS. 12. Τὴν σωτηρίαν ὑμῶν κατεργάζεσθε. Beza, *salutem vestram conficite.* Vul. & Erasm. *operamini.* Syrus ܦܠܘܚܘ ܦܘܠܚܢܐ ܕܚܝܝܟܘܢ *operamini opus salutis vestræ.* Nos vertimus, *operamini circa salutem vestram,* καὶ τὴν σωτηρίαν ὑμῶν ἐργάζεσθε. Imo quamvis sine καὶ dixisset simpliciter, τὴν σωτηρίαν ὑμῶν ἐργάζεσθε, sensus non esset, *salutem vestram efficite,* sed idem quem jam nunc dedimus. sicut 1 Cor. 9. vers. 13. οἱ τὰ ἱερὰ ἐργαζόμενοι, non sunt *qui sacra efficiunt,* sed *qui circa ea operantur.* Et Apoc. 18. vers. 17. ὅσοι τὴν θάλασσαν ἐργάζονται non sunt *qui mare efficiunt,* sed *circa illud occupati sunt.* Et Johan. 6. vers. 27. ἐργάζεσθε τὴν βρῶσιν

τὴν

τὴν μένουσαν, non est *efficite cibum permanentem*, sed *operamini circa eum*: ita & hîc ἐργάζεσθε aut κατεργάζεσθε τὴν σωτηρίαν non est *salutem efficere*, sed *circa eam operari & laborare*, ea tractare quæ ad salutem faciunt. Porro, si unumquemque salutem suam operari oportet, improbe docentur in Papatu plebei, salutis suæ negocium pastoribus omnino committere. præclarum est illud Hillelis cap. 1. Aboth, אם אין אני לי מי לי: *si egomet non sum mihi quis sim?* verum prudenter & piè addit, וכשאני לעצמי מה אני *& quando ego sum mihi, quid sum ego?* ut sciamus, nostrum quidem esse salutis nostræ negocium sedulo curare, nec aliis id credere. à Deo tamen semper pendendum esse, sine quo nihil sumus. quod & Apostolus hîc vers. seq. inculcat. Nec minus præclarum est, quod cap. 2. Aboth dicit R. Tarphon, לא עליך המלאכה לגמור ולא אתה בן חורין ליבטל ממנה, *non tui officii est opus perficere. at nec liberum tibi est ab eo cessare.* q.d. Dei est, non tuum, perficere salutis opus. nec tamen inde sequitur, totum hoc Deo ita relinquendum, ut otiosus cesses.

CAP. IV.

VERS. 6. Μηδὲν μεριμνᾶτε ἐν ἀλλ᾽. παντὶ τῇ προσευχῇ καὶ τῇ δεήσει μετ᾽ εὐχαριστίας τὰ αἰτήματα ὑμῶν γνωριζέσθω πρὸς τὸν Θεόν. Quum enim sollicitudo nostra nihil prosit, quod Servator multis docet Matth. 6. vers. 27. &c gemitus & quærelæ ad Deum possunt plurimum. recte Arabes سِلَاحُ ٱلضُّعَفَاءِ ٱلشِّكَايَةُ *arma infirmorum querela.*

VERS. 11. *Didici, in quibus sum*, αὐτάρκης εἶναι, *contentus esse.* Nunquam ergo fuit pauper. pauper enim, qui multa cupit. unde אֶבְיוֹן eum à concupiscentia dixerunt sapientissimi Hebræi: ut non eum qui plurimis destituitur, sed qui pluribus inhiat, pauperem censeas. divitem vero, qui sua sorte contentus est. Optime itaque Arabes eâdem voce غَنِيٌّ dixerunt τὸ πλούσιον καὶ τὸ αὐτάρκη. similiterque una voce غِنًى τὸ πλοῦτον καὶ τὴν αὐτάρκειαν. Liceat nobis hac occasione difficiliorem quendam Alcorani locum explicare, qui est in capite fraudationis. ubi postquam conquestus esset Pseudopropheta, quosdam infideles esse & tergiversari, addit وَٱسْتَغْنَى ٱللَّهُ وَٱللَّهُ غَنِيٌّ حَمِيدٌ, Erpenius, *Et divitias quærit Deus, & Deus est dives, laudatus.* Verte, *at* αὐτάρκειαν *suam implorat Deus, est enim Deus* αὐτάρκης, *laudandus.* sensus est, non curat Deus ipsorum tergiversationes, neque enim ipsis eget, sed in propria sua αὐταρκείᾳ acquiescit, quippe revera in se ipso αὐτάρκης. quod eo libentius attulimus, ut proximum Deo esse sciamus, qui sua sorte est contentus.

ANIMADVERSIONES IN EPISTOLAM AD COLOSSENSES.

CAP. I. VERS. XIX.

ܕܒܗ ܗܘ ܐܨܛܒܝ ܟܠܗ ܫܘܡܠܝܐ ܠܡܥܡܪ Tremel. & Boder. *Quia in ipso voluit ille* Pater *omnem plenitudinem habitare.* Existimo melius cum Syriasmo convenire, si ܗܘ sumatur pleonastice, & vertatur, *quia in ipso voluit omnis plenitudo habitare.* Arabs certe vertit, لان التمام كله فيه شاء ان يحل *quia perfectio omnis in eo voluit habitare.* quam interpretationem admittunt quoque verba Apostoli, ὅτι ἐν αὐτῷ εὐδόκησε πᾶν τὸ πλήρωμα κατοικῆσαι. id est, quicquid in Deo est Majestatis, potentiæ, & bonitatis, id omne in Christo voluit habitare, & per eum reconciliare sibi omnia, &c.

VERS. 23. *Si manseritis in fide vestra*, ܐܢ ܬܩܘܘܢ ܒܗܝܡܢܘܬܟܘܢ ܟܕ ܫܪܝܪܝܢ : ܘܠܐ ܡܫܪܪܐ ܫܬܐܤܬܟܘܢ Tremel. *firmo existente fundamento vestro, & non dimoveamini.* Bod. *confirmato fundamento vestro, nec dimoveamini.* malim, *nec dimotis vobis.* neque enim dubium est, quin sicut ܫܪܝܪܝܢ ita & ܡܫܪܪܐ ܫܬܐܤܬܟܘܢ regatur à ܟܕ per copulam in ܘܠܐ. ad verbum, *quum firmum sit fundamen-*

mentum vestrum, & non dimoveamini, id est per ablativos absolutos, firmo existente fundamento vestro, vobisque non dimotis. τεθεμελιωμένοι καὶ ἑδραῖοι, καὶ μὴ μετακινούμενοι.

Cap. II.

Vers. 8. Philosophiam cum elementis mundi conjungit Apostolus, quia doctores Hebræorum universum tabernaculum, seu templum, ceremoniasque eo pertinentes, ad Philosophiam referebant, ut ad Actor. 7. vers. 43. annotavimus. ideoque quamdiu duraturus esset mundus, durare quoque ceremonias Mosis debere contenderent, ut naturæ scientia, ibi occultata, inde disceretur. Paulus verò omnia Christum respexisse contendit.

Vers. 18. ܟܕ ܡܬܡܪܚ ܥܠ ܡܕܡ ܕܠܐ ܚܙܐ Tremel. *nixus re quam non vidit.* Boder. *dum innititur super eo quod non vidit.* מעא apud Arabes significat, *ambulare, gradi, currere.* Atque ita Masius in Peculio Syro dicit usurpari apud Syros pro ὁρμᾶν, *concitari, & cum impetu ferri ad aliquid agendum.* pro ἐπιχειρεῖν, *aggredi.* vertemus ergo, *aggrediens illud*, vel, *accurrens ad illud quod non vidit.* quod proprie est illud Apostoli, ἃ μὴ ἑώρακεν ἐμβατεύων. Ferrarius ܡܪܚ *ausus est.* ܡܪܚܐ *audacia.* hinc vertendum, *audens id quod non vidit.* sic Lex. Syr. Arab. docet ܐܬܡܪܚ significationem habere ܡܢ ܡܪܚܐ ܘܡܬܡܪܚܢܘܬܐ *ab audacia.* Arabice exponit, يقدم ويجتري ويتجاسر quæ tria significant *audere, audacter ad rem aliquem contendere.* sic & Interpres Arabs ان تقدم علي ما لا يعاين *audacter prorumpens ad id quod non videt.*

Vers. 19. ܒܫܪ̈ܝܢܐ. Male sic scribitur in Cothenensi. male etiam in Reg. ܒܫܪ̈ܝܢܐ. at recte Vienn. ܒܫܪ̈ܝܢܐ. Usitatum est ܫܪ̈ܝܢܐ pro *lorica.* addit Ferrar. etiam *arteriam* significare. id si recte, vertendum erit *per arterias.* Tremel. & Boder. *per commissuras.* διὰ ἁφῶν dixit Apostolus. & Eph. 4. vers. 16. διὰ πάσης ἁφῆς Syrus vertit ܒܟܠ ܫܪܝܢ Inquirant ergo eruditiores an idem sint ܫܪܝܢܐ & ܫܪ̈ܝܢܐ: an vero ut vult Ferrarius, illud *articulum membrorum*, hoc *arteriam* significet. Arabs illic διὰ πάσης ἁφῆς vertit بكل عرق *per omnem arteriam.* hîc διὰ ἁφῶν بعروق *per arterias.*

Cap. IV.

Vers. 5. Ambulate in sapientia erga extraneos ܘܙܒܢܘ ܙܒܢܝܟܘܢ Tremellius & Boderianus, *Et redimite occasionem vestram*, vel *opportunitatem vestram.* At non dixit Syrus in peal ܙܒܢܘ, ubi hoc verbum significat *emere.* sed in peal ܙܒܢܘ ubi semper significat *vendere.* Vertendum itaque, *& vendite opportunitatem vestram.* videtur Syrus existimasse, ἐξαγοραζόμενοι apud Apostolum passive sumi, ac si καιρὸν ἐξαγοραζόμενοι vertas, *opportunitate exempti.* qui autem rem aliquam possidens, per pecuniam ea eximitur, is eam divendit. atque ita *opportunitate exempti*, vel *opportunitate vos eximentes*, esset, *opportunitatem vendentes.* Hoc fortasse voluit, ut non sui, sed extraneorum haberent rationem, nec quid sibi, sed quid illis opportunum esset, spectarent. Nisi dicamus vitium esse in Syriaca punctatione, etsi exemplaria consentiant. Certe Eph. 5. vers. 16. eandem Apostoli phrasin vertit per Peal, ܙܒܢܝܢ ܙܒܢܝܗܘܢ *qui redimunt opportunitatem suam.* Quin & hoc ipso loco Arabs vertit وابتاعوا منفعتكم *& emite utilitatem vestram.* itaque mendum videtur, ac legendum ܘܙܒܢܘ.

ANIMADVERSIONES IN EPISTOLAM PRIOREM AD THESSALONICENSES.

Cap. I. Vers. V.

ܡܛܠ ܕܡܣܒܪܢܘܬܢ Boder. *propterea quod Euangelium nostrum*, &c. Melius Tremel. *prædicatio nostra.* Malim *Euangelizatio nostra.* differt enim ܣܒܪܬܐ *Euangelium*

à

illam rem de qua præcedentibus versibus actum à ܡܟܪܙܘܬܐ, quod actionem denotat ejus qui dicitur ܡܟܪܙܢܐ *prædicator Euangelii.* Explicare voluit Syrus τὸ εὐαγγέλιον ἡμῶν non dici eodem sensu quo τὸ εὐαγγέλιον Χριστοῦ, sed dici Apostoli Euangelium ratione prædicationis, adeoque intelligi ipsam Euangelizationem. Sic & Arabs لان تبشيرنا *quia Euangelizatio nostra.* Euangelium enim انجيل dicitur.

CAP. II.

VERS. 3. &c. ܒܥܘܬܐ ܓܝܪ ܕܝܠܢ ܠܐ ܗܘܬ ܡܢ ܛܘܥܝܘܬܐ Tremel. & Boderianus, *Exhortatio enim nostra non fuit ex errore.* at Syra vox ܒܥܘܬܐ nihil aliud significat quam *consolationem.* vertendum itaque, *Consolatio nostra non fuit ex errore*, aut *ex seductione.* in Græco est, ἡ παράκλησις ἡμῶν. quæ vox cum ambigua sit, & nunc pro exhortatione, nunc pro consolatione sumatur, Syrus posteriori modo intellexit. q. d. non fallax fuit consolatio quam per doctrinam Euangelii vobis subministravimus adversus perpessiones, de quibus ante egerat. videndum an non optime sensum assecutus sit. Arabs quoque habet تعزيتنا *consolatio nostra.*

VERS. 7. *Sed fuimus inter vos humiles* ܐܝܟ ܡܪܒܝܢܝܬܐ ܕܡܪܚܡܐ ܒܢܝܗ Tremel. & Bod. *Sicut nutrix quæ diligit liberos suos.* In Regiis, *quæ amore complectitur liberos suos.* Ego, *quæ fovet liberos suos.* sicut Apost. dixit θάλπῃ. verbum enim ܪܚܡ in Peal est *ardere, calere.* in Pael, *accendere, calefacere, fovere.* in Aphel demum significat *diligere.* itaque ܡܪܚܡܐ est *quæ diligit.* at ܡܪܚܡܐ ܕ *quæ fovet.* quod & recte observavit D. Masius in Peculio Syro. vel simpliciter, *quæ complectitur filios suos*, nempe sinu ad fovendum. In Lex. Syr. Arab. ܪܚܡ vertitur ضم *complexus est.* Sic sequenti etiam versu ܗܟܢܐ ܐܦ ܚܢܢ ܡܪܚܡܝܢܢ ܠܟܘܢ vertimus, *si etiam nos fovemus*, vel *complectimur* quod Apost. dixit ἱμειρόμενοι ὑμῶν. Syrus illud ὑμῶν omisit. At *nos diligimus vos*, dicit ܡܪܚܡܝܢܢ ܠܟܘܢ cap. 3. vers. 12.

CAP. III.

VERS. 3. &c. ܘܠܐ ܐܢܫ ܡܢܟܘܢ ܢܬܪܦܐ ܒܗܠܝܢ Boderianus, *ne quis vestrum succidatur in afflictionibus istis.* Sed quia ܬܬܪܦܐ fœminini gen. est, & post se habet Dativum, melius Tremel. subintellexit vocem fidei, & vertit, *ne cui vestrum fides succidatur.* Malim tamen impersonaliter sumere, & simpliciter vertere, *ne cui vestrum succidatur.* Nam *succiditur ei*, apud Syros est, *animo cadit, animum despondet.* ut Hebr. 6. vers. 12. ἵνα μὴ νωθροὶ γένησθε, dixit ܕܠܐ ܬܬܪܦܐ ܠܟܘܢ *& ne succidatur vobis.* Et Hebr. 10. v. 38. pro καὶ ἐὰν ὑποστείληται, dixit ܘܐܢ ܢܬܪܦܐ ܠܗ *si succiditur ei.* id est, *si animo cadit.* opponitur enim τῷ πιστεύοντι.

CAP. IV.

VERS. 6. Τὸ μὴ ὑπερβαίνειν, καὶ πλεονεκτεῖν ἐν τῷ πράγματι τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ. Doctissimus interpres Beza, *Et ne quis opprimat & habeat quæstui in negocio fratrem suum.* Intelligit de negociatione mercium quæ fit inter homines, in qua Deus vetet oppressiones & fraudes, ut nova sit & alia à præcedentibus admonitio. ideo articulum τῷ, cui alias demonstrandi vim fortasse plus satis tribuit, hîc neglexit. & τὸ ὑπερβαίνειν vertit *oppressit*, quod nostrates dicunt, **ptemandt ober het lyf gaen**/ eleganti Metaphora. quamvis dubitem an hunc spectet locus, quem tanquam parallelum in annotationibus citat ex Deut. 28. vers. 44. ubi verba textus habent, הַגֵּר אֲשֶׁר בְּקִרְבְּךָ יַעֲלֶה עָלֶיךָ מַעְלָה מָּעְלָה וְאַתָּה תֵרֵד מַטָּה מָּטָּה ubi, *ille ascendet super te sursum sursum*, non oppressionem, sed excellentem eminentiam, sicut, *Et tu descendes deorsum deorsum*, insignem depressionem denotare videtur. Septuaginta, ἐκεῖνος ἀναβήσεται (non ὑπερβήσεται) ἐπὶ σε ἄνω ἄνω, σὺ δὲ καταβήσῃ κάτω κάτω. Eodem sensu & Chaldæus. Disquirant autem docti, an non versus hic Apostoli eodem spectet quo & præcedentia, nempe ad castitatem: ut τῷ πράγματι significet illud negocium,

illam rem de qua præcedentibus versibus actum sit, & τὸ ὑπερβαίνειν καὶ πλεονεκτεῖν referatur ad adulterium, proficiscens ἐκ πάθους ἐπιθυμίας cujus fecerat mentionem. probat id & versus sequens. cur enim ὑπερβαίνειν καὶ πλεονεκτεῖν τὸν ἀδελφὸν non licet? οὐ γὰρ ἐκάλεσεν ἡμᾶς ὁ θεὸς ἐν ἀκαθαρσίᾳ, ἀλλ' ἐν ἁγιασμῷ. ergo ad ἀκαθαρσίαν illa pertinent. Atque ita explicat *D. Hieronymus* in Commentariis ad Ephesios cap. 4. vers. 19. ubi ad illa verba Apostoli, tradiderunt se impudicitiæ, in operationem immunditiæ omnis in avaritia (ἐν πλεονεξίᾳ) commentatur, *ea non ad avaritiam, ut sonat simpliciter pertinere, sed ad libidinem atque luxuriam.* Et addit, *Debemus hunc sensum alterius loci testimonio comprobare. In prima ad Thess. Epistola scribitur, hæc est voluntas Dei*, &c. *ut sciat quisque vas suum* &c. *ut ne quis supergrediatur & circumscribat in negocio fratrem suum. Diligenter observa: quia ad castitatem nos provocans, & volens uxoribus tantum contentos esse dixerit: Ne quis supergrediatur & circumscribat in negocio fratrem suum, id est, ne suam conjugem derelinquens, alterius polluere quærat uxorem.* Hæc Hieronymus. ubi non tantum verba illa sensu copulat cum præcedentibus, sed & copulam *Et* quæ in Græco ad τὸ μὴ ὑπερβαίνειν non invenitur, à doctissimo autem interprete est addita, ipse omisit, quia uno sensu ex præcedentibus fluunt. Si quis autem τὸ πλεονεκτεῖν non recte ad impudicitiam referri existimet, explicationem petat ex loco isto ad Ephesios, ubi agit de iis qui ἀπηλγηκότες ἑαυτοὺς παρέδωκαν τῇ ἀσελγείᾳ, εἰς ἐργασίαν ἀκαθαρσίας πάσης ἐν πλεονεξίᾳ, ubi recte Hieronymus, Quum nihil omnino prætermiserint quod immundum sit, hoc totum fecere in avaritia: dum nunquam luxuriando satiantur, nec eorum terminum habet voluptas. aut certe ultra concessam viri ad fœminam conjunctionem, ad majora conscendunt, masculi in masculos turpitudinem operantes. Hæc iterum ille. quibus addo, Cur non hoc sit ὑπερβαίνειν καὶ πλεονεκτεῖν τὸν ἀδελφὸν; Eodem sensu accepit Syrus, qui vertit ܘܠܐ ܠܗܘܢ ܡܡܪܚܝܢ ܠܡܥܒܪܘ ܘܠܡܛܠܡܘ ܐܢܫ ܠܐܚܘܗܝ ܒܗܢܐ ܨܒܘ ܕܨܒܘܬܐ Quæ Tremellius vertit, *Et ne audeatis irritare & injuria afficere vir fratrem suum in aliquo negocio.* Non probo. nam neque ܡܪܚ significat unquam *irritare*, neque ܨܒܘ *aliquid*. Vertendum censeo, *Et ne audeatis transgredi, & avare fraudare quisque fratrem suum in hoc negocio*, id est in negocio impudicitiæ de quo ante actum fuit: nam τῷ πράγματι sumpsit pro τούτῳ τῷ πράγματι. recte transtulit Boder. in Paris. minus bene in Reg. Arabs, ولا يجترون على ان يتجاوزوا ذلك وعلي ان يتعصب الانسان اخا لهذا الامر, *& ne audeant transgredi hoc, neque rapere quisquam fratrem ad hanc rem.* manifestum est referre eum τὸ πλεονεκτεῖν ad peccatum Sodomiticum, quo vir virum ad impudicitiam rapiens & cogens, vere πλεονεκτεῖ τὸν ἀδελφόν. Atque ita ὑπερβαίνειν id ipsum est, quod eadem phrasi in Misna dicitur Maccoth cap. 3. § 1. ואלו הן הלוקין הבא על אחותו ועל אחות אביו, id est ad verbum. καὶ οὗτοί εἰσιν οἱ μαστιγούμενοι. ὁ ὑπερβαίνων τὴν ἀδελφὴν αὐτοῦ καὶ τὴν ἀδελφὴν τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, &c. quod idem est atque המגלה ערות אחותו *qui revelat nuditatem sororis suæ*, &c.

Vers. 15. *Nos qui reliqui erimus in adventu Domini, & vivemus,* ܠܐ ܢܕܪܘܟ ܠܗܠܝܢ ܕܕܡܟܘ. Tremel. & Boderian. *non præveniemus eos qui obdormierunt.* at vero ܢܕܪܘܟ nusquam alibi significat *prævenire*, sed semper *assequi, attingere, apprehendere.* verto itaque, *non assequemur eos qui obdormierunt.* id est, ipsi nos prævenient. qui enim alium non assequitur, nec potest apprehendere, ab eo prævenitur. φθάνειν non tantum *prævenire, præoccupare*, sed etiam *assequi*, καταλαμβάνειν significat. qua posteriori significatione Syrus apud Apostolum id accepit. sic & Arabs, لا نلحق بالذين رقدوا *non attingemus eos qui obdormierunt.* Perpendatur an non recte. dicit enim Apostolus sequenti versu, mortuos primos resurrecturos. ergo illi antevertent vivos. ergo vivi in resurrectione eos non assequentur, sed post eos relinquentur, nec prius transmutabuntur, quam mortui resurrexerint, ut tum simul cum eis rapiantur in occursum Domini. Male quoque & Tremel. & Boderianus verterunt illa Syri cap. sequenti vers. 4. ܕܢܕܪܟܟܘܢ ܗܘ ܝܘܡܐ ܐܝܟ ܓܢܒܐ *ut ille dies tanquam fur vos præveniat.* vertendum, *vos assequatur*, aut *vos apprehendat.* καταλάβῃ dixit Apostolus. unde melius in Regiis, *vos deprehendat.*

Cap.

CAP. V.

VERS. 6. ܐܠܐ ܢܗܘܐ ܥܝܪܝܢ ܘܡܬܪܥܝܢ Tremel. & Boder. *sed simus vigilantes & sobrii.* Malim, *vigilantes & mente præditi.* ut ܡܬܪܥܝܢ sit partic. peil conjug. Pael, à nomine ܪܥܝܢܐ *mens, ratio* ὁ νοῦς. νήφω (qua voce hîc usus est Apostolus) non tantum opponitur τοῦ μεθύειν, sed interdum ad mentem relatum sumitur pro φρονέω. & sic Syrus accepit. Ferrarius ܪܥܝܢܐ *ingenium, indoles*, ܡܪܥܝܢܐ *ingeniosus.* sed generalius sumi ܪܥܝܢܐ pro *mente* ac *ratione* certum est ex Marc. 3. vers. 21. unde & in Lex. Syr. Arab. ܡܪܥܝܢܐ exponitur العاقل اللبيب *intelligens, cordatus.* Unde & Arabs hunc locum vertit ولكن لنكن عقلا متيقظين *sed simus intelligentes, vigilantes.*

ANIMADVERSIONES IN EPISTOLAM POSTERIOREM AD THESSALONICENSES.

CAP I. VERS. VII.

ܘܠܟܘܢ ܕܡܬܐܠܨܝܢ ܢܢܝܚ ܥܡܢ Tremel. & Boderian. *Et vobis qui affligimini quietem nobiscum.* ܢܝܚ acceperunt pro ܢܝܚܐ *quies.* quum hoc nomen sit ab Hebr. נוח, Syr. ܢܚ *quiescere.* illud autem verbum sit conjug. Aphel, à verbo ܐܚܐ *vivere, servari.* vertendum itaque, *Et vos qui affligimini servet nobiscum.* explicavit nempe quid sit apud Apost. *requiem reddere*, ἀνταποδοῦναι ἄνεσιν, scilicet *servare, salutem dare.* Arabs tamen habet ويريحكم *& quietem det vobis.* quod Syriace dicendum ܘܠܟܘܢ ܢܢܝܚ.

VERS. 8. ܡܐ ܕܬܒܥ ܬܒܥܬܐ ܒܫܠܗܒܝܬܐ ܕܢܘܪܐ Tremel. & Boder. in interlineari edit. *Quum sumet ultionem in vehementia ignis.* In Regiis autem, *igne depascente.* vertendum est, *in flamma ignis*, ut Apostolus dicit, ἐν πυρὶ φλογὸς, quod Syrus recte accepit per Anastrophen pro ἐν φλογὶ πυρὸς. eum autem esse vocis Syriacæ usum patet ex Psal. 18. vers. 9. ubi ܘܢܘܪܐ ܡܢ ܩܕܡ ܐܦܘܗܝ ܐܬܫܠܗܒܬ D. Erpenius vertit, *Et ignis à facie ejus inflammatus est.* D. Sionita Syrus, *Et ignis à facie ejus exarsit.* Atque ita D. Masius in Peculio Syro recte docet, verbum hoc in Ethpaal significare *æstuare, accendi, inflammari.* Sic Act. 5. v. 33. ܘܡܫܬܠܗܒܝܢ ܗܘܘ ܒܚܡܬܐ quod Tremel. vertit, *dissecabantur ira.* Boder. *corripiebantur ira.* Melius vertas, *inflammabantur ira.* quæ explicatio est Apostolici διεπρίοντο. Unde obiter emendandam censemus versionem loci cujusdam in ritibus Severi pag. 25. Narraverat Severus, quum accessisset Christus ut baptizaretur in Jordane, aquas fluminis absque igne & absque lignis fuisse calefactas. ac Christum Joanni dixisse, accede & baptiza me. respondisse autem Joannem, ܠܐ ܡܫܟܚ ܐܢܐ ܠܡܓܙܠ ܫܠܗܒܝܬܐ Boderianus vertit, *fieri non potest, ut assumam rapinam.* ab Hebr. גזל *rapere.* vertendum censeo, *non possum tenere flammam.* q. d. aqua ista instar flammæ calida est, non possum eam apprehendere. Ad quod statim sequitur Christi instantia. Dextram tuam tantum impone capiti meo, & ego baptizor. Addo Lex. Syr. Arab. ubi ܫܠܗܒܐ ܕܢܘܪܐ ܘܫܠܗܒܝܬܐ vertuntur لهيب النار والاشتعال تاجج *flamma ignis & incendii, fervor.*

CAP. II.

VERS. 8. καὶ τότε ἀποκαλυφθήσεται ὁ ἄνομος, ὃν ὁ Κύριος ἀναλώσει τῷ πνεύματι τοῦ στόματος αὐτοῦ. Videtur omnino respexisse Apostolus locum Esa. 11. vers. 4. וּבְרוּחַ שְׂפָתָיו יָמִית רָשָׁע *& Spiritu labiorum suorum interficiet improbum.* Unde liquet, Christum, de quo in utroque loco manifeste agitur, non esse Vulgarem κύριον *Dominum*, sed verum Deum. sicut enim non nisi de vero Deo dici potuit Psal. 33. vers. 6. *Spiritu oris ejus facti sunt omnes exercitus eorum*, sic non nisi de vero Deo, *Spiritu oris sui consumet impium.*

Cap. III.

Vers. 5. ܘܠܡܣܒܪܢܘܬܗ ܕܡܫܝܚܐ Tremel. & Bod. *Et ad exspectationem Christi.* ܡܣܒܪܢܘܬܐ alibi *Euangelizationem, prædicationem significat.* hic pro ὑπομονὴ ponitur, quod passim per ܡܣܝܒܪܢܘܬܐ efferri solet. Ac vix dubito, quin & hoc loco ita sit legendum. præsertim quum in Vienn. Exemplari inter ܣ & ܒ vestigium aliquod literæ Jod observare liceat. quod & Act. 2. vers. 30. in ܒܦܣܝܡܝܢ observavimus, pro quo in Reg. & Cothen. male est ܒܦܣܡܝܢ. Secundum hanc lectionem vertendum, *& ad tolerantiam Christi,* id est, ad patientiam in ferendis afflictionibus Jesu Christi. Fateor tamen verbum ܣܒܪ non tantum pro *Euangelizare*, sed & pro *sperare* sumi. unde fortassis derivetur ܡܣܝܒܪܢܘܬܐ quod utramque verbi sui significationem retineat. etsi id mihi non probetur.

ANIMADVERSIONES IN EPISTOLAM PRIOREM AD TIMOTHEUM.

Cap I. Vers. IV.

Καὶ γενεαλογίαις ἀπεράντοις. Habebat quæque tribus, & quæque familia Judæorum suum כתב היחס *librum prosapiæ*, ut ex Esra apparet. & quia variæ quæstiones ac disceptationes circa prosapias oriebantur, præsertim post captivitatem & dispersionem Babylonicam, habebant libros controversiarum genealogicarum, quos Benjamin in Itinerario vocat משגרות השאלות *extracta quæstionum*, & cum כתב היחס *libro prosapiæ* conjungit, editionis Leydensis p. 83.

Cap. II.

Vers. 2. ὑπὲρ βασιλέων καὶ πάντων τῶν ἐν ὑπεροχῇ ὄντων, ἵνα ἤρεμον καὶ ἡσύχιον βίον διάγωμεν. Hoc ipsum est, quod R. Hanina præcipit c. 3. Aboth הוי מתפלל בשלומה של מלכות שאלמלא מוראה איש את רעהו חיים בלעו: *Precare pro pace regni. nisi enim esset timor ejus, homines se invicem vivos deglutirent.*

Vers. 6. ὁ δοὺς ἑαυτὸν ἀντίλυτρον ὑπὲρ πάντων. Hebraice, אשר נתן עצמו כפרה על כלם cujus vocis quæ sit vis & usus apud Hebræos, disci potest ex Talm. tract. Sanhedrim cap. 2. ubi populus summum sacerdotem, mortuum suum lugentem & funerantem, his verbis consolatur, אנו כפרתך *nos simus expiatio tua*, id est, utinam tuum malum in nos derivari queat, nosque in locum tuum substituti nostro malo tuum redimere possimus.

Vers. 7. *Cujus ego positus sum præco & Apostolus (veritatem dico & non mentior)* ܕܗܘܝܬ ܡܠܦܢܐ ܕܥܡܡܐ Tremel. & Boder. *quia fuit*, vel *(factus sum) doctor gentium.* Malim, *ut essem doctor gentium.* ܕ enim quoque valet *ut*, non tantum futuro junctum, sed & Benoni, nonnunquam etiam præterito. quod frequens est in verbo ܗܘܐ. ut vel ex sequenti versu constare potest. videtur id melius quadrare verbis Apostoli, εἰς ὃ ἐτέθην ἐγὼ κήρυξ καὶ ἀπόστολος· ἀλήθειαν λέγω ἐν Χριστῷ, οὐ ψεύδομαι· διδάσκαλος ἐθνῶν. Ut sensus sit, positus sum præco & Apostolus, ut essem doctor gentium. alioqui sensus erit, non mentior, quia factus sum doctor gentium. ac tum parenthesis, cui, *veritatem dico & non mentior*, inclusimus, auferenda. Sic Arabs, اني قد صرت معلما للشعوب *quia factus sum doctor gentium.*

Cap. III.

Vers. 15. Ἥτις ἐστὶν ἐκκλησία θεοῦ ζῶντος, στῦλος καὶ ἑδραίωμα τῆς ἀληθείας. Sic vocatur Ecclesia, quatenus veritatem ex Scriptura & per eam adversus errores ac hæreses tuendo, eam fulcit ac stabilit in cordibus hominum, ne collabatur. quo elogio quivis etiam pro suo modulo commendari potest, qui veritatem fortiter tutatur. quemadmodum Theodoretus homilia 10 de Providentia, de Petro

&

& Joanne dicit. βλέπε τίνων τ̃ Πέτρον κ̀ Ἰωάννην, τοὺς πύργους τ̃ εὐσεβείας, τοὺς στύλους τ̃ ἀληθείας, τοὺς τ̃ Ἐκκλησίας τὴν οἰκοδομὴν ὑπερείδοντας. Ubi eos facit non tantum veritatis, sed & Ecclesiæ columnas, idque non tantum quatenus dum viverent viva voce utramque sustinuerunt, sed & quatenus adhuc sunt τὴν τ̃ ἐκκλησίας οἰκοδομὴν ὑπερείδοντες, *Ecclesiæ structuram suffulcientes.* quod non nisi per scripta sua faciunt. atque ita S. Scriptura est, per quam Ecclesia veritatem, & veritas Ecclesiam, & viri θεοδίδακτοι tum Ecclesiam tum veritatem fulciunt ac stabiliunt.

CAP. IV.

VERS. I. *Quidam discedent à fide & ibunt* ܘܢܐܙܠܘܢ ܒܬܪ ܪ̈ܘܚܐ ܛܥܝܬܐ. Tremel. & Boder. *post spiritus deceptores*, vel *impostores*. Malim, *post Spiritus errantes.* προσέχοντες πνεύμασι πλάνης. *deceptores* enim vel *impostores* dixisset in Aphel ܡܛܥܝܢܝܬܐ ibi enim *fallere, decipere* significat. at in Kal simpliciter *errare, seduci.* sic Arabs ويتبعون الارواح الضلة *& sequentur spiritus errantes.*

VERS. 3. κωλυόντων γαμεῖν, ἀπέχεσθαι βρωμάτων, &c. Invehi hic Apostolum, non in eos qui vetant, sed qui jubent abstinere à cibis, luce meridiana clarius est ex argumentis in textu sequentibus. Itaque viri docti volunt, ante ἀπέχεσθαι subaudiri κελευόντων. Syrus vertit ܘܟܠܝܢ ܠܡܙܕܘܓܘ ܘܡܦܪܫܝܢ ܡܢ ܡܐܟ̈ܘܠܬܐ *& prohibent matrimonio jungi, & avertunt à cibis.* quasi legisset, κωλυόντων γαμεῖν, καὶ ἀπεχόντων βρωμάτων. est enim ἀπέχειν interdum transitivum, facere abstinere, avertere. Arabs vertit, quasi legisse, καὶ ἀπεχομένων βρωμάτων, ويجتنبون الاطعمة *& abstinent à cibis.*

CAP. V.

VERS. I. *Senem ne objurgaveris,* ܐܠܐ ܐܦܝܣܝܗܝ Tremel. & Boder. *sed exhortare eum.* proprie *sed persuade ei ut patri.* ea enim perpetua hujus verbi significatio est. Id est, ne objurgatoriis, sed persuasoriis verbis erga eum utere, ut Oratores solent qui gratis sermonibus persuadere conantur. Arabs بل اطلب اليه وعزه كالاب *sed precare eum, & solare eum tanquam patrem.* sicut ἀλλὰ παρακάλει ὡς πατέρα, Vulgatus transtulit, *sed obsecra ut patrem.* optime meo judicio.

VERS. 4. Ἀμοιβὰς ἀποδιδόναι τοῖς προγόνοις. huc pertinet illud Chaliphæ Alis, برّ الوالدين سلف *benefacere parentibus, debitum est ex jam ante persoluto pretio.* سلف est species emptionis, qua pretium solvitur ante acceptas merces. repende parentibus beneficia, mercem das, cujus pretium jam diu accepisti.

VERS. 13. Ἅμα δὲ καὶ ἀργαὶ μανθάνουσι περιερχόμεναι τὰς οἰκίας· οὐ μόνον δὲ ἀργαὶ, ἀλλὰ καὶ φλύαροι καὶ περίεργοι, λαλοῦσαι τὰ μὴ δέοντα. Syrus vertit, *Discunt autem etiam pigritiam, circumeuntes inter domos. & non solum pigritiam, sed & multiplicare sermonem, & spargere vana, & loqui quod non oportet.* Apparet Syrum post ἀργαὶ supplevisse ellipsin verbi εἶναι, quæ deinde in φλύαροι & περίεργοι influat. quod secutus Cl. Beza vertit, *Simul autem etiam otiosæ esse discunt circumeuntes domos: imo non solum otiosæ,* &c. quam ellipsin duram esse & insolentem, quivis credo fatebitur. Laudo Vulgatum qui transtulit, *Simul autem & otiosæ discunt circuire domos,* &c. ubi Enallage participii περιερχόμεναι pro Infinitivo περιέρχεσθαι non tantum non est dura, sed & Græcis usitatissima, quibus tritum est, μέμνημαι ἰδὼν pro ἰδεῖν *memini videre.* διατέλει ἀγαπῶν *perge amare.* οὐ παύσομαι φιλῶν *non cessabo amare.* Atque ita reprehendit Apostolus juniores viduas, quod quum debeant esse οἰκουροὶ *domum custodientes,* Tit. 2. 5. assuescant alienas domos circuire, quod vitium quatuor alia habet adjuncta, 1. otium. 2. nugacitatem. 3. curiositatem. 4. loqui quæ non decent. φλύαροι Beza recte vertit *nugaces.* id enim proprie vox significat. quia autem nugaces fœminæ fere sunt garrulæ & futiles, Vulgatus vertit *verbosæ.* Syrus *multiplicare sermonem.* περίεργοι autem Syrus ܢܒܕܪܢ ܣܪ̈ܝܩܘܬܐ pro quo Tremel. *sectentur vana.* Boderianus in interlineari versione *agitent vana.* nos, *spargant* vel *spargere vana.* est enim ܒܕܪ *sejungere, facere distare,* adeoque *spargere.* qui enim spargit, conjuncta sejungit. non male intellexit Syrus, τὰς περιέργους dici, quasi περισσὰ ἐργαζομένας, teste Hesychio, id est, qui sua, quæ soliditatem fere habent, negligentes, aliena, superflua fere & vana sunt, curiose inquirunt, adeoque quaquaversum discursitantes suas

suas spargunt vanitates. Arabs vertit ويحكين الاباطيل *& narrent vana.*

V ERS. 14. Μηδεμίαν ἀφορμὴν διδόναι τῷ ἀντικειμένῳ λοιδορίας χάριν. Vulg. *Nullam occasionem dare adversario maledicti gratia.* Beza, *Ad maledicendum.* Alii, *ut habeat causam maledicendi.* Disquiratur, an non rectius χάριν referatur ad διδόναι, ut causa reddatur cur velit juniores viduas nubere. nempe, *ut nullam occasionem dent adversario maledicti.* sic χάριν frequenter pro ἕνεκα usurpatum, Substantivo vel Infinitivo postponitur. recte constructio esset, μηδεμίαν ἀφορμὴν λοιδορίας τῷ ἀντικειμένῳ διδόναι χάριν.

V ERS. 15. ܟܒܪ ܕܗܫܐ ܓܝܪ : ܫܪܝܘ ܐܢܫ ܐܢܫ ܠܡܣܛܐ ܒܬܪ ܣܛܢܐ. Tremel. *Jam enim cœperunt plures avertere se post Satanam.* Ambiguum est ad virosne an ad fœminas referat, de quibus versu præcedenti actum fuit. ambiguitatem sustulit Boder. in Reg. *Jam enim cœperunt nonnullæ deflectere post Satanam.* sicut & ambigua Apostoli verba, ἤδη γάρ τινες ἐξετράπησαν ὀπίσω τοῦ Σατανᾶ. Vulgatus fœminino genere vertit, *Jam enim quædam conversæ sunt retro Satanam.* ut & Beza. At Syri verba id non ferunt. nam ܫܪܝܘ ܐܢܫ ܐܢܫ *masculina sunt*, ac vertenda. *cœperunt nonnulli.* quod autem ܟܒܪ ܕܗܫܐ ܓܝܪ verterint tantum, *jam enim*, nec hoc rectum. verto, *propterea quod jam enim.* causam reddit, quare versu sequenti moneat, ut si quis vir aut mulier viduas habeat, sustentet eas & non gravet Ecclesiam, propterea quod jam quidam cœperunt declinare post Satanam. Sic & Arabs, مع انه الان اخذ انسان با لميل الي الشيطان فان كان لانسان &c. *nam quia jam inceperunt quidam declinare ad Satanam, ideo si habeat quis*, &c.

V ERS. 16. *Si quis vir fidelis aut mulier fidelis habet viduas*, ܢܬܦܪܢܣܘܢ ܐܢܝܢ ܘܠܐ ܢܐܩܪܘܢ ܥܠ ܥܕܬܐ. Tremel. & Boder. in Par. *nutriant eas, & non onerent Ecclesiam.* ambiguum est, referaturne *onerent* ad viduas, an ad easdem personas quibus dictum est, *nutriant eas.* quam ambiguitatem ut tolleret in Reg. vertit, *alant eas, ne sint oneri Ecclesiæ,* omissa copula ܘ. ut & fecit Arabs. quæ ne omittatur, nec sit ambiguitas, verto, *nutriant eas, neque sint illæ oneri Ecclesiæ.* mutatur enim in Syro genus.

V ERS. 17. Διπλῆς τιμῆς ἀξιούσθωσαν. Fortassis respicit Apostolus legem primogeniti, qua Deut. 21. vers. 17. duplex portio ei dari jubetur, quæ פִּי שְׁנַיִם Hebræis, διπλᾶ Græcis Interpretibus dicitur, Chaldæo תרין חולקין *duæ partes.* Potior, scilicet, excellentior & honoratior totius familiæ persona erat primogenitus. Hinc Elisæus, tanquam discipulorum omnium Prophetæ Eliæ præcipuus ac præstantissimus, *Da mihi*, inquit פִּי שְׁנַיִם בְּרוּחֲךָ *duplam portionem de Spiritu tuo*, 2 Reg. 2. vers. 9. Quod R. Levi filius Gersom his verbis interpretatur, ר"ל במה שהאצלת מרוחך על כל בני הנביאים יהיה הנאצל לי מרוחך פי שנים על כל אחד מהם: *mens ejus est, in eo quod reservasti de Spiritu tuo omnibus Prophetarum filiis, sit id, quod mihi reservatum est de Spiritu tuo, duplex portio supra unumquemque eorum.* additque, id ex lege primogenitorum petitum esse. idem patrem suum sensisse, testatur R. David Kimchi in Comment. ad istum locum. In eandem sententiam videtur hîc Apostolus eos qui bene præsunt, tanquam primogenitos quosdam, atque inter cæteros eximios & præcellentes, duplici honoris ac mercedis portione dignos judicasse.

V ERS. 25. ܗܟܢܐ ܐܦ ܓܒܪ̈ܐ ܛܒ̈ܐ *Sic etiam viri boni.* sic habent Editiones Vienn. Reg. Par. Plantin. in 16. At Tremel. & manuscr. Raphelengii עבדא, quod in Cothen. male legitur ܥܒ̈ܕܐ id enim *servos* significat. scribe ܥܒ̈ܕܐ *opera.* ut Apostolus dixit, ὡσαύτως καὶ τὰ καλὰ ἔργα πρόδηλά ἐστι. Sic & Arabs, وكذلك الاعمال الصالحة *& similiter opera bona*, &c.

C AP. VI.

V ERS. 2. *Qui autem habent dominos fideles, ne contemnant eos eo quod fratres sui sunt: sed magis inserviant eis.* ܡܛܠ ܕܡܗܝܡ̈ܢܐ ܐܢܘܢ ܘܚܒܝ̈ܒܐ ܗܢܘܢ ܕܡܬܢܝܚܝܢ ܒܬܫܡܫܬܗܘܢ Boder. in Reg. *quia fideles sunt & dilecti illi, quorum in ministerio fruuntur requie.* Ad servos retulit illud *fideles & dilecti.* ut sensus sit, fideles esse istos servos & dilectos, in quorum ministerio heri acquiescunt.

cunt. Melius meo judicio in Parif. retulit ad heros, & vertit, *quia fideles ſunt & dilecti, qui contenti ſunt in miniſterio eorum.* ſic & Tremellius. ad verbum verto, *quirequiſcunt*, vel *refocillantur in miniſterio eorum.* ſic & Arabs, وهولاء الذين يستريحون في خدمتهم لهم *& ii qui refocillantur in miniſterio eorum ſibi.* ſenſus loci eſt, tantum abeſſe, ut ſervi contemnere heros debeant quod fideles & fratres ſint, ut tanto potius magis ſervire iis debeant, quia fideles ac dilecti ſunt, ac tales qui læti quod à fidelibus atque in Chriſto fratribus ſerviantur, refocillationem etiam ex miniſterio eorum capiunt. Non laudat hanc ſententiam Doctiſſ. Beza. mihi tamen vehementer arridet, & cum Apoſtoli mente optime quadrare videtur, qui dixit, ὅτι πιστοί εἰσι καὶ ἀγαπητοὶ, οἱ τῆς εὐεργεσίας ἀντιλαμβανόμενοι, quæ verto, *quia fideles ſunt & dilecti qui hanc beneficentiam animo percipiunt.* Sæpe enim ἀντιλαμβάνεσθαι ſignificat apprehendere, ſentire, percipere, ſive ſenſu corporis ſive animo. vide Theſ. Steph. cui addo locum Theodoreti, oratione 5. de Providentia, ubi de cane venatico dicit, ἐντεταλμένος ἰχνεῦσαι θήραν ὑπὸ κυνηγέτου κελευόμενος, καὶ τῶν ὀσμῶν ἀντιλαμβάνεται, καὶ ταύταις οἷον ἴχνεσί τισι κατ᾽ ἀκρίβειαν ἑπόμενος, οὐ πρότερον ἀφίσταται, ἕως οὗ εὕρῃ τὸ θήραμα. *Hinc inveſtigare feram à venatore juſſus, etiam odores percipit, & hoſce, tanquam veſtigia quædam, accurate ſequens, non prius deſiſtit, quam feram invenerit.* Senſus eſt, quum ſervi fideles fidelibus heris fideliter ſerviunt, miniſterium hoc pro beneficentia habetur heris, quam animo apprehendunt, ſentiunt, ac percipiunt cum oblectatione ac mentis quadam refocillatione.

VERS. 6. *Quæſtus magnus eſt pietas* μετὰ αὐταρκείας cauſa ex multis una peti poteſt ex illo Alis اِسْتِرَاحَةُ ٱلنَّفْسِ مِنَ ٱلْيَأْسِ *quies animæ eſt ex* αὐταρκείᾳ. يَأْس *nihil appetere.*

ANIMADVERSIONES IN EPISTOLAM POSTERIOREM AD TIMOTHEUM.

CAP I. VERS. XIII.

VERS. 13. ܢܗܘܐ ܠܟ ܕܡܘܬܐ ܕܡ̈ܠܐ ܚܠܝܡ̈ܬܐ ܕܫܡܥܬ ܡܢܝ܂ Tremel. *Sint tibi formulæ ſermonum ſanorum, quos à me audiviſti.* non admittit eam verſionem Syntaxis Syriaca. Boder. in Pariſ. *Sint tibi forma ſermonum ſanorum*, &c. ubi non in Syriaſmum tantum, ſed & in Latiniſmum peccatur. fortaſſis legendum in plur. *formæ.* recte vero in Reg. *Forma tibi ſint ſani ſermones quos audiviſti à me.* malim ܕܡܘܬܐ vertere *exemplar.* eſt enim id quod oculis intuendum ſubjicitur, ut ad id aliud efformetur. à ܚܙܐ ex quieſcentibus media vau, *intuitus eſt.* Ferrarius ܚܙܘܐ *viſio, viſus. Agnus hornus. Carbo extinctus. Exemplum, exemplar. Populus arbor.* Lex Syr. Arab. ܕܡܘܬܐ ܘܚܙܘܐ النضر والتحديق *veluti viſiones, aſpectus & intuitus.* rurſus, ܕܡܘܬܐ ܐܝܠܢܐ شجر الحور *arbor populus.* Eodem ſcilicet nomine apud Arabes quo apud Syros.

CAP. II.

VERS. 15. ὀρθοτομοῦντα τὸν λόγον τῆς ἀληθείας. Beza, *qui recte ſermonem veritatis ſecet.* Arabs يقطع بكلمة الحق باستقامة *ſecantem in verbo veritatis recte.* Vulgatus accepit latius, *recte tractantem verbum veritatis.* ut & Syrus ܡܟܪܙܝܢ ܬܪܝܨܐܝܬ ܠܡܠܬܐ ܕܫܪܪܐ *prædicantem recte verbum veritatis.* Optime ſane. nam ὀρθοτομεῖν tum apud LXX. tum apud alios probatos auctores ſumitur pro *recte aliquid tractare.* Fortaſſe tamen reſpexerit Apoſtolus, quod apud Hebræos verſus Biblici vocentur פסוקים τμήματα: & textus Biblicus פסוק *ſectio,*

 à

à verſibus in quos ſecatur. quippe circa iſtum textum verſantur, פוסקים בתורה *ſecantes in lege.* quam phraſin ad amuſſim hîc expreſſit Arabs, quum dixit يقطع بلة الحق idem eſt quod הפוסק בדבר אמת, *ſecantem in verbo veritatis*, id eſt, verſantem circa פסוק textum Biblicum, qui eſt verbum veritatis. id qui recte facit, dicitur ὀρθοτομεῖν. De his vide doctiſſ. Commentar. Fulleri Miſcell. ſacr. lib. 3. cap. 16.

Vers. 16. *A ſermonibus vanis, in quibus non eſt utilitas, abſtine: magis enim* ܢܘܣܦܘܢ ܥܠ ܥܘܠܗܘܢ ܗܢܘܢ ܕܥܢܝܢ ܒܗܝܢ Boder. in Reg. *addent ad impietatem eorum qui talia reſpondent.* Melius in Pariſ. & Tremel. *qui occupantur in eis.* Sed ubique erratum, quod ܥܘܠܗܘܢ ܗܢܘܢ ܕܥܢܝܢ verterint *impietatem illorum.* ſi enim poſt ܗܢܘܢ pleonaſticum, ܕܥܢܝܢ facit Genitivum, dicendum fuerat ܕܥܢ̈ܝܢ. deinde quod ܢܘܣܦܘܢ retulerint ad ܡ̈ܠܐ ܣܪ̈ܝܩܬܐ, ac ſi ſenſus eſſet, ſermones vani addent ad impietatem eorum qui occupantur in illis. ſic enim dicendum fuerat ܢܘܣ̈ܦܢ in fœminino. vertendum ergo, *addent ad impietatem ſuam qui occupantur in illis.* ad perſonas refertur ܢܘܣܦܘܢ. ſic & Arabs فان الذين يالغونه يزيدون كثيرا في نفاقهم. *nam qui aſſueſcunt ei, addent multum ad impietatem ſuam.*

Vers. 23. ܡܬܚܪ̈ܝܢܐ ܣܟ̈ܠܐ ܐܝܠܝܢ ܕܠܐ ܡܪܕܘ ܐܢܘܢ ܐܫܬܐܠ ܡܢܗܘܢ. recte vertit Tremel. *Altercationes ſtultas, quæ ineruditæ ſunt, fuge.* Graviſſime autem hallucinatur D. Maſius in Peculio Syro f. 28. ubi ܡܪܕܘ vult eſſe Paul Hiphil, poſitum pro ܡܪܕܝ ܗܘ quod exponit, *eruditus eſt.* at neque expoſitio illa loco ullatenus aptari poteſt, quia non de perſona aliqua inerudita, ſed in plurali num. altercationibus ineruditis agitur. neque ܡܪܕܝ Paul Hiphil eſt, ſed ejus potius Benoni. Paul autem, ſi modo uſitatum ſit, eſt ܡܪܕܝܘ ut ܡܥܡܕ *ablutus.* ܡܪܕܘ itaque nomen ſubſtantivum eſt, ſignificans *eruditionem*, eſtque contractum per Apocopen ex ܡܪܕܘܬܐ, quod nomen pro diſciplina & caſtigatione uſurpatur 1 Corinth. 10. verſ. 11. Hebr. 12. verſ. 5. à ܪܕܐ *caſtigavit, erudivit.* fateor tamen idem non quoque ſumi pro *defectione*, 2 Theſſ. 2. verſ. 3. à מרד *defecit, rebellavit.* quod hujus loci non eſt.

Vers. 25. Μήποτε δῷ αὐτοῖς ὁ θεὸς μετάνοιαν. Apud Græcos μήποτε eſt *ne forte.* hîc autem *ſi forte* ex Syriaſmo. ubi ܕܠܡܐ, proprie *ne forte*, ſæpe eſt *ſi forte.* ut Rom. 11. verſ. 14. Actor. 8. verſ. 22. Atque eodem ſenſu hîc quoque Syrus dixit ܕܠܡܐ. μή Sæpe eſt *an.* verti ergo poteſt, exſpectans *an forte daturus ſit ipſis Deus reſipiſcentiam.*

Cap. III.

Vers. 2. ܘܠܐ ܡܫܬܡܥܝܢ ܗܘ ܠܐ ܡܠܐ̈ܢܫܝܗܘܢ Tremel. *Qui iis qui præſunt ſibi non obtemperant.* recte autem annotat, ad verbum ſonare, *hominibus ſuis.* ſed quia addit, tam in Manuſc. quam impreſſo codice, hæſitaſſe videtur an ſpurium eſſet. Obſervandum igitur ܐ̈ܢܫܐ in plur. cum affixis dici de parentibus & cognatis. quod non ex hoc tantum loco probatur, ſed & ex Luc. 1. verſ. 41. ܘܐ̈ܢܫܘܗܝ *& homines ejus*, id eſt, parentes ejus ibant quotannis Hieroſolymam. verſu autem 44. *quæſiverunt eum* ܠܘܬ ܐ̈ܢܫܝܗܘܢ *apud cognatos ſuos.* ſic Marc. cap. 5. verſ. 19. Obſervetur quoque ܠܒܝܬܟ ✱ ܠܘܬ ܐ̈ܢܫܝܟ eſſe ſynonyma.

Vers. 6. ܘܫܒܝܢ ܢܫ̈ܐ ܕܛܡܝܪ̈ܢ ܒܚܛܗ̈ܐ Tremel. & Boderian. in interlin. verſ. *& captivas ducunt mulieres, quæ cuſtodiuntur in peccatis.* at ܛܡܪ eſt Hebr. טמן *abſcondere.* vertendum itaque, *quæ abſconditæ ſunt in peccatis*: id eſt, quæ tanto peccatorum cumulo premuntur, ut ſub iis quaſi abſconditæ ſint & defoſſæ. itaque melius in Regiis, *oneratas peccatis*, γυναικάρια σεσωρευμένα ἁμαρτίαις.

VERS. 14. ܐܢܬ ܕܝܢ ܩܘܡ ܒܡܕܡ ܕܝܠܦܬ ܘܐܬܬܟܠܬ Tremel. & Boder. *Tu vero persiste in iis quæ didicisti, & in quibus confirmatus es.* ad verbum est, *tu vero mane in quibus didicisti, & confirmatus es.* verbotenus expressit Græca, Σὺ δὲ μένε ἐν οἷς ἔμαθες καὶ ἐπιστώθης. Vulgatus ἐπιστώθης vertit *credita sunt tibi.* Beza, *concredita sunt tibi.* quasi ἐπιστεύθης, quod Syriace dicendum fuisset ܘܐܬܗܝܡܢܬ ܠܟ. sed aliud est πιστεύεσθαι, aliud πιστοῦσθαι. prius dicitur de eo cui creditur, alterum de eo qui certus ac persuasus redditus magis credit. Hezychius ἐπιστώθη, ἐπείσθη, ἐπληροφορήθη πιστευθὲν, βεβαιούμενον τὸ λεχθέν. Et in activo πιστώσαντες, οἱ πίστεις ἀλλήλοις ἔδοσαν. quo sensu 2. Machab. 7. 24. de Antiocho dicitur, μεθ' ὅρκων ἐπίστου *cum juramentis fidem faciebat* adolescenti, eumque persuasum reddere conabatur, fore ut magnis eum divitiis cumularet, si à patria religione deficeret. Ita ergo & hoc loco καὶ ἐπιστώθης vertendum, *& de quibus plene persuasus es,* vel, *& quorum tibi certa fides facta est:* recte Syrus ܘܐܬܬܟܠܬ *& confirmatus es.*

CAP. IV.

VERS. 6. *Ego autem immolor,* ܡܬܢܩܐ ܐܢܐ ܘܙܒܢܐ ܕܐܫܬܪܐ ܩܪܒ Boder. *& tempus quo dissolvar instat.* Tremel. *& tempus quo resolvar appropinquat.* Malim, *& tempus quo dimittar advenit.* etsi enim ܫܪܐ proprie significet *solvere*, sæpe tamen etiam est *dimittere.* ut ܫܪܐ ܟܢܫܐ *dimisit turbas.* Matth. 14. 23. ܘܫܪܝܗܝ *& dimisit eum.* Luc. 8. vers. 38. ut non tam dissolutio corporis & animæ, quam dimissio è mundo significetur, qua ipsi permittatur reditus in cælestem patriam. Apostolus dixit, καὶ ὁ καιρὸς τῆς ἐμῆς ἀναλύσεως ἐφέστηκε. Vulgatus, *& tempus resolutionis meæ instat.* Malim cum Beza, *remigrationis meæ.* eodem sensu quo Phil. 1. vers. 23. dixit, ἐπιθυμίαν ἔχων εἰς τὸ ἀναλῦσαι. in quem locum vide Commentarium Bezæ, & nostras observationes. Arabs hîc habet وقد حضر وقت زوالي, *& jam advenit tempus recessus mei.* eodem modo quo Phil. 1. 23. dixerat اشتهي ان ازول *cupio recedere.*

VERS. 10. *Demas me dereliquit, postquam mundum dilexit.* Quoniam enim Pauli studia à mundo prorsus dissentirent, quippe cui mundus crucifixus erat, & ipse mundo, Gal. 6. 14. non potuit non Demas mundum diligens à Paulo mundum versus abstrahi. Nam ut ait Comicus, idem velle & idem nolle, ea demum vera est amicitia. facile ab amico, amicus dicitur. Eleganter Arabes, خليل المرء دليل عقله *amicus viri est dux intellectus ejus.* id est, quem quis amicus sibi deligit, ab eo intellectus ejus facile ducitur. postquam Demas mundum sibi amicum delegit, adeo se ab eo duci est passus, ut quantus esset Paulus, non amplius intelligeret.

VERS. 13. Τὸν φελόνην &c. Hieronymus legit φαιλόνην in Epist. ad Damasum quæst. 2. ubi dicit, Paulum secundum quosdam sic vocasse volumen Hebræum Pentateuchi.

ANIMADVERSIONES
IN EPISTOLAM
AD
TITUM.

CAP I. VERS. VI.

VERS. 6. ܘܐܝܬ ܠܗ ܒܢܝܐ ܡܗܝܡܢܐ ܕܠܐ ܡܨܛܥܪܝܢ ܘܠܐ ܐܝܠܝܢ ܕܠܐ [illegible] Tremel. *Et qui habet filios fideles, qui non sunt dediti luxuriæ.* Boderian. *qui non lasciviant.* at vero ܡܨܛܥܪܝܢ nec *luxuriæ deditum esse*, nec *lascivire* significat, sed *convitiari.* & cum ܡܨܛܥܪܝܢ possit esse vel Benoni, vel Peil, ego hîc pro peil accipio, & verto, *Et qui habet filios fideles, qui non sunt convitiis obnoxii.* quod Apostolus dixit, τέκνα ἔχων πιστὰ, μὴ ἐν κατηγορίᾳ. quod enim sequitur ἀσωτίας, Syrus non junxit cum præcedenti μὴ ἐν κατηγορίᾳ, sed cum sequentibus, ut legisse videatur, μὴ ἀνυπότακτα δὲ ἀσωτίας, *& non sunt refractarii per luxuriam.*

VERS. 7. Μὴ ὀργίλον. *Non iracundum.* Nam

Nam ut recte Hillel cap. 2. Aboth, ולא הביישן למד ולא הקפדן מלמד, *nec pudibundus* bene *discit*, *nec iracundus* bene *docet*. ubi obiter observandum nomen קפדן, quod à Latino *capitosus*, cum quo significatione convenit, deduci posset. sed præstat à קפד *præcidere*, *decurtare*, *abbreviare* deducere, ut idem sit quod in S. Scriptura קְצַר רוּחַ *brevis spiritu*, id est iracundus. Sic קפדא *iracundia*. Num. 25. v. 8. in Targ. Hierosolymitano, quasi brevitatem & præcipitantiam spiritus dicas. Adde quod iracundus actiones suas & sermones præcidere solet ac decurtare, atque ob hanc ipsam causam ineptus est ad docendum, quod Interpres Hebræus ad dictam Hillelis sententiam his verbis exprimit, הרב שמקפיד על התלמידים כששואלין אותו לא ילמד כראוי, *Magister qui præcidit super discipulos* (id est, præ iracundia breviter nimis nec plene respondet) *quando interrogant ipsum, non docebit prout oportet*.

CAP. II.

VERS. 11. ܐܬܓܠܝܬ ܓܝܪ ܛܝܒܘܬܗ ܕܐܠܗܐ ܡܚܝܢܝܬܐ ܕܟܠ ܒܢܝܢܫܐ ܟܠܗܘܢ. Boder. in Reg. *Patefacta est enim gratia Dei tota salutifera omnibus hominibus*. In Paris. *vivificatrix tota*. Melius Tremel. *Apparuit enim benignitas Dei servatrix omnium*. sed addendum quod omisit, *omnibus hominibus*. Arabs وقد ظهرت نعمة الله محيينا لجميع الناس, *jam manifestata est gratia Dei servans nos omnibus hominibus*.

VERS. 14. *Et purificaret nos sibi ipsi populum novum* ܥܡܐ ܚܕܬܐ ܕܚܣܡ ܒܥܒܕܐ ܛܒܐ, Tremel. *qui studiose bona opera sectaretur*. Boder. *qui studiosus esset bonorum operum*. proprie *qui æmulus esset in operibus bonis*. id est, qui tanto fervore ad bona opera ferretur, ut alius alium æmularetur, & sibi invicem quasi sancte inviderent. ܚܣܡ enim idem est quod ζηλοῦν *æmulari*, *invidere*. in bonum & in malum. sic & Arabs, يتنافس في الأعمال الصالحة *qui æmularetur in operibus bonis*.

CAP. III.

VERS. 2. Ἐνδεικνυμένους πρᾳότητα πρὸς πάντας ἀνθρώπους. Deus enim est φιλάνθρωπος. nec potest placere Deo, qui non studet gratificari hominibus. secundum illud Rabbi Haninæ filii Dosæ cap. 3. Aboth; כל שרוח הבריות נוחה הימנו רוח המקום נוחה הימנו וכל שאין רוח הבריות נוחה הימנו אין רוח המקום נוחה הימנו: *à quocunque Spiritus hominum refocillatur, ab eo etiam refocillatur Spiritus Dei. à quocunque autem Spiritus hominum non refocillatur, nec ab eo Spiritus Dei*. ubi obiter observa, בריות *creaturas* homines designare.

VERS. 13. Ζηνᾶν τὸν νομικόν. *Zenam legisperitum*. At Syrus ܣܦܪܐ & Arabs كاتب *Scribam*. quomodo & νομικὸς ab Arabe vertitur Mat. 22. 35. qui enim ibi νομικὸς dicitur, idem Marc. 12. 28. dicitur fuisse εἷς τῶν γραμματέων. Quin & *amanuensis* ܢܘܡܝܩܐ νομικὸς Syris dicitur. Commentator Syrus ad illa Rom. 16. 22. ἐγὼ Τέρτιος ὁ γράψας τὴν ἐπιστολὴν, annotat ܗܘ ܢܘܡܝܩܐ ܗܘܐ ܗܢܐ ܕܦܘܠܘܣ *nempe scriba* (sive amanuensis) *hic fuit Pauli*.

ANIMADVERSIONES IN EPISTOLAM AD HEBRÆOS.

CAP. I. VERS. II.

Δι' οὗ καὶ τοὺς αἰῶνας ἐποίησε. Hebraice אשר בידו אף העולמים עשה, quod vertere quoque possis, *per quem etiam mundos fecit*. עולם enim Hebræis non tantum *seculum*, sed & *mundum* designat. Et apud Arabes عالم עָאלַם *mundum* potius quam *seculum* denotat, quod الدهر ipsis dicitur. est tamen usitata apud ipsos phrasis,

sis, quæ in limine Alcorani occurrit, الحمد لله رب العالمين *Laus Deo domino mundorum,* quo nomine non varii mundi, sed omnia entia creata, tam in summo quam in imo mundo existentia comprehenduntur. quæ sic denominata volunt à verbo عَلِمَ עלם *scire, nosse.* quia nihil prorsus mundo continetur, unde non cognosci Deus possit, quodque علامة עלאמה *notam, signum, significationem, characterem, indicium* divinæ potentiæ ac bonitatis non exhibeat. Nec inutile hîc fortassis fuerit observare, ad distinguendos creaturarum ordines, Hebræorum sapientes tres constituisse עולמים mundos. quorum primum vocarunt עולם השפל *mundum humilem*, nempe Terram. Alterum עולם התיכון *mundum medium*, qui est sphærarum & stellarum, sive regio aërea. Tertium, עולם העליון *mundum supremum*, domicilium Dei & Angelorum. Si ergo αἰὼν *mundum* hîc denotet, ut alibi passim, ad distinctos istos mundos respexisse dicetur Apostolus, quum in plurali dixit, αἰῶνας ἐποίησε. ut & cap. 11. vers. 3. *fide credimus* κατηρτίσθαι τοὺς αἰῶνας *constructos fuisse mundos.* Usitatissimum est Rabbinis, ac sæpe in Misnah Thorah Maimonidis occurrit, ut Deus dicatur רבון העולמים *dominus mundorum*, id est creaturarum.

VERS. 3. Ὃς ὢν ἀπαύγασμα τῆς δόξης. Syrus, ܕܐܝܬܘܗܝ ܨܡܚܐ ܕܫܘܒܚܗ Boder. *qui est germen gloriæ ejus.* quia Hebræis צמח *germen* est. sed melius Tremel. *qui est splendor gloriæ ejus.* Ferrarius ܨܡܚܐ *splendor.* ܨܡܚ *splenduit.* ܐܨܡܚ *illuminavit.* Lex. Syr. Arab. ܨܡܚ ܡܢ ܨܡܚܐ id est يضي من الضيا *illustrat, à splendore.* Idem ergo est ܨܡܚܐ quod الضيا *splendor, lux, jubar.* & idem ܨܡܚ quod ضي *luxit, splenduit.* unde & hoc loco Interpres Arabs وهو ضيا مجده, *& ipse est splendor gloriæ ejus.* An hinc est quod Jer. 23. 5 וַהֲקִמֹתִי לְדָוִד צֶמַח צַדִּיק, LXX verterint, ἀναστήσω τῷ Δαβὶδ ἀνατολὴν δικαίαν; ἀνατολὴ certe pro splendore usurpatur Esa. 60. vers. 19. ubi נֹגַהּ הַיָּרֵחַ *splendor lunæ* vertitur ἀνατολὴ τῆς σελήνης. proprie *orientem* vel *ortum* significat. sed & de herbis è terra nascentibus dicitur. ut Ezech. 16. vers. 7. צֶמַח הַשָּׂדֶה ἀνατολὴ τοῦ ἀγροῦ. vide & cap. 17. 10. Itaque non ausim in dicto loco Jer. ἀνατολὴν δικαίαν vertere *splendorem* vel *ortum justum.* Malim *germen justum,* ut respondeat proprietati vocis Hebrææ. ἀνατολὴ ibi est βλάστημα, ut vertit Symmachus. quamobrem non displicuit viris doctis, etiam Luc. 1. vers. 78. ἀνατολὴ ἐξ ὕψους vertere *germen ex alto*, ut in prioribus editionibus verterat Clar. Beza. id certe ferendum magis, quam ut apud Jeremiam צֶמַח vertatur *Oriens.* quod tamen maximopere contendit Clar. Scaliger in Elencho Trihæresii p. 150. Etsi enim apud Syros ea vox *splendoris* significationem habeat, non sequitur eandem habere apud Hebræos, ubi צמח proprie de herbis è terra, deinde de pilis & plumis è corpore animalium nascentibus dicitur. Metaphorice autem de qualibet re nova, instar germinantis herbæ, primum apparente. de exortu solis aut sideris alicujus dici, nondum constat. Quod enim Vir incomparabilis צוֹמַח *horoscopum*, id est locum Orientis in Themate genethliaco Hebræis significare tradit, probatum voluissem. Et quamvis esset, refertur fortasse potius ad ipsum infantem qui hoc aut illo sidere oriente ex utero matris velut germen è terra צוֹמֵחַ *progerminat*, quam ad ipsum sidus quod oritur. sicut Christus Hebr. 7. vers. 14. ex tribu Juda dicitur ἀνατεταλκέναι, metaphora procul dubio desumpta à germine potius aliunde pullulante, quam à sidere oriente. præsertim quum & ἀνατολὴν apud LXX. pro germine terræ aliquando sumi, supra probaverimus. malim autem Luc. 1. ἀνατολὴν ἐξ ὕψους *splendorem ex alto*, vertere, quia id sequens metaphora evincere videtur, ἐπεσκέψατο ἡμᾶς, ἐπιφᾶναι τοῖς ἐν σκότει καὶ σκιᾷ θανάτου καθημένοις, quæ omnia ad lucis Metaphoram referenda. rejicit id quidem Doctiss. Scultetus in Exerc. Euang. l. 1. cap. 12. quia ἀνατολὴ non nisi exortum solis, aut regionem unde oritur significet, Christus autem neque exortus rei sit, nec regio unde oritur, sed idipsum quod exoritur. verum supra ex Esa. 60. vers. 19. probavimus ἀνατολὴν etiam pro נֹגַהּ *splendore* accipi, qui id ipsum est quod exoritur.

VERS. 4. Τοσούτῳ κρείττων γενόμενος τῶν ἀγγέλων. Syrus, ܘܗܘܐ ܗܘ ܟܠܗ ܡܝܬܪ ܡܢ ܡܠܐܟܐ. ubi Tremel. *Et tanto potior factus est*

est Angelis. recte. sed quidnam in Syro valeat *tanto*, non quivis fortassis deprehendit. Boder. in Reg. *Et ipse tanto præstantior fuit Angelis.* ܟܠܗ accepit pro *tanto*, non bene. Itaque in Parif. *Et ipse toto excellit præ Angelis.* Neque hoc laudo. malim *& hoc toto*, (vel, hoc omni) *excellit præ Angelis, secundum quod præstantius est nomen quod* &c. ܗܢܐ non semper ad personam refertur, sed sæpe ad rem. ut ܡܛܠ ܗܢܐ *propter hoc, propterea.* Ergo, *hoc toto*, est *tanto*. confer cum Hebr. 7. vers. 22. ubi ܗܢܐ ܟܠܗ ܡܝܬܪܐ ܕܝܬܝܩܐ ܗܝ ܕܗܘܐ ܒܗ ܥܪܒܐ ܝܫܘܥ Boder. pessime vertit, *Hinc totius excellentioris istius testamenti factus est sponsor Jeschua.* Optime vero Tremellius, *hoc toto præstantius est fœdus, in quo factus est sponsor Jeschua.*

Vers. 8. ῥάβδος εὐθύτητος. Sic Psal. 45. vers. 7. LXX. verterunt שֵׁבֶט מִישׁוֹר. Chaldæus חֻטְרָא תְּרִיצָא *virga recta.* Syrus ܫܒܛܐ ܦܫܝܛܐ *sceptrum rectum*, ut interpretatur D. Erpenius, *vel virga recta*, ut Tremel. hoc loco. Boderianus minus bene, *sceptrum erectum.* Arabs القضيب المستقيم *virga recta.* Adjectivum Syriacum alibi passim respondet Græco ἁπλοῦς *simplex.* ut Matth. 6. 22. ὀφθαλμὸς ἁπλοῦς, ܥܝܢܐ ܦܫܝܛܐ. quo sensu usitatissimum est Rabbinis פָּשׁוּט. à Syriaco ܦܫܛ *extendit, expandit.* dicitur ergo ܦܫܝܛܐ proprie de re simpliciter ac rectis lineis extensa. Hebræis יָשָׁר, unde מִישׁוֹר *planicies, vallis*, simplicem habens extensionem, nullis tumulis, collibus aut montibus interturbatam. Posses quoque ܫܒܛܐ ܦܫܝܛܐ à propria verbi significatione vertere *sceptrum extensum.* Clar. Sionita, *protensum.* atque ita ῥάβδος εὐθύτητος, *sceptrum rectum* erit, rectà extensum, adeoque benignum. benignitatis enim & benevolentiæ apud Orientales indicium erat, quum Reges sceptrum erga aliquem extenderent, Esth. 5. 2.

Vers. 12. *Ac velut amictum* ἑλίξεις ܬܥܘܦ *duplicabis.* Quia in Nov. Test. Syr. non semper omnes adscribuntur vocales, dubito an hæc vox plene scripta sit, an legendum ܬܥܘܦ, formæ ܬܥܘܦ ex defectivis secunda. in Thargum enim עֲפַף est *duplicare.* unde & Syris ܡܥܦܦܐ *duplicatus.* ܥܘܦܦܐ *duplicitas.* ܥܦܦ *duplicavit.* teste Ferrario. At in Kal idem citat ܥܦ *duplicavit.* item *defecit.* ex quiescentibus secunda. locum citat ex Apoc. 18. vers. 6. ܘܥܘܦܘ ܠܗ ܥܘܦܐ *& duplicate ei duplum.* punctum infra ܘ indicat u longum, adeoque ex quiescentibus secunda. si enim esset ex defectivis, punctum supra ܘ scribendum erat, ad indicandum u breve, Hebræorum Kibbuts. fortassis & hîc ambæ formæ confunduntur. ut ante hac in ܪܚܡ *misertus est*, quod idem quod ܪܚܡ, factum vidimus. & infra cap. 2. vers. 9. ܡܟܟ *humiliatus est.* quod alibi ܡܟ, unde est ܐܡܟܬܝܗܝ *humiliasti eum*, Ibid. vers. 7. Sequitur in eodem versu ܐܢܬ ܕܝܢ. ܐܝܟ ܕܐܝܬܝܟ ܐܝܬܝܟ. Tremel. *ut autem sicut es*, eris. adjunxit *eris*, ac si in Syro nihil esset aliud quam, *ut autem sicut es.* in quo & hallucinatus est Boder. in Parif. quum vertit, *& tu sicut existens es.* verte, *Et tu sicut es, es.* ut Clar. Sionita in Psalterio. quod recte Boder. in Reg. quoad sensum, *tu autem idem es.*

Vers. 14. *Nonne omnes sunt* λειτουργικὰ πνεύματα *ministratorii Spiritus?* Petitum est ex Psal. 103. vers. 21. ubi vocantur מְשָׁרְתָיו LXX. λειτουργοὶ αὐτοῦ *Ministri ejus.* & in סדר תפלות id est libro precum, יוצר משרתים *creator ministrorum*, est Angelorum. Hinc passim apud Hebræos vocantur מַלְאֲכֵי הַשָּׁרֵת *angeli ministerii.* quos ut hîc Apostolus minores facit Christo, sic & antiqui Hebræorum doctores, qui versum 13. cap. 52. Esaiæ, יָרוּם וְנִשָּׂא וְגָבַהּ מְאֹד interpretantur ירום מאברהם ונשא ממשה וגבה מאד ממלאכי השרת *& exaltabitur præ Abrahamo, & elevabitur præ Mose, & sublimis erit præ angelis Ministerii.* cujus sublimitatis Christi supra Angelos Abrabaniel in ista Esaiæ verba duas nugatorias admodum causas adfert. Primam, quia Angeli virtutem qua homines tuentur accipiunt à Deo mediantibus stellarum influentiis: Messias autem immedia-

te

Zzzz 3

te ab ipſo Deo ſit accepturus. Alterum quod Meſſias Angelos, gentibus præfectos, proque iis bellaturos, debellavit, & gentes perdet quæ hominum male feriatorum ſunt inſomnia.

CAP. II.

VERS. 6. Διεμαρτύρατο δέ πού τις, &c. Apoſtolus, probaturus, Deum mundum futurum, id eſt Eccleſiam Chriſtianam, non ſubjeciſſe Angelis, ſed Chriſto, allegat hîc & duobus verſibus ſequentibus, quæ leguntur Pſal. 8. verſ. 5. 6. 7. quod per alluſionem tantum, non per modum probationis ab Apoſtolo factum, doctiſſimi viri exiſtimant. à quibus longè diſcedimus, ut & ab omnibus, qui apud Prophetam de Chriſto agi negant. In errorem induxit, quod Pſalmum de homine in genere & abſolute conſiderato agere crediderint. cui ſententiæ repugnant verba verſus 7. כֹּל שַׁתָּה תַחַת רַגְלָיו *omnia poſuiſti ſub pedibus ejus.* quæ verba Apoſtolus præcipue ſpectavit, ut pote ad ſcopum ſuum facientia. quocirca ea explicans verſ. 8. ait ita generaliter eſſe accipienda, ut nihil omnino excipiatur. verba ejus ſunt. ἐν γὰρ τῷ ὑποτάξαι αὐτῷ τὰ πάντα, οὐδὲν ἀφῆκεν αὐτῷ ἀνυπότακτον. agitur de ejuſmodi ſubjectione, quâ non ſubcœleſtia tantum, ſed & ipſum cœlum & Angeli homini ſubjiciantur. quod ne ante lapſum quidem, multo minus poſt, homini unquam competiiſſe, docet Deus Gen. 1. v. 26. *Faciamus hominem ad imaginem noſtram, ad ſimilitudinem noſtram, & dominentur in piſces maris, & in volucres cœli, & in beſtias, & in univerſam terram, & in omne reptile repens ſupra terram.* Vides tribui homini dominium, ſed anguſtis ſatis limitibus concluſum, in ſola animantia, & præter ea in ſolam terram (quippe quæ colenda ab homine, vi iſtius culturæ herbas erat productura) non in aërem, non in mare, multo minus in cœlum ſupremum & Angelos. neque longius extenditur repetitum illud à diluvio dominium, Geneſ. 9. verſ. 1. 2. 3. Soli Chriſto tribuitur, quod *omnia ſint ſubjecta pedibus ejus,* 1 Corinth. 15. verſ. 27. Eph. 1. verſ. 22. quod *omnia data ei ſint in manum.* Johan. 3. verſ. 35. quod *omnis poteſtas ei data ſit in cœlum & in terram.* Matth. 28. 18. quod *hæres ſit conſtitutus omnium.* Hebr. 1. verſ. 2. Deinde per & propter ipſum id quoque competit fidelibus, 1 Cor. 3. verſ. 21. 22. tanquam Chriſti cohæredibus, Rom. 8. verſ. 17. Sic ergo ſtatuo, Davidem, *cum Propheta eſſet, & ſciret Deum jurejurando ſibi juraſſe, fore ut ex fructu lumbi ipſius, quod ad carnem* (id eſt, humanam naturam) *attinet, Chriſtus ſuſcitaretur,* Actor. 2. verſ. 30. illum Chriſtum hominem, vel potius θεάνθρωπον, ut in quamplurimis Pſalmis, ita & in hoc, oculis fidei ſpectaſſe, & quum miranda eſſet Dei Majeſtas, in cœli, ſolis, lunæ ac ſtellarum creatione relucens, multo magis eſſe miratum, quod non Angelos, ſed fragile genus humanum tanto honore ſit dignatus, ut in perſona Chriſti, homo, etſi pauxillulo tempore Angelis egentior factus, ea tamen gloria & majeſtate ſit decoratus, ut omnia, adeoque univerſa Eccleſia, & ipſi Angali ipſi ſint ſubjecta. Nolim autem mirari quempiam, quod ἠλάττωσας αὐτὸν παρ᾽ ἀγγέλους, vertam potius, *egentem feciſti eum ſupra Angelos,* quam *minorem feciſti eum Angelis.* quia vox וַתְּחַסְּרֵהוּ proprie & uſitatiſſime ſignificat *egentem feciſti, deſtituiſti, privaſti.* ut Eccleſ. 4. verſ. 8. & apud LXX Interpretes ἐλαττόω ſic accipitur 1 Sam. 21. verſ. 15. חֲסַר מְשֻׁגָּעִים אָנִי μὴ ἐλαττοῦμαι ἐπιλήπτων ἐγώ; *an egeo inſanis ego?* 2 Sam. 3. verſ. 29. חֲסַר לָחֶם ἐλαττούμενος ἄρτοις, *egens panibus,* Pſal. 34. verſ. 10. דֹרְשֵׁי יְהוָה לֹא יַחְסְרוּ כָל־טוֹב, ἐκζητοῦντες τὸν Κύριον οὐκ ἐλαττωθήσονται παντὸς ἀγαθοῦ, *qui requirunt Dominum, non egebunt ullo bono.* vide & Jer. 44. verſ. 18. Atque ita παρ᾽ ἀγγέλους propria ſua ſignificatione accipitur pro *ſupra Angelos,* vel *præ Angelis.* id eſt, comparate ad Angelos, effeciſti ut egentior apparuerit illis. quod τῇ κενώσει ipſius, & ὁμοιώματι σαρκὸς ἁμαρτίας vere quadrat.

VERS. 9. ܗܘ ܕܝܢ ܕܡܟܟ ܩܠܝܠ ܡܢ ܡܠܐܟܐ: ܚܙܝܢܢ ܠܗ ܕܗܘܝܘ ܝܫܘܥ ܡܛܠ ܚܫܐ ܕܡܘܬܗ. ܘܫܘܒܚܐ ܘܐܝܩܪܐ ܣܝܡ ܒܪܫܗ

Boder. in Pariſ. *Eum autem quem depreſſit* (verte, *qui depreſſus eſt*) *pauliſper præ Angelis videmus qui eſt ipſe Jeſus propter paſſionem mortis ſuæ, & gloria & honor eſt poſitus in capite ejus.* At in Reg. *Eum autem qui pauliſper ſummiſſus fuit præ Angelis, videmus, nempe ipſum Jeſum propter paſſionem mortis ſuæ, gloriamque & honorem ipſius capiti impoſitum.* Tremel. *Eum autem quem paululum depreſſit præ Angelis, videmus*

mus (qui est Jeschua) propter passionem mortis suæ, quod *& gloria & honor positus est in capite ejus.* Malim hoc modo, *Eum autem qui humiliatus est paululum præ Angelis, videmus quod sit Jesus* (vel esse Jesum) *propter passionem mortis suæ, & gloria atque honos positus est in capite ejus.* ܕ in ܕܢܫܘܥ non pro pronomine *qui*, sed pro conjunctione *quòd* capio. ut & Arabs qui vertit, واما الذي اتضع قليلا من الملايكة فقد نري انه يسوع من اجل الم موته والمجد والشرف موضوعان علي راسه *verum qui humiliatus fuit paululum præ Angelis, jam videmus quod sit Jesus propter passionem mortis suæ, & gloria & dignitas positæ sunt super caput ejus.* Sensus est, Etsi nondum videamus omnia ipsi esse subjecta, hoc tamen videmus, eum qui *humiliatus fuit paululum infra Angelos, esse Jesum. cur vero Jesus est? propter passionem mortis suæ: ob quam causam etiam honore ac gloria decoratus est. Examinent eruditi, an male Syrus mentem Apostoli ceperit.*

VERS. 16 οὐ γὰρ δήπȣ ἀγγέλων ἐπιλαμβάνεται. Beza *non enim utique Angelos assumsit.* voluit ἐπιλαμβάνεται pro ἐπέλαβε positum, per Enallagen temporis. deinde δήπȣ pro simplici δὴ accepit. Melius meo judicio Vulgatus retinuit præsens tempus, & πȣ accepit pro *usquam.* sed non recte emphaticam particulam δὴ omisit. vertit enim, *Nusquam enim Angelos apprehendit.* Verto ad verbum, *Non enim profecto usquam Angelos assumit.* usquam, id est, in ullo scripturæ loco. Nusquam in S. Scriptura angelos assumere dicitur, sed ubique semen Abrahæ. Sic πȣ sumitur supra vers. 6. διεμαρτύρατο δέπȣ τὶς Et infra cap. 4. vers. 4 εἴρηκε γάρ πȣ, &c. Syrus δήπȣ plane omittit. Vetus nostra Belgica versio præstat hîc, nostro judicio, novæ.

CAP. III.

VERS. 2. Πιστὸν ὄντα τῷ ποιήσαντι αὐτὸν, ὡς καὶ Μωσῆς ἐν ὅλῳ τῷ οἴκῳ αὐτȣ. Respicitur locus qui est Num. 13. vers. 7. ubi Mosen cum cæteris Prophetis conferens dicit Deus, se cæteris apparere per visionem aut somnium, cum Mose aliter se rem habere. בְּכָל־בֵּיתִי נֶאֱמָן הוּא׃ *in toto domo mea fidelis est.* Ad quem locum monuit me Doctiss. vir, nosterque intimus Johan. Cloppenburgius, mentem Dei non esse, virtutem Mosis prædicare, qua fidum se in administrando munere gesserit, sed dignitatem ejus & authoritatem, qua supra cæteros Prophetas eminuit. & sensum esse, *Tota mea domus ei concredita est.* cæteris Prophetis ego jam per visionem, jam per somnium certis temporibus appareo, ut quando & quibus jubeo, voluntatem meam annuncient, sed Mosi ego totam meam domum credidi, ut Ecclesiam meam universam constituat, regat, legibus tum Ecclesiasticis tum Politicis instruat, secundum quas tota mea domus & jam & deinceps est gubernanda. Laudo hanc sententiam. & ad hunc Hebreæ Phraseos usum confirmandum, profero quod est in Talm. in Sanhedr. cap. 3. ubi duorum litigantium, & litis suæ Judices quærentium unus dicit, נאמן עלי אבא נאמן עלי אביך נאמנים עלי שלושה רועי בקר׃ *fidelis apud me est pater meus, fidelis apud me est pater meus, fidelis apud me est pater tuus, fideles apud me sunt tres bubulci*, id est, Ego vel patri meo, vel tuo, vel tribus etiam bubulcis litem meam credidero, ac decidendam tradidero. Nec indignus est Aben Esra, qui ad verba Mosis audiatur. qui est בכל ביתי נאמן הוא׃ explicat, טעמו כבן בית שיכנס בלא רשות ואם יצטרך ידבר צרכיו ואתם כאשר אתודע לכם בחלום תדעו ואם לא אין לכם רשות לשאול׃ *Sensus ejus est, sicut filiusfamilias, qui libere intrat nulla accepta potestate: & si quibus eget, libere eloquitur. Vos autem, quando appareo vobis per somnium, tum scitis. si non appareo, non est vobis potestas interrogandi.* Vides ad potestatem & autoritatem referri, quam in totam Dei domum habet Moses, non cæteri Prophetæ. Atque eandem hic Apostoli mentem esse, cum doctiss. viro arbitror. non conferri scilicet Christum cum Mose, ratione fidelitatis, sed potestatis, atque autoritatis quam in totam Ecclesiam nactus est, hoc discrimine, quod Moses tanquam famulus tantum, Christus tanquam filius ἐπὶ τ̃ οἶκον αὐτȣ̃ *domus suæ dominus*, ut vers. 5. loquitur, potestatem hanc habuerit. Atque hoc indicavit Moses Deut. 18. vers. 15. & 18. *Suscitabit vobis Deus Prophetam* כָּמֹנִי *sicut me*, & quæ sequuntur. quæ recte ab Apostolo Petro Servatori nostro applicantur Act. 3. vers. 22. 23. non eo sane sensu, quo doctissimi Interpretes, atque inter eos magnus Calvinus, hæc accipiunt, quasi נָבִיא indefinite pro

Pro-

Prophetis in genere accipiendum ſit apud Moſen, & promittat Deus, ſemper populum Prophetas habiturum, qui rite eum doceant. præcipue autem intelligi Chriſtum, tanquam Prophetarum principem, & in quem directæ ſint omnes ſuperiores Prophetiæ. Solum Chriſtum intelligi arbitramur, quippe qui ſolus fuit Propheta ſicut Moſes, toti domui Dei præfectus. Solis illis duobus hæc prærogativa & dignitas competiit. Primus ſub lege Prophetarum fuit Moſes, qui totam veteris Teſt. Eccleſiam uſque ad tempora Euangelii ordinavit, & ipſis etiam ſubſecuturis Prophetis leges fixit. primus ſub Euangelio Prophetarum fuit Chriſtus, qui totam Novi Teſt. Eccleſiam, uſque ad finem mundi ordinavit, & omnibus ſubſecuturis Prophetis ſive paſtoribus leges fixit. In Moſe omnes reliqui Prophetæ veter. Teſt. eum ſecuti comprehenduntur: ſicut in Chriſto omnes Apoſtoli, doctores & paſtores, iſtum ſecuti.

VERS. 3. *Tanto enim ampliore gloria præ Moſe hic dignus eſt.* Opponit hoc Apoſtolus Judæorum religioni, qua Moſen nimium venerabantur tanquam omnium quotquot unquam fuiſſent aut futuri eſſent Prophetarum patrem & caput. Hinc inter tredecim fidei Judaicæ articulos, quos Rabbi Maimonides Chriſtianæ fidei omnes fere oppoſuit, ſeptimus ſic habet אני מאמין באמונה שלימה שנבואות משה רבינו עליו השלום היו אמתיות ושהוא היה אב לחכמים לקודמים לפניו ולבאים אחריו: id eſt, *Credo fide integra, Moſis doctoris noſtri b. m. Prophetias eſſe veras, ipſumque patrem eſſe ſapientum, tum qui præceſſerunt, tum qui ſecuti ſunt.* Vulgatum tamen fuit antiquis Hebræorum doctoribus, illa Eſaiæ cap. 52. verſ. 13. יָרוּם וְנִשָּׂא וְגָבַהּ מְאֹד *de Meſſia hoc modo interpretari* ירום מאברהם ונשא ממשה וגבה מאד ממלאכי שרת *Et exaltabitur præ Abrahamo, & elevabitur præ Moſe, & ſublimis erit valde præ angelis miniſterii.* quam Meſſiæ ſupra Moſen dignitatem poſterioris ævi doctores perperam & mala fide ad ſolam populi è captivitate per Meſſiam redimendi, non autem ad Prophetiæ rationem retulerunt, qua Moſen Meſſiæ antecellere volunt. de quo videri poteſt Abrabaniel in verba illa cap. 52. Eſaiæ.

CAP. IV.

DE SABBATHO.

VERS. 3. Sanctificatio diei Sabbathi, qua Deus in quarto præcepto dicitur eum ſanctificaſſe, id eſt, ſanctum gratiæ ſuæ ſignum conſtituiſſe, eſt,

I. Reſpectu circumſtantiæ ipſius temporis. Quod enim Deus iſtum diem quieti deſtinaverit, quo ipſe quievit ab opere creationis, typus fuit præſtantioris & ſalubrioris quietis, qua Deus & Servator noſter Chriſtus à longe ſublimiori & difficiliori Redemtionis opere (poſtquam anima ejus graviter laboraſſet, de quo Eſa. 53.) ipſiſſimo illo ſeptimo hebdomadæ die in ſepulchro quievit.

II. Reſpectu quietis populo iſthoc die mandatæ, quæ & ipſa ſignum fuit ſpiritualis noſtræ quietis in Chriſto adipiſcendæ.

Utrumque docet Apoſtolus Hebr. 4. verſ. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. Ad cujus loci intelligentiam quatuor obſervanda, quæ Apoſtolo tanquam fundamenta ſunt ratiocinii:

I. Quietem Dei, in quam fidelibus ingrediendum, non eſſe eam qua nos quieſcimus ab operibus noſtris, ſed qua Deus quieſcit à ſuis. verſ. 3. & 4.

II. Illam Dei quietem, eſſe fontem & originem noſtræ. Inde in quarto præcepto, Vos quieſcetis iſto die, quia ego eodem prior quievi. & hîc verſ. 10. Quin intravit in requiem ejus, requievit & ipſe ab operibus ſuis, quemadmodum à ſuis Deus. Ergo, quod nos quieſcimus ab operibus noſtris, ſequitur ingreſſum in requiem Dei.

III. Duplicem fuiſſe in Vet. Teſt. quietem Dei typicam, cujus & populus fuerit particeps. 1am. Qua quievit ſeptimo die, & ad ejus imitationem populus. 2am. qua ingreſſus cum arca ſua in terram Canaan, ibique firma ſede primum in Silo, deinde Hieroſolymis fixa, quievit à vagatione per deſertum, & cum illo populus.

IV. Veram & ſalutarem quietem non eſſe externam ſive ab operibus mundi, ſive ab incerta vagatione per orbem terrarum, ſed ſpiritualem in Chriſto v. 10. in quam nemo infidelis ingreditur. verſ. 6. & cujus, ne quidem qui in terram Canaan à Joſua introducti fuerunt, participes ſunt facti, nempe qui infideles fuerunt. Etſi enim ingreſſi ſunt in externam requiem terræ Canaan, non tamen in eam quæ repræſentabatur, non magis quam inſi-

infideles in deserto, quibus ne in typicam quidem ingredi fuit datum. Unde & vers. 8. negat Apostolus Josuam eos in requiem introduxisse. Ex his fundamentis infert Apostolus, Nec quietem illam Dei, qua septimo die quievit ab operibus creationis, nec illam alteram, esse illam veram in quam ingrediendum nobis sit, & unde vera nostra quies proficisci queat. Quia positâ illa jam ab ipso mundi primordio, non vacarunt tamen Israëlitæ ab incredulitate, impietate & rebellione, itaque negat Deus ingressuros ipsos in suam requiem, & alium à septimo diem Psal. 95. vers. 7. constituit. Et quamvis Josue cæteros introduxit in terram Canaan, ubi & ipsi cum arca Dei, id est ipso Deo quieverunt ab oberratione, non tamen κατέπαυσεν αὐτὰς *quietem dedit ipsis*, quia alioqui non fecisset David longe post mentionem alterius diei. Hebr. 4. vers. 3. 4. 5. 6. 7. 8.

Hinc sequi ait, restare aliam Dei requiem pro populo Dei, vers. 9. in quam solis fidelibus detur ingressus, vers. 3. quæ ejus sit efficaciæ, ut quicunque in eam ingrediuntur, ipsi quoque quiescant ab operibus suis, sicut Deus à suis. vers. 10.

Illa non est alia, quam Jesu Christi quies, qua exantlatis gravissimis pro peccatis nostris laboribus usque ad ingressum diei Sabbathi, ipsissimo die Sabbathi quievit cum omnibus peccatis nostris in sepulchro. Quam Christi in sepulchro requiem, quicunque fide amplectuntur, ingrediuntur in istam requiem, & per eam sepulto cum Christo vet. homine, quiescunt & ipsi ab operibus suis. Unde liquet requiem septimæ diei typum fuisse futuræ gratiæ in Christo.

CAP. V.

VERS. 11. *De illo autem Melchisedecho multis est nobis sermo ad dicendum*, ܘܥܣܩܐ ܠܡܦܫܩܘܬܗ, Tremel. & Boder. in Paris. *Et occupatio ad exponendum illud.* Hebraismum secuti sunt viri doctissimi, ubi עֵסֶק substantivum est, significatque *negocium, occupationem.* At in Syriasmo est adjectivum, significatque *difficilis*, *asper*. interdum, *pravus*, *perversus*. vertendum ergo, *& difficilis ad explicandum eum.* Quod in Reg. dixit, *quæque* (sc. verba) difficiles explicatus habeant. Substantivum est ܥܣܩܘܬܐ *difficultas.*

CAP. VI.

VERS. 4. 5. 6. Locum hunc adeo controversum sic interpretatur Syrus. ܠܐ ܓܝܪ ܡܫܟܚܝܢ ܗܠܝܢ ܕܚܕܐ ܙܒܢ ܢܚܬܘ ܠܡܥܡܘܕܝܬܐ ܘܛܥܡܘ ܡܘܗܒܬܐ ܕܡܢ ܫܡܝܐ ܘܢܣܒܘ ܪܘܚܐ ܕܩܘܕܫܐ܂ 5 ܘܛܥܡܘ ܡܠܬܐ ܛܒܬܐ ܕܐܠܗܐ ܘܚܝܠܐ ܕܥܠܡܐ ܕܥܬܝܕ܂ 6 ܕܬܘܒ ܢܚܛܘܢ܂ ܘܬܘܒ ܢܬܚܕܬܘܢ ܠܬܝܒܘܬܐ܂ ܕܡܢ ܕܪܝܫ ܢܙܩܦܘܢ ܠܒܪܗ ܕܐܠܗܐ ܘܢܚܣܕܘܢܝܗܝ܂

Hæc ita vertit Tremellius. vers. 4. *Atqui non possunt illi qui semel ad baptismum descenderunt, & gustaverunt donum quod est è cœlo, & acceperunt Spiritum S.* vers. 5. *& gustaverunt sermonem bonum Dei, & virtutem seculi futuri*: 6. *Qui rursum peccaverunt,* non possunt inquam *de integro renovari ad conversionem: quippe qui de integro crucifigunt filium Dei, & subjiciunt ignominiæ.* Eodem fere modo, eodem saltem sensu in editione Parisiensi Boderianus, nec non in Reg. ubi pro, *qui rursum peccaverunt,* minus bene habet, *quum iterum peccaverint.* non videntur mentem Syri cepisse. vers. 6. Nam ܕܬܘܒ ܢܚܛܘܢ verterunt per præteritum *qui rursum peccarunt*, quum futurum sit. & quæ sequuntur ܢܙܩܦܘܢ & ܘܢܚܣܕܘܢ verterunt per præsens, *crucifigunt, & ignominiæ subjiciunt*, vel ut Boder. *ignominia afficiunt*, quum & illa futura sint. ubi & Tremellius præponit *quippe qui*, quæ in Syro non sunt. Observandum itaque omnia verba vers. 4. & 5. apud Syrum esse præterita. omnia autem versus 6. esse futura. Non dicit, *Qui semel illuminati fuerunt, & gustaverunt*, &c. *& iterum peccaverunt*, ܘܬܘܒ ܢܚܛܘܢ. sed & particulam καὶ quæ in Græco est omittit, & præteritum mutat in futurum, quod omnino ut & sequentia regitur à ܠܐ ܡܫܟܚܝܢ. hoc sensu.

sensu. *Non possunt ut iterum peccent, ut denuo renoventur ad resipiscentiam, & denuo crucifigant filium Dei, & ignominia afficiant.* Phrasis Syra est, Latine sic, non possunt iterum peccare, ut denuo renoventur ad resipiscentiam & denuo crucifigant &c. Syrus hunc locum qui contra perseverantiam sanctorum ab hæreticis adferri solebat, pro ea interpretatur. Negat sanctos, qui vers. 4. & 5. descripti sunt, posse peccare, id est, peccato mancipari. sic enim de novo renovari deberent, & Christus de novo crucifigi & ignominia affici. quæ quum fieri non possint, nec illi peccare denuo possunt. Et meo quidem judicio optime mentem Apostoli intellexit Syrus. Neque enim dicit sanctos, quos descripsit, παραπίπτειν, sed *impossibile esse παραπεσόντας ἀνακαινίζειν, si deciderint, eos renovari.* quia abolito & irrito reddito merito crucis Christi, quo semel renovati fuerant, necesse esset Christum denuo crucifigi & ignominia affici, ut novo crucis merito renovarentur. quod quum fieri non possit, inferre vult Apostolus, fieri quoque non posse, eos παραπίπτειν. quæ doctrina non socordiam, sed sedulum in animis sanctorum parit studium, & operam eos dare cogit, ut terræ potius fertili similes sint quæ benedictionem consequitur, quam sterili quæ vicina maledictioni. cavendum enim ne iterata indigeant renovatione, quam consequi nemo potest. Arabs Syrum interpretatus est eodem modo quo nos, idque tamen perspicue ut contradici non possit. Sic enim habet, vers. 4. لكن لا يقدر الذين نالوا الصبغة مرة *sed non possunt qui acceperunt baptismum semel*, &c. vers. 6. ان يعودوا في الخطية ليتجددوا للتوبة من ذي قبل *ut revertantur in peccatum, quo renoventur ad resipiscentiam denuo*, &c. non possunt ut revertantur, id est, reverti in peccatum, non possunt relabi: fieret id enim ut renovarentur, & denuo Christus crucifigeretur, quod fieri non potest. visum autem non est hîc prætereire.

Pro τοὺς ἅπαξ φωτισθέντας, Syrum habere ܗܢܘܢ ܕܚܕܐ ܙܒܢ ܢܚܬܘ ܠܡܥܡܘܕܝܬܐ *qui uno tempore* (i. semel) *in baptismum descenderunt.* ubi obiter observandum, quod pro baptizari, dixerit in baptismum descendere, quia olim baptizandi in aquam demittebantur & mergebantur. unde de Christo Matth. 3. 16. καὶ βαπτισθεὶς ἀνέβη ἀπὸ τοῦ ὕδατος. ergo ante κατέβη εἰς ὕδωρ. Præcipue autem notandum quod pro φωτίζεσθαι *illuminari*, dixerit baptizari. sicut & cap. 10. vers. 32. *Memores estote dierum, in quibus φωτισθέντες illuminati,* Syrus ܕܩܒܠܬܘܢ ܡܥܡܘܕܝܬܐ *accepistis baptismum.* fortasse quia non baptizabantur nisi illuminati, & Euangelium edocti. Matth. 28. *docete omnes, baptizantes eos.* docere autem, Hebr. הוֹרָה Hellenistis est φωτίζειν. ut videre est Jud. 13. vers. 8. 2 Reg. 12. 2. & præsertim cap. 17. v. 27. וְיוֹרֵם אֶת מִשְׁפַּט אֱלֹהֵי הָאָרֶץ καὶ φωτιεῖ αὐτοὺς τὸ κρίμα τοῦ θεοῦ τῆς γῆς. quomodo Apostolus Eph. 3. 9. Καὶ φωτίσαι πάντας τίς ἡ κοινωνία τοῦ μυστηρίου. ubi φωτίσαι est הוֹרָה docere. Equidem non tantum docendi sunt qui baptizari volunt antequam baptizentur, sed & ipse baptismus docet tum effusionem sanguinis Christi, tum effusi illius sanguinis vim in ablutione peccatorum. quod omnis eruditionis compendium est, & is demum illuminatus qui hoc credit. Adde quod ablutio baptismi, repurgatæ à tenebris peccati, adeoque illuminatæ mentis sit indicium & obsignaculum, ut re ipsa illuminationem profiteatur qui baptismum suscipit. Chrysostomus homilia 59. inter varia baptismi nomina quæ ei in S.Script. tribuuntur, dicit vocari etiam φωτισμα, idque ex duobus illis Epist. ad Hebr. locis probat, quæ Syrus de baptismo interpretatus est supra. atque hinc homilia illa inscribitur, ἡ πρὸς τοὺς μέλλοντας φωτίζεσθαι κατήχησις, *catechesis ad illuminandos*, i. ad baptizandos. Nec absurdum fortasse dixerimus, si hac voce alludi statuamus ad Hebræum נהר, quod, ubi nomen est, *fluvium* denotat, ubi verbum, *illuminari, lucere*, idque non tantum Hebræis, sed & Chaldæis ac Syris, & per φωτίζεσθαι exponitur Psal. 34. vers. 5. Nam qui ad fluvium baptismi Christi accedit, illuminatur, invenitque fluvium non tantum aquæ elementaris, sed & aquæ vivæ profluentis è ventre, de quo Christus Joan. 7. nec aliud est quam donum illuminationis. Porro ἀνακαινίζειν Beza active *renovare*. Vulgatus, Erasmus, Syrus & Arabs passive *renovari*. quod laudo. nec tamen cum Erasmo in notis subaudiri puto ἑαυτοὺς, quasi sensus sit, Impossibile est ut renovent se ipsos, sed ut quisquam renovet ipsos, id est absolute, ut renoventur. Sic enim Hebræis Infinitivus activus frequenter sumitur passive. ut Psal. 51. בְּשָׁפְטֶךָ *cum quis judicat te*, id est, *cum judicaris.*

Cap. VI.

Vers. 8. ܩ̈ܘܪܛܒܐ ܘܕܪ̈ܕܪܐ Tremel. *carduos & tribulos*. Boder. *Carduos & spinas.* recte. docet enim Ferrarius ܕܪ̈ܕܪܐ esse arborem salici similem, sed spiniferam. at ܕܪ̈ܕܪܐ, hunc ipsum locum citans, esse *spinam*. immutatus videtur dictionum ordo. in Græco enim est ἀκάνθας καὶ τριβόλους. ܩ̈ܘܪܛܒܐ *tribulos* significat, ut Matth. cap. 7. itaque ܕܪ̈ܕܪܐ ἀκάνθας denotat. Lexicon Syr. Arab. ܕܪ̈ܕܪܐ ܐܝܠܢܐ ܕܡܬܩܪܐ ܕܪ̈ܕܪܐ. id est, arbor quæ dicitur ܕܪ̈ܕܪܐ *alta est ad modum Salicis.* estque inquit السعو سح الدراس ويقــال الحسك.

Ibid. Ἧς τὸ τέλος εἰς καῦσιν. Vulg. *cujus consummatio in combustionem.* Eras. *cujus exitus huc tendit, ut exuratur.* Beza, *cujus exitus* tendit *ad exustionem.* Syrus, *sed finis ejus est combustio.* Sic & Arabs. Monemus, Hebraicam esse phrasin, cujus sensus est, *quæ tandem comburetur.* Sic in Misnah Sanhedrin cap. 4. § 5. Judices præmonituri testes, ut sibi à falso testimonio caveant, dicunt ipsis שמא אי אתם יודעים שסופנו לבדוק אתכם בדרישה ובחקירה, *fortasse vos ignoratis, finem nostrum fore ad examinandum vos* (i. e. nos tandem examinaturos vos) *accuratissima inquisitione.* Sic in Misna Maccoth cap. 1. § 1. הלא בין היום ובין למחר סופו לה ליתן כתובתה *an non sive hodie sive cras finis ejus est ad dandum* (i. e. tandem dabit) *ei promissam dotem suam?* addimus tertium locum ex Pirke Aboth cap. 4. ubi sic R. Jonathan. כל המקיים את התורה מעוני סופו לקיימה מעושר וכל המבטל את התורה מעושר סופו לבטלה מעוני: *quicunque præstat legem pauper, finis ejus est ad præstandum eam* (i. tandem præstabit eam) *dives, & quicunque irritam facit legem dives, finis ejus est ad irritam faciendam eam* (i. tandem irritam faciet eam) *pauper.*

Vers. 9. ܡܦܝܣܝܢܢ ܕܝܢ ܥܠܝܟܘܢ ܐܚܝ: ܕܫܦܝܪ̈ܬܐ Tremel. & Boder. *Persuasi autem sumus de vobis fratres, ea quæ sunt bona.* In Reg. *persuasa habemus.* Apostolus, πεπείσμεθα δὲ περὶ ὑμῶν, ἀγαπητοί, τὰ κρείσσονα. Id Syris diceretur ܡܬܦܝܣܝܢܢ. Et sic fortasse legendum. Nam ܡܦܝܣܝܢܢ est *persuademus.* quæ si recta lectio est, sensus erit, Etsi vobis ita loquamur, aliis tamen loquimur de vobis meliora quæque ad salutem faciunt. Arabs وانا لنعرف منكم يا اخوة خصالا جميلة ambiguum est. si enim in prima conjugatione accipias, vertendum, *nos autem scimus de vobis ô fratres res pulchras.* Sin in quarta, *nos autem docemus de vobis ô fratres res pulchras.* atque ita cum Syro conveniet.

Vers. 10. Οὐ γὰρ ἄδικος ὁ θεὸς ἐπιλαθέσθαι τοῦ ἔργου ὑμῶν. Id est quod egregie monet R. Eliezer cap. 2. Aboth. רע לפני מי אתה עמל ונאמן הוא בעל מלאכתך שישלם לך שכר פעולתך *scito coram quo opereris. nam fidelis est Dominus operis tui, ut reddat tibi mercedem laboris tui.*

Cap. VII.

Vers. 8. *Et hîc quidem decimas accipiunt homines qui moriuntur*, ἐκεῖ δὲ μαρτυρούμενος ὅτι ζῇ, *illic vero qui testimonium habet quod vivit.* Syrus ܬܡܢ ܕܝܢ ܗܘ ܗܘ ܕܡܣܗܕ ܥܠܘܗܝ ܟܬܒܐ ܕܚܝ ܗܘ *de quo testata est Scriptura quod vivat.* sic & Arabs. Quod profecto non de Christo hîc, sed de Melchisedecho, verum ut Christi typo, dici, ex antecedentibus & consequentibus colligi necessario videtur. Scopus enim Apostoli est, Melchisedecum Levitis majorem fuisse ostendere. Id probat, 1. Quia Levitæ à fratribus suis decimas accipiunt, Melchisedecus ab ipso Patriarcha Abrahamo. vers. 4. 5. 6. 7. 2. Quia Levitæ sunt homines qui moriuntur, Melchisedecus testimonium habet quod vivat. vers. 8. 3. Quia ipse Levi in Abrahamo decimatus fuit. vers. 9. à quo verò? à quo Abrahamus decimatus fuit, nempe Melchisedeco. ideo addit vers. 10. *Nam adhuc in lumbis patris erat, cum occurreret Abrahamo Melchisedecus*, adeoque etiam cum decimas ab illo acciperet. Sed scrupulum movet, quod de Melchisedeco non exstet testimonium Scripturæ, quod vivat. At vero, non plus hîc de Melchisedeco

deco dicitur, quam ſupra verſ. 3. dictum fuit, *non habuiſſe finem vitæ.* quod ſi vere ibi ex Scriptura dixit Paulus, quia nulla in ea mortis ejus extat mentio, jure quoque hîc dicit, Scripturam teſtari, eum vivere. Sed & extat teſtimonium Pſal. 110. verſ. 4. quem locum Patres recte huc applicuerunt. Etſi enim non de ſacerdotio in abſtracto, ſed de Sacerdote iſtic agi fateor, nego tamen de ſolo Chriſto iſtic agi, cum etiam de Melchiſedeco ibi agatur.

VERS. 12. Μετατιθεμένης γὰρ τῆς ἱερωσύνης, ἐξ ἀνάγκης καὶ νόμου μετάθεσις γίνεται. Quantopere hoc Judæorum ſententiæ, & fidei repugnet, ex tredecim fidei Judaicæ articulis, à Maimonide collectis, atque ab omnibus receptis, liquet. ubi nonus ſic habet, אני מאמין באמונה שלימה שוזת התורה לא תהא מוחלפת ולא תהא תורה אחרת מאת הבורא יתברך שמו: id eſt, *Credo perfecta fide, legem hanc* (nempe Moſi datam) *non immutatum iri, neque legem aliam à Creatore benedicto unquam profecturam.*

CAP. VIII.

VERS. Καὶ οὐ μὴ διδάξωσιν ἕκαστος τὸν πλησίον αὐτοῦ. &c. Perperam ex hoc loco aboletur uſus ſacri Miniſterii. 1. Quia qui dicuntur opus non habituri ut à proximo doceantur, non ſunt infideles & rerum divinarum ignari, qui utique opus habent ut è verbo Dei edoceantur quod ignorant: ſed quorum mentibus Deus legem ſuam indidit, quod tum per externum verbi miniſterium, tum per internam Spiritus S. efficaciam Deus peregit. non habent illi opus, ut quiſquam ipſis dicat, Cognoſcite Dominum, quaſi non cognoſcerent eum, *quia omnes*, inquit Deus, *cognoſcent me à parvo uſque ad minimum.* Sic 1 Joan. 2:20. *Vos unctionem habetis à Sancto, & noſtis omnia.* rurſus verſ. 27. *Unctio quam accepiſtis ab eo manet in vobis.* Hinc infert, *Et non habetis opus ut quis doceat vos. ſed unctio illa*, quam ſcilicet per prædicationem Euangelii à Spiritu S. accepiſtis, *docet vos de omnibus.* itaque neceſſe non eſt, quenquam vos, quaſi ignari eſſetis, de novo docere. hinc verſ. 21. *Non ſcripſi vobis, quod veritatem neſciatis, ſed quia eam ſcitis.* ſciebant autem eam, non tantum ex Spiritus S. illuminatione, ſed etiam ex verbi inſtitutione, quæ hîc ubique præſupponitur.

2. Etſi negantur fideles in Nov. Teſt. opus habere, ut per verbi miniſterium à quoquam de novo doceantur, non negantur tamen opus habere, ut in accepta doctrina per ejuſdem verbi miniſterium confirmentur. Ideo Johannes non ceſſavit ipſis ſcribere, quia veritatem ſciebant: ſed quia eam ſciebant pergit ſcribere, ne ab ea ſeducerentur. unde verſ. 26. ait, *Hoc ſcripſi vobis de iis qui vos ſeducunt.* quod non erat docere ipſos Dominum cognoſcere, ſed in Domino quem cognoſcebant corroborare.

3. Ut diſcrimen pateat hîc inter vetus & novum Teſtamentum, tenendum eſt, paucos in V. Teſtam. fuiſſe, qui Dominum vere cognoverint. Et qui eum cognoverunt, ita tamen in cognitione iſta fuiſſe ſemper Novitios, ut opus haberent de novo ſibi dici, Cognoſcite Dominum. quum enim Dominus Jeſus, mundi ſervator, promiſſus tantum eſſet, non exhibitus, umbris obvelatus, adeoque non niſi obtecta facie conſpectus atque eminus ſalutatus, multa adhuc deſiderabantur quæ ad plenam iſtius Domini ac claram cognitionem requirebantur, ob doctrinæ obſcuritatem, & parcam Spiritus S. gratiam. At ubi jam Domino exhibito, umbris in veritatem converſis, ac Spiritu S. plena menſura effuſo, datum nobis eſt revelata facie gloriam Domini intueri, non opus habemus ſic edocti, ut quis de novo nos doceat, & dicat, Cognoſcite Dominum. Aliud enim eſt, docere de novo ut cognoſcas Dominum: quo fideles Nov. Teſt. non egent, quia clare, perſpicue, & plena Spiritus S. perſuaſione norunt Dominum. aliud eſt docere ut in cognitione Domini proficias ac confirmeris. quo ſemper egemus.

CAP. IX.

VERS. 3. 4. Multum viros doctos exercuit hic locus, cujus verba, μετὰ δὲ τὸ δεύτερον καταπέτασμα, σκηνὴ ἡ λεγομένη ἅγια ἁγίων. verſ. 4. ἔχουσα χρυσοῦν θυμιατήριον, καὶ τὴν κιβωτὸν τῆς διαθήκης περικεκαλυμμένην πάντοθεν χρυσίῳ, ἐν ᾗ στάμνος χρυσῆ ἔχουσα τὸ μάννα, καὶ ἡ ῥάβδος Ἀαρὼν ἡ βλαστήσασα, καὶ αἱ πλάκες τῆς διαθήκης. Quomodo in arca dicuntur fuiſſe præter tabulas fœderis, urna mannæ & virga Aaronis, quum 1 Reg. 8. verſ. 9. & 2 Paralip. 5. verſ. 10. ſolæ tabulæ fœderis in ea fuiſſe affirmentur? Doctiſſimus Junius in parallelis, quem & alii doctorum plurimi ſequuntur, ſic conciliat, quod pronomen relativum ἐν ᾗ non ad propinquius κιβωτὸν, ſed ad remotius σκηνὴ referendum, ut om-

omnia illa in tabernaculo, non in arcâ fuisse intelligantur. At præterquam quod hoc durius, quonam obsecro versus sequentis pronomen refertur? ὑπεράνω δὲ αὐτῆς χερουβὶμ δόξης, κατασκιάζοντα τὸ ἱλαστήριον. ubi pronomen neutiquam ad tabernaculum, sed omnino ad arcam referendum, quia alæ Cherubinorum non illud sed hanc obtegebant. Quum igitur post ἐν ᾗ non sit iterum facta arcæ mentio, ad quam ἐπάνω αὐτῆς referri possit, sequitur verborum dispositionem ac sensum omnino postulare, ut utrumque ἐν ᾗ & ἐπάνω αὐτῆς ad idem referatur, nempe ad arcam. nec aliter intellexit Syrus, qui pro σκηνὴ utitur nomine masculino ܡܫܟܢܐ, pro κιβωτὸς autem ܩܒܘܬܐ. & quod sequitur ἐν ᾗ vertit, ܘܐܝܬ ܗܘܐ ܒܗ̇, cum puncto supra ܗ̇ nota affixi fœmin. gen. quod Tremellius recte vertit, erat in ea scilicet arcâ, male autem Junius annotat verti etiam posse, & erat in eo, scilicet tabernaculo. affixum enim fœmini generis referri non potest ad ܡܫܟܢܐ quod est masculinum. sic & Arabs accepit. quum enim القبة *tabernaculum* sit fœminium. تابوت vero *arca* masculinum, subjunxit affixo mascul. وكان فيه *& fuit in ea*, nempe arca. At quomodo hæc cum veritate historiæ consistent, si præter tabulas fœderis, etiam urnam & virgam in arca fuisse statuatur? Reg. In veteri Testamento ב & in novo Testamento ἐν non semper denotare rem quæ intra aliam est, sed & quæ alteri annexa est & adhæret. ut Genes. 1. vers. 22. *Volatile multiplicet se* בארץ *in terra*, non intra, sed super. Col. 3. vers. 1. Christus dicitur sedere ἐν δεξιᾷ τοῦ θεοῦ, id est ad dextram Dei, quod Marc. 16. dicitur ἐκ δεξιῶν. quomodo & *in* sumitur apud Latinos, quum quis dicitur pendere in ligno, qui ligno appendet. Ita hoc loco. dico tria illa quæ Apostolus memorat, fuisse in arcâ. sed diversimode. Tabulæ fœderis solæ fuerunt in, id est, intra arcam. urna autem mannæ & virga Aaronis fuerunt in, id est, ad arcam, adhærentes arcæ, eique annexæ. nec repugnat Moses Exod. 16. 34. quum ait, צנצנת urnam in qua erat homer mannæ fuisse collocatam לפני העדות ante testimonium, id est arcam testimonii. intellige, fuisse eam anteriori arcæ parti appositam, ut & simul ante arcam esset, & ei tamen quasi inhæreret.

Porro quod attinet ad τὸ θυμιατήριον, quod Apostolus statuit intra velum secundi tabernaculi, errare denuo videtur D. Junius, qui eo intelligi putat altare suffitus, de quo Exod. 30. illud enim non intra, sed לפני הערפת, ἀπέναντι τοῦ καταπετάσματος, ut LXX. verterunt, Exod. 30. vers. 6. & non in secundo, sed in primo erat tabernaculo, ἐν τοῖς ἁγίοις, ubi sæpe sacerdotes suffiebant. Neque vero altare illud θυμιατήριον dictum fuit senioribus, sed θυσιαστήριον θυμιάματος, ut Hebr. מזבח קטרת Chald. מדבחא לאקטרא. at τὸ θυμιατήριον usurparunt pro Hebr. מקטרת 2 Paral. 26. vers. 19. Ezech. 8. 11. & non de altari, sed de instrumento suffitus quod manibus tenebatur, dicitur. Latine thuribulum, quod alias מחתה Hebræis dicitur. quomodo & τὸ מקטרת Ezech. 8. vers. 11. à Chald. versum est מחתתא. nec aliter intellexit Syrus, qui τὸ θυμιατήριον vertit ܒܝܬ ܒܣܡܐ Boderianus, *domus aromatum*, Tremellius, *thuribulum*. Arabs اناء الطيب *vas aromatis*. pro מחתה autem LXX solent dicere πυρεῖον. quod Apoc. 8. 3. 5. λιβανωτὸς dicitur, Syr. ܦܝܪܝܘܢ fortasse à Græco πυρεῖον. At vero ejusmodi thuribuli, quod in sancto sanctorum asservaretur, mentionem nullam facit Moses. Fateor. sed tamen Levit. 16. 12. mentio fit thuribuli, quo semel in anno Aaron quum in sanctum sanctorum ingrederetur, solennem faceret suffitum. Singulare illud fuisse thuribulum, utpote aureum, & in sancto sanctorum in eum usum asservatum, docet hoc loco Apostolus.

Vers. 8. τοῦτο δηλοῦντος τοῦ πνεύματος τοῦ ἁγίου, μήπω πεφανερῶσθαι τὴν τῶν ἁγίων ὁδόν, ἔτι τῆς πρώτης σκηνῆς ἐχούσης στάσιν. Solet hic versus sic connecti cum præcedenti, quasi antitypum contineret prioris typi, adeoque per τῶν ἁγίων intelligeretur cœlum, per πρώτης σκηνῆς totum vetus Tabernaculum. Fortasse melius ad typum adhuc pertinet, ut indicet Apostolus, Spiritum S. voluisse structurâ antiqui sacrarii indicare, viam τῶν ἁγίων ad sancta, (nempe sancta sanctorum, sicut ἅγια sumitur infra vers. 12.) non fuisse manifestatam, id est, clausam debuisse manere, quamdiu primum tabernaculum (eo sensu quo vers. 2. sumtum est, & secundo tabernaculo vers. 3. oppositum) perstaret.

Vers. 16. ܐܝܟܐ ܓܝܪ ܕܐܝܬ ܕܝܬܝܩܐ ܡܘܬܐ ܗܘ ܡܬܚܘܐ ܕܗܘ ܕܥܒܕܗ̇. Boder. *Ubi enim est testamentum, mors ostenditur ejus qui condidit illud.* ܡܬܚܘܐ voluit esse Peil mascul. gen. formæ emphaticæ,

relatum ad ܡܘܬܐ. at postulabat Syriasmus, ut id forma simplici diceretur ܡܚܘܝܐ. non dubito quin sit Benoni fœm. gen. formæ simplicis, referendum ad ܕܝܬܩܐ. ideoque recte versum à Tremellio, *Ubi enim est Testamentum, mortem ostendit ejus qui facit illud* vel fecit illud. Id est, ubi Testamentum est, ibi ipsum Testamentum ostendit mortem ejus qui id fecit. sic Arabs, وحيث ما كانت وصية فهي تدل علي موت الذي اوصي بها. *Et ubi est Testamentum, illud ostendit de morte ejus qui testatus est illud.* non tam rem, quam Syriasmum declaramus. cui etiam melius convenire arbitramur, si legatur ܡܘܬܐ ܗܘ, quam ut hîc scribitur ܡܘܬܐ ܗܘ. est enim ܗܘ pleonasticum, non demonstrativum. sicut versu sequenti legitur ܥܠ ܡܝܬܐ ܗܘ ܕܝܢ.

VERS. 17. Ἐπεὶ μήποτε ἰσχύει, ὅτε ζῇ ὁ διαθέμενος. Exemplaria Græca non habent notam interrogationis. Neque Syrus & Arabs eam observarunt. qui μήποτε acceperunt pro simplici οὐ *non.* Vulgatus, Erasmus & Beza pro *nondum.* quod οὔπω vel μηδέπω dicunt Græci. an unquam alterutra significatione occurrat μήποτε, nondum constat. passim valet *ne, ne forte.* quod hîc non quadrat. sed & interdum interrogat, ut Joan. 7. vers. 26. μήποτε ἀληθῶς ἔγνωσαν οἱ ἄρχοντες, *an revera cognoverunt principes, hunc verè esse Christum?* Ita & hîc verti posset, *Quoniam an valet, quando vivit testator?* quæ interrogatio valet negationem, *non valet.*

CAP. X.

VERS. 5. *Sacrificium & oblationem noluisti, corpus autem adaptasti mihi.* At Psalmo 40. 7. est אָזְנַיִם כָּרִיתָ לִּי *aures perfodisti mihi.* sensus optime quadrat. & vere ibi Spiritus S. scrutatus est profunditates Dei. Tu, inquit David, bestiarum sacrificia noluisti, sed ipsum me consecratum tibi, tanquam meliorem hostiam, voluisti. ideo aures perfodisti mihi, id est, me tibi servum effecisti, sicut olim servi aurium perfossione in perpetuum heris suis addicebantur. Exod. 21. vers. 6. Hoc autem ad Christum non alio, quam incarnationis respectu, referri potest. Perfodit ipsi aures pater, id est, servum eum sibi effecit, quando corpus ipsi adaptavit. quamobrem Apostolus Phil. 2. eum formam servi tunc assumsisse ait, quando hominibus similis factus est.

VERS. 7. Ἐν κεφαλίδι βιβλίου *in capite libri.* sic habent LXX. Interpretes Psal. 40. vers. 8. pro בִּמְגִלַּת סֵפֶר *in volumine libri.* ubi Kimchius, ומגלת ספר הוא ספר התורה *& volumen libri est liber legis,* id est Pentateuchus. Nam ad hunc usque diem non habent Judæi in Synagogis alium legis librum, quam longa pergamenâ volutatum. Quin & Pentateuchus Mosis absolute ספר βιβλίον vocatur. sic Kimchius ad Psal. 19. vers. 8. explicaturus quid sit, תּוֹרַת יְהוָה *Lex Domini,* dicit, והנה הספר מבראשית עד לעיני כל ישראל נקרא בשם התורה *Et ecce Liber, à prima voce in principio, usque ad ultima verba, Coram toto Israël, vocatur Lex.* Liber est κατ' ἐξοχὴν Pentateuchus Mosis.

VERS. 15. Μετὰ γὰρ τὸ προειρηκέναι. *postquam enim prius dixit.* pro eo Syrus simpliciter habet ܕܐܡܪ *qui dixit,* vel, *quum dixit.* est enim ܕ apud Syros vel pronomen relativum, vel adverbium temporis. posteriori significatione Syrum, quem in Epistolis passim sequitur, interpretatus est Arabs. Syrum autem ita vertisse suspicor, quia versus sequentis omnia Prophetæ Jeremiæ verba esse arbitratus, ἀκολουθίαν deesse vidit, si legatur, *postquam enim prius dixit:* quæ recta est & plana, si legas, *qui* vel *quum dixit.* Sed laudandus est doctiss. Beza, qui sensum non esse ἀνακόλουθον ostendit, si versu sequenti λέγει κύριος accipiantur pro verbis Apostoli, & connectantur cum μετὰ γὰρ τὸ προειρηκέναι, tanquam eorum ἀπόδοσις. Etsi enim Hebræo textui, & LXX Interpretibus verba illa λέγει κύριος sint Prophetæ, & non ad sequentia tantum, sed & ad præcedentia referantur, nihil impedit tamen, quo minus Apostolus ea alio sensu hîc sua faciat, & ad sequentia tantum referat, quæ sunt *Indam leges meas,* &c. *& peccatorum ipsorum non recordabor amplius.* quum enim in iis verbis vis esset argumenti Apostolici, recte monet, ut ibi attendamus quid dicat Dominus. sensus est, Postquam prius dixit, *Hoc est fœdus quod paciscar,* &c. attendendum quid deinde dicat Dominus. quid autem id est? dicit Dominus, *Indam leges meas,* &c. quod quum Genevenses non animadverterint, ἀνακόλουθον plane est eorum translatio. Porro pro *indam leges meas* est διδοὺς τοὺς νόμους μου. ubi participium præsens διδοὺς ponitur pro futuro δώσω.

sicut

ſicut & Rom. 9. 28. λόγον γὰρ συντελῶν καὶ συντέμνων, pro συντελήσει καὶ συντεμνεῖ. ex Hebræorum, præſertim vero Syrorum more, quibus nihil uſitatius, quam Benoni pro futuro.

Vers. 26. Ἑκουσίως γὰρ ἁμαρτανόντων ἡμῶν, &c. *Voluntarie enim peccantibus nobis.* ἑκουσίως peccant, qui impiorum & irregenitorum more peccant. regenitus enim, etſi reſpectu carnis, qua adhuc ſervit legi peccati, ἑκουσίως quoque peccet, reſpectu tamen mentis renovatæ, à qua tanquam à meliori parte denominatur, ἀκουσίως peccat. quippe qui cum Apoſtolo Rom. 7. dicere valet, *Quod perpetro, non novi.* (id eſt, non approbo. quo ſenſu Deus dicitur non noſſe improbos Matth. 7.) *Non enim quod volo hoc ago, ſed quod odi, hoc facio. Nunc itaque non amplius ego id perpetro, ſed peccatum quod in me eſt. non enim facio bonum quod volo: ſed malum quod nolo, hoc ago.* Plane aliter ſe habent qui ἑκουσίως peccant. quod perpetrant malum, norunt, id eſt approbant. quod enim volunt agunt, & quod non oderunt, hoc faciunt. itaque & ipſi, & peccatum quod in ipſis eſt, id perpetrant. bonum enim nec volunt, nec faciunt: malum & volunt & faciunt. Cavendum, inquit Apoſtolus, ſedulo, ne id nobis uſu veniat. Si enim nos, nos inquam vere fideles, qui accepimus cognitionem veritatis, qua ſanctificati & renovati fuimus, eo relabimur, ut irregenitorum more bonum nec faciamus nec velimus, malum & velimus & faciamus, adeoque vere ἑκουσίως plena voluntate peccemus, non amplius pro peccatis reliqua eſt hoſtia. enervatâ enim, irritâque reddita Chriſti hoſtia, qua ſemel renovati ac regeniti fuimus, aut repetenda eſſet eadem hoſtia, aut illa ab ea reperienda, quorum utrumque ἀδύνατον. eadem ſententia mentem Apoſtoli accipimus ſupra cap. 6. verſ. 4. ubi vide. Quapropter non laudamus Syrum, nec qui eum ſequitur Arabem, qui pro *ſi nos voluntarie peccamus*, habent, *ſi quis voluntate ſua peccet.* Fieri enim poteſt, ut quis veritatis cognitionem adeptus, voluntate tamen affectuque nondum regenitus, peccet ἑκουσίως irregenitorum more, cui tamen Chriſti hoſtia poſtmodum aliquando ſit profutura ad voluntatis etiam renovationem, & æternam ſalutem. alia res erat de Apoſtolo, reliquiſque ad quos ſcribit, quoſque pro vere fidelibus ſecumque regenitis habebat Hebræis, quos prima perſona plurali comprehendit, dicens, *Si nos voluntarie peccamus.* quam lectionem omnes omnino codices Græci probant. Senſus eſt, ſi ego, voſque fideles Hebræi deficimus à noſtra regeneratione, denuoque peccato mancipati voluntarie lubentique animo peccamus, adempta nobis eſt deinceps omnis reconciliationis hoſtia. quam ſententiam veriſſimam arbitramur.

Vers. 34. Τὴν ἁρπαγὴν τῶν ὑπαρχόντων ὑμῶν μετὰ χαρᾶς προσεδέξασθε, γινώσκοντες ἔχειν &c. Viderunt enim plus lucri ſe facere quam damni, ubi omnia Chriſti cauſa amitterent. facturos contra plus damni quam lucri, ſi amiſſo Chriſto bona ſervarent. Recte R. Judas Hannaſi cap. 2. Aboth, הוי מחשב הפסד מצוה כנגד שכרה ושכר עבירה כנגד הפסדה: *conſer damnum præcepti divini cum emolumento ejus, & emolumentum tranſgreſſionis cum damno ejus.*

Vers. 37. Ἔτι μικρὸν ὅσον ὅσον. Petita phraſis ex Eſ. 26. verſ. 20. ubi pro חֲבִי כִמְעַט רֶגַע quæ ad verbum ſonant, *Late ſecundum paululum momenti*, i.e. ad exiguum temporis momentum te abde. LXX habent ἀποκρύβηθι μικρὸν ὅσον ὅσον.

Cap. XI.

Vers. 4. Πίστει πλείονα θυσίαν Ἄβελ παρὰ Κάϊν προσήνεγκε. Quanto melius fidei id tribuit Apoſtolus, quâ in ſuo ſacrificio intuitus eſt Abel ſacrificium promiſſi ſeminis mulieris, quod caput Serpenti eſſet contriturum, quam Joſephus, qui Antiq. l. 1. c. 3. cauſam prælati Abelis ſacrificii ſic effert, ὁ δὲ θεὸς ταύτῃ μᾶλλον ἥδεται τῇ θυσίᾳ, τοῖς αὐτομάτοις καὶ κατὰ φύσιν γεγονόσιν τιμώμενος, ἀλλ' οὐχὶ τοῖς κατ' ἐπίνοιαν ἀνθρώπου πλεονέκτου κατὰ βίαν πεφυκόσιν. *Deus hac magis delectatus eſt hoſtia, quippe qui ſponte & naturaliter naſcentibus honoratur, non autem iis quæ ex induſtria hominis avari violenter naſcuntur.* Obtulit enim Abel pecudes, quæ ipſius induſtria non erat natæ. Kain autem primitias frugum, quas terra ipſius induſtria arata & culta protruſerat. Kain enim, inquit, πρὸς τὸ κερδαίνειν μόνον ἀποβλέπων, γῆν ἀροῦν ἐπενόησε πρῶτος, *lucro tantum inhians, terræ arandæ modum excogitavit primus.* quæ quidem tam ſunt inepta, ut longiori refutatione non egeant. Porro πλείονα θυσίαν Vulgatus vertit *plurimam hoſtiam.* Eraſmus *uberiorem.* Beza, *majoris pretii.* vide ejus notas. Syrus ܕܡܝܬܪܐ ܗܘܬ *quæ excelleret*, vel *præſtaret.* ut & Arabs طيبة افضل *bonam magis*, i. meliorem. recte. nam ut רב apud Hebr. סגיא apud Chaldæos, ſic & πολὺς apud Græcos mu-

multum, magnum, præstans promiscue significat. vide notas apud Luc. 16. 10. ubi ἐλάχιστον opponitur τῷ πολλῷ. quin & Psal. 78. v. 31. pro וַיַּהֲרֹג בְּמִשְׁמַנֵּיהֶם *& occidit è pinguibus* (id est præstantissimis) *eorum*, LXX habent καὶ ἀπέκτεινεν ἐν τοῖς πλείοσιν αὐτῶν.

Sequitur in eodem versu: δι' ἧς ἐμαρτυρήθη εἶναι δίκαιος, μαρτυροῦντος ἐπὶ δώροις αὐτοῦ τοῦ θεοῦ καὶ δι' αὐτῆς ἀποθανὼν ἔτι λαλεῖ). Syrus, ܘܡܛܠ ܕܝܠܗ̇ ܗܘܬ ܥܠܘܗܝ ܣܗܕܘܬܐ ܕܟܐܢ ܗܘ܀ ܘܐܣܗܕ ܥܠ ܩܘܪܒܢܗ ܐܠܗܐ܀ ܘܡܛܠ ܕܝܠܗ̇ ܐܦ ܟܕ ܡܝܬ ܡܡܠܠ *Et propter meam (fidem) fuit de illo testimonium, quod justus eßet: & testatus est de domo ejus Deus: & propter illud etiam mortuus loquitur.* quasi legeretur, μαρτυροῦντος ἐπὶ τῷ δώρῳ αὐτοῦ τοῦ θεοῦ, καὶ δι' αὐτοῦ ἀποθανὼν ἔτι λαλεῖται. Fortasse τῷ δώρῳ rectius quadrare putavit quam in plurali τοῖς δώροις, quia Apostolus in principio hujus versus unius tantum θυσίας fecit mentionem. at constat ex Gen. 4. vers. 3. unicam illam θυσίαν constituisse מִבְּכֹרוֹת צֹאנוֹ וּמֵחֶלְבֵהֶן *ex primogenitis ovium ipsius, & adipe earum.* ideoque non obstat, quo minus unius sacrificii multa fuerint δῶρα quin quod & θυσία collective possit sumi. consentiunt in lectione plurali omnia exemplaria. ut & in δι' αὐτῆς, quod ad fidem refertur, non autem, ut Syrus voluit, ad donum sive sacrificium. Quomodo autem mortuus adhuc loqui dicitur? Primum, vitæ suæ exemplo, quo in S. Scriptura perpetuo docet monetque Ecclesiam, ut fidei suæ constantiam ad mortem usque imitetur. Deinde, & vel maxime, suo sanguine, cujus vox non tantum vivente adhuc Caino clamabat ad Deum de terra, ab eoque exaudiebatur, Genes. 4. vers. 10. sed & etiamnum clamare pergit. quamobrem Apostolus non dicit, *defunctus loquebatur*, sed *adhuc loquitur*: ut perpetua sanguinis ejus, quasi alloquentis Deum & vindictam postulantis, actio indicetur. nondum enim cædes illa penitus est vindicata. Unde Christus Matth. 23. vers. 35. docet, *omnem sanguinem justum in terra effusum, à sanguine Abelis, usque ad sanguinem Zachariæ, in ipsos Judæos venturum.* quia scilicet Caini exemplum imitantes, pari crudelitate qua ille Abelem, parique de causa, justos Dei servos trucidarent: adeoque Caini factum approbantes, reos se sanguinis Abelis redderent, eamque ob causam pœnæ de isto sanguine adhuc sumendæ participes se facerent. Cur autem fidei tribuitur, quod per illam defunctus adhuc loquatur? Intelligi id poterit, si consideremus primum, fideles, quoniam per fidem obtinuerunt ut justi essent & Deo chari, Deumque pro Deo suo haberent, per eandem obtinuisse, ut post mortem adhuc vivant. *Deus enim non est Deus mortuorum sed viventium.* quapropter Christus de Abrahamo, Isaaco & Jacobo, omnibusque in fide mortuis testatur, *omnes Deo vivere*, Luc. 20. vers. 37. 38. sicut ergo Abel per fidem Deo adhuc vivit, sic per fidem Deum adhuc loquitur tanquam patronum, tutorem, vindicem suum, censendusque est in numero istarum animarum interfectorum ob verbum Dei, quæ Apoc. 6. 9. 10. dicuntur clamare sub altari, & vindictam sanguinis sui postulare. Nec est quod miretur quis, fidei suam vim & usum esse etiam post mortem. sicut enim cælos oportet Christum capere ἄχρι χρόνων ἀποκαταστάσεως πάντων, Act. 3. 21. sic fides & spes ipsorum defunctorum tempora ista exspectant neque usque ad ea aliter quam spe salvi sancti sunt. unde illud 1 Petr. 1. vers. 13. τελείως ἐλπίσατε ἐπὶ τὴν φερομένην ὑμῖν χάριν ἐν ἀποκαλύψει Ἰησοῦ Χριστοῦ. manent siquidem fides & spes, donec τὸ τέλειον venerit. 1 Corinth. 13. vers. 10. 13. quod non statim à morte adest, sed in apparitione Christi demum apparebit. Non est autem dissimulandum, cum ἔτι λαλεῖται vertimus *adhuc loquitur*, pro verbo medio haberi, & poni pro λαλεῖ. quod tamen insolens esse fatemur, nec in ullo alio N. Test. loco, nec fortasse apud ullum probatum authorem usurpatum. ubique enim passive usurpatur; ut λαλεῖσθαι pro *dici, prædicari*, Hebr. 2. vers. 3. τὸ λαλούμενον *id quod dicitur & prædicatur*, Marc. 5. vers. 36. Luc. 2. 33. Actor. 16. vers. 14. Et 17. vers. 19. 1 Corinth. 14. v. 9. Hac significatione si & hîc sumatur, sensus erit, *per quam defunctus adhuc prædicatur.* nec male quadrat. sicut enim Matth. 26. vers. 13. dicitur de sancta illa fœmina, *ubicunque prædicatum fuerit hoc Euangelium in toto mundo*, λαληθήσεται καὶ ὃ ἐποίησεν αὕτη, *dicetur etiam quod hæc fecit*: sic fideles Abelis ἔτι λαλεῖται *adhuc dicitur.* Activam tamen significationem secuti sunt Vulgatus, Erasmus, Beza, Syrus & Arabs.

VERS. 7. Πίστει χρηματισθεὶς Νῶε περὶ τῶν μηδέπω βλεπομένων, εὐλαβηθεὶς κατεσκεύασε κιβωτὸν, &c. καὶ τῆς κατὰ πίστιν δικαιοσύνης ἐγένετο κληρονόμος. Si quis quærat, quænam illa sint quæ in arcæ stru-

structura per fidem apprehenderit Noeh, unde & justitiæ fidei hæres factus sit, docet id Apost. Petrus 1 Epist. 3. 20. 21. ubi Arca, quæ per aquam octo animas servavit, significasse dicitur Christum, qui nos servat per Baptisma, vi resurrectionis suæ. Juvat hîc referre, quomodo ipsi Cabalistæ ex dimensionibus Arcæ, Jesum eruant. Arca Noæ 300. cubitos longa, 50. cubitos lata, & 30. cubitos alta fuisse dicitur Gen. 6. vers. 15. Hîc Cabalista longitudinem primo dividit per altitudinem, & prodeunt decem, quæ respondent literæ Jod. Deinde ei adjungit ipsam longitudinem, cui congruit litera Schin. tandem eam dividit per latitudinem, & emergunt sex, quæ notantur litera Vau. ita elicitur nomen salvatoris ישו *Jesus*. Hæc Schickardus in Bechinath Happeruschim p. 65.

Vers. 17. Καὶ τὸν μονογενῆ προσέφερεν. Syrus ܘܠܝܚܝܕܗ ܐܣܩ ܥܠ ܡܕܒܚܐ quæ Tremel. *Et unigenitum suum obtulit super altare.* Id Syra phrasis non fert. Boderianus itaque, *exaltavit ad altare.* Eadem phrasis est quæ Matth. cap. 17. vers. 1. ܘܐܣܩ ܐܢܘܢ ܠܛܘܪܐ *fecit eos adscendere in montem*, Ita hoc loco, *Et unigenitum suum ascendere fecit in altare.* superimposuit altari. Explicare voluit Syrus, quid hîc sit τὸν μονογενῆ προσέφερεν. non quod revera mactaverit, sed quod tanquam victimam altari imposuerit. sic & Arabs, واصعد الي المذبح *& ascendere fecit in altare.*

Vers. 24. *Fide Moses jam grandis renuit vocari filius filiæ Pharaonis*, &c. Juvat huc referre, quæ Josephus recenset Antiq. l. 2. cap. 5. Ὄντα δὲ αὐτὸν τοιοῦτον, ἡ Θερμουθὶς παιδοποιεῖται, γονῆς γνησίας οὐ μεμοιραμένη. καί ποτε κομίσασα τὸν Μωυσῆν πρὸς τὸν πατέρα, ἐπεδείκνυέ τε τοῦτον, καὶ ὡς φροντίσειε διαδοχῆς, εἰ καὶ βουλήσει θεοῦ μὴ τύχοι παιδὸς γνησίου. πρὸς αὐτόν τε ἔλεγεν. ἀναθρεψαμένη παῖδα μορφῇ τε θεῖον καὶ φρονήματι γενναῖον, θαυμασίως δὲ αὐτὸν καὶ παρ᾽ αὐτῆς τοῦ ποταμοῦ λαβοῦσα χάριτι, ἐμαυτῆς μὲν ἡγησάμην παῖδα ποιήσασθαι, τῆς δὲ σῆς βασιλείας διάδοχον. ταῦτα λέγουσα τὸ βρέφος ταῖς τοῦ πατρὸς χερσὶν ἐντίθησι. ὁ δὲ καὶ λαβὼν καὶ προστερνισάμενος, κατὰ φιλοφρόνησιν χάριν τῆς θυγατρὸς ἐπιτίθησιν αὐτῷ τὸ διάδημα. καταφέρει δ᾽ ὁ Μωυσῆς εἰς τὴν γῆν, περιελόμενος αὐτὸ κατὰ νηπιότητα δῆθεν, ἐπέβαινέ τε αὐτῷ τοῖς ποσί· καὶ τοῦτο ἔδοξεν οἰωνὸν ἐπὶ τῇ βασιλείᾳ φέρειν. Id est, Interprete Gelenio, *quum autem talis esset, Thermutis hunc sibi filium adoptavit, quum alioqui germanis liberis careret. allatumque patri ostentabat, dicens de successore se cogitare, etiamsi Deus illi nullum filium gignere dederit. Hunc puerum, inquit, ego educavi, non minus indole quam pulchritudine divina excellentem, quem Nilus ipse in sinum meum tradidisse videri potest. quem decrevi adoptare mihi filium, tibi vero in principatu ac imperio successorem. & cum dicto patri infantem in manus impressisset, filiæ gratificaturus, comiter diadema suum capiti ejus imposuit. Moses vero capiti pueriliter detractum prolabi in humum passus, pedibus etiam calcavit. id quod mox ominosum est visum, & regno nihil boni portendere.*

Vers. 24. *Renuit vocari filius filiæ Pharaonis.* Non ineptum est illud Talmudicum הוי זנב לאריות ואל תהי ראש לשועלים *esto cauda leonibus potius quam caput vulpibus.* quantum leo, animal generosum & nobile, differt à vulpe, animali vili & abjectissimo, tantum & amplius differebat populus Dei (quos אַדִּירֵי *magnificos* vocat David Psal. 16. 3.) ab Ægyptiis, qui, ut omnes improbi, erant זֻלּוּת לִבְנֵי אָדָם *vilissimi homines* Psal. 12. v. ult. Merito ergo maluit Moses esse cauda Israëlitarum, quam caput Ægyptiorum.

Vers. 25. Ἢ πρόσκαιρον ἔχειν ἁμαρτίας ἀπόλαυσιν. Erasmus, *quam temporariis peccati commodis frui.* Beza, *quam temporariam retinere peccati fruitionem.* id est, inquit recte in Notis, oblectationem. quocirca laudabiliter Vulgatus, *quam temporalis peccati habere jucunditatem.* videtur προσκαίρου legisse, quod nos πρόσκαιρον. recte autem ἀπόλαυσιν reddidit *jucunditatem.* sic enim & Aristoteles lib. 1. Ethic. cap. 5. ἀπολαυστικοὺς vocat, qui voluptati dediti, in ea felicitatem ponunt. quos ab iis distinguit, qui divitias affectant, quos χρηματιστικοὺς appellat. Hezychius ἀπολαύει, τρυφᾷ *deliciatur.* Quamobrem Syrus hîc, ܘܠܐ ܙܒܢܐ ܙܥܘܪܐ ܢܬܒܣܡ ܒܚܛܝܬܐ *& non ut pauxillulo tempore oblectaret se in peccato.* Arabs ولا يتنعم زمنا يسيرا بمعصية *& non oblectaret se tempore exiguo in eo quo peccaret.*

Vers. 26. Μείζονα πλοῦτον ἡγησάμενος τῶν Αἰγύπτου θησαυρῶν τὸν ὀνειδισμὸν τοῦ Χριστοῦ. Vir magnus per τὸν ὀνειδισμὸν τοῦ Χριστοῦ intelligit exprobrationem, & quidem qua gentes Judæis exprobrabant tarditatem & moram adventus Messiæ. Non isthoc sane sensu accipi potest infra c. 13. vers. *Itaque exeamus ad ipsum extra castra.* τὸν ὀνειδισμὸν αὐτοῦ φέροντες, *ignominiam e-jus*

ejus ferentes: non utique exprobrationem moræ adventus Christi (jam tum enim advenerat) sed ignominiam crucis & perpessionum Christi. Ita & hic accipi velim. Syrus ܚܣܕܗ ܕܡܫܝܚܐ ܗܘ ܥܘܬܪܐ *divitiæ ignominiæ Christi.* Arabs واعتقد ان الاستغناء بمثل العار الذي احتمله للمسيح افضل من احتوا كنوز مصر *Et putavit, quod acquiescere in similitudine ignominiæ quam perpessus est Christus, melius sit quam possidere thesauros Ægypti.* ὀνειδισμὸς est Hebræorum חֶרְפָּה & כְּלִמָּה quæ sic à LXX vertuntur. Syris non tantum ܚܣܕܐ sed & ܨܥܪܐ צערא dicitur, quod in Thargum interdum pro Hebr. קָלוֹן *ignominia*, sæpius pro עצב dolere usurpatur. apud Rabbinos autem & Thalmudicos semper pro *dolere.* significantur ergo dolores & perpessiones Christi, cum ignominia conjuncti. quas cum jam tum videret ipsum in fœderato suo populo ferre, fide se fulcivit. ἀπέβλεπε γὰρ, ut sequitur, εἰς τὴν μισθαποδοσίαν. Nam ut dici solet à Magistris כל המצער עצמו עם הצבור זוכה ורואה בנחמת צבור *quicunque affligit se cum Ecclesia, dignus est ut quoque videat consolationem Ecclesiæ.*

CAP. XII.

VERS. 1. Ὄγκον ἀποθέμενοι πάντα. Vulgatus & Beza ὄγκον verterunt *pondus.* Erasmus *onus.* Syrus ܝܘܩܪܐ *pondera.* Arabs ثقل *pondus.* vel *onus.* Suidas ὄγκος, τὸ βάρος. neque male quadrat sequenti Metaphoræ, δι' ὑπομονῆς τρέχωμεν τὸν προκείμενον ἡμῖν ἀγῶνα. currenti enim nihil magis pondere obstat. fateor tamen ὄγκον potius *tumorem* significare, atque hic pro fastu animi, ut & passim apud bonos authores, recte accipi. quo non persuasionem illam intelligo, qua quis se ad metam jam pervenisse temere credit, sed qua quis, nimium sibi tribuens, indignas se afflictiones autumat. nihil enim adeo τῇ ὑπομονῇ adversum, quam fastus. Apostolus cap. 10. à vers. 32. ad finem usque adhortatus eos fuerat ad afflictiones, prout cœperant, fortiter deinceps tolerandas, curandumque ne essent τῆς ὑποστολῆς, ἀλλὰ τῆς πίστεως. in eum finem nubem testium Veteris Testamenti toto capite undecimo protulerat, qui magnis afflictionibus pressi, fide eas superarant. unde collegit initio hujus capitis, si quis tanti se faciat, ut cum illis & ad eorum exemplum pati, & δι' ὑπομονῆς τρέχειν τὸν προκείμενον ἀγῶνα nolit, vere ὄγκον *fastum* suum patefacere, qui deponendus sit, ut cursus recte absolvatur. Sequitur, καὶ τὴν εὐπερίστατον ἁμαρτίαν. Beza, *Et peccatum ad nos circumcingendos proclive.* Erasmus, *tenaciter inhærens.* Vulgatus, *circumstans.* Syrus, quem sequitur Arabs, ܚܛܗܐ ܕܒܟܠܙܒܢ ܡܛܝܒ ܠܢ *peccatum quod omni tempore paratum est nobis.* quod cum Hezychio convenit, qui εὐπερίστατον vertit εὔκολον, εὐχερῆ, *facile, promptum.* id placet. est enim περίστασις *circumstantia*, ut loci, temporis, personarum. hinc εὐπερίστατον *facile circumstans.* præstat sane isto Suidæ, εὐπερίστατον, μωρὸν, ταχέως περιτρεπόμενον, *stultum, quod celeriter circumvertitur.*

CAP. XIII.

VERS. 1. Τῆς φιλοξενίας μὴ λανθάνεσθε. In libro precum Judaicarum הכנסת אורחים *in ædes suas recipere viatores*, refertur inter eas res שאדם אוכל פירותיהם בעולם הזה והקרן קיימת לו לעולם הבא: *quarum fructus homo edit in hoc seculo, sors autem ipsi permanet in futurum seculum.* Et viator quidem qui hospitio excipiebatur, quartæ sive ultimæ precationi quam inter capiendum cibum dicere jubentur Judæi, addere tenebatur ejusmodi votum pro suo hospite, יהי רצון שלא יבוש בעל הבית בעולם הזה ולא נכלם לעולם הבא *Velit Deus ne pudefiat hic paterfamilias, in hoc seculo, neque erubescat seculo futuro.* Maimonides in tract. ברכות cap. 2.

VERS. 5. *Estote* ἀρκούμενοι τοῖς παροῦσιν *contenti præsentibus.* Egregiam hanc Apostoli admonitionem præclara Imperatoris Alis sententia ornare visum fuit اظهار الغني من الشكر *manifestatio* αὐταρκείας *species est gratiarum actionis.* id est, qui contentus est iis quæ Deus largitur, verbisque declarat se in iis acquiescere, eo ipso gratias Deo agit.

VERS. 7. ὧν ἀναθεωροῦντες τὴν ἔκβασιν τῆς ἀναστροφῆς. *Quorum intuentes exitum conversationis.* per *exitum possis modum* intelligere. ut plenius proposuimus Psal. 68. 21. ubi וְלֵיהוִה אֲדֹנָי לַמָּוֶת תּוֹצָאוֹת vertimus, *Et Jehovæ Domini sunt mortis modi.*

ANIMADVERSIONES IN EPISTOLAM CATHOLICAM JACOBI.

Cap I. Vers. V.

Qui dat omnibus ܦܫܝܛܐܝܬ *simpliciter.* ἁπλῶς dixit Apostolus. quod Erasmus vertit, *simpliciter*. Beza *benigne*. Vulgatus optime *affluenter*. Notum est Syris ܦܫܛ, ut & Arabibus mutato pro more פ in ב, بسط esse *extendit, expandit.* inde ܦܫܝܛܐ, Arab. بسيط *extensus, expansus.* ad Hebr. 1. 8. diximus. deinde quia quæ involuta erant, si extendantur & expandantur fiunt simplicia, *simplicem* etiam significat. sic ܦܫܝܛܐܝܬ proprie est *extense*. deinde *simpliciter*. ܦܫܝܛܘܬܐ *extensio, simplicitas.* Idem est apud Apostolum ἁπλότης 2 Corinth. 8. 2. ubi dicuntur Ecclesiæ Macedonicæ in paupertate sua abundasse εἰς τὸ πλοῦτον τῆς ἁπλότητος αὐτῶν. recte scholia Græca ἁπλότητα interpretati sunt δαψίλειαν. Arabs في غنا انبساطهم *in divitiis extensionis eorum*, quod eodem sensu Syrus dixit ܒܥܘܬܪܐ ܕܦܫܝܛܘܬܗܘܢ. significat simplicem illam & porrectam animi extensionem, quæ in benefico & liberali est, unde opum quoque extensio & elargitio oritur. ut contra in avaro omnia contracta sunt & coarctata. quare dicitur avarus הִתְעַלֵּם *abscondere se* à carne sua. Esa. 58. vers. 7. κλείειν τὴν καρδίαν 1 Joa. 3. vers. 17. est ergo ἁπλότης ea animi, ut sic dicam, explicatio, qua non tantum nostra sed & animum nostrum proximo damus. Nec dubito quum id sit Matth. 6. vers. 22. ὀφθαλμὸς ἁπλοῦς, nempe mens benigna ac benefica. ut contra ὀφθαλμὸς πονηρὸς mens avara & invida. quod ex præcedentibus ejusdem loci versibus, ubi avaritiam oppugnavit Servator, liquido constat. Hebræi mentem beneficam vocant עַיִן טוֹבָה *oculum bonum.* avaram autem עַיִן רָעָה *oculum malum.* ἁπλοῦς itaque non tantum *simplex*, sed & *beneficus*, qui beneficentia animum suum extendit, Quod nec Pollux ignoravit, qui lib. 5. cap. 21. ἁπλοῦς, inquit, ἐκκείμενος *in medio expositus*, ἑτοιμότατος *paratissimus*, ἐλεύθερος *liber, ingenuus, liberalis.* & cap. 50. ἁπλῶσαι τὸ σῶμα, ἐκτεῖναι τὸ σῶμα, προτεῖναι τὰ κῶλα pro iisdem sumit. Lex. Græcol. vetus, ἁπλῶ *simplico, pando.* ἁπλοῦμαι *pandor.* ἅπλωσον *expande.* adde Chrysost. hom. 6. ad pop. Antioch. ubi matres ait liberis flentibus τοὺς κόλπους ἁπλῶσαι. Idem ergo prorsus apud Græcos hoc verbum est quod פשט apud Syros. quocirca & ἁπλῶς recte Vulgatus vertit *affluenter*. proprie *expanse*. optime etiam Arabs من سعة *ex amplitudine, vel ex dilatione.* id est amplissime. potuisset vertisse بَسْطَةً *extense*. ut in Alcor. Sur. Bac. وَزَادَ بَسْطَةً فِي الْعِلْمِ وَالْجِسْمِ & *auxit* (Deus Saulem) *extense in scientia & corpore*. alias بَسْطَةً est *simpliciter*. Sequitur in eodem versu, καὶ μὴ ὀνειδίζοντος, *& qui non exprobrat*. discrimen ostendit Apostolus inter Deum dantem, & hominem. quod & egregie exprimunt Hebræi, quum in libro מעמדות, in sexto diei precatione sic orant, ואל תצריכני לידי מתנת בשר ודם מפני שמתנתם מועטה וחרפתם מרובה אלא לידך המלאה והחבה *ne fac ut opus mihi sit donis hominum, quorum dona pauca, exprobratio autem multiplex, sed manu tua plena & lata.* unde simul liquet, quum Deus dicitur dare omnibus ἁπλῶς, id Hebraice dici ביד רחבה *manu lata*, id est, non contracta, sed dilatata & expansa.

Vers. 14. 15. *Quisque autem tentatur, à propria concupiscentia* ἐξελκόμενος καὶ δελεαζόμενος *abstractus & illectus.* Metaphora desumpta est à meretrice, quæ imprudentem adolescentem abstrahit à parentibus sive à recto tramite, & ad se veluti esca allicit. deinde ex congressu ejus concipit & parit. Meretrix est concupiscentia, quæ hominem vere fatuum ac stultum abstrahit à Deo sanctaque ejus lege, & blande ad se pellicit. id fit prima stimulatione ad peccatum, accedit deinde voluntatis consensus, qui quum sit veluti congressus quidam voluntatis cum concupiscentia, impraegnatur ibi concupiscentia, & fit peccati conceptio. postremo ejusdem partus, quum in actum & quasi in lucem editur. tum autem peccatum est peractum: adeo ut idem mihi

mihi hîc sit ἁμαρτία ἀποτελεσθεῖσα quod πεχθεῖσα. Tres itaque peccati actualis gradus describuntur, ex concupiscentia sive peccato originis fluentes: illectio ad congressum, ex congressu conceptio, post conceptionem partus. Paribus gradibus procedit mors. sed tertium tantum expressit Apostolus, quia ibi demum evidens & quasi sensibilis apparet mors. Nequaquam ergo negandum, ad duos priores peccati gradus mortem quoque pertinere. Contra, si tertius gradus, nempe peccatum partum, ἀποκύῃ ex utero producit & parit mortem, necesse est in secundo gradu fuisse conceptam, & in primo allectam. Unde sequitur, concupiscentiam, quæ peccati actualis radix est, esse & mortis.

VERS. 18. *Ut essemus primitiæ quædam* τῶν αὐτοῦ κτισμάτων *suarum creaturarum.* בריות *creaturas* homines speciatim vulgatissimo Hebræorum usu denotare, jam pridem multis exemplis viri docti comprobarunt. Idemque usus apud Arabes obtinet, quibus خلق *creatura* collective homines designat. ut in historia Saracenica وقتل منهم خلق كثير *& occisa est ex iis creatura multa*, id est, occisi homines multi. Et in sententiis Ali litera ذ, ذُلّ الخَلْقِ عَزِيزٌ عِنْدَ آللّٰه *Contempus creaturæ* (i. qui inter homines spretus est) *in honore est apud Deum.*

VERS. 19. Βραδὺς εἰς τὸ λαλῆσαι. Recte Sammai cap. 1. Aboth. אמור מעט ועשה הרבה: *dic parum, fac multum.* Nam ut cap. 3. ait R. Aquiba, סייג לחכמה שתיקה *sepes sapientiæ est silentium.*

Βραδὺς εἰς ὀργήν. Monitum est R. Eliezeris c. 2. Aboth, אל תהי נוח לכעוס *ne sis facilis ad iram.* observa Hebraismum.

VERS. 23. Ὅτι εἴτις ἀκροατὴς λόγου ἐστί, καὶ οὐ ποιητὴς &c. Simeon filius Gamalielis cap. 1. Aboth recte dicit, לא המדרש הוא העקר אלא המעשה: *studium* (sive inquisitio) *non est præcipuum, sed opus.*

VERS. 25. Ὁ δὲ παρακύψας εἰς νόμον τέλειον τὸν τῆς ἐλευθερίας, καὶ παραμείνας. Hoc videtur voluisse Sammai cap. 1. Aboth, quum diceret עשה תורתך קבע *fac legem tuam fixum quid.* id est, postquam legem Dei tanquam tuam arripuisti, cave in ea fluctues, sed fac fixum in ea habeas animum.

Porro Lex *libertatis* τῆς ἐλευθερίας vocatur, quia tum demum liber homo est, ubi legis divinæ jugum suscipit. Deoque in lege præcipienti libenter paret. Etsi enim libertatis nostræ causa efficiens principalis sit filius, Joan. 8. vers. 36. & Spiritus Christi, 2 Cor. 3. 17. Tamen quia in eo sita est libertas, ut ab hominum peccatique jugo liberati, Deo secundum legem serviamus, quod Paulus Rom. 6 multis urget, jure lex, libertatis lex vocatur. Huc spectant quæ R. Nehonia lib. 3. Aboth dicit, כל המקבל עול תורה עליו מעבירין ממנו עול מלכות ועול דרך ארץ וכל הפורק ממנו עול תורה נותנין עליו עול מלכות ועול דרך ארץ: *Quicunque suscipit in se jugum legis, ab eo aufertur jugum regni* (id est, in eum nihil potest tyrannis) *& jugum viæ terræ* (id est, non imperant ei amplius peccata & terrenæ cupiditates.) *Contra qui disrumpit à se jugum legis, illi ambo illa juga imponuntur.* Quod enim Scholiastes per *Jugum regni* intelligit מסין וארנוניות *tributa & vectigalia*, per *jugum viæ terræ* autem עמל וטורח הפרנסה *laborem & molestiam acquirendi victus*, mihi dilutum nimis est.

CAP. II.

VERS. 4. Καὶ ἐγένεσθε κριταὶ διαλογισμῶν πονηρῶν. Syrus, ܘܗܘܝܬܘܢ ܡܦܪ̈ܫܢܐ ܕܡܚ̈ܫܒܬܐ ܒܝ̈ܫܬܐ Tremel. & Boder. *& facti estis interpretes cogitationum malarum?* פֵּרֵשׁ apud Hebr. est *interpretari.* פֵּרוּשׁ *interpretatio.* הַמְפָרֵשׁ *interpres.* An idem apud Syros vehementer dubito. Id ipsis ܦܘܫܩܐ. dicitur. At ܦܪܫ est *separare, discernere, distinguere, dijudicare.* unde 1 Cor. 12. v. 10 διακρίσεις πνευμάτων ܦܘܪܫܢܐ ܕܪ̈ܘܚܐ. at ἑρμηνεία γλωσσῶν, ܦܘܫܩܐ ܕܠܫ̈ܢܐ. Sic Act. 17. vers. 11. ἀνακρίνοντες τὰς γραφὰς, εἰ ἔχοι ταῦτα οὕτως, Syrus vertit ܟܕ ܡܦܪܫܝܢ ܗܘܘ ܡܢ ܟܬ̈ܒܐ ܐܢ ܗܠܝܢ ܗܟܢܐ ܐܝܬܝܗܝܢ, *quum discernerent*, vel *distinguerent ex Scripturis, an hæc ita essent.* Sic & hoc loco verto, *& facti estis distinctores cogitationum malarum.* Neque enim agitur hîc de malis cogitationibus hoc aut illo modo interpretandis, sed de distinctione quam malis cogitationibus faciebant inter divitem & pau

pauperem. Apoſtolus dixit, καὶ ἐγένεσθε κριταὶ διαλογισμῶν πονηρῶν. ubi genitivus διαλογισμῶν non denotat objectum circa quod verſetur κρίσις, ſed deſignat attributum τῶν κριτῶν, nempe eos inter divitem & pauperem malis cogitationibus diſcernere & dijudicare. quod recte expreſſit Arabs وقضيتم بالنيات الخبيثة *& judicaſtis opinionibus malis*. honorantes nempe nequiores, & contemnentes meliores ac præſtantiores apud Deum. Recte monet R. Joſua filius Pharachiæ cap. 1. Aboth, הוי דן את כל האדם לכף זכות, *judica unumquemque bilance juſtitiæ*. id eſt, ſecundum merita cujuſque, non ſecundum externam ſpeciem.

Vers. 5. οὐχ ὁ θεὸς ἐξελέξατο τοὺς πτωχοὺς τοῦ κόσμου τούτου, πλουσίους ἐν πίστει, καὶ κληρονόμους τῆς βασιλείας &c. Ellipſis eſt ſolummodo verbi ſubſtantivi, pro ἐξελέξατο εἶναι πλουσίους. quomodo dixit Apoſtolus Eph. 1. verſ. 4. καθὼς ἐξελέξατο ἡμᾶς ἐν αὐτῷ καταβολῆς κόσμου, εἶναι ἡμᾶς ἁγίους. tales phraſes ſunt, Johan. 12. verſ. 46. Ἐγὼ φῶς (pro εἶναι φῶς) ἐλήλυθα εἰς τὸν κόσμον. 2 Cor. 3. 6. ὃς καὶ ἱκάνωσεν ἡμᾶς διακόνους τῆς διαθήκης. pro εἶναι διακόνους.

Vers. 8. Νόμον βασιλικόν. *Legem regiam.* quam quidam ſic dictam volunt proverbiali quadam locutione, ut viam regiam dicimus, quæ diverticula non habet: quia lex ſine ulla perſonarum acceptione omnibus patet, nec cuiquam adulatur. Alii volunt eſſe pro νόμον τοῦ βασιλέως *legem regis* nempe Dei. hinc Syrus ſimpliciter vertit ܢܳܡܽܘܣܳܐ ܕܰܐܠܳܗܳܐ *legem Dei*. neque omnino eſt ſpernendum. ſæpe enim abſolute Deus הַמֶּלֶךְ ὁ βασιλεὺς dicitur. vide Eſa. 6. 5. Jer. 51. 46. Eſtque idem quod מֶלֶךְ רָב ὁ μέγας βασιλεὺς Pſal. 48. 3. Matth. 5. 35. Neque inepta hoc loco eſt iſta notio. quippe qua urget eos, ne per προσωποληψίαν cogant legem ſuis affectibus ſervire, adeoque κριταὶ τοῦ νόμου potius ſint quam ποιηταὶ, cujus criminis infra cap. 4. verſ. 11. eos accuſabit, ſed ſciant, Legem eſſe magni regis legem, quæ præter iſtum Regem dominos nullos agnoſcat. Malim tamen ſic dici Legem, quod regale quid in ſe contineat, regiaque autoritate præſcribat ac jubeat, cui parere, non imperare teneantur homines. Sic de Lege loquuntur Hebræi, quippe cui כֶּתֶר *coronam* tribuunt. Sic enim in Pirke Aboth. c. 4. R. Simeon: שלושה כתרים הם כתר תורה וכתר כהונה וכתר מלכות: *Tres ſunt coronæ: Legis, Sacerdotii & Regni.* Quin & quum ferretur Lex in monte Sinai ſive Horeb, coronam capitibus omnium Iſraëlitarum impoſitam fuiſſe ajunt. Atque inde eſt quod Exod. 32. verſ. 25. ubi facto vitulo aureo dicitur Moſes vidiſſe populum כִּי פָרֻעַ הוּא כִּי פְרָעֹה אַהֲרֹן *denudatum eum eſſe, quia denudaverat eos Aaron*, Jonathan id interpretatur, *Denudatos fuiſſe ſancta corona, quam in capitibus ſuis geſtaverant, & in qua nomen magnum & glorioſum ſculptum atque expreſſum eſſet*, & quidem à monte Horeb, ut ait Thargum Hieroſolymitanum. cum quo conſentit Jonathan Exod. 33. 4.

Vers. 10. ὃς ἐν ἑνὶ πταίσῃ, πάντων ἔνοχος ἐστί. Non multum inde abludit illud Alis, ذَنْب وَاحد كَثِير وَذِكْر وَأَلف طَاعة قَليل *delictum unum multum eſt, at cultus Dei & mille obedientiæ parum eſt.*

Vers. 22. βλέπεις ὅτι πίστις συνήργει τοῖς ἔργοις αὐτοῦ; *Vides, quod fides cooperabatur operibus ejus?* Hinc inferunt Pontificii, ſi fides Abrahami operabatur cum operibus ejus, juſtificabat etiam cum operibus ejus. Sed negamus conſequentiam. primo, quia non omnis operatio fidei eſt Juſtificatio. Nam Act. 15. 9. fidei operatio dicitur eſſe etiam cordis purificatio, quæ ſanctificatio, non juſtificatio. Deinde, cum fides Abrahami dicitur cooperata operibus ejus, ſenſus non eſt, fidem Abrahami adjutam fuiſſe ab ejus operibus ut eum juſtificaret. nam theſin hanc deducit Apoſtolus ex eo quod verſu præcedente dixerat, Abrahamum obtuliſſe filium ſuum ſupra altare. Huic operi cooperata eſt fides ejus. an ut per illud opus ipſum juſtificaret à reatu ſuorum peccatorum? At verſu ſequenti Apoſtolus profert ex Gen. 15. verſ. 6. Abrahamum credidiſſe Deo & imputatum ipſi fuiſſe in juſtitiam. quæ imputatio in juſtitiam, quum facta fuerit plus quam viginti annis ante oblatum Iſaacum, imo diu ante ipſum natum, non potuit ibi fides Abrahami adjuta fuiſſe ab iſto opere, diu poſt ſecuto. Adde quod ex eodem iſto loco argumentum depromat Paulus, Abrahamum fuiſſe juſtificatum fide ſine operibus. Quum ergo v. 21. aſſerit Jacobus, Abrahamum juſtificatum fuiſſe ex operibus, quum obtulit Iſaacum, non agit de eadem juſtificatione, de qua poſtea verſ. 23. quum hæc illam multis annis anteceſſerit. Ideo ſic diſtinguit eas Apoſtolus, ut eo quod juſtificatus fuerit Abraham ex operibus oblationis Iſaaci, impletum fuiſſe dicat, id eſt liquido tum conſtitiſſe, vere ipſum antea fuiſſe juſtificatum ex fide. quid ita? quia cum

cum Abraham Gen. 22. ex filiali timore Dei, promptaque obedientia filium suum unigenitum obtulit, fides illa, qua crediderat promissioni divinæ, fore ut in semine ipsius benedicerentur omnes gentes, quæque illi imputata fuerat in justitiam, cooperata est isti operi, vel istis operibus, nempe oblationi filii, & timori Dei atque obedientiæ, unde fluxit oblatio. quum enim certa fide credidisset, semen sibi dandum esse, & quidem quod hæres suus futurus esset, Gen. 15. vers. 4. & in quo omnes Gentes benedicendæ essent, Gen. 12. vers. 3. genuit illa fides filialem timorem, quo mandatum Dei de mactando Isaaco detrectare est veritus, incitavitque eum ad promptam obedientiam, certo eum persuasum reddens, non defuturum tamen Deum suæ promissioni, quia & ex mortuis suscitare potens esset. Hebr. 11. vers. 19. Ideo observandum, Jacobum non dicere, Opera Abrahami cooperata esse ipsius fidei, sed fidem cooperatam esse ipsius operibus. habuerunt enim ex ipsius fide opera, ut essent, & agerent, & justificarent. Nempe fides illa, qua sola sine operibus justificatus fuit à reatu suorum peccatorum, ut in se peccator non haberetur peccator, sanctificavit cor ipsius ad bona opera, effecitque ut per ea justificatus sit à falsa hypocriseos, mercenariæque indolis criminatione. de quibus justificationis speciebus plenius egimus ad Rom. 8. vers. 4.

VERS. 22. Καὶ ἐξ ἔργων ἡ πίστις ἐτελειώθη, *Et ex operibus fides perfecta fuit.* Ergo, clamant Pontificii, fides perfectionem suam habet ex operibus, & charitas, quæ inter bona opera primas tenet, est fidei forma, tribuens ei suam perfectionem. Perinde est ac si quis sic inferat: Aristoteles ad Nicom. lib. 10. cap. 4. dicit, τελειοῖ (observetur eadem vox qua hîc Apostolus est usus) τὴν ἐνέργειαν ἡ ἡδονὴ, *perficit actum voluptas*, Ergo actus tenet formalem suam perfectionem à voluptate. Negat consequentiam Aristoteles, quia variis modis dicitur aliquid aliud perficere. Addit enim, οὐ τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον ἥ τε ἡδονὴ τελειοῖ καὶ τὸ αἰσθητόν τε καὶ ἡ αἴσθησις, σπουδαῖα ὄντα, *non tamen eodem modo voluptas perficit, quo objectum sensus, & ipse sensus, cum proba sunt.* Deinde, τελειοῖ τὴν ἐνέργειαν ἡ ἡδονὴ, οὐχ ὡς ἕξις ἐνυπάρχουσα, ἀλλ' ὡς ἐπιγιγνόμενόν τι τέλος, οἷον τοῖς ἀκμαίοις ἡ ὥρα. *Perficit actum voluptas, non ut habitus qui insit, sed ut finis quidam qui adveniat: quemadmodum iis qui sunt in florenti ætate, venustas.* Perficit utique florentem ætatem venustas, verum non ut internus corporis vigor, qui eam perficit efficienter & formaliter, sed tanquam accidens concomitans, ex ipsa florente ætate ortum, eamque ornans. Sic in actu sensationis, objectum quod sensum movet, & sensus sive sentiendi facultas ac habitus qui sensationem efficit, actui isti formalem tribuunt perfectionem. at concomitans voluptas, appendix est perfectionis, accessione sua augens & terminans perfectionem actus. Eodem fere modo in actu fidei, justitia Christi quæ oblata in Euangelio movet ac elicit fidem tanquam ejus objectum, tum ipse habitus fidei ingenitus in corde à Spiritu S. perficiunt actum formaliter. bona opera eundem actum perficiunt, ὡς τέλος ἐπιγινόμενον, ut concomitantes appendices & ornamenta fidei. Et sicut voluptas sic perficit actionem, ut internam actionis perfectionem præsupponat, eamque sequatur, ita & bona opera sic perficiunt fidem, ut internam ejus perfectionem præsupponant & sequantur. Quatenus ergo bona opera vitam fidei, ejusque vim, efficaciam, sinceritatem produnt, adeoque eam illustrant & exornant, recte dicuntur perfectio fidei.

VERS. 23 Καὶ φίλος θεοῦ ἐκλήθη. Non extat id cognominis de Abrahamo apud Mosem. Sed Esa. 41. vers. 8. extat. ubi vocatur Israël à Deo, זֶרַע אַבְרָהָם אֹהֲבִי *semen Abrahami amici mei.* Non dubium est autem, quin hoc potissimum cognomen expresserit Apostolus, quia per universum Orientem notissimus eo erat Abrahamus. Nam & hodie inter Mahometanos speciali quodam privilegio nominatur خليل الله *amicus Dei.* quumque absolute dicunt, Id fecit amicus Dei, non alius intelligitur quam Abrahamus. & sæpe simpliciter الخليل ὁ φίλος, omisso nomine Dei.

VERS. 24. *Videtis ergo, ex operibus justificari hominem, & non ex fide tantum?* Facile hic locus conciliatur cum iis quæ Paulus passim contra videtur disputare, si statuamus, quod est verissimum, Apostolum Jacobum non agere hîc de una sola justificatione, quæ partim fidei, partim operibus peragatur, sed de duabus distinctis, quarum prior ex fide, & fide tantum, altera ex operibus est. Quum enim duplex instituatur accusatio in fideles, una à Deo, lege & conscientia, à quibus vere peccatorum multorum rei aguntur: altera à Diabolo & improbis, à quibus falso hypocriseos, mercenarii animi, impietatis ac nefariorum rei perhibentur, duplex requiritur justificatio, una qua in se vere peccatores

tores absolvuntur gratuito propter Christum à reatu suorum peccatorum, quæ justificatio ex sola fide est sine operibus. Altera, qua ut vere sanctificati & regeniti absolvuntur à falsis illis Diaboli & improborum criminationibus. quæ justificatio petitur ex operibus. Jacobus urget, utramque esse conjungendam, adeoque non justificari hominem ex fide tantum, sed ex operibus. id est, non sufficere ut justificetur ex fide à peccatis quæ commisit, sed requiri porro ut justificetur etiam ex operibus à peccatis quorum falso accusatur, & à quibus per regenerationem immunis est.

Cap. III.

Vers. 1. Μὴ πολλοὶ διδάσκαλοι γίνεσθε. Huc pertinet illud R. Semajæ in Aboth cap. 1. אהוב את המלאכה ושנא את הרבנות *Ama opificium, sed odio habe magisterium.* Nec fortassis alienum inde Josuæ filii Pharachiæ ibidem, עשה לך רב וקנה לך חבר: *fac tibi magistrum, & acquire tibi socium.* Id est, ne fac magister sis, sed magistrum habeas, & socios potius qui pares tibi sint, quam discipulos quibus præsis.

Vers. 13. Τίς σοφὸς καὶ ἐπιστήμων ἐν ὑμῖν &c. Laudanda hîc sententia R. Haninæ filii Dosæ l. 3. Aboth. כל שיראת חטאו קודמת לחכמתו חכמתו מתקיימת וכל שחכמתו קדמת ליראת חטאו אין חכמתו מתקיימת: *Cujuscunque pietas antecedit sapientiam ejus, ejus sapientia stabilis est. sed cujus sapientia antecedit pietatem ejus, ejus sapientia non est stabilis.* nec ineptum est quod addit, כל שמעשיו מרובין מחכמתו חכמתו מתקיימת וכל שחכמתו מרובה ממעשיו אין חכמתו מתקיימת: *cujus opera plura sunt quam sapientia, ejus sapientia stabilis est. at cujus sapientia copiosior quam opera, ejus sapientia non est stabilis.* præserrim autem præclarum est, quod ibidem à R. Eleazare dicitur, כל שחכמתו מרובה ממעשיו למה הוא דומה לאילן שענפיו מרובים ושרשיו מועטים והרוח באה ועוקרתו והופכתו על פניו שנאמר והיה כערער בערבה ולא יראה כי יבוא טוב ושכן חררים במדבר ארץ מלחה ולא תשב אבל כל שמעשיו מרובין מחכמתו למה הוא דומה לאילן שענפיו מועטין ושרשיו מרובין שאפילו כל הרוחות שבעולם באות ונושבות בו אין מזיזות אותו ממקומו שנאמר והיה כעץ שתול על מים ועל יובל ישלח שרשיו ולא יראה כי יבוא חום והיה עלהו רענן ובשנת בצורת לא ידאג ולא ימיש מעשות פרו: *Qui plus habet sapientiæ quam operum, cui rei similis est? arbori multum habenti ramorum, radicum parum, quamque adeo irruens ventus eradicat facile, pronamque subvertit. Secundum dictum, Jer. 17. 6. Erit tanquam myrica in campo, & non videbit ubi adveniet bonum, & inhabitabit loca sicca in deserto, terra salsuginis & inhabitabili. Qui autem plus habet operum quam sapientiæ, cui rei is similis est? arbori habenti ramorum parum, radicum plurimum, quamque adeo totius mundi venti flatu suo dimovere loco nequeant. secundum dictum Jer. 17. 7 Erit tanquam arbor.* &c.

Cap. IV.

Vers. 6. Ὁ θεὸς ὑπερηφάνοις ἀντιτάσσεται, ταπεινοῖς δὲ δίδωσι χάριν. Locus est Proverb. 3. vers. 34. ex versione LXX interpretum. In Hebræo est: אִם־לַלֵּצִים הוּא יָלִיץ וְלַעֲנִיִּים יִתֶּן־חֵן: ubi primum membrum proprie sonat, *Profecto irrisores ipse irridet.* Sed sensus est, superbos istos irrisores, qui non tantum se Deo non subjiciunt, sed proterve etiam monitiones ejus ac judicia spernunt, à Deo vicissim rideri. quam Metaphoram si proprio vocabulo exprimere cupias, non possis aptiori, quam Deum ipsis resistere. sensum itaque Interpretes bene expresserunt. & *irrisores* quidem hîc ratione suæ superbiæ, præcipue notari, optime viderunt, quia opponuntur τοῖς לַעֲנִיִּים quod secundum Mazorethas legendum לַעֲנָוִים, *humilibus.*

Vers. 14. *Quid enim est vita nostra? nisi vapor qui parum conspicitur*, ܘܡܬܚܒܠ ܘܡܬܚܒܠܐ. Boder. ܘܡܬܚܒܠ vertit *& dejicitur.* Melius Tremel. *& evanescit.* vide notas ad 2 Corinth. 1. vers. 8. ܘܡܬܚܒܠܐ Trem. vertit, *& distrahitur.* Boder. non male *& evanescit.* est enim idem cum priori, teste Lex. Syr. Arab. ubi ܐܬܚܒܠ exponitur per ܥܒܪ ܘܒܛܠ *defecit & evanuit.* Arabice per

per فني نفد وانقرض *defecit*, *consumptus est*, *& succisus est*. Ferrarius simpliciter, *defecit*, *evanuit*, *consumptus est*, *destructus est*, *periit*.

CAP. V.

VERS. 3. ܕܗܒܟܘܢ ܘܣܐܡܟܘܢ ܐܫܚܠ ܠܗ. ܘܫܘܚܠܗܘܢ ܗܘܐ ܠܣܗܕܘܬܐ ܥܠܝܟܘܢ, Tremel. *& aurum vestrum & argentum vestrum corruptum est, & corruptio eorum est in Testimonium contra vos.* Hebraismum sunt secuti, ubi שָׁחַת est *corrupit*. At ܫܚܠ Ferrario vertitur *aeruginavit*. ܫܘܚܠܐ *aerugo, rubigo*. Sic Lex. Syr. Arab. ܫܚܠ ܡܢ ܫܘܚܠܐ exponit per صدي من الصدا *aeruginavit, ab aerugine*. vertendum ergo, *Et aurum vestrum & argentum vestrum aeruginem contraxit sibi, & aerugo eorum* &c. sicut Apost. dixit κατίωται, καὶ ὁ ἰὸς αὐτῶν &c. Arabs صدا وصديا, quae eadem sunt quae ex Lex. Syr. Arab. produximus.

VERS. 5. *Deliciis enim indulsistis super terram*, ܘܐܬܓܓܚܬܘܢ Tremel. & Boder. in Paris. *& subsannastis*. In Reg. *& sannas egistis*. Hebraismum secuti sunt, ubi לָעַב est *subsannare*. Sic & Ferrarius, ܐܬܓܓܚ *subsannavit, despexit, irrisit*. dubito an bene. duo citat loca, quorum primus est Esa. 57. vers. 4. ubi tamen non tam *subsannare*, quam *oblectare se & deliciari* significat. ponitur enim pro Hebr. הִתְעַנֵּג. alter est hic locus Jacobi, ubi ponitur pro ἐσπαταλήσατε *lascivistis*. sic Lex. Syr. Arab. ܐܬܓܓܚ ܡܢ ܓܓܚܘܬܐ exponit per شره *gulosus fuit*, ورغب *& avide appetiit*, ونهم *& intemperans fuit*. similiter ܓܓܚܘܬܐ exponit per الشره *gulositas*, والرغبة في المال وغيره *& avida appetentia divitiarum & aliarum rerum*. sic & ipse Ferrarius exponit *aviditas cibi, liguritio*. & ܓܓܚܐ *avidus, gulosus*. vertendum ergo apud Jacobum, *& gulae fuistis dediti*, vel generalius *& lascivistis*.

VERS. 12. ἤτω ἢ ὑμῶν τὸ ναὶ, ναὶ, καὶ τὸ οὔ, οὔ. Vulgatus, *Sit autem sermo vester est, est, non, non.* quae verba eandem constructionem habent cum Graeco, quando post *vester* non distinguitur. quod eleganter explicavit Arabs, qui secundum linguae suae genium articulum τὸ exprimens, vertit, بل يكون كلامكم اللالا والنعم نعم *sed sit sermo vester qui est non, non, qui est ita, ita*. Non tam bene Syrus, ܢܗܘܐ ܕܝܢ ܡܠܬܟܘܢ: ܐܝܢ ܐܝܢ ܘܠܐ ܠܐ, *sed sit sermo vester, ita ita, & non non*. ubi distinctio post *sermo vester* tollit constructionem quae hîc est in ὑμῶν τὸ ναί. convenit autem cum Matth. 5. vers. 37. estque idem utrobique sensus, nempe sermo vester, quo aut affirmare vultis aut negare, affirmet negetve simpliciter, sine juramento.

Additur, ἵνα μὴ ὑπὸ κρίσιν πέσητε. Non accipio ὑπὸ pro εἰς, neque verto, *Ne in condemnationem incidatis*, sed ad verbum, *ne sub judicium cadatis*, id est ἵνα μὴ ὑπόδικοι γένησθε, ne obnoxii fiatis judicio, & rei condemnationis. optime expressit Arab. ليلا يجب عليكم القضا *ne debeatur super vos judicium*, id est, ne teneamini judicio, ne rei sitis judicii. Merito autem reus aestimatur, qui temere jurat. nam ut recte ac pereleganti paronomasia ait Imperator Ali, إيمَانُ المَرءِ يُعرَفُ بِأَيمَانِهِ *fides viri cognoscitur ex juramentis ejus*. sive fides intelligatur dictorum, sive religionis. ut sensus sit, neque fide dignus, neque fidus Dei cultor, sincerusque religionis observator haberi potest, qui irreligiosus jurator deprehenditur.

VERS. 14. ἀσθενεῖ τις ἐν ὑμῖν; προσκαλεσάσθω τοὺς πρεσβυτέρους τῆς ἐκκλησίας, καὶ προσευξάσθωσαν ἐπ' αὐτόν. Obtinuit quoque inter Judaeos. quo pertinet quod in titulo Berachoth cap. 5. in Misnah legitur, אמרו עליו על רבי חנינא בן דוסא כשהיה מתפלל על החולים היה אומר זה חי וזה מת אמרו לו מנין אתה יודע אמר להם אם שגורה תפלתי בפי יודע אני שהוא מקובל ואם לאו יודע אני שהוא מטורף: *Referunt de Rabbi Hanina filio Dosae, quum praecaretur pro aegrotis, dicere solitum, hic vivet, ille morietur. quumque ex eo quaereretur, unde id sciret, respondisse: ubi expeditam sentio in ore meo precationem, colligo inde, acceptum Deo esse eum* (pro quo sc. precatio ea concepta fuit) *sin minus, eripiendum esse è vita.* Promtitudo nempe & alacritas orationis, vim fidei indica-

indicabat, quæ in precatione multum potest. unde & Apostolus hîc addit, Καὶ ἡ εὐχὴ τῆς πίστεως σώσει τὸν κάμνοντα. Videndum itaque sedulo presbytero, ne lenta sit, sed excitata & fidei plena ipsius oratio. quum enim ipsos ægros, à quibus accersitur & quasi ad Deum mittitur, referat, ipsorummet habetur precatio, quam ille profert. Quod in eodem Misnæ loco non male innuitur, המתפלל וטעה סימן רע לו אם שליח צבור הוא סימן רע לשולחיו מפני ששלוחו של אדם כמותו: *Si quis obliviose precetur, malum hoc ipsi omen est. quod si idem sit legatus Ecclesiæ, malum omen est iis à quibus missus est. Missus enim ab aliquo, instar ipsius mittentis est.*

ANIMADVERSIONES IN EPISTOLAM PRIOREM PETRI.

Cap. I. Vers. XIV.

Neque associetis vos rursus concupiscentiis primis, quas concupiscebatis ܕܠܐ ܒܝܕܥܬܐ. Tremel. & Bod. *sine scientia.* neglexerunt præpositionem ܒ. *sine scientia* enim diceretur ܕܠܐ ܝܕܥܬܐ. malim ergo vertere. *quum non in scientia*, sup. *essetis.* id est quum essetis in ignorantia. vel *quia non in scientia*, supp. eratis. Apost. dixit, μὴ συσχηματιζόμενοι ταῖς πρότερον ἐν τῇ ἀγνοίᾳ ὑμῶν ἐπιθυμίαις. Arabs, *& ne concupiscite, quod concupivistis primum in ignorantia.*

Vers. 23. ܒܡܠܬܐ ܚܝܬܐ ܕܐܠܗܐ ܕܩܝܡܐ ܠܥܠܡ. Tremel. *Per verbum vivum Dei, qui manet in æternum.* Boder. *qui stat in æternum.* illud ܕܩܝܡܐ potest esse, vel masculinum formæ Emphaticæ, vel Fœmin. formæ simplicis. priori modo refertur ad ܐܠܗܐ. posteriori ad ܡܠܬܐ. priori modo acceperunt magni illi viri, sed, arbitror, male. est enim ܕܩܝܡܐ adjectivum includens verbum substantivum *est.* cujusmodi nunquam solent apud Syros efferri forma Emphatica, sed simplici. itaque vertendum, *per verbum vivum Dei, quod stabile est in æternum.* De Deo enim dicendum erat ܕܩܝܡ ܠܥܠܡ, non ܕܩܝܡܐ ܠܥܠܡ: sicut de verbo dicendum fuit ܕܩܝܡܐ ܠܥܠܡ, non ܕܩܝܡܬܐ ܠܥܠܡ. ut ex versu sequenti est manifestissimum.

Cap. II.

Vers. 8. *Et impingunt in eum, eo quod non obtemperant sermoni* ܕܠܗܕܐ ܣܝܡܝܢ ܗܘܘ. Tremel. *quia ad hoc positi sunt.* Boder. in interl. vers. *qui ad hoc positi sunt.* In Regiis, *in quem* (nempe sermonem) *positi sunt.* posses simpliciter vertere, *ad quod positi sunt.* ut Apost. dixit, εἰς ὃ ἐτέθησαν. ܠܗܕܐ quidem simpliciter est *hoc.* sed præcedente ܕ, ܕܗܕܐ est *quod.* ܕܠܗܕܐ *ad quod.* sicut dicitur ܗܘ ܕ *qui* ܗܝ ܕ *quæ.*

Vers. 9. Λαὸς εἰς περιποίησιν. Hebraismus est עַם לִסְגֻלָּה, ubi ל valet Genitivum, ut in מִזְמוֹר לְדָוִד *Psalmus Davidis.* sic hoc loco, *populus acquisitionis*, ut recte vertit Vulgatus, id est ex Hebraismo, *acquisitus.* Syrus bene ܟܢܫܐ ܦܪܝܩܐ *cætus redemptus.* ut & Arabs شعب مقتنى *populus acquisitus.*

ὅπως τὰς ἀρετὰς ἐξαγγείλητε, *ut virtutes annuntietis.* Syrus ܬܫܒܚܬܗ *laudes ejus.* recte. Sic enim & LXX. Esa. 42. vers. 12. pro וּתְהִלָּתוֹ בָּאִיִּים יַגִּידוּ *& laudem ejus inter gentes annunciabunt*, habent, τὰς ἀρετὰς αὐτοῦ ἐν ταῖς νήσοις ἀπαγγελοῦσι. Sic cap. 43. vers. 21. pro תְּהִלָּתִי יְסַפֵּרוּ, τὰς ἀρετάς μου διηγεῖσθαι. cap. 63. 7. תְּהִלּוֹת יְהוָה ἀρετὰς Κυρίου.

Cap. III.

Vers. 1. *Vos mulieres similiter subditæ estote maritis vestris, ut eos qui non obtemperant sermo*

sermoni, per mores vestros bonos sine labore ܬܩܢܝܢ ܐܢܝܢ quod Tremel. & Boder. in Regiis simpliciter verterunt *acquiratis*, neglecto pronomine ܐܢܝܢ. at in interlineari v. mutavit ܐܢܝܢ in ܐܢܘܢ, fœmin. in mascul. contra Syriacorum codicum fidem. & vertit *acquiratis eos*. Ego verto, *acquiratis ipsæ*. id est, quum verbo Dei à viris prædicato morem gerere nolint, date operam ut ipsæmet vestris moribus eos acquiratis. addo non recte in Vienn. & Cothen. legi ܒܕܘܒܪ̈ܝܟܘܢ. recte vero in Reg. & Plantin. in 16. ܒܕܘܒܪ̈ܝܟܝܢ. affixum enim ad mulieres refertur.

VERS. 3. ܘܠܐ ܬܬܨܒܬܢ *neque ornemini*. Moneo. Gramm. nostræ p. 231. mendum hic subesse, & aut legendum in futuro ܬܬܨܒܬܢ, aut in Imperat. ܐܬܨܒܬܝܢ quod vers. sequenti occurrit. Docuit me per literes Clar. Edwardus Pokocke, in MS. Bibliothecæ Bodlejanæ legi ܬܬܨܒܬܢ. quodque Act. 9. vers. 39. legitur in impressis ܥܒܕܢ, in MS. legi absque vocali ◌ܼ. de quo Gram. p. 201. Et quod Actor. 22. vers. 11. est ܐܡܝܪܘܢ, in MS. legi ܐܡܝܪܘܢ, de quo Gram. p. 369. Sequitur in hoc versu apud Petrum ܐܘ ܒܚܫܠ̈ܬܐ ܕܕܗܒܐ Boder. *aut additamentis auri*. Tremel. *aut excogitatione auri*. non nego quin verbum ܚܫܠ significet *excogitare & moliri*, sed in malum. ut Psal. 83. v. 3. ܒܢܟܝܠܘܬܗܘܢ ܚܫܠܘ ܐܪܙܐ *in calliditate sua machinati sunt secretum*. vide & Psal. 41. vers. 7. quem locum ad significationem hanc probandam citat Ferrarius. sed addit significare etiam, *incrustavit auro, vel argento, conflavit*. ܚܫܠܬܐ plur. ܚܫܠ̈ܬܐ *aurificium, ornamentum ex auro argentove conflatum. incrustatio aurea vel argentea*. ܚܫܠܐ *aurifex, faber argentarius*. Sic Lex. Syr. Arab. ait ܚܫܠ significare ܐܬܚܫܠ id est *proprie* يصوغ *fundit aurum vel argentum, conflat*. ܚܫܠܬܐ (sic enim scribit quod hîc legitur ܚܫܠ̈ܬܐ) vertit الحلي *ornamentum*, المصاغ *quod ex auro argentove conflatum est*. صياغة في النفس *conflatura proprie*. Petri ergo verba verto, *aut incrustationum auri*, vel *aut ornamentorum auro incrustatorum* vel *ex auro conflatorum*. καὶ περιθέσεως χρυσίων dixit Petrus.

VERS. 7. Ὡς ἀσθενεστέρῳ σκεύει τῷ γυναικείῳ ἀπονέμοντες τιμήν. Ex usitata Hebræorum formula est, quod honorem velit à maritis tribui uxoribus. Sic enim legitur in Talm. Bava Metsia f. 59. vers. 1. לעולם יהא אדם זהיר בכבוד אשתו שאין ברכה מצויה בתוך ביתו של אדם אלא בשביל אשתו שנאמר ולאברהם היטיב בעבורה והיינו דאמר להו רבא לבני מחוזא אוקירו לנשייכן כי היכי דתתעתרו: *Semper esto homo cautus de honore uxoris suæ. quia non reperitur benedictio in domo hominis, nisi propter uxorem ipsius. quia dictum est*, (Gen. 12. vers. 16.) *Et benefecit Abrahamo propter ipsam. Illud ipsum est, quod dixit Rabba viris civitatis suæ, Honorate uxores vestras, ut ditescatis*. Sic in contractu nuptiali hæc verba sponsus solet inserere, הואי לי לאנתו ואנא אפלח ואוקיר ואזון ואפרנס יתייכי: *Sis mihi in uxorem, & ego colam & honorabo & alam, & regam te*. Honorabo te, id est, sollicite te curabo, amabo, honorem tuum defendam &c.

VERS. 17. ܐܢ ܗܟܢܐ ܨܒܐ ܗܘ ܨܒܝܢܗ ܕܐܠܗܐ *Si videlicet sic sit voluntas Dei*. legendum puto ܗܘ ܨܒܐ, puncto infra scripto, non ܗܘ, id enim non solet præcedentem vocalem ◌ܳ mutare in ◌ܶ, sed ܗܘ cum verbum substantiuum est, aut quum πλεονάζῃ. In Reg. scribitur ܗܘ ܨܒܐ, quod legi potest ܨܒܐ, eritque ܗܘ pronomen demonstrativum, hoc modo, *si videlicet ita illa voluntas Dei*, supp. est. observetur quoque ܗܟܢܐ pro *videlicet*, aut *modò*. quod alioqui *ergo*, *igitur* valere solet.

VERS. 21. ܠܐ ܗܘܐ ܒܡܕܟܝܢܘܬܐ ܕܦܓܪܐ ܐܠܐ ܟܕ ܡܘܕܝܢ ܠܐܠܗܐ ܒܬܐܪܬܐ ܕܟܝܬܐ Boder. *Sed gratias agentes Deo cum pura conscientia*. Distinguen-

guendum inter ܐܘܕܝ sequente ܒ, & idem sequente ܠ. sequente ܒ significat rem aliquam seu personam profiteri, aut confiteri, id est professionem aut confessionem ejus facere. ut Marc. 1, 5. ܟܕ ܡܘܕܝܢ ܒܚܛܗܝܗܘܢ. *confitentes peccata sua.* at sequente ܠ est *gratias agere*, ut Luc. 17. vers. 16. *Cecidit super faciem suam ad pedes Jesu* ܟܕ ܡܘܕܐ ܗܘܐ ܠܗ *gratias ipsi agens.* Syriasmum hunc imitatur alibi Hellenismus. aliud enim est ὁμολογῶ ἐν σοι, aliud ὁμολογῶ σοι. prius est *confiteor te*, alterum *gratias tibi ago.* ut Matth. 10. vers. 32. alia phrasis est, πᾶς ὅστις ὁμολογήσει ἐν ἐμοὶ, ὁμολογήσω κἀγὼ ἐν αὐτῷ. Syriace, ܟܠܢܫ ܕܢܘܕܐ ܒܝ ܐܘܕܐ ܒܗ ܐܦ ܐܢܐ. alia Matth. 11. vers. 25. ὁμολογῶ σοι πάτερ ܠܟ ܐܒܝ. ܡܘܕܐ ܐܢܐ ܐܒܐ Melius ergo Tremellius, *sed confitentes Deum in conscientia pura.* Arabs. لكننا نستعمل النية الصالحة والاعتراف بالله *sed exhibemus conscientiam bonam & confessionem Dei.* Vide autem de hac Syri interpretatione notas Bezæ, ubi merito eam laudat.

CAP. IV.

VERS. 10. ܘܟܠܢܫ ܡܢܟܘܢ ܡܘܗܒܬܐ ܕܢܣܒ ܡܢ ܐܠܗܐ ܢܫܡܫ ܒܗ ܠܚܒܪܘܗܝ Tremel. & Boder. *Unusquisque vestrum donum quod accepit à Deo subministret proximis suis*, vel *ministret sociis suis.* non observarunt phrasin Syriacam, neque ܒ quod est in ܒܗ. ad verbum vertas, *& quisque ex vobis donum quod accepit à Deo, ministret eo proximis suis.* donum ministret eo, id est, dono ministret. phrasi Hebræis Syrisque usitatissima. ܡܘܗܒܬܐ ܢܫܡܫ ܒܗ, pro ܒܡܘܗܒܬܐ ܢܫܡܫ.

VERS. 19. *Itaque qui patiuntur secundum voluntatem Dei*, ὡς πιστῷ κτίστῃ παρατιθέτωσαν τὰς ψυχὰς ἑαυτῶν. Vulgatus, *Fideli creatori commendent animas suas.* ὡς neglexit, tanquam Imperativo serviens. quod & Vetus nostra Belgica versio secuta est, ut & Interpres Arabs, & vir quidam doctus suis ad me literis probabat. probarem & ego, si sequeretur subjunctivus. sicut ἵνα interdum imperandi vim habet. e. gr. Eph. 5. 33. ἡ δὲ γυνὴ ἵνα φοβῆται τὸν ἄνδρα, *sed mulier virum timeat.* Vide & Marc. 5. vers. 23. Sic & ὅπως in Cyclope Euripidis, ubi Ulysses ad Silenum, ἀλλ' ὅπως ἀνὴρ ἔσῃ *sed vir esto.* vide & Theocritum Idyl. 1. in quibus locutionibus ἵνα & ὅπως subjunctivis juncta, proprie valent *ut*, imperandi autem vim habent, ob ellipsin alterius Imperativi: sensus enim est, *sed mulier* videat *ut virum timeat. sed* fac *ut vir sis*, id est simpliciter, *timeat virum: sis vir.* ita hoc loco, *Qui patiuntur secundum voluntatem Dei*, videant *ut fideli creatori commendent animas suas*, id est simpliciter, *commendent.* sed, ut dixi, debebat tum ὡς construi cum subjunctivo. at παρατιθέτωσαν est Imperativus. Laudo itaque Bezam qui vertit, *tanquam fideli creatori commendent.* quia autem hoc duritiem quandam & obscuritatem habet, medelam attulit supplemento pronominis *ei* Syrus Interpres, *Ei tanquam fideli creatori commendent animas suas.* quod & Genevenses secuti sunt. plena constructio esset, οἱ πάσχοντες κατὰ τὸ θέλημα τοῦ θεοῦ, αὐτῷ ὡς πιστῷ κτίστῃ παρατιθέτωσαν &c. Similis ellipsis pronominis αὐτὸς est Hebr. 9. 19. λαληθείσης γὰρ πάσης ἐντολῆς κατὰ νόμον ὑπὸ Μωϋσέως παντὶ τῷ λαῷ, λαβὼν τὸ αἷμα ἐρράντισε. plenus sensus est, si legas, αὐτὸς λαβὼν, ipse ille Moses, à quo lex toti populo dicta fuerat, aspersit. Potest tamen & supplementum illud apud Petrum omitti, si constructio accipiatur, quasi situs verborum esset, κτίστῃ ὡς πιστῷ παρατιθέτωσαν, *creatori utpote fideli commendent animas suas.*

CAP. V.

VERS. 5. ܘܐܬܥܛܦܘ ܚܝܨܐܝܬ ܡܟܝܟܘܬ ܪܥܝܢܐ Tremel. & Boder. in Paris. *Et amicite vos intrinsecus demissione mentis.* nescio cur ܚܝܨܐܝܬ verterint *intrinsecus.* ex Hebraismo certè non habent, ubi חוץ *extra.* חיצון *exterior.* Itaque in Regiis, *Et circum amicti estote mansuetudine animi.* respexit Syr. ܚܨ *cinxit, accinxit.* unde & ܚܝܨܐ *sindon, linteum* quo quid cingitur & involvitur. At nec inde adverbii hujus significationem petendam putamus, sed ab adjectivo ܚܝܨܐ, quod Ferrarius vertit, *strictus, coarctatus, inculcatus, infartus:* item *charus, amplexu astrictus.* Hinc derivatur commode ܚܝܨܐܝܬ

stricte

stricte, *astricte*, *arcte* sic non male expressit quod dixit Petrus, τὴν ταπεινοφροσύνην ἐγκομβώσασθε, *arcte & quasi infarte induamini demissione animi*. In Lex. Syr. Arab. ܚܨܝܦܐ vertitur الحصيف *compressus*. الملزز *compactus*. والمبرم *& intortus*. وصفيق *& durus*. وشديد *& firmus*. والمشدد *& constrictus*. والسريع *& festinans*. nisi forte hoc posterius aliud quid præcedentibus affine significet.

ANIMADVERSIONES IN EPISTOLAM POSTERIOREM PETRI.

CAP. I. VERS. IV.

Θείας φύσεως κοινωνοί. *Naturæ divinæ consortes*, id est, cum Deo communionem habentes. θεῖα φύσις est *Deus*. sicut φύσις ἀνθρωπίνη *homo* Jac. 3. vers. 7. Et φύσις θηρίων *bestiæ*. ibid. vide Johan. Cloppenburgium in tractatu de Fœder.

CAP. II.

VERS. 7. Describitur hîc ab Apostolo Lotus tanquam exemplar veræ Pietatis, qui ne mente quidem ferre potuerit improba Sodomæorum scelera. Scelesta ergo illa vox est, quam ad Gen. 13. vers. 10. R. Sal. ex Tractatu Talmudico הוריות profert לגנאי *in opprobrium* tanti viri, על שהיו שטופי זימה בחר לו לוט בשבונתם *propterea quod essent* (Sodomæi) *perditi sceleribus, elegit sibi Loth domicilium eorum*: Nec minus impia ipsius R. Salomonis sententia, ad vers. 14. ubi causam daturus, cur Deus Arahamum post separatum demum ab eo Lothum allocutus fuerit, id factum ait, quia כל זמן שהרשע עמו היה הדבור פורש ממנו׃, *quamdiu impius iste ipsi adfuit, allocutio destitit ob ipso*. Patere eam calumniam, vir justissime, donec כָּל־לָשׁוֹן תָּקוּם אִתָּךְ לַמִּשְׁפָּט תַּרְשִׁיעִי *omnem linguam, quæ adversus te judicio insurgit, condemnabis*. Esa. 54. v. 17.

CAP. III.

VERS. 7. Οἱ δὲ νῦν οὐρανοὶ καὶ ἡ γῆ τῷ αὐτῷ λόγῳ τεθησαυρισμένοι εἰσὶ, πυρὶ τηρούμενοι Ut hîc Apostolus primum mundum aquis periisse, hunc autem igni servari docet, ita, teste Josepho Antiq. l. c. 3. Adamus prædixerat, ἀφανισμὸν τῶν ὅλων ἔσεσθαι, τὸν μὲν κατ' ἰσχὺν πυρὸς, τὸν ἕτερον δὲ κατὰ βίαν καὶ πλῆθος ὕδατος, id est, *omnia aliquando interitura, semel vi ignis, & semel vi & multitudine aquæ*.

ANIMADVERSIONES IN EPISTOLAM PRIMAM JOHANNIS.

CAP I. VERS. IX.

Fidelis est Deus καὶ δίκαιος *& justus*. auderem vertere, *& verus*. tale est quod in סדר תפלות id est in libro precum Judaicarum occurrit, ותקם ארת דבריך כי צדיק את, *Et præstitisti verba tua, quia justus* (id est verus) *es*. vide de hac re plura à nobis observata ad Luc. 12. vers. 57. Et 16. 9. nec peccaveris, si δίκαιος sumas pro *misericordi*. quæ quidem Dei proprietas maxime opponitur peccatis, & confitentem pœnitentemque solatur. Eo sensu accipitur צדקה *justitia* Dan. 9. vers. 16. ubi edita peccatorum confessione, addit Propheta אֲדֹנָי בְּכָל־צִדְקֹתֶךָ יָשָׁב נָא אַפְּךָ LXX. Κύριε, ἐν πάσῃ ἐλεημοσύνῃ σου ἀποστραφήτω ὁ θυμός σου. Hinc passim in libro precum כי אין בנו מעשים צדקה עשה עמנו, *quia non sunt in nobis opera, justitiam fac nobiscum*. ubi sane non justitiam Dei proprie dictam, quæ debitam peccatis pœnam rependit, sed gratiam implorant ac misericordiam, quæ peccatorum meritis opponitur. quin & latius צדקה δικαιοσύνη eleemosynam quæ in pauperes erogatur Hebræis denotat, quod omnibus notum.

CAP. II.

VERS. 2. Οὐ περὶ τῶν ἡμετέρων δὲ νόνον, ἀλλὰ καὶ περὶ ὅλου τοῦ κόσμου. Syrus, ܘܠܐ ܚܠܦ ܕܝܠܢ ܒܠܚܘܕ ܐܠܐ ܐܦ ܚܠܦ ܟܠܗ ܥܠܡܐ Tremel. & Bod. *& non pro nostris tantum, sed etiam pro totius mundi*. Nequaquam hanc interpretationem fert phrasis, sic enim dicendum fue-

fuerat, ܘܠܘ ܚܠܦܝܢ ܕܝܠܢ ܒܠܚܘܕܝܢ
ܐܠܐ ܐܦ ܚܠܦ ܕܟܠܗ ܥܠܡܐ.
Verto ergo, *& non pro nobis tantum, sed etiam pro toto mundo.* sic & Arabs وليس بدلنا نحن فقط لكن بدل العالم كله, *& non pro nobis tantum, sed pro mundo toto.* Porro usitatum est Hebræis, *totum mundum* dicere pro certa universitate quorundam, de quibus in subjecta materia agitur. In Horajoth cap. 3. legitur in Gemara כי הווה עייל רשב״ג הוו קיימי כולי עלמא מקמיה. *Quum R. Simeon filius Gamalielis* (quem antea dixerat fuisse נשיא Ducem & caput Synedrii) *intraret* (nempe in Synagogam) *surgebat totus mundus coram eo*, id est, quotquot in Synagoga erant. Ita hoc loco, ubi agitur de fidelibus, (loquitur enim fidelis fidelibus) intelliguntur per totius mundi peccata, omnium quotquot sunt fidelium peccata.

Vers. 17. Ὁ κόσμος παράγεται *mundus præterit.* Magnum ad contemptum mundi argumentum. quod & Arabes animadvertentes, eleganter dixerunt, كَفَاكَ مِنْ عُيُوبِ الدُّنْيَا أَنْ لَا تَبْقَى *sufficit tibi ex vitiis mundi, quod non permanet.* id est, etsi alio vitio non laboraret mundus, quam quod transitorius sit, sufficeret ut odio eum habeas.

Vers. 27. Ἀλλ' ὡς τὸ αὐτὸ χρίσμα διδάσκει ὑμᾶς περὶ πάντων, καὶ ἀληθές ἐστι καὶ οὐκ ἔστι ψεῦδος. verto, *Sed sicut illa ipsa unctio docet vos de omnibus, sic vera est, & non est mendacium.* prius καὶ mihi hîc non est συνδετικὸν, sed ἀποδοτικόν. ut & alibi, ὡς ἐν οὐρανῷ, καὶ ἐπὶ τῆς γῆς, *Sicut in cœlo, sic in terra.* Mat. 6. Et supra v. 18. Καθὼς ἠκούσατε ὅτι ὁ Ἀντίχριστος ἔρχεται, καὶ νῦν ἀντίχριστοι πολλοὶ γεγόνασιν. *Sicut audivistis Antichristum venturum, sic jam antichristi multi venerunt.* Sensus est, non est opus quempiam docere vos. sed sufficit vobis unctio quam accepistis. hæc enim, sicut docet vos de omnibus, ita ipsissima veritas est. quocirca sicut docuit vos, manete in eo. Hæc autem verba, *Non est opus, quempiam docere vos*, non abolere usum sacri Ministerii, explicuimus ad Hebr. 8. vers. 11.

Cap. III.

Vers. 16. *Etiam nos debemus pro fratribus animas ponere.* Scitum est illud Maimonidis in יסודי התורה cap. 5. הריגת נפש מישראל לרפאת נפש אחרת ואין מאבדים נפש נפש מפני: Id est, *Occisio animæ Israëlitæ est ad sanationem alterius animæ, neque amittitur anima propter animam.* Id est, quum Israëlita ob cultum Dei morti traditur, dum animam amittit suam, alterius animæ consulit. itaque ne quidem animam amittit, quum animam lucretur.

Vers. 18. *Ne diligamus verbo & lingua, sed opere & veritate.* Recte observavit Arabs, hîc non prohiberi simpliciter, ut verbo & lingua dilectionem nostram testemur, sed ne ibi subsistamus, ideo transtulit كلاما باللسان فقط *verbo tenus lingua tantum.* significat autem hoc loco *veritas* realem beneficentiam, qua charitatem reipsa testamur. quomodo & אמת per ἐλεημοσύνην verterunt LXX. seniores Esa. 38. 18. nec mirum: quum Rabbinorum צדקה, quod *beneficentiam* atque *eleemosynam* ipsis significat, ejusdem sit radicis cum Arabum صَدْقٌ, quod *veritatem* ipsis denotat. cujus radix صَدَقَ in prima conjugatione significat *veracem esse.* in secunda, *eleemosynam erogare, beneficentiam exercere.* tanta est beneficentiæ cum veritate affinitas. Esse autem irritam sine opere charitatem, docet & illud Alis, أَخُوكَ مَنْ وَاسَاكَ فِي الشِّدَّةْ, *frater tuus est qui juvat te in periculo.* وَاسَى proprie est *caput radere* مُوسَى *novacula.* quia autem pauperes in Oriente eam sibi mutuo operam præstant, pro *juvare* etiam accipitur.

Cap. V.

Vers. 9. *Si testimonium hominum accipimus, quanto magis testimonium Dei quod majus est?* Sic Syriaca transtulerunt Tremel. & Boderianus. In Syro tamen non est ܡܩܒܠܝܢܢ *accipimus*, sed ܡܩܒܠܝܢ simpliciter, nec præcedente nec sequente pronomine primæ personæ. quod ex Syriasmi lege, non aliter quam per tertiam personam verti potest, *accipiunt.* non videtur legisse, εἰ τὴν μαρτυρίαν τῶν ἀνθρώπων λαμβάνομεν, sed λαμβάνουσι. aut indicare voluit, Apostolum hîc non in persona fidelium, sed hominum loqui. Si hominum testimonium homines accipere solent, & nos cum reliquis hominibus idem facimus, quanto magis Dei testimonium omnibus admittendum erat?

ANIMADVERSIONES IN EPISTOLAM

JUDÆ.

VERS. VI.

Εἰς κρίσιν μεγάλης ἡμέρας. perinde est atque εἰς ἡμέραν μεγάλης κρίσεως, ut loquitur Chaldæus Paraphrastes Psal. 50. v. 6. ubi verba illa quæ sunt apud Prophetam יָבֹא אֱלֹהֵינוּ *veniet Deus noster*, dicit pronuncianda esse à justis ביום דינא רבא *in die judicii magni*.

Δεσμοῖς ἀϊδίοις ὑπὸ ζόφον τετήρηκεν. Omnem salutis spem hæc verba diabolis auferunt. quod & in Thargum Jerosolymitano, Gen. 3. v. 15. ad verba illa, *Illud conteret tibi caput, tu conteres ei calcaneum*, annotatur his verbis, ברם יהוי אסו לבנהא דאיתתא ולך חויא לא יהוי אסו: *verum erit curatio filiis mulieris, tibi autem serpens non erit curatio*.

VERS. 16. Θαυμάζοντες πρόσωπα sunt נֹשְׂאֵי פָנִים προσωπολῆπται. Sic enim phrasin istam Hebræam interpretantur Græci Deuter. 10. v. 17. Prov. 18. v. 5. Job. 22. v. 8.

ANIMADVERSIONES IN APOCALYPSIN

JOHANNIS.

CAP II. VERS. XI.

Ἐκ τοῦ δευτέρου θανάτου. sic Esa. 65. vers. 6. pro וְשִׁלַּמְתִּי עַל חֵיקָם *& rependam in sinum eorum*, habet Jonathan ואמסור למותא תנינא יתו גויתהון *& tradam morti secundæ corpora eorum*. Eodem cap. vers. 15. pro וֶהֱמִיתְךָ *& occidet te*, וימיתכון מותא תנינא *& occidet vos morte secunda*.

CAP. III.

VERS. 4. Περιπατήσουσι μετ' ἐμοῦ ἐν λευκοῖς. Respicitur fortassis mos Judæorum sacerdotalis, de quo apud Maimonidem in Misnah, tractatu ביאת המקדש, sect. 11. *Synedrii magni consessum dicit fuisse in templo, ubi* דנין את הכהונה ובודקין הכהנים ביוחסין ובמומין. כל כהן שנמצא פסול ביוחסו לובש שחורים ומתעטף שחורים ויוצא מן העזרה. וכל מי שנמצא שלם וכשר לובש לבנים ומשמש עם אחיו הכהנים: *ubi judicant de rebus sacerdotalibus, inquiruntque de Sacerdotum genealogiis & imperfectionibus. Quicunque Sacerdos rejectitius est quoad genealogiam suam, induitur velaturque nigris vestibus, & exit ex atrio. Quicunque autem invenitur integer & rectus, induitur albis, ac ministrat cum fratribus suis sacerdotibus.*

VERS. 14. Ἡ ἀρχὴ τῆς κτίσεως τοῦ θεοῦ. Videtur desumptum ex Prov. 8. v. 22. ubi æterna Dei Sapientia dicit, יְהוָה קָנָנִי רֵאשִׁית דַּרְכּוֹ קֶדֶם מִפְעָלָיו מֵאָז: *Dominus possedit me initium viæ suæ, primordium operum suorum ab æterno.* non prima creatura, sed creaturarum omnium principium effectivum intelligitur, per quod Pater omnia condidit. Hebr. 1. v. 2. Estque Christus, æterna Dei sapientia. Unde & Thargum Hierosolymitanum illa Mosis Gen. 1. v. 1. בראשית ברא אלהים *in principio creavit Deus*, transtulit בחוכמא ברא יי *in sapientia creavit Deus*, id est in æterna sua sapientia, quæ omnium rerum principium est & causa.

VERS. 21. *Qui vicerit, dabo ei sedere mecum in throno meo, sicut ego vici & sedeo cum Patre meo in throno ejus.* Thronus enim regis apud Orientales amplus & latus est, lecticæ instar, fulcris aliquantulum supra terram evectus, ac tapetibus ornatus. adeo ut præter sedem Regi propriam, alii quoque quos honore afficere cupit Rex, in eodem throno sedes habere queant. Arabes عَرْش vocant. at كُرْسِي sedes est Judicum & Patriarcharum, uni tantum homini apta. quamvis generalius sumptum regibus etiam tribuatur, ut Hebræorum כִּסֵּא unde derivatur. Unde hoc loco pro ἐν τῷ θρόνῳ μου Arabs habet علي كرسي, & pro ἐν τῷ θρόνῳ αὐτοῦ علي كرسيه id fit, quando Rex ut judex consideratur. at quando regia ejus Majestas exprimenda, عرش dicunt.

CAP. V.

VERS. 8. Γεμούσας θυμιαμάτων. respicit suffitus Vet. Test. de quibus Josephus Antiq. l. 3. c. 9. δὶς τῆς ἡμέρας πρίν τε ἀνασχεῖν τὸν ἥλιον, καὶ πρὸς τὰς δυσμαῖς ἐχρῆν. *bis quotidie, antequam oriretur sol & circa occasum, suffire oportebat.*

CAP. X.

VERS. 6. *Et juravit* ἐν τῷ ζῶντι εἰς τοὺς αἰῶνας Epi-

τῶν αἰώνων. *per viventem in ſecula ſeculorum.* Epitheton veri Dei eſt, qui Dan.4.v.31. vocatur חי עלמא *vivens ſeculi* id eſt *in omne ſeculum.* Lubet hîc examinare obiter, quid ſit apud Martialem *Anchialum* in iſto diſticho l.9. Epigr. 95. Ecce negas juraſque mihi *per Templa Tonantis*; Non credo, jura verpe *per Anchialum.* Examinat hanc vocem Cl. Johan. Seldenus in Prolegomenis de Succeſſionibus, ubi rejecta Joſephi Scaligeri ſententia, qui juramenti Hebraici formulam חי אלה *chi ala* id eſt *vivit Deus* decepiſſe Martialem autumat, ut per *Anchialum* eos juraſſe autumarit: item Thomæ Farnabii, qui ex אם חי אלה *im chi ala* id eſt *ſi vivit Deus*, derivatum volebat, ſuam adfert ſententiam, nempe integram formulam eſſe יפרע חי עולם *ulciſcatur qui vivit in æternum*, quod recte legi poteſt iperan chi olam. unde corrupte Martialis *per Anchialum.* At mihi dubium non eſt, quin *per* apud Poëtam ſit Latinæ linguæ, ut in *per templa Tonantis*, & Hebraicam jurandi formulam contineri in ſola voce *Anchialum*, quod ego reſolvo in ענה חי עלם *Ane chi alam*, id eſt, *teſtis ſis qui vivis in æternum.* verbum enim ענה ut *exaudire*, ſic *teſtimonium præbere* paſſim ſignificat. Etſi fatear me meam ſententiam vix anteferre Farnabii, modo pro Hebræo אם ſubſtituatur Syriacum, Rabbinicumve אן *ſi.* tum enim ſonat אן חי אלה *an chi ala*, *ſi vivit Deus.* quod terminatione Latina eſt *Anchialus*, & in Accuſ. *Anchialum.* nec obſtat quod Syri אֵן legant per Tſeri, non אַן per pathach. Notum enim, tſeri appellari magiſtris קמץ קטון camets parvum, ideoque pronunciationem ei affinem habere. unde & Græcum ἂν *ſi* ortum ducit.

Cap. XIII.

Vers. 18. Ὁ ἀριθμὸς αὐτοῦ χξϛ' 666. Irenæus vocem λατεῖνος huc accommodavit, quæ Romanam Eccleſiam ſignificet unde Antichriſtus ſit proditurus, eo quod in numeris λ 30. α 1. τ 300. ε 5. ι 10. ν 50. ο 70. ς 200. valeat, & omnes ſimul juncti prædictam ſummam conficiant. Alii ex ἡ μίσσα ἡ παπική, circa annum Chriſti 666. primum cani cœpta, eundem numerum eliciunt. Nonnulli ad Hebræam appellationem רומיית recurrunt. Schickardus in Bechinath Happer. p. 63.

Cap. XIV.

Vers. 8. Ὅτι ἐξ οἴνου τοῦ θυμοῦ τῆς πορνείας αὐτῆς πεπότικε πάντα τὰ ἔθνη. Verto, *Quia ex vino venenato ſcortationis ſuæ potavit omnes gentes*, οἶνος τοῦ θυμοῦ, hoc quidem loco, ubi res meretricia agitur, eſt philtrum, ſive potio venenato quodam pharmaco adaptata, ut eo alii in amorem pertrahantur. θυμὸς ex uſu Helleniſtarum, non modo *excandeſcentiam*, ſed & *venenum* ſignificat; reſpondetque τῷ חֵמָה Hebræorum, quod ſimiliter utrumque ſignificat. quin & ראשׁ *fel*, *cicutam*, *venenum*, per θυμὸν tranſtulerunt. ut Deut. 32. verſ. 33. חֲמַת תַּנִּינִם יֵינָם וְרֹאשׁ פְּתָנִים אַכְזָר θυμὸς δρακόντων ὁ οἶνος αὐτῶν, καὶ θυμὸς ἀσπίδων ἀνίατος. Vide etiam verſ. 24. item Pſalmo ſecundum Græcos 57. ſecundum Hebr. 58. 4. Job.20. 16. & alibi, ubi vox חמה pro veneno occurrit.

Cap. XVI.

Vers. 19. *Ut præberet ei poculum* τοῦ οἴνου τοῦ θυμοῦ τῆς ὀργῆς αὐτοῦ. Hebraice verto, יֵין רֹאשׁ אַפּוֹ *vini amari iræ ſuæ.* ראשׁ enim *fel, amaror*, θυμὸς vertitur à LXX. Deut. 32. 33. Job. 20. verſ. 16. Amos 6. 12. alibi πικρὸν vertitur, ut Jer. 23. v. 15. הִשְׁקִיתִים מֵי רֹאשׁ, ποτιῶ αὐτοὺς ὕδωρ πικρόν. alibi χολὴ *bilis* vertitur. adeo ut θυμὸς, πικρὸν, χολὴ ipſis ſint Synonyma. ſicut ergo ſupra cap. 14. 8. ubi de re meretricia agebatur, θυμὸς ſignificabat φαρμακείαν, ſive venenatum aliquod pharmacum, cujus in philtris uſus erat, ita hîc, ubi de ſupplicio agitur, ſignificat amarorem, qui vino immixtus, ex Hebræorum conſuetudine ſupplicio afficiendis propinari ſolet. quemadmodum Matth. 27. 34 dicuntur Servatori noſtro dediſſe οἶνον μετὰ χολῆς μεμιγμένον. quod ex Helleniſmo dici etiam potuiſſet μετὰ θυμοῦ μεμιγμένον.

Cap. XVIII.

Vers. 17. Ὅσοι τὴν θάλασσαν ἐργάζονται. Beza, *quotquot ex mari quæſtum faciunt.* Malim cum Vulgato, *qui in mari operantur.* vel, *qui mare colunt* aut tractant. Hebraice אֲשֶׁר יַעַבְדוּ אֶת הַיָּם. Sicut Gen. 2. verſ. 15. dicitur Adam collocatus in horto לְעָבְדָהּ *ad colendum eum*, LXX, ἐργάζεσθαι αὐτόν. Et 2 Sam. 9. verſ. 10. וְעָבַדְתָּ לּוֹ אֶת־הָאֲדָמָה *& coles ei terram*, LXX, Καὶ ἐργᾷ αὐτῷ τὴν γῆν.

Cap. XX.

Vers. 6. & 14. Ὁ θάνατος ὁ δεύτερος. Sic mors æterna Hebræis dicebatur. ut liquet ex Jonathane Eſa. 65. v. 6. ubi pro וְשִׁלַּמְתִּי עַל־חֵיקָם *& retribuam in ſinum eorum*, habet לאמסור למותא תניינא ית גויתהון: *& tradam in mortem ſecundam corpora eorum.* Et v. 15. pro וֶהֱמִיתְךָ *& interimet te*, וימיתכון מותא תנינא *& faciet vos mori mortem ſecundam.*

FINIS.

ܓܠܝܢܐ ܕܗܘܐ ܥܠ ܝܘܚܢܢ ܐܘܢܓܠܝܣܛܐ ܡܢ ܐܠܗܐ
ܒܦܛܡܘܣ ܓܙܪܬܐ ܕܐܫܬܕܝ ܠܗ ܡܢ ܢܐܪܘܢ ܩܣܪ܀

גליינא דהוא על יוחנן אונגליסתא מן אלהא בפטאמון
גזרתא דאשתדי לה מן נארון קיסר :

HOC EST,

REVELATIO

quæ facta est super

JOHANNEM EUANGELISTAM

à Deo, in Pathamun insula, in quam ejectus fuit à Nerone Cæsare.

Nobiliſsimo, Ampliſsimo, Doctiſsimo;

D. D. DANIELI HEINSIO,

D. MARCI EQUITI, SERENISSIMI SUECORUM, &c. REGIS CONSILIARIO ET HISTORIOGRAPHO, IN CELEBERRIMA LUGDUNO-BATAVO ACAD. POLITICES PROFESSORI, BIBLIOTHECARIO AC SECRETARIO.

LUDOVICUS DE DIEU, Fliſſinganus, ſalutem ac pacem precatur à Deo Patre & Domino noſtro Jeſu Chriſto.

VIR Ampliſſime, quem piæ memoriæ parens meus Daniel de Dieu ſemper fecit maximi, eum ut in pretio non habeam, nefas duco. quique viciſſim parentem meum, ut tuum, coluiſti ſemper, eum ut non colam, impetrare à me non poſſum. hæreditaria nobis eſt amicitia: magna itaque & conſtans: atque, ut ad rem veniam, multum aucta, communi harum literarum amore, ſtudioque communi. Quam enim tu eas ames, docet incredibilis ille quem paucis annis in iis feciſti progreſſus: quem nos quidem novimus pridem, quibus facilis ad te acceſſus datur: at non æque norunt alii: ignorabit autem deinceps nemo, qui ſacras tuas in Nonnum exercitationes viderit, opus nunquam eruditione, utilitate nunquam laudatum ſatis: ubi te in ſacris Theologum, in Hebraicis criticum, in Hebræorum ſcriptis Rabbinum miramur omnes. Excitavit hic tuus amor meum. Simulac enim leviculum illud Grammaticæ Hebrææ compendium à me editum vidiſſes, è veſtigio mones, ut linguarum Hebraicæ, Chaldaicæ & Syriacæ grammaticalem collationem inſtituere aggrediar. Monenti pareo, qui tanto viro denegare nihil poſſum. paratum opus ubi vides & legis, inſtare non deſiſtis, ut edam: paruiſſem jam & ibi, niſi hujus libelli mentio à te incidiſſet. Ais, inter libros, à magno illo literarum omnium lumine Joſepho Scaligero Academiæ huic noſtræ legatos, latere manuſcriptum exemplar Syriacæ verſionis Apocalypſeos. audire id ego non poteram, quin protinus geſtiret animus videre. nec percipere tu animum meum poteras, quin protinus velles obſequi. Exhibes amico ſcriptum, ſed ſimul amico injungis laborem. poſtulas Syriaca à me tranſcribi, vis eadem literis Hebraicis adjectis vocalibus exprimi, latinam à me ex Syriaco verſionem cupis addi, textum Græcum vis conjungi, atque ita ſimul omnia prelo committi. Obſtabant quidem muneris mei occupatiſſimi negotia. Sed vicit meus tum erga te, tum erga haſce literas animus. Et jam cauſas habes, vir Clariſſime, cur hunc tibi fœtum demus, qui non magis me quam te parentem habet: quum ſine te nec in manus meas incidiſſet, nec apud me edendi animum inveniſſet. Si quas igitur mihi ob hunc laborem gratias deberi poſteritas judicabit, earum magnam partem tibi dari volo, ex cujus præſcripto egi omnia, & cujus conſilio multum me adjutum fateor. Utinam vero ſupremum illud numen ſuperſtitem nobis eum eſſe voluiſſet, qui idem hoc, quod ego, præſtitiſſet libenter, & multo quam ego præſtitiſſet melius. Magnum illud dico linguarum Orientalium decus Thomam Erpenium, quem communi luctu ereptum nobis dolemus ambo. ſæpe enim te eum præceptorem agnoviſſe memini: mihi ſane præceptorem fuiſſe profiteor palam. Multa hic habuimus communia: communem præceptorem dum viveret: communem luctum, quum extinctus eſſet: imo & communem ejus erga nos amorem, quem vel moribundus teſtatus eſt. te enim, quem, quum valeret, in pectore geſtaverat, etiam animam efflans in ore habuit. me vero, quem, quum doceret, auditorem viderat libenter, animam agens conſolatorem animæ & fidei ſuæ teſtem habere voluit, & habuit. Memini, vir Clariſſime, quum triſtis illa lues, quâ & magnus iſte vir, quem dixi, nobis ereptus eſt, hanc noſtram urbem exerceret, tuque abſens, & de tuo Colonio, id eſt, de corde tuo, de animo tuo ſollicitus, Hagâ-comitis ad me literas dares (ad quem enim ſcripſiſſes potius, quum is nemini quam mihi charior eſſe vel poſſit vel debeat? utpote quem mihi natura fecerit Avunculum, educatio præceptorem & patrem) memini, inquam, eundem illum fuiſſe atrum iſtum & funeſtum diem, quo magnus ille Erpenius è medio ſublatus luctuoſiſſimam mihi ad te literarum materiam ſuppeditaverit: in quibus lætum nihil, niſi quod præclaræ fidei & beatæ mortis teſtem me dicerent. Ab eo tempore luxit Academia, & qui Hebræa tractarent deſideravit. Tu primus prodis, qui per tuum Ariſtarchum de fonte Hebræo bibendum nobis præbeas: memor illius à magno Hillele dicti, במקום שאין אנשים השתדל להיות איש, *In loco ubi non ſunt viri, fac te virum præbeas.* Vir ſane fuit Erpenius, non אדם ſed איש. Is defecit, tu ſuccedis, non in ipſius munus, ſed eruditionem. & quia me habere voluiſti pediſſequum, ad hæc incitaſti. habes ſectatorem, cui nihil quam à te diſcere, & tecum Orientis literas promovere gratius. Et vel hoc nomine hunc meum laborem tibi acceptum fore ſpero ac confido. Te ſane patronum ſibi exoptavit maxime, ut qui, qua es eruditione, de his literis judicare poſſis, & quo es candore, erratis ignoſcere velis, & qua es apud omnes exiſtimatione ingenti, adverſus malevolos & invidos tueri queas. Vale, illuſtriſſime vir, utque diu Academiæ, Eccleſiæ ac nobis ſuperſtes maneas, ſummis votis à Deo Opt. Max. contendo: à te vero, ut, quod facis, me amare pergas. Lugduni Batav. vigeſimo die Martii, cIↄ Iↄ cxxvII.

PRÆFATIO ad candidum LECTOREM.

BENEVOLE ac studiose Lector, libellus hic Syriacus, quem edimus, è Bibliotheca nostra publica petitus est, ubi inter multos alios præclaros libros, à Cl. Viro Josepho Scaligero Academiæ nostræ legatos, hactenus latuit. libellus est in octavo, charta densa, tersa ac polita, quæque à pergamena parum distet, conscriptus manu eleganti ac vere Syriaca, sed ab hoc nostro charactere satis discrepanti. Maronitarum manus videtur, qua in scribendis epistolis utantur, ubi celeriores, magisque compactas, & sæpe implexas sibi invicem literas adhibeant. vocales additas non invenimus: nisi paucis in locis expressas reperies. Versuum distinctiones libellus iste proprie habet nullas, ut nec capitum, nisi quæ à lectore quodam, nescio quo, nostris numeris adscripta fuerunt. Sententiarum tamen distinctiones habet varias, quarum quædam longiores, aliæ breviores periodos discernere videntur, quas nos hic non gravate omisimus, tum quia typographus iis carebat, tum quia & nos certum earum usum non deprehendebamus. aliquando enim tota pagina habet nullam, interdum una multas, ac nonnunquam etiam sine ulla sententiæ distinctione solius elegantiæ causa accumulatas. priores, quatuor punctis rubris, circulum nigrum ovali forma constantem, quadrangulari forma continentibus: posteriores, quatuor solummodo punctis, duobus rectis rubris, aliis transversis nigris, pinguntur. aliæ etiam aliter insigniuntur. reliquas autem incisorum ac membrorum periodi distinctiones quantum potuimus observavimus. Esse autem hanc Syriacam è Græco translationem, nullus dubito, & cuivis phrasin conferenti, id facile liquebit. unde factum, ut quum Syri articulo emphatico careant, qui Græcorum articulo præpositivo ὁ, ἡ, τὸ respondeat, quem Hebræi per suum ה הַיְדִיעָה exprimunt felicissime, hic noster, potius quam ut emphasin articuli græci omiserit, pronomen tertiæ personæ ܗܘ הֻו, vel ܗܘ הוּ, passim substituerit, quæ alioqui proprie valent ἐκεῖνος, vel αὐτὸς. in quo quidem noster hic libellus longe luxuriat magis, quam qui antehac è novo testamento editi fuerunt. Authorem versionis ignoramus; scriptoris vero nomen in calce libri reperimus, ubi se Casparum nnncupat natum [illegible]. tempus vero scriptionis subticet. De antiquitate hujus versionis nihil statuere ausim. Mirum sane, quum Novum Testamentum ab Ignatio Patriarcha Antiocheno per Mosen Meridinæum è Mesopotamia sacerdotem in Occidentem mitteretur, & in Syriam reportandum, imo in gratiam Syriacarum Ecclesiarum Viennæ anno 1555 imprimeretur, Apocalypsin una cum secunda Epistola Petri, secunda ac tertia Johannis, nec non Epistola Judæ defuisse. fortasse, quod ut olim, ita & tum apud omnes Orientis Ecclesias istæ SS. Scripturarum partes communiter nondum receptæ essent. extitisse tamen certum est. Sic enim Widmanstadius in editione Viennensi, in præfatione ad epistolas canonicas, quas ab ipso vulgatas habemus: *Reliquæ, inquit, SSS. Petri Johannis, & Judæ epistolæ, una cum Apocalypsi, etsi extent apud Syros, tamen in exemplaribus quæ sequuti sumus defuerunt.* Et in epistola quæ toti operi subnectitur, ait, Mosen istum Meridinæum, qui cum una operæ plurimum studiique consumserat, & jam in Mesopotamiam denuo abierat, reversurum, ac reliquas SSS. Petri, Iohannis, & Iudæ epistolas una cum apocalypsi allaturum. allatæ fuerunt deinde, & nescio qua incuria aut invidia earum impressio orbi Christiano denegata fuerit hactenus. testatur Possevinus in apparatu, libros eos qui editioni Viennensi ac Regiæ Antverpiensi desunt, in codicibus Orientalium extare, & per Maronitas acceptos à Balthazare Etzelio Jesuita latinos factos, quos etiam, excepta Apocalypsi, nobis videre contigit. Ex Apocalypsi autem verba quædam capitis septimi citata invenimus à Georgio Michaële Amira Edeniensi è monte Libano Maronitam, qui luculentam scripsit Grammaticam Syriacam, Romæ an. 1596. editam. In quo opere pag. 241. ostensurus pronomina ܐܢܘܢ & ܐܢܝܢ fere semper esse patientia, id est accusativi casus, citat hæc verba ex cap. 7. [illegible] ܘܚܠܠܘ ܐܣܛܠܝܗܘܢ ܘܚܘܪܘ ܐܢܝܢ ܒܕܡܗ ܕܐܡܪܐ. quæ in hoc libello vers. 14. prorsus eodem modo sese habent. Suspicaberis fortasse lector, ab ipsis Maronitis, postquam Pontificiam religionem (quod teste Setho Calvisio factum anno 1182) amplexi fuerunt, hos demum libros factos esse Syriacos. quod certe de hac Apocalypsi statuendum minime censeo: quum & à Græcis, quæ Pontificii sequuntur, exemplaribus, & à vulgata versione latina, quam illi authenticam fecerunt, passim multum habeat. Jam vero, ad laborem nostrum quod attinet, quem celandum minime censeo, textum Syriacum charactere faciliori, qui typographo notus esset, descripsi. eundem literis Hebraicis, additis vocalibus, (quod ante nos aliis in libris fecerant Tremellius & Fabricius Boderianus) in gratiam tyronum expressi versionem latinam, servata quantum potui phrasi Syra, addidi. atque ut hæc cum textu authentico conferri quam facillime possent, græcus quoque ut adesset curavi. Textum Syriacum fideliter descripsi, descriptum contuli, relictis etiam mendis

quæ

quæ occurrebant, quæ tamen, ne lector alicubi offenderet & hæreret, hujusmodi signo † notavi, & in charactere Hebræo ad idem signum, nisi fallor, emendavi. quod doctiorum judicio libenter submitto, à quibus hic reprehendi neutiquam erubescam. Ubi verba quædam ad sensum perficiendum deessent, id hujusmodi signo, [ ] spatio aliquo vacuo relicto, indicavi, & in charactere Hebræo ex Græco supplevi. Non est autem dissimulandum, in ipsius autographi margine errata varia à lectore quodam nescio quo, sed alia manu, alio atramento emendata conspici: item, verba quædam in authographo occurrisse redundantia aut bis scripta, quæ manifesto sensum vitiarent, quæ nos è textu resecuimus: quæ tameu singula, ne quid fraudis commisisse videamur, in animadversionibus nostris suis locis observabimus. Utinam vero alia quædam exemplaria cum quibus hoc nostrum conferre potuissemus, ad manum fuissent. errata exactius corrigere, ac defectus melius supplere potuissemus. quo auxilio quum distitueremur, præstitimus quod potuimus, & ut neque textui Syro quicquam derogaretur, neque circa rectum ejus sensum scrupulus relinqueretur, operam dedimus. Quem laborem etsi negocia muneris nostri fugerent, libenter tamen postulatu magni viri Danielis Heinsii suscepimus, operæ pretium existimantes, si ad eos novi Testamenti libros quos Cl. Vir Albertus Widmanstadius impressit primus, quique tanto cum applausu ab orbe Christiano excepti fuerunt, hæc etiam scripturæ pars, quæ hactenus defuit, labore nostro accederet. neque enim quicquam à munere nostro alienum nos facere arbitrabamur, si ea, quæ ipsi Servatori nostro ejusque discipulis vernacula fuit lingua, sacrarum literarum cognitionem ac studium promoveremus atque excitaremus. in quo ut nihil quam ut ipse proficiam prius mihi esse fateor, ita nihil quam ut alios ad id impellam charius esse potest. quenquam enim eo vesaniæ delabi nolim, ut inutile existimet hoc studium, frustraneum hunc laborem. si quis, exempli gratia, græcam Apocalypsin græca phrasi scriptam existimet, næ is se nihil scire fateatur. tota Hebraica phrasis est, aut quod idem fere, Syriaca. Quid hoc est, cap. 3. vers. 12. καὶ ἔξω οὐ μὴ ἐξέλθῃ ἔτι? nisi quod ܢܦܩ נְפַק, Syris & exire & ejici significat: unde Matth. 8. vers. 12. pro ἐκβληθήσονται εἰς τὸ σκότος, in Syro est ܢܦܩܘܢ ܠܚܫܘܟܐ, נֶפְּקוּן לְחֶשׁוֹכָא exibunt in tenebras. Si quis verba cap. 1. vers. 4. ἀπὸ τοῦ ὁ ὢν, καὶ ὁ ἦν, καὶ ὁ ἐρχόμενος, exigat ad Syntaxim græcam, solæcismum comprehendere fateatur necesse est. si quis vero ad linguam Hebraicam aut Syriacam ea exigat, ad quam utpote vernaculam & maxime divinam Apostolus etiam græce loquens sensus suos formavit, omni statim scrupulo liberabitur. Hæc enim quum casus nullos agnoscat, ea quæ citavimus sic effert, ut plane constet græca Syriacis respondere: ut ex collatione hac apparet, ἀπὸ τοῦ ܡܢ ܗܘ ὁ ὢν ܕܐܝܬܘܗܝ καὶ ὁ ἦν ܘܗܘ ܕܐܝܬܘܗܝ ܗܘܐ καὶ ὁ ἐρχόμενος ܘܗܘ ܕܐܬܐ. ubi & alius Syriasmus observandus, quod ὁ ἐρχόμενος ponatur pro ὁ ἐλευσόμενος: quia venturus Syris dicitur ܕܐܬܐ. apud quos participio præsenti pro futuro uti familiarissimum est. & sexcenta alia quæ hic adferri possent. Restat ut, quum supra Tremellii ac Fabricii Boderiani, quia ante nos libros Novi Testamenti vocalibus notarunt, mentionem fecerimus, causas in medium proferamus, cur ab ea quam illi secuti sunt punctandi ratione in multis discedamus. Visum illis magnis viris fuit, quum Syriaca literis ac vocalibus Hebræis proferrent, leges quoque linguæ Hebrææ in punctando multum sequi, præsertim quum & quæ apud Danielem & Esdram sunt Chaldaica, & ipsa Thargumim easdem passim leges sequantur. quod nobis linguam non Hebræam, aut Thargumicam, sed pure Syriacam tradentibus minus probatur. hinc est quod sub ח & ע in fine vocum post vocales longas more Hebræorum adhibeant pathach furtivum, ut in יֵשׁוּעַ passim. & in רוּחַ Rom. 8. 5. quum Grammatici fateantur Syros id pathac non agnoscere, & libri Syri literas istas gutturales in fine omni vocali destitutas relinquam. Ita in initio dictionum ante literas בומף more Hebræorum legunt וּ &, quod Syriace esset ܘ, nulla nixi Grammaticorum authoritate, & contra codicum fidem, qui hoc ܘ ut & omnes literas serviles vocali destituunt, hoc est per scheva efferunt, nisi sequens litera ipsa quoque vocali destituatur, sive per scheva sit efferenda, tum enim ו ut & aliæ serviles pathach habent: ut ܘܒܢܝܢܫܐ וְבְנַיְנָשָׁא & homines: ubi tamen ex lege Hebræorum esset legendum וּבְנַיְנָשָׁא. solent etiam sub literis gutturalibus, ubi eas Syri vocali nudant, chateph pathach & chateph-segol Hebræorum more adhibere. nos simplex tantum scheva adhibemus, quia Syri nullum brevissimarum vocalium discrimen agnoscunt. Et memini me ex Clar. Viro D. Erpenio audire, habere se ex ore doctissimi cujusdam Maronitæ, nullis præceptis Grammaticis, ac vix viva voce doceri posse, quem sonum scheva habeat apud Syros, præsertim sub gutturalibus, sub quibus soleat proxime præcedentis vocalis sonus continuari, sive ea sit a, sive e, sive i, sive o, sive u. Solet Boderianus nomen Dei scribere Hebræorum more אֱלָהָא. at Georgius Amira scribit אַלָהָא, & recte, nam præmissis literis servilibus,

bus, non licet legere דֶּאֱלָהָא, לֶאֱלָהָא, *sed legendum* לַאלָהָא, דַּאלָהָא, *ut Joan.* 10. 36. *& alibi passim videre est. Sic ex Chaldaismo desumserunt, quod* ה *affixum tertiæ personæ masc. gen. sing. num. faciant mappikatum, ut* עַבְדֵּהּ servus ejus. *nos mappik id omittimus, quia Syri simpliciter scribunt* ܥܒܕܗ עַבְדֵה *sine puncto vel in, vel infra, vel supra* ה. *At in fœminini generis affixo* ܗ *Syrorum habet punctum supra se,* ܥܒܕܗ̇. *quod quia proprie valet mappik Hebræorum, nos hic mappik retinentes legimus* עַבְדָהּ. *Majus autem est, quod nos dagesch tum lene, tum forte omittimus, quum illi utroque creberrime utantur. Causa est, quod quamvis Syri punctum quoddam habeant, quod nunc vocatur* ܪܘܟܟ רוּכָּךְ lenitas, *nunc* ܩܘܫܝ קוּשָׁי durities, *tamen illud* קוּשָׁי *literam non geminat, ut dagesch forte apud Hebræos, sed solummodo literis* בגדכפרת *superimpositum aspirationem ab illis tollit, & durius pronunciari vult; ut contra idem punctum infra easdem literas positum, & tum* רוּכָּךְ *dictum, aspirationem illis relinquit & mollius efferendas esse docet. adeo ut* קוּשָׁי *nihil aliud sit quam dagesch lene Hebræorum:* רוּכָּךְ *vero, Hebræorum raphe. ut Amira diserte tradit Grammaticæ suæ pag.* 11. *& ne quidem mentionem ullam facit puncti geminantis. Itaque censendum non est, verba quæ apud Hebræos secundam radicalem geminant in piel, idem facere in pael Syrorum: aut defectiva prima Nun, quum illud amittunt, compensare amissionem per geminationem secundæ, ut fit apud Hebræos. fateor quidem, si secunda radicalis sit ex literis* בגדכפרת*, eam durius tum sine aspiratione proferri, sed geminari negabat doctissimus Erpenius, negamus & nos, freti potissimum hac ratione, quod omnes Grammatici, etiam ipse Masius, qui tamen* τῷ קוּשָׁי *geminandi vim aliquando tribuit, fateantur* רוּכָּךְ *&* קוּשָׁי *tantum in literis* בגדכפרת *locum habere. secus sane apud Hebræos se habet dagesch forte. si ergo, exempli gratia in* ܦܩܶܕ præcepit, *&* ܩܰܛܶܠ occidit, ܩ *&* ܛ *debent geminari, quia sunt pael, quo quæso signo geminationem illam Syri designant, quum literæ illæ puncti* קוּשָׁי *capaces non sint? Hinc est quod Amira p.* 30. *quum verbum* ܛܰܡܺܐ polluit, *quod pael est, latinis literis exprimit, scribat, ttama, unica tantum m. Et p.* 38. *citans verba hæc ex Psal.* 117. ܫܰܒܰܚܘܗܝ ܠܡܳܪܝܳܐ laudate Dominum, *latine scribit* sciabahh lmorio. ܒ *habet* קוּשָׁי, *ideo durius pronuntiat per b non per u, sed non geminat. quum itaque alia sit ratio* τοῦ *dagesch apud Hebræos, quam* τοῦ קוּשָׁי *apud Syros, omittere illud potius visum fuit, quam ut nimium ad Hebraismum accedentes à Syriasmo recederemus. Monendus quoque es, lector, (quod apud Tremellium & Boderianum non invenies) literas quasdam in medio dictionis à me relinqui absque ulla vocali, etiam absque scheva. factum id, ut docerem, eas literas plane occultandas, & in pronunciatione prætereundas. ut* אַנְתְּ *tu legendum at.* אַנְתְּתָא uxor *athto.* עִדְּתָא ecclesia *ito.* חַדְתָּא novus *hhatho.* יַהְב dedit *jaf.* מְדִינְתָא urbs *meditho. Sic in initio dictionis* אַחְרִנָא alius *hhrino.* אַחְרָיָא postremus *hhrojo.* אְנָשָׁא homo *noscho. sic in fine* מֶנִּי à me *men.* עַמִּי mecum *am.* נְפַלְו ceciderunt *nephal. sicut supra* ܫܰܒܰܚܘܗܝ *Amira legit* sciabahh, *& similia ubi ante* י *&* ו *scheva posuimus, ut doceremus literas illas in pronunciatione celandas: post scheva enim pronuntiari non possunt. quæ omnia non tantum Amira nos docuit, sed ipsi quoque Syrorum libri, ubi hæc semper sine vocalibus scribuntur. Ubi tamen* ו *&* י *diphthongescunt, pronunciari eas cum præcedenti vocali volumus, quamvis nullam eis mentionem addamus. ut* אַיְךְ sicut *aich.* מַוְתָא *mautho.* mors. קַדְמָיְתָא prima *kadmoito. Interdum quoque adhibemus Hebræorum maccaph. non quod ea virgula in usu sit apud Syros, sed quia melius exprimere non potuimus, quando duæ voces pronuntiatione in unam coalescunt. ut* אָמַר־אְנָא *legunt, omarno,* א *in* אנא *plane occultato, & syllaba* נָא *cum* אָמַר *coalescente. sic* אִיתַוְהִי־הוָא *legunt ithawwo, occultantes* הי *ex* אִיתַוְהִי *&* ה *ex* הוָא *ac si scriberetur* אִיתַוָּא. *nolim tamen putet quisquam, parvi propterea faciendum aut Tremellium, aut Boderianum. putet id, qui præcipuam eruditionis laudem in legendi ratione sitam arbitratur: quod nos quidem non existimamus, sed in prompta ac recta scriptorum intelligentia, qua nos ab illis multis parasangis superari fatemur libenter, ut qui plures forte libros Syros legerint, quam nobis vel videre contigerit. nec ea mens nobis est, ut hic nostra punctatione doctis præscribamus quicquam. rudiores docemus & præimus. doctioribus autem si hic quædam displicent, non id metuo, sed ut moneant opto, quippe qui non tam ut alios erudiam quam ut ipse ab eruditioribus discam hæc suscepi. velle enim hic & posse discere, eruditionis mihi aliquis gradus videtur. Jam vale, lector humanissime, & laboribus nostris fruere, ex quibus si quid fructus capis, totum illud Opt. Maximoque Deo acceptum referatur, cujus unius gloriam hic spectamus, cuique laus & honos debetur in sempiternum. Amen.*

ܫܠܡ

ܩܦܠܐܘܢ ܐ

1 ܓܠܝܢܐ ܕܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ ܗܘ ܕܝܗܒ ܠܗ
ܐܠܗܐ ܠܡܚܘܝܘ ܠܥܒܕܘܗܝ ܕܝܠܗ . ܗܢܝܢ
ܕܘܠܐ ܠܡܗܘܐ ܒܥܓܠ ܘܫܘܕܥ ܟܕ ܫܠܚ
ܒܝܕ ܡܠܐܟܐ ܕܝܠܗ . ܠܥܒܕܐ ܕܝܠܗ ܝܘܚܢܢ .
2 ܗܘ ܕܐܣܗܕ ܠܡܠܬܐ ܕܐܠܗܐ . ܘܠܣܗܕܘܬܐ
ܕܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ . ܟܠܗܝܢ ܕܚܙܐ . 3 ܛܘܒܬܢܐ
ܗܘ ܗܘ ܕܩܪܐ . ܘܗܢܘܢ ܕܫܡܥܝܢ ܠܡܠܐ ܕ
ܢܒܝܘܬܐ ܗܕܐ : ܘܢܛܪܝܢ ܠܗܠܝܢ ܕܟܬܝܒܢ
ܒܗ . ܗܘ ܓܝܪ ܙܒܢܐ ܩܪܝܒ . 4 ܝܘܚܢܢ
ܠܫܒܥ ܥܕܬܐ ܕܒܐܣܝܐ . ܛܝܒܘܬܐ ܠܟܘܢ
ܘܫܝܢܐ ܡܢ ܗܘ ܕܐܝܬܘܗܝ . ܘܗܘ ܕܐܝܬܘܗܝ ܗܘܐ
ܘܗܘ ܕܐܬܐ . ܡܢ ܫܒܥ ܪܘܚܐ ܗܠܝܢ ܕܩܕܡ
ܟܘܪܣܝܐ ܕܝܠܗ . 5 ܘܡܢ
ܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ ܗܘ ܣܗܕܐ ܗܘ ܡܗܝܡܢܐ .
ܗܘ ܒܘܟܪܐ ܕܡܝܬܐ : ܘܪܝܫܐ ܕܡܠܟܐ
ܕܐܪܥܐ . ܗܘ ܕܡܚܒ ܠܢ ܘܫܪܐ ܠܢ
ܡܢ ܚܛܗܐ ܕܝܠܢ ܒܕܡܐ ܕܝܠܗ .

קפלאון א

1 גלינא דישוע משיחא הו דיהב
לה אלהא למחויו לעבדא דילה
הנין דזדק למהוא בעגל ושודע כד שלח
ביד מלאכא דילה לעבדא דילה יוחנן.
2 הו דאסהד למלתא דאלהא. ולסהדותא
דישוע משיחא כלהין דחזא. 3 טובתנא
הו הי דקרא והנון דשמעין למלא ד
דנביותא הדא ונטרין להנין דכתיבן בה
הו גיר זבנא קרב. 4 יוחנן לשבע עדתא
הנין דבאסיא ט טיבותא לכון ושינא
מן הו דאיתוהי והו דאיתוהי־הוא והו
דאתא מן שבע רוחא הלין דקדם כורסיא
דילה. 5 ומן ישוע משיחא הו סהדא הו
מהימנא הו בוכרא דמיתא ורישא
דמלכא דארעא הו דמחב לן ושרא
לן מן חטהא דילן בדמא דילה.

ΚΕΦ. Α΄.

Ἀποκάλυψις Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἣν ἔδωκεν αὐτῷ ὁ Θεὸς, δεῖξαι τοῖς δούλοις αὐτοῦ ἃ δεῖ γενέσθαι ἐν τάχει· καὶ ἐσήμανεν ἀποστείλας διὰ τοῦ ἀγγέλου αὐτοῦ τῷ δούλῳ αὐτοῦ Ἰωάννῃ· 2 Ὃς ἐμαρτύρησε τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ, καὶ τὴν μαρτυρίαν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὅσα τε εἶδε. 3 Μακάριος ὁ ἀναγινώσκων, καὶ οἱ ἀκούοντες τοὺς λόγους τῆς προφητείας, καὶ τηροῦντες τὰ ἐν αὐτῇ γεγραμμένα· ὁ γὰρ καιρὸς ἐγγύς. 4 Ἰωάννης ταῖς ἑπτὰ ἐκκλησίαις ταῖς ἐν τῇ Ἀσίᾳ· χάρις ὑμῖν καὶ εἰρήνη ἀπὸ τοῦ ὁ ὢν καὶ ὁ ἦν καὶ ὁ ἐρχόμενος· καὶ ἀπὸ τῶν ἑπτὰ πνευμάτων ἃ ἐστιν ἐνώπιον τοῦ θρόνου αὐτοῦ· 5 Καὶ ἀπὸ Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὁ μάρτυς ὁ πιστὸς, ὁ πρωτότοκος ἐκ τῶν νεκρῶν, καὶ ὁ ἄρχων, τῶν βασιλέων τῆς γῆς· τῷ ἀγαπήσαντι ἡμᾶς, καὶ λούσαντι ἡμᾶς ἀπὸ τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν ἐν τῷ αἵματι αὐτοῦ.

CAPUT I.

1 REVELATIO Jeſu Chriſti, quam dedit ipſi Deus ad indicandum ſervis ſuis ea quæ opportet fieri cito, & manifeſtavit, quum miſit per angelum ſuum, ſervo ſuo Johanni. 2 Qui teſtatus eſt verbum Dei, & teſtimonium Jeſu Chriſti, omnia quæ vidit. 3 Beatus eſt qui legit, & illi qui audiunt verba prophetiæ hujus, & ſervant ea quæ ſcripta ſunt in ea. illud enim tempus appropinquavit. 4 Johannes ſeptem Eccleſiis, quæ in Aſia *ſunt*: gratia vobis & pax, ab illo qui eſt, & qui erat, & qui venit, à ſeptem ſpiritibus qui ante thronum ipſius *ſunt*. 5 Et à Jeſu Chriſto, *qui eſt* ille teſtis, ille fidelis, ille primogenitus mortuorum, & caput regum terræ, qui diligit nos, & ſolvit nos à peccatis noſtris per ſanguinem ſuum.

[6] ועבד לן מלכותא כהניתא לאלהא
ואבא דילה דלה תשבוחתא ואוחדנא
לעלמא † דעלמא אמין. 7 הא אתא עם
עננא ונחזיניהי כל עינא ואף אנשין הנון
דדקרוהי ונרקדן ע עלוהי כל שרבתא
דארעא אין אמין. 8 אנא איתי אלף אף
תו אמר מריא אלהא הו דאיתוהי והו
דאיתוהי הוא והו דאתא הו אחיד כל.
9 אנא יוחנן דהו אחוכון ושותפא
דילכון באולצנא ובסיברנותא דבישוע
משיחא הוית בגזרתא דמתקריא פטאמון
מטל אלתא דאלהא ומטל סהדותא דישוע
משיחא. 10 † הוית ברוחא ביומא מ
מארניא ושמעת מן בסתרא דילי קלא
רבא איך שיפורא דאמר 11 הו מא
† דחזא אנת כתוב בכתבא ושדר להלין

6 ܘܥܒܕ ܠܢ ܡܠܟܘܬܐ ܟܗܢܘܬܐ. ܠܐܠܗܐ
ܘܐܒܐ ܕܝܠܗ. ܕܠܗ ܬܫܒܘܚܬܐ ܘܐܘܚܕܢܐ
ܠܥܠܡܐ † ܕܥܠܡܐ ܐܡܝܢ. 7 ܗܐ ܐܬܐ ܥܡ
ܥܢܢܐ. ܘܢܚܙܘܢܝܗܝ ܟܠ ܥܝܢܐ ܘܐܦ ܐܢܫܝܢ ܗܢܘܢ
ܕܕܩܪܘܗܝ ܘܢܪܩܕܘܢ ܥܠܘܗܝ ܟܠ ܫܪܒܬܐ
ܕܐܪܥܐ: ܐܝܢ ܐܡܝܢ. 8 ܐܢܐ ܐܝܬܝ ܐܠܦ ܐܦ
ܬܘ ܐܡܪ ܡܪܝܐ ܐܠܗܐ. ܗܘ ܕܐܝܬܘܗܝ ܘܗܘ
ܕܐܝܬܘܗܝ ܗܘܐ ܘܗܘ ܕܐܬܐ: ܗܘ ܐܚܝܕ ܟܠ. 9 ܐܢܐ ܝܘܚܢܢ
ܕܗܘ ܐܚܘܟܘܢ ܘܫܘܬܦܐ ܕܝܠܟܘܢ. ܒܐܘܠܨܢܐ
ܘܒܣܝܒܪܢܘܬܐ ܕܒܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ.
ܗܘܝܬ ܒܓܙܪܬܐ ܕܡܬܩܪܝܐ ܦܛܡܘܣ
ܡܛܠ ܡܠܬܐ ܕܐܠܗܐ: ܘܡܛܠ ܣܗܕܘܬܐ
ܕܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ. 10 † ܗܘܝܬ ܒܪܘܚܐ
ܒܝܘܡܐ ܡܪܢܝܐ: ܘܫܡܥܬ ܡܢ ܒܣܬܪܝ
ܩܠܐ ܪܒܐ ܐܝܟ ܫܝܦܘܪܐ. ܕܐܡܪ: 11 ܗܘ ܡܐ
† ܕܚܙܐ ܐܢܬ ܟܬܘܒ ܒܟܬܒܐ. ܘܫܕܪ ܠܗܠܝܢ

6 Et fecit nos regnum ſacerdotale Deo & patri ſuo, cui gloria & potentia in ſecula ſeculorum. Amen. 7 Ecce venit cum nubibus, & videbunt eum omnes oculi, etiam homines illi qui confoderunt eum, & plangent ſuper ipſo omnes tribus terræ. Etiam. Amen. 8 Ego ſum Aleph & Thau, dicit Dominus Deus, qui eſt, & qui erat, & qui venit, qui poteſt omnia. 9 Ego Johannes, ille frater veſter, & ſocius veſter in afflictione & in tolerantia, quæ in Jeſu Chriſto *eſt*, fuit in inſula quæ vocatur Patamun, propter verbum Dei, & propter teſtimonium Jesu Christi. 10 Fui in Spiritu, in die Dominico, & audivi à tergo meo vocem magnam, tanquam tubam, quæ diceret. 11 Hoc quod vides ſcribe in libro, & mitte illis ſeptem

6 Καὶ ἐποίησεν ἡμᾶς βασιλεῖς καὶ ἱερεῖς τῷ Θεῷ καὶ πατρὶ αὐτοῦ· αὐτῷ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν. 7 Ἰδοὺ, ἔρχεται μετὰ τῶν νεφελῶν, καὶ ὄψεται αὐτὸν πᾶς ὀφθαλμὸς, καὶ οἵτινες αὐτὸν ἐξεκέντησαν· καὶ κόψονται ἐπ᾽ αὐτὸν πᾶσαι αἱ φυλαὶ τῆς γῆς· ναὶ, ἀμήν. 8 Ἐγώ εἰμι τὸ Α καὶ τὸ Ω, ἀρχὴ καὶ τέλος, λέγει ὁ Κύριος, ὁ ὢν καὶ ὁ ἦν καὶ ὁ ἐρχόμενος, ὁ παντοκράτωρ. 9 Ἐγὼ Ἰωάννης ὁ καὶ ἀδελφὸς ὑμῶν, καὶ συγκοινωνὸς ἐν τῇ θλίψει καὶ ἐν τῇ βασιλείᾳ καὶ ὑπομονῇ Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἐγενόμην ἐν τῇ νήσῳ τῇ καλουμένῃ Πάτμῳ, διὰ τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ καὶ διὰ τὴν μαρτυρίαν Ἰησοῦ Χριστοῦ. 10 Ἐγενόμην ἐν Πνεύματι ἐν τῇ κυριακῇ ἡμέρᾳ· καὶ ἤκουσα ὀπίσω μου φωνὴν μεγάλην ὡς σάλπιγγος, 11 Λεγούσης· Ἐγώ εἰμι τὸ Α καὶ τὸ Ω, ὁ πρῶτος καὶ ὁ ἔσχατος· καὶ Ὃ βλέπεις γράψον εἰς βιβλίον, καὶ πέμψον

τοῖς

ܫܒܥ ܥܕ̈ܬܐ. ܠܐܦܣܘܣ ܘܠܣܡܘܪܢܐ ܘܠܦܪܓܡܘܣ ܘܠܬܐܘܛܝܪܐ ܘܠܣܪܕܝܣ ܘܠܦܝܠܕܠܦܝܐ ܘܠܠܐܘܕܝܩܝܐ. 12 ܘܐܬܦܢܝܬ ܠܡܚܙܐ ܠܩܠܐ ܗܘ ܐܝܢܐ ܕܡܡܠܠ ܥܡܝ. ܘܟܕ ܐܬܦܢܝܬ ܚܙܝܬ ܫܒܥ ܡܢܪ̈ܬܐ ܕܕܗܒܐ. 13 ܘܒܡܨܥܬܐ ܕܡܢܪ̈ܬܐ ܕܕܡܐ ܠܒܪܗ ܕܐܢܫܐ ܕܠܒܝܫ ܦܘܕܪܐ ܘܐܣܝܪ ܨܝܕ ܬܕ̈ܘܗܝ ܙܘܢܝܢ ܕܕܗܒܐ. 14 ܗܘ ܕܝܢ ܪܝܫܐ ܕܝܠܗ ܘܣܥܪܐ ܚܘܪܝܢ ܐܝܟ ܥܡܪܐ ܚܘܪܐ ܐܝܟ ܬܠܓܐ. ܘܥܝ̈ܢܐ ܕܝܠܗ ܐܝܟ ܫܠܗܒܝܬܐ ܕܢܘܪܐ. 15 ܘܪ̈ܓܠܐ ܕܝܠܗ ܕܕܡܝܢ ܠܢܚܫܐ ܠܒܢܢܝܐ ܕܡܫܠܗܒ ܐܝܟ ܕܒܐܬܘܢܐ. ܘܩܠܐ ܕܝܠܗ ܐܝܟ ܩܠܐ ܕܡ̈ܝܐ ܣܓܝܐܐ. 16 ܘܐܝܬ ܠܗ ܒܐܝܕܐ ܕܝܠܗ ܕܝܡܝܢܐ ܟܘܟ̈ܒܐ ܫܒܥܐ. ܘܡܢ ܦܘܡܐ ܕܝܠܗ ܣܝܦܐ ܚܪܝܦܐ ܕܬܪܝܢ ܦܘܡ̈ܘܗܝ ܢܦܩ. ܘܦܐܬܐ ܕܝܠܗ ܐܝܟ ܫܡܫܐ ܡܢܗܪܐ ܒܚܝܠܐ ܕܝܠܗ. 17 ܘܟܕ ܚܙܝܬܗ

שבע עדתא. לאפסוס ולסמורנא ולפרגמוס ולתאוטירא ולסרדים ולפילדפיא וללאודיקיא. 12 ואתפנית למחזא לקלא הו אינא † דממלל † עמי וכד אתפנית חזית שבע מנרתא דדהבא. 13 ובמצעתא דמנרתא דדמא לברה דאנשא דלביש פודרא ואסיר ציד תדוהי זונין דדהבא. 14 הו דין רישא דילה וסערא חורין איך עמרא חורא איך תלגא ועינא דילה איך שלהביתא דנורא. 15 ורגלא דילה דדמין לנחשא † לבנניא דמשלהב איך דבאתונא וקלא דילה איך קלא דמיא סגיאא 16 ואית לה באידא דילה דימינא כוכבא שבעא ומן פומא דילה סיפא חריפא דתרין פומוהי דנפק ופאתא דילה איך שמשא מנהרא בחילא דילה. 17 וכד חזיתה

ταῖς ἐκκλησίαις ταῖς ἐν Ἀσίᾳ, εἰς Ἔφεσον, καὶ εἰς Σμύρναν, καὶ εἰς Πέργαμον, καὶ εἰς Θυάτειρα, καὶ εἰς Σάρδεις, καὶ εἰς Φιλαδέλφειαν, καὶ εἰς Λαοδίκειαν. 12 Καὶ ἐπέστρεψα βλέπειν τὴν φωνὴν ἥτις ἐλάλησε μετ᾽ ἐμοῦ· καὶ ἐπιστρέψας εἶδον ἑπτὰ λυχνίας χρυσᾶς· 13 Καὶ ἐν μέσῳ τῶν ἑπτὰ λυχνιῶν ὅμοιον υἱῷ ἀνθρώπου, ἐνδεδυμένον ποδήρη, καὶ περιεζωσμένον πρὸς τοῖς μαστοῖς ζώνην χρυσῆν. 14 Ἡ δὲ κεφαλὴ αὐτοῦ καὶ αἱ τρίχες λευκαὶ ὡσεὶ ἔριον λευκόν, ὡς χιών· καὶ οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτοῦ ὡς φλὸξ πυρός· 15 Καὶ οἱ πόδες αὐτοῦ ὅμοιοι χαλκολιβάνῳ, ὡς ἐν καμίνῳ πεπυρωμένοι· καὶ ἡ φωνὴ αὐτοῦ ὡς φωνὴ ὑδάτων πολλῶν· 16 Καὶ ἔχων ἐν τῇ δεξιᾷ αὐτοῦ χειρὶ ἀστέρας ἑπτά· καὶ ἐκ τοῦ στόματος αὐτοῦ ῥομφαία δίστομος ὀξεῖα ἐκπορευομένη· καὶ ἡ ὄψις αὐτοῦ ὡς ὁ ἥλιος φαίνει ἐν τῇ δυνάμει αὐτοῦ. 17 Καὶ ὅτε εἶδον αὐτόν,

Ecclesiis, Epheso, & Smurnæ, & Pergamo, & Thivatiræ, & Sardis, & Philidaphiæ, & Laudikiæ. 12 Et converti me ad videndum vocem illam quæ loquebatur mecum. & quum convertissem me, vidi septem candelabra aurea. 13 Et in medio candelabrorum qui similis esset filio hominis, indutus talari, & vinctus juxta mammas suas zonis aureis. 14 Ipsum autem caput ejus & pili albi sicut lana alba, sicut nix: & oculi ejus sicut flamma ignis. 15 Et pedes ejus similes æri libanico flammanti tanquam in fornace & vox ejus tanquam vox aquarum multarum. 16 Et sunt ipsi in manu ejus dextera stellæ septem, & ex ore ejus gladius acutus duorum orum exiens. & facies ejus sicut sol lucet in robore suo. 17 Et quando vidi eum,

נפלת † לות רגלוהי איך מיתא וסם עלי
אידה דימינא כד אמר לא תדחל אנא
איתו הו קדמיא והו אחריא· 18 והו דחי
ודהוית מיתא והא חיא איתי לעלמא
דעלמא אמין † ואית לי קלידא דמותא
ודשיול· 19 כתוב הכיל הו מא דחזית
והלין דאיתיהין והלין דעתידן למהוא
בתר הלין· 20 לראזא דשבעא כוכבא
הנון דחזית בימינא דילי ולשבע מנרתא
דדהבא הנון שבעא כוכבא מלאכא דשבע
עדתא איתוהון והנין מנרתא שבע שבע
עדתא איתיהין·

קפלאון ב

1 למלאכא דעדתא דבאפסוס כתוב
הלין אמר הו אחיד כל ולהנון שבעא
כוכבא בימינא דילה הו דמהלך
במצעתא דהנין שבע מנרתא דדהבא·

ܢܦܠܬ † ܠܘܬ ܪܓܠܘܗܝ. ܐܝܟ ܡܝܬܐ.
ܘܣܡ ܥܠܝ ܐܝܕܗ ܕܝܡܝܢܐ ܟܕ ܐܡܪ.
ܠܐ ܬܕܚܠ. ܐܢܐ ܐܝܬܝ ܗܘ ܩܕܡܝܐ ܘܗܘ
ܐܚܪܝܐ. 18 ܘܗܘ ܕܚܝ ܘܗܘܝܬ ܡܝܬܐ ܘܗܐ
ܚܝܐ ܐܝܬܝ ܠܥܠܡ ܥܠܡܝܢ. ܐܡܝܢ.
ܘܐܝܬ ܠܝ ܩܠܝܕܐ ܕܡܘܬܐ ܘܕܫܝܘܠ.
† 19 ܟܬܘܒ ܗܟܝܠ ܗܘ ܡܐ ܕܚܙܝܬ: ܘܗܠܝܢ
ܕܐܝܬܝܗܝܢ ܘܗܠܝܢ ܕܥܬܝܕܢ ܠܡܗܘܐ
ܒܬܪ ܗܠܝܢ. 20 ܠܐܪܙܐ ܕܫܒܥܐ ܟܘܟܒܐ
ܗܢܘܢ ܕܚܙܝܬ ܒܝܡܝܢܐ ܕܝܠܝ ܘܠܫܒܥ ܡܢܪܬܐ
ܕܕܗܒܐ. ܗܢܘܢ ܫܒܥܐ ܟܘܟܒܐ ܡܠܐܟܐ
ܕܫܒܥ ܥܕܬܐ ܐܝܬܝܗܘܢ. ܘܗܠܝܢ
ܡܢܪܬܐ ܫܒܥ ܥܕܬܐ ܐܝܬܝܗܝܢ ܀

ܩܦܠܐܘܢ ܒ:

1 ܠܡܠܐܟܐ ܕܥܕܬܐ ܕܒܐܦܣܘܣ ܟܬܘܒ. 2
ܗܠܝܢ ܐܡܪ ܗܘ ܐܚܝܕ ܟܠ. ܘܠܗܢܘܢ ܫܒܥܐ
ܟܘܟܒܐ ܒܝܡܝܢܗ. ܗܘ ܕܡܗܠܟ
ܒܡܨܥܬܐ ܕܗܠܝܢ ܫܒܥ ܡܢܪܬܐ ܕܕܗܒܐ

cecidi ad pedes ejus, tanquam mortuus. & posuit super me manum suam dexteram, dicens: ne time, Ego sum ille primus & ille ultimus. 11 Et qui vivus *sum* & qui fui mortuus, & ecce vivus sum in secula seculorum. Amen. Et sunt mihi claves mortis & inferni. 19 Scribe igitur quod vidisti, & ea quæ sunt, & ea quæ futura sunt post hæc, 20 Mysterium septem stellarum quas vidisti in dexterâ meâ, & septem candelabra aurea. Illæ septem stellæ, angeli septem Ecclesiarum sunt, & illa candelabra septem, septem Ecclesiæ sunt.

Caput II.

1 Angelo Ecclesiæ quæ Ephesi *est* scribe. Hæc dicit ille tenens omnia, & illas septem stellas in dextera sua: qui ambulat in medio illorum septem candelabrorum aureorum.


ἔπεσα πρὸς τοὺς πόδας αὐτοῦ ὡς νεκρός· καὶ ἐπέθηκε τὴν δεξιὰν αὐτοῦ χεῖρα ἐπ᾽ ἐμὲ, λέγων μοι. Μὴ φοβοῦ. ἐγώ εἰμι ὁ πρῶτος καὶ ὁ ἔσχατος· 18 Καὶ ὁ ζῶν, καὶ ἐγενόμην νεκρὸς, καὶ ἰδοὺ ζῶν εἰμι εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν. καὶ ἔχω τὰς κλεῖς τοῦ ᾅδου καὶ τοῦ θανάτου. 19 Γράψον ἃ εἶδες, καὶ ἅ εἰσι, καὶ ἃ μέλλει γίνεσθαι μετὰ ταῦτα· 20 Τὸ μυστήριον τῶν ἑπτὰ ἀστέρων ὧν εἶδες ἐπὶ τῆς δεξιᾶς μου, καὶ τὰς ἑπτὰ λυχνίας τὰς χρυσᾶς. οἱ ἑπτὰ ἀστέρες, ἄγγελοι τῶν ἑπτὰ ἐκκλησιῶν εἰσί. καὶ αἱ ἑπτὰ λυχνίαι ἃς εἶδες, ἑπτὰ ἐκκλησίαι εἰσί.

ΚΕΦ. Β΄.

1 Τῷ ἀγγέλῳ τῆς Ἐφεσίνης ἐκκλησίας γράψον· Τάδε λέγει ὁ κρατῶν τοὺς ἑπτὰ ἀστέρας ἐν τῇ δεξιᾷ αὐτοῦ, ὁ περιπατῶν ἐν μέσῳ τῶν ἑπτὰ λυχνιῶν τῶν χρυσῶν·

2 Οἶδα

2 ידע אנא לעבדא דילך ולעמלא
ולמסיברנותא דילך ודלא מצא
אנת למטען לבישא ונסית להנון
דאמרין הנון להון דשליחא א איתיהון
ולא איתיהון ואשכחת אנון דגלא :
3 ומסיברנותא אית לך וטענת מטל
שמא דילי ולא לאית. 4 [אלא אית
לי עליך מטל [חובא] דילך הו
קדמיא דשבקת. 5 אתדכר הכיל מן
איכא נפלת ואתתוא ולעבדא קדמיא עבד
ואן דין לא אתא-אנא לך עגל ומזיע־אנא
מנרתא דילך מן דוכתה אן לא תתוב.
6 אלא הדא אית לך דסנא אנת לעבדא
דניקליטו להלין דאף אנא. 7 הו דאית לה
ארנא נשמע מנא רוחא אמר לעדתא להו
דזכא אתל לה למאכל מן קיסא דחיא
הו דאיתוהי בפרדיסה דאלהא דילי.



2 Οἶδα τὰ ἔργα σου, καὶ τὸν κόπον σου, καὶ τὴν ὑπομονήν σου, καὶ ὅτι οὐ δύνῃ βαστάσαι κακούς· καὶ ἐπείρασας τοὺς φάσκοντας εἶναι ἀποστόλους, καὶ οὐκ εἰσί καὶ εὗρες αὐτοὺς ψευδεῖς· 3 Καὶ ἐβάστασας, καὶ ὑπομονὴν ἔχεις, καὶ διὰ τὸ ὄνομά μου κεκοπίακας, καὶ οὐ κέκμηκας. 4 Ἀλλ᾽ ἔχω κατὰ σοῦ, ὅτι τὴν ἀγάπην σου τὴν πρώτην ἀφῆκας. 5 Μνημόνευε οὖν πόθεν ἐκπέπτωκας, καὶ μετανόησον, καὶ τὰ πρῶτα ἔργα ποίησον· εἰ δὲ μή, ἔρχομαί σοι ταχύ, καὶ κινήσω τὴν λυχνίαν σου ἐκ τοῦ τόπου αὐτῆς, ἐὰν μὴ μετανοήσῃς. 6 Ἀλλὰ τοῦτο ἔχεις, ὅτι μισεῖς τὰ ἔργα τῶν Νικολαϊτῶν, ἃ κἀγὼ μισῶ. 7 Ὁ ἔχων οὖς ἀκουσάτω τί τὸ Πνεῦμα λέγει ταῖς ἐκκλησίαις· Τῷ νικῶντι δώσω αὐτῷ φαγεῖν ἐκ τοῦ ξύλου τῆς ζωῆς, ὅ ἐστιν ἐν μέσῳ τοῦ παραδείσου τοῦ Θεοῦ.

2 Novi opera tua, & laborem & tolerantiam tuam, & quod non potes ferre malos. & tentasti eos, qui dicunt ipsi se Apostolos esse, & non sunt, & invenisti eos mendaces. 3 Et tolerantia est tibi, & tulisti propter nomen meum, & non fatigatus es. 4 Sed est mihi contra te, propter charitatem tuam illam priorem quam dereliquisti. 5 Recordare igitur, unde cecideris, & resipisce: & opera prima fac. & si non, venio tibi cito, & movebo candelabrum tuum è loco suo, si non converteris te. 6 Sed hoc habes, quod oderis opera Nicolaitarum, quæ & ego. 7 Qui habet aures, audiat quid Spiritus dicat Ecclesiis. Ei qui vincit dabo ei edendum de ligno vitæ, quod est in paradiso Dei mei.

8 ולמלאכא דעדתא דבסמורנא כתוב הלין אמר הו קדמיא והו אחריא הו דהוא מיתא וחיא. 9 ידע אנא לעבדא דילך ולאולצנא ולמסכנותא אלא עתירא איתיך ולגודפא דמן להלין דאמרין הנון להון דיהודיא איתיהון ולא איתיהון אלא כנושתא דסטנא. 10 לא מדם תדחל מן הלין דעתיד אנת למחש הא דין עתיד אכלקרצא למרמיו מנכון בבית נטורתא איכנא דתתנסון ונהוא לכון אולצנא יומא עסרא הוי מהימנא עדמא למותא ואתל לך כלילא דחיא. 11 הו דאית לה אדנא נשמע מנא אמר רוחא לעדתא הו דזכא לא נתעול מן מותא הו תנינא. 12 ולמלאכא הודעדתא דבפרגמום כתוב הלין אמר הו דאית לה ספא הו

ܘܠܡܠܐܟܐ ܕܥܕܬܐ ܕܒܣܡܘܪܢܐ ܟܬܘܒ ܗܠܝܢ܆ 8 ܐܡܪ ܗܘ ܩܕܡܝܐ ܘܗܘ ܐܚܪܝܐ ܗܘ ܕܗܘܐ ܡܝܬܐ ܘܚܝܐ. ܝܕܥ ܐܢܐ ܠܥܒܕܐ ܕܝܠܟ ܘܠܐܘܠܨܢܐ ܘܠܡܣܟܢܘܬܐ. ܐܠܐ ܥܬܝܪܐ 9 ܐܝܬܝܟ ܘܠܓܘܕܦܐ ܕܡܢ ܠܗܠܝܢ ܕܐܡܪܝܢ ܗܢܘܢ ܠܗܘܢ ܕܝܗܘܕܝܐ ܐܝܬܝܗܘܢ ܘܠܐ ܐܝܬܝܗܘܢ. ܐܠܐ ܟܢܘܫܬܐ ܕܣܛܢܐ. ܠܐ ܡܕܡ ܬܕܚܠ 10 ܡܢ ܗܠܝܢ ܕܥܬܝܕ ܐܢܬ ܠܡܚܫ. ܗܐ ܕܝܢ ܥܬܝܕ ܐܟܠܩܪܨܐ ܠܡܪܡܝܘ ܡܢܟܘܢ ܒܒܝܬ ܢܛܘܪܬܐ. ܐܝܟܢܐ ܕܬܬܢܣܘܢ. ܘܢܗܘܐ ܠܟܘܢ ܐܘܠܨܢܐ ܝܘܡܐ ܥܣܪܐ. ܗܘܝ ܡܗܝܡܢܐ ܥܕܡܐ ܠܡܘܬܐ. ܘܐܬܠ ܠܟ ܟܠܝܠܐ ܕܚܝܐ. ܗܘ ܕܐܝܬ ܠܗ ܐܕܢܐ 11 ܢܫܡܥ ܡܢܐ ܐܡܪ ܪܘܚܐ ܠܥܕܬܐ. ܗܘ ܕܙܟܐ ܠܐ ܢܬܥܘܠ ܡܢ ܡܘܬܐ ܗܘ ܬܢܝܢܐ. 12 ܘܠܡܠܐܟܐ ܗܘ ܕܥܕܬܐ ܕܒܦܪܓܡܘܣ ܟܬܘܒ ܗܠܝܢ. ܐܡܪ ܗܘ ܕܐܝܬ ܠܗ ܣܝܦܐ ܗܘ

8 Et Angelo Ecclesiæ quæ Smyrnæ *est* scribe. Hæc dicit ille primus & ille ultimus, qui fuit mortuus & vixit. 9 Novi opera tua, & afflictionem & paupertatem, sed dives es, & blasphemiam quæ ab iis *proficiscitur* qui dicunt ipsi se Judæos esse, & non sunt, sed congregatio Satanæ. 10 Ne quicquam time de iis quæ passurus es. ecce enim futurum est ut Diabolus injiciat ex vobis in domum custodiæ, ut probemini: & erit vobis afflictio dies decem. Sis fidelis usque ad mortem, & dabo tibi coronam vitæ. 11 Qui habet aures, audiat quid dicat Spiritus Ecclesiis. qui vincit, nihil perversi patietur à morte illa secunda. 12 Et Angelo illi Ecclesiæ quæ Pergami *est* scribe. Hæc dicit ille qui habet gladium illum

8 Καὶ τῷ ἀγγέλῳ τῆς ἐκκλησίας Σμυρναίων γράψον· Τάδε λέγει ὁ πρῶτος καὶ ὁ ἔσχατος, ὃς ἐγένετο νεκρὸς καὶ ἔζησεν· 9 Οἶδά σου τὰ ἔργα καὶ τὴν θλίψιν καὶ τὴν πτωχείαν, (πλούσιος δὲ εἶ) καὶ τὴν βλασφημίαν τῶν λεγόντων Ἰουδαίους εἶναι ἑαυτοὺς, καὶ οὐκ εἰσὶν, ἀλλὰ συναγωγὴ τοῦ σατανᾶ. 10 Μηδὲν φοβοῦ ἃ μέλλεις πάσχειν· ἰδοὺ, μέλλει βαλεῖν ἐξ ὑμῶν ὁ διάβολος εἰς φυλακὴν, ἵνα πειρασθῆτε. καὶ ἕξετε θλίψιν ἡμερῶν δέκα· γίνου πιστὸς ἄχρι θανάτου, καὶ δώσω σοι τὸν στέφανον τῆς ζωῆς· 11 Ὁ ἔχων οὖς, ἀκουσάτω τί τὸ Πνεῦμα λέγει ταῖς ἐκκλησίαις· Ὁ νικῶν οὐ μὴ ἀδικηθῇ ἐκ τοῦ θανάτου τοῦ δευτέρου. 12 Καὶ τῷ ἀγγέλῳ τῆς ἐν Περγάμῳ ἐκκλησίας γράψον· Τάδε λέγει ὁ ἔχων τὴν ῥομφαίαν τὴν

ܚܪܝܦܐ ܕܬܪܝܢ ܦܘܡܘܗܝ. 13 ܝܕܥ ܐܢܐ ܠܥܒܕܐ ܕܝܠܟ ܘܐܝܟܐ ܥܡܪ ܐܢܬ ܐܝܟܐ ܕܟܘܪܣܝܗ ܕܣܛܢܐ ܘܐܚܝܕ ܐܢܬ ܒܫܡܐ ܕܝܠܝ ܘܠܐ ܟܦܪܬ ܒܗܝܡܢܘܬܐ ܕܝܠܝ ܒܝܘܡܬܐ ܗܠܝܢ ܕܐܬܚܙܝܬ ܗܘ ܣܗܕܐ ܕܝܠܝ ܗܘ ܡܗܝܡܢܐ ܕܝܠܝ ܗܘ ܕܐܬܩܛܠ ܠܘܬܟܘܢ ܐܝܟܐ ܕܥܡܪ ܣܛܢܐ. 14 ܐܠܐ ܐܝܬ ܠܝ ܥܠܝܟ ܙܥܘܪܐ ܐܝܬ ܠܟ ܬܡܢ ܕܐܚܝܕܝܢ ܠܡܠܦܢܘܬܐ ܕܒܠܥܡ ܗܘ ܕܐܠܦ ܠܒܠܩ ܠܡܪܡܝܘ ܟܫܠܐ ܩܕܡ ܒܢܝܐ ܕܐܝܣܪܐܝܠ ܕܠܡܐܟܠ ܕܒܚܝ ܦܬܟܪܐ ܘܠܡܙܢܝܘ. 15 ܗܟܢܐ ܐܝܬ ܠܟ ܐܦ ܐܢܬ ܕܐܚܝܕܝܢ ܠܡܠܦܢܘܬܐ ܕܢܝܩܠܝܛܘ ܒܗ ܒܕܡܘܬܐ ܐܬܬܘܐ. 16 ܘܐܢ ܕܝܢ ܠܐ ܐܬܐ ܐܢܐ ܠܟ ܥܓܠ ܘܐܩܪܒ ܥܡܗܘܢ ܒܣܝܦܐ ܕܦܘܡܐ ܕܝܠܝ. 17 ܗܘ ܕܐܝܬ ܠܗ ܐܕܢܐ ܢܫܡܥ ܡܢܐ ܪܘܚܐ ܐܡܪ ܠܥܕܬܐ ܠܗܘ ܕܙܟܐ ܐܬܠ ܠܗ ܠܡܐܟܠ

חריפא דתרין פומוהי. 13 ידע־אנא
לעבדא דילך ואיכא עמר אנת איכא
דכורסיה דסטנא ואחיד אנת בשמא
דילי ולא כפרת בהימנותה דילי
ביומתא הלין דאתחזית הו סהדא דילי
הו מהימנא דילי הו דאתקטל לותכון
איכא דעמר סטנא. 14 אלא אית לי עליך
זעורא אית לך תמן דאחידין למלפנותא
דבלעם הו דאלף לקנק למרמיו כשלא
קדם בניא דאיסראיל דלמאכל רבני פ
פתכרא ולמזניו. 15 הכנא אית לך
אף אנת ראחידין למלפנותא ד
דניקליטו בה ב בדמותא אתתוא.
16 ואן דין לא אתא־אנא לך עגל
ואקרב עמהון בסיפא דפומא דילי. 17
הו דאית לה אדנא נשמע מנא רוחא
אמר לעדתא להו דזכא אתל לה למאכל

τὴν δίστομον τὴν ὀξεῖαν· 13 Οἶδα τὰ ἔργα σου, καὶ ποῦ κατοικεῖς, ὅπου ὁ θρόνος τοῦ σατανᾶ· καὶ κρατεῖς τὸ ὄνομά μου, καὶ οὐκ ἠρνήσω τὴν πίστιν μου, καὶ ἐν ταῖς ἡμέραις ἐν αἷς Ἀντίπας ὁ μάρτυς μου ὁ πιστὸς, ὃς ἀπεκτάνθη παρ' ὑμῖν, ὅπου κατοικεῖ ὁ σατανᾶς· 14 Ἀλλ' ἔχω κατὰ σοῦ ὀλίγα, ὅτι ἔχεις ἐκεῖ κρατοῦντας τὴν διδαχὴν Βαλαὰμ, ὃς ἐδίδασκεν τὸν Βαλὰκ βαλεῖν σκάνδαλον ἐνώπιον τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ, φαγεῖν εἰδωλόθυτα, καὶ πορνεῦσαι. 15 Οὕτως ἔχεις καὶ σὺ κρατοῦντας τὴν διδαχὴν τῶν Νικολαϊτῶν ὃ μισῶ. 16 Μετανόησον· εἰ δὲ μὴ, ἔρχομαί σοι ταχὺ, καὶ πολεμήσω μετ' αὐτῶν ἐν τῇ ῥομφαίᾳ τοῦ στόματός μου. 17 Ὁ ἔχων οὖς ἀκουσάτω τί τὸ Πνεῦμα λέγει ταῖς ἐκκλησίαις· Τῷ νικῶντι δώσω αὐτῷ φαγεῖν

acutum duorum orum. 13 Novi opera tua, & ubi habitas, ubi thronus Satanæ *est*. & retines nomen meum, & non abnegasti fidem meam, in diebus illis quibus spectaculum factus est ille testis meus, ille fidelis meus qui occisus est apud vos ubi habitat Satanas. 14 Sed habeo contra te paululum. Habes ibi qui tenent doctrinam Balaam, qui docuit Kenakum objicere offendiculum coram filiis Israëlis: quod *erat* ad edendum quod idololatræ *edunt*, & ad scortandum. 15 Sic habes etiam tu, qui tenent doctrinam Nicolaitarum eâdem similitudine. resipisce. 16 Quod si autem non: venio tibi cito, & bellum geram cum ipsis gladio oris mei. 17 Qui habet aures, audiat quid dicat Spiritus Ecclesiis. Ei qui vincit, dabo ei edere de

ܡܢ ܡܢܢܐ ܗܘ ܕܡܛܫܝ ܘܐܬܠ ܠܗ
ܚܘܫܒܢܐ ܚܘܪܐ ܘܥܠ ܚܘܫܒܢܐ ܫܡܐ
ܚܕܬܐ ܕܟܬܝܒ ܘܗܘ ܕܠܐ ܐܢܫ ܝܕܥ ܐܠܐ
ܐܢ ܗܘ ܕܢܣܒ. 18 ܘܠܡܠܐܟܐ ܗܘ ܕܥܕܬܐ
ܕܒܬܐܘܛܝܪܣ ܟܬܘܒ ܗܠܝܢ ܐܡܪ ܒܪܗ
ܕܐܠܗܐ ܗܘ ܕܐܝܬ ܠܗ ܥܝܢܐ ܕܝܠܗ
ܐܝܟ ܫܠܗܒܝܬܐ ܕܢܘܪܐ ܘܪܓܠܐ ܕܝܠܗ
ܕܡܝܢ ܠܢܚܫܐ ܠܒܢܢܝܐ. 19 ܝܕܥ ܐܢܐ
ܠܥܒܕܐ ܕܝܠܟ ܘܠܚܘܒܐ ܘܠܗܝܡܢܘܬܐ
ܘܠܬܫܡܫܬܐ ܘܐܦ ܠܡܣܝܒܪܢܘܬܐ ܕܝܠܟ
ܘܠܥܒܕܐ ܕܝܠܟ ܗܠܝܢ ܐܚܪܝܐ ܘܣܓܝܐܢ ܡܢ
ܩܕܡܝܐ. 20 ܐܠܐ ܐܝܬ ܠܝ ܥܠܝܟ ܡܛܠ
ܕܫܒܩܬ ܠܐܢܬܬܐ ܕܝܠܟ ܐܝܙܒܠ ܗܝ ܕܐܡܪܐ
ܗܝ ܠܗ ܢܒܝܬܐ ܘܡܠܦܐ ܘܡܛܥܝܐ ܠܥܒܕܐ ܕܝܠܝ
ܠܡܙܢܝܘ ܘܠܡܐܟܠ ܕܒܢܝ ܦܬܟܪܐ. 21 ܘܝܗܒܬ
ܠܗ ܙܒܢܐ ܐܝܟܢܐ ܕܬܬܘܒ ܘܠܐ ܨܒܝܐ
ܠܡܬܬܘܝܘ ܡܢ ܙܢܝܘܬܐ ܕܝܠܗ. 22 ܗܐ ܪܡܐ

מֶן מַנְנָא הַו דַמְטַשַׁי וֶאתֶל לֶה
חוּשְׁבָנָא חֶוָרָא וְעַל חוּשְׁבָנָא שְׁמָא
חַדתָא דַכְתִיב וְהַו דְלָא־אְנָשׁ יָדַע אֶלָא
אֶן הַו דְנָסֵב. 18 וַלְמַלַאכָא הַו וְעִדתָא
דַבְתִאוּטִירַס כְּתוּב הָלֵין אָמַר בְּרֵה
דַאלָהָא הַו דִאית לֶה עַינֵא דִילֵה
אַיךְ שַׁלְהֵבִיתָא דְנוּרָא וְרַגְלֵא דִילֵה
דָמְיָן לַנְחָשָׁא לְבַנְנָיָא. 19 יָדַע־אְנָא
לַעְבָדֵא דִילָךְ וַלְחוּבָא וַלְהַימָנוּתָא
וַלְתֶשְׁמֶשְׁתָא וְאָף לַמְסַיבְּרָנוּתָא דִילָךְ
וְלַעְבָדֵא דִילָךְ הָלֵין אחְרָיֵא וְסַגִיאָן מֶן
קַדְמָיֵא. 20 אֶלָא אִית לִי עְלַיךְ מֶטֻל
דַשְׁבַקְתְ לַאנתְתָא דִילָךְ יִזַבֶל הָי דָאמְרָא
הָי לָהּ נְבִיתָא וְמַלְפָא וְמַטְעְיָא לְעַבְדַא דִילִי
לַמְזָנָיו וַלְמֵאכַל דַבְנַי פַּתְכְּרֵא. 21 וֶיהְבֵת
לָהּ זַבְנָא אַיכַנָא דַתְתוּב וְלָא צָבְיָא
לְמֶתְתְּוָיו מֶן זָנְיוּתָא דִילָהּ. 22 הָא רָמֵא-

de manna illo abſcondito, & dabo ei calculum album, & ſuper calculum nomen novum ſcriptum, quod nemo novit niſi ille qui accipit. 18 Et Angelo illi & Eccleſiæ quæ eſt Thivatiræ ſcribe: hæc dicit Filius Dei, qui habet oculos ſuos; ſicut flammam ignis: & pedes ſuos ſimiles æri Libanico. 19 Novi opera tua, & charitatem & fidem, & miniſterium, etiam tolerantiam tuam, & opera tua hæc poſteriora, & plura *ſunt* primis. 20 Sed habeo contra te, propterea quod ſiviſti uxorem tuam Ieſabel, quæ dicit eſſe ſe Prophetiſſam, & docet & ſeducit ſervos meos, ad ſcortandum, & edendum quod idololatræ. 21 Et dedi ipſi tempus, ut converteret ſe: & non vult reſipiſcere à ſcortatione ſua. 21 Ecce proji-

ἀπὸ τοῦ μάννα τοῦ κεκρυμμένου, καὶ δώσω αὐτῷ ψῆφον λευκὴν, καὶ ἐπὶ τὴν ψῆφον ὄνομα καινὸν γεγραμμένον, ὃ οὐδεὶς ἔγνω εἰ μὴ ὁ λαμβάνων. 18 Καὶ τῷ ἀγγέλῳ τῆς ἐν Θυατείροις ἐκκλησίας γράψον· Τάδε λέγει ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ, ὁ ἔχων τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτοῦ ὡς φλόγα πυρὸς, καὶ οἱ πόδες αὐτοῦ ὅμοιοι χαλκολιβάνῳ· 19 Οἶδά σου τὰ ἔργα, καὶ τὴν ἀγάπην, καὶ τὴν διακονίαν, καὶ τὴν πίστιν, καὶ τὴν ὑπομονήν σου, καὶ τὰ ἔργα σου, καὶ τὰ ἔσχατα πλείονα τῶν πρώτων. 20 Ἀλλ' ἔχω κατὰ σοῦ ὀλίγα, ὅτι ἐᾷς τὴν γυναῖκα Ἰεζαβὴλ, τὴν λέγουσαν ἑαυτὴν προφῆτιν, διδάσκειν καὶ πλανᾶσθαι ἐμοὺς δούλους, πορνεῦσαι καὶ εἰδωλόθυτα φαγεῖν. 21 Καὶ ἔδωκα αὐτῇ χρόνον ἵνα μετανοήσῃ ἐκ τῆς πορνείας αὐτῆς, καὶ οὐ μετενόησεν. 22 Ἰδοὺ, ἐγὼ βάλλω

αὐτὴν

ܐܢܐ ܠܗ ܒܥܪܣܐ. ܘܠܗܠܝܢ ܕܓܐܪܝܢ ܥܡܗ
ܒܐܘܠܨܢܐ ܪܒܐ ܐܢ ܠܐ ܢܬܬܘܢ ܡܢ
ܥܒ̈ܕܐ ܕܝܠܗ. 23 ܘܠܒܢܝ̈ܐ ܕܝܠܗ ܐܩܛܘܠ
ܒܡܘܬܐ. ܘܢܕܥܢ ܟܠܗܝܢ ܥܕ̈ܬܐ ܕܐܢܐ ܐܝܬܝ
ܗܘ ܕܒܨܐ ܟܘ̈ܠܝܬܐ ܘܠܒ̈ܘܬܐ. ܘܐܬܠ
ܠܟܘܢ ܠܟܠ ܚܕ ܐܝܟ ܥܒ̈ܕܐ ܕܝܠܟܘܢ. 24
ܠܟܘܢ ܕܝܢ ܐܡܪ ܐܢܐ ܠܗܠܝܢ ܕܫܪܟܐ
ܕܒܬܐܘܛܝܪܡ ܟܠܗܘܢ ܗܢܘܢ ܕܠܝܬ ܠܗܘܢ
ܡܠܦܢܘܬܐ ܗܕܐ ܗܢܘܢ ܐܢܫܝܢ ܕܠܐ ܝܕܥܘ
ܥܘܡܩܬܐ ܕܣܛܢܐ ܐܝܟ ܕܐܡܪܝܢ ܠܐ
ܪܡܐ ܐܢܐ ܥܠܝܟܘܢ ܐܚܪܢܐ ܝܘܩܪܐ. 25
ܒܪܡ ܗܘ ܕܐܝܬ ܠܟܘܢ † ܐܚܘܕܘ ܥܕܡܐ
ܕܐܬܐ ܐܢܐ. 26 ܘܗܘ ܕܙܟܐ ܘܗܘ ܕܢܛܪ
ܥܕܡܐ ܠܫܘܠܡܐ ܠܥܒ̈ܕܐ ܕܝܠܝ ܐܬܠ ܠܗ
ܫܘܠܛܢܐ ܥܠ ܥܡ̈ܡܐ. 27 ܘܢܪܥܐ ܐܢܘܢ
ܒܚܘܛܪܐ ܕܦܪܙܠܐ ܘܐܝܟ ܡܐܢ̈ܐ ܕܦܚܪܐ
ܢܫܬܚܩܘܢ ܐܝܟ ܕܐܦ ܐܢܐ ܢܣܒܬ ܡܢ ܐܒܐ

אנא לה בכרסא ולהלין דגירין עמה
באולצנא רבא אן לא נתתוון מן
עבדא דילה . 23 ולבניא דילה אקטול
במותא ונדען כלהין עדתא דאנא איתי
הו דבצא כוליתא ולבותא ואתל
לכון לכל חד איך עבדא דילכון . 24
לכון דין אמר־אנא להלין דשרכא ד
דבתאוטירם כלהון הנון דלית להון מ
מלפנותא הדא הנון אנשין דלא ידעו
עמיקתא דסטנא איך דאמרנן לא
רמא־אנא עליכון אחרנא יוקרא . 25
ברם הו דאית לכון † אחודו עדמא
דאתא־אנא . 26 והו דזכא והו דנטר
עדמא לשולמא לעבדא דילי אתל לה
שולטנא על עממא . 27 ונרעא אנון
בחוטרא דפרזלא ואיך מאנא דפחרא
נשתחקון איך דאף אנא נסבת מן אבא

αὐτὴν εἰς κλίνην, καὶ τοὺς μοιχεύοντας μετ᾽ αὐτῆς, εἰς θλῖψιν μεγάλην, ἐὰν μὴ μετανοήσωσιν ἐκ τῶν ἔργων αὐτῶν. 23 Καὶ τὰ τέκνα αὐτῆς ἀποκτενῶ ἐν θανάτῳ, καὶ γνώσονται πᾶσαι αἱ ἐκκλησίαι ὅτι ἐγώ εἰμι ὁ ἐρευνῶν νεφροὺς καὶ καρδίας· καὶ δώσω ὑμῖν ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα ὑμῶν. 24 Ὑμῖν δὲ λέγω, καὶ λοιποῖς τοῖς ἐν Θυατείροις, ὅσοι οὐκ ἔχουσι τὴν διδαχὴν ταύτην, καὶ οἵτινες οὐκ ἔγνωσαν τὰ βάθη τοῦ σατανᾶ, ὡς λέγουσιν· οὐ βαλῶ ἐφ᾽ ὑμᾶς ἄλλο βάρος. 25 Πλὴν ὃ ἔχετε, κρατήσατε ἄχρις οὗ ἂν ἥξω· 26 Καὶ ὁ νικῶν, καὶ ὁ τηρῶν ἄχρι τέλους τὰ ἔργα μου, δώσω αὐτῷ ἐξουσίαν ἐπὶ τῶν ἐθνῶν· 27 Καὶ ποιμανεῖ αὐτοὺς ἐν ῥάβδῳ σιδηρᾷ· ὡς τὰ σκεύη τὰ κεραμικὰ συντρίβεται, ὡς κἀγὼ εἴληφα παρὰ τοῦ πατρός

cio eam in ventrem, & eos qui mœchantur cum eâ, in afflictionem magnam si non resipiscunt ab operibus ipsius. 23. Et filios ejus occidam morte, & cognoscent omnes Ecclesiæ, quod ego sum ille qui scrutatur renes & corda: & dabo vobis unicuique secundum opera vestra. 24 Vobis autem dico, illis reliquis qui Thivatiræ *sunt*, omnibus illis qui non habent doctrinam hanc, illis hominibus qui non norunt profunditates Satanæ, sicut diximus; non injicio in vos aliud onus. 25 Verum quod habetis tenete usque dum venio. 26 Et ille qui vincit, & ille qui servat usque ad finem opera mea, dabo illi potestatem super populos. 27 Et pascet eos virgâ ferreâ: & sicut vasa figuli comminuentur. sicut etiam ego accepi à patre

דִילִי. 28 וְאֶתֵּל לַהּ לְכוֹכְבָא הַו צַפְרָא.
29 הַו דְאִית לֵהּ אֶדְנָא נֶשְׁמַע מָנָא רוּחָא
אָמַר לְעִדָּתָא ·

ܕܝܠܝ. 28 ܘܐܬܠ ܠܗ ܟܘܟܒܐ ܗܘ ܕܨܦܪܐ.
29 ܗܘ ܕܐܝܬ ܠܗ ܐܕܢܐ ܢܫܡܥ ܡܢܐ ܪܘܚܐ
ܐܡܪܐ ܠܥܕܬܐ ܀

קֶפַלְאוֹן ג

ܩܦܠܐܘܢ ܓ܀

1 וְלִמַלַאכָא הַו דְבִסַרְדִים כְּתוֹב הָלֵין
אָמַר הַו דְאִית לֵהּ הָנֵין † שְׁבַע רוּחֵא
דַאלָהָא וְהָנוּן שַׁבְעָא כוֹכְבֵא יָדַע־אֶנָא
לַעְבָדֵא דִילָךְ דַשְׁמָא אִית לָךְ דְחַי אַנְתְּ
וְמִיתָא הֲוַיְתְּ · 2 אֶתְתְּעִיר וְטַר לְהָלֵין
דְשַׁרְכָא הָנוּן דַעְתִידִין־הֲוַו לַמְמָת לָא
גֵיר אֶשְׁכְּחֵת לַעְבָדֵא דִילָךְ דַמְשַׁמְלֵין
קְדָם ; אַלָהָא דִילִי · 3 אֶתְדַכַּר הָכִיל
אַיכַנָא נְסַבְתְּ וַשְׁמַעְתְּ וְטַר וְאֶתְתְּוָא
וְאֶן הָכִיל לָא תֶתְעִיר אָתֵא עֲלַיךְ אַיךְ גַנָבָא
וְלָא תֶדַע אַידָא שָׁעְתָא אָתֵא עֲלַיךְ · 4 אֶלָא
אִית לָךְ קַלִיל שְׁמָהֵא † בְסַרְדִים הָנוּן דְלָא
טַוְשׁוּ לַלְבוּשֵׁא ל דִילְהוֹן וְנְהַלְכוּן עַמִי

1 ܘܠܡܠܐܟܐ ܗܘ ܕܒܣܪܕܝܣ ܟܬܘܒ:
ܗܠܝܢ ܐܡܪ ܗܘ ܕܐܝܬ ܠܗ ܗܢܝܢ † ܫܒܥ
ܪܘܚܐ ܕܐܠܗܐ: ܘܗܢܘܢ ܫܒܥܐ ܟܘܟܒܐ.
ܝܕܥ ܐܢܐ ܠܥܒܕܐ ܕܝܠܟ. ܕܫܡܐ ܐܝܬ ܠܟ ܕܚܝ
ܐܢܬ. ܘܡܝܬܐ ܗܘܝܬ. 2 ܐܬܬܥܝܪ ܘܛܪ
ܠܗܠܝܢ ܕܫܪܟܐ. ܗܢܘܢ ܕܥܬܝܕܝܢ ܗܘܘ
ܠܡܡܬ. ܠܐ ܓܝܪ ܐܫܟܚܬ ܠܥܒܕܐ ܕܝܠܟ
ܕܡܫܡܠܝܢ ܩܕܡ ܐܠܗܐ ܕܝܠܝ: 3 ܐܬܕܟܪ
ܗܟܝܠ ܐܝܟܢܐ ܢܣܒܬ ܘܫܡܥܬ. ܘܛܪ
ܘܐܬܬܘܐ. ܘܐܢ ܗܟܝܠ ܠܐ ܬܬܥܝܪ. ܐܬܐ ܥܠܝܟ
ܐܝܟ ܓܢܒܐ. ܘܠܐ ܬܕܥ ܐܝܕܐ ܫܥܬܐ ܐܬܐ ܥܠܝܟ.
4 ܐܠܐ ܐܝܬ ܠܟ ܩܠܝܠ ܫܡܗܐ † ܒܣܪܕܝܣ:
ܗܢܘܢ ܕܠܐ ܛܘܫܘ ܠܠܒܘܫܝܗܘܢ
ܕܝܠܗܘܢ. ܘܢܗܠܟܘܢ ܥܡܝ

meo. 28 Et dabo ei ſtellam illam matutinam. 29 Qui habet aures audiat quid Spiritus dicat Eccleſiis.

Caput III.

1 Et Angelo illi qui *eſt* Sardibus ſcribe. hæc dicit ille qui habet illos ſeptem Spiritus Dei, & illas ſeptem ſtellas. novi opera tua: quod nomen habes quod vivas & mortuus es. 2 Expergiſcere, & ſerva eos qui reliqui *ſunt*, qui parati ſunt mori. non enim inveni opera tua completa coram Deo meo. 3 Memento igitur quomodo acceperis, & audiveris, & ſerva, & reſipiſce. & ſi igitur non evigilaveris, veniam contra te ſicut fur, & non ſcies qua horâ veniam contra te. 4 Sed habes pauca nomina Sardibus, quæ non polluerunt veſtimenta ſua, & ibunt mecum

μου. 28 Καὶ δώσω αὐτῷ τὸν ἀστέρα τὸν πρωϊνόν. 29 Ὁ ἔχων οὖς, ἀκουσάτω τί τὸ Πνεῦμα λέγει ταῖς ἐκκλησίαις.

ΚΕΦ. Γ΄.

1 Καὶ τῷ ἀγγέλῳ τῆς ἐν Σάρδεσιν ἐκκλησίας γράψον· Τάδε λέγει ὁ ἔχων τὰ ἑπτὰ πνεύματα τοῦ Θεοῦ, καὶ τοὺς ἑπτὰ ἀστέρας· Οἶδά σου τὰ ἔργα, ὅτι τὸ ὄνομα ἔχεις ὅτι ζῇς, καὶ νεκρὸς εἶ. 2 Γίνου γρηγορῶν, καὶ στήριξον τὰ λοιπὰ ἃ μέλλει ἀποθανεῖν· οὐ γὰρ εὕρηκά σου τὰ ἔργα πεπληρωμένα ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ. 3 Μνημόνευε οὖν πῶς εἴληφας καὶ ἤκουσας, καὶ τήρει, καὶ μετανόησον. Ἐὰν οὖν μὴ γρηγορήσῃς, ἥξω ἐπὶ σὲ ὡς κλέπτης, καὶ οὐ μὴ γνῷς ποίαν ὥραν ἥξω ἐπὶ σέ. 4 Ἔχεις ὀλίγα ὀνόματα καὶ ἐν Σάρδεσιν, ἃ οὐκ ἐμόλυναν τὰ ἱμάτια αὐτῶν, καὶ περιπατήσουσι μετ' ἐμοῦ

ἐν

ܒܚܘܪ̈ܐ ܡܛܠ ܕܫܘܝܢ ܐܝܬܝܗܘܢ. 5 ܗܘ
ܕܙܟܐ ܗܟܢܐ ܡܬܥܛܦ ܒܠܒܘܫ̈ܐ ܚܘܪ̈ܐ.
ܘܠܐ ܐܠܚܐ ܫܡܗܐ ܕܝܠܗܘܢ ܡܢ ܟܬܒܐ ܗܘ
ܕܚܝ̈ܐ. ܘܐܘܕܐ ܒܫܡܗܐ ܕܝܠܗܘܢ ܩܕܡ ܐܒܐ
† ܕܝܠܝ: ܘܩܕܡ ܡܠܐܟ̈ܐ ܕܝܠܗ. 6 ܗܘ
ܕܐܝܬ ܠܗ ܐܕܢܐ ܢܫܡܥ ܡܢܐ ܪܘܚܐ ܐܡܪ
ܠܥܕ̈ܬܐ. 7 ܘܠܡܠܐܟܐ ܗܘ ܕܥܕܬܐ ܕܒܦܝܠܕܠܦܝܐ
ܟܬܘܒ ܗܠܝܢ ܐܡܪ ܗܘ ܩܕܝܫܐ. ܗܘ
ܫܪܝܪܐ. ܗܘ ܕܐܝܬ ܠܗ ܩܠܝܕܐ
ܕܕܘܝܕ. ܗܘ ܕܦܬܚ ܘܠܐ ܐܢܫ ܐܚܕ: ܘܐܚܕ ܘܠܐ
ܐܢܫ ܦܬܚ. 8 ܝܕܥ ܐܢܐ ܠܥܒ̈ܕܝܟ ܘܗܐ.
ܝܗܒܬ ܩܕܡܝܟ ܬܪܥܐ ܦܬܝܚܐ. ܗܘ ܕܠܐ
ܐܢܫ ܡܫܟܚ ܠܡܐܚܕܗ. ܡܛܠ ܕܩܠܝܠ ܐܝܬ
ܠܟ ܚܝܠܐ. ܘܢܛܪܬ ܠܡܠܬܐ ܕܝܠܝ:
ܘܠܐ ܟܦܪܬ ܒܫܡܐ ܕܝܠܝ. 9 ܗܐ ܝܗܒ
ܐܢܐ ܡܢ ܟܢܘܫܬܐ ܕܣܛܢܐ ܡܢ
ܗܢܘܢ ܕܐܡܪܝܢ ܗܢܘܢ ܠܗܘܢ
ܕܝܗܘܕ̈ܝܐ ܐܝܬܝܗܘܢ. ܘܠܐ ܐܝܬܝܗܘܢ

בחורא מטל דשוין איתיהון . 5 הו
דזכא הכנא מתעטף ב בלבושא
חורא ולא אלחא שמא דילהון מן
כתבא הו דחיא ואודא בשמא דילהון
קדם אבא † דילי וקדם מלאכא דילה .
6 הו דאית לה אדנא נשמע מנא
רוחא אמר לעדתא . 7 ולמלאכא הו
דעדתא דבפידלפיא כתוב הלין אמר הו
קדישא הו שרירא הו דאית לה קלידא
דדויד הו דפתח ולא־אנש אחד
ואחד ולא־אנש פתח . 8 ידע־אנא
לעבדא דילך והא יהבת קדמיך
תרעא פתיחא הו דלא-אנש מצא
למאחדה מטל דקליל אית לך חילא
ונטרת למלתא דילי ולא כפרת בשמא
דילי . 9 הא יהב־אנא מן בנושתא
דסטנא מן הנון דאמרין הנון להון
דיהודיא א איתיהון ולא איתיהון

ἐν λευκοῖς· ὅτι ἄξιοί εἰσιν. 5 Ὁ νικῶν, οὗτος περιβαλεῖται ἐν ἱματίοις λευκοῖς· καὶ οὐ μὴ ἐξαλείψω τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἐκ τῆς βίβλου τῆς ζωῆς, καὶ ἐξομολογήσομαι τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἐνώπιον τοῦ πατρός μου, καὶ ἐνώπιον τῶν ἀγγέλων αὐτοῦ. 6 Ὁ ἔχων οὖς, ἀκουσάτω τί τὸ Πνεῦμα λέγει ταῖς ἐκκλησίαις. 7 Καὶ τῷ ἀγγέλῳ τῆς ἐν Φιλαδελφείᾳ ἐκκλησίας γράψον· Τάδε λέγει ὁ ἅγιος, ὁ ἀληθινός, ὁ ἔχων τὴν κλεῖδα τοῦ Δαβίδ· ὁ ἀνοίγων, καὶ οὐδεὶς κλείει· καὶ κλείει, καὶ οὐδεὶς ἀνοίγει. 8 Οἶδά σου τὰ ἔργα· ἰδοὺ δέδωκα ἐνώπιόν σου θύραν ἀνεῳγμένην, καὶ οὐδεὶς δύναται κλεῖσαι αὐτήν· ὅτι μικρὰν ἔχεις δύναμιν, καὶ ἐτήρησάς μου τὸν λόγον, καὶ οὐκ ἠρνήσω τὸ ὄνομά μου. 9 Ἰδού, δίδωμι ἐκ τῆς συναγωγῆς τοῦ σατανᾶ τῶν λεγόντων ἑαυτοὺς Ἰουδαίους εἶναι, καὶ οὐκ εἰσίν,

in albis, propterea quod digni ſunt. 5 Qui vincit, ſic tegetur veſtibus albis, & non delebo nomen eorum è libro illo vitæ, & confitebor nomen eorum coram patre meo, & coram Angelis ejus. 6 Qui habet aures, audiat quid Spiritus dicat Eccleſiis. 7 Et Angelo illi Eccleſiæ quæ eſt Philadelphiæ ſcribe, hæc dicit ille ſanctus, ille verus, qui habet clavem Davidis, qui aperit, & nemo claudit, & claudit & nomen aperit. 8 Novi opera tua: & ecce, dedi ante te portam apertam, quam nemo poteſt claudere: quia paululum habes poteſtatis, & ſervaſti verbum meum, & non abnegaſti nomen meum. 9 Ecce do ex Synagoga Satanæ, ex iis qui dicunt ipſi ſe Judæos eſſe, ſed non ſunt,

אֶלָא כְדַגְלִין הָא עָבֵד־אֲנָא לְהוֹן א
אַיכַנָא דְנֵאתוּן וְנֶסְגְדוּן קְדָם רֶגְלֵא
דִילָךְ וְנֶדְעוּן דְאֶנָא אַחֵבְתָךְ ׃ 10 מֶטֻל
דְנַטַרְתְ לְמֶלְתָא דַמְסַיבְרָנוּתָא דִילִי
דְאֶנָא נָטַר־אֶנָא לָךְ מֶן שָׁעְתָא
דְנֶסְיוֹנָא דַעְתִיד לְמֶאתָא עַל מֶתְעַמְרָנִיתָא
כֻלָהּ לַמְנַסָיוּ לְהָנוּן דְעָמְרִין עַל אַרְעָא ׃
11 אָתֵא־אֶנָא עְגַל אַחוּד הַו מָא דְאִית
לָךְ אַיכַנָא דְלָא־אֶנָשׁ † נֶסַב לַכְלִילָא
דִילָךְ ׃ 12 הַו דְזָכֵא אֶעְבְדִיוּהִי ע
עַמוּדָא בְהַיכְלָא דַאלָהָא דִילִי וַלְבַר
לָא נֶפּוּק תוּב וְאֶכְתוּב עְלַוהִי שְׁמָא
דַאלָהָא דִילִי דְאוּרְשְׁלֵם חַדַתָא הָי
דְנָחְתָא מֶן שְׁמַיָא מֶן אַלָהָא דִילִי וַלְשְׁמָא
דִילִי הַו חַדְתָא ׃ 13 הַו דְאִית לֵה
אֶדְנֵא נֶשְׁמַע מָנָא רוּחָא אָמַר לְעִדָתָא ׃
14 וַלְמַלַאכָא הַו דְעִדְתָא דַבְלַדִיקִ־יָא

ܐܠܐ ܟܕܓܠܝܢ. ܗܐ ܥܒܕ ܐܢܐ ܠܗܘܢ܆
ܐܝܟܢܐ ܕܢܐܬܘܢ ܘܢܣܓܕܘܢ ܩܕܡ ܪ̈ܓܠܝܟ.
ܘܢܕܥܘܢ ܕܐܢܐ ܐܚܒܬܟ. 10 ܡܛܠ ܕܢܛܪܬ
ܡܠܬܐ ܕܡܣܝܒܪܢܘܬܐ ܕܝܠܝ.
ܐܦ ܐܢܐ ܐܛܪܟ ܡܢ ܫܥܬܐ ܕܢܣܝܘܢܐ
ܕܥܬܝܕܐ ܕܬܐܬܐ ܥܠ ܡܬܥܡܪܢܝܬܐ
ܟܠܗ ܠܡܢܣܝܘ ܠܗܘܢ ܕܥܡܪܝܢ
ܥܠ ܐܪܥܐ. 11 ܐܬܐ ܐܢܐ ܥܓܠ. ܐܚܘܕ
ܡܐ ܕܐܝܬ ܠܟ. ܐܝܟܢܐ
ܕܠܐ ܐܢܫ † ܢܣܒ ܟܠܝܠܟ. 12 ܠܗܘ
ܕܙܟܐ ܐܥܒܕܝܘܗܝ ܥܡܘܕܐ ܒܗܝܟܠܐ
ܕܐܠܗܐ ܕܝܠܝ. ܘܠܒܪ ܠܐ ܢܦܘܩ.
ܘܐܟܬܘܒ ܥܠܘܗܝ ܫܡܐ ܕܐܠܗܐ ܕܝܠܝ.
ܘܫܡܐ ܕܡܕܝܢܬܐ: ܗܝ ܕܐܘܪܫܠܡ ܚܕܬܐ
ܕܢܚܬܐ ܡܢ ܫܡܝܐ ܡܢ ܐܠܗܐ ܕܝܠܝ. ܘܫܡܐ ܕܝܠܝ ܗܘ
ܚܕܬܐ. 13 ܡܢ ܕܐܝܬ ܠܗ ܐܕܢܐ ܢܫܡܥ
ܡܢܐ ܪܘܚܐ ܐܡܪܐ ܠܥܕ̈ܬܐ. 14
ܘܠܡܠܐܟܐ ܕܥܕܬܐ ܕܠܐܕܝܩܝܐ

ſed mentiuntur. ecce faciam ipſos, ut veniant & adorent coram pedibus tuis, & cognoſcent quod ego dilexi te. 10 Propterea quod ſervaſti verbum tolerantiæ meæ, & ego ſervabo te ex hora tentationis, venturæ ſuper orbem habitabilem totum, ad tentandum eos qui habitant ſuper terram. 11 Venio cito. tene id quod habes: ut nemo accipiat coronam tuam. 12 Qui vincit, faciam eum columnam in templo Dei mei, & foras non exibit amplius. & ſcribam ſuper ipſum nomen Dei mei, Hieroſolymæ novæ, quæ deſcendit è cœlo à Deo meo, & nomen meum illud novum. 13 Qui habet aures audiat quid Spiritus dicat Eccleſiis 14 Et Angelo illi Eccleſiæ quæ Ladiceæ *eſt*,

ἀλλὰ ψεύδονται· ἰδοὺ, ποιήσω αὐτοὺς ἵνα ἥξωσι καὶ προσκυνήσωσιν ἐνώπιον τῶν ποδῶν σου, καὶ γνῶσιν ὅτι ἐγὼ ἠγάπησά σε· 10 Ὅτι ἐτήρησας τὸν λόγον τῆς ὑπομονῆς μου, κἀγώ σε τηρήσω ἐκ τῆς ὥρας τοῦ πειρασμοῦ τῆς μελλούσης ἔρχεσθαι ἐπὶ τῆς οἰκουμένης ὅλης, πειράσαι τοὺς κατοικοῦντας ἐπὶ τῆς γῆς. 11 Ἰδοὺ, ἔρχομαι ταχύ· κράτει ὃ ἔχεις, ἵνα μηδεὶς λάβῃ τὸν στέφανόν σου. 12 Ὁ νικῶν, ποιήσω αὐτὸν στύλον ἐν τῷ ναῷ τοῦ Θεοῦ μου, καὶ ἔξω οὐ μὴ ἐξέλθῃ ἔτι· καὶ γράψω ἐπ' αὐτὸν τὸ ὄνομα τοῦ Θεοῦ μου, καὶ τὸ ὄνομα τῆς πόλεως τοῦ Θεοῦ μου τῆς καινῆς Ἱερουσαλὴμ, ἣ καταβαίνει ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἀπὸ τοῦ Θεοῦ μου, καὶ τὸ ὄνομά μου τὸ καινόν. 13 Ὁ ἔχων οὖς, ἀκουσάτω τί τὸ Πνεῦμα λέγει ταῖς ἐκκλησίαις. 14 Καὶ τῷ ἀγγέλῳ τῆς ἐκκλησίας Λαοδικέων γράψον·

ܟܬܘܒ. ܗܠܝܢ ܐܡܪ ܗܘ ܐܡܝܢ. ܗܘ ܣܗܕܐ ܗܘ
ܡܗܝܡܢܐ ܗܘ ܫܪܝܪܐ: ܗܘ ܪܫܐ ܕܒܪܝܬܐ
ܕܒܪܝܬܗ ܕܐܠܗܐ. 15 ܝܕܥ ܐܢܐ ܠܥܒ̈ܕܝܟ
ܕܐܝܬܝܟ ܕܠܐ ܚܡܝܡܐ [ ]
† ܠܘ ܩܪܝܪܐ ܗܘܝܬ ܐܘ ܚܡܝܡܐ.
16 ܗܟܢܐ ܕܦܫܘܪܐ ܐܝܬܝܟ ܘܠܐ ܚܡܝܡܐ
ܘܠܐ ܩܪܝܪܐ. ܥܬܝܕ ܐܢܐ ܠܡܬܒܟ ܡܢ ܦܘܡܝ.
ܕܝܠܝ. 17 ܡܛܠ ܕܐܡܪ ܐܢܬ ܕܥܬܝܪܐ
ܐܝܬܝ ܘܥܬܪܬ ܘܠܐ ܥܠ ܡܕܡ ܣܘܢܩܢܐ
ܐܝܬ ܠܝ. ܘܠܐ ܝܕܥ ܐܢܬ ܕܐܢܬ ܐܝܬܝܟ
ܡܚܝܠܐ ܘܕܘܝܐ ܘܡܣܟܢܐ ܘܣܡܝܐ ܘܥܪܛܠܝ. 18
ܡܠܟ ܐܢܐ ܠܟ ܠܡܙܒܢ ܡܢܝ ܕܗܒܐ ܕܒܚܝܪ
ܡܢ ܢܘܪܐ ܐܝܟܢܐ ܕܬܥܬܪ. ܘܠܒܘܫܐ ܚܘܪܐ
ܠܡܬܥܛܦܘ. ܘܠܐ ܬܬܚܙܐ ܒܗܬܬܐ
ܕܥܪܛܠܝܘܬܐ ܕܝܠܟ. ܘܫܝܦܐ ܟܚܘܠ ܥܝܢܝܟ
ܐܝܟܢܐ ܕܬܚܙܐ ܗܘܐ. 19 ܐܢܐ ܠܟܠܗܘܢ
ܗܢܘܢ ܕܐܢ ܐܪܚܡ ܡܟܣ ܐܢܐ ܘܪܕܐ ܐܢܐ

כְּתוּב הָלֵין אָמַר הַו אָמֵין הַו סָהֲדָא הַו
מְהַימְנָא הַו שַׁרִירָא הַו רִישָׁא דַבְרִיתָא
דַאלָהָא ׃ 15 יָדַע־אֶנָא לַעֲבָדָא דִילָךְ
דְלָא חַמִימָא [וְלָא קָרִירָא אִיתַיךְ]
† לְוַי קָרִירָא הֲוַית אַו חַמִימָא ׃ 16
הָכַנָא דְפָשׁוֹרָא אִיתַיךְ וְלָא חַמִימָא וְלָא
קָרִירָא דַעֲתִיד־אֶנָא אַתִיבָךְ מֶן פּוּמָא
דִילִי ׃ 17 מֶטֻל דָאמַר אַנְתְּ דְעַתִירָא
אִיתַי וְעֶתְרֵת וְלָא עַל מֶדֶם סוּנְקָנָא
אִית לִי וְלָא יָדַע אַנְתְּ דַאנַתְּ אִיתַיךְ
מְחִילָא וְדַוְיָא וּמֶסְכֵּנָא וְסַמְיָא וְעַרְטֶלָי ׃ 18
מָלֵךְ־אֶנָא לָךְ לְמֶזְבַּן מֶנִי דַהֲבָא דַבְחִיר
מֶן נוּרָא אַיכַנָא דְתֶעְתַּר וַלְבוּשָׁא חֶוָּרָא
ל לְמֶתְעַטָּפוּ וְלָא תֶתְחְזֵא בְהֶתְתָא
דְעַרְטֶלָיוּתָא דִילָךְ וְשִׁיפָא כְחוֹל עַיְנַיךְ
אַיכַנָא דְתֶחְזֵא הָוֵא ׃ 19 אֶנָא לְכֻלְהוֹן
הָנוּן דַאן אֶרְחַם מַכֵּס־אֶנָא וְרָדֵא־אֶנָא

γράψον· Τάδε λέγει ὁ Ἀμὴν, ὁ μάρτυς ὁ πιςὸς καὶ ἀληθινὸς, ἡ ἀρχὴ τῆς κτίσεως τοῦ Θεοῦ. 15 Οἶδά σου τὰ ἔργα, ὅτι οὔτε ψυχρὸς εἶ, οὔτε ζεςός· ὄφελον ψυχρὸς εἴης ἢ ζεςός· 16 οὕτως, ὅτι χλιαρὸς εἶ, καὶ οὔτε ψυχρὸς οὔτε ζεςὸς, μέλλω σε ἐμέσαι ἐκ τοῦ ςόματός μου. 17 ὅτι λέγεις· ὅτι πλούσιός εἰμι, καὶ πεπλούτηκα, καὶ οὐδενὸς χρείαν ἔχω. Καὶ οὐκ οἶδας ὅτι σὺ εἶ ὁ ταλαίπωρος, καὶ ἐλεεινὸς, καὶ πτωχὸς, καὶ τυφλὸς, καὶ γυμνός 18 Συμβουλεύω σοι ἀγοράσαι παρ' ἐμοῦ χρυσίον πεπυρωμένον ἐκ πυρὸς, ἵνα πλουτήσῃς· καὶ ἱμάτια λευκὰ, ἵνα περιβάλῃ, καὶ μὴ φανερωθῇ ἡ αἰσχύνη τῆς γυμνότητός σου· καὶ κολλούριον ἔγχρισον τοὺς ὀφθαλμούς σου, ἵνα βλέπῃς. 19 Ἐγὼ ὅσους ἐὰν φιλῶ, ἐλέγχω καὶ παιδεύω.

ſcribe. hæc dicit ille Amen, ille teſtis, ille fidelis, ille verus, illud principium creaturæ Dei. 15 Novi opera tua, quod non calidus [*neque frigidus es*] utinam frigidus eſſes, aut calidus. 16 Sic quia tepidus es, neque calidus, neque frigidus, evomiturus ſum te ex ore meo. 17 Quia dicis tu, dives ſum, & ditatus ſum, & non ſuper quoquam indigentia eſt mihi. & non ſcis, te eſſe debilem & miſerabilem, & pauperem, & cœcum, & nudum. 18 Conſulo tibi ut emas a me aurum probatum ex igne, ut diteſcas: & veſtem albam, ut tegaris, & non conſpiciatur pudor nuditatis tuæ, & collyrio tinge oculos tuos, ut fias videns 19 Ego omnes quoſcunque diligo, arguo & caſtigo.

 æmu-

טן הכיל ואתתוא. 20 הא קמת על
תרעא ואקוש אן־אנש שמע לקלא דילי
ונפתח תרעא אעול לותה ואחשם עמה
והו עמי. 21 והו דזכא אתל לה למתב
עמי על כורסיא דילי איכנא דאף אנא
זכית ויתבת עם אבא דילי בכורסיא דילה.
22 הו דאית [לה] אדנא נשמע מנא
רוחא אמר לעידתא:

ܛܢ ܗܟܝܠ ܘܐܬܬܘܐ. 20 ܗܐ ܩܡܬ ܥܠ ܬܪܥܐ
ܘܐܩܘܫ. ܐܢ ܐܢܫ ܫܡܥ ܠܩܠܐ ܕܝܠܝ
ܘܢܦܬܚ ܬܪܥܐ. ܐܥܘܠ ܠܘܬܗ ܘܐܚܫܡ ܥܡܗ
ܘܗܘ ܥܡܝ. 21 ܘܗܘ ܕܙܟܐ ܐܬܠ ܠܗ ܠܡ
ܬܒ ܥܡܝ ܥܠ ܟܘܪܣܝܐ ܕܝܠܝ.
ܐܝܟܢܐ ܕܐܦ ܐܢܐ ܙܟܝܬ: ܘܝܬܒܬ ܥܡ ܐܒܐ
ܕܝܠܝ ܒܟܘܪܣܝܐ ܕܝܠܗ. 22 ܗܘ
ܕܐܝܬ [ ] ܐܕܢܐ ܢܫܡܥ ܡܢܐ ܪܘܚܐ
ܐܡܪ ܠܥܕܬܐ :

קפלאון ד

ܩܦܠܐܘܢ ܕ

1 בתר הלין חזית והא תרעא פתיחא
בשמיא וקלא קדמיא הו דשמעת איך
שיפורא † דממלל עמי ואמר־הוא סק
להרכא † ואחוא לך הנין דזדקן למהוא
בתר הלין. 2 מחדא הוית ברוחא והא
כורסיא סים־הוא בשמיא ועל כורסיא
יתב־הוא. 3 והו דיתב דמא לחזותא

1 ܒܬܪ ܗܠܝܢ ܚܙܝܬ ܘܗܐ ܬܪܥܐ ܦܬܝܚܐ
ܒܫܡܝܐ. ܘܩܠܐ ܩܕܡܝܐ ܗܘ ܕܫܡܥܬ
ܐܝܟ ܫܝܦܘܪܐ ܕܡܡܠܠ ܥܡܝ: ܘܐܡܪ ܗܘܐ:
ܣܩ ܠܗܪܟܐ† ܘܐܚܘܐ ܠܟ ܗܢܝܢ ܕܙܕܩܢ ܠܡܗܘܐ
ܒܬܪ ܗܠܝܢ: 2 ܡܚܕܐ ܗܘܝܬ ܒܪܘܚܐ. ܘܗܐ
ܟܘܪܣܝܐ ܣܝܡ ܗܘܐ ܒܫܡܝܐ. ܘܥܠ ܟܘܪܣܝܐ
ܝܬܒ ܗܘܐ. 3 ܘܗܘ ܕܝܬܒ ܕܡܐ ܠܚܙܘܐ

æmulus ergo ſis, & reſipiſce. 20 Ecce ſteti ad portam, & pulſabo. ſi quis audit vocem meam, & aperiet portam, intrabo ad illum, & cœnabo cum illo, & ille mecum. 21 Et qui vincit, dabo ei ſedere mecum ſuper thronum meum, ſicut etiam ego vici, & ſedi cum patre meo in throno ipſius. 22 Qui habet aures, audiat quid Spiritus dicat Eccleſiis.

CAPUT IV.

1 Poſt hæc vidi, & ecce porta aperta in cœlo, & vox prima quam audivi *erat* tanquam tuba loquens mecum, & dicebat. aſcende huc, & oſtendam tibi ea quæ oportet fieri poſt hæc. 2 Statim fui in ſpiritu, & ecce thronus poſitus erat in cœlo, & ſuper thronum ſedebat *quis*. 3 Et qui ſedebat, ſimilis *erat* aſpectui


ζήλωσον οὖν καὶ μετανόησον. 20 Ἰδοὺ, ἕστηκα ἐπὶ τὴν θύραν, καὶ κρούω· ἐάν τις ἀκούσῃ τῆς φωνῆς μου, καὶ ἀνοίξῃ τὴν θύραν, εἰσελεύσομαι πρὸς αὐτὸν, καὶ δειπνήσω μετ᾽ αὐτοῦ, καὶ αὐτὸς μετ᾽ ἐμοῦ. 21 Ὁ νικῶν, δώσω αὐτῷ καθίσαι μετ᾽ ἐμοῦ ἐν τῷ θρόνῳ μου, ὡς κἀγὼ ἐνίκησα, καὶ ἐκάθισα μετὰ τοῦ πατρός μου ἐν τῷ θρόνῳ αὐτοῦ. 22 Ὁ ἔχων οὖς, ἀκουσάτω τί τὸ Πνεῦμα λέγει ταῖς ἐκκλησίαις.

ΚΕΦ. Δʹ

1 Μετὰ ταῦτα εἶδον, καὶ ἰδοὺ, θύρα ἠνεῳγμένη ἐν τῷ οὐρανῷ, καὶ ἡ φωνὴ ἡ πρώτη ἣν ἤκουσα ὡς σάλπιγγος λαλούσης μετ᾽ ἐμοῦ, λέγουσα· Ἀνάβα ὧδε, καὶ δείξω σοι ἃ δεῖ γενέσθαι μετὰ ταῦτα. 2 Καὶ εὐθέως ἐγενόμην ἐν πνεύματι· καὶ ἰδοὺ, θρόνος ἔκειτο ἐν τῷ οὐρανῷ, καὶ ἐπὶ τοῦ θρόνου καθήμενος. 3 Καὶ ὁ καθήμενος ἦν ὅμοιος ὁράσει λίθῳ

ܕܟܐܦܐ ܕܐܝܫܦܘܢ ܘܕܣܪܕܝܘܢ ܘܕܩܫܬܐ ܕܥܢܢܐ ܡܢ ܚܕܪܘܗܝ ܕܟܘܪܣܝܐ ܒܗ ܒܕܡܘܬܐ ܠܚܙܬܐ ܕܐܙܡܪܓܕܐ. 4 ܡܢ ܚܕܪܘܗܝ ܕܬܪܢܘܣ ܟܘܪܣܘܬܐ ܥܣܪܝܢ ܘܐܪܒܥܐ ܘܥܠܝܗܘܢ ܕܟܘܪܣܘܬܐ ܗܢܘܢ ܥܣܪܝܢ ܘܐܪܒܥܐ ܩܫܝܫܐ ܕܝܬܒܝܢ ܕܡܥܛܦܝܢ ܒܠܒܘܫܐ ܚܘܪܐ ܘܥܠ ܪܝܫܐ ܕܝܠܗܘܢ ܟܠܝܠܐ ܕܕܗܒܐ. 5 ܘܡܢ ܬܪܢܘܣ ܢܦܩܝܢ ܒܪܩܐ ܘܩܠܐ ܕܪܥܡܐ ܘܫܒܥܐ ܠܡܦܐܕܐ ܕܢܘܪܐ ܕܝܩܕܝܢ ܩܕܡܘܗܝ ܕܬܪܢܘܣ ܕܝܠܗ ܗܠܝܢ ܕܐܝܬܝܗܝܢ ܫܒܥ ܪܘܚܐ ܕܐܠܗܐ. 6 ܘܩܕܡܘܗܝ ܕܬܪܢܘܣ ܐܝܟ ܝܡܐ ܕܙܓܘܓܝܬܐ ܕܕܡܐ ܠܩܪܘܣܛܠܘܣ ܘܒܡܨܥܬܐ ܕܬܪܢܘܣ ܘܚܕܪܘܗܝ ܘܩܕܡܘܗܝ ܕܬܪܢܘܣ ܐܪܒܥ ܚܝܘܬܐ ܕܡܠܝܢ ܡܢ ܥܝܢܐ ܡܢ ܩܕܡܝܗܝܢ ܘܡܢ ܒܣܬܪܗܝܢ. 7 ܘܚܝܘܬܐ ܗܝ ܩܕܡܝܬܐ ܕܡܝܐ

דכאפא דאישפון ודסרדיון ודקשתא
דעננא מן חדרוהי דכורסיא בה
בדמותא לחזתא דאזמרגדא . 4 מן
חדרוהי דתרנוס כורסותא עסרין ו
וארבעא ועליהון דכורסותא הנון ע
עסרין וארבעא ק קשישא דיתבין ד
דמעטפין בלבושא חורא ועל רישא
דילהון כלילא ד דדהבא . 5 ומן
תרונוס נפקין ברקא וקלא דרעמא
ושבעא למפאדא דנורא דיקדין
קדמוהי ד דתרנוס דילה הלין דאיתיהין
שבע רוחא דאלהא . 6 וקדמוהי
דתרנוס איך ימא דזגוגיתא דדמא
לקרוסטלוס וב ובמצעתא דתרנוס
וחדרוהי וקדמוהי דתרנוס ארבע חיותא
דמלין מן עינא מן קדמיהין ומן ב
בסתרהין : 7 וחיותא הי קדמיתא דמיא



λίθῳ ἰάσπιδι καὶ σαρδίνῳ. καὶ ἶρις κυκλόθεν τοῦ θρόνου ὁμοία ὁράσει σμαραγδίνῳ. 4 Καὶ κυκλόθεν τοῦ θρόνου θρόνοι εἴκοσι καὶ τέσσαρες· καὶ ἐπὶ τοὺς θρόνους εἶδον τοὺς εἴκοσι καὶ τέσσαρας πρεσβυτέρους καθημένους, περιβεβλημένους ἐν ἱματίοις λευκοῖς. καὶ ἔσχον ἐπὶ τὰς κεφαλὰς αὐτῶν στεφάνους χρυσοῦς. 5 Καὶ ἐκ τοῦ θρόνου ἐκπορεύονται ἀστραπαὶ καὶ βρονταὶ καὶ φωναί· καὶ ἑπτὰ λαμπάδες πυρὸς καιόμεναι ἐνώπιον τοῦ θρόνου, αἵ εἰσι τὰ ἑπτὰ πνεύματα τοῦ Θεοῦ. 6 Καὶ ἐνώπιον τοῦ θρόνου θάλασσα ὑαλίνη, ὁμοία κρυστάλλῳ· καὶ ἐν μέσῳ τοῦ θρόνου καὶ κύκλῳ τοῦ θρόνου τέσσαρα ζῶα γέμοντα ὀφθαλμῶν ἔμπροσθεν καὶ ὄπισθεν. 7 Καὶ τὸ ζῶον τὸ πρῶτον ὅμοιον

lapidis Jaſpidis, & Sardii, & arcus nubium, circumquaque thronum, in ſimilitudine ad adſpectum Smaragdorum. 4 Circumquaque thronum *erant* throni viginti & quatuor & ſuper thronos illos viginti & quatuor ſeniores ſedentes, amicti veſtibus albis: & ſuper capita ipſorum coronæ aureæ. 5 Et à throno exeunt fulgura, & vox tonitruum, & ſeptem lampades ignis ardentes ante thronum ejus, qui ſunt ſeptem Spiritus Dei. 6 Et ante thronum, tanquam mare vitreum ſimile cryſtallo: & in medio throni, & circum illum, & ante thronum, quatuor animalia plena oculis ab anteriori ſuo & poſteriori ſuo. 7 Et animal illud primum ſimile

לַאַרְיָא וְחַיּוּתָא הָי תְּרַיְנִיתָא דָּמְיָא
לְעֶגְלָא וְהָי חַיּוּתָא תְּלִיתָיתָא אִית לָהּ
פַּרְצוּפָא אַיְךְ בַּרְנָשָׁא וְהָי חַיּוּתָא
רְבִיעָיתָא דָּמְיָא לְנֶשְׁרָא דְּפָרַח ׃ 8
וַאַרְבְּעַתִיהֵין חַיּוָתָא כֻּל חְדָא חְדָא מֶנְּהֵין
אִית לָהּ מֶן שְׁתָא גֶּפֶּא לְחוּדְרָא וּמֶן לְגַו
מְלֵין מֶן עַיְנָא וְנַיְחָא לַיִת לְהֵין אִימָמָא
וְלֵלְיָא מֶן דָאָמְרָן קַדִּישׁ קַדִּישׁ קַדִּישׁ
מָרְיָא אַלָהָא הַו אַחִיד כֻּל הַו דְּאִיתַוהִי
-הָוָא וְהַו דְּאִיתַוהִי וְהַו דָּאתֵא . 9 וְאֵמַתַי
דְּנֶתְּלָן הָלֵין חַיּוָתָא תֶּשְׁבּוּחְתָא וְאִיקָרָא
וְקוּבָל טַיְבוּתָא לְהַו דְּיָתֵב עַל תְּרָונָוס
לְהַו דְּחַי לְעָלְמֵא דְּעָלְמִין . 10 נֶפְּלוּן
הָנוּן עֶסְרִין וַאַרְבְּעָא קַשִּׁישֵׁא קְדָם
הַו דְּיָתֵב עַל תְּרָונָוס וְנֶסְגְּדוּן לְהַו
דְּחַי לְעָלְמֵא דְּעָלְמִין וְנַרְמוּן כְּלִילֵא
דִּילְהוּן קְדָם תְּרָונָוס כַּד אָמְרִין .

ܘܚܝܘܬܐ ܗܝ ܬܪܝܢܝܬܐ ܕܡܝܐ ܠܥܓܠܐ.
ܘܗܝ ܚܝܘܬܐ ܬܠܝܬܝܬܐ ܐܝܬ ܠܗ ܦܪ̈ܨܘܦܐ
ܐܝܟ ܒܪܢܫܐ. ܘܗܝ ܚܝܘܬܐ ܪܒܝܥܝܬܐ ܕܡܝܐ
ܠܢܫܪܐ ܕܦܪܚ. 8 ܘܐܪܒܥܬܝܗܝܢ ܚܝ̈ܘܬܐ. ܟܠ
ܚܕܐ ܚܕܐ ܡܢܗܝܢ ܐܝܬ ܠܗ ܡܢ ܫܬܐ ܓܦ̈ܐ
ܠܚܘܕܪܐ. ܘܡܢ ܠܓܘ ܡܠܝܢ ܡܢ
ܥܝ̈ܢܐ. ܘܢܝܚܐ ܠܝܬ ܠܗܝܢ ܐܝܡܡܐ
ܘܠܠܝܐ ܕܐܡܪܢ. ܩܕܝܫ ܩܕܝܫ ܩܕܝܫ:
ܡܪܝܐ ܐܠܗܐ ܗܘ ܐܚܝܕ ܟܠ.
ܗܘ ܕܐܝܬܘܗܝ ܗܘܐ. ܘܗܘ ܕܐܝܬܘܗܝ ܘܗܘ
ܕܐܬܐ. 9 ܘܐܡܬܝ ܕܢܬ̈ܠܢ ܗܠܝܢ ܚܝ̈ܘܬܐ
ܬܫܒܘܚܬܐ ܘܐܝܩܪܐ ܘܩܘܒܠ ܛܝܒܘܬܐ:
ܠܗܘ ܕܝܬܒ ܥܠ ܬܪܘܢܘܣ: ܠܗܘ ܕܚܝ
ܠܥܠܡܐ ܕܥܠܡܝܢ. 10 ܢܦܠܘܢ ܗܢܘܢ
ܥܣܪܝܢ ܘܐܪܒܥܐ ܩܫܝ̈ܫܐ ܩܕܡ ܗܘ ܕܝܬܒ ܥܠ
ܬܪܘܢܘܣ. ܘܢܣܓܕܘܢ ܠܗܘ ܕܚܝ
ܠܥܠܡܐ ܕܥܠܡܝܢ. ܘܢܪܡܘܢ ܟܠܝ̈ܠܝܗܘܢ
ܕܝܠܗܘܢ ܩܕܡ ܬܪܘܢܘܣ ܟܕ ܐܡܪܝܢ.

leoni. & animal illud secundum simile vitulo. & illud animal tertium habebat faciem tanquam homo. & illud animal quartum simile aquilæ volanti. 8 Et quatuor illa animalia, unumquodque ex illis habet senas alas in circuitu, & intus plenæ *sunt* oculis, & quies non est illis die & nocte, ex eo quod dicunt, Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus, ille omnipotens, & qui est, & qui venit. 9 Et quando dabunt illa animalia gloriam & honorem, & acceptionem gratiæ, ei qui sedet super thronum, ei qui vivit in secula seculorum. 10 Cadent illi viginti & quatuor seniores ante eum qui sedet super thronum, & adorabunt eum qui vivit in secula seculorum, & projicient coronas suas ante thronum, dicentes.

λέοντι, καὶ τὸ δεύτερον ζῶον ὅμοιον μόσχῳ, καὶ τὸ τρίτον ζῶον ἔχον τὸ πρόσωπον ὡς ἄνθρωπος, καὶ τὸ τέταρτον ζῶον ὅμοιον ἀετῷ πετωμένῳ. 8 Καὶ τέσσαρα ζῶα, ἓν καθ' ἑαυτὸ, εἶχον ἀνὰ πτέρυγας ἓξ κυκλόθεν, καὶ ἔσωθεν γέμοντα ὀφθαλμῶν· καὶ ἀνάπαυσιν οὐκ ἔχουσιν ἡμέρας καὶ νυκτὸς, λέγοντα, Ἅγιος, ἅγιος, ἅγιος Κύριος ὁ Θεὸς ὁ παντοκράτωρ, καὶ ὁ ὢν καὶ ὁ ἐρχόμενος. 9 Καὶ ὅταν δώσουσι τὰ ζῶα δόξαν καὶ τιμὴν καὶ εὐχαριστίαν τῷ καθημένῳ ἐπὶ τοῦ θρόνου, τῷ ζῶντι εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. 10 Πεσοῦνται οἱ εἴκοσι καὶ τέσσαρες πρεσβύτεροι ἐνώπιον τοῦ καθημένου ἐπὶ τοῦ θρόνου, καὶ προσκυνήσουσι τῷ ζῶντι εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, καὶ βαλοῦσι τοὺς στεφάνους αὐτῶν ἐνώπιον τοῦ θρόνου, λέγοντες.

11 Ἄξιος

11 ܕܫܘܐ ܐܢܬ ܡܪܝܐ ܘܐܠܗܐ ܕܝܠܢ ܗܘ
ܩܕܝܫܐ ܠܡܣܒ ܬܫܒܘܚܬܐ ܘܐܝܩܪܐ ܘܚܝܠܐ
† ܡܛܠ ܕܐܢܬ ܒܪܝܬ ܠܟܠ: ܘܒܝܕ ܕܝܠܟ
ܐܝܬܝܗܘܢ. ܘܡܛܠ ܨܒܝܢܟ ܐܝܬܝܗܘܢ
ܗܘܘ ܘܐܬܒܪܝܘ ܀


ܩܦܠܐܘܢ ܗ:

1 ܘܚܙܝܬ ܥܠ ܝܡܝܢܗ ܕܗܘ ܕܝܬܒ ܥܠ
ܬܪܘܢܘܣ: ܟܬܒܐ ܕܟܬܝܒ ܡܢ ܠܓܘ ܘܡܢ
ܒܣܬܪܐ. ܕܛܒܝܥ ܒܛܒܥܐ ܫܒܥܐ.
2 ܘܚܙܝܬ ܡܠܐܟܐ ܚܝܠܬܢܐ ܕܡܟܪܙ ܒܩܠܐ
ܪܒܐ. ܡܢܘ ܐܝܬܘܗܝ ܕܫܘܐ ܠܡܦܬܚ
ܠܟܬܒܐ. ܘܠܡܫܪܐ ܠܛܒܥܐ ܕܝܠܗ.
3 ܘܠܐ ܐܢܫ ܡܬܡܨܐ ܗܘܐ ܒܫܡܝܐ ܠܥܠ:
ܘܠܐ ܥܠ ܐܪܥܐ. ܘܠܐ ܠܬܚܬ ܡܢ ܐܪܥܐ:
ܠܡܦܬܚ ܟܬܒܐ. ܘܠܐ ܠܡܚܙܝܗ. 4
ܘܒܟܐ ܗܘܝܬ ܣܓܝ. ܡܛܠ ܕܠܐ ܐܢܫ
ܐܫܬܟܚ ܕܫܘܐ ܠܡܦܬܚ ܟܬܒܐ. ܘܠܐ
ܠܡܚܙܝܗ. 5 ܘܚܕ ܡܢ ܗܢܘܢ ܩܫܝܫܐ ܐܡܪ ܠܝ

11 דשוא איתיך מריא ואלהא דילן
הו קדישא למסב תשבוחתא ואיקרא
וחילא † מטל דאנת ברית לכל וביד דילך
איתיהון ומטל צ צבינך איתיהון-הוו
ואתבריו:

קפלאון ה

1 וחזית על יבינה דהו דיתב על תרונוס
כתבא דכתיב מן לגו ומן בסתרא דטביע
בטבעא שבעא. 2 וחזית מלאכא
חילתנא דמכרז בקלא רבא מנו איתוהי
דשוא למפתח ל לכתבא ולמשרא
לטבעא דילה. 3 ולא־אנש מתמצא-הוא
בשמיא לעל ולא על ארעא ולא לתחת
מן ארעא למפתח לכתבא ולא למחזיה.
4 ובכא-הוית סגי מטל דלא־אנש
אשתכח דשוא למפתח לכתבא ולא
למחזיה. 5 וחד מן הנון קשישא אמר לי



11 Ἄξιος εἶ Κύριε λαβεῖν τὴν δόξαν καὶ τὴν τιμὴν καὶ τὴν δύναμιν· ὅτι σὺ ἔκτισας τὰ πάντα, καὶ διὰ τὸ θέλημά σου εἰσι, καὶ ἐκτίσθησαν.

ΚΕΦ. Ε′

1 Καὶ εἶδον ἐπὶ τὴν δεξιὰν τοῦ καθημένου ἐπὶ τοῦ θρόνου βιβλίον γεγραμμένον ἔσωθεν καὶ ὄπισθεν, κατεσφραγισμένον σφραγῖσιν ἑπτά. 2 Καὶ εἶδον ἄγγελον ἰσχυρὸν κηρύσσοντα φωνῇ μεγάλῃ· Τίς ἐστιν ἄξιος ἀνοῖξαι τὸ βιβλίον, καὶ λῦσαι τὰς σφραγῖδας αὐτοῦ; 3 Καὶ οὐδεὶς ἠδύνατο ἐν τῷ οὐρανῷ, οὐδὲ ἐπὶ τῆς γῆς, οὐδὲ ὑποκάτω τῆς γῆς, ἀνοῖξαι τὸ βιβλίον, οὐδὲ βλέπειν αὐτό 4 Καὶ ἐγὼ ἔκλαιον πολλά. ὅτι οὐδεὶς ἄξιος εὑρέθη ἀνοῖξαι καὶ ἀναγνῶναι τὸ βιβλίον, οὔτε βλέπειν αὐτό 5 Καὶ εἷς ἐκ τῶν πρεσβυτέρων λέγει μοι·

11 Dignus es Domine & Deus noſter, ille Sancte, accipere gloriam & honorem & potentiam, quia tu creaſti omnia, & per manum tuam ſunt, & propter voluntatem tuam fuerunt, & creata ſunt.

CAPUT V.

1 Et vidi in dextera ejus qui ſedebat ſuper thronum, librum ſcriptum intus & a tergo, & obſignatum ſigillis ſeptem. 2 Et vidi Angelum fortem prædicantem voce magna: quis eſt dignus aperire librum, & ſolvere ſigilla ejus? 3 Et nemo poterat in cœlo ſurſum, neque ſuper terram, neque ſubter terram, aperire librum, neque videre eum. 4 Et flebam multum, propterea quod nemo inventus eſſet dignus aperire librum neque videre eum. 5 Et unus ex illis ſenioribus dixit mihi,

לא תבכא הא זכא אריא הו דמן שרבתא דיהודא הו עקרא דדויד הו נפתח לכתבא ולשבעא חתמא דילה: 6 וחזית ובמצעתא דהנון קשישא אמרא דקאם איך נכיסא דאית לה קרנתא שבע ועינא שבע הלין דאיתיהין שבע רוחא דאלהא הלין דאשתדרין לכלה ארעא. 7 ואתא ונסב כתבא מן ימינה דהו דיתב על תרונוס. 8 וכד נסבה לכתבא הנין ארבע חיותא והנון עסרין וארבעא קשישה נפלו קדמוהי דאמרא כד אית לכלחד חד מנהון קיתרא ופילאס ד דדהבא דמלין מן בסמא הלין דאיתיהין צלותא דקדישא. 9 ומשבחין תשבוחתא חדתא כד אמרין דשוא איתיך למסב לכתבא ולמפתח ל לחתמא דילה מטל † דאתנכסת וזבנת

ܠܐ ܬܒܟܐ. ܗܐ ܙܟܐ ܐܪܝܐ ܗܘ ܕܡܢ ܫܪܒܬܐ ܕܝܗܘܕܐ: ܗܘ ܥܩܪܐ ܕܕܘܝܕ. ܗܘ ܢܦܬܚ ܠܟܬܒܐ ܘܠܫܒܥܐ ܚܬܡܐ ܕܝܠܗ. 6 ܘܚܙܝܬ ܘܒܡܨܥܬܐ ܕܗܢܘܢ ܩܫܝܫܐ ܐܡܪܐ ܕܩܐܡ ܐܝܟ ܢܟܝܣܐ. ܕܐܝܬ ܠܗ ܩܪܢܬܐ ܫܒܥ ܘܥܝܢܐ ܫܒܥ. ܗܠܝܢ ܕܐܝܬܝܗܝܢ ܫܒܥ ܪܘܚܐ ܕܐܠܗܐ. ܗܠܝܢ ܕܐܫܬܕܪܝܢ ܠܟܠܗ ܐܪܥܐ. 7 ܘܐܬܐ ܘܢܣܒ ܟܬܒܐ ܡܢ ܝܡܝܢܗ ܕܗܘ ܕܝܬܒ ܥܠ ܬܪܘܢܘܣ. 8 ܘܟܕ ܢܣܒܗ ܠܟܬܒܐ ܗܢܝܢ ܐܪܒܥ ܚܝܘܬܐ ܘܗܢܘܢ ܥܣܪܝܢ ܘܐܪܒܥܐ ܩܫܝܫܐ ܢܦܠܘ ܩܕܡܘܗܝ ܕܐܡܪܐ. ܟܕ ܐܝܬ ܠܟܠܚܕ ܚܕ ܡܢܗܘܢ ܩܝܬܪܐ ܘܦܝܠܐܣ ܕܕܗܒܐ ܕܡܠܝܢ ܡܢ ܒܣܡܐ. ܗܠܝܢ ܕܐܝܬܝܗܝܢ ܨܠܘܬܐ ܕܩܕܝܫܐ. 9 ܘܡܫܒܚܝܢ ܬܫܒܘܚܬܐ ܚܕܬܐ ܟܕ ܐܡܪܝܢ: ܕܫܘܐ ܐܝܬܝܟ ܠܡܣܒ ܠܟܬܒܐ ܘܠܡܦܬܚ ܠܚܬܡܐ ܕܝܠܗ. ܡܛܠ † ܕܐܬܢܟܣܬ ܘܙܒܢܬ

ne fleto. ecce vicit leo ille qui ex tribu Jehudæ *eſt*, illa radix Davidis. ille aperiet librum, & ſeptem ſigilla ejus. 6 Et vidi, & in medio illorum ſeniorum agnus *erat* ſtans tanquam mactatus, habens cornua ſeptem, & oculos ſeptem, qui ſunt ſeptem Spiritus Dei, qui miſſi ſunt in omnem terram. 7 Et venit, & accepit librum è dextera ejus qui ſedebat ſuper thronum. 8 Et quum accepiſſet librum, illa quatuor animalia, & illi viginti & quatuor ſeniores ceciderunt ante agnum, habentes unuſquiſque ex illis citharam, & phialas aureas plenas ſuffituum, quæ ſunt preces ſanctorum. 9 Et canunt canticum novum, dicentes: dignus es accipere librum, & aperire ſigilla ejus, propterea quod mactatus es, & emiſti nos

Μὴ κλαῖε· ἰδοὺ ἐνίκησεν ὁ λέων ὁ ὢν ἐκ τῆς φυλῆς Ἰούδα, ἡ ῥίζα Δαβίδ, ἀνοῖξαι τὸ βιβλίον, καὶ λῦσαι τὰς ἑπτὰ σφραγῖδας αὐτοῦ. 6 Καὶ εἶδον, καὶ ἰδοὺ ἐν μέσῳ τοῦ θρόνου καὶ τῶν τεσσάρων ζώων, καὶ ἐν μέσῳ τῶν πρεσβυτέρων, ἀρνίον ἑστηκὸς ὡς ἐσφαγμένον, ἔχον κέρατα ἑπτὰ, καὶ ὀφθαλμοὺς ἑπτά· οἵ εἰσι τὰ ἑπτὰ τοῦ Θεοῦ πνεύματα τὰ ἀπεσταλμένα εἰς πᾶσαν τὴν γῆν. 7 Καὶ ἦλθε καὶ εἴληφε τὸ βιβλίον ἐκ τῆς δεξιᾶς τοῦ καθημένου ἐπὶ τοῦ θρόνου. 8 Καὶ ὅτε ἔλαβε τὸ βιβλίον, τὰ τέσσαρα ζῶα καὶ οἱ εἰκοσιτέσσαρες πρεσβύτεροι ἔπεσον ἐνώπιον τοῦ ἀρνίου, ἔχοντες ἕκαστος κιθάρας καὶ φιάλας χρυσᾶς, γεμούσας θυμιαμάτων, αἵ εἰσιν αἱ προσευχαὶ τῶν ἁγίων. 9 Καὶ ᾄδουσιν ᾠδὴν καινὴν, λέγοντες· Ἄξιος εἶ λαβεῖν τὸ βιβλίον, καὶ ἀνοῖξαι τὰς σφραγῖδας αὐτοῦ, ὅτι ἐσφάγης, καὶ ἠγόρασας

ܠܢ ܠܐܠܗܐ ܒܕܡܐ ܕܝܠܟ: ܡܢ ܟܠ ܫܪܒܬܐ
ܘܠܫܢܐ ܘܥܡܐ ܘܐܘܡܬܐ. 10 ܘܥܒܕܬ
ܐܢܘܢ ܠܐܠܗܐ ܕܝܠܢ ܡܠܟܐ ܘܟܗܢܐ.
ܘܡܡܠܟܝܢ ܥܠ ܐܪܥܐ. 11 ܘܚܙܝܬ ܘܫܡܥܬ
ܐܝܟ ܩܠܐ † ܕܡܠܐܟܐ ܣܓܝܐܐ ܚܕܪܘܗܝ ܕܬܪܘܢܘܣ:
ܘܕܚܝܘܬܐ ܘܕܩܫܝܫܐ. ܘܐܝܬܘܗܝ ܗܘܐ
ܡܢܝܢܐ ܕܝܠܗܘܢ. ܪܒܘ ܪܒܘܢ. ܘܐܠܦ
ܐܠܦܝܢ. 12 ܕܐܡܪܝܢ ܒܩܠܐ ܪܒܐ. ܕܫܘܐ
ܐܝܬܘܗܝ ܐܡܪܐ ܗܘ ܢܟܝܣܐ.
ܠܡܣܒ ܚܝܠܐ ܘܥܘܬܪܐ ܘܚܟܡܬܐ ܘܥܘܫܢܐ
ܘܐܝܩܪܐ ܘܬܫܒܘܚܬܐ ܘܒܘܪܟܬܐ: 13
ܘܟܠ ܒܪܝܬܐ ܗܝ ܕܐܝܬܝܗ ܒܫܡܝܐ ܘܥܠ
ܐܪܥܐ ܘܠܬܚܬ ܡܢ ܐܪܥܐ: ܘܒܝܡܐ
ܘܟܠܗܝܢ ܗܠܝܢ ܕܒܗܘܢ. ܘܫܡܥܬ ܠܗܘ ܕܝܬܒ
ܥܠ ܬܪܘܢܘܣ ܕܐܡܪ. ܠܐܡܪܐ ܬܬܝܗܒ
ܒܘܪܟܬܐ ܘܐܝܩܪܐ ܘܬܫܒܘܚܬܐ ܘܐܘܚܕܢܐ:
ܠܥܠܡܐ ܕܥܠܡܐ. 14 ܘܗܠܝܢ
ܐܪܒܥ ܚܝܘܬܐ ܐܡܪܢ ܗܘܝ: ܐܡܝܢ.

לן לאלהא בדמא דילך מן כל שרבתא
ולשנא ועמא ואומתא . 10 ועבדת אנון
לאלהא דילן מלכא וכהנא וממלכין על
ארעא . 11 וחזית ושמעת איך קלא
† דמלאכא סגיאא חדרוהי דתרונוס י
ודחיותא ודקשישא ואיתוהי הוא
מנינא דילהון רבו רבון ואלף אלפין . 12
דאמרין בקלא רבא דשוא איתוהי
אמרא הו נכיסא למסב חילא ועותרא
וחכמתא ועושנא ואיקרא ותשבוחתא
ובורכתא . 13 וכל בריתא הי דאיתיה
בשמיא ועל ארעא ולתחת מן
ארעא ובימא וכלהין הלין דבהון
ושמעת להו דיתב על תרונוס דאמר
לאמרא תתיהב בורכתא ואיקרא
ותשבוחתא ואוחדנא לעלמא דעלמא .
14 והלין ארבע חיותא אמרן הוי אמין

τῷ Θεῷ ἡμᾶς ἐν τῷ αἵματί σου, ἐκ πάσης φυλῆς καὶ γλώσσης καὶ λαοῦ καὶ ἔθνους. 10 Καὶ ἐποίησας ἡμᾶς τῷ Θεῷ ἡμῶν βασιλεῖς καὶ ἱερεῖς· καὶ βασιλεύσομεν ἐπὶ τῆς γῆς. 11 Καὶ εἶδον, καὶ ἤκουσα φωνὴν ἀγγέλων πολλῶν κυκλόθεν τοῦ θρόνου καὶ τῶν ζώων καὶ τῶν πρεσβυτέρων· καὶ ἦν ὁ ἀριθμὸς αὐτῶν μυριάδες μυριάδων, καὶ χιλιάδες χιλιάδων· 12 Λέγοντες φωνῇ μεγάλῃ· Ἄξιόν ἐστι τὸ ἀρνίον τὸ ἐσφαγμένον λαβεῖν τὴν δύναμιν καὶ πλοῦτον καὶ σοφίαν καὶ ἰσχὺν καὶ τιμὴν καὶ δόξαν καὶ εὐλογίαν. 13 Καὶ πᾶν κτίσμα ὅ ἐστιν ἐν τῷ οὐρανῷ, καὶ ἐν τῇ γῇ, καὶ ὑποκάτω τῆς γῆς, καὶ ἐπὶ τῆς θαλάσσης ἅ ἐστι, καὶ τὰ ἐν αὐτοῖς πάντα, ἤκουσα λέγοντας· Τῷ καθημένῳ ἐπὶ τοῦ θρόνου καὶ τῷ ἀρνίῳ ἡ εὐλογία καὶ ἡ τιμὴ καὶ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. 14 Καὶ τὰ τέσσαρα ζῶα ἔλεγον· Ἀμήν·

nos Deo in ſanguine tuo, ex omni tribu, & lingua, & populo, & natione. 10 Et feciſti eos Deo noſtro reges & ſacerdotes, & regnant ſuper terram. 11 Et vidi & audivi tanquam vocem angelorum multorum circum thronum & animalia & ſeniores, & erat numerus eorum myrias myriadum, & chilias chiliadum. 12 Dicentium voce magna, dignus eſt agnus ille mactatus, accipere robur, & divitias, & ſapientiam, & fortitudinem, & honorem, & gloriam, & benedictionem. 13 Et omnem creaturam quæ eſt in cœlo, & ſuper terram, & ſubter terram, & in mari, & omnia quæ in iis *ſunt*. Et audivi eum, qui ſedet ſuper thronum, dicentem, Agno detur benedictio, & honor, & gloria, & potentia in ſecula ſeculorum. 14 Et illa quatuor animalia dicebant. Amen

ܘܗܢܘܢ ܩܫܝܫܐ ܢܦܠܘ ܘܣܓܕܘ ܀

ܩܦܠܐܘܢ ܘ ܀

ܘܚܙܝܬ ܟܕ ܦܬܚ ܐܡܪܐ ܠܚܕ ܡܢ ܫܒܥܐ ܛܒܥܐ ܘܫܡܥܬ ܠܚܕܐ ܡܢ ܗܠܝܢ ܐܪܒܥ ܚܝܘܬܐ ܕܐܡܪܐ ܐܝܟ ܩܠܐ ܕܪܥܡܐ [ܬܐ] ܘܚܙܝ܂ 2 ܘܚܙܝܬ ܘܗܘܐ ܣܘܣܝܐ ܚܘܪܐ ܘܗܘ ܕܝܬܒ ܥܠܘܗܝ ܐܝܬ ܠܗ ܩܫܬܐ ܘܐܬܝܗܒ ܠܗ ܟܠܝܠܐ ܘܢܦܩ ܟܕ † ܙܟܐ ܘܐܝܟܢܐ ܕܢܙܟܐ܂ 3 ܘܟܕ ܦܬܚ ܠܛܒܥܐ ܗܘ ܬܪܝܢܐ ܫܡܥܬ ܠܚܝܘܬܐ ܬܪܝܢܝܬܐ ܕܐܡܪܐ ܬܐ܂ 4 ܘܢܦܩ ܐܚܪܢܐ ܣܘܣܝܐ ܣܘܡܩܐ ܘܠܗܘ ܕܝܬܒ ܥܠܘܗܝ ܐܬܝܗܒ ܠܗ ܠܡܣܒ ܫܝܢܐ ܡܢ ܐܪܥܐ ܘܐܝܟܢܐ ܠܚܕܕܐ ܢܟܣܘܢ ܘܐܬܝܗܒ ܠܗ ܣܝܦܐ ܪܒܐ܂ 5 ܘܟܕ ܦܬܚ ܠܛܒܥܐ ܗܘ ܬܠܝܬܝܐ ܫܡܥܬ ܠܚܝܘܬܐ ܬܠܝܬܝܬܐ ܕܐܡܪܐ ܬܐ ܘܚܙܝ܂ ܘܚܙܝܬ ܘܗܐ ܣܘܣܝܐ ܐܘܟܡܐ ܘܗܘ

והנון קשישא נפלו וסגדו :

קפלאון ו

1 וחזית כד פתח אמרא לחד מן שבעא
טבעא ושמעת לחדא מן הלין ארבע
חיותא דאמרא איך קלא דרעמא
[תא] וחזי· 2 וחזית והוא סוסיא חורא
והו דיתב עליהי אית לה קשתא
ואתיהב לה כלילא ונפק כד † זכא
איכנא דנזכא· 3 וכד פתח לטבעא
הו תרינא שמעת לחיותא תרינתא
דאמרא תא · 4 ונפק אחרנא סוסיא
סומקא ולהו דיתב עלוהי אתיהב לה
למסב שינא מן ארעא ואיכנא לחדדא
נכסון ואתיהב לה סיפא רבא · 5
וכד פתח לטבעא הו תליתיא שמעת
לחיותא תליתיתא דאמרא תא וחזי
וחזית והא סוסיא אוכמא והו

& illi ſeniores ceciderunt & adorarunt.

CAPUT VI.

1 Et vidi, quum aperuiſſet Agnus unum ex ſeptem ſigillis, & audivi unum ex illis quatuor animalibus dicens tanquam vocem tonitru [*veni*] & vide. 2 Et vidi, & fuit equus albus. & qui ſedet ſuper eum, habet arcum, & data eſt ei corona, & exivit vincens ut vinceret. 3 Et quum aperuiſſet ſigillum illud ſecundum, audivi animal ſecundum dicens, veni. 4 Et exivit alius equus rufus, & ei qui ſedebat ſuper eum, datum eſt ei auferre pacem à terra, & ut ſe mutuo mactent. & datus eſt ei gladius magnus. 5 Et quum aperuiſſet ſigillum illud tertium, audivi animal tertium dicens: veni & vide. & vidi, & ecce equus niger, & ille

καὶ οἱ εἰκοσιτέσσαρες πρεσβύτεροι ἔπεσαν, καὶ προσεκύνησαν ζῶντι εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων.

ΚΕΦ. ϛ'.

1 Καὶ εἶδον ὅτε ἤνοιξε τὸ ἀρνίον μίαν ἐκ τῶν σφραγίδων, καὶ ἤκουσα ἑνὸς ἐκ τῶν τεσσάρων ζώων λέγοντος, ὡς φωνῆς βροντῆς· Ἔρχου καὶ βλέπε. 2 Καὶ εἶδον, καὶ ἰδοὺ ἵππος λευκός. καὶ ὁ καθήμενος ἐπ' αὐτῷ, ἔχων τόξον· καὶ ἐδόθη αὐτῷ στέφανος, καὶ ἐξῆλθε νικῶν, καὶ ἵνα νικήσῃ. 3 Καὶ ὅτε ἤνοιξε τὴν δευτέραν σφραγῖδα. ἤκουσα τοῦ δευτέρου ζώου λέγοντος· Ἔρχου καὶ βλέπε. 4 Καὶ ἐξῆλθεν ἄλλος ἵππος πυρρός. καὶ τῷ καθημένῳ ἐπ' αὐτῷ ἐδόθη αὐτῷ λαβεῖν τὴν εἰρήνην ἀπὸ τῆς γῆς, καὶ ἵνα ἀλλήλους σφάζωσι· καὶ ἐδόθη αὐτῷ μάχαιρα μεγάλη. 5 Καὶ ὅτε ἤνοιξε τὴν τρίτην σφραγῖδα, ἤκουσα τοῦ τρίτου ζώου λέγοντος. Ἔρχου καὶ βλέπε. Καὶ εἶδον, καὶ ἰδοὺ, ἵππος μέλας, καὶ ὁ καθή-

ܕܝܬܒ ܥܠܘܗܝ ܐܝܬ ܠܗ ܡܣܐܬܐ ܒܐܝܕܗ ܕܝܠܗ܂ 6 ܘܫܡܥܬ ܩܠܐ ܒܡܨܥܬܐ ܕܐܪܒܥܬܝܗܝܢ ܚܝܘܬܐ ܕܐܡܪ ܕܟܘܢܝܩܘܢ ܕܚܛܐ ܒܕܝܢܪܐ ܘܬܠܬܐ ܟܘܢܝܩܘܢ ܕܣܥܪܐ ܒܕܝܢܪܐ ܘܠܡܫܚܐ ܘܠܚܡܪܐ ܠܐ ܬܗܪ܂ 7 ܘܟܕ ܦܬܚ ܠܛܒܥܐ ܗܘ ܪܒܝܥܝܐ ܫܡܥܬ ܠܚܝ ܪܒܝܥܝܬܐ ܚܝܘܬܐ ܕܐܡܪܐ ܬܐ ܘܚܙܝ܂ 8 ܘܚܙܝܬ ܘܗܐ ܣܘܣܝܐ ܝܘܪܩܐ ܘܗܘ ܕܝܬܒ ܥܠܘܗܝ ܫܡܐ ܠܗ ܡܘܬܐ ܘܫܝܘܠ ܢܩܦܐ ܒܬܪܗ ܘܐܬܝܗܒ ܠܗ ܫܘܠܛܢܐ ܥܠ ܪܘܒܥܗ ܕܐܪܥܐ ܠܡܩܛܠ ܒܣܝܦܐ ܘܒܟܦܢܐ ܘܒܡܘܬܐ ܘܡܢ ܚܝܘܬ ܫܢܐ ܕܐܪܥܐ܂ 9 ܘܟܕ ܦܬܚ ܠܛܒܥܐ ܗܘ ܚܡܝܫܝܐ ܚܙܝܬ ܠܬܚܝܬ ܡܢ ܡܕܒܚܐ ܠܢܦܫܬܐ ܕܗܢܘܢ ܕܢܟܝܣܝܢ ܡܛܠ ܡܠܬܐ ܕܐܠܗܐ ܘܡܛܠ ܣܗܕܘܬܐ ܕܐܡܪܐ ܚܝ ܕܐܝܬ ܗܘܬ ܠܗܘܢ܂

דיתב עלוהי דאית לה מסאתא באידה
דילה׃ 6 ושמעת קלא במצעתא ד
דארבעתיהין חיותא דאמר דכוניקום
ד דחטא בדינרא ותלתא כוניקום
דסערא בדינרא ולמשחא ולחמרא
לא תהר׃ 7 וכד פתח לטבעא הו
רביעיא שמעת לחי רביעיתא חיותא
דאמרא תא וחזי׃ 8 וחזית והא
סוסיא יורקא והו דיתב עלוהי שמא
לה מותא ושיול נקפא בתרה ואתיהב
לה שולטנא על ר רובעה דארעא
ל למקטל בסיפא ובכפנא ובמותא
ומן חיות שנא דארעא׃ 9 וכד פתח
לטבעא הו חמישיא חזית לתחית
מן מדבחא לנפשתא דהנון ד דנכיסין
מטל מלתא דאלהא ומטל ס סהדותא
דאמרא חי דאית הות להון׃

ὁ καθήμενος ἐπ' αὐτῷ, ἔχων ζυγὸν ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ. 6 Καὶ ἤκουσα φωνὴν ἐν μέσῳ τῶν τεσσάρων ζώων λέγουσαν· Χοῖνιξ σίτου δηναρίου, καὶ τρεῖς χοίνικες κριθῆς δηναρίου· καὶ τὸ ἔλαιον καὶ τὸν οἶνον μὴ ἀδικήσῃς. 7 Καὶ ὅτε ἤνοιξε τὴν σφραγῖδα τὴν τετάρτην, ἤκουσα φωνὴν τοῦ τετάρτου ζώου λέγουσαν· Ἔρχου καὶ βλέπε. 8 Καὶ εἶδον, καὶ ἰδοὺ ἵππος χλωρός, καὶ ὁ καθήμενος ἐπάνω αὐτοῦ ὄνομα αὐτῷ ὁ Θάνατος· καὶ ὁ ᾍδης ἀκολουθεῖ μετ' αὐτοῦ· καὶ ἐδόθη αὐτοῖς ἐξουσία ἀποκτεῖναι ἐπὶ τὸ τέταρτον τῆς γῆς, ἐν ῥομφαίᾳ καὶ ἐν λιμῷ καὶ ἐν θανάτῳ, καὶ ὑπὸ τῶν θηρίων τῆς γῆς. 9 Καὶ ὅτε ἤνοιξε τὴν πέμπτην σφραγῖδα, εἶδον ὑποκάτω τοῦ θυσιαστηρίου τὰς ψυχὰς τῶν ἐσφαγμένων διὰ τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ, καὶ διὰ τὴν μαρτυρίαν ἣν εἶχον.

qui ſedebat ſuper eum habens ſtateram in manu ſua. 6 Et audivi vocem in medio quatuor illorum animalium dicentem, chœnix tritici denario, & tres chœnices hordei denario, & oleo ac vino ne noceas. 7 Et quum aperuiſſet ſigillum illud quartum, audivi illud quartum animal dicens, veni & vide. 8 Et vidi, & ecce equus viridis, & qui ſedebat ſuper eum, nomen illi mors, & infernus ſequitur poſt eum. & data eſt ei poteſtas ſuper quartam partem terræ, ad occidendum gladio, & fame, & morte, & ab animali dentis terræ. 9 Et quum aperuiſſet ſigillum illud quintum, vidi ſubter altare animas eorum, qui mactati *erant* propter verbum Dei, & propter teſtimonium Agni quod habebant.

10 וקעין הוו בקלא רבא כד אמרין
עדמא לאמתי הו מריא הו קדישא הו
שרירא לא דאן אנת ותבע אנת
דמא דילן מן הלין דעמרין על
ארעא . 11 ואתיהבת לכלחד חד מנהון
אסטלא חורתא ואתאמר להון איכנא
דנתתניחון תוב זבנא זעורא עדמא ד
דמשתמלין אף כנותהון הנון אחא דילהון
הלין דעתידין למתקטלו איך דאף
הנון ! 12 וחזית כד פתח לטבעא הו
שתיתיא ודמא רבא הוא ושמשא הוא
אוכמא איך סקא דסערא † וסהרא כלה
הוא איך דמא . 13 וכוכבא דשמיא
נפלו בארעא איך תתא דשדיא פקועא
דילה כד מן רוחא רבתא מתתזיעא . 14
ושמיא אתפרשו איך כתבא מתכרך וכל
טורא וגזרתא מן דוכיתא דילהון א

10 ܘܩܥܝܢ ܗܘܘ ܒܩܠܐ ܪܒܐ ܟܕ ܐܡܪܝܢ.
ܥܕܡܐ ܠܐܡܬܝ ܗܘ ܡܪܝܐ: ܗܘ ܩܕܝܫܐ. ܗܘ
ܫܪܝܪܐ: ܠܐ ܕܐܢ ܐܢܬ ܘܬܒܥ ܐܢܬ ܕܡܢ ܕܝܠܢ.
ܡܢ ܗܠܝܢ ܕܥܡܪܝܢ ܥܠ ܐܪܥܐ. 11
ܘܐܬܝܗܒܬ ܠܟܠܚܕ ܚܕ ܡܢܗܘܢ
ܐܣܛܠܐ ܚܘܪܬܐ. ܘܐܬܐܡܪ ܠܗܘܢ ܐܝܟܢܐ
ܕܢܬܬܢܝܚܘܢ ܬܘܒ ܙܒܢܐ ܙܥܘܪܐ. ܥܕܡܐ
ܕܢܫܬܡܠܘܢ ܐܦ ܟܢܘܬܗܘܢ ܗܢܘܢ ܐܚܝܗܘܢ
ܕܠܗܘܢ ܘܗܠܝܢ ܕܥܬܝܕܝܢ ܠܡܬܩܛܠܘ
ܐܝܟ ܕܐܦ ܗܢܘܢ. 12 ܘܚܙܝܬ ܟܕ ܦܬܚ
ܠܛܒܥܐ ܗܘ ܫܬܝܬܝܐ. ܘܙܘܥܐ ܪܒܐ ܗܘܐ
ܘܫܡܫܐ ܗܘܐ ܐܘܟܡܐ ܐܝܟ ܣܩܐ ܕܣܥܪܐ:
† ܘܣܗܪܐ ܟܠܗ ܗܘܐ ܐܝܟ ܕܡܐ.
13 ܘܟܘܟܒܐ ܕܫܡܝܐ ܢܦܠܘ ܒܐܪܥܐ: ܐܝܟ
ܬܐܢܬܐ. ܕܫܕܝܐ ܦܩܘܥܝܗ ܟܕ ܡܢ ܪܘܚܐ
ܪܒܬܐ ܡܬܬܙܝܥܐ. 14 ܘܫܡܝܐ ܐܬܦܪܫܘ.
ܐܝܟ ܟܬܒܐ ܡܬܟܪܟ. ܘܟܠ ܛܘܪܐ
ܘܓܙܪܬܐ ܡܢ ܕܘܟܝܬܗܘܢ ܐܬܬܙܝܥܘ

10 Et clamabant voce magna, dicentes: uſque quando *tu* ille domine, ille ſancte, ille vere, non judicas & ulciſceris ſanguinem noſtrum, ab iis qui habitant ſuper terram? 11 Et data eſt unicuique ex illis ſtola alba: & dictum eſt illis, ut quieſcerent adhuc tempus exiguum, uſque dum complerentur etiam conſervi eorum, illi fratres eorum, qui occidendi eſſent ſicut etiam ipſi. 12 Et vidi quum aperuiſſet ſigillum illud ſextum, & ſanguis multus factus eſt, & ſol factus eſt niger ut ſaccus pilorum, & luna tota facta eſt ut ſanguis. 13 Et ſtellæ cœli ceciderunt in terram, ſicut ficus quæ abjicit groſſos ſuos, quando a vento magno commovetur. 14 Et cœli ſeparati ſunt, ſicut liber involvitur, & omnes montes & inſulæ è locis ſuis

10 Καὶ ἔκραζον φωνῇ μεγάλῃ, λέγοντες· Ἕως πότε ὁ δεσπότης ὁ ἅγιος καὶ ὁ ἀληθινὸς οὐ κρίνεις καὶ ἐκδικεῖς τὸ αἷμα ἡμῶν ἀπὸ τῶν κατοικούντων ἐπὶ τῆς γῆς; 11 Καὶ ἐδόθησαν ἑκάστοις στολαὶ λευκαὶ, καὶ ἐῤῥέθη αὐτοῖς ἵνα ἀναπαύσωνται ἔτι χρόνον μικρὸν, ἕως οὗ πληρώσωνται καὶ οἱ σύνδουλοι αὐτῶν καὶ οἱ ἀδελφοὶ αὐτῶν, οἱ μέλλοντες ἀποκτείνεσθαι ὡς καὶ αὐτοί. 12 Καὶ εἶδον ὅτε ἤνοιξε τὴν σφραγῖδα τὴν ἕκτην, καὶ ἰδοὺ σεισμὸς μέγας ἐγένετο, καὶ ὁ ἥλιος ἐγένετο μέλας ὡς σάκκος τρίχινος, καὶ ἡ σελήνη ἐγένετο ὡς αἷμα. 13 Καὶ οἱ ἀστέρες τοῦ οὐρανοῦ ἔπεσον εἰς τὴν γῆν, ὡς συκῆ βάλλει τοὺς ὀλύνθους αὐτῆς, ὑπὸ μεγάλου ἀνέμου σειομένη. 14 Καὶ οὐρανὸς ἀπεχωρίσθη ὡς βιβλίον εἱλισσόμενον, καὶ πᾶν ὄρος καὶ νῆσος ἐκ τῶν τόπων αὐτῶν ἐκινήθη-

ܐܬܬܙܝܥܘ. 15 ܘܡܠܟܐ ܕܐܪܥܐ ܘܪܘܪܒܢܐ
ܘܪܝܫܝ ܐܠܦܐ ܘܥܬܝܪܐ ܘܚܝܠܬܢܐ.
ܘܟܠ ܥܒܕܐ ܘܒܪ ܚܐܪܐ: ܛܫܝܘ ܗܢܘܢ ܠܗܘܢ
ܒܡܥܪܐ ܘܒܫܘܥܐ ܕܛܘܪܐ. 16 ܘܐܡܪܝܢ
ܠܛܘܪܐ ܘܠܫܘܥܐ ܦܠܘ ܥܠܝܢ. ܘܛܫܘ
ܠܢ ܡܢ ܦܪܨܘܦܐ ܕܗܘ ܕܝܬܒ ܥܠ
ܬܪܘܢܘܣ. ܘܡܢ ܪܘܓܙܗ ܕܐܡܪܐ. 17 ܡܛܠ
ܕܐܬܐ ܝܘܡܐ ܗܘ ܪܒܐ ܕܪܘܓܙܗܘܢ.
ܘܡܢܘ ܡܨܐ ܠܡܩܡ.

ܩܦܠܐܘܢ ܙ.

1 ܘܒܬܪ ܗܠܝܢ ܚܙܝܬ ܐܪܒܥܐ ܡܠܐܟܐ
ܕܩܝܡܝܢ ܥܠ ܐܪܒܥ ܓܘܢܝܬܗ ܕܐܪܥܐ.
ܘܐܚܝܕܝܢ ܠܐܪܒܥ ܪܘܚܐ ܕܐܪܥܐ. ܐܝܟܢܐ ܕܠܐ ܢܫܒ
ܪܘܚܐ ܥܠ ܐܪܥܐ. ܘܠܐ ܥܠ ܝܡܐ ܘܠܐ ܥܠ
ܐܝܠܢܐ. 2 ܘܚܙܝܬ ܐܚܪܢܐ ܡܠܐܟܐ.
ܘܣܠܩ ܡܢ ܡܕܢܚܐ ܕܫܡܫܐ. ܕܐܝܬ
ܠܗ ܛܒܥܐ ܕܐܠܗܐ ܚܝܐ. ܘܩܥܐ ܒܩܠܐ

אֶתְתְּזִיעוּ׃ 15 וּמַלְכֵא דַארְעָא וְרוּרְבָנֵא
וְרִישַׁנֵי אַלְפַיָא וְעַתִירֵא וְחַילְתָנֵא וְכֻל
עַבְדָא וּבַר חארא. טַשִׁיו הֶנוּן לְהוֹן
בִמְעַרָא וּבְשׁוּעָא דְטוּרָא. 16 וְאָמְרִין
לְטוּרֵא וַלְשׁוּעָא פְּלוֹ עֲלַין וְטַשׁוֹ לַן
מֶן פַּרְצוּפָא דְהוּ דְיָתֵב עַל תְּרוֹנוֹס וְמֶן
רוּגְזֵה דְאֶמְרָא׃ 17 מֶטֻל דְאֶתָא יוֹמָא
הוּ רַבָא דְרוּגְזָא דִילְהוֹן וּמַנוּ מְצֵא
לְמְקָם׃

קֶפַלְאוֹן ז

1 וּבָתַר הָלֵין חְזִית אַרְבְּעָא מַלְאכֵא
דְקָיְמִין עַל אַרְבַע גְּוָנְיָתֵה דַארְעָא
וַאחִידִין לַארְבַע ר רוּחֵא דַארְעָא אַיכַנָא
דְלָא נֶשֵׁב רוּחָא עַל אַרְעָא וְלָא עַל יַמָא
וְלָא עַל אִילָנֵא׃ 2 וַחְזִית אַחְרִנָא
מַלְאכָא וְסָלֶק מֶן מַדְנְחָא דְשֶׁמְשָׁא דְאִית
לֵה טַבְעָא דַאלָהָא חַיָא וְקָעָא בְקָלָא

ἐκινήθησαν. 15 Καὶ οἱ βασιλεῖς τῆς γῆς, καὶ οἱ μεγιστᾶνες, καὶ οἱ πλούσιοι, καὶ οἱ χιλίαρχοι, καὶ οἱ δυνατοὶ, καὶ πᾶς δοῦλος καὶ πᾶς ἐλεύθερος ἔκρυψαν ἑαυτοὺς εἰς τὰ σπήλαια καὶ εἰς τὰς πέτρας τῶν ὀρέων· 16 Καὶ λέγουσι τοῖς ὄρεσι καὶ ταῖς πέτραις· Πέσετε ἐφ' ἡμᾶς, καὶ κρύψατε ἡμᾶς ἀπὸ προσώπου τοῦ καθημένου ἐπὶ τοῦ θρόνου, καὶ ἀπὸ τῆς ὀργῆς τοῦ ἀρνίου· 17 Ὅτι ἦλθεν ἡ ἡμέρα ἡ μεγάλη τῆς ὀργῆς αὐτοῦ· καὶ τίς δύναται σταθῆναι;

ΚΕΦ. Ζ'.

1 Καὶ μετὰ ταῦτα εἶδον τέσσαρας ἀγγέλους ἑστῶτας ἐπὶ τὰς τέσσαρας γωνίας τῆς γῆς, κρατοῦντας τοὺς τέσσαρας ἀνέμους τῆς γῆς, ἵνα μὴ πνέῃ ἄνεμος ἐπὶ τῆς γῆς, μήτε ἐπὶ τῆς θαλάσσης, μήτε ἐπὶ πᾶν δένδρον. 2 Καὶ εἶδον ἄλλον ἄγγελον ἀναβάντα ἀπὸ ἀνατολῆς ἡλίου, ἔχοντα σφραγῖδα Θεοῦ ζῶντος· καὶ ἔκραξε φωνῇ

motæ sunt. 15 Et reges terræ & magnates, & duces millenorum, & divites, & fortes, & omnis servus & liber, abdiderunt ipsi se in speluncis, & in petris montium. 16 Et dicunt montibus & petris, cadite super nos, & abscondite nos a facie ejus qui sedet super thronum, & ab ira agni. 17 Propterea quod venit dies ille magnus iræ eorum, & quis potest stare?

CAPUT VII.

1 Et post hæc vidi quatuor Angelos stantes super quatuor angulos terræ, & tenentes quatuor ventos terræ, ut non flaret ventus super terram, neque super mare, neque super arbores. 2 Et vidi alium Angelum, & ascendit ab ortu solis, habens sigillum Dei vivi. & clamavit voce

רָבָא לַארְבְעָא מ מַלַאכֵא הָנוּן דֶאתִיהֵב
לְהוּן דְנַהְרוּן לַארְעָא וַלְיַמָא כַד אָמַר.
3 לָא תַהְרוּן לַארְעָא לְיַמָא אָפְלָא
לְאִילָנֵא עְדַמָא דְנֶחְתּוּם ל לְעַבְדַוהי
דַאלָהָא דִילַן עַל בֵית עַינַיהוּן. 4
וְשֶׁמְעֵת מֶנְיָנָא דְהָנוּן דֶאתְחַתְמוּ מָאא
וַארְבְעִין וַארְבְעָא אַלְפָיָא חְתִימֵא מֶן
כֻל שַׁרְבְתָא דִאיסַרְלָיֵא. 5 מֶן
שַׁרְבְתָא דִיהוּדָא תְרֶעְסַר אַלְפַיָא ח
חְתִימֵא. מֶן שַׁרְבְתָא דְרוּבִיל תְרֶעְסָר א
אַלְפָיָא. מֶן שַׁרְבְתָא דְגָד תְרֶעְסַר אַלְפַיָא.
6 מֶן שַׁרְבְתָא דַאשִׁיר תְרֶעְסַר אַלְפָיָא.
מֶן שַׁרְבְתָא דַנַפְתָלִי תְרֶעְסַר אַלְפָיָא. מֶן
שַׁרְבְתָא דַמְנַשֵׁא תְרֶעְסַר אַלְפָיָא. 7 מֶן
שַׁרְבְתָא דְשֶׁמְעוּן תְרֶעְסַר אַלְפָיָא: מֶן
שַׁרְבְתָא דְלֵוִי תְרֶעְסַר אַלְפָיָא. מֶן שַׁרְבְתָא
דִאיסָכָר תְרֶעְסַר א אַלְפָיָא. 8 מֶן שַׁרְבְתָא

ܪܒܐ. ܠܐܪܒܥܐ ܡܠܐܟܐ ܗܢܘܢ ܕܐܬܝܗܒ
ܠܗܘܢ ܕܢܗܪܘܢ ܠܐܪܥܐ ܘܠܝܡܐ ܟܕ ܐܡܪ. 3 ܠܐ
ܬܗܪܘܢ ܠܐܪܥܐ ܠܝܡܐ ܐܦܠܐ ܠܐܝܠܢܐ. ܥܕܡܐ
ܕܢܚܬܘܡ ܠܥܒܕܘܗܝ ܕܐܠܗܐ ܕܝܠܢ ܥܠ
ܒܝܬ ܥܝܢܝܗܘܢ ܀ 4 ܘܫܡܥܬ ܡܢܝܢܐ
ܕܗܢܘܢ ܕܐܬܚܬܡܘ ܡܐܐ ܘܐܪܒܥܝܢ
ܘܐܪܒܥܐ ܐܠܦܝܢ. ܚܬܝܡܐ ܡܢ ܟܠ ܫܪܒܬܐ
ܕܐܝܣܪܝܠ ܀ 5 ܡܢ ܫܪܒܬܐ
ܕܝܗܘܕܐ ܬܪܥܣܪ ܐܠܦܝܢ ܚܬܝܡܐ.
ܡܢ ܫܪܒܬܐ ܕܪܘܒܝܠ ܬܪܥܣܪ ܐܠܦܝܢ.
ܡܢ ܫܪܒܬܐ ܕܓܕ ܬܪܥܣܪ ܐܠܦܝܢ.
6 ܡܢ ܫܪܒܬܐ ܕܐܫܝܪ ܬܪܥܣܪ
ܐܠܦܝܢ. ܡܢ ܫܪܒܬܐ ܕܢܦܬܠܝ ܬܪܥܣܪ
ܐܠܦܝܢ. ܡܢ ܫܪܒܬܐ ܕܡܢܫܐ ܬܪܥܣܪ
ܐܠܦܝܢ. 7 ܡܢ ܫܪܒܬܐ ܕܫܡܥܘܢ ܬܪܥܣܪ
ܐܠܦܝܢ. ܡܢ ܫܪܒܬܐ ܕܠܘܝ
ܬܪܥܣܪ ܐܠܦܝܢ. ܡܢ ܫܪܒܬܐ
ܕܐܝܣܟܪ ܬܪܥܣܪ ܐܠܦܝܢ. 8 ܡܢ ܫܪܒܬܐ

magna, quatuor Angelis illis, quibus datum fuit, ut nocerent terræ & mari, dicens. 3 Ne nocete terræ, mari, neque arboribus, usque dum obsignaverimus servos Dei nostri super domicilium oculorum ipsorum. 4 Et audivi numerum eorum qui obsignati fuerunt, centum & quadraginta & quatuor millia, obsignata ex omni tribu Israelitarum. 5 Ex tribu Judæ duodecim millia obsignata. ex tribu Rubil duodecim millia. ex tribu Gad duodecim millia. 6 Ex tribu Aser duodecim millia. ex tribu Nephtali duodecim millia. ex tribu Menasse duodecim millia. 7 Ex tribu Simeonis duodecim millia. ex tribu Levi duodecim millia. ex tribu Isachar duodecim millia. 8 Ex tribu

μεγάλη τοῖς τέσσαρσιν ἀγγέλοις οἷς ἐδόθη αὐτοῖς ἀδικῆσαι τὴν γῆν καὶ τὴν θάλασσαν, 3 Λέγων· Μὴ ἀδικήσητε τὴν γῆν, μήτε τὴν θάλασσαν, μήτε τὰ δένδρα, ἄχρις οὗ σφραγίσωμεν τοὺς δούλους τοῦ Θεοῦ ἡμῶν ἐπὶ τῶν μετώπων αὐτῶν. 4 Καὶ ἤκουσα τὸν ἀριθμὸν τῶν ἐσφραγισμένων· ρμδʹ χιλιάδες ἐσφραγισμένοι ἐκ πάσης φυλῆς υἱῶν Ἰσραήλ. 5 Ἐκ φυλῆς Ἰούδα, ιβʹ χιλιάδες ἐσφραγισμένοι· ἐκ φυλῆς Ῥουβὴν, ιβʹ χιλιάδες ἐσφραγισμένοι· ἐκ φυλῆς Γάδ, ιβʹ χιλιάδες ἐσφραγισμένοι 6 Ἐκ φυλῆς Ἀσὴρ, ιβʹ χιλιάδες ἐσφραγισμένοι· ἐκ φυλῆς Νεφθαλείμ, ιβʹ χιλιάδες ἐσφραγισμένοι· ἐκ φυλῆς Μανασσῆ, ιβʹ χιλιάδες ἐσφραγισμένοι· 7 Ἐκ φυλῆς Συμεὼν, ιβʹ χιλιάδες ἐσφραγισμένοι· ἐκ φυλῆς Λευΐ, ιβʹ χιλιάδες ἐσφραγισμένοι· ἐκ φυλῆς Ἰσσαχὰρ, ιβʹ χιλιάδες ἐσφραγισμένοι· 8 Ἐκ φυλῆς Ζαβου-

ܕܙܒܘܠܘܢ ܬܪܥܣܪ ܐܠܦܝܢ. ܡܢ ܫܪܒܬܐ
ܕܝܘܣܦ ܬܪܥܣܪ ܐܠܦܝܢ. ܡܢ ܫܪܒܬܐ
ܕܒܢܝܡܝܢ ܬܪܥܣܪ ܐܠܦܝܢ. 9 ܒܬܪ
ܗܠܝܢ ܚܙܝܬ ܘܗܐ ܟܢܫܐ ܣܓܝܐܐ. ܗܘ
ܕܠܡܡܢܝܢܗ ܠܐ ܐܢܫ ܡܫܟܚ ܗܘܐ. ܡܢ ܟܠ
ܥܡܐ ܘܥܡܡܐ ܘܫܪܒܬܐ ܘܠܫܢܐ. ܕܩܝܡܝܢ
ܩܕܡ ܬܪܘܢܘܣ ܘܩܕܡܘܗܝ ܕܐܡܪܐ. ܟܕ
ܡܥܛܦܝܢ ܐܣܛܠܐ ܚܘܪܬܐ. ܘܕܩܠܐ
ܒܐܝܕܝܗܘܢ. 10 ܘܩܥܝܢ
ܒܩܠܐ ܪܒܐ ܟܕ ܐܡܪܝܢ: ܦܘܪܩܢܐ ܠܐܠܗܢ
ܕܝܬܒ ܥܠ ܬܪܘܢܘܣ ܘܠܐܡܪܐ.
11 ܘܟܠܗܘܢ ܗܢܘܢ ܡܠܐܟܐ ܩܝܡܝܢ
ܗܘܘ ܚܕܪܘܗܝ ܕܬܪܘܢܘܣ ܘܕܗܢܘܢ ܩܫܝܫܐ:
ܘܕܗܠܝܢ ܐܪܒܥ ܚܝܘܬܐ. ܘܢܦܠܘ ܩܕܡ
ܬܪܘܢܘܣ ܕܝܠܗ ܥܠ ܦܪܨܘܦܝܗܘܢ:
† ܘܣܓܕܘ ܠܐܠܗܐ. 22 ܟܕ ܐܡܪܝܢ
ܐܡܝܢ: ܒܘܪܟܬܐ ܘܬܫܒܘܚܬܐ ܘܚܟܡܬܐ.
ܘܩܘܒܠ ܛܝܒܘܬܐ ܘܐܝܩܪܐ ܘܚܝܠܐ. ܘܥܘܫܢܐ

דזבולון תרעסר א אלפיא. מן שרבתא
דיוסף תרעסר אלפיא מן שרבתא
דבנימין תרעסר אלפיא. 9 בתר הלין
חזית והא כנשא סגיאא הו דלממניה
לא-אנש מצא-הוא מן כל עמא
ועממא ושרבתא ולשנא דקימין קדם
תרונוס וקדמוהי ד דאמרא כד מעטפין
אסטלא חורתא ודקלא באידיא ד
דילהון. 10 וקעין בקלא רבא כד אמרין
פורקנא לאלהא דילן להו דיתב על
תרונוס ולאמרא. 11 וכלהון הנון
מלאכא קימין הוו חדרוהי דתרונוס
ודהנון ק קשישא ודהלין ארבע חיותא
ונפלו קדם תרונוס דילה על פרצופא
דילהון † וסגדו לאלהא. 12 כד אמרין
אמין בורכתא ותשבוחתא וחכמתא
וקובל טיבותא ואיקרא וחילא

Ζαβυλὼν, ιβ΄ χιλιάδες ἐσφραγισμένοι· ἐκ φυλῆς Ἰωσὴφ, ιβ΄ χιλιάδες ἐσφραγισμένοι· ἐκ φυλῆς Βενιαμὶν, ιβ΄ χιλιάδες ἐσφραγισμένοι. 9 Μετὰ ταῦτα εἶδον, καὶ ἰδοὺ ὄχλος πολὺς, ὃν ἀριθμῆσαι αὐτὸν οὐδεὶς ἠδύνατο, ἐκ παντὸς ἔθνους καὶ φυλῶν καὶ λαῶν καὶ γλωσσῶν, ἑστῶτες ἐνώπιον τοῦ θρόνου καὶ ἐνώπιον τοῦ ἀρνίου, περιβεβλημένοι στολὰς λευκάς· καὶ φοίνικες ἐν ταῖς χερσὶν αὐτῶν· 10 Καὶ κράζοντες φωνῇ μεγάλῃ, λέγοντες· Ἡ σωτηρία τῷ Θεῷ ἡμῶν τῷ καθημένῳ ἐπὶ τοῦ θρόνου, καὶ τῷ ἀρνίῳ. 11 Καὶ πάντες οἱ ἄγγελοι ἑστήκεσαν κύκλῳ τοῦ θρόνου καὶ τῶν πρεσβυτέρων καὶ τῶν τεσσάρων ζώων. καὶ ἔπεσον ἐνώπιον τοῦ θρόνου ἐπὶ πρόσωπον αὐτῶν, καὶ προσεκύνησαν τῷ Θεῷ, 12 Λέγοντες· Ἀμήν· ἡ εὐλογία καὶ ἡ δόξα καὶ ἡ σοφία καὶ ἡ εὐχαριστία καὶ ἡ τιμὴ καὶ ἡ δύναμις

Zebulon duodecim millia. ex tribu Joseph duodecim millia. ex tribu Benjamin duodecim millia. 9 Post hæc vidi, & ecce turba multa, quam numerare nemo poterat, ex omni gente, & populis, & tribubus, & linguis, ſtantes ante thronum, & ante Agnum, amicti veſtibus albis, & palmæ in manibus eorum, 10 Et clamantes voce magna, dicentes: ſalus Deo noſtro, ei qui ſedet ſuper thronum, & Agno. 11 Et omnes illi Angeli ſtabant circum thronum, & illos ſeniores, & illa quatuor animalia. & ceciderunt ante thronum ejus ſuper facies ſuas, & adorarunt Deum. 12 Dicentes, Amen, benedictio, & gloria, & ſapientia, & acceptio gratiæ, & honor, & robur, &

† ועושנא לאלהא דילן לעלמא דעלמא
אמין . 13 ופני חד מן קשישא ואמר לי
הלין דמעטפין אסטלא הנין חורתא
מן הו איתיהון ומן איכא אתו . 14 †
ואמרת לה מרא דילי אנת ידע אנת
ואמר לי הנון איתיהון הלין דאתין
מן אולצנא רבא ואשיגו † אסטלא
דילוון וחורו אנין בדמה דאמרא .
15 מטל הדא איתיהון קדם תרונוס
דאלהא ומשמשין לה איממא ובליליא
בהיכלא דילה והו דיתב על תרונוס
נגן עליהון . 16 לא נכפנון ולא נצהון
תוב ולא נפל עליהון שמשא ולא כל
כיומא : 17 מטל דאמרא הוא ד
דבמצעתה דתרונוס נרעא אנון ונהדא
אנון על מעינא דמיא חיא ונלחא אלהא
כל דמעתא מן עיניהון :

† ܘܥܘܫܢܐ ܠܐܠܗܐ ܕܝܠܢ ܠܥܠܡ ܥܠܡܝܢ
ܐܡܝܢ. 13 ܘܥܢܐ ܚܕ ܡܢ ܩܫܝܫܐ
ܘܐܡܪ ܠܝ ܗܠܝܢ ܕܡܥܛܦܝܢ ܐܣܛܠܐ ܚܘܪܬܐ
ܡܢܘ ܐܝܬܝܗܘܢ. ܘܡܢ ܐܝܟܐ ܐܬܘ.
14 † ܘܐܡܪܬ ܠܗ ܡܪܝ ܐܢܬ ܝܕܥ ܐܢܬ
ܘܐܡܪ ܠܝ ܗܢܘܢ ܐܝܬܝܗܘܢ ܗܠܝܢ
ܕܐܬܝܢ ܡܢ ܐܘܠܨܢܐ ܪܒܐ ܘܐܫܝܓܘ † ܐܣܛܠܝܗܘܢ
ܕܝܠܗܘܢ ܘܚܘܪܘ ܐܢܝܢ ܒܕܡܗ ܕܐܡܪܐ.
15 ܡܛܠ ܗܕܐ ܐܝܬܝܗܘܢ ܩܕܡ
ܬܪܘܢܘܣ ܕܐܠܗܐ ܘܡܫܡܫܝܢ ܠܗ
ܐܝܡܡܐ ܘܒܠܠܝܐ ܒܗܝܟܠܐ ܕܝܠܗ.
ܘܗܘ ܕܝܬܒ ܥܠ ܬܪܘܢܘܣ ܢܓܢ
ܥܠܝܗܘܢ. 16 ܠܐ ܢܟܦܢܘܢ ܘܠܐ ܢܨܗܘܢ
ܬܘܒ ܘܠܐ ܢܦܠ ܥܠܝܗܘܢ ܫܡܫܐ ܘܠܐ ܟܠ ܚܘܡܐ.
17 ܡܛܠ ܕܐܡܪܐ ܗܘܐ ܕܒܡܨܥܬܗ ܕܬܪܘܢܘܣ
ܢܪܥܐ ܐܢܘܢ ܘܢܗܕܐ ܐܢܘܢ ܥܠ
ܡܥܝܢܐ ܕܡܝܐ ܚܝܐ. ܘܢܠܚܐ ܐܠܗܐ
ܟܠ ܕܡܥܬܐ ܡܢ ܥܝܢܝܗܘܢ.

& fortitudo Deo nostro in secula seculorum, amen. 13 Et respondit unus ex senioribus, & dixit mihi. Hi qui amicti *sunt* vestibus hisce albis, quinam sunt, & unde venerunt? 14 Et dixi ipsi, Domine mi, tu nosti. Et dixit mihi: Illi sunt qui veniunt ex afflictione magna, & lavarunt stolas suas & dealbarunt eas in sanguine Agni. 15 Propterea sunt ante thronum Dei, & serviunt ei die & nocte in templo ejus. & ille qui sedet super thronum proteget eos. 16 Non esurient, & non sitient amplius, & non cadet super eos sol, neque ullus æstus. 17 Propterea quod Agnus est, qui in medio throni pascet eos, & ducet eos ad fontes aquarum vivarum, & delebit Deus omnem lacrymam ab oculis eorum.

καὶ ἡ ἰσχὺς τῷ Θεῷ ἡμῶν εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν. 13 Καὶ ἀπεκρίθη εἷς ἐκ τῶν πρεσβυτέρων, λέγων μοι. Οὗτοι οἱ περιβεβλημένοι τὰς στολὰς τὰς λευκάς, τίνες εἰσί, καὶ πόθεν ἦλθον; 14 Καὶ εἴρηκα αὐτῷ· Κύριε, σὺ οἶδας. Καὶ εἶπέ μοι· Οὗτοί εἰσιν οἱ ἐρχόμενοι ἐκ τῆς θλίψεως τῆς μεγάλης· καὶ ἔπλυναν τὰς στολὰς αὐτῶν, καὶ ἐλεύκαναν στολὰς αὐτῶν ἐν τῷ αἵματι τοῦ ἀρνίου. 15 Διὰ τοῦτο εἰσὶν ἐνώπιον τοῦ θρόνου τοῦ Θεοῦ, καὶ λατρεύουσιν αὐτῷ ἡμέρας καὶ νυκτὸς ἐν τῷ ναῷ αὐτοῦ· καὶ ὁ καθήμενος ἐπὶ τοῦ θρόνου, σκηνώσει ἐπ' αὐτούς. 16 Οὐ πεινάσουσιν ἔτι, οὐδὲ διψήσουσιν ἔτι, οὐδὲ μὴ πέσῃ ἐπ' αὐτοὺς ὁ ἥλιος, οὐδὲ πᾶν καῦμα· 17 Ὅτι τὸ ἀρνίον τὸ ἀνὰ μέσον τοῦ θρόνου ποιμανεῖ αὐτούς, καὶ ὁδηγήσει αὐτοὺς ἐπὶ ζώσας πηγὰς ὑδάτων· καὶ ἐξαλείψει ὁ Θεὸς πᾶν δάκρυον ἀπὸ τῶν ὀφθαλμῶν αὐτῶν.

ΚΕΦ.

ܩܦܠܐܘܢ ܚ:

1 ܘܟܕ ܦܬܚ ܠܛܒܥܐ ܗܘ ܫܒܝܥܝܐ. ܗܘܐ ܫܬܩܐ ܒܫܡܝܐ. ܐܝܟ † ܦܠܓܘܬ ܫܥܬܐ. 2 ܘܚܙܝܬ ܠܫܒܥܐ ܡܠܐܟܐ. ܗܢܘܢ ܕܩܕܡ ܐܠܗܐ ܩܝܡܝܢ ܗܘܘ ܘܐܬܝܗܒܘ ܠܗܘܢ ܫܒܥܐ ܫܝܦܘܪ̈ܐ. 3 ܘܐܚܪܢܐ ܡܠܐܟܐ ܐܬܐ † ܘܩܡ ܥܠ ܡܕܒܚܐ. ܘܐܝܬ ܠܗ ܦܝܪܡܐ ܕܕܗܒܐ ܘܐܬܝܗܒ ܠܗ ܒܣܡ̈ܐ ܣܓܝ̈ܐܐ. ܐܝܟܢܐ ܕܢܬܠ ܒܨܠܘܬܐ ܕܟܠܗܘܢ ܩܕܝ̈ܫܐ ܥܠ ܡܕܒܚܐ ܕܕܗܒܐ. ܗܘ ܕܩܕܡ ܟܘܪܣܝܐ. 4 ܘܣܠܩ ܬܢܢܐ ܕܒܣܡ̈ܐ ܕܨܠܘܬܐ ܕܩܕܝ̈ܫܐ ܡܢ ܐܝܕܗ ܕܡܠܐܟܐ ܩܕܡ ܐܠܗܐ. 5 ܘܢܣܒܗ ܗܘ ܡܠܐܟܐ ܠܦܝܪܡܐ. ܘܡܠܝܗܝ ܡܢ ܢܘܪܐ ܕܡܕܒܚܐ. ܘܐܪܡܝ ܒܐܪܥܐ. ܘܗܘܘ ܪ̈ܥܡܐ ܘܩܠ̈ܐ ܘܒܪ̈ܩܐ ܘܙܘܥܐ. 6 ܘܗܢܘܢ ܫܒܥܐ ܡ̈ܠܐܟܐ: ܗܢܘܢ ܕܐܝܬ ܠܗܘܢ ܫܒܥܐ ܫܝܦܘܪ̈ܐ ܛܝܒܘ ܐܢܘܢ ܠܗܘܢ

קְפָלְאוֹן ח

1 וְכַד פְּתַח לְטַבְעָא הַו שְׁבִיעָיָא הֲוָא שְׁתָקָא בַשְׁמַיָא אַיְךְ † פֶּלְגוּת שָׁעְתָא. 2 וַחֲזִית לְהָלֵין שַׁבְעָא מַלְאֲכֵא הָנוּן דַקְדָם אַלָהָא קָיְמִין הֲוַו וֶאתִיהֶבִו לְהוּן שַׁבְעָא שִׁיפוּרֵא. 3 וַאחְרָנָא מַלְאָכָא אֶתָא † וְקָם עַל מַדְבְחָא וְאִית לֵהּ פִּירְמָא דְדַהְבָא וֶאתִיהֶבו לֵהּ בֶסְמֵא סַגִיאֵא אַיכַנָא דְנֶתֶל דְבַצְלָוָתָא דְכֻלְהוֹן קַדִישֵׁא עַל מַדְבְחָא דְדַהְבָא הַו דַקְדָם תְּרָונֹס. 4 סְלַק עֶטְרָא דְבֶסְמֵא דַצְלָוָתָא דְקַדִישֵׁא מֶן אִידֵהּ דְמַלְאָכָא קְדָם אַלָהָא. 5 וְנַסְבֵהּ הַו מַלְאָכָא לְפִירְמָא וַמְלָיהִי מֶן נוּרָא דְמַדְבְחָא וַארְמִי בַּארְעָא וַהְוַו רַעְמֵא וְבַרְקֵא וְקָלֵא וְזַועָא. 6 וְהָנוּן שָׁבְעָא מַלְאֲכֵא הָנוּן דאִית לְהוּן לְשַׁבְעָא שִׁיפוּרֵא דְטַיֵבו הֶנוּן לְהוּן

ΚΕΦ. Η'.

1 Καὶ ὅτε ἤνοιξε τὴν σφραγῖδα τὴν ἑβδόμην, ἐγένετο σιγὴ ἐν τῷ οὐρανῷ ὡς ἡμιώριον. 2 Καὶ εἶδον τοὺς ἑπτὰ ἀγγέλους, οἳ ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ ἑστήκασι· καὶ ἐδόθησαν αὐτοῖς ἑπτὰ σάλπιγγες. 3 Καὶ ἄλλος ἄγγελος ἦλθε, καὶ ἐστάθη ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον, ἔχων λιβανωτὸν χρυσοῦν· καὶ ἐδόθη αὐτῷ θυμιάματα πολλὰ, ἵνα δώσῃ ταῖς προσευχαῖς τῶν ἁγίων πάντων, ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον τὸ χρυσοῦν τὸ ἐνώπιον τοῦ θρόνου. 4 Καὶ ἀνέβη ὁ καπνὸς τῶν θυμιαμάτων ταῖς προσευχαῖς τῶν ἁγίων, ἐκ χειρὸς τοῦ ἀγγέλου, ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ. 5 Καὶ εἴληφεν ὁ ἄγγελος τὸν λιβανωτὸν, καὶ ἐγέμισεν αὐτὸν ἐκ τοῦ πυρὸς τοῦ θυσιαστηρίου, καὶ ἔβαλεν εἰς τὴν γῆν· καὶ ἐγένοντο φωναὶ καὶ βρονταὶ καὶ ἀστραπαὶ καὶ σεισμός. 6 Καὶ οἱ ἑπτὰ ἄγγελοι ἔχοντες τὰς ἑπτὰ σάλπιγγας, ἡτοίμασαν ἑαυτοὺς

CAPUT VIII.

1 Et quum aperuisset sigillum illud septimum, factum est silentium in cœlo, tanquam dimidio horæ. 2 Et vidi illos septem Angelos, qui ante Deum stabant, & datæ sunt ipsis septem tubæ. 3 Et alius Angelus venit, & stetit super altare, & habet thuribulum aureum, & dati sunt illi suffitus multi, ut daret ea quæ in precibus omnium sanctorum *sunt* super altare aureum, quod ante thronum *est*. 4 Ascendit fumus suffituum precum sanctorum è manu Angeli ante Deum. 5 Et accepit ille Angelus thuribulum, & implevit illud ex igne altaris, & projecit in terram, & facta sunt tonitrua, & fulgura, & voces, & *terræ* motus. 6 Et illi septem Angeli, qui habent septem tubas *fuerunt ii*, qui pararunt ipsi se ut

איכנא דניבבון: 7 והו קדמיא יבב והוא ברדא ונורא דפתיכין במיא ו ואתרמיו בארעא ותולתה דארעא יקד ותולתא דאילנא יקדו וכל עמירא יורקא יקד. 8 והו תרינא מלאכא יבב ואיך טורא רבא כד בנור יקד אתרמי בימא והוא אף תולתה דימא דמא. 9 ומית תולתא דכלהין בריתא דבימא הלין דאית להין נפשתא ותולתא דאלפא אתחבלין. 10 והו תליתיא † מלאכא יבב ונפל מן שמיא בוכבא כד יקד איך למפארא ונפל על תולתא דנהרותא ועל מעינא דמיא. 11 ושמה דכוכבא מתאמר הו אפסנתוס והוא תולתהון דמיא לאפסינתן וסגיאא בנינשא מיתו מן מיא מטל דמרו. 12 והו רביעיא מלאכא יבב ובלע

ܐܝܟܢܐ ܕܢܝܒܒܘܢ. 7 ܘܗܘ ܩܕܡܝܐ ܝܒܒ ܘܗܘܐ ܒܪܕܐ ܘܢܘܪܐ ܕܦܬܝܟܝܢ ܒܡܝܐ ܘܐܬܪܡܝܘ ܒܐܪܥܐ ܘܬܘܠܬܗ ܕܐܪܥܐ ܝܩܕ ܘܬܘܠܬܐ ܕܐܝܠܢܐ ܝܩܕܘ ܘܟܠ ܥܡܝܪܐ ܝܘܪܩܐ ܝܩܕ. 8 ܘܗܘ ܬܪܝܢܐ ܡܠܐܟܐ ܝܒܒ ܘܐܝܟ ܛܘܪܐ ܪܒܐ ܟܕ ܒܢܘܪ ܝܩܕ ܐܬܪܡܝ ܒܝܡܐ ܘܗܘܐ ܐܦ ܬܘܠܬܗ ܕܝܡܐ ܕܡܐ. 9 ܘܡܝܬ ܬܘܠܬܐ ܕܟܠܗܝܢ ܒܪܝܬܐ ܕܒܝܡܐ ܗܠܝܢ ܕܐܝܬ ܠܗܝܢ ܢܦܫܬܐ ܘܬܘܠܬܐ ܕܐܠܦܐ ܐܬܚܒܠܝܢ. 10 ܘܗܘ ܬܠܝܬܝܐ † ܡܠܐܟܐ ܝܒܒ ܘܢܦܠ ܡܢ ܫܡܝܐ ܟܘܟܒܐ ܟܕ ܝܩܕ ܐܝܟ ܠܡܦܐܪܐ ܘܢܦܠ ܥܠ ܬܘܠܬܐ ܕܢܗܪܘܬܐ ܘܥܠ ܡܥܝܢܐ ܕܡܝܐ. 11 ܘܫܡܗ ܕܟܘܟܒܐ ܡܬܐܡܪ ܗܘ ܐܦܣܢܬܘܣ ܘܗܘܐ ܬܘܠܬܗܘܢ ܕܡܝܐ ܠܐܦܣܝܢܬܢ ܘܣܓܝܐܐ ܒܢܝܢܫܐ ܡܝܬܘ ܡܢ ܡܝܐ ܡܛܠ ܕܡܪܘ. 12 ܘܗܘ ܪܒܝܥܝܐ ܡܠܐܟܐ ܝܒܒ ܘܒܠܥ

ut clangerent. 7 Et ille primus clanxit, & facta est grando & ignis, mixta aquis, & projecta sunt in terram,& tertia pars terræ usta est,& tertia pars arborum ustæ sunt,& omne gramen viride ustum est.8 Et ille secundus Angelus clanxit,& tanquam mons magnus,quando igne arsit, projectus est in mare, & facta est etiam tertia pars maris sanguis. 9 Et mortua est tertia pars omnium creaturarum quæ in mari *sunt*, quæ habent animas & tertia pars navium corruptæ sunt. 10 Et ille tertius Angelus clanxit, & cecidit è cœlo stella ardens sicut lampas, & cecidit super tertiam partem fluminum, & super fontes aquarum. 11 Et nomen stellæ dicitur ille Apsinthus: & facta est tertia pars aquarum in absinthium,& multi homines mortui sunt ex aquis,propterea quod amaræ essent. 12 Et ille quartus Angelus clanxit, & percussa est


ἵνα σαλπίσωσι. 7 Καὶ ὁ πρῶτος ἄγγελος ἐσάλπισε, καὶ ἐγένετο χάλαζα καὶ πῦρ μεμιγμένα αἵματι, καὶ ἐβλήθη εἰς τὴν γῆν· καὶ τὸ τρίτον τῶν δένδρων κατεκάη, καὶ πᾶς χόρτος χλωρὸς κατεκάη. 8 Καὶ ὁ δεύτερος ἄγγελος ἐσάλπισε, καὶ ὡς ὄρος μέγα πυρὶ καιόμενον ἐβλήθη εἰς τὴν θάλασσαν· καὶ ἐγένετο τὸ τρίτον τῆς θαλάσσης, αἷμα. 9 Καὶ ἀπέθανε τὸ τρίτον τῶν κτισμάτων τῶν ἐν τῇ θαλάσσῃ, τὰ ἔχοντα ψυχάς. καὶ τὸ τρίτον τῶν πλοίων διεφθάρη. 10 Καὶ ὁ τρίτος ἄγγελος ἐσάλπισε, καὶ ἔπεσεν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἀστὴρ μέγας καιόμενος ὡς λαμπὰς, καὶ ἔπεσεν ἐπὶ τὸ τρίτον τῶν ποταμῶν, καὶ ἐπὶ τὰς πηγὰς ὑδάτων. 11 Καὶ τὸ ὄνομα τοῦ ἀστέρος λέγεται Ἄψινθος. καὶ γίνεται τὸ τρίτον τῶν ὑδάτων εἰς ἄψινθον, καὶ πολλοὶ ἀνθρώπων ἀπέθανον ἐκ τῶν ὑδάτων, ὅτι ἐπικράνθησαν. 12 Καὶ ὁ τέταρτος ἄγγελος ἐσάλπισε, καὶ ἐπλήγη τὸ τρί-

[illegible]

תולתה דשמשא ותולתה דסהרא
ותולתא דכוכבא איכנא דנחשך תולתא
דילהון וחשכו ‡ ויומא לא ננהר תולתא
דילה ולליא בה בדמותא · 13 וחזית
ושמעת לנשרא חד דפרח בבצעתא
דדונבא דדמא אית לה כד אמר בקלא
רבא וי וי להנון דעמרין על ארעא מן קלא
דשרכא דשיפורא דהנון תלתא מלאכא
הנון דעתידין ‡ למיבבו :

קפלאון ט

1 והו חמישיא מלאכא יבב וחזית
כוכבא דנפל מן שמיא על ארעא ואתיהב
לה קלידא דבארא דתהומא · 2 ופתח
לבארא דתהומא וסלק תננא מן בארא איך
תננא דאתונא דמשתגר · וחשך שמשא
ואאר מן תננא דבארא · 3 ומן תננא
נפקו קמצא לארעא · ‡ ואתיהב להון ש



τὸ τρίτον τοῦ ἡλίου, καὶ τὸ τρίτον τῆς σελήνης καὶ τὸ τρίτον τῶν ἀστέρων. ἵνα σκοτισθῇ τὸ τρίτον αὐτῶν, καὶ ἡ ἡμέρα μὴ φαίνῃ τὸ τρίτον αὐτῆς, καὶ ἡ νὺξ ὁμοίως. 13 Καὶ εἶδον, καὶ ἤκουσα ἑνὸς ἀγγέλου πετωμένου ἐν μεσουρανήματι, λέγοντος φωνῇ μεγάλῃ· Οὐαὶ οὐαὶ οὐαὶ τοῖς κατοικοῦσιν ἐπὶ τῆς γῆς, ἐκ τῶν λοιπῶν φωνῶν τῆς σάλπιγγος τῶν τριῶν ἀγγέλων τῶν μελλόντων σαλπίζειν.

ΚΕΦ. Θʹ.

1 Καὶ ὁ πέμπτος ἄγγελος ἐσάλπισε, καὶ εἶδον ἀστέρα ἐκ τοῦ οὐρανοῦ πεπτωκότα εἰς τὴν γῆν, καὶ ἐδόθη αὐτῷ ἡ κλεὶς τοῦ φρέατος τῆς ἀβύσσου. 2 Καὶ ἤνοιξε τὸ φρέαρ τῆς ἀβύσσου· καὶ ἀνέβη καπνὸς ἐκ τοῦ φρέατος ὡς καπνὸς καμίνου μεγάλης· καὶ ἐσκοτίσθη ὁ ἥλιος καὶ ὁ ἀὴρ ἐκ τοῦ καπνοῦ τοῦ φρέατος. 3 Καὶ ἐκ τοῦ καπνοῦ ἐξῆλθον ἀκρίδες εἰς τὴν γῆν, καὶ ἐδόθη αὐταῖς

tertia pars solis, & tertia pars lunæ, & tertia pars stellarum, ut obtenebraretur tertia pars earum, & obtenebratæ sunt, [&] dies non luceret tertia parte sui, & nox eadem similitudine. 13 Et vidi, & audivi aquilam unam volantem in medio caudæ, quæ sanguinem habet, dicentem voce magna, væ væ iis qui habitant super terram à vocibus reliquarum tubarum illorum trium Angelorum qui clangent.

CAPUT IX.

1 Et ille quintus Angelus clanxit, & vidi stellam quæ cecidit è cœlo super terram, & data est illi clavis putei abyssi. 2 Et aperuit puteum abyssi, & ascendit fumus ex puteo tanquam fumus fornacis accensæ. & obtenebratus est Sol, & aër ex fumo putei. 3 Et ex fumo exiverunt locustæ in terram. & data est illis pote-

שולטנא איך דאית להין לעקרבא על
ארעא: 4 ואתאמר להון דלא נהרון
לעמירא דארעא ולא לכל יורקא אפלא
לכל אילנא אלא אן לבנינשא הנון
אילין דלית להון חתמא דאלהא על
בית עינא דילהון. 5 † ואתיהבו להון
איכנא דלא נקטלון אנון אלא דנשתנקון
ירחא חמשא ותשניקא דילהון איך
תשניקא דעקרבא: אמתי דתמחא
לאנש. 6 וביומתא הנון נבעון בנינשא
למותא ולא נשכחוניהי ונתרגרגון לממת
ונערוק מותא מנהון. 7 ודומיא דהנון
קמצא דמין איך † דמותא דרכשא
דמטיבין לקרבא ועל רישא דילהון
איך כלילא דדמותא דדהבא
ופרצופא דילהון איך פרצופא
דבנינשא. 8 ואית-הוא להון סערא איך


ܫܘܠܛܢܐ ܐܝܟ ܕܐܝܬ ܠܗܝܢ ܠܥܩܪܒܐ ܥܠ
ܐܪܥܐ. 4 ܘܐܬܐܡܪ ܠܗܘܢ ܕܠܐ ܢܗܪܘܢ
ܠܥܡܝܪܐ ܕܐܪܥܐ ܘܠܐ ܠܟܠ ܝܘܪܩܐ ܐܦܠܐ
ܠܟܠ ܐܝܠܢܐ ܐܠܐ ܐܢ ܠܒܢܝܢܫܐ ܗܢܘܢ
ܐܝܠܝܢ ܕܠܝܬ ܠܗܘܢ ܚܬܡܐ ܕܐܠܗܐ ܥܠ
ܒܝܬ ܥܝܢܐ ܕܝܠܗܘܢ. 5 † ܘܐܬܝܗܒܘ
ܠܗܘܢ ܐܝܟܢܐ ܕܠܐ ܢܩܛܠܘܢ ܐܢܘܢ.
ܐܠܐ ܕܢܫܬܢܩܘܢ ܝܪܚܐ ܚܡܫܐ
ܘܬܫܢܝܩܐ ܕܝܠܗܘܢ ܐܝܟ ܬܫܢܝܩܐ ܕܥܩܪܒܐ:
ܐܡܬܝ ܕܬܡܚܐ ܠܐܢܫ. 6 ܘܒܝܘܡܬܐ
ܗܢܘܢ ܢܒܥܘܢ ܒܢܝܢܫܐ ܠܡܘܬܐ ܘܠܐ
ܢܫܟܚܘܢܝܗܝ ܘܢܬܪܓܪܓܘܢ ܠܡܡܬ.
ܘܢܥܪܘܩ ܡܘܬܐ ܡܢܗܘܢ. 7 ܘܕܘܡܝܐ
ܕܗܢܘܢ ܩܡܨܐ ܕܡܝܢ ܐܝܟ † ܕܡܘܬܐ ܕܪܟܫܐ
ܕܡܛܝܒܝܢ ܠܩܪܒܐ ܘܥܠ ܪܝܫܐ ܕܝܠܗܘܢ
ܐܝܟ ܟܠܝܠܐ ܕܕܡܘܬܐ ܕܕܗܒܐ.
ܘܦܪܨܘܦܐ ܕܝܠܗܘܢ ܐܝܟ ܦܪܨܘܦܐ ܕܒܢܝܢܫܐ.
8 ܘܐܝܬ ܗܘܐ ܠܗܘܢ ܣܥܪܐ ܐܝܟ

potestas, qualem habent scorpii super terram. 4 Et dictum est illis, ut non nocerent gramini terræ neque ulli viridi, neque ulli arbori, nisi *solum* hominibus illis qui non habent sigillum Dei super domicilium oculorum suorum. 5 Et datum est eis, ut non occidant eos, sed ut crucientur menses quinque. & cruciacus eorum, sicut cruciatus scorpii, quum percusserit hominem. 6 Et in diebus illis quærent homines mortem, & non invenient eam, & desiderabunt mori, & fugiet mors ab illis. 7 Et similitudo illarum locustarum *hæc est*, similes sunt secundum similitudinem equorum paratorum ad prœlium, & super capita earum *est* tanquam corona similitudinis auri, & facies eorum sicut facies hominum. 8 Et habebant capillum sicut

ἐξουσία ὡς ἔχουσιν ἐξουσίαν οἱ σκορπίοι τῆς γῆς. 4 Καὶ ἐῤῥέθη αὐταῖς ἵνα μὴ ἀδικήσωσι τὸν χόρτον τῆς γῆς, οὐδὲ πᾶν χλωρὸν, οὐδὲ πᾶν δένδρον· εἰ μὴ τοὺς ἀνθρώπους μόνους οἵτινες οὐκ ἔχουσι τὴν σφραγῖδα τοῦ Θεοῦ ἐπὶ τῶν μετώπων αὐτῶν. 5 Καὶ ἐδόθη αὐταῖς ἵνα μὴ ἀποκτείνωσιν αὐτοὺς, ἀλλ' ἵνα βασανισθῶσι μῆνας πέντε· καὶ ὁ βασανισμὸς αὐτῶν ὡς βασανισμὸς σκορπίου, ὅταν παίσῃ ἄνθρωπον. 6 Καὶ ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις ζητήσουσιν οἱ ἄνθρωποι τὸν θάνατον, καὶ οὐχ εὑρήσουσιν αὐτόν· καὶ ἐπιθυμήσωσιν ἀποθανεῖν, καὶ φεύξεται ὁ θάνατος ἀπ' αὐτῶν. 7 Καὶ τὰ ὁμοιώματα τῶν ἀκρίδων ὅμοια ἵπποις ἡτοιμασμένοις εἰς πόλεμον· καὶ ἐπὶ τὰς κεφαλὰς αὐτῶν ὡς στέφανοι ὅμοιοι χρυσῷ, καὶ τὰ πρόσωπα αὐτῶν ὡς πρόσωπα ἀνθρώπων. 8 Καὶ εἶχον τρίχας ὡς τρίχας

ܣܥܪܐ ܕܢܫ̈ܐ. ܘܫܢ̈ܝܐ ܕܝܠܗܘܢ ܐܝܟ ܕܐܪ̈ܝܘܬܐ
ܐܝܬܝܗܝܢ ܗܘܝ. 9 ܘܐܝܬ ܗܘܐ ܠܗܘܢ ܫܪ̈ܝܢܐ:
ܐܝܟ ܫܪ̈ܝܢܐ ܕܦܪܙܠܐ. ܘܩܠܐ ܕܓ̈ܦܐ ܕܝܠܗܘܢ
ܐܝܟ ܩܠܐ ܕܡܪ̈ܟܒܬܐ ܕܪ̈ܟܫܐ † ܣܓ̈ܝܐܐ
ܕܪ̈ܗܛܝܢ ܠܩܪܒܐ. 10 ܘܐܝܬ ܠܗܘܢ ܕܘܢ̈ܒܬܐ
ܕܕܡܝܢ ܠܥܩܪ̈ܒܐ. ܘܥܘܩܣ̈ܐ.
ܘܒܕܘܢ̈ܒܝܬܐ ܕܝܠܗܘܢ ܐܝܬ ܠܗܘܢ
ܫܘܠܛܢܐ ܠܡܗܪܘ ܠܒܢ̈ܝܢܫܐ ܝܪ̈ܚܐ
ܚܡܫܐ. 11 ܘܐܝܬ ܠܗܘܢ ܡܠܟܐ ܥܠܝܗܘܢ.
ܠܡܠܐܟܐ ܕܬܗܘܡܐ. ܕܫܡܐ ܠܗ ܥܒܪܐܝܬ
ܐܒܕܘ. ܘܒܝܘܢܝܐ ܕܝܢ ܫܡܐ ܐܝܬ ܠܗ ܐܦܘܠܘܢ.
12 ܗܘ ܚܕ ܘܝ ܐܙܠ. ܗܐ ܐܬܝܢ ܬܘܒ ܬܪ̈ܝܢ ܘܝ̈ܢ
ܒܬܪ ܗܠܝܢ: 13 ܘܗܘ ܫܬܝܬܝܐ ܡܠܐܟܐ
ܝܒܒ. ܘܫܡܥܬ ܩܠܐ ܚܕ ܡܢ ܩܪ̈ܢܬܗ
ܕܡܕܒܚܐ ܕܕܗܒܐ ܗܘ ܕܩܕܡ
ܐܠܗܐ. 14 ܕܐܡܪ ܠܡܠܐܟܐ ܫܬܝܬܝܐ
ܗܘ ܕܐܝܬ ܠܗ ܫܝܦܘܪܐ. ܫܪܝ ܠܗܘܢ
ܐܪܒܥܐ ܡܠܐ̈ܟܐ. ܗܢܘܢ ܕܐܣܝܪܝܢ

סַעְרָא דְנֶשֵׁא וְשֶׁנֵא דִילְהוֹן אַיְךְ דַארְיָוָתָא
אִיתַיְהֵין־הַוַי. 9 וְאִית־הֲוָא לְהוֹן שֶׁרְיָנֵא אַיְךְ
שֶׁרְיָנֵא דְפַרְזְלָא וְקָלָא דְגֶפֵּא דִילְהוֹן
אַיְךְ קָלָא דְמַרְכְּבָתָא דְרַכְשָׁא סַגִיאֵא
דְרָהְטִין ל לַקְרָבָא. 10 וְאִית לְהוֹן
דוּנְבִיָתָא דְדָמְיָן לַעְקַרְבֵא וְעוּקְסֵא
וַבְדוּנְבִיָתָא דִילְהוֹן אִית לְהוֹן שׁוּלְטָנָא
לְמַהָרוּ לַבְנַיְנָשָׁא יַרְחֵא חַמְשָׁא. 11
וְאִית לְהוֹן מַלְכָּא עֲלַיְהוֹן לְמַלַאכָא
דַתְהוֹמָא דַשְׁמָא לֵה עֶבְרָאִית עַבְדוּ
בְיַוְנָיָא דֵין שְׁמָא אִית לֵה אַפּוּלָון. 12
הַו חַד וָיָא אֵזַל הָא אָתְיָן תּוּב תְּרֵין וָיָא
בָתַר הָלֵין. 13 וְהַו שְׁתִיתָיָא מַלַאכָא יַבֵב.
וְשֶׁמְעֵת קָלָא חַד מֶן קַרְנָתֵה דְמַדְבְּחָא
דְדַהְבָא הַו דַקְדָם אַלָהָא. 14 דָאמַר
לְמַלַאכָא שְׁתִיתָיָא הַו דְאִית לֵה שַׁיפּוּרָא.
שְׁרִי לְהָנוּן אַרְבְעָא מַלַאכֵא הָנוּן דַאסִירִין



τρίχας γυναικῶν, καὶ οἱ ὀδόντες αὐτῶν ὡς λεόντων ἦσαν. 9 Καὶ εἶχον θώρακας ὡς θώρακας σιδηρᾶς· καὶ ἡ φωνὴ τῶν πτερύγων αὐτῶν ὡς φωνὴ ἁρμάτων, ἵππων πολλῶν τρεχόντων εἰς πόλεμον. 10 Καὶ ἔχουσιν οὐρὰς ὁμοίας σκορπίοις, καὶ κέντρα ἦν ἐν ταῖς οὐραῖς αὐτῶν· καὶ ἡ ἐξουσία αὐτῶν ἀδικῆσαι τοὺς ἀνθρώπους μῆνας πέντε. 11 Καὶ ἔχουσιν ἐφ' αὐτῶν βασιλέα τὸν ἄγγελον τῆς ἀβύσσου· ὄνομα αὐτῷ Ἑβραϊστὶ Ἀβαδδών, καὶ ἐν τῇ Ἑλληνικῇ ὄνομα ἔχει Ἀπολλύων. 12 Ἡ οὐαὶ ἡ μία ἀπῆλθεν, ἰδοὺ ἔρχονται ἔτι δύο οὐαὶ μετὰ ταῦτα. 13 Καὶ ὁ ἕκτος ἄγγελος ἐσάλπισε, καὶ ἤκουσα φωνὴν μίαν ἐκ τῶν τεσσάρων κεράτων τοῦ θυσιαστηρίου τοῦ χρυσοῦ τοῦ ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ. 14 Λέγουσαν τῷ ἕκτῳ ἀγγέλῳ ὃς εἶχε τὴν σάλπιγγα· Λῦσον τοὺς τέσσαρας ἀγγέλους τοὺς δεδεμένους

capillum mulierum, & dentes earum ſicut leonum erant. 9 Et habebant loricas ſicut loricas ferreas; & ſonitus alarum earum, ſicut ſonitus curruum equorum multorum currentium ad prœlium. 10 Et habent caudas ſimiles ſcorpionum, & aculeos, & in caudis ſuis habent poteſtatem nocendi hominibus menſes quinque. 11 Et habent regem ſupra ſe, angelum abyſſi, cui nomen Hebraicè Abadu, in Græca *lingua* autem nomen eſt ipſi Apollon. 12 Illud unum væ abiit. ecce veniunt adhuc duo væ poſt hæc. 13 Et ille ſextus Angelus clanxit. & audivi vocem unam è cornibus altaris aurei quod coram Deo *eſt*. 14 Dicentem Angelo ſexto habenti tubam. ſolve illos quatuor Angelos qui vincti ſunt ad

עַל נַהְרָא רַבָּא פְּרַת ׃ 15 וְאִשְׁתְּרִיו
הָנוּן אַרְבְּעָא מַלַאכֵא הָלֵין דַמְטַיְּבִין
לְשָׁעְתָא וַלְיַוְמָא וַלְיַרְחָא ׀ וַלְשַׁנְתָא
אַיכַנָא דְנֶקְטְלוּן לְתוּלְתָא דַבְנַינָשָׁא ׃
16 וְמֶנְיָנָא דְפָלְחֵא דְפַרְשׁוּתָא תַרְתֵין
רֵבוּ רֵבָון שֶׁמְעֵת מֶנְיָנָא דִילְהוּן ׃ 17 וְכַד
חְזִית לְהָלֵין רַכְשָׁא בְּחֶזְוָא וַלְהָנוּן
דְיָתְבִין עַלֵיהוּן דְאִית שֶׁרְיָנֵא נוּרָנָיֵא ׀
וְיוּקְנְתָיֵא וְכַבְּרִיתָיֵא ׃ וְרִשַׁיְהוּן דְרַכְשָׁא
אַיךְ רִישֵׁא דַאַרְיָוָתָא ׃ וְמֶן פּוּמֵא דִילְהוּן
נָפְקָא נוּרָא וַתְנָנָא וְכֶבְּרִיתָא ׃ 18 וְמֶן
תְלָת מַחְוָתָא אֶתְקְטֶלוּ תוּלְתָא דַבְנַינָשָׁא
מֶן נוּרָא וְמֶן תְנָנָא וְמֶן כֶבְּרִיתָא הָלֵין
דְנָפְקִין מֶן פוּמָא דִילְהוּן ׃ 19 הוּ גֵיר
שׁוּלְטָנְהוּן דְרַכְשָׁא בְּפוּמָא דִילְהוּן
אִיתַוהי ׀ וַבְדוּנְבְיָתְהוּן אִיתַוהי הָנֵין
גֵיר דוּנְבְיָתָא דִילְהוּן דָמְיָן † ל

ܥܠ ܢܗܪܐ ܪܒܐ ܦܪܬ. 15 ܘܐܫܬܪܝܘ ܐܪܒܥܬܗܘܢ
ܡܠܐܟܐ ܗܠܝܢ. ܗܢܘܢ ܕܡܛܝܒܝܢ
ܗܘܘ ܠܫܥܬܐ ܘܠܝܘܡܐ ܘܠܝܪܚܐ ܘܠܫܢܬܐ.
ܐܝܟܢܐ ܕܢܩܛܠܘܢ ܠܬܘܠܬܐ ܕܒܢܝܢܫܐ.
16 ܘܡܢܝܢܐ ܕܦܠܚܐ ܕܦܪܫܘܬܐ. ܬܪܬܝܢ ܪܒܘ
ܪܒܘܢ ܫܡܥܬ ܡܢܝܢܐ ܕܝܠܗܘܢ.
17 ܘܟܕ ܚܙܝܬ ܠܗܠܝܢ ܪܟܫܐ ܒܚܙܘܐ.
ܘܠܗܢܘܢ ܕܝܬܒܝܢ ܥܠܝܗܘܢ ܕܐܝܬ ܫܪܝܢܐ
ܢܘܪܢܝܐ ܘܝܘܩܢܬܢܝܐ. ܘܟܒܪܝܬܢܝܐ.
ܘܪܫܝܗܘܢ ܕܪܟܫܐ ܐܝܟ ܪܫܐ ܕܐܪܝܘܬܐ
ܘܡܢ ܦܘܡܐ ܕܝܠܗܘܢ ܢܦܩܐ ܢܘܪܐ
ܘܬܢܢܐ ܘܟܒܪܝܬܐ. 18 ܘܡܢ ܬܠܬ ܡܚܘܬܐ:
ܐܬܩܛܠܘ ܬܘܠܬܐ ܕܒܢܝܢܫܐ: ܡܢ
ܢܘܪܐ ܘܡܢ ܬܢܢܐ ܘܡܢ ܟܒܪܝܬܐ: ܗܠܝܢ
ܕܢܦܩܝܢ ܡܢ ܦܘܡܐ ܕܝܠܗܘܢ. 19 ܗܘ ܓܝܪ
ܫܘܠܛܢܗܘܢ ܕܪܟܫܐ ܒܦܘܡܐ ܕܝܠܗܘܢ
ܐܝܬܘܗܝ: ܘܒܕܘܢܒܝܬܗܘܢ ܐܝܬܘܗܝ.
ܗܢܝܢ ܓܝܪ ܕܘܢܒܝܬܐ ܕܝܠܗܘܢ. ܕܡܝܢ

ad fluvium magnum Euphratem. 15 Et ſoluti ſunt illi quatuor Angeli, qui parati ſunt ad horam, & ad diem, & ad menſem, & ad annum, ut occidant tertiam partem hominum. 16 Et numerus militum equitatus, duo myriades myriadum: audivi numerum eorum. 17 Et quum vidi illos equos in viſione, & eos qui ſedebant ſuper ipſos, *vidi* quod eſſent loricæ igneæ, & hyacinthinæ, & ſulphureæ. & capita equorum ſicut capita leonum, & ex oribus eorum, exit ignis & fumus & ſulphur. 18 Et à tribus plagis occiſi ſunt tertia pars hominum, ab igne, & a fumo, & à ſulphure, quæ exeunt ex oribus eorum. 9 Illa enim poteſtas equorum in ore eorum eſt, & in caudis eorum eſt. illæ enim caudæ eorum ſimiles ſunt

ἐπὶ τῷ ποταμῷ τῷ μεγάλῳ Εὐφράτῃ. 15 Καὶ ἐλύθησαν οἱ τέσσαρες ἄγγελοι οἱ ἡτοιμασμένοι εἰς τὴν ὥραν καὶ ἡμέραν καὶ μῆνα καὶ ἐνιαυτὸν, ἵνα ἀποκτείνωσι τὸ τρίτον τῶν ἀνθρώπων. 16 Καὶ ὁ ἀριθμὸς στρατευμάτων τοῦ ἱππικοῦ, δύο μυριάδες μυριάδων· καὶ ἤκουσα τὸν ἀριθμὸν αὐτῶν. 17 Καὶ οὕτως εἶδον τοὺς ἵππους ἐν τῇ ὁράσει, καὶ τοὺς καθημένους ἐπ᾽ αὐτῶν, ἔχοντας θώρακας πυρίνους καὶ ὑακινθίνους καὶ θειώδεις· καὶ αἱ κεφαλαὶ τῶν ἵππων ὡς κεφαλαὶ λεόντων, καὶ ἐκ τῶν στομάτων αὐτῶν ἐκπορεύεται πῦρ καὶ καπνὸς καὶ θεῖον. 18 Ὑπὸ τῶν τριῶν τούτων ἀπεκτάνθησαν τὸ τρίτον τῶν ἀνθρώπων, ἐκ τοῦ πυρὸς καὶ ἐκ τοῦ καπνοῦ καὶ ἐκ τοῦ θείου τοῦ ἐκπορευομένου ἐκ τῶν στομάτων αὐτῶν. 19 Αἱ γὰρ ἐξουσίαι αὐτῶν ἐν τῷ στόματι αὐτῶν εἰσιν· αἱ γὰρ οὐραὶ αὐτῶν ὅμοιαι ὄφεσιν,

† ܠܚܘܘܬܐ. ܕܐܝܬ ܠܗܘܢ ܪܫܐ: ܘܒܗܘܢ
ܡܟܝܢ. 20 ܘܫܪܟܐ ܕܒܢܝ̈ܢܫܐ ܗܢܘܢ ܕܠܐ
ܐܬܩܛܠܘ ܒܡܚܘ̈ܬܐ ܗܠܝܢ. ܘܠܐ ܬܒܘ ܡܢ
ܥܒ̈ܕܐ ܕܐܝ̈ܕܝܐ ܕܝܠܗܘܢ. ܐܝܟܢܐ ܕܠܐ
ܢܣܓܕܘܢ ܠܕܝܘ̈ܐ: ܘܠܦܬܟܪ̈ܐ ܕܕܗܒܐ
ܘܕܣܐܡܐ ܘܕܢܚܫܐ ܘܕܟܐܦܐ
ܘܕܩܝܣܐ. ܗܠܝܢ ܕܠܐ ܠܡܚܙܐ
ܡܨܝܢ ܘܠܐ ܠܡܫܡܥ. 21 ܘܠܐ ܬܒܘ
ܡܢ ܩܛܠܐ ܕܝܠܗܘܢ. ܘܠܐ ܡܢ ܚܪ̈ܫܝܗܘܢ:
ܘܠܐ ܡܢ ܙܢܝܘܬܗܘܢ: ܘܠܐ ܡܢ ܓܢܒܘܬܐ
ܕܝܠܗܘܢ :.

ܩܦܠܐܘܢ ܝ.

1 ܘܚܙܝܬ ܐܚܪܢܐ ܡܠܐܟܐ ܚܝܠܬܢܐ ܕܢܚܬ
ܡܢ ܫܡܝܐ: ܕܡܥܛܦ ܥܢܢܐ. ܘܩܫܬܐ ܕܥܢܢܐ
ܥܠ ܪܝܫܐ ܕܝܠܗ: ܘܦܪܨܘܦܐ ܕܝܠܗ ܐܝܟ ܫܡܫܐ
ܘܪ̈ܓܠܐ ܕܝܠܗ ܐܝܟ ܥܡܘܕܐ ܕܢܘܪܐ. 2
ܘܐܝܬ ܠܗ ܒܐܝܕܗ ܟܬܒܘܢܐ ܦܬܝܚܐ. ܘܣܡ
ܪܓܠܗ ܕܝܡܝܢܐ ܥܠ ܝܡܐ. ܗܝ ܕܝܢ ܕܣܡܠܐ ܥܠ

‡ לחוותא דאית להון רישא ובהון מכין.
20 ושרכא דבנינשא הנון דלא אתקטלו
במחותא הלין ולא תבו מן עבדא דאידיא
דילהון איכנא דלא נסגדון לדיוא
ולפתכרא דדהבא ולדסאמא ולדנחשא
ולדכאפא ולדקיסא הלין ולא למחזא
מצין ולא למשמע. 21 ולא תבו מן
קטלא דילהון ולא מן חרשיהון ולא
מן זניותהון ולא מן גונבא דילהון:

קפלאון י

1 והזית אחרנא מלאכא חילתנא דנחת
מן שמיא דמעטף עננא וקשתא דעננא
על רישא דילה ופרצופא דילה איך שמשא
ורגלא דילה איך עמודא דנורא. 2
ואית לה באידא כתבונא פתיחא וסם
רגלה דימינא על ימא הי דין דסמלא על

ὄφεσιν, ἔχουσαι κεφαλάς· καὶ ἐν αὐταῖς ἀδικοῦσι.
20 Καὶ οἱ λοιποὶ τῶν ἀνθρώπων οἳ οὐκ ἀπεκτάνθησαν
ἐν ταῖς πληγαῖς ταύταις, οὔτε μετενόησαν ἐκ τῶν ἔργων
τῶν χειρῶν αὐτῶν, ἵνα μὴ προσκυνήσωσι τὰ δαιμόνια, καὶ
εἴδωλα τὰ χρυσᾶ καὶ τὰ ἀργυρᾶ καὶ τὰ χαλκᾶ καὶ τὰ λίθινα
καὶ τὰ ξύλινα, ἃ οὔτε βλέπειν δύναται, οὔτε ἀκούειν, οὔτε περι-
πατεῖν· 21 Καὶ οὐ μετενόησαν ἐκ τῶν φόνων αὐτῶν,
οὔτε ἐκ τῶν φαρμακειῶν αὐτῶν, οὔτε ἐκ τῆς πορνείας αὐ-
τῶν, οὔτε ἐκ τῶν κλεμμάτων αὐτῶν.

ΚΕΦ. Ι'.

1 Καὶ εἶδον ἄλλον ἄγγελον ἰσχυρὸν καταβαίνοντα ἐκ
τοῦ οὐρανοῦ, περιβεβλημένον νεφέλην· καὶ ἶρις ἐπὶ τῆς
κεφαλῆς καὶ τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ὡς ὁ ἥλιος, καὶ οἱ
πόδες αὐτοῦ ὡς στῦλοι πυρός. 2 Καὶ εἶχεν ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ
βιβλαρίδιον ἀνεῳγμένον· καὶ ἔθηκε τὸν πόδα αὐτοῦ τὸν
δεξιὸν ἐπὶ τὴν θάλασσαν, τὸν δὲ εὐώνυμον ἐπὶ

ſerpentibus, habentibus capita per quæ nocent.
20 Et reliqui homines qui non occiſi fuerunt pla-
gis illis, etiam non converſi ſunt ab operibus
manuum ſuarum, ut non adorarent dæmones,
& idola aurea, & argentea, & ærea, & lapidea,
& lignea, quæ neque videre poſſunt neque au-
dire. 21 Et non converſi ſunt ab homicidiis ſuis,
neque ab incantationibus ſuis, neque à ſcorta-
tione ſua, neque à furtis ſuis.

CAPUT X.

1 Et vidi alium Angelum fortem deſcen-
dentem è cœlo, amictum nube, & arcus
nubis ſuper caput ejus, & facies ejus ſicut ſol,
& pedes ejus ſicut columna ignis. 2 Et habet
in manu libellum apertum, & poſuit pedem
ſuum dextrum ſuper mare, ſiniſtrum autem ſuper
ter-

ארעא. 3 וקעא בקלא רבא איכנא דנהם אריא וכד קעא מללו הלין שבעא רעמא קלא דילהון: 4 וכד מללו הלין שבעא רעמא עתיד הוית למכתב ושמעת קלא מן שמיא דאמר חתום הלין דמללו הנון שבעא רעמא ולהלין לא תכתוב. 5 והו מלאכא דחזית כד קאם על ימא ועל ארעא ארים אידה דימינא לשמיא. 6 וימא בהו דחי לעלמא דעלמא הו דברא לשמיא ולהלין † דבה ולארעא ולהלין [דבה] ולימא † ולהלין דבה † דזבנא לא תוב נהוא. 7 אלא ביומתא דקלה דמלאכא שביעיא אמתי דעתיד למיבבו ואשתלם ראזה דאלהא איך דסבר לעבדא דילה להנון נביא. 8 וקלא הו דשמעת מן שמיא תוב דממלל עמי ואמר זל

terram. 3 Et clamavit voce magna ſicut mugit leo, & quum clamaſſet, locuta ſunt illa ſeptem tonitrua voces ſuas. 4 Et quum locuta eſſent illa ſeptem tonitrua, ſcripturus fuiſſem. & audivi vocem è cœlo, dicentem; obſigna hæc quæ locuta ſunt illa ſeptem tonitrua, & ea ne ſcribe. 5 Et ille Angelus quem vidi ſtantem ſuper mare & ſuper terram, exaltavit manum ſuam dextram in cœlum. 6 Et juravit per eum qui vivit in ſecula ſeculorum, qui creavit cœlum & ea quæ in eo *ſunt*, & terram, & ea *quæ in ea ſunt*, & mare *&* ea quæ in eo *ſunt*, quod tempus non amplius futurum eſſet: 7 Niſi in diebus vocis Angeli ſeptimi, quando futurum eſt ut clangat, & *quod* conſummatum eſſet myſterium Dei, ſicut evangelizavit ſervis ſuis illis Prophetis. 8 Et vox quam audivi è cœlo *hæc erat*, rurſus loquens mecum, & dicens, Abi,

τὴν γῆν. 3 Καὶ ἔκραξε φωνῇ μεγάλῃ ὥσπερ λέων μυκᾶται· καὶ ὅτε ἔκραξεν, ἐλάλησαν αἱ ἑπτὰ βρονταὶ τὰς ἑαυτῶν φωνάς. 4 Καὶ ὅτε ἐλάλησαν αἱ ἑπτὰ βρονταὶ τὰς φωνὰς ἑαυτῶν, ἔμελλον γράφειν· καὶ ἤκουσα φωνὴν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ λέγουσάν μοι· Σφράγισον ἃ ἐλάλησαν αἱ ἑπτὰ βρονταὶ, καὶ μὴ ταῦτα γράψῃς. 5 Καὶ ὁ ἄγγελος ὃν εἶδον ἑστῶτα ἐπὶ τῆς θαλάσσης καὶ ἐπὶ τῆς γῆς, ἦρε τὴν χεῖρα αὐτοῦ εἰς τὸν οὐρανὸν, 6 Καὶ ὤμοσεν ἐν τῷ ζῶντι εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ὃς ἔκτισε τὸν οὐρανὸν καὶ τὰ ἐν αὐτῷ, καὶ τὴν γῆν καὶ τὰ ἐν αὐτῇ, καὶ τὴν θάλασσαν καὶ τὰ ἐν αὐτῇ, ὅτι χρόνος οὐκ ἔσται ἔτι. 7 Ἀλλ᾽ ἐν ταῖς ἡμέραις τῆς φωνῆς τοῦ ἑβδόμου ἀγγέλου, ὅταν μέλλῃ σαλπίζειν, καὶ τελεσθῇ τὸ μυστήριον τοῦ Θεοῦ, ὡς εὐηγγέλισε τοῖς ἑαυτοῦ δούλοις τοῖς προφήταις. 8 Καὶ ἡ φωνὴ ἣν ἤκουσα ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, πάλιν λαλοῦσα μετ᾽ ἐμοῦ, καὶ λέγουσα· Ὕπαγε, λάβε

ܣܒ ܠܟܬܒܘܢܐ ܗܘ ܕܦܬܝܚ ܒܐܝܕܗ
ܕܡܠܐܟܐ ܗܘ ܕܩܐܡ ܥܠ ܝܡܐ ܘܥܠ ܐܪܥܐ.
9 ܘܐܙܠܬ ܠܘܬ ܡܠܐܟܐ. ܟܕ ܐܡܪ ܐܢܐ ܠܗ
ܠܡܬܠ ܠܝ ܠܟܬܒܘܢܐ. ܘܐܡܪ ܠܝ ܣܒ
ܘܐܟܘܠܝܗܝ. ܘܢܡܪ ܠܟ ܟܪܣܟ. ܐܠܐ
ܒܦܘܡܐ ܕܝܠܟ ܢܗܘܐ ܚܠܐ ܐܝܟ ܕܒܫܐ.
10 ܘܢܣܒܬ ܠܟܬܒܘܢܐ ܡܢ ܐܝܕܗ
ܕܡܠܐܟܐ ܘܐܟܠܬܗ ܘܐܝܬܘܗܝ ܗܘܐ
ܒܦܘܡܝ ܕܝܠܝ: ܐܝܟ ܕܒܫܐ ܚܠܝܐ. ܘܟܕ
ܐܟܠܬܗ ܡܪܬ ܟܪܣܐ ܕܝܠܝ. 11 ܘܐܡܪ
ܠܝ. ܙܕܩ ܠܟ ܬܘܒ ܠܡܬܢܒܝܘ
ܥܠ ܥܡܡܐ ܘܥܠ ܐܡܘܬܐ ܘܥܠ ܠܫܢܐ
ܘܡܠܟܐ ܣܓܝܐܐ ܀

ܩܦܠܐܘܢ ܝܐ:

1 ܘܐܬܝܗܒ ܠܝ ܩܢܝܐ ܕܕܡܐ ܠܚܘܛܪܐ
ܘܩܐܡ ܗܘܐ ܡܠܐܟܐ. ܟܕ ܐܡܪ. ܩܘܡ ܘܡܫܘܚ
ܠܗܝܟܠܐ ܕܐܠܗܐ ܘܠܡܕܒܚܐ ܘܠܐܝܠܝܢ
ܕܣܓܕܝܢ ܒܗ. 2 ܘܠܕܪܬܐ ܕܠܒܪ ܡܢ ܗܝܟܠܐ ܐܦܩ

סב לכתבונא הו דפתיח באידה ד
דמלאכא הו דקאם על ימא ועל ארעא.
9 ואזלת לות מלאכא כד אמר אנא לה
למתל לי לכתבונא ואמר לי סב ואכוליהי
ונמר לך כרסך אלא בפומא דילך נהוא
חליא איך דבשא. 10 ונסבת לכתבונא
מן אידה דמלאכא ואכלתה ואיתוהי
הוא בפומא דילי איך דבשא חליא וכד
אכלתה מרת כרסא דילי. 11 ואמר לי
זדק לך תוב ולמתנביו על עממא ועל
אמותא ורישנא ומלכא ס סגיאא :

קפלאון יא

1 ואתיהב לי קניא דדמא לחוטרא ו וקאם-
הוא מלאכא כד אמר קום ומשוח להיכלא
דאלהא ולמדבחא ולהלין ד דסגדין
בה. 2 ולדרתא דלבר מן היכלא אפק

λάβε τὸ βιβλαρίδιον τὸ ἠνεῳγμένον ἐν τῇ χειρὶ ἀγγέλου τοῦ ἑστῶτος ἐπὶ τῆς θαλάσσης καὶ ἐπὶ τῆς γῆς. 9 Καὶ ἀπῆλθον πρὸς τὸν ἄγγελον, λέγων αὐτῷ· Δός μοι τὸ βιβλαρίδιον. Καὶ λέγει μοι· Λάβε καὶ κατάφαγε αὐτό. καὶ πικρανεῖ σου τὴν κοιλίαν, ἀλλ᾽ ἐν τῷ στόματί σου ἔσται γλυκὺ ὡς μέλι. 10 Καὶ ἔλαβον τὸ βιβλαρίδιον ἐκ τῆς χειρὸς τοῦ ἀγγέλου, καὶ κατέφαγον αὐτό· καὶ ἦν ἐν τῷ στόματί μου ὡς μέλι, γλυκύ. καὶ ὅτε ἔφαγον αὐτό, ἐπικράνθη ἡ κοιλία μου. 11 Καὶ λέγει μοι· Δεῖ σε πάλιν προφητεῦσαι ἐπὶ λαοῖς καὶ ἔθνεσι καὶ γλώσσαις καὶ βασιλεῦσι πολλοῖς.

ΚΕΦ. ΙΑ΄.

1 Καὶ ἐδόθη μοι κάλαμος ὅμοιος ῥάβδῳ. καὶ ὁ ἄγγελος εἱστήκει, λέγων· Ἔγειραι, καὶ μέτρησον τὸν ναὸν τοῦ Θεοῦ, καὶ τὸ θυσιαστήριον, καὶ τοὺς προσκυνοῦντας ἐν αὐτῷ. 2 Καὶ τὴν αὐλὴν τὴν ἔξωθεν τοῦ ναοῦ ἔκβαλε

accipe libellum illum apertum in manu Angeli illius qui stat super mare, & super terram. 9 Et ivi ad Angelum, dicens ipsi, ut daret mihi libellum. & dixit mihi, accipe, & ede eum, & amarum reddet tibi ventrem tuum, sed in ore tuo erit dulcis sicut mel. 10 Et accepi libellum è manu Angeli, & edi eum, & erat in ore meo sicut mel dulcis, & quum edissem eum, amarus fuit venter meus. 11 Et dixit mihi: oportet te adhuc etiam prophetare apud populos, & apud nationes & principes, & reges multos.

CAPUT XI.

1 Et datus est mihi calamus similis virgæ, & stabat Angelus, dicens, surge, & metire templum Dei, & altare, & eos qui adorant in eo. 2 Et atrium quod extra templum *est*, ejice

מִן לְבַר וְלָא תֶמְשְׁחִיהּ מֶטֻל דְאֶתְיְהֶבַת
ל לְעַמְמֵא וְלַמְדִינְתָּא קַדִישְׁתָּא נְדוּשׁוּן
יַרְחֵא אַרְבְּעִין וַתְּרֵין ׃ 3 וְאֶתֵּל לַתְרֵין
סָהֲדֵא דִילִי וְנֶתְנַבּוּן יַוְמֵא אַלְפָא
וּמָאתֵין וְשֶׁתִּין כַּד מֶתְעַטְּפִין סַקֵא ׃ 4
הָנוּן אִיתַיהוּן תְּרֵין זַיְתֵא וְתַרְתֵּין מְנָרָתָא
הָלֵין דַקְדָם מָרָהּ דַארְעָא קָימִין ׃ 5
וְאֶן-אְנָשׁ לְהוּן צָבֵא לְמַחָיוּ נוּרָא
נָפְקָא מֶן פּוּמָא דִילְהוּן וָאכְלָא לַבְעֶלְדְבָבָא
דִילְהוּן וְאֶן-אְנָשׁ לְהוּן צָבֵא לְמַחָיוּ
הָכַנָא זָדֶק לֵהּ לְמֶתְקְטָלוּ ׃ 6 הָנוּן
אִית לְהוּן שׁוּלְטָנָא דְנֶאחְדוּן לַשְׁמַיָא
אַיכַנָא דְלָא מֶטְרָא נְמַטַר בְּיַוְמָתָא הָנוּן
וְשׁוּלְטָנָא אִית לְהוּן עַל מַיָא דַנְהַפְכוּן
אֶנוּן לַדְמָא וְלַמְמְחָא לַארְעָא בְּכֻל
מְחוּתָא כְּמָא זַבְנִין דֶאן נֶצְבּוּן ׃ 7 וְאֶמַתַי
דַנְשַׁלְמוּן סָהֲדוּתָא דִילְהוּן וְחַיוּת

ܡܢ ܠܒܪ ܘܠܐ ܬܡܫܚܝܗ̇ ܡܛܠ ܕܐܬܝܗܒܬ
ܠܥܡܡܐ ܘܠܡܕܝܢܬܐ ܩܕܝܫܬܐ ܢܕܘܫܘܢ
ܝܪܚܐ ܐܪܒܥܝܢ ܘܬܪܝܢ. 3 ܘܐܬܠ ܠܬܪܝܢ
ܣܗܕܐ ܕܝܠܝ ܘܢܬܢܒܘܢ ܝܘܡܐ ܐܠܦܐ
ܘܡܐܬܝܢ ܘܫܬܝܢ ܟܕ ܡܬܥܛܦܝܢ ܣܩܐ. 4
ܗܢܘܢ ܐܝܬܝܗܘܢ ܬܪܝܢ ܙܝܬܐ ܘܬܪܬܝܢ ܡܢܪܬܐ
ܗܠܝܢ ܕܩܕܡ ܡܪܗ̇ ܕܐܪܥܐ ܩܝܡܝܢ. 5
ܘܐܢ ܐܢܫ ܠܗܘܢ ܨܒܐ ܠܡܚܝܘ ܢܘܪܐ
ܢܦܩܐ ܡܢ ܦܘܡܐ ܕܝܠܗܘܢ ܘܐܟܠܐ ܠܒܥܠܕܒܒܐ
ܕܝܠܗܘܢ: ܘܐܢ ܐܢܫ ܠܗܘܢ ܨܒܐ ܠܡܚܝܘ
ܗܟܢܐ ܙܕܩ ܠܗ̇ ܠܡܬܩܛܠܘ. 6 ܗܢܘܢ
ܐܝܬ ܠܗܘܢ ܫܘܠܛܢܐ ܕܢܐܚܕܘܢ ܠܫܡܝܐ
ܐܝܟܢܐ ܕܠܐ ܡܛܪܐ ܢܡܛܪ ܒܝܘܡܬܐ ܗܢܘܢ
ܘܫܘܠܛܢܐ ܐܝܬ ܠܗܘܢ ܥܠ ܡܝܐ ܕܢܗܦܟܘܢ
ܐܢܘܢ ܠܕܡܐ ܘܠܡܡܚܐ ܠܐܪܥܐ ܒܟܠ
ܡܚܘܬܐ ܟܡܐ ܙܒܢܝܢ ܕܐܢ ܢܨܒܘܢ. 7 ܘܐܡܬܝ
ܕܢܫܠܡܘܢ ܣܗܕܘܬܐ ܕܝܠܗܘܢ: ܘܚܝܘܬ

foras, & metire illud: quia datum eſt gentibus, & civitatem ſanctam conculcabunt menſes quadraginta & duos. 3 Et dabo duos teſtes meos, & prophetabunt dies mille & ducentos & ſexaginta, amicti ſaccis. 4 Hi ſunt duæ oleæ, & duo candelabra illa quæ ante dominum terræ ſtant. 5 Et ſi quis eos velit lædere, ignis exit ex ore eorum, & devorat inimicum eorum: & ſi quis eos velit lædere, ſic oportet eum occidi. 6 Hi habent poteſtatem, ut claudant cœlum, ut pluvia non pluat in diebus illis, & poteſtatem habent ſuper aquas, ut vertant eas in ſanguinem, & ut percutiant terram omni plagâ, quotcunque vicibus voluerint. 7 Et quando abſolverint teſtimonium ſuum, tum animal

ἔξω, καὶ μὴ αὐτὴν μετρήσῃς, ὅτι ἐδόθη τοῖς ἔθνεσι. καὶ τὴν πόλιν τὴν ἁγίαν πατήσουσι μῆνας τεσσαράκοντα δύο. 3 Καὶ δώσω τοῖς δυσὶ μάρτυσί μου, καὶ προφητεύσουσιν ἡμέρας χιλίας διακοσίας ἑξήκοντα, περιβεβλημένοι σάκκους. 4 Οὗτοί εἰσιν αἱ δύο ἐλαῖαι, καὶ δύο λυχνίαι αἱ ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ τῆς γῆς ἑστῶσαι. 5 Καὶ εἴ τις αὐτοὺς θέλῃ ἀδικῆσαι, πῦρ ἐκπορεύεται ἐκ τοῦ στόματος αὐτῶν, καὶ κατεσθίει τοὺς ἐχθροὺς αὐτῶν· καὶ εἴ τις αὐτοὺς θέλῃ ἀδικῆσαι, οὕτω δεῖ αὐτὸν ἀποκτανθῆναι. 6 Οὗτοι ἔχουσιν ἐξουσίαν κλεῖσαι τὸν οὐρανὸν, ἵνα μὴ βρέχῃ. ὑετὸς ἐν ἡμέραις αὐτῶν τῆς προφητείας· καὶ ἐξουσίαν ἔχουσιν ἐπὶ τῶν ὑδάτων, στρέφειν αὐτὰ εἰς αἷμα, καὶ πατάξαι τὴν γῆν πάσῃ πληγῇ, ὁσάκις ἐὰν θελήσωσι. 7 Καὶ ὅταν τελέσωσι τὴν μαρτυρίαν αὐτῶν, τὸ θηρίον

ܫܢܐ ܗܝ ܕܣܠܩܐ ܡܢ ܬܗܘܡܐ. ܬܥܒܕ
ܥܡܗܘܢ ܩܪܒܐ: ܘܬܙܟܐ ܐܢܘܢ. 8 ܘܫܠܕܐ
ܕܝܠܗܘܢ ܥܠ ܫܘܩܐ ܦܬܝܐ ܕܡܕܝܢܬܐ ܗܝ
ܪܒܬܐ: ܗܝ ܐܝܕܐ ܕܡܬܩܪܝܐ ܪܘܚܢܐܝܬ ܣܕܘܡ
ܘܡܨܪܝܢ. ܐܝܟܐ ܕܐܦ ܡܪܝܐ ܕܝܠܗܘܢ
ܐܙܕܩܦ. 9 ܘܚܙܝܢ ܡܢ ܥܡܡܐ ܘܫܪܒܬܐ
ܘܐܡܘܬܐ ܘܠܫܢܐ ܠܫܠܕܐ ܕܝܠܗܘܢ. ܝܘܡܬܐ
ܬܠܬܐ ܘܦܠܓܗ. ܘܠܫܠܕܐ
ܕܝܠܗܘܢ ܠܐ ܢܫܒܩܘܢ ܠܡܬܬܣܡܘ
ܒܩܒܪܐ. 10 ܘܗܢܘܢ ܕܥܡܪܝܢ ܥܠ ܐܪܥܐ.
ܢܚܕܘܢ ܥܠܝܗܘܢ. ܘܢܒܣܡܘܢ: ܘܡܘܗܒܬܐ
ܢܫܕܪܘܢ ܠܚܕܕܐ. ܡܛܠ ܕܗܢܘܢ ܬܪܝܢ
ܢܒܝܐ. ܫܢܩܘ ܠܗܠܝܢ ܕܥܡܪܝܢ ܥܠ
ܐܪܥܐ. 11 ܘܒܬܪ ܗܠܝܢ ܬܠܬܐ ܝܘܡܐ
ܘܦܠܓܗ: ܪܘܚܐ ܕܚܝܐ ܡܢ ܐܠܗܐ ܥܠܬ
ܒܗܘܢ: ܘܩܡܘ ܥܠ ܪ̈ܓܠܐ ܕܝܠܗܘܢ.
ܘܕܚܠܬܐ ܪܒܬܐ ܢܦܠܬ ܥܠ ܗܠܝܢ
ܕܚܙܝܢ ܠܗܘܢ. 12]

שנא הי דסלקא מן תהומא תעבד
עמהון קרבא ותזכא אנון . 8 ושלדא
דילהון על שוקא פתיא דמדינתא
הי רבתא הי אידא דמתקריא
רוחנאית סדום ומצרין איכא דאף
מריא דילהון אצטלב . 9 וחזין מן
עממא ושרבתא ואמותא ולשנא לשלדא
דילהון יומתא תלתא ופלגה ולשלדא
דילהון לא נשבקון למתתסמו בקברא . 10
והנון דעמרין על ארעא נחדון עליהון
ונבסמון ומוהבתא נשדרון לחדדא
מטל דהנון תרין נביא שנקי להלין
דעמרין על ארעא : 11 ובתר הלין
תלתא יומא ופלגה רוחא דחיא מן
אלהא עלת בהון וקמו על רגלא דילהון
ודחלתא רבתא נפלת על הלין דחזין
להון : 12 [ושמעו לקלא רבא מן

ϑίον τὸ ἀναβαῖνον ἐκ τῆς ἀβύσσου ποιήσει πόλεμον μετ' αὐτῶν, καὶ νικήσει αὐτοὺς, καὶ ἀποκτενεῖ αὐτούς. 8 Καὶ τὰ πτώματα αὐτῶν ἐπὶ τῆς πλατείας πόλεως τῆς μεγάλης, ἥτις καλεῖται πνευματικῶς Σόδομα καὶ Αἴγυπτος, ὅπου καὶ ὁ Κύριος ἡμῶν ἐσαυρώθη. 9 Καὶ βλέψουσιν ἐκ τῶν λαῶν καὶ φυλῶν καὶ γλωσσῶν καὶ ἐθνῶν τὰ πτώματα αὐτῶν ἡμέρας τρεῖς καὶ ἥμισυ, καὶ τὰ πτώματα αὐτῶν οὐκ ἀφήσουσι τεθῆναι εἰς μνήματα. 10 Καὶ οἱ κατοικοῦντες ἐπὶ τῆς γῆς χαροῦσιν ἐπ' αὐτοῖς, καὶ εὐφρανθήσονται· καὶ δῶρα πέμψουσιν ἀλλήλοις, ὅτι οὗτοι οἱ δύο προφῆται ἐβασάνισαν τοὺς κατοικοῦντας ἐπὶ τῆς γῆς. 11 Καὶ μετὰ τὰς τρεῖς ἡμέρας καὶ ἥμισυ, πνεῦμα ζωῆς ἐκ τοῦ Θεοῦ εἰσῆλθεν ἐπ' αὐτούς. καὶ ἔστησαν ἐπὶ τοὺς πόδας αὐτῶν, καὶ φόβος μέγας ἔπεσεν ἐπὶ τοὺς θεωροῦντας αὐτούς· 12 Καὶ ἤκουσαν φωνὴν μεγάλην ἐκ

dentis quod aſcendit ex abyſſo, faciet cum illis prœlium, & vincet eos. 8 Et cadavera eorum *erunt* ſuper vicum latum urbis illius magnæ, illius quæ vocatur ſpiritualiter Sodum & Ægyptus, ubi etiam dominus illorum crucifixus eſt. 9 Et videbunt ex populis, & tribubus, & nationibus, & linguis cadavera eorum per dies tres & dimidium ejus, & cadavera eorum non ſinent poni in ſepulchrum. 10 Et qui habitant ſuper terram gaudebunt ſuper illis, & hilares erunt, & dona mittent alii aliis, propterea quod illi duo prophetæ cruciarunt eos qui habitant ſuper terram. 11 Et poſt hos tres dies & dimidium ejus, ſpiritus vitæ à Deo intravit in eos, & ſteterunt ſuper pedes ſuos, & timor magnus cecidit ſuper illos qui videbant eos. 12 [*Et audiverunt vocem magnam è*

שמיא דאמר להון] סקו להרכא
וסלקי לשמיא בעננא וחזו אנון
בעלדבבא ד דילהון: 13 ובהי שעתא
הוא זועא רבא וחד מן עסרא ד
דמדינתא נפל ו ואתקטלי בזועא
שמהא דבנינשא אלפיא שבעא. והנון
דשרכא דחילא הוו ויהבו תשבוחתא
לאלהא. 14 הו ויא תרינא אזל הא הו
ויא תליתיא אתא עגל: 15 והו
מלאכא שביעיא יבב והוו קלא
ורעמא דאמרין הות מלכותא דעלמא
דמריא דילן ודמשיחא דילה ונמלך
לעלמא דעלמא: 16 והנון עסרין
וארבעא ק קשישא הלין דקדם תרונים
דאלהא הנון דיתבין על כורסותא דילהון
נפלו על פרצופא דילהון ו וסגדו לאלהא.
17 כד אמרין מודינן לך מריא אלהא

] ܣܩܘ ܠܗܪܟܐ.
ܘܣܠܩܘ ܠܫܡܝܐ ܒܥܢܢܐ: ܘܚܙܘ ܐܢܘܢ
ܒܥܠܕܒܒܐ ܕܝܠܗܘܢ. 13 ܘܒܗܝ ܫܥܬܐ
ܗܘܐ ܙܘܥܐ ܪܒܐ. ܘܚܕ ܡܢ ܥܣܪܐ ܕܡܕܝܢܬܐ
ܢܦܠ ܘܐܬܩܛܠܘ ܒܙܘܥܐ ܫܡܗܐ
ܕܒܢܝܢܫܐ ܐܠܦܝܐ ܫܒܥܐ. ܘܗܢܘܢ
ܕܫܪܟܐ ܕܚܝܠܐ ܗܘܘ: ܘܝܗܒܘ ܬܫܒܘܚܬܐ
ܠܐܠܗܐ. 14 ܗܘ ܘܝܐ ܬܪܝܢܐ ܐܙܠ. ܗܐ ܗܘ
ܘܝܐ ܬܠܝܬܝܐ ܐܬܐ ܥܓܠ.
15 ܘܗܘ ܡܠܐܟܐ ܫܒܝܥܝܐ ܝܒܒ: ܘܗܘܘ
ܩܠܐ ܘܪܥܡܐ ܕܐܡܪܝܢ: ܗܘܬ ܡܠܟܘܬܐ
ܕܥܠܡܐ ܕܡܪܝܐ ܕܝܠܢ ܘܕܡܫܝܚܐ
ܕܝܠܗ. ܘܢܡܠܟ ܠܥܠܡܐ ܕܥܠܡܐ. 16
ܘܗܢܘܢ ܥܣܪܝܢ ܘܐܪܒܥܐ ܩܫܝܫܐ: ܗܠܝܢ
ܕܩܕܡ ܬܪܘܢܘܣ ܕܐܠܗܐ ܗܢܘܢ ܕܝܬܒܝܢ ܥܠ
ܟܘܪܣܘܬܐ ܕܝܠܗܘܢ. ܢܦܠܘ ܥܠ
ܦܪܨܘܦܐ ܕܝܠܗܘܢ. ܘܣܓܕܘ ܠܐܠܗܐ.
17 ܟܕ ܐܡܪܝܢ: ܡܘܕܝܢܢ ܠܟ ܡܪܝܐ ܐܠܗܐ

cœlo, dicentem ipſis] aſcendite huc. & adſcenderunt in cœlum in nube, & viderunt eos inimici ipſorum. 13 Et in illâ horâ factus eſt motus *terræ* magnus, & una ex decem *partibus* urbis cecidit, & occiſa ſunt in *terræ* motu nomina hominum, millia ſeptem. & qui reliqui *fuerunt*, timidi facti ſunt, & dederunt gloriam Deo. 14 Illud væ ſecundum abiit. ecce illud væ tertium venit cito. 15 Et ille Angelus ſeptimus clanxit, & factæ ſunt voces, & tonitrua, dicentia, factum eſt regnum æternum Domini noſtri & Chriſti ejus, & regnabit in ſecula ſeculorum. 16 Et illi viginti & quatuor ſeniores, qui coram throno Dei *ſunt*, qui ſedent ſuper thronos ſuos, ceciderunt ſuper facies ſuas, & adorarunt Deum: 17 Dicentes, Gratias agimus tibi Domine Deus,

τοῦ οὐρανοῦ, λέγουσαν αὐτοῖς· Ἀνάβητε ὧδε. Καὶ ἀνέβησαν εἰς τὸν οὐρανὸν ἐν τῇ νεφέλῃ· καὶ ἐθεώρησαν αὐτοὺς οἱ ἐχθροὶ αὐτῶν. 13 Καὶ ἐν ἐκείνῃ τῇ ὥρᾳ ἐγένετο σεισμὸς μέγας, καὶ τὸ δέκατον τῆς πόλεως ἔπεσε, καὶ ἀπεκτάνθησαν ἐν τῷ σεισμῷ ὀνόματα ἀνθρώπων χιλιάδες ἑπτά· καὶ οἱ λοιποὶ ἔμφοβοι ἐγένοντο, καὶ ἔδωκαν δόξαν τῷ Θεῷ τοῦ οὐρανοῦ. 14 Ἡ οὐαὶ ἡ δευτέρα ἀπῆλθεν, ἰδοὺ ἡ οὐαὶ ἡ τρίτη ἔρχεται ταχύ. 15 Καὶ ὁ ἕβδομος ἄγγελος ἐσάλπισε, καὶ ἐγένοντο φωναὶ μεγάλαι ἐν τῷ οὐρανῷ, λέγουσαι. Ἐγένοντο αἱ βασιλεῖαι τοῦ κόσμου, τοῦ Κυρίου ἡμῶν, καὶ τοῦ Χριστοῦ αὐτοῦ, καὶ βασιλεύσει εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. 16 Καὶ οἱ εἴκοσι καὶ τέσσαρες πρεσβύτεροι οἱ ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ καθήμενοι ἐπὶ τοὺς θρόνους αὐτῶν, ἔπεσον ἐπὶ τὰ πρόσωπα αὐτῶν, καὶ προσεκύνησαν τῷ Θεῷ, 17 Λέγοντες. Εὐχαριστοῦμέν σοι, Κύριε ὁ Θεὸς ὁ παντο-

ܗܘ ܐܚܝܕ ܟܠ. ܗܘ ܕܐܝܬܘܗܝ ܘܗܘ
ܕܐܝܬܘܗܝ ܗܘܐ. ܡܛܠ ܕܢܣܒܬ ܠܚܝܠܟ
ܕܝܠܟ ܗܘ ܪܒܐ ܘܐܡܠܟܬ: 18 ܘܥܡܡܐ
ܪܓܙܘ: ܘܐܬܐ ܪܘܓܙܐ ܕܝܠܟ. ܘܙܒܢܐ ܕܡܝܬܐ
ܠܡܬܕܝܢܘ ܘܠܡܬܠ ܐܓܪܐ ܠܥܒܕܐ ܕܝܠܟ
ܠܢܒܝܐ ܘܠܩܕܝܫܐ: ܘܠܗܠܝܢ ܕܕܚܠܝܢ
ܠܫܡܐ ܕܝܠܟ. ܠܙܥܘܪܐ ܘܠܪܘܪܒܐ.
ܘܠܡܚܒܠܘ ܠܗܢܘܢ ܕܡܚܒܠܝܢ ܠܐܪܥܐ.
19 ܘܐܬܦܬܚ ܗܝܟܠܗ ܕܐܠܗܐ ܒܫܡܝܐ.
ܘܐܬܚܙܝܬ ܩܒܘܬܐ ܕܕܝܬܩܐ ܕܝܠܗ
ܒܗܝܟܠܗ. ܘܗܘܘ ܒܪܩܐ ܘܪܥܡܐ ܘܩܠܐ.
ܘܙܘܥܐ ܘܒܪܕܐ ܪܒܐ܀

ܩܦܠܐܘܢ ܝܒ:

1 ܘܐܬܐ ܪܒܬܐ ܐܬܚܙܝܬ ܒܫܡܝܐ ܐܢܬܬܐ
ܕܥܛܝܦܐ ܫܡܫܐ: ܘܣܗܪܐ † ܬܚܝܬ ܪܓܠܝܗ
ܕܝܠܗ. ܘܥܠ ܪܝܫܗ ܟܠܝܠܐ ܕܟܘܟܒܐ ܬܪܥܣܪ܀
2 ܘܟܕ ܒܟܪܣܐ ܐܝܬ ܠܗ. ܩܥܝܐ ܗܘܬ ܘܚܒܠܐ

הַו אַחִיד כֹּל הַו דְּאִיתַוהי וְהַו דְּאִיתַוהי־
הֲוָא מֶטֻל דַּנְסַבְתְּ לְחַילָא דִּילָךְ הַו
רַבָּא וַאמְלֶכְתְּ. 18 וְעַמְמֵא רְגֶזו וֶאתָא
רוּגְזָא דִּילָךְ וְזַבְנָא דְמִיתֵא לְמֶתְתְּדָנוּ
וַלְמֶתַל אַגְרָא לְעַבְדֵא דִּילָךְ לַנְבִיֵא
וַלְקַדִּישֵׁא וַלְהָלֵין דְּדָחְלִין ל לַשְׁמָא דִילָךְ
לַזְעוּרֵא וַלְרוּרְבֵא וַלְמַחְבָּלוּ לְהָנוּן דְּחַבֵּלוּ
לַאְרְעָא. 19 וֶאתְפְּתַח הַיכְלֵה דַּאלָהָא
בַּשְׁמַיָּא וֶאתְחַזְיַת קֵאבוּתָא דַדְיַתְקָא דִּילֵה
ב בְּהַיכְלֵה וַהֲוַו בַּרְקֵא וְרַעְמֵא וְקָלֵא
וְזַוְעָא וּבַרְדָא רַבָּא:

קֶפַלֵאוֹן יב

1 וֶאתָא רַבְּתָא אֶתְחַזְיַת בַּשְׁמַיָּא אַנְתְּתָא
דַמְעַטְּפָא שֶׁמְשָׁא וְסַהְרָא † תְּחֵית רֶגְלֵיה
דִּילָהּ וְעַל רֵישָׁהּ כְּלִילָא דְכַוכְבֵא תְּרֵעְסַר:
2 וְכַד בְּכַרְסָא אִית לָהּ קָעְיָא־הֲוָת וְחַבְלָא

ὁ παντοκράτωρ, ὁ ὢν, καὶ ὁ ἦν, καὶ ὁ ἐρχόμενος· ὅτι εἴληφας τὴν δύναμίν σου τὴν μεγάλην, καὶ ἐβασίλευσας. 18 Καὶ τὰ ἔθνη ὠργίσθησαν, καὶ ἦλθεν ἡ ὀργή σου· καὶ ὁ καιρὸς τῶν νεκρῶν, κριθῆναι, καὶ δοῦναι τὸν μισθὸν τοῖς δούλοις σου τοῖς προφήταις, καὶ τοῖς ἁγίοις καὶ τοῖς φοβουμένοις τὸ ὄνομά σου, τοῖς μικροῖς καὶ τοῖς μεγάλοις καὶ διαφθεῖραι τοὺς διαφθείροντας τὴν γῆν. 19 Καὶ ἠνοίγη ὁ ναὸς τοῦ Θεοῦ ἐν τῷ οὐρανῷ, καὶ ὤφθη ἡ κιβωτὸς τῆς διαθήκης αὐτοῦ ἐν τῷ ναῷ αὐτοῦ· καὶ ἐγένοντο ἀστραπαὶ καὶ φωναὶ καὶ βρονταὶ καὶ σεισμὸς καὶ χάλαζα μεγάλη.

ΚΕΦ. ΙΒʹ.

1 Καὶ σημεῖον μέγα ὤφθη ἐν τῷ οὐρανῷ· γυνὴ περιβεβλημένη τὸν ἥλιον, καὶ ἡ σελήνη ὑποκάτω τῶν ποδῶν αὐτῆς, καὶ ἐπὶ τῆς κεφαλῆς αὐτῆς στέφανος ἀστέρων δώδεκα· 2 Καὶ ἐν γαστρὶ ἔχουσα, κράζει ὠδίνουσα,

ille omnipotens, qui est, & qui erat, propterea quod cepisti robur tuum illud magnum, & regnasti. 18 Et gentes iratæ sunt, & advênit ira tua, & tempus mortuorum, ut judicentur, & ut des mercedem servis tuis, prophetis, & sanctis, & illis qui timent nomen tuum, parvis & magnis, & ut perdas eos qui perdiderunt terram. 19 Et apertum est templum Dei in cœlo, & visa est arca fœderis ejus in templo ejus, & facta sunt fulgura, & tonitrua, & voces, & *terræ motus*, & grando magna.

CAPUT XII.

1 Et signum magnum visum est in cœlo, mulier amicta sole, & luna sub pedibus ejus, & super caput ejus corona stellarum duodecim. 2 Et quum in ventre haberet, clamabat & parturiebat,

ומשתנקא למאלד ׃ 3 ואתחזית אחרתא
אתא בשמיא והא תנינא דנורא רבא
דאית לה רישא שבעא וקרנתא
עסר ועל רישא דילה שבעא תגא ׃ 4
ודונבא דילה גזא לתולתא דכוכבא
דשמיא וארמי אנון בארעא והו תנינא
קאם־הוא קדם הי אנתתא הי דעתידא
למאלד איכנא דאמתי דתאלד נאכליוהי
לברא דילה ׃ 5 וילדת ברא דכרא הו
דעתיד למרעא לכלהון עממא בחוטרא
דפרזלא ואתחטף ברא דילה לות
אלהא ולות תרונוס דילה ׃ 6 והי
אנתתא ערקת למדברא איכא דאית־
הוא לה דוכתא דמטיבא מן אלהא איכנא
תמן † נתרסונה יומתא אלפא ומאתין
ושתין ׃ 7 והוא † קרבא בשמיא
ומיכאיל ומלאיכתה דילה למקרבו עם

ܘܡܫܬܢܩܐ ܠܡܐܠܕ. 3 ܘܐܬܚܙܝܬ ܐܚܪܬܐ ܐܬܐ ܒܫܡܝܐ ܘܗܐ ܬܢܝܢܐ ܕܢܘܪܐ ܪܒܐ ܕܐܝܬ ܠܗ ܪܝܫܐ ܫܒܥܐ ܘܩܪܢܬܐ ܥܣܪ ܘܥܠ ܪܝܫܐ ܕܝܠܗ ܫܒܥܐ ܬܓܐ. 4 ܘܕܘܢܒܐ ܕܝܠܗ ܓܙܐ ܠܬܘܠܬܐ ܕܟܘܟܒܐ ܕܫܡܝܐ ܘܐܪܡܝ ܐܢܘܢ ܒܐܪܥܐ. ܘܗܘ ܬܢܝܢܐ ܩܐܡ ܗܘܐ ܩܕܡ ܗܝ ܐܢܬܬܐ ܗܝ ܕܥܬܝܕܐ ܠܡܐܠܕ ܐܝܟܢܐ ܕܐܡܬܝ ܕܬܐܠܕ ܢܐܟܠܝܘܗܝ ܠܒܪܐ ܕܝܠܗ. 5 ܘܝܠܕܬ ܒܪܐ ܕܟܪܐ ܗܘ ܕܥܬܝܕ ܠܡܪܥܐ ܠܟܠܗܘܢ ܥܡܡܐ ܒܚܘܛܪܐ ܕܦܪܙܠܐ. ܘܐܬܚܛܦ ܒܪܐ ܕܝܠܗ ܠܘܬ ܐܠܗܐ ܘܠܘܬ ܬܪܘܢܘܣ ܕܝܠܗ. 6 ܘܗܝ ܐܢܬܬܐ ܥܪܩܬ ܠܡܕܒܪܐ ܐܝܟܐ ܕܐܝܬ ܗܘܐ ܠܗ ܕܘܟܬܐ ܕܡܛܝܒܐ ܡܢ ܐܠܗܐ. ܐܝܟܢܐ ܕܬܡܢ † ܢܬܪܣܘܢܗ ܝܘܡܬܐ ܐܠܦܐ ܘܡܐܬܝܢ ܘܫܬܝܢ. 7 ܘܗܘܐ † ܩܪܒܐ ܒܫܡܝܐ ܘܡܝܟܐܝܠ ܘܡܠܐܟܘܗܝ ܕܝܠܗ ܠܡܩܪܒܘ ܥܡ


& cruciabatur ad pariendum. 3 Et viſum eſt aliud ſignum in cœlo, & ecce, draco ignitus magnus, habens capita ſeptem, & cornua decem, & ſuper capita ſua ſeptem diademata. 4 Et cauda ejus trahit tertiam partem ſtellarum cœli, & projecit eas in terram. & ille draco ſtabat ante illam mulierem, quæ paritura erat, ut quando pepererit, devoraret filium ejus. 5 Et peperit filium maſculum, qui paſturus eſſet omnes gentes virgâ ferreâ, & raptus eſt filius ejus ad Deum, & ad thronum ejus. 6 Et illa mulier fugit in deſertum ubi erat ipſi locus paratus à Deo, ut ibi paſcant illam dies mille, & ducentos, & ſexaginta. 7 Et factum eſt prœlium in cœlo, & Michael & collegium Angelorum ejus *erant* ad prœliandum cum

καὶ βασανιζομένη τεκεῖν. 3 Καὶ ὤφθη ἄλλο σημεῖον ἐν τῷ οὐρανῷ, καὶ ἰδοὺ δράκων μέγας πυῤῥὸς, ἔχων κεφαλὰς ἑπτὰ καὶ κέρατα δέκα· καὶ ἐπὶ τὰς κεφαλὰς αὐτοῦ διαδήματα ἑπτά. 4 Καὶ ἡ οὐρὰ αὐτοῦ σύρει τὸ τρίτον τῶν ἀστέρων τοῦ οὐρανοῦ, καὶ ἔβαλεν αὐτοὺς εἰς τὴν γῆν· καὶ ὁ δράκων ἕστηκεν ἐνώπιον τῆς γυναικὸς τῆς μελλούσης τεκεῖν, ἵνα ὅταν τέκῃ, τὸ τέκνον αὐτῆς καταφάγῃ. 5 Καὶ ἔτεκεν υἱὸν ἄῤῥενα, ὃς μέλλει ποιμαίνειν πάντα τὰ ἔθνη ἐν ῥάβδῳ σιδηρᾷ· καὶ ἡρπάσθη τὸ τέκνον αὐτῆς πρὸς τὸν Θεὸν καὶ τὸν θρόνον αὐτοῦ. 6 Καὶ ἡ γυνὴ ἔφυγεν εἰς τὴν ἔρημον, ὅπου ἔχει τόπον ἡτοιμασμένον ἀπὸ τοῦ Θεοῦ, ἵνα ἐκεῖ τρέφωσιν αὐτὴν ἡμέρας χιλίας διακοσίας ἑξήκοντα. 7 Καὶ ἐγένετο πόλεμος ἐν τῷ οὐρανῷ· ὁ Μιχαὴλ καὶ οἱ ἄγγελοι αὐτοῦ ἐπολέμησαν κατὰ

τ

ܬܢܝܢܐ ܘܬܢܝܢܐ ܘܡܠܐܟܐ ܕܝܠܗ ܐܩܪܒܘ. 8 ܘܠܐ ܐܬܡܨܝܘ ܘܠܐ ܕܘܟܬܐ ܕܝܠܗܘܢ ܐܫܬܟܚܬ ܬܘܒ ܒܫܡܝܐ. 9 ܘܐܬܬܪܡܝ ܗܘ ܬܢܝܢܐ ܪܒܐ ܗܘ ܚܘܝܐ ܥܬܝܩܐ ܗܘ ܕܡܬܩܪܐ ܡܪܡܝܢܐ ܘܣܛܢܐ ܗܘ ܕܡܛܥܐ ܠܡܬܥܡܪܢܝܬܐ ܟܠܗ ܐܬܬܪܡܝ ܥܠ ܐܪܥܐ ܘܡܠܐܟܐ ܕܝܠܗ ܥܡܗ ܐܬܬܪܡܝܘ. 10 ܘܫܡܥܬ ܩܠܐ ܪܒܐ ܒܫܡܝܐ ܕܐܡܪ ܗܫܐ ܗܘܬ ܦܘܪܩܢܐ ܘܚܝܠܐ ܘܡܠܟܘܬܐ ܕܐܠܗܐ ܕܝܠܢ ܘܫܘܠܛܢܐ ܕܡܫܝܚܐ ܕܝܠܗ ܡܛܠ ܕܐܬܬܪܡܝ ܗܘ ܡܩܛܪܓܢܐ ܕܐܚܐ ܕܝܠܢ ܗܘ ܕܡܩܛܪܓ ܗܘܐ ܠܗܘܢ ܩܕܡ ܐܠܗܐ ܕܝܠܢ ܐܝܡܡܐ ܘܠܠܝܐ. 11 ܘܗܢܘܢ ܙܟܐܘܗܝ ܡܛܠ ܕܡܗ ܕܐܡܪܐ ܘܡܛܠ ܡܠܬܐ ܕܣܗܕܘܬܐ ܕܝܠܗܘܢ ܘܠܐ ܐܚܒܘ ܠܢܦܫܐ ܕܝܠܗܘܢ ܥܕܡܐ ܠܡܘܬܐ. 12 ܡܛܠ ܗܕܐ ܐܬܒܣܡܘ ܫܡܝܐ

תַּנִינָא וְתַנִינָא וְמַלַאכֵא דִילֵה א
אַקְרְבוּ ׃ 8 וְלָא אֶתְמְצִיו וְלָא דוּכְתָא
דִילְהוֹן אֶשְׁתְּכַחַת תּוּב בַּשְׁמַיָא ׃ 9
וְאֶתְּרְמִי הַו תַּנִינָא רַבָּא הַו חֶוְיָא
עַתִּיקָא הַו דְמֶתְקְרֵא מַרְמְיָנָא וְסָטָנָא
הַו דְמַטְעֵא לְמֶתְעַמְרָנִיתָא כֻּלָּה אֶתְּתַרְמִי
עַל אַרְעָא וְמַלַאכֵא דִילֵה עַמֵּה
אֶתְּתַרְמִיו ׃ 10 וְשֶׁמְעֵת קָלָא רַבָּא בַּשְׁמַיָא
דְאָמַר הָשָׁא הֲוָת פּוּרְקָנָא וְחַילָא
וְמַלְכוּתָא דַאלָהָא דִילַן וְשׁוּלְטָנָא ד
דַמְשִׁיחָא דִילֵה מֶטֻּל דְאֶתְּתַרְמִי
הַו מְקַטְרְגָנָא דַאחֵא דִילַן הַו דַמְקַטְרֵג-
הְוָא לְהוֹן קֳדָם אַלָהָא דִילַן אִימָמָא
וְלִלְיָא ׃ 11 וְהֶנוּן זְכַאוּהִי מֶטֻּל דְמֵה
דְאֶמְּרָא וְמֶטֻּל מֶלְּתָא דְסָהֲדוּתָא דִילְהוֹן
וְלָא אַחִבּוּ לְנַפְשָׁא דִילְהוֹן עְדַמָא
לְמוּתָא ׃ 12 מֶטֻּל הָדֵא אֶתְבַּסְמוּ שְׁמַיָא



τοῦ δράκοντος, καὶ ὁ δράκων ἐπολέμησε, καὶ οἱ ἄγγελοι αὐτοῦ. 8 Καὶ οὐκ ἴσχυσαν, οὔτε τόπος εὑρέθη αὐτῶν ἔτι ἐν τῷ οὐρανῷ. 9 Καὶ ἐβλήθη ὁ δράκων ὁ μέγας, ὁ ὄφις ὁ ἀρχαῖος, ὁ καλούμενος διάβολος, καὶ ὁ σατανᾶς, ὁ πλανῶν τὴν οἰκουμένην ὅλην, ἐβλήθη εἰς τὴν γῆν καὶ οἱ ἄγγελοι αὐτοῦ μετ' αὐτοῦ ἐβλήθησαν. 10 Καὶ ἤκουσα φωνὴν μεγάλην λέγουσαν ἐν τῷ οὐρανῷ· Ἄρτι ἐγένετο ἡ σωτηρία καὶ ἡ δύναμις καὶ ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ ἡμῶν, καὶ ἡ ἐξουσία τοῦ Χριστοῦ αὐτοῦ· ὅτι κατεβλήθη ὁ κατήγορος τῶν ἀδελφῶν ἡμῶν, ὁ κατηγορῶν αὐτῶν ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ ἡμῶν ἡμέρας καὶ νυκτός. 11 Καὶ αὐτοὶ ἐνίκησαν αὐτὸν διὰ τὸ αἷμα τοῦ ἀρνίου, καὶ διὰ τὸν λόγον τῆς μαρτυρίας αὐτῶν· καὶ οὐκ ἠγάπησαν τὴν ψυχὴν αὐτῶν ἄχρι θανάτου. 12 Διὰ τοῦτο εὐφραίνεσθε οἱ οὐρανοὶ

dracone, & draco & Angeli ejus præliati sunt. 8 Et non prævaluerunt: & locus eorum non inventus est amplius in cœlo. 9 Et projectus est ille draco magnus, ille serpens antiquus, qui vocatur impostor & Satana, qui seducit orbem habitabilem totum, projectus est *inquam* super terram, & angeli ejus cum eo projecti sunt. 10 Et audivi vocem magnam in cœlo, dicentem: nunc facta est salus, & potentia, & regnum Dei nostri, & potestas Christi ejus, propterea quod projectus est ille accusator fratrum nostrorum, qui accusabat eos coram Deo nostro die & nocte. 11 Et ipsi vicerunt eum, propter sanguinem Agni, & propter verbum testimonii ipsorum, & non dilexerunt animam suam usque ad mortem. 12 Propterea hilares estote cœli,

והנון דבהון שרין וי לארעא ולימא
מטל דנחת מרמינא לותכון דאית לה
חמתא רבתא כד ידע דקליל זבנא אית
לה. 13 וכד חזא הו תנינא דאתרמי
על ארעא רדף לאנתתא הי אידא
דילדת לברא. 14 ואתיהבו לאנתתא
הנון תרין גפא דנשרא הו רבא איכנא
דתפרח למדברא לדוכתא דילה
איכא דמתתרסיא תמן עדנא ועדנא
פולגות עדנא מן פרצופא דחויא. 15
וארמי הו חויא מן פומא בסתר אנתתא
מיא איך נהרא איך דלה שקילת מן
נהרא נעבד. 16 ועדרת ארעא לאנתתא
ופתחת ארעא פומא דילה: 17 ורגז הו
תנינא על אנתתא ואזל † למעבד
קרבא עם הלין דשרכא דזרעא דילה
הלין דנטרין לפוקדנוהי דאלהא

ܘܗܢܘܢ ܕܒܗܘܢ ܫܪܝܢ. ܘܝ ܠܐܪܥܐ ܘܠܝܡܐ
ܡܛܠ ܕܢܚܬ ܡܪܡܝܢܐ ܠܘܬܟܘܢ. ܕܐܝܬ
ܠܗ ܚܡܬܐ ܪܒܬܐ: ܟܕ ܝܕܥ ܕܩܠܝܠ
ܙܒܢܐ ܐܝܬ ܠܗ. 13 ܘܟܕ ܚܙܐ ܗܘ ܬܢܝܢܐ
ܕܐܬܪܡܝ ܥܠ ܐܪܥܐ. ܪܕܦ ܠܐܢܬܬܐ ܗܝ ܐܝܕܐ
ܕܝܠܕܬ ܠܒܪܐ: 14 ܘܐܬܝܗܒܘ ܠܐܢܬܬܐ ܗܢܘܢ
ܬܪ̈ܝܢ ܓܦܐ ܕܢܫܪܐ ܗܘ ܪܒܐ. ܐܝܟܢܐ ܕܬܦܪܘܚ
ܠܡܕܒܪܐ ܠܕܘܟܬܐ ܕܝܠܗ ܐܝܟܐ
ܕܡܬܬܪܣܝܐ ܬܡܢ ܥܕܢܐ ܘܥܕ̈ܢܐ
ܘܦܠܓܘܬ ܥܕܢܐ: ܡܢ ܦܪܨܘܦܐ ܕܚܘܝܐ. 15
ܘܐܪܡܝ ܗܘ ܚܘܝܐ ܡܢ ܦܘܡܗ.
ܒܣܬܪ ܐܢܬܬܐ ܡ̈ܝܐ ܐܝܟ ܢܗܪܐ. ܐܝܟ
ܕܠܗ ܫܩܝܠܬ ܡܢ ܢܗܪܐ ܢܥܒܕ.
16 ܘܥܕܪܬ ܐܪܥܐ ܠܐܢܬܬܐ. ܘܦܬܚܬ
ܐܪܥܐ ܦܘܡܐ ܕܝܠܗ. 17 ܘܪܓܙ ܗܘ
ܬܢܝܢܐ ܥܠ ܐܢܬܬܐ: ܘܐܙܠ † ܠܡܥܒܕ
ܩܪܒܐ ܥܡ ܗܠܝܢ ܕܫܪܟܐ ܕܙܪܥܐ ܕܝܠܗ.
ܗܠܝܢ ܕܢܛܪܝܢ ܠܦܘܩܕܢܘܗܝ ܕܐܠܗܐ:

& qui in iis habitant. væ terræ, & mari, propterea quod descendit impostor ad vos, habens iram magnam, quum noverit paululum temporis sibi esse. 13 Et quum vidisset ille draco, quod projectus esset super terram, persequutus est mulierem illam, quæ peperit filium. 14 Et datæ sunt mulieri illæ duæ alæ aquilæ illius magnæ, ut avolaret in desertum, in locum suum, ubi alatur ibi per tempus, & tempora, & dimidium temporis à facie serpentis. 15 Et projecit ille serpens ex ore post mulierem aquas tanquam fluvium, ut eam ablatam à fluvio faceret. 16 Et adjuvit terra mulierem, & aperuit terra os suum: 17 Et iratus est ille draco contra mulierem, & abiit, ad faciendum prælium cum iis qui residuum seminis ejus *sunt*, qui servant mandata Dei,

καὶ οἱ ἐν αὐτοῖς σκηνοῦντες· Οὐαὶ τοῖς κατοικοῦσι τὴν γῆν καὶ τὴν θάλασσαν, ὅτι κατέβη ὁ διάβολος πρὸς ὑμᾶς ἔχων θυμὸν μέγαν, εἰδὼς ὅτι ὀλίγον καιρὸν ἔχει. 13 Καὶ ὅτε εἶδεν ὁ δράκων ὅτι ἐβλήθη εἰς τὴν γῆν, ἐδίωξε τὴν γυναῖκα ἥτις ἔτεκε τὸν ἄρρενα. 14 Καὶ ἐδόθησαν τῇ γυναικὶ δύο πτέρυγες τοῦ ἀετοῦ τοῦ μεγάλου, ἵνα πέτηται εἰς τὴν ἔρημον εἰς τὸν τόπον αὐτῆς, ὅπου τρέφεται ἐκεῖ καιρὸν καὶ καιροὺς, καὶ ἥμισυ καιροῦ, ἀπὸ προσώπου τοῦ ὄφεως. 15 Καὶ ἔβαλεν ὁ ὄφις ὀπίσω τῆς γυναικὸς ἐκ τοῦ στόματος αὐτοῦ ὕδωρ ὡς ποταμόν· ἵνα ταύτην ποταμοφόρητον ποιήσῃ. 16 Καὶ ἐβοήθησεν ἡ γῆ τῇ γυναικὶ, καὶ ἤνοιξεν ἡ γῆ τὸ στόμα αὐτῆς, καὶ κατέπιε τὸν ποταμὸν ὃν ἔβαλεν ὁ δράκων ἐκ τοῦ στόματος αὐτοῦ. 17 Καὶ ὠργίσθη ὁ δράκων ἐπὶ τῇ γυναικὶ, καὶ ἀπῆλθε ποιῆσαι πόλεμον μετὰ τῶν λοιπῶν τοῦ σπέρματος αὐτῆς, τῶν τηρούντων τὰς ἐντολὰς τοῦ Θεοῦ,

καὶ

ܘܐܝܬ ܠܗܘܢ ܣܗܕܘܬܗ ܕܝܫܘܥ: 18 ܘܩܡܬ ܥܠ
ܚܠܐ ܕܝܡܐ.


ܩܦܠܐܘܢ ܝܓ:

1 ܘܚܙܝܬ ܕܣܠܩܐ ܚܝܘܬܐ ܡܢ ܝܡܐ. ܕܐܝܬ
ܠܗ̇ ܩܪܢܬܐ ܥܣܪ: ܘܪܫܐ ܫܒܥܐ. ܘܥܠ ܩܪܢܬܗ̇
ܥܣܪܐ ܬܓܐ. ܘܥܠ ܪܫܝܗ̇ ܫܡܗܐ ܕܓܘܕܦܐ:
2 ܘܚܝܘܬܐ ܗܝ ܕܚܙܝܬ ܐܝܬܝܗ̇ ܗܘܬ ܕܡܝܐ
ܠܢܡܪܐ. ܘܪܓܠܝܗ̇ ܐܝܟ ܕܕܒܐ. ܘܦܘܡܗ̇ ܐܝܟ
ܦܘܡܐ ܕܐܪܝܘܬܐ. ܘܝܗܒ ܠܗ̇ ܬܢܝܢܐ ܚܝܠܗ
ܘܬܪܘܢܘܣܗ ܘܫܘܠܛܢܐ ܪܒܐ. 3 ܘܚܕ ܡܢ ܪܫܝܗ̇
ܐܝܟ ܢܟܝܣܐ ܠܡܘܬܐ. ܘܡܚܘܬܐ ܕܡܘܬܗ̇
ܐܬܐܣܝܬ. ܘܐܬܕܡܪܬ ܟܠܗ̇ ܐܪܥܐ ܒܬܪ
ܚܝܘܬܐ. 4 ܘܣܓܕܘ ܠܬܢܝܢܐ ܡܛܠ ܕܝܗܒ ܫܘܠܛܢܐ
ܠܚܝܘܬܐ ܗܕܐ ܘܡܢܘ ܡܫܟܚ ܠܡܩܪܒ
ܥܡܗ̇. 5 ܘܐܬܝܗܒ ܠܗ̇ ܦܘܡܐ

ואית להון סהדותא דישוע. 18 וקם על
חלא דימא:

קפלאון יג

1 וחזית דסלק חיות שנא מן ימא
דאית לה קרנתא עסר ורישא שבעא
ועל קרנתא דילה עסרא תגא ועל
רישא דילה שמהא דגודפא. 2 וחיות
שנא הי דחזית איתוהי הוא דדמא
לנמרא ורגלא דילה איך דדבא ופומא
דילא איך פומא דאריותא ויהב לה
הו תנינא לחילא דילה ולתרונום
דילה ושולטנא רבא. 3 וחד מן
רישא דילה איך נכים למותא ומחותא
דמותא דילה אתאסית ואתדמרת
כלה ארעא בסתר הו חיות שנא.
4 וסגדו לתנינא מטל דיהב שולטנא
להו חיות שנא הנא ומנו מצא
למקרבו עמה. 5 ואתיהב לה פומא



καὶ ἐχόντων τὴν μαρτυρίαν τοῦ Ἰησοῦ Χριστοῦ. 18 Καὶ ἐστάθην ἐπὶ τὴν ἄμμον τῆς θαλάσσης.

ΚΕΦ. ΙΓ΄.

1 Καὶ εἶδον ἐκ τῆς θαλάσσης θηρίον ἀναβαῖνον, ἔχον κεφαλὰς ἑπτὰ καὶ κέρατα δέκα. καὶ ἐπὶ τῶν κεράτων αὐτοῦ δέκα διαδήματα, καὶ ἐπὶ τὰς κεφαλὰς αὐτοῦ ὄνομα βλασφημίας. 2 Καὶ τὸ θηρίον ὃ εἶδον ἦν ὅμοιον παρδάλει, καὶ οἱ πόδες αὐτοῦ ὡς ἄρκτου, καὶ τὸ στόμα αὐτοῦ ὡς στόμα λέοντος, καὶ ἔδωκεν αὐτῷ ὁ δράκων τὴν δύναμιν αὐτοῦ, καὶ τὸν θρόνον αὐτοῦ, καὶ ἐξουσίαν μεγάλην. 3 Καὶ εἶδον μίαν τῶν κεφαλῶν αὐτοῦ ὡς ἐσφαγμένην εἰς θάνατον· καὶ ἡ πληγὴ τοῦ θανάτου αὐτοῦ ἐθεραπεύθη, καὶ ἐθαύμασεν ὅλη ἡ γῆ ὀπίσω τοῦ θηρίου. 4 Καὶ προσεκύνησαν τὸν δράκοντα ὃς ἔδωκεν ἐξουσίαν τῷ θηρίῳ, καὶ προσεκύνησαν τὸ θηρίον, λέγοντες Τίς ὅμοιος τῷ θηρίῳ; τίς δύναται πολεμῆσαι μετ᾽ αὐτοῦ; 5 Καὶ ἐδόθη αὐτῷ στόμα

& habent testimonium Jesu. 18 Et stetit super arenam maris.

CAPUT XIII.

1 Et vidi quod ascendit animal dentis è mari, habens cornua decem & capita septem; & super cornua ejus decem diademata, & super capita ejus nomina convitii. 2 Et animal dentis illud quod vidi, erat simile pardo, & pedes ejus tanquam lupi,& os ejus sicut os leonum:& dedit ipsi ille draco potentiam suam, & thronum suum, & potestatem magnam. 3 Et unum ex capitibus ejus *erat* tanquam mactatum ad mortem, & plaga lethalis ejus sanata est,& admirata est *tota terra* post illud animal dentis. 4 Et adorarunt draconem, propterea quod dedit potestatẽ illi animali dẽtis hũc: & quis potest prœliari cũ illo? 5 Et datũ est illi os, loquens


דממלל רורבתא ונודפא ואתיהב לה
שולטנא למעבד ירחא ארבעין ותרין·
6 ופתח פומא דילה לגודפא לות
אלהא למגדפו לשמא דילה ולמשכנה
להלין דבשמיא שרין · 7 ואתיהב לה
שולטנא על כל שרבתא ועמא ולשנא
ואומתא ואתיהב לה למעבד קרבא
עם קדישא למזכא אנון · 8
ונסגדון לה ׀ בלחון הלין דעמרין
על ארעא חנון דלא כתיב שמא
דילחון בכתבא דחיא דאמרא הו נכיסא
מן תרמיתה דעלמא. 9 אן אנש אית לה
אדנא נשמע · 10 אן בשביא מובל
בשביא אזל אן אנש בסיפא קטל זדק
לה דבסיפא נתקטל הרכא איתיה מ
מסיברנותא וחימנותא דקדישא. 11 וחזית
אחרנא חיות שנא דסלק מן ארעא

loquens magna, & convitia, & data est illi potestas agendi menses quadraginta & duos. 6 Et aperuit os suum, ad convitium adversus Deum, ad convitiis afficiendum nomen ejus, & tabernaculum ejus, & eos qui in cœlo habitant. 7 Et data est illi potestas super omnem tribum, & gentem, & linguam, & nationem, & datum est illi facere prœlium cum sanctis ad vincendum eos. 8 Et adorabunt eum omnes qui habitant super terram, quorum non est scriptum nomen in libro vitæ agni illius mactati à jactis fundamentis mundi. 9 Si quis habet aures, audiat. 10 Si *quis* in captivitatem abducit, in captivitatem abit: si quis gladio occidit, oportet eum gladio occidi. hîc est tolerantia & fides sanctorum. 11 Et vidi aliud animal dentis ascendens ex terra,

λαλοῦν μεγάλα καὶ βλασφημίας, καὶ ἐδόθη αὐτῷ ἐξουσία πόλεμον ποιῆσαι μῆνας τεσσαράκοντα δύο. 6 Καὶ ἤνοιξε τὸ στόμα αὐτοῦ εἰς βλασφημίαν πρὸς τὸν Θεόν, βλασφημῆσαι τὸ ὄνομα αὐτοῦ, καὶ τὴν σκηνὴν αὐτοῦ, καὶ τοὺς ἐν τῷ οὐρανῷ σκηνοῦντας. 7 Καὶ ἐδόθη αὐτῷ πόλεμον ποιῆσαι μετὰ τῶν ἁγίων, καὶ νικῆσαι αὐτούς. καὶ ἐδόθη αὐτῷ ἐξουσία ἐπὶ πᾶσαν φυλὴν καὶ γλῶσσαν καὶ ἔθνος. 8 Καὶ προσκυνήσουσιν αὐτῷ πάντες οἱ κατοικοῦντες ἐπὶ τῆς γῆς, ὧν οὐ γέγραπται τὰ ὀνόματα ἐν τῇ βίβλῳ τῆς ζωῆς τοῦ ἀρνίου ἐσφαγμένου ἀπὸ καταβολῆς κόσμου. 9 Εἴ τις ἔχει οὖς, ἀκουσάτω. 10 Εἴ τις αἰχμαλωσίαν συνάγει, εἰς αἰχμαλωσίαν ὑπάγει· εἴ τις ἐν μαχαίρᾳ ἀποκτενεῖ, δεῖ αὐτὸν ἐν μαχαίρᾳ ἀποκτανθῆναι. ὧδέ ἐστιν ἡ ὑπομονὴ καὶ ἡ πίστις τῶν ἁγίων. 11 Καὶ εἶδον ἄλλο θηρίον ἀναβαῖνον ἐκ τῆς γῆς, καὶ

ܘܐܝܬ ܗܘܐ ܠܗ ܩܪܢܬܐ ܬܪܬܝܢ ܕܕܡܝܢ
ܠܐܡܪܐ ܘܡܡܠܠ ܗܘܐ ܐܝܟ ܬܢܝܢܐ. 12
ܘܫܘܠܛܢܐ ܟܠܗ ܕܗܘ ܚܝܘܬ ܫܢܐ ܗܘ
ܩܕܡܝܐ. ܥܒܕ ܗܘܐ ܩܕܡܘܗܝ. ܘܥܒܕ ܗܘܐ
ܠܐܪܥܐ ܘܠܗܢܘܢ ܕܒܗ ܥܡܪܝܢ: ܐܝܟܢܐ
ܕܢܣܓܕܘܢ ܠܗܘ ܚܝܘܬ ܫܢܐ ܩܕܡܝܐ.
ܕܗܘ ܕܐܬܚܠܡܬ ܡܚܘܬܐ ܕܡܘܬܐ ܕܝܠܗ.
13 ܘܥܒܕ ܐܬܘܬܐ ܪܘܪܒܬܐ. ܐܝܟܢܐ ܕܐܦ
ܢܘܪܐ ܢܥܒܕ ܠܡܚܬ ܡܢ ܫܡܝܐ ܥܠ ܐܪܥܐ
ܩܕܡ ܒܢܝܢܫܐ. 14 † ܘܢܛܥܐ ܠܗܘܢ
ܕܥܡܪܝܢ ܥܠ ܐܪܥܐ: ܠܡܥܒܕ ܨܠܡܐ
ܠܗܘ ܚܝܘܬ ܫܢܐ: ܗܘ ܕܐܝܬ ܗܘܐ ܠܗ
ܡܚܘܬܐ ܕܣܝܦܐ ܘܚܝܐ. 15 ܘܐܬܝܗܒ
ܠܗ ܠܡܬܠ ܪܘܚܐ ܠܨܠܡܐ ܕܗܘ ܚܝܘܬ
ܫܢܐ. ܘܢܥܒܕ ܕܟܠܗܘܢ ܗܠܝܢ ܕܐܢ ܠܐ
ܢܣܓܕܘܢ ܠܗ ܠܨܠܡܐ ܕܗܘ ܚܝܘܬ ܫܢܐ
ܢܬܩܛܠܘܢ. 16 ܘܢܥܒܕ ܠܟܠܗܘܢ
ܠܙܥܘܪܐ ܘܠܪܘܪܒܐ: ܘܠܥܬܝܪܐ

ואית־הוא לה קרנא תרתין דדמין
לדאמרא וממלל־הוא איך תנינא. 12
ושולטנא כלה דהו חיות שנא הו
קדמיא עבד־הוא קדמוהי ועבד־הוא
לארעא ולהנון דבה עמרין איכנא דנסגדון
להו חיות שנא קדמיא דהו דאתחלמת
מחותא דמותא דילה. 13 ועבד
אתותא רורבתא איכנא דאף נורא
נעבד למחת מן שמיא על ארעא
קדם בינשא. 14 † ונטעא להנון דעמרין
על ארעא למעבד צלמא להו חיות
שנא הו דאית־הוא לה מחותא
דסיפא וחיא. 15 ואתיהב לה למתל
רוחא לצלמא דהו חיות שנא ונעבד
דכלהון הלין דאן לא נסגדון לה לצלמא
דהו חיות שנא נתקטלון. 16 ונעבד
לכלהון לזעורא ולרורבא ולעתירא



καὶ εἶχε κέρατα δύο ὅμοια ἀρνίῳ· καὶ ἐλάλει ὡς δράκων. 12 Καὶ τὴν ἐξουσίαν τοῦ πρώτου θηρίου πᾶσαν ποιεῖ ἐνώπιον αὐτοῦ, καὶ ποιεῖ τὴν γῆν καὶ τοὺς κατοικοῦντας ἐν αὐτῇ ἵνα προσκυνήσωσι τὸ θηρίον τὸ πρῶτον, οὗ ἐθεραπεύθη ἡ πληγὴ τοῦ θανάτου αὐτοῦ. 13 Καὶ ποιεῖ σημεῖα μεγάλα, ἵνα καὶ πῦρ ποιῇ καταβαίνειν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ εἰς τὴν γῆν, ἐνώπιον τῶν ἀνθρώπων. 14 Καὶ πλανᾷ τοὺς κατοικοῦντας ἐπὶ τῆς γῆς, διὰ τὰ σημεῖα ἃ ἐδόθη αὐτῷ ποιῆσαι ἐνώπιον τοῦ θηρίου· λέγων τοῖς κατοικοῦσιν ἐπὶ τῆς γῆς, ποιῆσαι εἰκόνα τῷ θηρίῳ ὃ ἔχει τὴν πληγὴν τῆς μαχαίρας, καὶ ἔζησε. 15 Καὶ ἐδόθη αὐτῷ δοῦναι πνεῦμα τῇ εἰκόνι τοῦ θηρίου, ἵνα καὶ λαλήσῃ ἡ εἰκὼν τοῦ θηρίου, καὶ ποιήσῃ, ὅσοι ἂν μὴ προσκυνήσωσι τὴν εἰκόνα τοῦ θηρίου, ἵνα ἀποκτανθῶσι. 16 Καὶ ποιεῖ πάντας, τοὺς μικροὺς καὶ τοὺς μεγάλους, καὶ τοὺς πλουσίους

& habebat cornua duo ſimilia agni, & loquebatur ſicut draco. 12 Et poteſtatem omnem illius animalis dentis prioris faciebat ante illud, & faciebat terram & eos qui in ea habitant, ut adorarent illud animal dentis prius, cujus ſanata erat plaga lethalis. 13 Et facit ſigna magna, ut etiam ignem faciat deſcendere è cœlo ſuper terram coram hominibus. 14 Et ſeducat eos qui habitant ſuper terram, ad faciendum imaginem illi animali dentis, quod habebat plagam gladii, & vixit. 15 Et datum eſt ei dare ſpiritum imagini illius animalis dentis, & faciet ut omnes, quicunque non adorabunt illam imaginem iſtius animalis dentis, occidantur. 16 Et faciet omnes, parvos, & magnos, & divites, &

ולמסכנא ולבני חארא ולעבדא איכנא
דנתיהב להון רושמא על אידיא דילהון
דימינא או על בית עינא דילהון. 17 איכנא
דלא־אנש נתמצא נזבן ונזבן אלא הו
דאית לה רושמא דשמא דהו חיות
שנא או מנינא דשמא דילה. 18 הרכא
חכמתא איתיה הו דאית לה הונא
נחשב למנינא דהו היותה שנא מנינא גיר
דברנשא איתוהי ומנינא דילה איתוהי
שת מאא ושתין ושת׃

ܘܠܡܣܟܢܐ. ܘܠܒܢܝ̈ ܚܐܪܐ ܘܠܥܒܕܐ
ܐܝܟܢܐ ܕܢܬܠ ܠܗܘܢ ܪܘܫܡܐ ܥܠ ܐܝܕܝܐ
ܕܝܠܗܘܢ ܕܝܡܝܢܐ: ܐܘ ܥܠ ܒܝܬ ܥܝ̈ܢܐ
ܕܝܠܗܘܢ. 17 ܐܝܟܢܐ ܕܠܐ ܐܢܫ ܢܫܟܚ ܢܙܒܢ
ܘܢܙܒܢ: ܐܠܐ ܗܘ ܕܐܝܬ ܠܗ ܪܘܫܡܐ ܕܫܡܐ
ܕܗܘ ܚܝܘܬ ܫܢܐ: ܐܘ ܡܢܝܢܐ ܕܫܡܐ
ܕܝܠܗ. 18 ܗܪܟܐ ܚܟܡܬܐ ܐܝܬܝܗ. ܗܘ
ܕܐܝܬ ܠܗ ܗܘܢܐ ܢܚܫܘܒ ܠܡܢܝܢܐ ܕܗܘ
ܚܝܘܬ ܫܢܐ. ܡܢܝܢܐ ܓܝܪ ܕܒܪܢܫܐ
ܐܝܬܘܗܝ. ܘܡܢܝܢܐ ܕܝܠܗ ܐܝܬܘܗܝ ܫܬ
ܡܐܐ ܘܫܬܝܢ ܘܫܬ ܀

קפלאון יד

ܩܦܠܐܘܢ ܝܕ:

1 וחזית והא הו אמרא קאם על טורא
דצהיון ועמה מנינא מאא וארבעין וארבעא
אלפיא דאית להון שמא דילה ושמא דאבוהי
† דכתיב על בית עינא דילהון. 2 ושמעת קלא
מן שמיא איך קלא דמיא סגיאא ואיך קלא

1 ܘܚܙܝܬ ܘܗܐ ܗܘ ܐܡܪܐ ܩܐܡ ܥܠ ܛܘܪܐ
ܕܨܗܝܘܢ. ܘܥܡܗ ܡܢܝܢܐ ܡܐܐ ܘܐܪܒܥܝܢ
ܘܐܪܒܥܐ ܐܠܦܝ̈ܐ. ܕܐܝܬ ܠܗܘܢ ܫܡܐ ܕܝܠܗ
ܘܫܡܐ ܕܐܒܘܗܝ † ܕܟܬܝܒ ܥܠ ܒܝܬ ܥܝ̈ܢܐ
ܕܝܠܗܘܢ. 2 ܘܫܡܥܬ ܩܠܐ ܡܢ ܫܡܝܐ.
ܐܝܟ ܩܠܐ ܕܡ̈ܝܐ ܣܓܝܐܐ ܘܐܝܟ ܩܠܐ

& pauperes, & liberos, & ſervos, ut detur illis character ſuper manus ipſorum dextras, aut ſuper domicilium oculorum ipſorum. 17 Ut nemo poſſit emere, & vendere, niſi qui habet characterem nominis illius animalis dentis, aut numerum nominis ejus. 18 Hic ſapientia eſt: qui habet mentem, computet numerum illius animalis dentis. numerus enim hominis eſt, & numerus ejus eſt, ſexcenta, & ſexaginta, & ſex.

CAPUT XIV.

1 Et vidi, & ecce ille Agnus ſtat ſuper montem Tſehiun, & cum eo numerus, centum & quadraginta, & quatuor millia habentia nomen ejus & nomen patris ejus ſcriptum ſuper domicilium oculorum ipſorum. 2 Et audivi vocem è cœlo. tanquā vocem aquarum multarū, & tanquam vocem

καὶ τοὺς πτωχούς, καὶ τοὺς ἐλευθέρους καὶ τοὺς δούλους, ἵνα δώσῃ αὐτοῖς χάραγμα ἐπὶ τῆς χειρὸς αὐτῶν τῆς δεξιᾶς, ἢ ἐπὶ τῶν μετώπων αὐτῶν. 17 Καὶ ἵνα μήτις δύνηται ἀγοράσαι ἢ πωλῆσαι, εἰ μὴ ὁ ἔχων τὸ χάραγμα, ἢ τὸ ὄνομα τοῦ θηρίου, ἢ τὸν ἀριθμὸν τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ. 18 Ὧδε ἡ σοφία ἐστίν. ὁ ἔχων τὸν νοῦν, ψηφισάτω τὸν ἀριθμὸν τοῦ θηρίου· ἀριθμὸς γὰρ ἀνθρώπου ἐστί, καὶ ὁ ἀριθμὸς αὐτοῦ χξς΄.

ΚΕΦ. ιδ΄.

1 Καὶ εἶδον, καὶ ἰδοὺ ἀρνίον ἑστηκὸς ἐπὶ τὸ ὄρος Σιών, καὶ μετ᾽ αὐτοῦ ἑκατὸν τεσσαράκοντα τέσσαρες χιλιάδες, ἔχουσαι τὸ ὄνομα τοῦ πατρὸς αὐτοῦ γεγραμμένον ἐπὶ τῶν μετώπων αὐτῶν. 2 Καὶ ἤκουσα φωνὴν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ὡς φωνὴν ὑδάτων πολλῶν, καὶ ὡς φωνὴν βροντῆς

ܕܪܥܡܐ ܪܒܐ. ܘܩܠܐ ܗܘ ܕܫܡܥܬ:
ܐܝܟ ܕܩܝܬܪܘܕܐ ܕܢܩܫܝܢ ܒܩܝܬܪܐ ܕܝܠܗܘܢ.
3 ܘܡܫܒܚܝܢ ܬܫܒܘܚܬܐ ܚܕܬܐ
ܩܕܡܘܗܝ ܕܬܪܘܢܘܣ: ܘܩܕܡ ܗܠܝܢ
ܐܪܒܥ ܚܝܘܬܐ. ܘܕܗܢܘܢ ܩܫܝܫܐ ܘܠܐ ܐܢܫ
ܡܬܡܨܐ ܗܘܐ ܠܡܐܠܦܗ ܠܬܫܒܘܚܬܐ ܐܠܐ
ܐܢ ܗܠܝܢ ܡܐܐ ܘܐܪܒܥܝܢ ܘܐܪܒܥܐ
ܐܠܦܝܐ: ܗܢܘܢ ܙܒܝܢܝ ܡܢ ܐܪܥܐ.
4 ܗܢܘܢ ܐܝܬܝܗܘܢ ܗܠܝܢ ܕܥܡ
ܢܫܐ ܠܐ ܐܬܛܘܫܘ ܒܬܘܠܐ ܓܝܪ ܐܝܬܝܗܘܢ.
ܗܢܘܢ ܐܝܬܝܗܘܢ ܗܠܝܢ ܕܢܩܦܘܗܝ
ܠܐܡܪܐ ܠܐܝܟܐ ܕܐܢ ܐܙܠ: ܗܢܘܢ ܡܢ ܝܫܘܥ
ܐܙܕܒܢܘ. ܡܢ ܒܢܝܢܫܐ ܪܫܝܬܐ
ܠܐܠܗܐ ܘܠܐܡܪܐ. 5 ܘܒܦܘܡܐ ܕܝܠܗܘܢ
ܠܐ † ܐܫܬܟܚܬ ܕܓܠܘܬܐ ܕܠܐ ܡܘܡܐ ܓܝܪ
ܐܝܬܝܗܘܢ. 6 ܘܚܙܝܬ ܐܚܪܢܐ ܡܠܐܟܐ ܟܕ
ܦܪܚ ܒܫܡܝܐ. ܕܒܕܡܐ ܐܝܬ ܠܗ
ܐܘܢܓܠܝܘܢ ܕܠܥܠܡ. ܠܡܣܒܪܘ

דרעמא רבא וקלא הו דשמעת איך
דקיתרודא דנקשין בקיתרא דילהון .
3 ומשבחין תשבוחתא חדתא קדמוהי
דתרונוס וקדם הלין ארבע חיותא
ודהנון קשישא ולא אנש מתמצא-הוא
למאלפה לתשבוחתא אלא אן הלין
מאא וארבעין וארבעא אלפיא
הנון זביני מן ארעא · 4 הנון
איתיהון הלין דעם נשא לא אתטושו
בתולא גיר איתיהון הנון איתיהון
הלין דנקפוהי לאמרא לאיכא דאן
אזל הנון מן ישוע אזדבנו מן בנינשא
רישיתא לאלהא ולאמרא · 5
ובפומא דילהון לא † אשתכחת דגלותא
דלא מומא גיר איתיהון · 6 וחזית
אחרנא מלאכא כד פרח בשמיא דבדמא
אית לה אונגליון דלעלם למסברו

βροντῆς μεγάλης· καὶ φωνὴν ἤκουσα κιθαρῳδῶν κιθαριζόντων ἐν ταῖς κιθάραις αὐτῶν. 3 Καὶ ᾄδουσιν ὡς ᾠδὴν καινὴν ἐνώπιον τοῦ θρόνου, καὶ ἐνώπιον τῶν τεσσάρων ζώων, καὶ τῶν πρεσβυτέρων· καὶ οὐδεὶς ἠδύνατο μαθεῖν τὴν ᾠδὴν εἰ μὴ αἱ ἑκατὸν τεσσαράκοντα τέσσαρες χιλιάδες, οἱ ἠγορασμένοι ἀπὸ τῆς γῆς. 4 Οὗτοί εἰσιν οἳ μετὰ γυναικῶν οὐκ ἐμολύνθησαν· παρθένοι γάρ εἰσιν· οὗτοί εἰσιν οἱ ἀκολουθοῦντες τῷ ἀρνίῳ ὅπου ἂν ὑπάγῃ· οὗτοι ἠγοράσθησαν ἀπὸ τῶν ἀνθρώπων, ἀπαρχὴ τῷ Θεῷ καὶ τῷ ἀρνίῳ. 5 Καὶ ἐν τῷ στόματι αὐτῶν οὐχ εὑρέθη δόλος· ἄμωμοι γάρ εἰσιν ἐνώπιον τοῦ θρόνου τοῦ Θεοῦ. 6 Καὶ εἶδον ἄλλον ἄγγελον πετώμενον ἐν μεσουρανήματι, ἔχοντα εὐαγγέλιον αἰώνιον, εὐαγγελίσαι

tonitrui magni: & vox quam audivi, *erat* tanquam citharœdorum pulsantium citharas suas. 3 Et canunt canticum novum ante thronum, & ante illa quatuor animalia, & illos seniores. & nemo poterat discere canticum, nisi illa centum, & quadraginta & quatuor millia, illi empti ex terra. 4 Hi sunt ii, qui cum mulieribus non polluerunt se: virgines enim sunt. illi sunt ii qui secuti sunt Agnum quocunque ierit. illi à Jesu empti sunt ex hominibus primitiæ Deo & Agno. 5 Et in ore eorum non inventum est mendacium: sine maculis enim sunt. 6 Et vidi alium Angelum volantem in cœlo, cum sanguine habentem Euangelium æternum, ad evangelizandum iis

לְהָנוּן דְעָמְרִין עַל אַרְעָא וְעַל כָּל
אוּמְּתָא וְשַׁרְבְתָא וְלֶשָׁנָא וְעַמָּא ·
דָאמַר בְּקָלָא רַבָּא פְּלוּחוּ לַאלָהָא
וְהַבוּ לֵהּ תֶּשְׁבוּחְתָא מֶטֻל דֶאתָת
שָׁעְתָא דְּדִינָא דִילֵהּ וַסְגוּדוּ לְהַו דַעְבַד
לַשְׁמַיָא וְלַארְעָא וַלְיַמָּא וַלְמַעְיָנֵא
דְמַיָּא · 8 וַאחְרִנָא מַלַאכָא תְּרַיָנָא נְקַף
לֵהּ כַד אָמַר נֶפְלַת נֶפְלַת בָבֶל הָו
רַבְּתָא הָי דְמֶן חַמְרָא דְחֶמְתָא דְזָנְיוּתָא
דִילָהּ אַשְׁקִיַת לְכֻלְהוּן עַמְמֵא · 9
וַאחְרִנָא מַלַאכָא תְלִיתָיָא נְקַף לְהוּן כַד
אָמַר בְּקָלָא רַבָּא אֶן־אָנָשׁ סְגֶד לְהַו
חַיוַת שֶׁנָא וַלְצַלְמָא דִילֵהּ וְנָסֵב רוּשְׁמָא
דִילֵה עַל בֵית עַיְנוּהי אַו עַל אִידָא דִילֵהּ ·
10 אָף הוּ נֶשְׁתֵא מֶן חַמְרָא דְחֶמְתָא
דַאלָהָא הַו דַמְזִיג אַקְרַטָן בְּכַפָּא דְרוּגְזָא
דִילֵהּ וֶנֶשְׁתַנַק בְּנוּרָא וְכֶבְרִיתָא קְדָם

ܠܗܘܢ ܕܝܬܒܝܢ ܥܠ ܐܪܥܐ. ܘܥܠ ܟܠ
ܥܡܐ ܘܫܪܒܐ ܘܠܫܢܐ ܘܐܡܐ. 7 ܕܐܡܪ
ܒܩܠܐ ܪܡܐ. ܕܚܠܘ ܡܢ ܐܠܗܐ ܘܗܒܘ ܠܗ
ܬܫܒܘܚܬܐ. ܕܐܬܬ ܫܥܬܐ ܕܕܝܢܗ.
ܘܣܓܘܕܘ ܠܗܘ ܕܥܒܕ ܫܡܝܐ ܘܐܪܥܐ
ܘܝܡܐ ܘܡܥܝܢܐ ܕܡܝܐ.
8 ܘܐܚܪܢܐ ܡܠܐܟܐ ܬܪܝܢܐ ܢܩܦ ܠܗ ܟܕ
ܐܡܪ ܢܦܠܬ ܢܦܠܬ ܒܒܝܠ ܗܝ ܪܒܬܐ.
ܗܝ ܕܡܢ ܚܡܪܐ ܕܚܡܬܐ ܕܙܢܝܘܬܐ
ܕܝܠܗ ܐܫܩܝܬ ܠܟܠܗܘܢ ܥܡܡܐ.
9 ܘܐܚܪܢܐ ܡܠܐܟܐ ܬܠܝܬܝܐ ܢܩܦ ܠܗܘܢ
ܟܕ ܐܡܪ ܒܩܠܐ ܪܡܐ. ܐܢ ܐܢܫ ܣܓܕ ܠܚܝܘܬܐ
ܚܝܘܬܐ ܘܠܨܠܡܗ ܕܝܠܗ: ܘܢܣܒ
ܪܘܫܡܐ ܕܝܠܗ ܥܠ ܒܝܬ ܥܝܢܘܗܝ ܐܘ
ܥܠ ܐܝܕܐ ܕܝܠܗ: 10 ܐܦ ܗܘ ܢܫܬܐ ܡܢ
ܚܡܪܐ ܕܚܡܬܐ ܕܐܠܗܐ: ܗܘ ܕܡܙܝܓ
ܐܩܪܛܘܢ ܒܟܣܐ ܕܪܘܓܙܐ ܕܝܠܗ.
ܘܢܫܬܢܩ ܒܢܘܪܐ ܘܒܟܒܪܝܬܐ. ܩܕܡ

iis qui habitant ſuper terram, & apud omnem nationem, & tribum, & linguam & gentem. 7 Dicentem voce magna, ſervite Deo, & date illi gloriam, quia venit hora judicii ejus, & adorate eum qui fecit cœlum, & terram, & mare, & fontes aquarum. 8 Et alius Angelus ſecundus ſecutus eſt eum, dicens: Cecidit, cecidit Babel illa magna, quæ ex vino excandeſcentiæ ſcortationis ſuæ potandum dedit omnibus gentibus. 9 Et alius Angelus tertius ſecutus eſt eos, dicens voce magna; ſi quis adoraverit illud animal dentis, & imaginem ejus, & accipit characterem ejus ſuper domicilium oculorum ſuorum, aut ſuper manum ſuam. 10 Etiam ille bibet ex vino excandeſcentiæ Dei, quod mixtum eſt merū in poculo iræ ejus, & cruciabitur in igne & ſulphure coram

τοὺς κατοικοῦντας ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ πᾶν ἔθνος καὶ φυλὴν καὶ γλῶσσαν καὶ λαόν. 7 Λέγοντα ἐν φωνῇ μεγάλῃ· φοβήθητε τὸν Θεόν, καὶ δότε αὐτῷ δόξαν, ὅτι ἦλθεν ἡ ὥρα τῆς κρίσεως αὐτοῦ· καὶ προσκυνήσατε τῷ ποιήσαντι τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν καὶ θάλασσαν καὶ πηγὰς ὑδάτων. 8 Καὶ ἄλλος ἄγγελος ἠκολούθησε, λέγων· Ἔπεσεν ἔπεσε Βαβυλὼν ἡ πόλις ἡ μεγάλη, ὅτι ἐκ τοῦ οἴνου τοῦ θυμοῦ τῆς πορνείας αὐτῆς πεπότικε πάντα ἔθνη. 9 Καὶ τρίτος ἄγγελος ἠκολούθησεν αὐτοῖς, λέγων ἐν φωνῇ μεγάλῃ· Εἴ τις τὸ θηρίον προσκυνεῖ καὶ τὴν εἰκόνα αὐτοῦ, καὶ λαμβάνει χάραγμα ἐπὶ τοῦ μετώπου αὐτοῦ ἢ ἐπὶ τὴν χεῖρα αὐτοῦ, 10 Καὶ αὐτὸς πίεται ἐκ τοῦ οἴνου τοῦ θυμοῦ τοῦ Θεοῦ, τοῦ κεκερασμένου ἀκράτου ἐν τῷ ποτηρίῳ τῆς ὀργῆς αὐτοῦ· καὶ βασανισθήσεται ἐν πυρὶ καὶ θείῳ ἐνώπιον τῶν ἁγίων

ܡܠܐܟܐ ܩܕܝܫܐ. ܘܩܕܡ ܬܪܘܢܘܣ. 11
ܘܬܢܢܐ ܕܬܫܢܝܩܐ ܕܝܠܗܘܢ: ܠܥܠܡܐ
ܕܥܠܡܐ ܢܣܩ ܘܠܐ ܐܝܬ ܠܗܘܢ ܢܝܚܐ ܐܝܡܡܐ
ܘܠܠܝܐ: ܠܗܠܝܢ ܕܣܓܕܝܢ ܠܗܘ ܚܝܘܬ
ܫܢܐ ܘܠܨܠܡܐ ܕܝܠܗ. 12 ܗܪܟܐ
ܡܣܝܒܪܢܘܬܐ ܕܩܕܝܫܐ ܐܝܬܝܗ̇:
ܗܢܘܢ ܕܢܛܪܝܢ ܠܦܘܩܕܢܘܗܝ ܕܐܠܗܐ
ܘܠܗܝܡܢܘܬܐ ܕܝܫܘܥ. 13 ܘܫܡܥܬ ܩܠܐ
ܡܢ ܫܡܝܐ ܕܐܡܪ: ܟܬܘܒ ܛܘܒܬܢܐ ܐܢܘܢ
ܡܝܬܐ ܗܢܘܢ ܕܒܐܠܗܐ ܡܝܬܝܢ ܡܢ
ܗܫܐ ܐܝܢ ܐܡܪ ܪܘܚܐ. ܐܝܟܢܐ ܕܢܬܢܝܚܘܢ
ܡܢ ܥܡܠܐ ܕܝܠܗܘܢ. ܗܢܘܢ ܓܝܪ ܥܒܕܐ
ܕܝܠܗܘܢ ܢܩܦܝܢ ܥܡܗܘܢ. 14 ܘܚܙܝܬ ܘܗܐ
ܥܢܢܐ ܚܘܪܬܐ. ܘܥܠ ܥܢܢܐ ܝܬܒ: ܕܕܡܐ
ܠܒܪܗ ܕܐܢܫܐ: ܕܐܝܬ ܠܗ ܥܠ ܪܫܐ ܕܝܠܗ
ܟܠܝܠܐ ܕܕܗܒܐ: ܘܒܐܝܕܐ ܕܝܠܗ
ܡܓܠ ܚܪܝܦܬܐ: 15 ܘܐܚܪܢܐ ܡܠܐܟܐ
ܢܦܩ ܡܢ ܗܝܟܠܐ. ܟܕ ܩܥܐ ܒܩܠܐ ܪܒܐ.

מלאכא קדישא וקדם תרונוס. 11
ותננא דתשניקא דילהון לעלמא
דעלמא נסק ולא אית להון ניחא
איממא ולליא להלין דסגדין להו חיות
שנא ולצלמא דילה. 12 הרכא
מסיברנותא דקדישא איתיה הנון
דנטרין לפוקדנוהי דאלהא ולהימנותא
דישוע. 13 ושמעת קלא מן שמיא
דאמר כתוב טובתנא אנון מיתא הנון
דבאלהא מיתין מן השא אין אמר רוחא
איכנא דנתתניחון מן עמלא דילהון הנון
גיר עבדא דילהון נקפין עמהון. 14 וחזית
והא עננא חורתא ועל עננא יתב
דדמא לברה דאנשא דאית לה על
רישא דילה כלילא דדהבא ובאידא דילה
מגל חריפתא. 15 ואחרנא מלאכא
נפק מן היכלא כד קעא בקלא רבא

τῶν ἁγίων ἀγγέλων καὶ ἐνώπιον τοῦ ἀρνίου. 11 Καὶ ὁ καπνὸς τοῦ βασανισμοῦ αὐτῶν ἀναβαίνει εἰς αἰῶνας αἰώνων· καὶ οὐκ ἔχουσιν ἀνάπαυσιν ἡμέρας καὶ νυκτὸς οἱ προσκυνοῦντες τὸ θηρίον καὶ τὴν εἰκόνα αὐτοῦ, καὶ εἴ τις λαμβάνει τὸ χάραγμα τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ. 12 Ὧδε ὑπομονὴ τῶν ἁγίων ἐστίν· ὧδε οἱ τηροῦντες τὰς ἐντολὰς τοῦ Θεοῦ, καὶ τὴν πίστιν Ἰησοῦ. 13 Καὶ ἤκουσα φωνῆς ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, λεγούσης μοι, γράψον· Μακάριοι οἱ νεκροὶ οἱ ἐν Κυρίῳ ἀποθνήσκοντες ἀπάρτι. Ναὶ, λέγει τὸ Πνεῦμα, ἵνα ἀναπαύσωνται ἐκ τῶν κόπων αὐτῶν· τὰ δὲ ἔργα αὐτῶν ἀκολουθεῖ μετ' αὐτῶν. 14 Καὶ εἶδον, καὶ ἰδοὺ νεφέλη λευκὴ, καὶ ἐπὶ τὴν νεφέλην καθήμενος ὅμοιος υἱῷ ἀνθρώπου, ἔχων ἐπὶ τῆς κεφαλῆς αὐτοῦ στέφανον χρυσοῦν, καὶ ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ δρέπανον ὀξύ. 15 Καὶ ἄλλος ἄγγελος ἐξῆλθεν ἐκ τοῦ ναοῦ, κράζων ἐν μεγάλῃ φωνῇ

Angelis ſanctis, & coram throno. 11 Et fumus cruciatus eorum in ſecula ſeculorum aſcendit, & non eſt ipſis quies die ac nocte, iis qui adorant illud animal dentis & imaginem ejus. 12 Hic tolerantia ſanctorum eſt, qui ſervant præcepta Dei, & fidem Jeſu. 13 Et audivi vocem è cœlo, dicentem: ſcribe, Beati ſunt mortui, qui in Deo moriuntur ab hinc: etiam, dicit Spiritus, ut requieſcant à laboribus ſuis: ipſa enim opera eorum ſequuntur eos. 14 Et vidi, & ecce nubes alba, & ſuper nubem ſedet ſimilis filio hominis, habens ſuper caput ſuum coronam auream, & in manu ſua falcem acutam. 15 Et alius Angelus exivit è templo, clamans voce magna

להו דיתב על עננא. 16 וארמי מגלא
דילה על ארעא ואתחצדת ארעא.
17 ואחרנא מלאכא נפק מן היכלא הו
דבשמיא דאית אף לה מגלא חריפתא.
18 ואחרנא מלאכא נפק מן מדבחא הו
דאית לה שולטנא על נורא וקעא
בקעתא רבתא להו דאית לה מגלא
חריפתא כד אמר שדר למגלא דילך הי
חריפתא וקטוף לסגולא דכרמה
דארעא מטל דאתעלמי ענביה דארעא.
19 וארמי מלאכא למגלא דילה בארעא
וקטף לכרמה דארעא וארמי במעצרתא
דחמתה דאלהא הו רבא. 20 ואתתדישת
הי מעצרתא עדמא לפגודא דרכשא
מן אסטדותא אלף ושת מאא:

ܠܗܘ ܕܝܬܒ ܥܠ ܥܢܢܐ. 16 ܘܐܪܡܝ
ܡܓܠܐ ܕܝܠܗ ܥܠ ܐܪܥܐ. ܘܐܬܚܨܕܬ ܐܪܥܐ.
17 ܘܐܚܪܢܐ ܡܠܐܟܐ ܢܦܩ ܡܢ ܗܝܟܠܐ ܗܘ
ܕܒܫܡܝܐ. ܕܐܝܬ ܐܦ ܠܗ ܡܓܠܐ ܚܪܝܦܬܐ:
18 ܘܐܚܪܢܐ ܡܠܐܟܐ ܢܦܩ ܡܢ ܡܕܒܚܐ.
ܗܘ ܕܐܝܬ ܠܗ ܫܘܠܛܢܐ ܥܠ ܢܘܪܐ. ܘܩܥܐ
ܒܩܥܬܐ ܪܒܬܐ ܠܗܘ ܕܐܝܬ ܠܗ ܡܓܠܐ
ܚܪܝܦܬܐ ܟܕ ܐܡܪ. ܫܕܪ ܠܡܓܠܐ ܕܝܠܟ ܗܝ
ܚܪܝܦܬܐ ܘܩܛܘܦ ܠܣܓܘܠܐ ܕܟܪܡܗ
ܕܐܪܥܐ: ܡܛܠ ܕܐܬܥܠܝܘ ܥܢܒܘܗܝ ܕܐܪܥܐ.
19 ܘܐܪܡܝ ܡܠܐܟܐ ܠܡܓܠܐ ܕܝܠܗ ܒܐܪܥܐ:
ܘܩܛܦ ܠܟܪܡܗ ܕܐܪܥܐ: ܘܐܪܡܝ
ܒܡܥܨܪܬܐ ܕܚܡܬܗ ܕܐܠܗܐ ܗܘ ܪܒܐ.
20 ܘܐܬܬܕܝܫܬ ܗܝ ܡܥܨܪܬܐ ܥܕܡܐ ܠܦܓܘܕܐ
ܕܪܟܫܐ: ܡܢ ܐܣܛܕܘܬܐ ܐܠܦ ܘܫܬ ܡܐܐ:



ad eum qui ſedet ſuper nubem. 16 Et projecit falcem ſuam ſuper terram, & demeſſa eſt terra. 17 Et alius Angelus exivit è templo, quod in cœlo *eſt*, habens etiam falcem acutam. 18 Et alius Angelus exivit ex altari, habens poteſtatem ſuper ignem: & clamavit clamore magno ad eum qui habet falcem acutam, dicens: mitte falcem tuam illam acutam, & vindemia botros vineæ terræ, qui adoleverunt uvæ terræ. 19 Et projecit Angelus falcem ſuam in terram, & vindemiavit vineam terræ, & projecit in torcular excandeſcentiæ Dei illud magnum. 20 Et calcatum eſt illud torcular uſque ad frœna equorum, à ſtadiis mille & ſexcentis.

τῷ καθημένῳ ἐπὶ τῆς νεφέλης· Πέμψον τὸ δρέπανόν σου, καὶ θέρισον· ὅτι ἦλθέ σοι ἡ ὥρα τοῦ θερίσαι· ὅτι ἐξηράνθη ὁ θερισμὸς τῆς γῆς. 16 Καὶ ἔβαλεν ὁ καθήμενος ἐπὶ τὴν νεφέλην τὸ δρέπανον αὐτοῦ ἐπὶ τὴν γῆν· καὶ ἐθερίσθη ἡ γῆ. 17 Καὶ ἄλλος ἄγγελος ἐξῆλθεν ἐκ τοῦ ναοῦ τοῦ ἐν τῷ οὐρανῷ, ἔχων καὶ αὐτὸς δρέπανον ὀξύ. 18 Καὶ ἄλλος ἄγγελος ἐξῆλθεν ἐκ τοῦ θυσιαστηρίου, ἔχων ἐξουσίαν ἐπὶ τοῦ πυρός. καὶ ἐφώνησε κραυγῇ μεγάλῃ τῷ ἔχοντι τὸ δρέπανον τὸ ὀξύ, λέγων· Πέμψον σου τὸ δρέπανον τὸ ὀξύ, καὶ τρύγησον τοὺς βότρυας τῆς ἀμπέλου τῆς γῆς, ὅτι ἤκμασιν αἱ σταφυλαὶ αὐτῆς. 19 Καὶ ἔβαλεν ὁ ἄγγελος τὸ δρέπανον αὐτοῦ εἰς τὴν γῆν, καὶ ἐτρύγησε τὴν ἄμπελον τῆς γῆς, καὶ ἔβαλεν εἰς τὴν ληνὸν τοῦ θυμοῦ τοῦ Θεοῦ τὴν μεγάλην. 20 Καὶ ἐπατήθη ἡ ληνὸς ἔξω τῆς πόλεως, καὶ ἐξῆλθε αἷμα ἐκ τῆς ληνοῦ ἄχρι τῶν χαλινῶν τῶν ἵππων, ἀπὸ σταδίων χιλίων ἑξακοσίων.

ܩܦܠܐܘܢ ܝܚ:

1 ܘܚܙܝܬ ܐܚܪܬܐ ܐܬܐ ܒܫܡܝܐ ܪܒܬܐ ܘܬܡܝܗܬܐ. ܡܠܐܟܐ ܫܒܥܐ ܕܐܝܬ ܠܗܘܢ ܡܚܘܬܐ ܫܒܥ ܗܠܝܢ ܐܚܪܝܬܐ: ܡܛܠ ܕܒܗܝܢ ܐܫܬܠܡܬ ܚܡܬܗ ܕܐܠܗܐ. 2 ܘܚܙܝܬ ܐܝܟ ܝܡܐ ܕܙܓܘܓܝܬܐ † ܕܚܠܝܛܐ ܒܢܘܪܐ: ܘܠܗܢܘܢ ܕܙܟܘ ܡܢ ܚܝܘܬܐ ܫܢܐ ܘܡܢ ܨܠܡܐ ܕܝܠܗ: ܘܡܢ ܡܢܝܢܐ ܕܫܡܐ ܕܝܠܗ. ܟܕ ܩܝܡܝܢ ܥܠ ܝܡܐ ܕܙܓܘܓܝܬܐ: ܘܐܝܬ ܠܗܘܢ † ܩܝܬܪܘܣܗܝ ܕܐܠܗܐ. 3 ܘܡܫܒܚܝܢ ܬܫܒܘܚܬܐ ܕܡܘܫܐ ܗܘ ܥܒܕܗ ܕܐܠܗܐ: ܘܬܫܒܘܚܬܐ ܕܐܡܪܐ: ܟܕ ܐܡܪܝܢ. ܪܘܪܒܐ ܘܬܡܝܗܐ ܐܝܬܝܗܘܢ ܥܒܕܐ ܕܝܠܟ ܡܪܝܐ ܐܠܗܐ ܗܘ ܐܚܝܕ ܟܠ. ܟܐܢܬܐ ܘܫܪܝܪܬܐ ܐܘܪܚܬܐ ܕܝܠܟ ܡܠܟܐ ܕܥܠܡܐ. 4 ܡܢܘ ܠܐ ܢܕܚܠ ܠܟ ܡܪܝܐ: ܘܢܫܒܚ ܠܫܡܐ ܕܝܠܟ: ܡܛܠ ܕܐܢܬ ܗܘ ܒܠܚܘܕܝܟ ܚܣܝܐ ܐܝܬܝܟ

קפלאון יח

1 וחזית אחרתא אתא בשמיא רבתא
ותמיהתא מלאכא שבעא דאית להון
מחותא שבע הלין אחריתא מטל
דבהין אשתלמת חמתה דאלהא .
2 וחזית איך ימא דזגוגיתא †
דחליטא בנורא ולהנון דזכו מן הו
חיות שנא ומן צלמא דילה ומן מנינא
דשמא דילה כד קימין על ימא
דזגוגיתא ואית להון † קיתרוסחי
דאלהא . 3 ומשבחין תשבוחתא דמושא
הו עבדה דאלהא ותשבוחתא
דאמרא כד אמרין רורבא ותמיהא
איתיהון עבדא דילך מריא אלהא
הו אחיד כל כאנתא ושרירתא אורחתא
דילך מלכא דעלמא . 4 מנו לא
נדחל לך מריא ונשבח לשמא דילך
מטל דאנת־הו בלחודיך חסיא איתיך

ΚΕΦ. ΙΕ΄.

1 Καὶ εἶδον ἄλλο σημεῖον ἐν τῷ οὐρανῷ μέγα καὶ θαυμαστὸν, ἀγγέλους ἑπτὰ, ἔχοντας πληγὰς ἑπτὰ τὰς ἐσχάτας, ὅτι ἐν αὐταῖς ἐτελέσθη ὁ θυμὸς τοῦ Θεοῦ. 2 Καὶ εἶδον ὡς θάλασσαν ὑαλίνην μεμιγμένην πυρί. καὶ τοὺς νικῶντας ἐκ τοῦ θηρίου καὶ ἐκ τῆς εἰκόνος αὐτοῦ καὶ ἐκ τοῦ χαράγματος αὐτοῦ, ἐκ τοῦ ἀριθμοῦ τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ, ἑστῶτας ἐπὶ τὴν θάλασσαν τὴν ὑαλίνην, ἔχοντας κιθάρας τοῦ Θεοῦ. 3 Καὶ ᾄδουσι τὴν ᾠδὴν Μωσέως δούλου τοῦ Θεοῦ, καὶ τὴν ᾠδὴν τοῦ ἀρνίου, λέγοντες· Μεγάλα καὶ θαυμαστὰ τὰ ἔργα σου, Κύριε ὁ Θεὸς ὁ παντοκράτωρ· δίκαιαι καὶ ἀληθιναί αἱ ὁδοί σου, ὁ βασιλεὺς τῶν ἁγίων. 4 Τίς οὐ μὴ φοβηθῇ σε, Κύριε, καὶ δοξάσῃ τὸ ὄνομά σου; ὅτι μόνος ὅσιος·

CAPUT XV.

1 Et vidi aliud signum in cœlo magnum & admirabile, Angelos septem, habentes plagas septem illas ultimas, propterea quod in illis consummata est excandescentia Dei. 2 Et vidi tanquam mare vitreum mixtum igni, & eos qui victoriam reportarunt ab illo animali dentis, & ab imagine ejus, & a numero nominis ejus, stantes super mare vitreum, & habent citharas Dei. 3 Et canunt canticum Mosis, illius servi Dei, & canticum Agni, dicentes, magna & mirabilia sunt opera tua, Domine Deus omnipotens: justæ & veræ sunt viæ tuæ rex seculorum. 4 Quis non timebit te Domine, & glorificabit nomen tuũ? propterea quod tu solus sanctus es

וְכֵאנָא מֶטֻל דְכֻלְהוֹן עַמְמֵא נֵאתוּן וְנֶסְגְדוּן
קֳדָמַיךְ וְזַדְקֵא דִילָךְ אֶתְגְלִיו : 5 וּבָתַר
הָלֵין חְזִית וְאֶתְפְּתַח הַיכְלָא דְמַשְׁכְּנָא
דְסָהֲדוּתָא דְבַשְׁמַיָא · 6 וּנְפַקוּ הָנוּן שַׁבְעָא
מַלַאכֵא הָלֵין דְאִית לְהוֹן שְׁבַע מַחְוָתָא
מֶן הַיכְלָא כַד אִיתַיהוֹן דַלְבִישִׁין כֶּתָנָא
דַכְיָא נַצִּיחָא וַאסִירִין לְוָת חַדְיָא דִילְהוֹן
זָנָוס דְדַהְבָא · 7 וְחַדָא מֶן אַרְבַע חַיְוָתָא
יֶהֲבַת לְהָנוּן שַׁבְעָא מַלַאכֵא שְׁבַע פִּילַאס
דְדַהְבָא דְמַלְיָן מֶן חֶמְתֵה דַאלָהָא הַו
דְחַי לְעָלְמֵא דְעָלְמֵא · 8 וְאֶתְמְלִי הַיכְלָא
מֶן תְּנָנָא מֶן תֶּשְׁבּוּחְתֵה דַאלָהָא וְמֶן חַילָא
דִילֵה וְלָא־אֱנָשׁ מְצֵא־הֲוָא לְמֶעַל לְהַיכְלָא
† עֲדַמָא דְנֶשְׁתַּמְלְיָן הָלֵין שְׁבַע מַחְוָתָא
דְהָנוּן שַׁבְעָא מַלַאכֵא:

ܡܛܠ ܕܟܠܗܘܢ ܥܡ̈ܡܐ ܢܐܬܘܢ
ܘܢܣܓܕܘܢ ܩܕܡܝܟ ܡܛܠ ܕܬܪ̈ܝܨܘܬܟ ܐܬܓܠܝ ܠܗܘܢ:
5 ܘܒܬܪ ܗܠܝܢ ܚܙܝܬ. ܘܐܬܦܬܚ ܗܝܟܠܐ
ܕܡܫܟܢܐ ܕܣܗܕܘܬܐ ܕܒܫܡܝܐ. 6 ܘܢܦܩܘ
ܫܒܥܐ ܡܠܐܟ̈ܐ ܕܐܝܬ ܠܗܘܢ
ܫܒܥ ܡܚ̈ܘܢ ܡܢ ܗܝܟܠܐ. ܟܕ ܠܒܝܫܝܢ
ܟܬܢܐ ܕܟܝܐ ܘܢܗܝܪܐ. ܘܐܣܝܪܝܢ ܥܠ
ܚܕܝܗܘܢ ܐܣܪ̈ܐ ܕܕܗܒܐ. 7 ܘܚܕܐ ܡܢ
ܐܪܒܥ ܚܝ̈ܘܢ ܝܗܒܬ ܠܫܒܥܐ ܡܠܐܟ̈ܐ
ܫܒܥ ܦܝ̈ܠܐ ܕܕܗܒܐ. ܕܡܠܝܢ ܚܡܬܗ ܕܐܠܗܐ
ܗܘ ܕܚܝ ܠܥܠܡ ܥܠܡܝܢ: ܘܐܬܡܠܝ ܗܝܟܠܐ
ܬܢܢܐ ܡܢ ܫܘܒܚܗ ܕܐܠܗܐ. ܘܡܢ ܚܝܠܗ.
ܘܠܐ ܐܢܫ ܡܫܟܚ ܗܘܐ ܠܡܥܠ ܠܗܝܟܠܐ
ܥܕܡܐ ܕܢܫܬܠܡܢ ܫܒܥ ܡܚ̈ܘܢ † :
ܕܫܒܥܐ ܡܠܐܟ̈ܐ ::

& justus: propterea quod omnes gentes venient, & adorabunt ante te: & judicia tua patefacta sunt. 5 Et post hæc vidi, & apertum est templum tabernaculi testimonii quod in cœlo *est*. 6 Et exiverunt illi septem Angeli, qui habent septem plagas, è templo, induti lino puro, splendido, & vincti ad pectus suum zonis aureis. 7 Et unum ex quatuor animalibus dedit illis septem Angelis septem phialas aureas plenas excandescentiâ Dei, qui vivit in secula seculorum. 8 Et impletum est templum è fumo ex gloria Dei & ex potentia ejus & nemo poterat intrare in templum, usque dum explerentur illæ septem plagæ illorum septem Angelorum.

ὅτι πάντα τὰ ἔθνη ἥξουσι καὶ προσκυνήσουσιν ἐνώπιόν σου· ὅτι τὰ δικαιώματά σου ἐφανερώθησαν. 5 Καὶ μετὰ ταῦτα εἶδον, καὶ ἰδοὺ ἠνοίγη ὁ ναὸς τῆς σκηνῆς τοῦ μαρτυρίου ἐν τῷ οὐρανῷ. 6 Καὶ ἐξῆλθον οἱ ἑπτὰ ἄγγελοι ἔχοντες τὰς ἑπτὰ πληγὰς, ἐκ τοῦ ναοῦ, ἐνδεδυμένοι λίνον καθαρὸν καὶ λαμπρὸν, καὶ περιεζωσμένοι περὶ τὰ στήθη ζώνας χρυσᾶς. 7 Καὶ ἓν ἐκ τῶν τεσσάρων ζώων ἔδωκε τοῖς ἑπτὰ ἀγγέλοις ἑπτὰ φιάλας χρυσᾶς, γεμούσας τοῦ θυμοῦ τοῦ Θεοῦ τοῦ ζῶντος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. 8 Καὶ ἐγεμίσθη ὁ ναὸς καπνοῦ ἐκ τῆς δόξης τοῦ Θεοῦ, καὶ ἐκ τῆς δυνάμεως αὐτοῦ. καὶ οὐδεὶς ἠδύνατο εἰσελθεῖν εἰς τὸν ναὸν, ἄχρι τελεσθῶσιν αἱ ἑπτὰ πληγαὶ τῶν ἑπτὰ ἀγγέλων.

ܩܦܠܐܘܢ ܝܘ:

1 ܘܫܡܥܬ ܩܠܐ ܪܒܐ ܕܐܡܪ ܠܗܘܢ ܠܫܒܥܐ
ܡܠܐܟܐ ܙܠܘ ܘܐܫܕܘ ܠܗܠܝܢ ܫܒܥ
ܦܝܠܘܬܐ ܕܚܡܬܗ ܕܐܠܗܐ ܒܐܪܥܐ. 2 ܘܐܙܠ
ܗܘ ܩܕܡܝܐ. ܘܐܫܕ ܠܦܝܠܬܗ ܕܝܠܗ ܒܐܪܥܐ.
ܘܗܘܐ ܫܘܚܢܐ ܒܝܫܐ ܘܟܐܒܐ: ܥܠ
ܒܢܝܢܫܐ ܗܠܝܢ ܕܐܝܬ ܠܗܘܢ ܪܘܫܡܐ
ܕܗܝ ܚܝܘܬܐ ܣܢܝܬܐ: ܘܗܢܘܢ ܕܣܓܕܝܢ
ܠܨܠܡܐ ܕܝܠܗ. 3 ܘܗܘ ܬܪܝܢܐ ܡܠܐܟܐ ܐܫܕ
ܠܦܝܠܬܗ ܕܝܠܗ ܒܝܡܐ: ܘܗܘܐ ܕܡܐ
ܐܝܟ ܕܡܝܬܐ ܘܟܠ ܢܦܫܐ ܕܚܝܐ ܡܝܬܬ
ܗܠܝܢ ܕܒܝܡܐ. 4 ܘܗܘ ܬܠܝܬܝܐ ܡܠܐܟܐ ܐܫܕ
ܠܦܝܠܬܗ ܕܝܠܗ ܒܢܗܪܘܬܐ ܘܒܡܥܝܢܬܐ
ܕܡܝܐ: ܘܗܘܘ ܕܡܐ. 5 ܘܫܡܥܬ ܠܡܠܐܟܐ
ܕܡܝܐ ܕܐܡܪ ܙܕܝܩܐ ܐܢܬ ܗܘ ܕܐܝܬܝܟ
ܘܗܘ ܕܐܝܬܝܟ ܗܘܝܬ ܘܚܣܝܐ ܡܛܠ
ܕܗܠܝܢ ܕܢܬ. 6 ܡܛܠ ܕܕܡܐ ܕܩܕܝܫܐ
ܘܕܢܒܝܐ ܐܫܕܘ ܘܕܡܐ ܠܗܘܢ ܝܗܒܬ

קפלאון יו

1 ושמעת קלא רבא דאמר להנון
שבעא מלאכא זלו ואשודו להלין שבע
פילאס דחמתה דאלהא בארעא .
2 ואזל הו קדמיא ואשד לפילאין
דילה בארעא והוא שוחנא בישא
וכאבנא על בנינשא הלין דאית
להון לרושמא דהו חיות שנא והנון
דסגדין לצלמא דילה . 3 והו תרינא
מלאכא אשד לפילאין דילה בימא
והוא דמא איך דמיתא וכל נפשא
דחיא מיתין הלין דבימא : 4 והו
תליתיא מלאכא אשד לפילאין דילה
בנהרותא ובמעינא דמיא והוו דמא :
5 ושמעת למלאכא דמיא דאמר זדיקא
איתיך הו דאיתותי והו דאיתותי־הוא
וחסיא מטל דהלין דנת. 6 מטל דדמא
דקדישא ודנביא אשדו ודמא להון יהבת

ΚΕΦ. ΙϚʹ.

1 Καὶ ἤκουσα φωνῆς μεγάλης ἐκ τοῦ ναοῦ, λεγούσης τοῖς ἑπτὰ ἀγγέλοις· Ὑπάγετε καὶ ἐκχέατε τὰς φιάλας τοῦ θυμοῦ τοῦ Θεοῦ εἰς τὴν γῆν. 2 Καὶ ἀπῆλθεν ὁ πρῶτος, καὶ ἐξέχεε τὴν φιάλην αὐτοῦ ἐπὶ τὴν γῆν· καὶ ἐγένετο ἕλκος κακὸν καὶ πονηρὸν εἰς τοὺς ἀνθρώπους τοὺς ἔχοντας τὸ χάραγμα τοῦ θηρίου, καὶ τοὺς τῇ εἰκόνι αὐτοῦ προσκυνοῦντας. 3 Καὶ ὁ δεύτερος ἄγγελος ἐξέχεε τὴν φιάλην αὐτοῦ εἰς τὴν θάλασσαν, καὶ ἐγένετο αἷμα ὡς νεκροῦ· καὶ πᾶσα ψυχὴ ζῶσα ἀπέθανεν ἐν τῇ θαλάσσῃ. 4 Καὶ ὁ τρίτος ἄγγελος ἐξέχεε τὴν φιάλην αὐτοῦ εἰς τοὺς ποταμοὺς καὶ εἰς τὰς πηγὰς τῶν ὑδάτων· καὶ ἐγένετο αἷμα. 5 Καὶ ἤκουσα τοῦ ἀγγέλου τῶν ὑδάτων λέγοντος· Δίκαιος, Κύριε, εἶ, ὁ ὢν, καὶ ὁ ἦν καὶ ὁ ὅσιος, ὅτι ταῦτα ἔκρινας. 6 ὅτι αἷμα ἁγίων καὶ προφητῶν ἐξέχεαν, καὶ αἷμα αὐτοῖς ἔδωκας

CAPUT XVI.

1 Et audivi vocem magnam dicentem illis ſeptem Angelis, abite & effundite illas ſeptem phialas excandeſcentiæ Dei in terram. 2 Et ivit ille primus, & effudit phialam ſuam in terram: & factum eſt ulcus malum & dolorificum ſuper homines illos, qui habent characterem illius animalis dentis, & qui adorant imaginem ejus. 3 Et ille ſecundus Angelus effudit phialam ſuam in mare, & factus eſt ſanguis ſicut mortui, & omnis anima viventium, mortua ſunt quæ in mari *erant*. 4 Et ille tertius Angelus effudit phialam ſuam in fluvios, & in fontes aquarum, & factæ ſunt ſanguis. 5 Et audivi Angelum aquarum dicentem, juſtus es ó ille qui eſt, & qui erat, & ſanctus, propterea quod hæc judicaſti. 6 Propterea quod ſanguinem ſanctorum & prophetarum effuderunt, & ſanguinem ipſis dediſti biben-

לְמֶשְׁתָּא דְשָׁוֵין אִיתַיהוֹן · 7 וְשֶׁמְעַת
לְמַדְבְּחָא דָאמַר אִין מָרְיָא אֱלָהָא הַו
אַחִיד כֻּל שַׁרִירָא־הו וְזַדִיקָא דִינָא
דִילָךְ ׃ 8 וְהַו אַרְבִיעָיָא אֱשַׁד לְפִיַלָאין
דִילֵה עַל שֶׁמְשָׁא וְאֶתִיהֵב לֵה לְמַחָמו
לַבְנַינָשָׁא בְּנוּרָא · 9 וְאֶתְחַמֵּמו הָנוּן
בְּנַינָשָׁא חוּמָא רַבָּא וְגַדְפו בְּנַינָשָׁא
לַשְׁמָא דַאלָהָא הַו דאִית לֵה שׁוּלְטָנָא
עַל מַחְוָתָא הָלֵין וְלָא אֶתְתְּוִיו לְמֶתַל
לֵה תֶשְׁבּוּחְתָא · 10 וְהַו חְמִישָׁיָא אֱשַׁד
לְפִיַלָאין דִילֵה עַל תְרָונָס דְהַו חַיוַת
שֶׁנֵא וַהְוָת מַלְכוּתָא דִילֵה חֶשׁוּכְתָא
וְמַלְעְסִין־הוַו לֶשָׁנֵא דִילְהוֹן מֶן כְאבָא ·
11 וְגַדְפו לַאלָהָא דַשְׁמַיָא מֶן כְאבֵא
דִילְהוֹן וְמֶן שׁוּחְנֵא דִילְהוֹן וְלָא
אֶתְתְּוִיו מֶן עְבָדֵא דִילְהוֹן. 12 וְהַו שְׁתִיתָיָא
אֱשַׁד לְפִיַלָאין דִילֵה עַל נַהְרָא הַו רַבָּא

ܠܡܫܬܐ܂ ܕܫܘܝܢ ܐܝܬܝܗܘܢ܂ 7 ܘܫܡܥܬ
ܠܡܕܒܚܐ ܕܐܡܪ܂ ܐܝܢ ܡܪܝܐ ܐܠܗܐ ܗܘ ܐܚܝܕ
ܟܠ܂ ܫܪܝܪܐ ܗܘ ܘܙܕܝܩܐ ܕܝܢܐ ܕܝܠܟ܂ 8
ܘܗܘ ܐܪܒܥܝܐ ܐܫܕ ܠܦܝܠܐܝܢ ܕܝܠܗ ܥܠ
ܫܡܫܐ܂ ܘܐܬܝܗܒ ܠܗ ܠܡܚܡܘ ܠܒܢܝܢܫܐ
ܒܢܘܪܐ܂ 9 ܘܐܬܚܡܡܘ ܗܢܘܢ
ܒܢܝܢܫܐ ܚܘܡܐ ܪܒܐ܂ ܘܓܕܦܘ
ܒܢܝܢܫܐ ܠܫܡܐ ܕܐܠܗܐ ܗܘ ܕܐܝܬ
ܠܗ ܫܘܠܛܢܐ ܥܠ ܡܚܘܬܐ ܗܠܝܢ܂
ܘܠܐ ܐܬܬܘܝܘ ܠܡܬܠ ܠܗ ܬܫܒܘܚܬܐ܂ 10
ܘܗܘ ܚܡܝܫܝܐ ܐܫܕ ܠܦܝܠܐܝܢ ܕܝܠܗ ܥܠ
ܬܪܘܢܘܣ ܕܗܘ ܚܝܘܬܐ ܫܢܐ ܘܗܘܬ
ܡܠܟܘܬܐ ܕܝܠܗ ܚܫܘܟܬܐ܂ ܘܡܠܥܣܝܢ
ܗܘܘ ܠܫܢܐ ܕܝܠܗܘܢ܂ ܡܢ ܟܐܒܐ܂ 11
ܘܓܕܦܘ ܠܐܠܗܐ ܕܫܡܝܐ ܡܢ ܟܐܒܐ ܕܝܠܗܘܢ
ܘܡܢ ܫܘܚܢܐ ܕܝܠܗܘܢ܂ ܘܠܐ ܐܬܬܘܝܘ ܡܢ
ܥܒܕܐ ܕܝܠܗܘܢ܂ 12 ܘܗܘ ܫܬܝܬܝܐ ܐܫܕ
ܠܦܝܠܐܝܢ ܕܝܠܗ ܥܠ ܢܗܪܐ ܗܘ ܪܒܐ

bibendum, quia digni ſunt. 7 Et audivi altare dicens, etiam domine Deus omnipotens, verum eſt & juſtum judicium tuum. 8 Et ille quartus effudit phialam ſuam ſuper ſolem, & datum eſt ei urere homines igne. 9 Et æſtuarunt homines æſtu magno, & convitiis affecerunt homines nomen Dei, qui habet poteſtatem ſuper plagas illas, & non reſipuerunt, ut darent ipſi gloriam. 10 Et ille quintus effudit phialam ſuam ſuper thronum illius animalis dentium, & factum eſt regnum ejus obtenebratum, & mandebant linguas ſuas ex dolore. 11 Et convitiis affecerunt Deum cœli ex dolore ſuo, & ex ulceribus ſuis, & non reſipuerunt ab operibus ſuis. 12 Et ille ſextus effudit phialam ſuam ſuper fluvium illum magnum

πιεῖν ἄξιοι γάρ εἰσι. 7 Καὶ ἤκουσα ἄλλου ἐκ τοῦ θυσιαστηρίου λέγοντος· Ναὶ Κύριε ὁ Θεὸς ὁ παντοκράτωρ, ἀληθιναὶ καὶ δίκαιαι αἱ κρίσεις σου. 8 Καὶ ὁ τέταρτος ἄγγελος ἐξέχεε τὴν φιάλην αὐτοῦ ἐπὶ τὸν ἥλιον· καὶ ἐδόθη αὐτῷ καυματίσαι τοὺς ἀνθρώπους ἐν πυρί. 9 Καὶ ἐκαυματίσθησαν οἱ ἄνθρωποι καῦμα μέγα, καὶ ἐβλασφήμησαν τὸ ὄνομα τοῦ Θεοῦ τοῦ ἔχοντος ἐξουσίαν ἐπὶ τὰς πληγὰς ταύτας. καὶ οὐ μετενόησαν δοῦναι αὐτῷ δόξαν. 10 Καὶ ὁ πέμπτος ἄγγελος ἐξέχεε τὴν φιάλην αὐτοῦ ἐπὶ τὸν θρόνον τοῦ θηρίου. καὶ ἐγένετο ἡ βασιλεία αὐτοῦ ἐσκοτωμένη. καὶ ἐμασῶντο τὰς γλώσσας αὐτῶν ἐκ τοῦ πόνου. 11 Καὶ ἐβλασφήμησαν τὸν Θεὸν τοῦ οὐρανοῦ ἐκ τῶν πόνων αὐτῶν, καὶ ἐκ τῶν ἑλκῶν αὐτῶν· καὶ οὐ μετενόησαν ἐκ τῶν ἔργων αὐτῶν. 12 Καὶ ὁ ἕκτος ἄγγελος ἐξέχεε τὴν φιάλην αὐτοῦ ἐπὶ τὸν ποταμὸν τὸν μέγαν

τὸν

ܦܪܬ. ܘܝܒܫܘ ܡܝܐ ܕܝܠܗ. ܐܝܟܢܐ ܕܬܬܛܝܒ
ܐܘܪܚܐ ܕܡܠܟܐ ܗܢܘܢ ܕܡܢ ܡܕܢܚܐ
ܕܫܡܫܐ. 13 ܘܚܙܝܬ ܡܢ ܦܘܡܗ ܕܬܢܝܢܐ
ܘܡܢ ܦܘܡܗ ܕܗܘ ܚܝܘܬ ܫܢܐ ܘܡܢ ܦܘܡܗ
ܕܗܘ ܢܒܝܐ † ܕܓܠܐ: ܪܘܚܐ ܬܠܬ
ܛܡܐܬܐ ܐܝܟ ܐܘܪܕܥܐ. 14 ܐܝܬܝܗܘܢ ܓܝܪ
ܪܘܚܐ ܕܕܝܘܐ ܕܥܒܕܝܢ ܐܬܘܬܐ ܚܠܝܢ ܕܐܙܠܢ
ܥܠ ܡܠܟܐ ܕܡܬܥܡܪܢܝܬܐ ܟܠܗ ܠܡܟܢܫܘ
ܐܢܘܢ ܠܩܪܒܐ ܕܝܘܡܐ ܗܘ ܪܒܐ ܕܐܠܗܐ
ܗܘ ܐܚܝܕ ܟܠ. 15 ܘܗܐ ܐܬܐ ܐܢܐ †
ܐܝܟ ܓܢܒܐ ܛܘܒܬܢܐ ܗܘ ܕܥܝܪ ܘܢܛܪ
ܡܐܢܐ ܕܝܠܗ ܐܝܟܢܐ ܕܠܐ ܥܪܛܠܝܐ
ܢܗܠܟ ܘܢܚܙܘܢ ܦܘܪܣܝܐ ܕܝܠܗ. 16
ܘܟܢܫܘ ܐܢܘܢ ܠܕܘܟܬܐ ܗܝ ܕܡܬܩܪܝܐ
ܥܒܪܐܝܬ ܐܪܡܐܓܕܘܢ. 17 ܘܗܘ ܫܒܝܥܝܐ
ܐܫܕ ܠܦܝܠܐܝܢ ܕܝܠܗ ܥܠ ܐܐܪ ܘܢܦܩ
ܩܠܐ ܪܒܐ ܡܢ ܗܝܟܠܐ ܡܢ ܟܘܪܣܝܐ ܕܐܡܪ
ܗܘܬ. 18 ܘܗܘܘ ܒܪܩܐ ܘܪܥܡܐ ܘܩܠܐ ܘܙܘܥܐ

פרת ויבשו מיא דילה איכנא דתתטיב
אורחא דמלכא הנון דמן מדנחא
דשמשא . 13 וחזית מן פומה דתנינא
ומן פומה דהו חיות שנא ומן פומה
דהו נביא † דגלא רוחא תלת
טמאתא איך אורדעא . 14 איתיהון גיר
רוחא דדיוא דעבדין אתותא חלין דאזלן
על מלכא דמתעמרניתא כלה למכנשו
אנון לקרבא דיומא הו רבא דאלהא
הו אחיד כל . 15 והא אתא־אנא †
איך גנבא טובתנא־הו הו דעיר ונטר
מאנא דילה איכנא דלא ערטליא
נהלך ונחזון פורסיא דילה . 16
וכנשו אנון לדוכתא הי דמתקריא
עבראית ארמאגדון . 17 והו שביעיא
אשד לפילאין דילה על אאר ונפק
קלא רבא מן היכלא מן כורסיא דאמר
הות. 18 והוו ברקא ורעמא וקלא וזועא

τὸν Εὐφράτην. καὶ ἐξηράνθη τὸ ὕδωρ αὐτοῦ, ἵνα ἑτοιμασθῇ ἡ ὁδὸς τῶν βασιλέων τῶν ἀπὸ ἀνατολῶν ἡλίου. 13 Καὶ εἶδον ἐκ τοῦ στόματος τοῦ δράκοντος καὶ ἐκ τοῦ στόματος τοῦ θηρίου καὶ ἐκ τοῦ στόματος τοῦ ψευδοπροφήτου πνεύματα τρία ἀκάθαρτα ὅμοια βατράχοις. 14 Εἰσὶ γὰρ πνεύματα δαιμόνων ποιοῦντα σημεῖα ἃ ἐκπορεύεται ἐπὶ τοὺς βασιλεῖς τῆς γῆς καὶ τῆς οἰκουμένης ὅλης, συναγαγεῖν αὐτοὺς εἰς πόλεμον τῆς ἡμέρας ἐκείνης τῆς μεγάλης τοῦ Θεοῦ τοῦ παντοκράτορος. 15 Ἰδοὺ, ἔρχομαι ὡς κλέπτης. Μακάριος ὁ γρηγορῶν, καὶ τηρῶν τὰ ἱμάτια αὐτοῦ, ἵνα μὴ γυμνὸς περιπατῇ, καὶ βλέπωσι τὴν ἀσχημοσύνην αὐτοῦ. 16 Καὶ συνήγαγεν αὐτοὺς εἰς τὸν τόπον τὸν καλούμενον Ἑβραϊστὶ Ἀρμαγεδδών. 17 Καὶ ὁ ἕβδομος ἄγγελος ἐξέχεε τὴν φιάλην αὐτοῦ εἰς τὸν ἀέρα καὶ ἐξῆλθε φωνὴ μεγάλη ἀπὸ τοῦ ναοῦ τοῦ οὐρανοῦ, ἀπὸ θρόνου, λέγουσα. Γέγονε. 18 Καὶ ἐγένοντο φωναὶ καὶ βρονταὶ καὶ ἀστραπαί. καὶ σεισμὸς

Euphratem, & aruerunt aquæ ejus, ut pararetur via regum illorum, qui ex Oriente solis *sunt*. 13 Et vidi ex ore Draconis, & ex ore illius animalis dentis, & ex ore illius prophetæ falsi, spiritus tres immundos tanquam ranas *prodeuntes*. 14 Sunt enim spiritus dæmoniorum facientium signa, qui abeunt ad reges orbis habitabilis totius, ad congregandum eos ad prœlium magni illius diei Dei omnipotentis. 15 Et ecce venio tanquam fur. beatus est qui vigilat, & servat vestes suas, ut ne nudus incedat, & videant ignominiam ejus. 16 Et congregaruut eos in locum, qui vocatur Hebraicè Armageddon. 17 Et ille septimus effudit phialam suam super aërem, & exivit vox magna è tēplo, è throno, dicēs, factū est. 18 Et facta sunt fulgura, & tonitrua, & voces, & *terræ* motus

הֲוָא רַבָּא דְּדָאיךְ אַיְנָא דְּלָא הֲוָא מֵן דַּהְוַו
בְּנַיְנָשָׁא עַל אַרְעָא דַּאיךְ הָנָא זַוְעָא הָכְנָא
רַבָּא. 19 וַהְוָת מְדִינְתָא הָי רַבְּתָא לַתְלָת
מְנַוָן וַמְדִינָתָא דְּעַמְמֵא נֶפְלַת וֶבָבֶל הָי
רַבְּתָא אֶתְדַּכְרַת קְדָם אַלָהָא לְמֶתַל לָהּ
כָּסָא דְּחַמְרָא הַו דְּחֶמְתָא דְּרוּגְזָא דִּילֵהּ.
20 וְכֻל גָּזְרָתָא עֶרְקַת וְטוּרֵא לָא אֶשְׁתְּכַחְו.
21 וְבְרָדָא רַוְרְבָא אַיךְ כַּכְּרָנָיָא הְוָא מֵן
שְׁמַיָא עַל בְּנַיְנָשָׁא וְגַדֵּפוּ הָנוּן בְּנַיְנָשָׁא
לַאלָהָא מֵן מְחוּתָא דְּבַרְדָא מֶטֻל דְּרַבְּתָא
אִיתֵיהּ מְחוּתָא דִּילֵהּ סַגִּי:

קֶפַלֵאָוָן יז

1 וֶאתָא חַד מֵן דָּנוּן שַׁבְעָא מַלַאכֵא
הָלֵין דְּאִית לְהוֹן שְׁבַע פִּילַאס ו
וְמַלֵל עַמִּי כַּד אָמַר תָּא אֶחַוֵא לָךְ
לְדִינָא דְּהָי זָנִיתָא רַבְּתָא הָי דְּיָתְבָא עַל
[מַיָּא] סַגִּיאָא. 2 עַם הָי דְּזַנִיו מַלְכֵא

ܗܘܐ ܪܒܐ. ܕܐܝܟ ܐܝܢܐ ܕܠܐ ܗܘܐ. ܡܢ ܕܗܘܘ
ܒܢܝ̈ܢܫܐ ܥܠ ܐܪܥܐ. ܕܐܝܟ ܗܢܐ ܙܘܥܐ: ܗܟܢܐ
ܪܒܐ. 19 ܘܗܘܬ ܡܕܝܢܬܐ ܗܝ ܪܒܬܐ: ܠܬܠܬ
ܡܢܘ̈ܢ ܘܡܕܝܢܬܐ ܕܥܡ̈ܡܐ ܢܦܠܬ
ܘܒܒܠ ܗܝ ܪܒܬܐ ܐܬܕܟܪܬ ܩܕܡ ܐܠܗܐ:
ܠܡܬܠ ܠܗ ܟܣܐ ܕܚܡܪܐ ܗܘ ܕܚܡܬܐ ܘܪܘܓܙܐ
ܕܝܠܗ. 20 ܘܟܠ ܓܙܪ̈ܬܐ ܥܪܩܬ.
ܘܛܘ̈ܪܐ ܠܐ ܐܫܬܟܚܘ. 21 ܘܒܪܕܐ ܪܘܪܒܐ ܐܝܟ
ܟܟܪܐ. ܗܘܐ ܢܚܬ ܡܢ ܫܡܝܐ ܥܠ
ܒܢܝ̈ܢܫܐ. ܘܓܕܦܘ ܗܢܘܢ ܒܢܝ̈ܢܫܐ
ܠܐܠܗܐ ܡܢ ܡܚܘܬܐ ܕܒܪܕܐ. ܡܛܠ ܕܪܒܐ
ܐܝܬܝܗ ܡܚܘܬܐ ܕܝܠܗ ܛܒ ܀

ܩܦܠܐܘܢ ܝܙ:

1 ܘܐܬܐ ܚܕ ܡܢ ܗܢܘܢ ܫܒܥܐ ܡܠܐܟ̈ܐ.
ܗܠܝܢ ܕܐܝܬ ܠܗܘܢ ܫܒܥ ܦܝܠܐ̈ܣ.
ܘܡܠܠ ܥܡܝ ܟܕ ܐܡܪ. ܬܐ ܐܚܘܝܟ ܠܕܝܢܗ
ܕܙܢܝܬܐ ܪܒܬܐ: ܗܝ ܕܝܬܒܐ ܥܠ
[ܡܝ̈ܐ] ܣܓܝ̈ܐܐ. 2 ܥܡ ܗܝ ܕܙܢܝܘ ܡܠܟ̈ܐ

factus est magnus, qualis non fuit, ex quo fuerunt homines super terram, talis *terræ* motus, adeo magnus. 19 Et facta est urbs illa magna in tres partes, & urbs gentium cecidit, & Babel illa magna in memoriam venit coram Deo, ad dandũ ipsi calicem vini illius excandescentiæ iræ ejus. 20 Et omnis insula fugit, & montes non inventi fuerunt. 21 Et grando magna quasi talenti pondo facta est è cœlo super homines, & convitiis affecerunt illi homines Deum ex plaga grandinis, propterea quod magna erat plaga illius valde.

Caput XVII.

1 Et venit unus ex illis septem Angelis, qui habent septem phialas, & locutus est mecum, dicens: veni, ostendam tibi judicium illius meretricis magnæ, quæ sedet super *aquas* multas. 2 Cum qua scortati sunt reges

ἐγένετο μέγας, οἷος οὐκ ἐγένετο ἀφ' οὗ οἱ ἄνθρωποι ἐγένοντο ἐπὶ τῆς γῆς, τηλικοῦτος σεισμὸς οὕτω μέγας. 19 Καὶ ἐγένετο ἡ πόλις ἡ μεγάλη εἰς τρία μέρη, καὶ αἱ πόλεις τῶν ἐθνῶν ἔπεσον. καὶ Βαβυλὼν ἡ μεγάλη ἐμνήσθη ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ, δοῦναι αὐτῇ τὸ ποτήριον τοῦ οἴνου τοῦ θυμοῦ τῆς ὀργῆς αὐτοῦ. 20 Καὶ πᾶσα νῆσος ἔφυγε καὶ ὄρη οὐχ εὑρέθησαν. 21 Καὶ χάλαζα μεγάλη ὡς ταλαντιαία καταβαίνει ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἐπὶ τοὺς ἀνθρώπους. καὶ ἐβλασφήμησαν οἱ ἄνθρωποι τὸν θεὸν ἐκ τῆς πληγῆς τῆς χαλάζης· ὅτι μεγάλη ἐστὶν ἡ πληγὴ αὐτῆς σφόδρα.

ΚΕΦ. ΙΖ΄.

1 Καὶ ἦλθεν εἷς ἐκ τῶν ἑπτὰ ἀγγέλων τῶν ἐχόντων τὰς ἑπτὰ φιάλας, καὶ ἐλάλησε μετ' ἐμοῦ, λέγων μοι· Δεῦρο, δείξω σοι τὸ κρῖμα τῆς πόρνης τῆς μεγάλης, τῆς καθημένης ἐπὶ τῶν ὑδάτων τῶν πολλῶν. 2 Μεθ' ἧς ἐπόρνευσαν οἱ βασιλεῖς

τῆς

ܕܐܪܥܐ: ܘܪܘܝܘ ܗܠܝܢ ܕܥܡܪܝܢ ܒܐܪܥܐ ܡܢ
ܚܡܪܐ ܕܙܢܝܘܬܐ ܕܝܠܗ̇. 3 ܘܐܘܒܠܢܝ
ܠܡܕܒܪܐ ܒܪܘܚܐ. ܘܚܙܝܬ ܐܢܬܬܐ ܟܕ ܝܬܒܐ
ܥܠ ܚܝܘܬܐ ܣܘܡܩܬܐ ܕܡܠܝܐ ܫܡ̈ܗܐ
ܕܓܘܕܦܐ. ܕܐܝܬ ܠܗ̇ ܪ̈ܫܐ ܫܒܥܐ. ܘܩܪ̈ܢܐ
ܥܣܪ. 4 ܘܗܝ ܐܢܬܬܐ ܐܝܬܝܗ̇ ܗܘܬ ܕܡܥܛܦܐ
ܐܪ̈ܓܘܢܐ ܘܙܚܘܪܝܬܐ: ܘܡܕܗܒܐ
ܒܕܗܒܐ ܘܒܟܐܦܐ ܝܩܝܪ̈ܬܐ
ܘܡܪ̈ܓܢܝܬܐ. ܕܐܝܬ ܠܗ̇ ܟܣܐ ܕܕܗܒܐ
ܒܐܝܕܗ̇: ܕܡܠܝܐ ܛܢ̈ܦܘܬܐ ܘܠܐ
ܕܟܝܘܬܐ ܕܙܢܝܘܬܗ̇ ܘܕܐܪܥܐ. 5 ܘܥܠ
ܒܝܬ ܥܝ̈ܢܝܗ̇ ܫܡܐ ܕܟܬܝܒ
ܐܪܙܐ. ܒܒܠ ܗܝ ܪܒܬܐ: ܗܝ ܐܡܐ ܕܙܢܝܬܐ.
ܘܕܣܘܝܒܐ ܕܐܪܥܐ. 6 ܘܚܙܝܬ ܐܢܬܬܐ ܕܪܘܝܐ
ܡܢ ܕܡܐ ܕܩܕܝ̈ܫܐ. ܘܡܢ ܕܡܐ ܕܣܗ̈ܕܘܗܝ
ܕܝܫܘܥ ܘܐܬܕܡܪܬ ܟܕ ܚܙܝܬܗ̇ ܕܘܡܪܐ
ܪܒܐ: 7 ܘܐܡܪ ܠܝ ܗܘ ܡܠܐܟܐ
ܡܛܠ ܡܢܐ ܐܬܕܡܪܬ. ܐܢܐ

דַארְעָא וַרְוִיו הָלֵין דְעָמְרִין בַּארְעָא
מֵן חַמְרָא דְזָנְיוּתָא דִילָהּ · 3 וַאוּבְלַנִי
לְמַדְבְרָא בְרוּחָא וַחְזִית לַאנְתְתָא כַּד
יָתְבָא עַל חַיוַת שְׁנָא סוּמָקָא דַמְלֵיָא
שְׁמָהֵא דְגוּדָפָא דְאִית לָהּ רִשֵׁא
שַׁבְעָא וַקְרְנֵא עֲסַר · 4 וְהָי אַנְתְתָא
אִיתֵיהּ--הְוָת דְמַעְטְפָא אַרְגְוָנָא
וַזְחוּרִיתָא וַמְדַהְבָא בְדַהְבָא וַבְכֵאפֵא
מִיַקְרָתָא וַמַרְגָנְיָתָא · דְאִית לָהּ כָּסָא
דְדַהְבָא בְאִידָא דִילָהּ דַמְלֵיָא מֵן טַמַאוָתָא
וְלָא דַכְיוּתָא דְזָנְיוּתָא דִילָהּ וְדַארְעָא ·
5 וְעַל בֵית עַיְנֵא דִילָהּ שְׁמָא דַכְתִיב
רָאזָא בָבֵל הָי רַבְתָא הָי אֶמָא
דְזָנְיָתָא וַדְסוּיָבֵא דַארְעָא : 6
וַחְזִית לַאנְתְתָא דְרַוְיָא מֵן דְמָא
דַקְדִישֵׁא וְמֵן דְמָא דְסָהְדַוהי דְיֵשׁוּע
וֶאתְדַמְרֵת כַּד חְזִיתָהּ דוּמְרָא רַבָא. 7 וֵאמַר
לִי הַו מַלַאכָא מֶטֻל מָנָא אֶתְדַמַרְתְ אֶנָא



τῆς γῆς, καὶ ἐμεθύσθησαν ἐκ τοῦ οἴνου τῆς πορνείας αὐτῆς οἱ κατοικοῦντες τὴν γῆν. 3 Καὶ ἀπήνεγκέ με εἰς ἔρημον ἐν πνεύματι· καὶ εἶδον γυναῖκα καθημένην ἐπὶ θηρίον κόκκινον, γέμον ὀνομάτων βλασφημίας, ἔχον κεφαλὰς ἑπτὰ καὶ κέρατα δέκα. 4 Καὶ ἡ γυνὴ ἡ περιβεβλημένη πορφύρᾳ καὶ κοκκίνῳ, καὶ κεχρυσωμένη χρυσῷ καὶ λίθῳ τιμίῳ καὶ μαργαρίταις, ἔχουσα χρυσοῦν ποτήριον ἐν τῇ χειρὶ αὐτῆς, γέμον βδελυγμάτων καὶ ἀκαθάρτητος πορνείας αὐτῆς. 5 Καὶ ἐπὶ τὸ μέτωπον αὐτῆς ὄνομα γεγραμμένον· Μυστήριον· Βαβυλὼν ἡ μεγάλη, ἡ μήτηρ τῶν πορνῶν καὶ τῶν βδελυγμάτων τῆς γῆς. 6 Καὶ εἶδον τὴν γυναῖκα μεθύουσαν ἐκ τοῦ αἵματος τῶν ἁγίων, καὶ ἐκ τοῦ αἵματος τῶν μαρτύρων Ἰησοῦ· καὶ ἐθαύμασα, ἰδὼν αὐτὴν, θαῦμα μέγα. 7 Καὶ εἶπέ μοι ὁ ἄγγελος· Διατί ἐθαύμασας; ἐγὼ

terræ,& inebriati ſunt qui habitant in terra è vino ſcortationis ejus. 3 Et abduxit me in deſertum in ſpiritu, & vidi mulierem ſedentem ſuper animal dentis rubrum, plenũ nominibus convitii, habens capita ſeptem, & cornua decem. 4 Et illa mulier erat amicta purpurâ & cocco, & inaurata auro, & lapidibus pretioſis, & margaritis, habens calicem aureum in manu ſua, plenum pollutionibus & immunditie ſcortationis ejus & terræ. 5 Et ſuper domicilium oculorum ejus nomen ſcriptum: myſterium, Babel illa magna, illa mater meretricum, & inquinationum terræ. 6 Et vidi mulierem ebriam è ſanguine ſanctorum, & è ſanguine teſtium Jeſu, & admiratus ſum, quando vidi eam, admiratione magnâ. 7 Et dixi mihi ille Angelus, quare admiratus es? ego

אמר־אנא לך לרזא דאנתתא ודחיות
שנא הו דטעין לה הו דאית לה הלין
שבעא רישא והנין עסר קרנתא. 8
חיות שנא הו דחזית איתוהי־הוא
ולא איתוהי ועתיד למסק מן תהומא
ולאבדנא למאזל ונתדמרון הנון דעמרין
על ארעא דהנון דלא כתיב שמא
על כתבא דחיא מן תרמיתה
דעלמא כד חזין להו חיות שנא
דאיתוהי־הוא ולא איתוהי וקרב. 9
הרכא הונא להו דאית לה חכמתא הלין
שבעא רישא שבעא טורא איתיהון
איכא דהי אנתתא יתבא עליהון. 10
ומלכא שבעא איתיהון הנון חמשא נפלו
הו חד איתוהי הו אחרנא לא עדכיל
אתא ומא דאתא קליל זדק לה למכתרו.
11 וחיות שנא הו דאיתוהי־הוא ולא

ܐܡܪ ܐܢܐ ܠܟ ܐܪܙܐ ܕܐܢܬܬܐ ܘܕܚܝܘܬܐ ܣܢܝܬܐ
ܗܘ ܕܛܥܝܢ ܠܗ. ܗܘ ܕܐܝܬ ܠܗ ܗܠܝܢ
ܫܒܥܐ ܪ̈ܫܝܢ. ܘܗܠܝܢ ܥܣܪ ܩܪ̈ܢܬܐ. 8
ܚܝܘܬܐ ܣܢܝܬܐ ܗܝ ܕܚܙܝܬ: ܐܝܬܘܗܝ ܗܘܐ ܘܠܐ
ܐܝܬܘܗܝ. ܘܥܬܝܕ ܠܡܣܩ ܡܢ ܬܗܘܡܐ.
ܘܠܐܒܕܢܐ ܠܡܐܙܠ. ܘܢܬܕܡܪܘܢ ܗܢܘܢ
ܕܥܡܪܝܢ ܥܠ ܐܪܥܐ: ܕܗܢܘܢ ܕܠܐ ܟܬܝܒܝܢ
ܫܡܗܝܗܘܢ ܥܠ ܟܬܒܐ ܕܚܝܐ ܡܢ ܬܪܡܝܬܗ
ܕܥܠܡܐ: ܟܕ ܚܙܝܢ ܠܚܝܘܬܐ ܗܝ
ܕܐܝܬܘܗܝ ܗܘܐ ܘܠܐ ܐܝܬܘܗܝ
ܘܩܪܒ: 9 ܘܗܪܟܐ ܗܘܢܐ ܠܗܘ ܕܐܝܬ ܠܗ
ܚܟܡܬܐ. ܗܠܝܢ ܫܒܥܐ ܪ̈ܫܝܢ. ܫܒܥܐ
ܛܘ̈ܪܐ ܐܝܬܝܗܘܢ. ܐܝܟܐ ܕܝܬܒܐ ܐܢܬܬܐ
ܥܠܝܗܘܢ. 10 ܘܡ̈ܠܟܐ ܫܒܥܐ
ܐܝܬܝܗܘܢ. ܚܡܫܐ ܡܢܗܘܢ ܢܦܠܘ. ܘܚܕ
ܐܝܬܘܗܝ. ܘܐܚܪܢܐ ܠܐ ܥܕܟܝܠ ܐܬܐ. ܘܡܐ
ܕܐܬܐ. ܩܠܝܠ ܙܕܩ ܠܗ ܠܡܩܘܝܘ: 11
ܘܚܝܘܬܐ ܣܢܝܬܐ ܗܝ ܕܐܝܬܘܗܝ ܗܘܐ ܘܠܐ

dicam tibi myſterium mulieris, & animalis dentis quod geſtat eam, quod habet illa ſeptem capita, & illa decem cornua. 8 Animal dentis quod vidiſti, erat, & non eſt, & aſcenſurum eſt ex abyſſo, & in perditionem abiturum, & admirabuntur qui habitant ſuper terram, quorum non eſt ſcriptum nomen in libro vitæ, à jactis fundamentis mundi, videntes illud animal dentis, quod erat, & non eſt, & appropinquavit. 9 Hîc mens ei qui habet ſapientiam. illa ſeptem capita, ſeptem montes ſunt, ubi illa mulier ſedet ſuper eos. 10 Et reges ſeptem ſunt. quinque ceciderunt: unus eſt, alius non adhuc venit, & quando venerit, paululum oportet ipſum manere. 11 Et animal dentis, quod erat, & non eſt,

σοι ἐρῶ τὸ μυστήριον τῆς γυναικὸς καὶ τοῦ θηρίου τοῦ βαστάζοντος αὐτὴν, τοῦ ἔχοντος τὰς ἑπτὰ κεφαλὰς καὶ τὰ δέκα κέρατα. 8 Θηρίον ὃ εἶδες, ἦν, καὶ οὐκ ἔστι καὶ μέλλει ἀναβαίνειν ἐκ τῆς ἀβύσσου, καὶ εἰς ἀπώλειαν ὑπάγειν· καὶ θαυμάσονται οἱ κατοικοῦντες ἐπὶ τῆς γῆς, (ὧν οὐ γέγραπται τὰ ὀνόματα ἐπὶ τὸ βιβλίον τῆς ζωῆς ἀπὸ καταβολῆς κόσμου) βλέποντες τὸ θηρίον ὅ, τι ἦν, καὶ οὐκ ἔστι, καίπερ ἐστιν. 9 Ὧδε ὁ νοῦς ὁ ἔχων σοφίαν. Αἱ ἑπτὰ κεφαλαὶ, ὄρη εἰσὶν ἑπτὰ, ὅπου ἡ γυνὴ κάθηται ἐπ᾽ αὐτῶν. 10 Καὶ βασιλεῖς ἑπτά εἰσιν. οἱ πέντε ἔπεσον, καὶ ὁ εἷς ἐστιν, ὁ ἄλλος οὔπω ἦλθε, καὶ ὅταν ἔλθῃ, ὀλίγον αὐτὸν δεῖ μεῖναι. 11 Καὶ τὸ θηρίον ὃ ἦν, καὶ οὐκ

ܐܝܬܘܗܝ: ܘܗܢܐ ܬܡܝܢܝܐ ܐܝܬܘܗܝ:
ܘܡܢ ܫܒܥܐ ܐܝܬܘܗܝ. ܘܠܐܒܕܢܐ ܐܝܬܘܗܝ.
12 ܘܥܣܪ ܩܪܢܐ ܗܠܝܢ ܕܚܙܝܬ. ܥܣܪܐ
ܡ̈ܠܟܐ ܐܝܬܝܗܘܢ ܗܢܘܢ ܐܢܫܝܢ ܕܡܠܟܘܬܐ ܠܐ
ܥܕܟܝܠ ܢܣܒܘ. ܐܠܐ ܫܘܠܛܢܐ ܐܝܟ
ܡ̈ܠܟܐ ܚܕܐ ܫܥܬܐ ܢܣܒܝܢ ܥܡ ܗܘ ܚܝܘܬ
ܫܢܐ. 13 ܗܢܘܢ ܚܕ ܨܒܝܢܐ ܐܝܬ ܠܗܘܢ: ܘܚܝܠܐ
ܘܫܘܠܛܢܐ ܕܝܠܗܘܢ: ܠܗܘ ܚܝܘܬ ܫܢܐ
ܝܗܒܝܢ. 14 ܗܢܘܢ ܥܡ ܗܘ ܐܡܪܐ
ܢܩܪܒܘܢ. ܘܗܘ ܐܡܪܐ ܢܙܟܐ ܐܢܘܢ. ܡܛܠ
ܕܡܪܐ ܕܡܪ̈ܘܬܐ ܐܝܬܘܗܝ: ܘܡܠܟܐ ܕܡ̈ܠܟܐ:
ܘܗܠܝܢ ܕܥܡܗ ܩܪ̈ܝܐ ܘܓܒ̈ܝܐ
ܘܡܗܝܡ̈ܢܐ. 15 ܘܐܡܪ ܠܝ ܡ̈ܝܐ ܗܠܝܢ
ܕܚܙܝܬ: ܐܝܟܐ ܕܗܝ ܙܢܝܬܐ ܝܬܒܐ. ܥܡ̈ܡܐ
ܘܟܢܫ̈ܐ ܐܝܬܝܗܘܢ. ܘܐܡܘܬܐ ܘܠܫܢ̈ܐ. 16 ܘܥܣܪ
ܩܪܢܐ ܗܠܝܢ ܕܚܙܝܬ: ܘܗܘ ܚܝܘܬ ܫܢܐ. ܗܢܘܢ
ܢܣܢܘܢ ܠܗ̇ ܠܙܢܝܬܐ. ܘܚܪܒܬܐ ܢܥܒܕܘܢܗ̇
ܘܥܪܛܠܝܬܐ. ܘܒܣܪܐ ܕܝܠܗ̇ ܢܐܟܠܘܢ

איתוהי והנא תמיניא איתוהי ומן שבעא
איתוהי ולאבדנא איתוהי . 12 ועסר
קרנא הלין דחזית עסרא מלכא
איתיהון הנון אנשין דמלכותא לא עדכיל
נסבו אלא שולטנא איך מלכא חדא
שעתא נסבין עם הו חיות שנא .
13 הנון חד צבינא אית להון וחילא
ושולטנא דילהון להו חיות שנא יהבין .
14 הנון עם הו אמר נקרבון והו
אמרא נזכא אנון מטל דמרא
דמרותא איתוהי ומלכא דמלכא
והלין דעמה קריא וגביא ומהימנא .
15 ואמר לי מיא הלין דחזית איכא
דהי זניתא דיתבא עממא וכנשא
איתיהון ואמותא ולשנא . 16 ועסר קרנא
הלין דחזית והו חיות שנא הנון נסנון
להי . זניתא והרבתא נעבדונה
וערטליתא ובסרא דילה נאכלון



ἐστι, καὶ αὐτὸς ὄγδοός ἐστι, καὶ ἐκ τῶν ἑπτά ἐστι, καὶ εἰς ἀπώλειαν ὑπάγει. 12 Καὶ τὰ δέκα κέρατα ἃ εἶδες, δέκα βασιλεῖς εἰσιν, οἵτινες βασιλείαν οὔπω ἔλαβον, ἀλλ' ἐξουσίαν ὡς βασιλεῖς μίαν ὥραν λαμβάνουσι μετὰ τοῦ θηρίου. 13 Οὗτοι μίαν γνώμην ἔχουσι, καὶ τὴν δύναμιν καὶ τὴν ἐξουσίαν ἑαυτῶν τῷ θηρίῳ διαδιδώσουσιν. 14 Οὗτοι μετὰ τοῦ ἀρνίου πολεμήσουσι, καὶ τὸ ἀρνίον νικήσει αὐτούς, ὅτι Κύριος κυρίων ἐστὶ καὶ Βασιλεὺς βασιλέων. καὶ οἱ μετ' αὐτοῦ, κλητοὶ καὶ ἐκλεκτοὶ καὶ πιστοί. 15 Καὶ λέγει μοι, τὰ ὕδατα ἃ εἶδες, οὗ ἡ πόρνη κάθηται, λαοὶ καὶ ὄχλοι εἰσί, καὶ ἔθνη καὶ γλῶσσαι. 16 Καὶ τὰ δέκα κέρατα ἃ εἶδες ἐπὶ τὸ θηρίον οὗτοι μισήσουσι τὴν πόρνην, καὶ ἠρημωμένην ποιήσουσιν αὐτὴν καὶ γυμνήν, καὶ τὰς σάρκας αὐτῆς φάγονται,

est, etiam hic octavus est, & ex septem est, & in perditionem est. 12 Et decem cornua quæ vidisti, decem reges sunt, qui regnum non adhuc acceperunt, sed potestatem tanquam reges unâ horâ accipiunt cum illo animali dentis. 13 Hi unam voluntatem habent, & potentiam ac potestatem suam illi animali dentis dant. 14 Hi cum illo Agno prœliabuntur, & ille Agnus vincet eos, propterea quod dominus dominorum est, & rex Regum, & qui cum ipso *sunt*, vocati *sunt* & electi, & fideles. 19 Et dixit mihi, aquæ quas vidisti, ubi illa meretrix *est* sedens, gentes, & turbæ sunt, & nationes, & linguæ. 16 Et decem cornua quæ vidisti, & illud animal dentis, illi odio habebunt istam meretricem, & desertam facient eam, & nudam, & carnem ejus comedent, &

ולה נוקדון בנורא . 17 אלהא גיר יהב
בלבותא דילהון למעבד צבינא ד
דילה ולמעבד חד צבינא ולמתל מ
מלכותא דילהון להו חיות שנא עדמא
דנשתמלין מלא הלין דאלהא . 18
ואנתתא הי דחזית איתיה מדינתא הי
רבתא הי דאית לה מלכותא על מלכא
דארעא .

קפלאון יח

1 בתר הלין חזית אחרנא מלאכא
דנחת מן שמיא דאית לה שולטנא
רבא וארעא נהרת מן תשבוחתא דילה :
2 וקעא בקלא חילתנא כד אמר נפלת
נפלת בבל הי רבתא והות מערתא
דדיוא ו ונטורתא דכל † רוחא טמאתא
ונטורתא דכל פרחתא טמאתא
וסניאתא ונטורתא דכל חיות שנא

ܘܠܗ̇ ܢܘܩܕܘܢ ܒܢܘܪܐ. 17 ܐܠܗܐ ܓܝܪ ܝܗܒ
ܒܠܒܘܬܐ ܕܝܠܗܘܢ ܠܡܥܒܕ ܨܒܝܢܐ
ܕܝܠܗ: ܘܠܡܥܒܕ ܚܕ ܨܒܝܢܐ.
ܘܠܡܬܠ ܡܠܟܘܬܐ ܕܝܠܗܘܢ ܠܗܘ
ܚܝܘܬ ܫܢܐ: ܥܕܡܐ ܕܢܫܬܡܠܢ ܡܠܐ
ܗܠܝܢ ܕܐܠܗܐ. 18 ܘܐܢܬܬܐ ܗܝ ܕܚܙܝܬ
ܐܝܬܝܗ ܡܕܝܢܬܐ ܗܝ ܪܒܬܐ: ܗܝ ܕܐܝܬ ܠܗ
ܡܠܟܘܬܐ ܥܠ ܡܠܟܐ ܕܐܪܥܐ.

ܩܦܠܐܘܢ ܝܚ:

1 ܒܬܪ ܗܠܝܢ ܚܙܝܬ ܐܚܪܢܐ ܡܠܐܟܐ
ܕܢܚܬ ܡܢ ܫܡܝܐ ܕܐܝܬ ܠܗ ܫܘܠܛܢܐ ܪܒܐ.
ܘܐܪܥܐ ܢܗܪܬ ܡܢ ܬܫܒܘܚܬܐ ܕܝܠܗ. 2
ܘܩܥܐ ܒܩܠܐ ܚܝܠܬܢܐ ܟܕ ܐܡܪ.
ܢܦܠܬ ܢܦܠܬ ܒܒܠ ܗܝ ܪܒܬܐ. ܘܗܘܬ
ܡܥܪܬܐ ܕܕܝܘܐ. ܘܢܛܘܪܬܐ ܕܟܠ † ܪܘܚܐ
ܛܡܐܬܐ: ܘܢܛܘܪܬܐ ܕܟܠ ܦܪܚܬܐ ܛܡܐܬܐ
ܘܣܢܝܐܬܐ: ܘܢܛܘܪܬܐ ܕܟܠ ܚܝܘܬ ܫܢܐ

& eam urent igne. 17 Deus enim dedit in corda eorum, ut facerent voluntatem suam, & facerent unam voluntatem, & darent regnum suum isti animal dentis, usque dum complebuntur verba hæc Dei. 18 Et mulier illa quam vidisti, est urbs illa magna, quæ habet regnum super reges terræ.

Caput XVIII.

1 Post hæc vidi alium Angelum descendentem è cœlo, habentem potestatem magnam, & terra splenduit à gloria ejus. 2 Et clamavit voce forti, dicens, cecidit, cecidit Babel illa magna, & facta est spelunca dæmonum, & custodia omnis spiritus immundi, & custodia omnis avis immundæ & exosæ, & custodia omnis animalis dentis


καὶ αὐτὴν κατακαύσουσιν ἐν πυρί. 17 Ὁ γὰρ Θεὸς ἔδωκεν εἰς τὰς καρδίας αὐτῶν ποιῆσαι τὴν γνώμην αὐτοῦ, καὶ ποιῆσαι μίαν γνώμην, καὶ δοῦναι τὴν βασιλείαν αὐτῶν τῷ θηρίῳ, ἄχρι τελεσθῇ τὰ ῥήματα τοῦ Θεοῦ. 18 Καὶ ἡ γυνὴ ἣν εἶδες, ἔστιν ἡ πόλις ἡ μεγάλη ἡ ἔχουσα βασιλείαν ἐπὶ τῶν βασιλέων τῆς γῆς.

ΚΕΦ. ιή.

1 Καὶ μετὰ ταῦτα εἶδον ἄγγελον καταβαίνοντα ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, ἔχοντα ἐξουσίαν μεγάλην. καὶ ἡ γῆ ἐφωτίσθη ἐκ τῆς δόξης αὐτοῦ. 2 Καὶ ἔκραξεν ἐν ἰσχύϊ, φωνῇ μεγάλῃ, λέγων· Ἔπεσεν ἔπεσε Βαβυλὼν ἡ μεγάλη, καὶ ἐγένετο κατοικητήριον δαιμόνων, καὶ φυλακὴ παντὸς πνεύματος ἀκαθάρτου, καὶ φυλακὴ παντὸς ὀρνέου ἀκαθάρτου καὶ μεμισημένου.

ܛܡܐܬܐ ܘܣܢܝܐܬܐ. 3 ܡܛܠ ܕܡܢ ܚܡܪܐ
ܕܚܡܬܐ ܕܝܠܗ ܐܫܬܝܘ ܟܠܗܘܢ ܥܡܡܐ.
ܘܡܠܟܐ ܕܐܪܥܐ ܥܡܗ ܙܢܝܘ. ܘܬܓܪܐ
ܕܐܪܥܐ ܡܢ ܚܝܠܐ ܕܐܣܛܪܢܝܐ ܕܝܠܗ
ܥܬܪܘ. 4 ܘܫܡܥܬ ܩܠܐ ܐܚܪܢܐ ܡܢ
ܫܡܝܐ ܕܐܡܪ: ܦܘܩܘ ܡܢܗ ܥܡܐ
ܕܝܠܝ. ܐܝܟܢܐ ܕܠܐ ܬܫܬܘܬܦܘܢ ܠܚܛܗܐ
ܕܝܠܗ: ܘܡܢ ܡܚܘܬܐ ܕܝܠܗ ܕܠܡܐ
ܬܣܒܘܢ. 5 ܡܛܠ ܕܕܒܩܘ ܚܛܗܐ ܕܝܠܗ
ܥܕܡܐ ܠܫܡܝܐ. ܘܐܬܕܟܪ ܐܠܗܐ
ܠܥܘܠܐ ܕܝܠܗ. 6 ܦܘܪܥܘܗ ܐܝܟ ܕܐܦ
ܗܝ ܦܪܥܬ ܘܥܘܦܘ ܠܗ ܥܐܦܐ ܐܝܟ ܥܒܕܐ
ܕܝܠܗ ܒܟܣܐ ܗܘ ܕܡܙܓܬ ܡܘܙܓܘ ܠܗ
ܥܐܦܐ. 7 ܟܡܐ ܕܫܦܪ ܠܗ ܠܡܨܛܪܝܘ:
ܟܠܗ ܗܢܐ ܗܒܘ ܠܗ ܚܘܒܠܐ ܘܐܒܠܐ.
ܡܛܠ ܕܒܠܒܗ ܐܡܪܐ: ܕܝܬܒܐ
ܐܢܐ ܡܠܟܬܐ: ܘܐܪܡܠܬܐ ܠܐ ܐܝܬܝ. ܘܐܒܠܐ
ܠܐ ܐܚܙܐ. 8 ܡܛܠ ܗܕܐ: ܒܚܕ ܝܘܡܐ

טמאתא וסניאתא. 3 מטל דמן חמרא
דחמתא דילה אשתיו כלהון עממא
ומלכא דארעא עמה זניו ותגרא דארעא
מן חילא דאסטרניא דילה עתרו. 4
ושמעת קלא אחרנא מן שמיא
דאמר פוקו מנה עמא דילי איכנא דלא
תשתותפון לחטהא דילה ומן
מחותא דילה דלמא תסבון. 5 מטל
דדבקו חטהא דילה עדמא לשמיא ו
ואתדכר אלהא לעולא דילה. 6
פורעוה איך דאף הי פרעת ועופו
לה עאפא איך עבדא דילה בכסא
הו דמזגת מוזגו לה עאפא. 7 כמא
דשפר לה למצטריו כלה הנא הבו
לה חובלא ואבלא מטל דבלבה אמרא
דיתבא אנא מלכתא וארמלתא לא איתי
ואבלא לא אחזא. 8 מטל הדא בחד יומא



3 Ὅτι ἐκ τοῦ οἴνου τοῦ θυμοῦ τῆς πορνείας αὐτῆς πέπωκε πάντα τὰ ἔθνη. καὶ οἱ βασιλεῖς τῆς γῆς μετ' αὐτῆς ἐπόρνευσαν, καὶ οἱ ἔμποροι τῆς γῆς ἐκ τῆς δυνάμεως τοῦ στρήνους αὐτῆς ἐπλούτησαν. 4 Καὶ ἤκουσα ἄλλην φωνὴν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ λέγουσαν· Ἐξέλθετε ἐξ αὐτῆς ὁ λαός μου, ἵνα μὴ συγκοινωνήσητε ταῖς ἁμαρτίαις αὐτῆς, καὶ ἵνα μὴ λάβητε ἐκ τῶν πληγῶν αὐτῆς· 5 Ὅτι ἠκολούθησαν αὐτῆς αἱ ἁμαρτίαι ἄχρι τοῦ οὐρανοῦ, καὶ ἐμνημόνευσεν ὁ Θεὸς τὰ ἀδικήματα αὐτῆς. 6 Ἀπόδοτε αὐτῇ ὡς καὶ αὐτὴ ἀπέδωκεν ὑμῖν, καὶ διπλώσατε αὐτῇ διπλᾶ κατὰ τὰ ἔργα αὐτῆς. ἐν τῷ ποτηρίῳ ᾧ ἐκέρασε, κεράσατε αὐτῇ διπλοῦν. 7 Ὅσα ἐδόξασεν ἑαυτὴν καὶ ἐστρηνίασε, τοσοῦτον δότε αὐτῇ βασανισμὸν καὶ πένθος· ὅτι ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτῆς λέγει· Κάθημαι βασίλισσα, καὶ χήρα οὐκ εἰμί, καὶ πένθος οὐ μὴ ἴδω. 8 Διὰ τοῦτο ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ

immundi & exosi. 3 Propterea quod ex vino excandescentiæ ejus biberunt omnes gentes, & reges terræ cum eâ scortati sunt, & mercatores terræ ex potentiâ luxus ejus ditati sunt. 4 Et audivi vocem aliam è cœlo, dicentem: exite ex ea, popule mi, ut non participes fiatis peccatorum ejus, & de plagis ejus ne accipiatis. 5 Propterea quod adhæserunt peccata ejus usque ad cœlum, & recordatus est Deus iniquitatum ejus. 6 Reddite ei, sicut etiam illa reddidit, & duplicate ei duplum secundum opera ejus, in calice quem miscuit miscete ei duplum. 7 Quantum placuit ipsi lascivire, tantum date ei cruciatum & luctum, propterea quod in corde suo dicit, sedeo regina, & vidua non sum, & luctum non videbo. 8 Propterea hoc in uno die

נאתין הלין מחותא דילה מותא ואבלא וכפנא ובנורא תאקד מטל דחילתנא הו מריא אלהא הו דדנה · 9 ונבכון ונתאבלון ונרקדון עליה מלכא דארעא הנון דעמה זניו ואצטריו אמתי דנחזון לתננא דיקדנא דילה · 10 כד מן רוחקא קימין מטל דחלתא דשונקא דילה כד אמרין וי וי מדינתא הי רבתא בבל מדינתא הי הילתניתא מטל דבחדא שעתא אתא דינא דילכי · 11 ותגרא דארעא נתאבלון עליה מטל דטענא דילהון לא-אנש זבן · 12 ולא תוב טענא דדהבא ודסאמא ודכאפא מיקרתא ודמרגניתא ובוצא ודארגונא ודשריא וזחוריתא וכל קיסא דבסאמא וכל מאנא גרמפילא וכל מאנא דקיסא יתיר מיקרא ודנחשא ודפרזלא ודשישא·

ܢܐܬܝܢ ܗܠܝܢ ܡܚܘܬܐ ܕܝܠܗ. ܡܘܬܐ ܘܐܒܠܐ ܘܟܦܢܐ. ܘܒܢܘܪܐ ܬܐܩܕ. ܡܛܠ ܕܚܝܠܬܢܐ ܗܘ ܡܪܝܐ ܐܠܗܐ ܗܘ ܕܕܢܗ. 9 ܘܢܒܟܘܢ ܘܢܬܐܒܠܘܢ ܘܢܪܩܕܘܢ ܥܠܝܗ ܡܠܟܐ ܕܐܪܥܐ ܗܢܘܢ ܕܥܡܗ ܙܢܝܘ ܘܐܨܛܪܝܘ: ܐܡܬܝ ܕܢܚܙܘܢ ܠܬܢܢܐ ܕܝܩܕܢܐ ܕܝܠܗ. 10 ܟܕ ܡܢ ܪܘܚܩܐ ܩܝܡܝܢ ܡܛܠ ܕܚܠܬܐ ܕܫܘܢܩܐ ܕܝܠܗ. ܟܕ ܐܡܪܝܢ ܘܝ ܘܝ ܡܕܝܢܬܐ ܗܝ ܪܒܬܐ ܒܒܠ ܡܕܝܢܬܐ ܗܝ ܚܝܠܬܢܝܬܐ: ܡܛܠ ܕܒܚܕܐ ܫܥܬܐ ܐܬܐ ܕܝܢܐ ܕܝܠܟܝ. 11 ܘܬܓܪܐ ܕܐܪܥܐ ܢܬܐܒܠܘܢ ܥܠܝܗ ܡܛܠ ܕܛܥܢܐ ܕܝܠܗܘܢ ܠܐ ܐܢܫ ܙܒܢ. 12 ܘܠܐ ܬܘܒ ܛܥܢܐ ܕܕܗܒܐ ܘܕܣܐܡܐ ܘܕܟܐܦܐ ܡܝܩܪܬܐ ܘܕܡܪܓܢܝܬܐ ܘܒܘܨܐ ܘܕܐܪܓܘܢܐ ܘܕܫܪܝܐ ܘܙܚܘܪܝܬܐ: ܘܟܠ ܩܝܣܐ ܕܒܣܐܡܐ ܘܟܠ ܡܐܢܐ ܕܓܪܡܦܝܠܐ ܘܟܠ ܡܐܢܐ ܕܩܝܣܐ ܝܬܝܪ ܡܝܩܪܐ ܘܕܢܚܫܐ ܘܕܦܪܙܠܐ ܘܕܫܝܫܐ:

venient hæ plagæ ejus, mors, & luctus, & fames, & igne ardebit, propterea quod fortis est Dominus Deus, qui judicavit eam. 9 Et flebunt, & lugebunt, & plangent super eâ reges terræ, qui cum eâ scortati sunt & lascivierunt, quando videbunt fumum incendii ejus. 10 E longinquo stantes propter metum cruciatus ejus, dicentes, væ, væ, civitas illa magna, Babel civitas illa fortis, propterea quod in una hora venit judicium tuum. 11 Et mercatores terræ lugebunt super eâ, propterea quod onus ipsorum nemo emit. 12 Neque amplius onus auri & argenti, & lapidum pretiosorum, & margaritarum, & byssi, & purpuræ, & serici, & cocci, & omnis ligni aromatici, & omnis vasis ossis elephanti, & omnis vasis ligni valde pretiosi, & æris, & ferri, & marmoris.

ἥξουσιν αἱ πληγαὶ αὐτῆς, θάνατος καὶ πένθος καὶ λιμός. καὶ ἐν πυρὶ κατακαυθήσεται, ὅτι ἰσχυρὸς Κύριος ὁ Θεὸς ὁ κρίνων αὐτήν. 9 Καὶ κλαύσονται αὐτὴν καὶ κόψονται ἐπ' αὐτῇ οἱ βασιλεῖς τῆς γῆς, οἱ μετ' αὐτῆς πορνεύσαντες καὶ στρηνιάσαντες, ὅταν βλέπωσι τὸν καπνὸν τῆς πυρώσεως αὐτῆς· 10 Ἀπὸ μακρόθεν ἑστηκότες, διὰ τὸν φόβον τοῦ βασανισμοῦ αὐτῆς, λέγοντες. Οὐαὶ, οὐαὶ, ἡ πόλις ἡ μεγάλη, Βαβυλὼν, ἡ πόλις ἡ ἰσχυρὰ, ὅτι ἐν μιᾷ ὥρᾳ ἦλθεν ἡ κρίσις σου. 11 Καὶ οἱ ἔμποροι τῆς γῆς κλαίουσι καὶ πενθοῦσιν ἐπ' αὐτῇ, ὅτι τὸν γόμον αὐτῶν οὐδεὶς ἀγοράζει οὐκέτι. 12 Γόμον χρυσοῦ καὶ ἀργύρου καὶ λίθου τιμίου, καὶ μαργαρίτου, καὶ βύσσου, καὶ πορφύρας, καὶ σηρικοῦ, καὶ κοκκίνου. καὶ πᾶν ξύλον θύϊνον, καὶ πᾶν σκεῦος ἐλεφάντινον, καὶ πᾶν σκεῦος ἐκ ξύλου τιμιωτάτου, καὶ χαλκοῦ, καὶ σιδήρου, καὶ μαρμάρου.

13 Καὶ

13 ܘܩܘܢܡܘܢ ܘܐܘܡܘܡܘܢ ܘܒܣܡܡܢܐ
ܘܡܘܪܘܢ ܘܠܝܒܐܢܘܢ: ܘܚܡܪܐ
ܘܡܫܚܐ. ܘܣܡܝܕܐ ܘܚܛܐ ܘܒܥܝܪܐ
ܘܥܪܒܐ ܘܪܟܫܐ ܘܡܪܟܒܬܐ: ܘܦܓܪܐ ܘܢܦܫܬܐ
ܕܒܢܝܢܫܐ. 14 ܘܐܒܒܐ ܕܪܓܬܐ ܕܢܦܫܐ
ܕܝܠܟܝ. ܐܙܠ ܡܢܟܝ. ܘܟܠܗܝܢ ܗܠܝܢ
ܫܡܝܢܬܐ ܘܢܨܝܚܬܐ: ܐܒܕܝܢ ܡܢܟܝ. ܘܠܐ
ܬܘܒ ܢܫܟܚܘܢ ܐܢܝܢ ܬܓܪܐ ܕܗܠܝܢ. 15 ܗܢܘܢ
ܕܥܬܪܘ ܡܢܗ. ܡܢ ܪܘܚܩܐ ܢܩܘܡܘܢ.
ܡܛܠ ܕܚܠܬܐ ܕܫܘܢܩܐ ܕܝܠܗ ܘܢܒܟܘܢ
ܘܢܬܐܒܠܘܢ. 16 ܟܕ ܐܡܪܝܢ. ܘܝ ܘܝ
ܡܕܝܢܬܐ ܗܝ ܪܒܬܐ ܗܝ ܕܡܥܛܦܐ
ܒܘܨܐ. ܘܐܪܓܘܢܐ ܘܙܚܘܪܝܬܐ ܘܡܕܗܒܐ
ܒܕܗܒܐ: ܘܒܟܐܦܐ ܡܝܩܪܬܐ
ܘܡܪܓܢܝܬܐ. ܡܛܠ ܕܒܚܕܐ ܫܥܬܐ ܚܪܒ
ܥܘܬܪܐ ܗܘ ܕܐܝܟ ܗܢܐ. 17 ܘܟܠ ܩܘܒܪܢܛܐ.
ܘܟܠ ܗܘ ܕܠܕܘܟܬܐ ܛܐܦ ܘܢܘܛܐ
ܘܟܠ ܕܒܝܡܐ ܦܠܚܝܢ. ܡܢ ܪܘܚܩܐ ܩܡܘ.

13 וקונומון ואומומון ובסממנא ודמורון
וליבאנון וחמרא ומשחא וסמידא
וחטא ובעירא ועדבא ורכשא ומרכבתא
ופגרא ונפשתא דבנינשא. 14
ואבבא דרגתא דנפשא דילכי אזל
מנכי וכלהין הלין שמיניתא ונציחתא
אבדין מנכי ולא תוב נשכחון אנין
תגרא דהלין. 15 הנון דעתרו מנה מן
רוחקא נקומון מטל דחלתא דשונקא
דילה ונבכון ונתתבלון. 16 כד אמרין
וי וי׃ מדינתא הי רבתא הי דמעטפא
דבוצא ודארגונא ודזחוריתא
ומדהבא בדהבא ובכאפא מיקרתא
ומרגניתא מטל דבחדא שעתא חרב
עותרא הו דדאיך הנא. 17 וכל
קוברנטא וכל הו דלדוכתא טאף ונוטא
וכל דבימא פלחין מן רוחקא קמו.



13 Καὶ κινάμωμον, καὶ θυμιάματα, καὶ μύρον, καὶ λίβανον, καὶ οἶνον, καὶ ἔλαιον, καὶ σεμίδαλιν, καὶ σῖτον, καὶ κτήνη, καὶ πρόβατα, καὶ ἵππων, καὶ ῥεδῶν καὶ σωμάτων, καὶ ψυχὰς ἀνθρώπων· 14 Καὶ ἡ ὀπώρα τῆς ἐπιθυμίας τῆς ψυχῆς σου ἀπῆλθεν ἀπὸ σοῦ, καὶ πάντα τὰ λιπαρὰ καὶ τὰ λαμπρὰ ἀπῆλθεν ἀπὸ σοῦ, καὶ οὐκέτι οὐ μὴ εὑρήσῃς αὐτά. 15 Οἱ ἔμποροι τούτων οἱ πλουτήσαντες ἀπ᾽ αὐτῆς, ἀπὸ μακρόθεν στήσονται, διὰ τὸν φόβον τοῦ βασανισμοῦ αὐτῆς, κλαίοντες καὶ πενθοῦντες. 16 Καὶ λέγοντες· Οὐαὶ, οὐαὶ, ἡ πόλις ἡ μεγάλη, ἡ περιβεβλημένη βύσσινον καὶ πορφυροῦν καὶ κόκκινον, καὶ κεχρυσωμένοι ἐν χρυσῷ καὶ λίθῳ τιμίῳ καὶ μαργαρίταις· ὅτι μιᾷ ὥρᾳ ἠρημώθη ὁ τοσοῦτος πλοῦτος. 17 Καὶ πᾶς κυβερνήτης, καὶ πᾶς ἐπὶ τῶν πλοίων ὁ ὅμιλος, καὶ ναῦται, καὶ ὅσοι τὴν θάλασσαν ἐργάζονται, ἀπὸ μακρόθεν ἔστησαν.

13 Et cinnamomi, & umumi, & ſuffituum, & unguenti, & thuris, & vini, & olei, & ſimilæ, & tritici, & jumentorum, & ovium, & equorum, & curruum, & corporum & animarum hominum. 14 Et fructus deſiderii animæ tuæ abiit à te, & omnia illa pinguia & ſplendida perierunt à te, & non amplius invenient ea mercatores illarum rerum. 15 Qui ditati ſunt ex eâ, è longinquo ſtabunt, propter timorem cruciatus ejus, & flebunt, & lugebunt. 16 Dicentes, væ, væ, civitas illa magna, quæ amicta *erat* byſſino, & purpureo, & coccineo, & inaurata auro, & lapidibus pretioſis, & margaritis, propterea quod in una hora vaſtatæ ſunt divitiæ illæ tantæ. 17 Et omnis gubernator, & omnis qui ad locum natat, & nautæ, & omnes qui in mari negociantur, è longinquo ſteterunt.

18 וקעו כד חזין לתננא דיקדנא דילה
כד אמרין מן הי דדמיא למדינתא הי
רבתא. 19 וארמיו עפרא על רישיהון
וקעו כד בכין ואבילין ואמרין וי
וי מדינתא הי רבתא הי דבה עתרו
כלחון הנון דאית להון אלפא בימא
מן מיקרותא דילה. מטל דבחדא
שעתא חרבת. 20 אתבסמו עליה
שמיא ומלאכא ושליחא ונביא מטל
דדאן אלהא דינא דילכון מנה. 21
ושקל חד מלאכא כאפא איך הי
רחיא רבתא וארמי בימא כד אמר הכנא
בהאפא תתרמא בבל מדינתא הי
רבתא ולא תשתכח תוב. 22 וקלא
דקיתרודא ודמוסיקרא ודזמרא
ודשיפורא לא נשתמע בכי תוב וכל
אומנא דכל אומנותא לא נשתכח בכי תוב.

18 ܘܩܥܘ. ܟܕ ܚܙܘ ܠܬܢܢܐ ܕܝܩܕܢܗ.
ܘܐܡܪܝܢ. ܡܢܘ ܗܘ ܕܕܡܐ ܠܡܕܝܢܬܐ
ܗܕܐ ܪܒܬܐ. 19 ܘܐܪܡܝܘ ܥܦܪܐ ܥܠ
ܪܝܫܝܗܘܢ: ܘܩܥܘ ܟܕ ܒܟܝܢ. ܘܐܒܠܝܢ
ܘܐܡܪܝܢ. ܘܝ ܘܝ ܡܕܝܢܬܐ ܪܒܬܐ. ܗܝ
ܕܒܗ ܥܬܪܘ ܟܠܗܘܢ. ܗܢܘܢ ܕܐܝܬ ܠܗܘܢ
ܐܠܦܐ ܒܝܡܐ. ܡܢ ܡܝܩܪܘܬܗ ܕܝܠܗ.
ܡܛܠ ܕܒܚܕܐ ܫܥܬܐ ܚܪܒܬ. 20
ܐܬܒܣܡܝ ܥܠܝܗ ܫܡܝܐ. ܘܡܠܐܟܐ ܘܫܠܝܚܐ
ܘܢܒܝܐ: ܡܛܠ ܕܕܢ ܐܠܗܐ ܕܝܢܟܘܢ
ܡܢܗ. 21 ܘܫܩܠ ܚܕ
ܡܠܐܟܐ ܚܝܠܬܢܐ ܟܐܦܐ: ܐܝܟ ܗܝ ܕܪܚܝܐ ܪܒܬܐ: ܘܐܪܡܝ
ܒܝܡܐ. ܘܐܡܪ. ܗܟܢܐ ܒܚܐܦܐ ܬܫܬܕܐ.
ܒܒܠ ܡܕܝܢܬܐ ܗܝ ܪܒܬܐ ܘܠܐ
ܬܫܬܟܚ ܬܘܒ. 22 ܘܩܠܐ ܕܩܝܬܪܘܕܐ
ܘܕܡܘܣܝܩܐ ܘܕܙܡܪܐ ܘܕܫܝܦܘܪܐ: ܠܐ
ܢܫܬܡܥ ܒܟܝ ܬܘܒ. ܘܟܠ ܐܘܡܢܐ ܕܟܠ
ܐܘܡܢܘܬܐ ܠܐ ܢܫܬܟܚ ܒܟܝ ܬܘܒ.

18 Et clamarunt videntes fumum incendii ejus, dicentes, quæ est similis urbi isti magnæ? 19 Et injecerunt pulverem super capita sua, & clamarunt, flentes, & lugentes, & dicentes, væ, væ, civitas illa magna, in quâ ditati sunt omnes qui habent naves in mari ex preciositate ejus, propterea quod in una horâ vastata est. 20 Hilares estote super eâ cœli, & Angeli, & Apostoli, & Prophetæ, propterea quod judicat Deus judicium vestrum ab eâ. 21 Et sustulit unus Angelus lapidem, tanquam illam molam magnam, & projecit in mare, dicens: sic cum impetu projicietur Babel civitas illa magna, & non invenietur amplius. 22 Et vox citharœdorum, & musicorum, & tibicinum, & tubarum non audietur in te amplius: & ullus artifex ullius artificii non invenietur in te amplius.

18 Καὶ ἔκραζον, ὁρῶντες τὸν καπνὸν τῆς πυρώσεως αὐτῆς, λέγοντες· Τίς ὁμοία τῇ πόλει τῇ μεγάλῃ; 19 Καὶ ἔβαλον χοῦν ἐπὶ τὰς κεφαλὰς αὐτῶν, καὶ ἔκραζον κλαίοντες καὶ πενθοῦντες, λέγοντες. Οὐαὶ, οὐαὶ, ἡ πόλις ἡ μεγάλη, ἐν ᾗ ἐπλούτησαν πάντες οἱ ἔχοντες πλοῖα ἐν τῇ θαλάσσῃ ἐκ τῆς τιμιότητος αὐτῆς, ὅτι μιᾷ ὥρᾳ ἠρημώθη. 20 Εὐφραίνου ἐπ' αὐτὴν οὐρανὲ, καὶ οἱ ἅγιοι ἀπόστολοι καὶ οἱ προφῆται, ὅτι ἔκρινεν ὁ Θεὸς τὸ κρίμα ὑμῶν ἐξ αὐτῆς. 21 Καὶ ἦρεν εἷς ἄγγελος ἰσχυρὸς λίθον ὡς μύλον μέγαν, καὶ ἔβαλεν εἰς τὴν θάλασσαν, λέγων. Οὕτως ὁρμήματι βληθήσεται Βαβυλὼν ἡ μεγάλη πόλις, καὶ οὐ μὴ εὑρεθῇ ἔτι. 22 Καὶ φωνὴ κιθαρῳδῶν καὶ μουσικῶν καὶ αὐλητῶν, καὶ σαλπιστῶν, οὐ μὴ ἀκουσθῇ ἐν σοὶ ἔτι. καὶ πᾶς τεχνίτης πάσης τέχνης οὐ μὴ εὑρεθῇ ἐν σοὶ ἔτι. καὶ φωνὴ μύλου οὐ μὴ ἀκουσθῇ ἐν σοὶ ἔτι.

23 Καὶ

23 ܘܢܘܗܪܐ ܕܫܪܓܐ ܠܐ ܢܬܚܙܐ ܒܟܝ ܘܩܠܐ
ܕܚܬܢܐ ܘܕܟܠܬܐ ܠܐ ܢܫܬܡܥ ܒܟܝ ܬܘܒ.
ܡܛܠ ܕܬܓܪܐ ܕܝܠܟܝ ܐܝܬܝܗܘܢ ܗܘܘ ܪܘܪܒܢܐ
ܕܐܪܥܐ ܡܛܠ ܕܒܚܪܫܘܬܐ ܕܝܠܟܝ †
ܐܬܛܥܝܘ ܟܠܗܘܢ ܥܡܡܐ. 24 ܘܒܗ ܕܡܐ
ܕܢܒܝܐ ܘܕܩܕܝܫܐ † ܐܫܬܟܚ ܘܕܟܠܗܘܢ
ܗܢܘܢ ܕܢܟܝܣܝܢ ܥܠ ܐܪܥܐ.

ܩܦܠܐܘܢ ܝܛ

1 ܒܬܪ ܗܠܝܢ ܫܡܥܬ ܩܠܐ ܪܒܐ
ܕܟܢܫܐ ܣܓܝܐܐ ܒܫܡܝܐ ܕܐܡܪܝܢ
ܗܠܠܘܝܐ ܦܘܪܩܢܐ ܘܚܝܠܐ ܘܬܫܒܘܚܬܐ
ܘܐܝܩܪܐ ܠܐܠܗܐ ܕܝܠܢ. 2 ܡܛܠ
ܕܫܪܝܪܝܢ ܘܟܐܢܝܢ ܕܝܢܐ ܕܝܠܗ ܡܛܠ
ܕܕܢ ܠܙܢܝܬܐ ܗܝ ܪܒܬܐ ܗܝ ܐܝܕܐ
ܕܚܒܠܬ ܠܐܪܥܐ ܒܙܢܝܘܬܐ ܕܝܠܗ ܘܬܒܥ
ܠܕܡܐ ܕܥܒܕܐ ܕܝܠܗ ܡܢ ܐܝܕܐ ܕܝܠܗ.

23 ונוהרא דשרגא לא נתחזא בכי וקלא
דחתנא ודכלתא לא נשתמע בכי תוב
מטל דתגרא דילכי איתיהון הוו רורבנא
דארעא מטל דבחרשותא דילכי †
אתטעיו כלהון עממא. 24 ובה דמא
דנביא ודקדישא † אשתכח ודכלהון
הנון דנכיסין על ארעא.

קפלאון יט

1 בתר הלין שמעת קלא רבא
דכנשא סגיאא בשמיא דאמרין
הללויא פורקנא וחילא ותשבוחתא
ואיקרא לאלהא דילן. 2 מטל
דשרירין וכאנין דינא דילה מטל
דדן לזניתא הי רבתא הי אידא
דחבלת לארעא בזניותא דילה ותבע
לדמא דעבדא דילה מן אידא דילה.

23 Καὶ φῶς λύχνȣ ȣ̓ μὴ φανῇ ἐν σοὶ ἔτι. ϗ φωνὴ νυμφίȣ ϗ νύμφης ȣ̓ μὴ ἀκȣσθῇ ἐν σοὶ ἔτι. ὅτι οἱ ἔμποροί σȣ ἦσαν οἱ μεγιςᾶνες τῆς γῆς, ὅτι ἐν τῇ φαρμακείᾳ σȣ ἐπλανήθησαν πάντα τὰ ἔθνη. 24 Καὶ ἐν αὐτῇ αἷμα προφητῶν ϗ ἁγίων εὑρέθη, ϗ πάντων τῶν ἐσφαγμένων ἐπὶ τῆς γῆς.

ΚΕΦ. ΙΘʹ.

1 Καὶ μετὰ ταῦτα ἤκȣσα ὡς φωνὴν ὄχλȣ πολλȣ̃ μεγάλην ἐν τῷ ȣ̓ρανῷ, λέγοντος. Ἀλληλȣ̈ϊα· ἡ σωτηρία, καὶ ἡ δόξα, καὶ ἡ τιμὴ, καὶ ἡ δύναμις Κυρίῳ τῷ Θεῷ ἡμῶν. 2 Ὅτι ἀληθιναὶ καὶ δίκαιαι αἱ κρίσεις αὐτȣ̃· ὅτι ἔκρινε τὴν πόρνην τὴν μεγάλην, ἥτις ἔφθειρε τὴν γῆν ἐν τῇ πορνείᾳ αὐτῆς, καὶ ἐξεδίκησε τὸ αἷμα τῶν δȣ́λων αὐτȣ̃ ἐκ τῆς χειρὸς αὐτῆς.

23 Et lux cādelæ non videbitur in te, & vox sponsi & sponsæ non audietur in te amplius, propterea quod mercatores tui erant magnates terræ, propterea quod incantione tuâ seductæ sunt omnes gentes. 24 Et in ea sanguis prophetarum, & sanctorum inventus est, & omnium eorum qui mactati sunt super terram.

CAPUT XIX.

1 Post hæc audivi vocem magnam turbæ multæ in cœlo, dicentium: haleluia, salus, & potentia, & gloria, & honor Deo nostro. 2 Propterea quod vera & justa *sunt* judicia ejus: propterea quod judicavit meretricem illam magnam, illam quæ corrupit terram scortatione sua, & ultus est sanguinem servorum suorum ex manu ejus.

3 ודתרתין אמרו הללויא ותננא
דילה סלק־הוא לעלמא דעלמא ׃ 4
ונפלו הלין קשישא עסרין וארבעא
והנין ארבע חיותא וסגדו לאלהא
הו דיתב על תרונוס כד אמרין אמין
הללויא ׃ 5 וקלא נפק מן תרונוס דאמר
שבחו לאלהא דילן כלהון עבדא
דילה והנון דדחלין לה וזעורא
ורורבא ׃ 6 ושמעת איך קלא דכנשא
סגיאא ואיך קלא דמיא סגיאא ואיך
קלא דרעמא חילתנא דאמרין הללויא
מטל דאמלך מריא אלהא דילן הו אחיד
כל ׃ 7 נחדא ונרוז ונתל תשבוחתא
לה מטל דאתת משתותא דהו אמרא
ואנתתא דילה טיבת הילה׃ 8 ואתיהב
לה איכנא דתתעטף בוצא נציחא ודכיא
הו גיר בוצא זדקא דקדישא איתוהי ׃

3 ܘܕܬܪܬܝܢ ܐܡܪܘ ܗܠܠܘܝܐ: ܘܬܢܢܗ ܕܝܠܗ
ܣܠܩ ܗܘܐ ܠܥܠܡ ܥܠܡܝܢ.
4 ܘܢܦܠܘ ܗܠܝܢ ܩܫ̈ܝܫܐ ܥܣܪܝܢ
ܘܐܪܒܥܐ. ܘܗܢܝܢ ܐܪܒܥ ܚ̈ܝܘܬܐ:
ܘܣܓܕܘ ܠܐܠܗܐ ܗܘ ܕܝܬܒ ܥܠ
ܬܪܘܢܘܣ ܟܕ ܐܡܪܝܢ ܐܡܝܢ. ܗܠܠܘܝܐ.
5 ܘܩܠܐ ܢܦܩ ܡܢ ܬܪܘܢܘܣ ܕܐܡܪ ܫܒܚܘ
ܠܐܠܗܐ ܕܝܠܢ ܟܠܗܘܢ ܥܒ̈ܕܐ ܕܝܠܗ:
ܘܗܢܘܢ ܕܕܚܠܝܢ ܠܗ. ܙܥܘ̈ܪܐ ܘܪ̈ܘܪܒܐ.
6 ܘܫܡܥܬ ܐܝܟ ܩܠܐ ܕܟܢܫܐ ܣܓܝܐܐ. ܘܐܝܟ
ܩܠܐ ܕܡ̈ܝܐ ܣܓ̈ܝܐܐ. ܘܐܝܟ ܩܠܐ ܕܪ̈ܥܡܐ
ܚܝܠܬ̈ܢܐ. ܕܐܡܪܝܢ ܗܠܠܘܝܐ. ܡܛܠ
ܕܐܡܠܟ ܡܪܝܐ ܐܠܗܐ ܕܝܠܢ ܗܘ ܐܚܝܕ
ܟܠ. 7 ܢܚܕܐ ܘܢܪܘܙ. ܘܢܬܠ ܬܫܒܘܚܬܐ
ܠܗ: ܡܛܠ ܕܐܬܬ ܡܫܬܘܬܐ ܕܗܘ ܐܡܪܐ.
ܘܐܢܬܬܐ ܕܝܠܗ ܛܝܒܬ ܗܝܠܗ. 8 ܘܐܬܝܗܒ
ܠܗ ܐܝܟܢܐ ܕܬܬܥܛܦ ܒܘܨܐ ܢܨܝܚܐ ܘܕܟܝܐ.
ܗܘ ܓܝܪ ܒܘܨܐ: ܙܕ̈ܩܐ ܕܩܕ̈ܝܫܐ ܐܝܬܘܗܝ.

3 Et ſecundò dixerunt, haleluia. & fumus ejus aſcendebat in ſecula ſeculorum. 4 Et ceciderunt illi ſeniores viginti & quatuor,& illa quatuor animalia,& adorarunt Deum, qui ſedet ſuper thronum,dicentes, amen, haleluia. 5 Et vox exivit è throno, dicens, laudate Deum noſtrum, omnes ſervi ejus, & ii qui timent eum, parvi & magni. 6 Et audivi tanquam vocem turbæ multæ,& tanquam vocem aquarum multarum, & tanquam vocem tonitruum fortium, dicentium, haleluia: propterea quod regnavit Dominus Deus noſter, ille omnipotens. 7 Gaudeamus, & exultemus, & demus gloriam ei: propterea quod venerunt nuptiæ illius Agni,& uxor ejus paravit ſe. 8 Et datum eſt ei, ut amiciatur byſſino ſplendido & mundo. illud enim byſſinum juſtitiæ ſanctorũ eſt.

3 Καὶ δεύτερον εἴρηκαν· Ἀλληλούϊα. Καὶ ὁ καπνὸς αὐτῆς ἀναβαίνει εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. 4 Καὶ ἔπεσον οἱ πρεσβύτεροι οἱ εἴκοσι καὶ τέσσαρες, καὶ τὰ τέσσαρα ζῶα, καὶ προσεκύνησαν τῷ Θεῷ τῷ καθημένῳ ἐπὶ τοῦ θρόνου, λέγοντες· Ἀμήν. Ἀλληλούϊα. 5 Καὶ φωνὴ ἐκ τοῦ θρόνου ἐξῆλθε, λέγουσα· Αἰνεῖτε τὸν Θεὸν ἡμῶν πάντες οἱ δοῦλοι αὐτοῦ, καὶ οἱ φοβούμενοι αὐτὸν καὶ οἱ μικροὶ καὶ οἱ μεγάλοι. 6 Καὶ ἤκουσα ὡς φωνὴν ὄχλου πολλοῦ, καὶ ὡς φωνὴν ὑδάτων πολλῶν, καὶ ὡς φωνὴν βροντῶν ἰσχυρῶν, λεγόντων· Ἀλληλούϊα· ὅτι ἐβασίλευσε Κύριος ὁ Θεὸς ὁ παντοκράτωρ. 7 Χαίρωμεν καὶ ἀγαλλιώμεθα, καὶ δῶμεν τὴν δόξαν αὐτῷ. ὅτι ἦλθεν ὁ γάμος τοῦ ἀρνίου, καὶ ἡ γυνὴ αὐτοῦ ἡτοίμασεν ἑαυτήν. 8 Καὶ ἐδόθη αὐτῇ ἵνα περιβάληται βύσσινον καθαρὸν καὶ λαμπρόν. τὸ γὰρ βύσσινον, τὰ δικαιώματά ἐστι τῶν ἁγίων.

9 ܘܐܡܪ ܠܝ ܟܬܘܒ. ܛܘ̈ܒܬܢܐ ܐܢܘܢ
ܗܠܝܢ † ܠܚܫܡܝܬܐ ܕܡܫܬܘܬܗ ܕܐܡܪܐ
ܩܪܝܢ. ܘܐܡܪ ܠܝ. ܗܠܝܢ ܡ̈ܠܐ
ܕܝܠܝ ܫܪ̈ܝܪܬܐ ܕܐܠܗܐ ܐܝܬܝܗܝܢ. 10
ܘܢܦܠܬ ܩܕܡ ܪ̈ܓܠܐ ܕܝܠܗ ܠܡܣܓܕ ܠܗ.
ܘܐܡܪ ܠܝ: ܚܙܝ ܠܐ ܟܢܬܐ ܕܝܠܟ ܐܝܬܝ
ܘܕܐܚ̈ܐ ܕܝܠܟ ܗܢܘܢ ܕܐܝܬ ܠܗܘܢ
ܣܗܕܘܬܐ ܕܝܫܘܥ. ܠܐܠܗܐ ܣܓܘܕܘ.
ܗܝ ܓܝܪ ܣܗܕܘܬܐ ܕܝܫܘܥ ܐܝܬܝܗ: ܗܘ
ܪܘܚܐ ܕܢܒܝܘܬܐ. 11 ܘܚܙܝܬ ܠܫܡܝܐ
ܕܦܬܝܚ: ܘܗܐ ܣܘܣܝܐ ܚܘܪܐ. ܘܗܘ
ܕܝܬܒ ܥܠܘܗܝ ܡܬܩܪܐ: ܡܗܝܡܢܐ
ܘܫܪܝܪܐ. ܘܒܙܕܝܩܘܬܐ ܕܐܢ ܘܡܩܪܒ.
12 ܗܢ̈ܝܢ ܕܝܢ ܥܝ̈ܢܘܗܝ ܐܝܟ ܫܠܗܒܝܬܐ
ܕܢܘܪܐ. ܘܥܠ ܪܫܐ ܕܝܠܗ ܬ̈ܓܐ ܣܓܝܐܐ ܕܐܝܬ
ܠܗ ܫܡ̈ܗܐ ܕܟܬܝܒܝܢ. ܘܫܡܐ
ܕܟܬܝܒ ܠܗ̇ ܕܠܐ ܐܢܫ ܝܕܥ ܐܠܐ ܐܢ ܗܘ.
13 ܘܡܥܛܦ ܡܐܢܐ ܕܙܠܝܚ ܒܕܡܐ. ܘܩܪܐ

9 וְאֵמַר לִי כְתוּב טוּבְתָנֵא אֱנוּן הָלֵין
† דְלַחְשָׁמִיתָא דְמֶשְׁתּוּתֵה דְאֶמְרָא
קְרֵין וְאֵמַר לִי הָלֵין מֶלֵא דִילִי שַׁרִירָתָא
דַאלָהָא אִיתַיְהֵין. 10 וְנֶפְלֵת קְדָם
רֶגְלֵא דִילֵה לְמֶסְגַד לֵה וְאֵמַר לִי
חְזִי לָא כְנָתָא דִילָךְ אִיתַי וְדַאחֵא
דִילָךְ הָנוּן דְאִית לְהוּן סָהְדוּתָא דְיֵשׁוּע
לַאלָהָא סְגוּדוּ הִי גֵיר סָהְדוּתָא דְיֵשׁוּע
אִיתֵיה הַו רוּחָא דַנְבִיוּתָא. 11
וַחְזִית לַשְׁמַיָא דַפְתִיח וְהָא סוּסְיָא
חֵוָרָא וְהַו דְיָתֵב עְלַוהי מֶתְקְרֵא מְהַימְנָא
וְשַׁרִירָא וַבְזַדִיקוּתָא דָאֵן וְמַקְרֵב. 12
הָנֵין דֵין עַינַוהי אַיךְ שַׁלְהֶבִיתָא
דְנוּרָא וְעַל רִישָׁא דִילֵה תָגֵא סַגִיאֵא
דְאִית לֵה שְׁמָהֵא דַכְתִיבִין וַשְׁמָא
דַכְתִיב לְהַו דְלָא אנָשׁ יָדַע אֶלָא אֵן הַו.
13 וְמַעְטַף מָאנָא דַזְלִיח בַדְמָא וַקְרָא

9 Καὶ λέγει μοι· Γράψον· Μακάριοι οἱ εἰς τὸ δεῖπνον τοῦ γάμου ἀρνίου κεκλημένοι. Καὶ λέγει μοι· Οὗτοι οἱ λόγοι ἀληθινοί εἰσι τοῦ Θεοῦ. 10 Καὶ ἔπεσον ἔμπροσθεν τῶν ποδῶν αὐτοῦ προσκυνῆσαι αὐτῷ· καὶ λέγει μοι· Ὅρα μή· σύνδουλός σου εἰμὶ καὶ τῶν ἀδελφῶν σου τῶν ἐχόντων τὴν μαρτυρίαν τοῦ Ἰησοῦ· τῷ Θεῷ προσκύνησον· ἡ γὰρ μαρτυρία τοῦ Ἰησοῦ ἐστὶ τὸ πνεῦμα τῆς προφητείας. 11 Καὶ εἶδον τὸν οὐρανὸν ἀνεῳγμένον, καὶ ἰδοὺ ἵππος λευκός, καὶ ὁ καθήμενος ἐπ' αὐτὸν καλούμενος πιστὸς καὶ ἀληθινός, καὶ ἐν δικαιοσύνῃ κρίνει καὶ πολεμεῖ. 12 Οἱ δὲ ὀφθαλμοὶ αὐτοῦ ὡς φλὸξ πυρός, καὶ ἐπὶ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ διαδήματα πολλά· ἔχων ὄνομα γεγραμμένον ὃ οὐδεὶς οἶδεν εἰ μὴ αὐτός. 13 Καὶ περιβεβλημένος ἱμάτιον βεβαμμένον αἵματι· καὶ καλεῖται

9 Et dixit mihi, ſcribe: Beati ſunt qui ad cœnam nuptiarum Agni vocati ſunt. & dixit mihi: hæc verba mea vera Dei *verba* ſunt. 10 Et cecidi ante pedes ejus, ad adorandum eum. & dixit mihi, vide ne, conſervus tuus ſum, & fratrum tuorum, qui habent teſtimonium Jeſu: Deum adorate. ipſum enim teſtimonium Jeſu eſt ille ſpiritus prophetiæ. 11 Et vidi cœlum apertum: & ecce equus albus, & qui ſedet ſuper eum vocatur fidelis & verus, & in juſtitia judicat, & prœliatur. 12 Ipſi autem oculi ejus tanquam flamma ignis, & ſuper caput ejus diademata multa, habens nomina ſcripta, & nomen ſcriptum, quod nemo novit, niſi ipſe. 13 Et amictus veſte quæ diffluit ſanguine. & vocavit

שמא דילה הו מלתא דאלהא. 14 והלין
פלחותא דבשמיא נקיפין הוו לה
על רכשא חורא דלבישין לבושא
דבוצא דכיא חורא. 15 ומן פומא
דילה נפק סיפא. חריפא דתרין
פומוהי איכנא דבה נמחא לעממא והו
נרעא לעממא בחוטרא דפרזלא והו
נדוש מעצרתא דחמרא דחמתה
דאלהא אחיד כל. 16 ואית לה על
מאנא ועל עטמא דילה שמהא
דכתיבין מלכא דמלכא ומריא דמרותא.
17 וחזית מלאכא כד קאם בשמשא
וקעא בקלא רבא כד אמר לכלהין
פרחתא דהלין דפרחין במצעת שמיא תו
אתכנשו לחשמיתא הי רבתא דאלהא.
18 איכנא דתאכלון בסרא דמלכא ובסרא
דרישי אלפיא ובסרא דחילתנא ובסרא

ܫܡܗ ܕܝܠܗ. ܗܘ ܡܠܬܐ ܕܐܠܗܐ. 14
ܘܗܠܝܢ ܦܠܚܘܬܐ ܕܒܫܡܝܐ ܢܩܝܦܝܢ
ܗܘܘ ܠܗ ܥܠ ܪ̈ܟܫܐ ܚܘܪ̈ܐ: ܕܠܒܝܫܝܢ
ܠܒܘܫܐ ܕܒܘܨܐ ܕܟܝܐ ܚܘܪܐ. 15 ܘܡܢ
ܦܘܡܐ ܕܝܠܗ ܢܦܩ ܣܝܦܐ ܚܪܝܦܐ
ܕܬܪܝܢ ܦܘܡ̈ܘܗܝ: ܐܝܟܢܐ ܕܒܗ ܢܡܚܐ
ܠܥܡ̈ܡܐ: ܘܗܘ ܢܪܥܐ ܠܥܡ̈ܡܐ
ܒܚܘܛܪܐ ܕܦܪܙܠܐ ܘܗܘ ܢܕܘܫ ܡܥܨܪܬܐ
ܕܚܡܪܐ ܕܚܡܬܗ ܕܐܠܗܐ ܐܚܝܕ ܟܠ.
16 ܘܐܝܬ ܠܗ ܥܠ ܡܐܢܐ ܘܥܠ ܥܛܡܐ ܕܝܠܗ
ܫܡܗܐ ܕܟܬܝܒܝܢ ܡܠܟܐ ܕܡܠܟܐ ܘܡܪܝܐ
ܕܡܪ̈ܘܬܐ. 17 ܘܚܙܝܬ ܡܠܐܟܐ ܟܕ
ܩܐܡ ܒܫܡܫܐ: ܘܩܥܐ ܒܩܠܐ ܪܒܐ ܟܕ ܐܡܪ:
ܠܟܠܗܘܢ ܦܪ̈ܚܬܐ ܕܗܠܝܢ ܕܦܪܚܝܢ
ܒܡܨܥܬ ܫܡܝܐ. ܬܘ ܐܬܟܢܫܘ ܠܚܫܡܝܬܐ
ܗܝ ܪܒܬܐ ܕܐܠܗܐ. 18 ܐܝܟܢܐ ܕܬܐܟܠܘܢ
ܒܣܪܐ ܕܡ̈ܠܟܐ. ܘܒܣܪܐ ܕܪ̈ܝܫܝ
ܐܠܦܐ. ܘܒܣܪܐ ܕܚܝܠܬܢܐ: ܘܒܣܪܐ

nomen ſuum, illud verbum Dei. 14 Et illi exercitus qui in cœlo *ſunt* ſequebantur eum, ſuper equos albos, induti veſtimento byſſino, puro, albo. 15 Et ex ore ejus exit gladius acutus duorum orum, ut eo percutiat gentes: & ipſe paſcet gentes virga ferrea, & ipſe calcabit torcular vini excandeſcentiæ Dei omnipotentis. 16 Et habet ſuper veſtimentum, & ſuper femur ſuum nomina ſcripta, Rex regum, & Dominus dominorum. 17 Et vidi Angelum ſtantem in ſole, & clamavit voce magnâ, dicens omnibus avibus earum quæ volant in medio cœli: venite, congregamini ad cœnam illam magnam Dei: 18 Ut edatis carnes regum, & carnes chiliarchorum, & carnes fortium, & carnes

τὸ ὄνομα αὐτοῦ· ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ. 14 Καὶ τὰ στρατεύματα τὰ ἐν τῷ οὐρανῷ ἠκολούθει αὐτῷ ἐφ' ἵπποις λευκοῖς, ἐνδεδυμένοι βύσσινον λευκὸν καὶ καθαρόν. 15 Καὶ ἐκ τοῦ στόματος αὐτοῦ ἐκπορεύεται ῥομφαία ὀξεῖα, ἵνα ἐν αὐτῇ πατάσσῃ τὰ ἔθνη. καὶ αὐτὸς ποιμανεῖ αὐτοὺς ἐν ῥάβδῳ σιδηρᾷ· καὶ αὐτὸς πατεῖ τὴν ληνὸν τοῦ οἴνου τοῦ θυμοῦ καὶ τῆς ὀργῆς τοῦ Θεοῦ παντοκράτορος. 16 Καὶ ἔχει ἐπὶ τὸ ἱμάτιον καὶ ἐπὶ τὸν μηρὸν αὐτοῦ τὸ ὄνομα γεγραμμένον· Βασιλεὺς βασιλέων καὶ Κύριος κυρίων. 17 Καὶ εἶδον ἕνα ἄγγελον ἑστῶτα ἐν τῷ ἡλίῳ. καὶ ἔκραξε φωνῇ μεγάλῃ, λέγων πᾶσι τοῖς ὀρνέοις τοῖς πετωμένοις ἐν μεσουρανήματι. Δεῦτε καὶ συνάγεσθε εἰς τὸ δεῖπνον τοῦ μεγάλου Θεοῦ, 18 Ἵνα φάγητε σάρκας βασιλέων, καὶ σάρκας χιλιάρχων, καὶ σάρκας ἰσχυρῶν, καὶ σάρκας ἵππων

ܕܪ̈ܟܫܐ ܘܗܢܘܢ ܕܝܬܒܝܢ ܥܠܝܗܘܢ. ܘܒܣܪܐ
ܕܟܠܗܘܢ ܒܢܝ ܚܐܪ̈ܐ ܘܕܥܒ̈ܕܐ ܘܕܙܥܘܪ̈ܐ
ܘܕܪ̈ܘܪܒܐ. 19 ܘܚܙܝܬ ܠܗ̇ ܚܝܘܬ ܫܢܐ
† ܘܠܡܠ̈ܟܐ ܕܐܪܥܐ ܘܠܦܠܚܘ̈ܬܐ ܕܝܠܗܘܢ
ܕܟܢܝܫܝܢ ܠܡܥܒܕ ܩܪܒܐ ܥܡ ܗܘ ܕܝܬܒ ܥܠ
ܣܘܣܝܐ ܘܥܡ ܦܠܚܘ̈ܬܐ ܕܝܠܗ. 20
ܘܐܬܬܨܝܕ ܗܘ ܚܝܘܬ ܫܢܐ ܘܗܘ ܢܒܝܐ ܕܓܠܐ
ܕܥܡܗ ܗܘ ܕܥܒܕ ܗܠܝܢ ܐܬܘ̈ܬܐ ܩܕܡܘܗܝ
ܕܒܗܝܢ ܐܛܥܝ ܠܗܠܝܢ ܕܢܣܒܘ ܪܘܫܡܐ
ܕܗܘ ܚܝܘܬ ܫܢܐ ܘܠܗܠܝܢ ܕܣܓܕܘ ܠܨܠܡܐ
ܕܝܠܗ ܘܟܕ ܚܝܝܢ ܐܬܬܪܡܝܘ ܬܪܝܗܘܢ
ܒܝܡܬܐ ܕܢܘܪܐ ܗܝ ܕܝܩܕܐ ܒܟܒܪܝܬܐ.
21 ܘܗܢܘܢ ܕܫܪܟܐ ܐܬܩܛܠܘ ܒܣܝܦܐ
ܕܗܘ ܕܝܬܒ ܥܠ ܣܘܣܝܐ ܒܗܘ ܕܢܦܩ ܡܢ
ܦܘܡܐ ܕܝܠܗ. ܘܟܠܗܝܢ ܦܪ̈ܚܬܐ ܣܒܥܝܢ ܡܢ
ܒܣܪܐ ܕܝܠܗܘܢ.

דרכשא והנון דיתבין עליהון ובסרא
דכלהון בני חארא ודעבדא ודזעורא
ודרורבא . 19 וחזית להו חיות שנא
† ולמלכא דארעא ולפלחותא דילהון
דכנישין למעבד קרבא עם הו דיתב על
סוסיא ועם פלחותא דילה . 20
ואתתציד הו חיות שנא והו נביא דגלא
דעמה הו דעבד הלין אתותא קדמוהי
דבהין אטעי לחלין דנסבו רושמא
דהו חיות שנא ולהלין דסגדו לצלמא
דילה וכד היין אתתרמיו תריהון
בימתא דנורא הי דיקדא בכבריתא .
21 והנון דשרכא אתקטלו בסיפא
דהו דיתב על סוסיא בהו דנפק מן
פומא דילה וכלהין פרחתא סבעין מן
בסרא דילהון .

ἵππων καὶ τῶν καθημένων ἐπ' αὐτῶν, καὶ σάρκας πάντων ἐλευθέρων καὶ δούλων, καὶ μικρῶν καὶ μεγάλων. 19 Καὶ εἶδον τὸ θηρίον, καὶ τοὺς βασιλεῖς τῆς γῆς, καὶ τὰ στρατεύματα αὐτῶν συνηγμένα ποιῆσαι πόλεμον μετὰ τοῦ καθημένου ἐπὶ τοῦ ἵππου καὶ μετὰ τοῦ στρατεύματος αὐτοῦ. 20 Καὶ ἐπιάσθη τὸ θηρίον, καὶ μετὰ τούτου ὁ ψευδοπροφήτης ὁ ποιήσας τὰ σημεῖα ἐνώπιον αὐτοῦ, ἐν οἷς ἐπλάνησε τοὺς λαβόντας τὸ χάραγμα τοῦ θηρίου, καὶ τοὺς προσκυνοῦντας τῇ εἰκόνι αὐτοῦ. ζῶντες ἐβλήθησαν οἱ δύο εἰς τὴν λίμνην τοῦ πυρὸς τὴν καιομένην ἐν τῷ θείῳ· 21 Καὶ οἱ λοιποὶ ἀπεκτάνθησαν ἐν τῇ ῥομφαίᾳ τοῦ καθημένου ἐπὶ τοῦ ἵππου, τῇ ἐκπορευομένῃ ἐκ τοῦ στόματος αὐτοῦ. καὶ πάντα τὰ ὄρνεα ἐχορτάσθησαν ἐκ τῶν σαρκῶν αὐτῶν.

equorum, & eorum qui ſedent ſuper eos, & carnes omnium liberorum & ſervorum, & parvorum & magnorum. 19 Et vidi illud animal dentis, & reges terræ, & exercitus eorum, congregatos ad faciendum prœlium cum eo qui ſedet ſuper equum, & cum exercitibus ejus. 20 Et captum eſt illud animal dentis, & ille propheta falſus qui cum eo *erat*, qui fecit illa ſigna ante illud, per quæ ſeduxit eos, qui acceperunt characterem illius animalis dentis, & eos qui adorarunt imaginem ejus, & vivi projecti ſunt ambo in ſtagnum ignis, ardens ſulphure. 21 Et reliqui occiſi ſunt gladio ejus qui ſedet ſuper equum, eo *gladio* qui exit ex ore ejus. & omnes aves ſaturatæ fuerunt carnibus eorum.

קפלאון כ

1 וחזית מלאכא דנחת מן שמיא דאית לה קלידא דתהומא וששלתא רבתא באידא דילה . 2 ולבכרה לתנינא הו חויא הו קדמיא הו דאיתוהי מרמינא וסטנא הו דאתעי לכלה מתעמרניתא ואסרה אלף שניא . 3 וארמיה בתהומא ואחד וטבע לעל מנה איכנא דלא נטעא תוב לעממא עדמא דנשלם הלין אלפא שניא בתר הלין דין גשתרא קליל זבנא . 4 וחזית כורסותא † ויתבו עליהון ודינא אתיהב להון ולנפשתא הלין דאתפסקין מטל סהדותא דישוע ומטל מלתא דאלהא והנון אנשין דלא סגדו להו חיות שנא ולא לצלמא דילה ולא נסבו לרושמא על בית עינא ועל אידא דילהון וחיו ואמלכו

ܩܦܠܐܘܢ ܟ:

1 ܘܚܙܝܬ ܡܠܐܟܐ ܕܢܚܬ ܡܢ ܫܡܝܐ. ܕܐܝܬ ܠܗ ܩܠܝܕܐ ܕܬܗܘܡܐ ܘܫܫܠܬܐ ܪܒܬܐ ܒܐܝܕܗ ܕܝܠܗ. 2 ܘܐܚܕܗ ܠܬܢܝܢܐ: ܚܘܝܐ ܗܘ ܩܕܡܝܐ: ܗܘ ܕܐܝܬܘܗܝ ܡܪܡܝܢܐ ܘܣܛܢܐ: ܗܘ ܕܐܛܥܝ ܠܟܠܗ ܡܬܥܡܪܢܝܬܐ. ܘܐܣܪܗ ܐܠܦ ܫܢܝܢ: 3 ܘܐܪܡܝܗ ܒܬܗܘܡܐ. ܘܐܚܕ ܘܛܒܥ ܠܥܠ ܡܢܗ. ܐܝܟܢܐ ܕܠܐ ܢܛܥܐ ܬܘܒ ܠܥܡܡܐ: ܥܕܡܐ ܕܢܫܠܡ ܗܠܝܢ ܐܠܦܐ ܫܢܝܐ. ܒܬܪ ܗܠܝܢ ܕܝܢ ܢܫܬܪܐ ܩܠܝܠ ܙܒܢܐ. 4 ܘܚܙܝܬ ܟܘܪܣܘܬܐ † ܘܝܬܒܘ ܥܠܝܗܘܢ. ܘܕܝܢܐ ܐܬܝܗܒ ܠܗܘܢ. ܘܠܢܦܫܬܐ ܗܠܝܢ ܕܐܬܦܣܩܝ ܡܛܠ ܣܗܕܘܬܐ ܕܝܫܘܥ: ܘܡܛܠ ܡܠܬܐ ܕܐܠܗܐ: ܘܗܢܘܢ ܐܢܫܝܢ ܕܠܐ ܣܓܕܘ ܠܗ̇ ܚܝܘܬ ܫܢܐ ܘܠܐ ܠܨܠܡܐ ܕܝܠܗ: ܘܠܐ ܢܣܒܘ ܪܘܫܡܐ ܥܠ ܒܝܬ ܥܝܢܐ ܘܥܠ ܐܝܕܐ ܕܝܠܗܘܢ: ܘܚܝܘ ܘܐܡܠܟܘ

CAPUT XX.

1 Et vidi Angelum deſcendentem è cœlo, habentem clavem abyſſi, & catenam magnam in manu ſua. 2 Et apprehendit Draconem, illum ſerpẽtem, illum primum, qui eſt impoſtor & Satanas, qui ſeduxit totum orbem habitabilem: & ligavit eum mille annos. 3 Et projecit eum in abyſſum, & clauſit, & obſignavit ſuper eum, ut non ſeducat amplius gentes, donec abſolverit illos mille annos. poſtea autem ſolvetur *ad* pauculum tempus. 4 Et vidi thronos, & ſederunt ſuper eos, & judicium datum eſt illis, atque animabus quæ *capite* truncatæ fuerunt propter teſtimonium Jeſu, & propter ſermonẽ Dei, & qui non adorarunt illud animal dentis, neque imaginem ejus, neque acceperunt characterem ſuper domicilium oculorũ, & ſuper manum ſuam, & vixerunt, & regnarunt

ΚΕΦ. Κʹ.

1 Καὶ εἶδον ἄγγελον καταβαίνοντα ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἔχοντα τὴν κλεῖδα τῆς ἀβύσσου, καὶ ἅλυσιν μεγάλην ἐπὶ τὴν χεῖρα αὐτοῦ. 2 Καὶ ἐκράτησε τὸν δράκοντα, τὸν ὄφιν τὸν ἀρχαῖον, ὅς ἐστι διάβολος καὶ σατανᾶς· καὶ ἔδησεν αὐτὸν χίλια ἔτη. 3 Καὶ ἔβαλεν αὐτὸν εἰς τὴν ἄβυσσον, καὶ ἔκλεισεν αὐτὸν, καὶ ἐσφράγισεν ἐπάνω αὐτοῦ, ἵνα μὴ πλανήσῃ τὰ ἔθνη ἔτι, ἄχρι τελεσθῇ τὰ χίλια ἔτη· καὶ μετὰ ταῦτα δεῖ αὐτὸν λυθῆναι μικρὸν χρόνον. 4 Καὶ εἶδον θρόνους, καὶ ἐκάθισαν ἐπ' αὐτοὺς, καὶ κρίμα ἐδόθη αὐτοῖς· καὶ τὰς ψυχὰς τῶν πεπελεκισμένων διὰ τὴν μαρτυρίαν Ἰησοῦ, καὶ διὰ τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ, καὶ οἵτινες οὐ προσεκύνησαν τῷ θηρίῳ, οὔτε τῇ εἰκόνι αὐτοῦ. καὶ οὐκ ἔλαβον τὸ χάραγμα ἐπὶ τὸ μέτωπον αὐτῶν, καὶ ἐπὶ τὴν χεῖρα αὐτῶν. καὶ ἔζησαν, καὶ ἐβασίλευσαν μετὰ

ܥܡ ܡܫܝܚܐ ܕܝܠܗܘܢ: ܗܠܝܢ ܐܠܦܐ
ܫܢܝܐ. 5 ܗܕܐ ܗܝ ܩܝܡܬܐ ܗܝ ܩܕܡܝܬܐ.
6 ܛܘܒܢܐ ܗܘ ܘܩܕܝܫܐ ܗܘ ܕܐܝܬ ܠܗ
ܡܢܬܐ ܒܩܝܡܬܐ ܗܝ ܩܕܡܝܬܐ. ܥܠ ܗܠܝܢ
ܡܘܬܐ ܬܢܝܢܐ ܠܐ ܐܝܬ ܠܗ ܫܘܠܛܢܐ.
ܐܠܐ ܢܗܘܘܢ ܐܝܬܝܗܘܢ ܟܗܢܐ ܕܐܠܗܐ
ܘܕܡܫܝܚܐ ܕܝܠܗ: ܘܢܡܠܟܘܢ ܥܡܗ
ܗܠܝܢ ܐܠܦܐ ܫܢܝܐ. 7 ܘܐܡܬܝ
ܕܡܫܬܡܠܝܢ ܗܠܝܢ ܐܠܦܐ ܫܢܝܐ. ܢܫܬܪܐ
ܗܘ ܣܛܢܐ ܡܢ ܒܝܬ ܢܛܘܪܬܐ ܕܝܠܗ. 8
ܘܢܦܘܩ ܠܡܛܥܝܘ ܠܥܡܡܐ: ܠܗܠܝܢ
ܕܒܐܪܒܥ ܓܘܢܝܬܗ ܕܐܪܥܐ: ܠܓܘܓ
ܘܠܡܓܘܓ. ܠܡܟܢܫܘ ܐܢܘܢ ܠܩܪܒܐ
ܗܠܝܢ ܕܡܢܝܢܐ ܕܝܠܗܘܢ ܐܝܟ ܚܠܐ ܕܝܡܐ.
9 ܘܣܠܩܘ ܥܠ ܦܬܝܗ ܕܐܪܥܐ. ܘܚܕܪܘܗ
ܠܡܫܪܝܬܐ ܕܩܕܝܫܐ. ܘܠܡܕܝܢܬܐ ܗܝ
ܚܒܝܒܬܐ. ܘܢܚܬܬ ܢܘܪܐ ܡܢ ܐܠܗܐ ܡܢ
ܫܡܝܐ ܘܐܟܠܬ ܐܢܘܢ. 10 ܘܐܟܠܩܪܨܐ ܗܘ

עַם מְשִׁיחָא דִילְהוֹן הָלֵין אַלְפָא שְׁנַיָא.
5 הָדָא הִי קְיָמְתָא הָי קַדְמָיְתָא. 6
טוּבְתָנָא הוּ וְקַדִישָׁא הַו דְאִית לֵהּ
מְנָתָא בַקְיָמְתָא הָי קַדְמָיְתָא עַל הָנוּן
מַוּתָא תְנָיָנָא לָא אִית לֵהּ שׁוּלְטָנָא אֶלָא
נֶהְווֹן אִיתַיהוֹן כָהְנֵא דַאלָהָא וְדַמְשִׁיחָא
דִילֵהּ וְנַמְלְכוּן עַמֵהּ הָלֵין אַלְפָא
שְׁנַיָא. 7 וְאַמַתַי דְמֶשְׁתַמְלְיָן הָלֵין
אַלְפָא שְׁנַיָא נֶשְׁתְרֵא הַו סָטָנָא מֶן
בֵיה נְטוּרְתָא דִילֵהּ. 8 וְנֶפּוּק לְמַטְעָיו
לְעַמְמֵא לְהָלֵין דְבַארְבַע גָוְנְיָתָהּ
דַארְעָא לְגוֹג וַלְמַגוֹג לַמְכַנָשׁוּ אֶנוּן
לַקְרָבָא הָלֵין דְמֶנְיָנָא דִילְהוֹן אַיך חָלָא
דְיַמָא. 9 וַסְלֶקוּ עַל פְּתָיָה דַארְעָא
וְחַדְרוּהּ לְמַשְׁרִיתָא דְקַדִישֵׁא וַלְמְדִינְתָא הָי
חַבִיבְתָא וְנֶחְתַת נוּרָא מֶן אַלָהָא מֶן
שְׁמַיָא וְאֶכְלַת אֶנוּן. 10 וְאֶכְלְקַרְצָא הַו

μετὰ τοῦ Χριστοῦ τὰ χίλια ἔτη. 5 Οἱ δὲ λοιποὶ τῶν νεκρῶν οὐκ ἀνέζησαν ἕως τελεσθῇ τὰ χίλια ἔτη. Αὕτη ἡ ἀνάστασις ἡ πρώτη. 6 Μακάριος καὶ ἅγιος ὁ ἔχων μέρος ἐν τῇ ἀναστάσει τῇ πρώτῃ· ἐπὶ τούτων ὁ θάνατος ὁ δεύτερος οὐκ ἔχει ἐξουσίαν, ἀλλ' ἔσονται ἱερεῖς τοῦ Θεοῦ καὶ Χριστοῦ, καὶ βασιλεύσουσι μετ' αὐτοῦ χίλια ἔτη. 7 Καὶ ὅταν τελεσθῇ τὰ χίλια ἔτη, λυθήσεται ὁ σατανᾶς ἐκ τῆς φυλακῆς αὐτοῦ 8 Καὶ ἐξελεύσεται πλανῆσαι τὰ ἔθνη τὰ ἐν ταῖς τέσσαρσι γωνίαις τῆς γῆς, τὸν Γὼγ καὶ Μαγὼγ, συναγαγεῖν αὐτοὺς εἰς πόλεμον, ὧν ὁ ἀριθμὸς ὡς ἡ ἄμμος τῆς θαλάσσης. 9 Καὶ ἀνέβησαν ἐπὶ τὸ πλάτος τῆς γῆς, καὶ ἐκύκλωσαν τὴν παρεμβολὴν τῶν ἁγίων, καὶ τὴν πόλιν τὴν ἠγαπημένην· καὶ κατέβη πῦρ ἀπὸ τοῦ Θεοῦ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, κατέφαγεν αὐτούς. 10 Καὶ ὁ διάβολος ὁ

cum Christo suo hosce mille annos. 5 Hæc est resurrectio illa prima. 6 Beatus est, & sanctus qui habet partem in resurrectione illa prima, super illos mors secunda non habet potestatem: sed erunt, *imo* sunt sacerdotes Dei, & Christi ejus: & regnabunt cum eo illos mille annos. 7 Et quando complebuntur illi mille anni, solvetur ille Satanas è domo custodiæ suæ. 8 Et exibit ad seducendum gentes, eas quæ *sunt* in quatuor angulis terræ, Gogum & Magogum, ad congregandum eos ad prœlium, quorum numerus sicut arena maris. 9 Et ascenderunt super latitudinem terræ, & circumierunt castra sanctorum, & urbem illam dilectam. & descendit ignis à Deo è cœlo, & devoravit eos. 10 Et diabolus qui sedu-

דַאטְעִי אִנוּן אֶתְתָּרְמִי בְּיַמְתָּא דְנוּרָא
וַדְכִבְרִיתָא אַיְכָאדַאף הַו חַיוַּת שֶׁנָא
וְהַו נְבִיָא דַגָלָא וֶנֶשְׁתַּנְקוּן אִימָמָא וְלֵלְיָא
לְעָלְמֵא דְעָלְמֵא . 11 וַחְזִית תְרָנָוס רַבָא
חֶוָרָא וַלְהַו דְיָתֵב לְעֵל † מֶנֵה הַו דְמֵן
פַרְצוּפֵה עֶרְקַת אַרְעָא וַשְׁמַיָא וְדוּכְתָּא
לְהָדֵא לָא אֶשְׁתַּכְחַת לְהוֹן . 12 וַחְזִית
לְמִיתֵא לְרַוְרְבֵא וְלַזְעוּרֵא כַּד קָיְמִין
קְדָם תְרָוָנָס וַכְתָבֵא אֶתְפַּתַּחְו
וַאחְרְנָא כְתָבָא אֶתְפְּתַח הַו דְאִיתַוהי
דְחַיֵא וֶאתְתְדִינו מִיתֵא מֵן הָנֵין דַכְתִיבָן
בַכְתָבֵא אַיְךְ עְבָדֵא דִילְהוֹן . 13 וִיַהְב
יַמָא מִיתֵא הָלֵין דְבֵה וְמַוּתָא וַשְׁיוּל
יַחְבוּ מִיתֵא חָנוּן דַבְהוֹן וֶאתְתְדִינו כֻל
חַד אַיְךְ עְבָדֵא דִילְהוֹן . 14 וְמַוּתָא
וַשְׁיוּל אֶתְתַּרְמִיו בְהָי יַמְתָא דְנוּרָא הָנָא
מַוּתָא תְנָיָנָא אִיתַוהי יַמְתָא הָי דְנוּרָא.

ܕܐܛܥܝ ܐܢܘܢ. ܐܬܬܪܡܝ ܒܝܡܬܐ ܕܢܘܪܐ
ܘܕܟܒܪܝܬܐ: ܐܝܟܐ ܕܐܦ ܗܝ ܚܝܘܬܐ ܫܢܝܐ.
ܘܗܘ ܢܒܝܐ ܕܓܠܐ. ܘܢܫܬܢܩܘܢ ܐܝܡܡܐ ܘܠܠܝܐ
ܠܥܠܡ ܥܠܡܝܢ. 11 ܘܚܙܝܬ
ܟܘܪܣܝܐ ܪܒܐ ܚܘܪܐ. ܘܠܗܘ ܕܝܬܒ ܠܥܠ
ܠܦܪܨܘܦܗ ܥܪܩܬ ܐܪܥܐ. ܘܫܡܝܐ ܘܕܘܟܬܐ ܠܟܠ
† ܡܢܗ ܗܘ ܕܡܢ ܩܕܡ ܦܪܨܘܦܗ ܥܪܩܬ
ܐܪܥܐ ܘܫܡܝܐ: ܘܕܘܟܬܐ ܠܐ ܐܫܬܟܚܬ
ܠܗܘܢ. 11 ܘܚܙܝܬ ܠܡܝܬܐ ܪܘܪܒܐ
ܘܙܥܘܪܐ ܕܩܝܡܝܢ ܩܕܡ ܬܪܘܢܘܣ.
ܘܣܦܪܐ ܐܬܦܬܚܘ: ܘܐܚܪܢܐ ܟܬܒܐ ܐܬܦܬܚ
ܗܘ ܕܐܝܬܘܗܝ ܕܚܝܐ. ܘܐܬܕܝܢܘ ܡܝܬܐ ܡܢ
ܗܠܝܢ ܕܟܬܝܒܢ ܒܟܬܒܐ. ܐܝܟ ܥܒܕܝܗܘܢ.
13 ܘܝܗܒ ܝܡܐ ܡܝܬܐ ܗܠܝܢ ܕܒܗ:
ܘܡܘܬܐ ܘܫܝܘܠ ܝܗܒܘ ܡܝܬܐ ܗܢܘܢ
ܕܒܗܘܢ. ܘܐܬܕܝܢܘ ܟܠ ܚܕ ܐܝܟ ܥܒܕܘܗܝ
ܕܝܠܗܘܢ. 14 ܘܡܘܬܐ ܘܫܝܘܠ ܐܬܬܪܡܝܘ
ܒܗܝ ܝܡܬܐ ܕܢܘܪܐ. ܗܢܐ ܡܘܬܐ
ܬܢܝܢܐ ܐܝܬܘܗܝ ܝܡܬܐ ܗܝ ܕܢܘܪܐ.

ſeduxit eos projectus eſt in ſtagnum ignis & ſulphuris: ubi etiam illud animal dentis, & ille propheta falſus *ſunt*, & cruciabuntur die ac nocte in ſecula ſeculorum. 11 Et vidi thronum magnum album, & eum qui ſedet ſuper illum, à cujus facie fugit terra & cœlum, & locus hîc non inventus eſt illis. 12 Et vidi mortuos, magnos & parvos, ſtantes ante thronum, & libri aperti ſunt: & alius liber apertus eſt, qui eſt vitæ. & judicati ſunt mortui, ex iis quæ ſcripta ſunt in libris, ſecundum opera eorum. 13 Et dedit mare mortuos, qui *erant* in ipſo: & mors & infernus dederunt mortuos, qui erant in ipſis. & judicati ſunt unuſquiſque ſecundum opera ſua. 14 Et mors & infernus, projecti ſunt in illud ſtagnum ignis. hæc mors ſecunda eſt ſtagnum illud ignis.

πλανῶν αὐτοὺς ἐβλήθη εἰς τὴν λίμνην τοῦ πυρὸς καὶ θείου, ὅπου τὸ θηρίον καὶ ὁ ψευδοπροφήτης· καὶ βασανισθήσονται ἡμέρας καὶ νυκτὸς εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. 11 Καὶ εἶδον θρόνον λευκὸν μέγαν, καὶ τὸν καθήμενον ἐπ᾽ αὐτοῦ, οὗ ἀπὸ προσώπου ἔφυγεν ἡ γῆ καὶ ὁ οὐρανός. καὶ τόπος οὐχ εὑρέθη αὐτοῖς. 12 Καὶ εἶδον τοὺς νεκροὺς, μικροὺς καὶ μεγάλους, ἑστῶτας ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ, καὶ βιβλία ἠνεῴχθησαν. καὶ βιβλίον ἄλλο ἠνεῴχθη, ὅ ἐστι τῆς ζωῆς. καὶ ἐκρίθησαν οἱ νεκροὶ ἐκ τῶν γεγραμμένων ἐν τοῖς βιβλίοις, κατὰ τὰ ἔργα αὐτῶν. 13 Καὶ ἔδωκεν ἡ θάλασσα τοὺς ἐν αὐτῇ νεκροὺς, καὶ ὁ θάνατος καὶ ὁ ᾅδης ἔδωκαν τοὺς ἐν αὐτοῖς νεκρούς. καὶ ἐκρίθησαν ἕκαστος κατὰ τὰ ἔργα αὐτῶν. 14 Καὶ ὁ θάνατος καὶ ὁ ᾅδης ἐβλήθησαν εἰς τὴν λίμνην τοῦ πυρός. οὗτός ἐστιν ὁ δεύτερος θάνατος.

15 ܘܐܢ ܐܢܫ ܠܐ ܐܫܬܟܚ ܒܟܬܒܐ ܕܚܝ̈ܐ
ܟܬܝܒ: ܐܬܬܪܡܝ ܒܝܡܬܐ ܗܝ ܕܢܘܪܐ ܀

ܩܦܠܐܘܢ ܟܐ:

1 ܘܚܙܝܬ ܫܡܝܐ ܚܕܬܐ ܘܐܪܥܐ ܚܕܬܐ. ܗܘ
ܓܝܪ ܫܡܝܐ ܩܕܡܝܐ: ܘܐܪܥܐ ܩܕܡܝܬܐ ܐܙܠܘ.
ܘܝܡܐ ܠܐ ܐܝܬܘܗܝ ܬܘܒ. 2 ܘܠܡܕܝܢܬܐ
ܗܝ ܩܕܝܫܬܐ ܐܘܪܫܠܡ ܚܕܬܐ ܚܙܝܬ. ܟܕ
ܢܚܬܐ ܡܢ ܫܡܝܐ ܡܢ ܐܠܗܐ. ܟܕ ܡܛܝܒܐ
ܐܝܟ ܟܠܬܐ ܡܨܒܬܬܐ ܠܓܒܪܐ ܕܝܠܗ. 3
ܘܫܡܥܬ ܩܠܐ ܪܒܐ ܡܢ ܫܡܝܐ ܕܐܡܪ.
ܗܐ ܡܫܟܢܐ ܕܐܠܗܐ ܥܡ ܒܢܝ̈ܢܫܐ ܘܫܪܐ
ܥܡܗܘܢ. ܗܢܘܢ ܥܡܐ ܕܝܠܗ ܢܗܘܘܢ. ܘܗܘ
ܐܠܗܐ ܥܡܗܘܢ ܢܗܘܐ ܠܗܘܢ ܐܠܗܐ. 4 ܘܬܠܘܓ
ܟܠ ܕܡܥܬܐ ܡܢ ܥܝ̈ܢܐ ܕܝܠܗܘܢ. ܘܡܘܬܐ ܠܐ
ܢܗܘܐ ܬܘܒ. ܘܠܐ ܐܒܠܐ ܘܠܐ ܩܥܬܐ. ܘܠܐ ܟܐܒܐ
ܠܐ ܢܗܘܐ ܬܘܒ. ܡܛܠ ܕܩܕܡܝ̈ܬܐ ܥܒܪ̈ܝ܀

15 וְאֶן-אֱנָשׁ לָא אֶשְׁתְּכַח בִּכְתָבָא דְחַיֵּא
כְּתִיב אֶתְתְּרְמִי בְּיַמְתָא הָי דְנוּרָא.

קֶפַלֵאוֹן כא

1 וַחְזִית שְׁמַיָא חַדְתֵא וַאַרְעָא חְדַתָא הַו
גֵיר קַדְמָיָא שְׁמַיָא וַאַרְעָא קַדְמָיתָא אֶזַלוּ
וְיַמָא לָא אִיתַוהי תוּב. 2 וְלַמְדִינְתָא הָי
קַדִישְׁתָא אוּרִשְׁלֶם חֲדַתָא חְזִית כַּד נָחְתָא
מֶן שְׁמַיָא מֶן אַלָהָא כַּד מְטַיְבָא אַיְךְ
כַּלְתָא מְצַבַתְתָא לְגַבְרָא דִילָה. 3 וְשֶׁמְעֵת
קָלָא רַבָא מֶן שְׁמַיָא דְאָמַר הָא מַשְׁכְנָא
דַאלָהָא עַם בְנַינָשָׁא וַשְׁרָא עַמְהוֹן הֶנוּן
עַמָא דִילֵה נֶהְווּן וְהוּ אַלָהָא עַמְהוֹן
נֶהְוֵא לְהוֹן אַלָהָא. 4 וַתוּפֵא כָל דֶמְעְתָא
מֶן עַיְנֵא דִילְהוֹן וְמוּתָא לָא נֶהְוֵא תוּב
וְלָא אֶבְלָא וְלָא קְעָתָא וְלָא כָאבָא לָא
נֶהְוֵא תוּב מֶטֻל דְקַדְמָיָתָא עְבַרִין.

15 Καὶ εἴ τις οὐχ εὑρέθη ἐν τῇ βίβλῳ τῆς ζωῆς γεγραμμένος, ἐβλήθη εἰς τὴν λίμνην τοῦ πυρός.

ΚΕΦ. Κα΄.

1 Καὶ εἶδον οὐρανὸν καινὸν καὶ γῆν καινήν. ὁ γὰρ πρῶτος οὐρανὸς καὶ ἡ πρώτη γῆ παρῆλθε. καὶ ἡ θάλασσα οὐκ ἔστιν ἔτι. 2 Καὶ ἐγὼ Ἰωάννης εἶδον τὴν πόλιν τὴν ἁγίαν, Ἱερουσαλὴμ καινὴν, καταβαίνουσαν ἀπὸ τοῦ Θεοῦ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, ἡτοιμασμένην ὡς νύμφην κεκοσμημένην τῷ ἀνδρὶ αὐτῆς. 3 Καὶ ἤκουσα φωνῆς μεγάλης ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, λεγούσης· Ἰδοὺ ἡ σκηνὴ τοῦ Θεοῦ μετὰ τῶν ἀνθρώπων, καὶ σκηνώσει μετ᾽ αὐτῶν, καὶ αὐτοὶ λαοὶ αὐτοῦ ἔσονται, καὶ αὐτὸς ὁ Θεὸς ἔσται μετ᾽ αὐτῶν, Θεὸς αὐτῶν. 4 Καὶ ἐξαλείψει ὁ Θεὸς πᾶν δάκρυον ἀπὸ τῶν ὀφθαλμῶν αὐτῶν, καὶ ὁ θάνατος οὐκ ἔσται ἔτι. οὔτε πένθος, οὔτε κραυγὴ, οὔτε πόνος οὐκ ἔσται ἔτι, ὅτι τὰ πρῶτα ἀπῆλθον.

15 Et si quis non inventus est in libro vitæ scriptus, projectus est in stagnum illud ignis.

CAPUT XXI.

1 Et vidi cœlos novos, & terram novam. illud enim primum cœlum, & terra prima abierunt, & mare non est amplius. 2 Et civitatem illam sanctam, Urischlem novam vidi, descendentem è cœlo à Deo, paratam tanquam sponsam ornatam viro suo. 3 Et audivi vocem magnam è cœlo dicentem: ecce tabernaculum Dei cum hominibus, & habitavit cum illis: ipsi populus ejus erunt, & ipse Deus cum iis erit iis Deus. 4 Et evanescet omnis lacryma ab oculis eorum, & mors non erit amplius, neque luctus, neque clamor, neque dolor, non erit, *inquam*, amplius: propterea quod prima transierunt.

5 ואמר הו דיתב [על] תרונוס
והא לכלהין חדתתא עבד־אנא ואמר
כתוב מטל דהלין מלא מהימנתא
ושרירתא דאלהא איתיהין · 6 ואמר
לי הוית אנא אלף ותו רישא ושולמא
אנא להו דצהא אתל מן מעינא דמיא
חיא מגן · 7 הו דזכא נארת הלין
ואהוא לה אלהא והו נהוא ברא
דילי · 8 לדחולתנא דין ולא מהימנא
וחטיא ומסיבא וקטולא ומזניא
וחרשא ופלחי פתכרא וכלהון דגלא
מנתא דילהון בימתא הי דיקדא
בנורא וכבריתא הי דאיתיה מותא
הו תנינא · 9 ואתא חד מן הלין
שבעא מלאכא הנון דאית להון
הנין שבע פילאס הנין דמלין מן
שבע מחותא הנין אחריתא ומלל עמי
כד אמר תא אחוא לך לכלתא הי

5 ܘܐܡܪ ܗܘ ܕܝܬܒ ܬܪܘܢܘܣ. ܘܗܐ ܠܟܠܗܝܢ ܚܕܬܬܐ ܥܒܕ ܐܢܐ. ܘܐܡܪ ܟܬܘܒ. ܡܛܠ ܕܗܠܝܢ ܡܠܐ ܡܗܝܡܢܬܐ ܘܫܪܝܪܬܐ ܕܐܠܗܐ ܐܝܬܝܗܝܢ. 6 ܘܐܡܪ ܠܝ. ܗܘܝܬ ܐܢܐ. ܐܠܦ ܘܬܘ. ܪܝܫܐ ܘܫܘܠܡܐ. ܐܢܐ ܠܗܘ ܕܨܗܐ ܐܬܠ ܡܢ ܡܥܝܢܐ ܕܡܝܐ ܚܝܐ ܡܓܢ. 7 ܗܘ ܕܙܟܐ ܢܐܪܬ ܗܠܝܢ. ܘܐܗܘܐ ܠܗ ܐܠܗܐ. ܘܗܘ ܢܗܘܐ ܒܪܐ ܕܝܠܝ. 8 ܠܕܚܘܠܬܢܐ ܕܝܢ ܘܠܐ ܡܗܝܡܢܐ ܘܚܛܝܐ ܘܡܣܝܒܐ ܘܩܛܘܠܐ ܘܡܙܢܝܐ: ܘܚܪܫܐ ܘܦܠܚܝ ܦܬܟܪܐ: ܘܟܠܗܘܢ ܕܓܠܐ: ܡܢܬܐ ܕܝܠܗܘܢ ܒܝܡܬܐ ܗܝ ܕܝܩܕܐ ܒܢܘܪܐ ܘܟܒܪܝܬܐ. ܗܝ ܕܐܝܬܝܗ ܡܘܬܐ ܗܘ ܬܢܝܢܐ. 9 ܘܐܬܐ ܚܕ ܡܢ ܗܠܝܢ ܫܒܥܐ ܡܠܐܟܐ ܗܢܘܢ ܕܐܝܬ ܠܗܘܢ ܗܢܝܢ ܫܒܥ ܦܝܠܐܣ: ܗܢܝܢ ܕܡܠܝܢ ܡܢ ܫܒܥ ܡܚܘܬܐ ܗܢܝܢ ܐܚܪܝܬܐ ܘܡܠܠ ܥܡܝ ܟܕ ܐܡܪ. ܬܐ ܐܚܘܐ ܠܟ ܠܟܠܬܐ ܗܝ

5 Et dixit ille qui sedet super thronum, ecce omnia nova facio. & dixit, scribe: propterea quod illa verba fidelia & vera Dei sunt. 6 Et dixit mihi, fui ego, alpha & thau, initium & finis: ego ei qui sitit dabo ex fonte aquarum vivarum gratis. 7 Qui vincit possidebit illa, & ero ei Deus, & ipse erit filius meus. 8 Timidis autem, & infidelibus, & peccatoribus, & pollutis, & homicidis, & scortantibus, & incantatoribus, & cultoribus idolorum, & omnibus mendacibus, pars eorum *erit* in stagno illo ardente igne & sulphure, quæ est mors illa secunda. 9 Et venit unus ex illis septem Angelis, qui habent illas septem phialas, quæ plenæ sunt septem plagis hisce postremis, & locutus est mecum, dicens: veni, ostendam tibi sponsam illam,

5 Καὶ εἶπεν ὁ καθήμενος ἐπὶ τοῦ θρόνου· Ἰδοὺ, καινὰ πάντα ποιῶ. Καὶ λέγει μοι· Γράψον· ὅτι οὗτοι οἱ λόγοι ἀληθινοὶ καὶ πιστοί εἰσι. 6 Καὶ εἶπέ μοι· Γέγονε· ἐγώ εἰμι τὸ Α καὶ τὸ Ω, ἡ ἀρχὴ καὶ τὸ τέλος. ἐγὼ τῷ διψῶντι δώσω ἐκ τῆς πηγῆς τοῦ ὕδατος τῆς ζωῆς δωρεάν. 7 Ὁ νικῶν κληρονομήσει πάντα, καὶ ἔσομαι αὐτῷ Θεὸς, καὶ αὐτὸς ἔσται μοι ὁ υἱός. 8 Δειλοῖς δὲ καὶ ἀπίστοις καὶ ἐβδελυγμένοις καὶ φονεῦσι καὶ πόρνοις καὶ φαρμακεῦσι καὶ εἰδωλολάτραις, καὶ πᾶσι τοῖς ψευδέσι, τὸ μέρος αὐτῶν ἐν τῇ λίμνῃ τῇ καιομένῃ πυρὶ καὶ θείῳ, ὅ ἐστι δεύτερος θάνατος. 9 Καὶ ἦλθε πρός με εἷς τῶν ἑπτὰ ἀγγέλων τῶν ἐχόντων τὰς ἑπτὰ φιάλας τὰς γεμούσας τῶν ἑπτὰ πληγῶν τῶν ἐσχάτων καὶ ἐλάλησε μετ' ἐμοῦ, λέγων· Δεῦρο, δείξω σοι τὴν νύμφην τοῦ

ܐܢܬܬܗ ܕܗܘ ܐܡܪܐ. 10 ܘܐܘܒܠܢܝ
ܒܪܘܚܐ ܥܠ ܛܘܪܐ ܪܒܐ ܘܪܡܐ. ܘܚܘܝܢܝ
ܠܡܕܝܢܬܐ ܗܝ ܩܕܝܫܬܐ
ܐܘܪܫܠܡ. ܟܕ ܢܚܬܐ. ܡܢ ܫܡܝܐ ܡܢ
ܐܠܗܐ. 11 ܟܕ ܐܝܬ ܠܗ ܬܫܒܘܚܬܐ ܕܐܠܗܐ:
ܐܝܟ ܢܗܝܪܐ ܕܙܠܓܐ. ܕܕܡܐ ܠܟܐܦܐ ܣܓܝ
ܡܝܩܪܬܐ: ܐܝܟ ܟܐܦܐ ܐܝܣܦܘܢ
ܕܕܡܝܐ ܠܩܪܘܣܛܠܘܣ. 12 ܕܐܝܬ
ܠܗ ܫܘܪܐ ܪܒܐ ܘܪܡܐ. ܕܐܝܬ
ܠܗ ܬܪܥܐ ܬܪܥܣܪ. ܘܫܡܗܐ
ܕܟܬܝܒܝܢ ܥܠܝܗܘܢ: ܗܠܝܢ ܕܐܝܬܝܗܘܢ
ܫܡܗܐ ܕܬܪܬܥܣܪܐ ܫܪܒܬܐ ܕܒܢܝ ܐܝܣܪܝܠ.
13 ܡܢ ܡܕܢܚܐ. ܬܪܥܐ ܬܠܬܐ. ܘܡܢ ܓܪܒܝܐ
ܬܪܥܐ ܬܠܬܐ. 14 ܘܠܫܘܪܐ ܕܡܕܝܢܬܐ: ܕܐܝܬ
ܠܗ ܫܬܐܣܐ ܬܪܬܥܣܪܐ. ܘܥܠܝܗܝܢ ܬܪܥܣܪ
ܫܡܗܐ ܕܬܪܥܣܪ ܫܠܝܚܘܗܝ ܕܗܘ
ܐܡܪܐ. 15 ܘܗܘ ܕܡܡܠܠ ܗܘܐ ܥܡܝ. ܐܝܬ
ܗܘܐ ܠܗ ܡܫܘܚܬܐ ܩܢܝܐ ܕܕܗܒܐ ܐܝܟܢܐ

אַנְתְתֵה דְהַו אֶמְרָא ׃ 10 וַאוּבְלַנִי בְרוּחָא
עַל טוּרָא רַבָא וְרָמָא וְחַוִי לִי לַמְדִינְתָא
הָי קַדִישְׁתָא אוּרִשְׁלֶם כַּד נָחְתָא מֶן
שְׁמַיָא מֶן אַלָהָא ׃ 11 כַּד אִית לָה
תֶשְׁבוּחְתָא דַאלָהָא אַיְך נַהִירָא דַזְלַגָא
דָדָמֵא לְכִאפָא סַגִי מְיַקְרְתָא אַיְך כִאפָא
אִיַסְפוּן דְדָמְיָא לַקְרוּסְטַלָוס ׃ 12 דִאית
לָה שוּרָא רַבָא וְרָמָא דִאית לֵה תַרְעֵא
תְרֶעְסַר וַשְׁמָהֵא דַכְתִיבִין עְלַיהוּן הָלֵין
דִאיתַיהוּן שְׁמָהֵא דְתַרְתַעְסְרֵא שַׁרְבָתָא
דַבְנַי אִיסְרָאִיל ׃ 13 מֶן מַדְנְחָא תַרְעֵא
תְלָתָא וְמֶן גַרְבְיָא תַרְעֵא תְלָתָא ׃ 14
וַלְשוּרָא דַמְדִינְתָא דִאית לֵה שֶׁתְאסֵא
תַרְתַעֶסְרֵא וַעְלַיהֵין תְרֶעְסַר שְׁמָהֵא
דַתְרֶעְסַר שְׁלִיחַוהי דְהַו אֶמְרָא ׃ 15
וְהַו דַמְמַלֵל־הוָא עַמִי אִית־הוָא לֵה
מְשוּחְתָא קַנְיָא דְדַהְבָא אַיכַנָא



τοῦ ἀρνίου τὴν γυναῖκα. 10 Καὶ ἀπήνεγκέ με ἐν πνεύματι ἐπ' ὄρος μέγα καὶ ὑψηλὸν, καὶ ἔδειξέ μοι τὴν πόλιν τὴν μεγάλην, τὴν ἁγίαν Ἱερουσαλήμ, καταβαίνουσαν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἀπὸ τοῦ Θεοῦ. 11 Ἔχουσαν τὴν δόξαν τοῦ Θεοῦ. καὶ ὁ φωστὴρ αὐτῆς ὅμοιος λίθῳ τιμιωτάτῳ, ὡς λίθῳ ἰάσπιδι κρυσταλλίζοντι. 12 Ἔχουσάν τε τεῖχος μέγα καὶ ὑψηλόν, ἔχουσαν πυλῶνας δώδεκα, καὶ ἐπὶ τοῖς πυλῶσιν ἀγγέλους δώδεκα, καὶ ὀνόματα ἐπιγεγραμμένα, ἅ ἐστι τῶν δώδεκα φυλῶν τῶν υἱῶν Ἰσραήλ. 13 Ἀπ' ἀνατολῆς, πυλῶνες τρεῖς· ἀπὸ βορρᾶ, πυλῶνες τρεῖς. ἀπὸ νότου, πυλῶνες τρεῖς· ἀπὸ δυσμῶν, πυλῶνες τρεῖς 14 Καὶ τὸ τεῖχος τῆς πόλεως ἔχον θεμελίους δώδεκα, καὶ ἐν αὐτοῖς ὀνόματα τῶν δώδεκα ἀποστόλων τοῦ ἀρνίου 15 Καὶ ὁ λαλῶν μετ' ἐμοῦ, εἶχε κάλαμον χρυσοῦν, ἵνα

uxorem illius Agni. 10 Et abduxit me in Spiritu ſupra montem magnum & altum, & oſtendit mihi civitatem illam ſanctam, Uriſchlem, deſcendentem è cœlo à Deo. 11 Habentem gloriam Dei, tanquam lucem ſplendidam, ſimilem lapidi multum pretioſo, tanquam lapidi jaſpidi ſimili cryſtallo: 12 Habentem murum magnum & altum, qui habet portas duodecim, & nomina ſcripta ſuper eas, quæ ſunt nomina duodecim tribuum filiorum Iſraël. 13 Ab oriente, portas tres: & ab Aquilone portas tres. 14 Et murum urbis, habentem fundamenta duodecim, & ſuper ea duodecim nomina duodecim Apoſtolorum illius Agni. 15 Et ille, qui loquebatur mecum, habebat menſuram, calamum aureum, ut

דְנֶמְשְׁחִיהּ לַמְדִינְתָּא וַלְתַרְעֵא דִילָהּ וַלְשׁוּרָהּ . 16 וְהָי מְדִינְתָּא טֶטְרַאגָנוֹס סִימָא ואוּרְכָא דִילָהּ כְּמָא דָאף פְּתָיָא וְמַשְׁחָהּ לַמְדִינְתָּא בְּקַנְיָא עַל תְּרֶעְסַר אֶסְטַדְוָתָא דַתְרֶעְסַר אַלְפַיָא ואוּרְכָא וַפְתָיָא וְרַוּמָא דִילָהּ שְׁוַיָא אִיתַיהוֹן . 17 וַמְשַׁח לְשׁוּרָא דִילָהּ מָאא וַאַרְבְּעִין וַאַרְבַּע מְשׁוּחָתָא דַאמֵא דְבַרְנָשָׁא הָי דִאיתֵיהּ דְמַלַאכָא . 18 וְדוּמְסִיוּתָא דְשׁוּרָא דִילָהּ אִיסְפִּיס וְהִי מְדִינְתָּא דְדַהְבָא דַכְיָא דְדָמְיָא לַזְגוּגִיתָא דְכִיתָא . 19 וְהָנֵין שֵׁתְאסֵא דְשׁוּרָא דַמְדִינְתָּא כַּד בְּכֻל כִּאפָא מְיַקְרָא מְצַבְּתָן שֵׁתְאסְתָא הָי קַדְמָיְתָא אִיסְפִּיס הָי תְרַיְנִיתָא סַתְפִּירוֹס הָי תְלִיתָיתָא כַלִידָון הָי רְבִיעָיתָא סְמַרַגְדָא . 20 הָי חֲמִישָׁיתָא סַרְדָּוּנְכָוֹס הָי שְׁתִיתָיתָא סַארִידָן

ܕܢܡܫܘܚܝܗ̇ ܠܡܕܝܢܬܐ: ܘܠܬܪ̈ܥܝܗ̇ ܘܠܫܘܪܗ̇. 16 ܘܗܝ ܡܕܝܢܬܐ ܡܪܒܥܐ ܣܝܡܐ ܗܘܬ. ܡܫܘܚܬܐ. ܘܐܘܪܟܐ ܕܝܠܗ̇ ܒܟܡܐ ܕܐܦ ܦܬܝܐ. ܘܡܫܚܗ̇ ܠܡܕܝܢܬܐ ܒܩܢܝܐ: ܥܠ ܬܪܥܣܪ ܐܣܛܕ̈ܘܬܐ ܕܬܪܥܣܪ ܐܠ̈ܦܝܢ ܐܘܪܟܐ. ܘܦܬܝܐ ܘܪܘܡܐ ܕܝܠܗ̇ ܫܘܝܢ ܐܝܬܝܗܘܢ. 17 ܘܡܫܚܗ̇ ܠܫܘܪܐ ܕܝܠܗ̇. ܡܐܐ ܘܐܪ̈ܒܥܝܢ ܘܐܪ̈ܒܥ ܡܫܘ̈ܚܢ ܐܡܘ̈ܬܐ ܕܒܪ̈ܢܫܐ ܕܐܝܬܝܗ̇ ܗܝ: ܕܡܠܐܟܐ. 18 ܘܒܢܝܢܐ ܕܫܘܪܐ ܕܝܠܗ̇: ܐܝܣܦܝܣ ܘܗܝ ܡܕܝܢܬܐ ܕܕܗܒܐ ܕܟܝܐ: ܕܕܡܝܐ ܠܙܓܘܓܝܬܐ ܕܟܝܬܐ. 19 ܘܫܬܐܣ̈ܐ ܕܫܘܪܐ ܕܡܕܝܢܬܐ. ܒܟܠ ܟܐܦܐ ܝܩܝܪܬܐ ܡܨܒܬܢ. ܫܬܐܣܬܐ ܗܝ ܩܕܡܝܬܐ. ܐܝܣܦܝܣ. ܗܝ ܬܪܝܢܝܬܐ. ܣܦܝܪܘܣ. ܗܝ ܬܠܝܬܝܬܐ ܟܠܩܝܕܘܢ. ܗܝ ܪܒܝܥܝܬܐ. ܙܡܪܓܕܐ. 20 ܗܝ ܚܡܝܫܝܬܐ ܣܪܕܘܢܟܘܣ. ܗܝ ܫܬܝܬܝܬܐ ܣܪܕܝܘܢ.

metiretur urbem, & portas ejus, & murum ejus. 16 Et illa urbs quadrangularis posita *erat*, & longitudo ejus sicut etiam latitudo. & mensus est urbem calamo supra duodecim stadia duodecim millium: & longitudo, & latitudo, & altitudo ejus æquales sunt. 17 Et mensus est murum ejus, *ad* centum & quadraginta & quatuor mensuras cubitorum hominis, quæ est Angeli *mensura*. 18 Et structura muri ejus, jaspis *est*, & ipsa urbs auri puri, similis vitro puro. 19 Et illa fundamenta muri urbis, omni lapide pretioso ornata. fundamentum prius, jaspis. secundum, satphirus. tertium calidon. quartum, smaragdus. 20 Quintum sardonichus. sextum saridon. septi-

μετρήσῃ τὴν πόλιν καὶ τοὺς πυλῶνας αὐτῆς, καὶ τὸ τεῖχος αὐτῆς. 16 Καὶ ἡ πόλις τετράγωνος κεῖται, καὶ τὸ μῆκος αὐτῆς τοσοῦτόν ἐστι ὅσον καὶ τὸ πλάτος. καὶ ἐμέτρησε τὴν πόλιν τῷ καλάμῳ ἐπὶ σταδίους δώδεκα χιλιάδων· τὸ μῆκος καὶ τὸ πλάτος καὶ τὸ ὕψος αὐτῆς ἴσα ἐστί. 17 Καὶ ἐμέτρησε τὸ τεῖχος αὐτῆς ἑκατὸν τεσσαράκοντα τεσσάρων πηχῶν, μέτρον ἀνθρώπου, ὅ ἐστιν ἀγγέλου. 18 Καὶ ἦν ἡ ἐνδόμησις τοῦ τείχους αὐτῆς, ἴασπις. καὶ ἡ πόλις χρυσίον καθαρὸν, ὁμοία ὑάλῳ καθαρῷ. 19 Καὶ οἱ θεμέλιοι τοῦ τείχους τῆς πόλεως παντὶ λίθῳ τιμίῳ κεκοσμημένοι. ὁ θεμέλιος ὁ πρῶτος, ἴασπις· ὁ δεύτερος, σάπφειρος· ὁ τρίτος, χαλκηδών· ὁ τέταρτος, σμάραγδος. 20 ὁ πέμπτος, σαρδόνυξ. ὁ ἕκτος, σάρδιος. ὁ ἑβδο-

ܗܝ ܫܒܝܥܝܬܐ ܟܪܣܘܬܠܘܣ. ܗܝ
ܬܡܝܢܝܬܐ ܒܪܘܠܐ. ܗܝ ܬܫܝܥܝܬܐ
ܛܘܦܐܕܝܘܢ. ܗܝ ܥܣܝܪܝܬܐ ܟܪܣܘܦܘܣܝܘܣ.
ܗܝ ܚܕܥܣܪܝܬܐ ܗܘܐܩܝܢܬܘܣ:
ܗܝ ܬܪܬܥܣܪܝܬܐ ܐܡܘܬܣܛܘܣ. 21 ܘܗܢܘܢ
ܬܪܬܥܣܪܐ ܡܪܓܢܝܬܐ ܚܕܐ ܚܕܐ ܡܢ
ܟܠ ܚܕܐ ܡܢ ܬܪܥܐ. ܚܕ ܡܢ ܚܕܐ ܡܪܓܢܝܬܐ.
ܘܫܘܩܐ ܦܬܝܐ ܕܡܕܝܢܬܐ ܕܗܒܐ ܕܟܝܐ
ܐܝܟ ܙܓܘܓܝܬܐ ܕܡܙܠܓܐ. 22 ܘܗܝܟܠܐ
ܠܐ ܚܙܝܬ ܒܗ. ܗܘ ܓܝܪ ܡܪܝܐ ܗܘ ܐܚܝܕ
ܟܠ ܗܝܟܠܐ ܕܝܠܗ ܐܝܬܘܗܝ ܘܗܘ ܐܡܪܐ.
23 ܘܗܝ ܡܕܝܢܬܐ ܠܐ ܐܝܬ ܠܗ ܣܘܢܩܢܐ
ܕܫܡܫܐ ܘܠܐ ܕܣܗܪܐ: ܐܝܟܢܐ ܕܢܢܗܪܘܢ
ܠܗ: ܗܝ ܓܝܪ ܬܫܒܘܚܬܐ ܕܐܠܗܐ
ܐܢܗܪܬܗ. ܘܫܪܓܐ ܕܝܠܗ ܗܘ ܐܡܪܐ.
24 ܘܢܗܠܟܘܢ ܥܡܡܐ ܒܝܕ
ܢܘܗܪܐ ܕܝܠܗ ܗܘ ܘܡܠܟܐ
ܕܐܪܥܐ ܟܕ ܡܝܬܝܢ ܬܫܒܘܚܬܐ

חָי שְׁבִיעָיְתָא כְּרֻסוּתִלָוס הָי תְּמִינָיְתָא
בְּרוּלָא הָי תְשִׁיעָיְתָא טֻופַאדִיָון הָי
עְסִירָיְתָא כְּרֻסוּפּוֹסִיָוס הָי חַדְעְסְרָיְתָא
הְוָאַיקִינְתָוס הָי תַרְתַּעְסְרָיְתָא אַמוּתִסְטָוס.
21 וְהֶנוּן תַרְתַּעְסְרֵא מַרְגְנָיָתָא חְדָא חְדָא מֶן
כֻּל חְדָא מֶן תַּרְעֵא חַד מֶן חְדָא מַרְגְנָיתָא
וְשׁוּקָא פַּתְיָא דַמְדִינְתָא דַהְבָא דַכְיָא
אַיךְ זְגוּגִיתָא דַמְזַלְגָא. 22 וְהַיכְלָא
לָא חְזִית בָּה הוּ גֵיר מָרְיָא הַו אַחִיד
כֻּל הַיכְלָא דִילָה אִיתַוהי וְהַו אֶמְרָא.
23 וְהִי מְדִינְתָא לָא אִית לָה סוּנְקָנָא
דְשֶׁמְשָׁא וְלָא דְסַהְרָא אַיכַנָא דְנַנְהְרוּן
לָה הִי גֵיר תֶּשְׁבּוּחְתָא דַאלָהָא אַנְהַרְתָה
וְשְׁרָגָא דִילָה הַו אֶמְרָא. 24 וַנְהַלְכוּן
עַמְמֵא בְּיַד נוּהְרָא דִילָה הַו
וְמַלְכֵא דַארְעָא כַּד מַיְתִין תֶּשְׁבּוּחְתָא



ὁ ἕβδομος, χρυσόλιθος· ὁ ὄγδοος, βήρυλλος· ὁ ἔννατος, τοπάζιον· ὁ δέκατος, χρυσόπρασος· ὁ ἑνδέκατος, ὑάκινθος· ὁ δωδέκατος, ἀμέθυστος· 21 Καὶ οἱ δώδεκα πυλῶνες, δώδεκα μαργαρῖται, ἀνὰ εἷς ἕκαστος τῶν πυλώνων ἦν ἐξ ἑνὸς μαργαρίτου· καὶ ἡ πλατεῖα τῆς πόλεως, χρυσίον καθαρὸν, ὡς ὕαλος διαφανής. 22 Καὶ ναὸν οὐκ εἶδον ἐν αὐτῇ· ὁ γὰρ Κύριος ὁ Θεὸς ὁ παντοκράτωρ, ναὸς αὐτῆς ἐστι, καὶ τὸ ἀρνίον. 23 Καὶ ἡ πόλις οὐ χρείαν ἔχει τοῦ ἡλίου οὐδὲ τῆς σελήνης, ἵνα φαίνωσιν ἐν αὐτῇ· ἡ γὰρ δόξα τοῦ Θεοῦ ἐφώτισεν αὐτὴν, καὶ ὁ λύχνος αὐτῆς τὸ ἀρνίον. 24 Καὶ τὰ ἔθνη τῶν σωζομένων, ἐν τῷ φωτὶ αὐτῆς περιπατήσουσι· καὶ οἱ βασιλεῖς τῆς γῆς φέρουσι τὴν δόξαν

mum, chrisothilus. octavum beryllus, nonum topadion. decimum chrisoposius. undecimum, hyacinthus, duodecimum amythistus. 21 Et illæ duodecim margaritæ, singulæ omnium *sunt* singulæ portæ: una *porta* ex una margarita. & vicus latus urbis aurum purum, tanquam vitrum splendidum. 22 Et templum non vidi in ea. ipse enim Dominus, ille omnipotens, templum ejus est, & ille Agnus. 23 Et ipsa urbs non habet indigentiam solis neque lunæ, ut illuminent eam: ipsa enim gloria Dei illuminavit eam, & candelæ ejus ille Agnus. 24 Et ambulabunt gentes per lucem ejus illam, & reges terræ, adferentes gloriam

25 דילהון ואיקרא דעממא בה׃ 25 ותרעא דילה לא נתתחדון באיממא
לליא גיר לא אית תמן · 26 וניתון
לתשבוחתא ולאיקרא דעממא בה׃
27 ולא נעול לה כל מסיבא ודעבד
טמאותא ודכתיבין בכתבא דחיא דהו
אמרא ·

ܕܝܠܗܘܢ ܘܐܝܩܪܐ ܕܥܡܡܐ ܒܗ. 25 ܘܬܪܥܐ
ܕܝܠܗ ܠܐ ܢܬܬܚܕܘܢ ܒܐܝܡܡܐ.
ܠܠܝܐ ܓܝܪ ܠܐ ܐܝܬ ܬܡܢ. 26 ܘܢܝܬܘܢ
ܠܬܫܒܘܚܬܐ ܘܠܐܝܩܪܐ ܕܥܡܡܐ ܒܗ. 27 ܘܠܐ
ܢܥܘܠ ܠܗ ܟܠ ܡܣܝܒܐ. ܘܕܥܒܕ
ܛܡܐܘܬܐ ܘܕܟܬܝܒܝܢ ܒܟܬܒܐ ܕܚܝܐ
ܕܗܘ ܐܡܪܐ.

קפלאון כב

ܩܦܠܐܘܢ ܟܒ:

1 וחוי לי נהרא דמיא חיא נציחא
[איך] קרוסטלוס דנפק מן תרונוס
אלהא ודהו אמרא · 2 במצעתא
דשוקא פתיא דילה ועל נהרא מן
הרכא ומן להל קיסא דחיא דעבד
פארא תרעסר דבכל ירחא יהב כל
חד פארא דילה וטרפוהי דקיסא

1 ܘܚܘܝ ܠܝ ܢܗܪܐ ܕܡܝܐ ܚܝܐ ܢܨܝܚܐ [ܐܝܟ]
ܩܪܘܣܛܠܘܣ. ܕܢܦܩ ܡܢ ܬܪܘܢܘܣ
ܐܠܗܐ: ܘܕܗܘ ܐܡܪܐ. 2 ܒܡܨܥܬܐ ܕܫܘܩܐ
ܦܬܝܐ ܕܝܠܗ. ܘܥܠ ܢܗܪܐ ܡܢ ܗܪܟܐ
ܘܡܢ ܠܗܠ: ܩܝܣܐ ܕܚܝܐ: ܕܥܒܕ ܦܐܪ̈ܐ
ܬܪܥܣܪ. ܕܒܟܠ ܝܪܚܐ ܝܗܒ ܟܠ
ܚܕ ܦܐܪܐ ܕܝܠܗ. ܘܛܪܦܘܗܝ ܕܩܝܣܐ

ſuam, & honorem gentium in eam. 25 Et portæ ejus non claudentur interdiu. nox enim non eſt ibi. 26 Et adferent gloriam & honorem gentium in eam. 27 Et non intrabit in eam quicquam pollutum, & qui facit immunditiem: ſed qui ſcripti ſunt in libro vitæ illius Agni.

καὶ τὴν τιμὴν αὐτῶν εἰς αὐτήν. 25 Καὶ οἱ πυλῶνες αὐτῆς οὐ μὴ κλεισθῶσι ἡμέρας. νὺξ γὰρ οὐκ ἔσαι ἐκεῖ. 26 Καὶ οἴσουσι τὴν δόξαν καὶ τὴν τιμὴν τῶν ἐθνῶν εἰς αὐτήν. 27 Καὶ οὐ μὴ εἰσέλθῃ εἰς αὐτὴν πᾶν κοινοῦν, καὶ ποιοῦν βδέλυγμα, καὶ ψεῦδος· εἰ μὴ οἱ γεγραμμένοι ἐν τῷ βιβλίῳ τῆς ζωῆς τοῦ ἀρνίου.

Caput XXII.

1 Et oſtendit mihi fluvium aquarum vivarum, nitidum [*tanquam*] cryſtallum, exeuntem ex throno Dei, & illius Agni. 2 In medio vici lati ejus, & juxta fluvium hinc atque illinc lignum vitæ *erat* faciens fructus duodecim, in omni menſe dans ſingulum fructum ſuum: & folia ligni *ſunt*

ΚΕΦ. κβ΄.

1 Καὶ ἔδειξέ μοι καθαρὸν ποταμὸν ὕδατος ζωῆς, λαμπρὸν ὡς κρύσαλλον, ἐκπορευόμενον ἐκ τοῦ θρόνου τοῦ Θεοῦ, καὶ τοῦ ἀρνίου. 2 Ἐν μέσῳ τῆς πλατείας αὐτῆς, καὶ τοῦ ποταμοῦ, ἐντεῦθεν καὶ ἐντεῦθεν, ξύλον ζωῆς, ποιοῦν καρποὺς δώδεκα, κατὰ μῆνα ἕνα ἕκασον ἀποδιδοῦν τὸν καρπὸν αὐτοῦ· καὶ τὰ φύλλα τοῦ ξύλου

εἰς

ܠܐܣܝܘܬܐ ܕܥܡܡܐ. 3 ܘܟܠ ܢܬܪܐ ܠܐ ܢܗܘܐ
ܬܘܒ. ܘܬܪܘܢܘܣ ܕܐܠܗܐ ܘܕܗܘ
ܐܡܪܐ ܒܗ ܢܗܘܐ. ܘܥܒ̈ܕܐ ܕܝܠܗ
ܢܫܡܫܘܢܗ. 4 ܘܢܚܙܘܢ ܦܪܨܘܦܐ ܕܝܠܗ.
ܘܫܡܐ ܕܝܠܗ ܥܠ ܒܝܬ ܥܝ̈ܢܐ ܕܝܠܗܘܢ.
5 ܘܠܠܝܐ ܠܐ ܢܗܘܐ ܬܘܒ. ܘܠܐ ܢܗܘܐ
ܠܗܘܢ ܣܘܢܩܢܐ ܕܢܘܗܪܐ ܕܫܪܓܐ
ܘܕܢܘܗܪܐ ܕܫܡܫܐ: ܡܛܠ ܕܡܪܝܐ
ܐܠܗܐ ܡܢܗܪ ܠܗܘܢ ܘܢܡܠܟܘܢ
ܠܥܠܡܐ ܕܥܠܡܐ. 6 ܘܐܡܪ ܠܝ. ܗܠܝܢ
ܡ̈ܠܐ ܡܗܝܡܢܬܐ ܘܫܪܝܪܬܐ. ܘܡܪܝܐ ܐܠܗܐ
ܕܪܘܚܐ ܕܢܒ̈ܝܐ ܫܕܪܢܝ ܠܝ ܠܡܠܐܟܐ
ܕܝܠܗ. ܠܡܚܘܝܘ ܠܥܒ̈ܕܐ ܕܝܠܗ:
ܗܠܝܢ ܕܘܕܩ ܠܡܗܘܐ ܒܥܓܠ. 7 ܘܗܐ
ܐܬܐ ܐܢܐ ܒܥܓܠ. ܛܘܒܬܢܐ ܗܘ ܕܢܛܪ
ܠܡ̈ܠܐ ܕܢܒܝܘܬܐ ܕܟܬܒܐ ܗܢܐ. 8 ܘܐܦ
ܐܢܐ ܝܘܚܢܢ ܗܘ ܕܫܡܥ ܘܚܙܐ
ܗܠܝܢ. ܘܟܕ ܫܡܥܬ ܐܢܐ ܘܚܙܝܬ

לַאסְיוּתָא דְעַמְמֵא . 3 וְכֻל נֶתְרָא לָא
נֶהְוֵא תוּב וַתְרָנוּס דַאלָהָא וַדְהַו
אֶמְרָא בָה נֶהְוֵא וְעַבְדֵא דִילֵה
נְשַמְשוּהי . 4 וְנֶחְזוּן פַּרְצוּפָא דִילֵה
וַשְמָא דִילֵה עַל בֵית עַיְנֵא דִילְהוּן . 5
וְלִלְיָא לָא נֶהְוֵא תוּב וְלָא נֶהְוֵא לְהוּן
סוּנְקָנָא דְנוּהְרָא דַשְרָגָא וַדְנוּהְרָא
דְשֶמְשָא מֶטֻל דְמָרְיָא אַלָהָא
מַנְהַר לְהוּן וְנַמְלְכוּן לְעָלְמֵא דְעָלְמֵא .
6 וְאמַר לִי הָלֵין מֶלֵא מְהַימְנָתָא
וַשְרִירָתָא וְמָרְיָא אַלָהָא דְרוּחָא דַנְבִיֵא
שַדְרַנִי לִי לְמַלַאכָא דִילֵה לַמְחָוָיוּ
לְעַבְדֵא דִילֵה הָלֵין דְוָדְק לְמֶהְוָא
בַעְגַל . 7 וְהָא אָתֵא־אנָא עְגַל
טוּבְתָנָא הַו דְנָטַר לְמֶלֵא דַנְבִיוּתָא
דַכְתָבָא הָנָא . 8 וְאַף אֶנָא יוּחַנָן הַו
דְשָמַע וְחָזֵא הָלֵין וְכַד שֶמְעֵת אֶנָא וַחְזִית

εἰς θεραπείαν τῶν ἐθνῶν. 3 Καὶ πᾶν κατανάθεμα οὐκ ἔσαι ἔτι. καὶ ὁ θρόνος τοῦ Θεοῦ καὶ τοῦ ἀρνίου ἐν αὐτῇ ἔσαι· καὶ οἱ δοῦλοι αὐτοῦ λατρεύσουσιν αὐτῷ. 4 Καὶ ὄψονται τὸ πρόσωπον αὐτοῦ, καὶ τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἐπὶ τῶν μετώπων αὐτῶν. 5 Καὶ νὺξ οὐκ ἔσαι ἐκεῖ. καὶ χρείαν οὐκ ἔχουσι λύχνου καὶ φωτὸς ἡλίου, ὅτι Κύριος ὁ Θεὸς φωτίζει αὐτούς. καὶ βασιλεύσουσιν εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. 6 Καὶ εἶπέ μοι. Οὗτοι οἱ λόγοι πιστοὶ καὶ ἀληθινοί. καὶ Κύριος ὁ Θεὸς τῶν ἁγίων προφητῶν ἀπέστειλε τὸν ἄγγελον αὐτοῦ δεῖξαι τοῖς δούλοις αὐτοῦ ἃ δεῖ γενέσθαι ἐν τάχει 7 Ἰδοὺ, ἔρχομαι ταχύ. μακάριος ὁ τηρῶν τοὺς λόγους τῆς προφητείας τοῦ βιβλίου τούτου. 8 Καὶ ἐγὼ Ἰωάννης ὁ βλέπων ταῦτα καὶ ἀκούων· καὶ ὅτε ἤκουσα καὶ ἔβλεψα,

ad ſanitatem gentium. 3 Et ullum deciduum non erit amplius, & thronus Dei & illius Agni in ea erit, & ſervi ejus miniſtrabunt ei. 4 Et videbunt faciem ejus, & nomen ejus ſuper domicilium oculorum eorum *erit*. 5 Et nox non erit amplius, neque erit ipſis indigentia luminis candelæ, & luminis ſolis: propterea quod Dominus Deus illuminat eos, & regnabunt in ſecula ſeculorum. 6 Et dixit mihi, illa verba *ſunt* fidelia & vera: & Dominus Deus ſpiritus prophetarum miſit me, me Angelum ſuum, ad indicandum ſervis ſuis ea quæ oportet fieri cito. 7 Et ecce, venio cito. beatus qui ſervat verba prophetiæ libri hujus. 8 Et etiam ego Johannes *ſum* qui audio & video illa. & quum audiviſſem ego & vidiſſem,

נפלת למסגד קדם רגלוהי דמלאכא הו
דמחוא־הוא לי הלין . 9 ואמר לי חזי
לא כנתא דילך איתי ודאחא דילך
נביא ודהלין דנטרין למלא דכתבא
הנא לאלהא סגוד . 10 ואמר לי לא
תחתום למלא דנביותא דכתבא
הנא הו זבנא גיר דקריב איתוהי . 11 הו
† דמעול נעול תוב והו דצאא נצטאא
תוב וזדיקא זדיקותא נעבד תוב
וקדישא נתקדש תוב . 12 הא אתא־
אנא עגל ואגרא דילי עמי למפרע
לכלחד איך דאיתוהי עבדא דילה . 13
אנא־הו אלף ותו הו קדמיא והו אחריא
הו רישא והו שולמא . 14 טובתנא
אנון הנון דעבדין לפוקדנא דילה
איכנא דנהוא שולטנא דילהון על
קיסא דחיא ובתרעא נעלון למדינתא .

ܢܦܠܬ ܠܡܣܓܕ ܩܕܡ ܪ̈ܓܠܘܗܝ ܕܡܠܐܟܐ:
ܗܘ ܕܡܚܘܐ ܗܘܐ ܠܝ ܗܠܝܢ. 9 ܘܐܡܪ
ܠܝ ܚܙܝ. ܠܐ: ܟܢܬܐ ܕܝܠܟ ܐܢܐ. ܘܕܐܚܝ̈ܟ
ܢܒܝ̈ܐ. ܘܕܗܠܝܢ ܕܢܛܪܝܢ ܠܡ̈ܠܐ
ܕܟܬܒܐ ܗܢܐ. ܠܐܠܗܐ ܣܓܘܕ. 10 ܘܐܡܪ
ܠܝ ܠܐ ܬܚܬܘܡ ܠܡ̈ܠܐ ܕܢܒܝܘܬܐ
ܕܟܬܒܐ ܗܢܐ. ܗܘ ܙܒܢܐ ܓܝܪ ܕܩܪܝܒ
ܐܝܬܘܗܝ. 11 ܗܘ † ܕܡܥܘܠ. ܢܥܘܠ
ܬܘܒ. ܘܗܘ ܕܨܐܐ. ܢܨܐܐ ܬܘܒ. ܘܙܕܝܩܐ
ܙܕܝܩܘܬܐ ܢܥܒܕ ܬܘܒ. ܘܩܕܝܫܐ
ܢܬܩܕܫ ܬܘܒ. 12 ܗܐ ܐܬܐ ܐܢܐ ܥܓܠ. ܘܐܓܪܐ
ܕܝܠܝ ܥܡܝ ܠܡܦܪܥ ܠܟܠܚܕ ܐܝܟ
ܕܐܝܬܘܗܝ ܥܒܕܐ ܕܝܠܗ. 13 ܐܢܐ ܗܘ ܐܠܦ
ܘܬܘ. ܗܘ ܩܕܡܝܐ ܘܗܘ ܐܚܪܝܐ.
ܗܘ ܪܫܐ ܘܗܘ ܫܘܠܡܐ. 14 ܛܘ̈ܒܬܢܐ ܐܢܘܢ
ܗܢܘܢ ܕܥܒܕܝܢ ܠܦܘ̈ܩܕܢܐ ܕܝܠܗ ܐܝܟܢܐ
ܕܢܗܘܐ ܫܘܠܛܢܐ ܕܝܠܗܘܢ. ܥܠ ܩܝܣܐ
ܕܚ̈ܝܐ. ܘܒܬܪ̈ܥܐ ܢܥܠܘܢ ܠܡܕܝܢܬܐ.




cecidi ad adorandum ante pedes Angeli, qui indicabat mihi illa. 9 Et dixit mihi, videne, conservus tuus sum, fratrum tuorum prophetarum, & eorum qui servant verba libri hujus, Deum adora. 10 Et dixit mihi, ne obsigna verba prophetiæ libri hujus: illud enim tempus propinquum est. 11 Qui injuria afficit, injuria afficiat adhuc, & qui sordidus est, sordescat adhuc: & justus justitiam faciat adhuc, & sanctus sanctificetur adhuc. 12 Ecce venio cito, & merces mea mecum, ad retribuendum unicuique, sicut est opus ejus. 13 Ego sum alpha & thau, ille primus & ille ultimus, illud initium & ille finis. 14 Beati sunt qui faciunt mandata ejus, ut sit potestas eorum in lignum vitæ, & per portas intrabunt in urbem.

ἔπεσον προσκυνῆσαι ἔμπροσθεν τῶν ποδῶν τοῦ ἀγγέλου τοῦ δεικνύοντός μοι ταῦτα. 9 Καὶ λέγει μοι. Ὅρα μή. σύνδουλός σου γάρ εἰμι, καὶ τῶν ἀδελφῶν σου τῶν προφητῶν, καὶ τῶν τηρούντων τοὺς λόγους τοῦ βιβλίου τούτου. τῷ Θεῷ προσκύνησον. 10 Καὶ λέγει μοι· Μὴ σφραγίσῃς τοὺς λόγους τῆς προφητείας τοῦ βιβλίου τούτου. ὅτι ὁ καιρὸς ἐγγύς ἐστιν. 11 Ὁ ἀδικῶν, ἀδικησάτω ἔτι. καὶ ὁ ῥυπῶν, ῥυπωσάτω ἔτι. καὶ ὁ δίκαιος, δικαιωθήτω ἔτι. καὶ ὁ ἅγιος, ἁγιασθήτω ἔτι. 12 Καὶ ἰδοὺ, ἔρχομαι ταχύ. καὶ ὁ μισθός μου μετ᾽ ἐμοῦ, ἀποδοῦναι ἑκάστῳ ὡς τὸ ἔργον αὐτοῦ ἔσται. 13 Ἐγώ εἰμι τὸ Α καὶ τὸ Ω, ἀρχὴ καὶ τέλος, ὁ πρῶτος καὶ ὁ ἔσχατος. 14 Μακάριοι οἱ ποιοῦντες τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ, ἵνα ἔσται ἡ ἐξουσία αὐτῶν ἐπὶ τὸ ξύλον τῆς ζωῆς, καὶ τοῖς πυλῶσιν εἰσέλθωσιν εἰς τὴν πόλιν.

15 Ἔξω

15 ܠܒܪ ܟܠܒܐ ܘܚܪܫܐ ܘܙܢܝ̈ܐ
ܘܩܛܘܠܐ ܘܦܠܚܝ ܦܬܟܪ̈ܐ ܘܟܠ ܕܪܚܡ
ܘܥܒܕ ܕܓܠܘܬܐ. 16 ܐܢܐ ܝܫܘܥ ܫܕܪܬ
ܠܡܠܐܟܐ ܕܝܠܝ: ܠܡܣܗܕܘ ܠܟܘܢ
ܗܠܝܢ ܩܕܡ ܥܕܬܐ. ܐܢܐ ܐܝܬܝ ܗܘ ܥܩܪܐ
ܘܓܢܣܐ ܕܕܘܝܕ. ܐܝܟ ܗܘ ܟܘܟܒܐ
ܢܨܝܚܐ: ܗܘ ܨܦܪܝܐ. 17 ܘܪܘܚܐ
ܘܟܠܬܐ ܐܡܪܝܢ. ܬܐ. ܘܗܘ ܕܫܡܥ
ܢܐܡܪ ܬܐ. ܘܗܘ ܕܨܗܐ ܢܐܬܐ. ܘܗܘ ܕܨܒܐ
ܢܣܒ ܡܝܐ ܚܝܐ ܡܓܢ. 18 ܣܗܕ
ܐܢܐ ܠܟܠ ܕܫܡܥ ܠܡܠܐ ܕܢܒܝܘܬܐ
ܕܟܬܒܐ ܗܢܐ. ܕܐܢ ܐܢܫ ܢܣܝܡ
ܥܠܝܗܝܢ. ܢܣܝܡ ܐܠܗܐ ܥܠܘܗܝ
ܠܡܚܘܬܐ ܕܟܬܝܒܢ ܒܟܬܒܐ ܗܢܐ. 19 ܘܐܢ
ܐܢܫ ܢܒܨܪ ܡܢ ܡܠܐ ܕܟܬܒܐ ܕܢܒܝܘܬܐ
ܗܕܐ ܢܒܨܪ ܐܠܗܐ ܡܢܬܗ ܡܢ ܩܝܣܐ ܕܚܝܐ:
ܘܡܢ ܡܕܝܢܬܐ ܗܝ ܩܕܝܫܬܐ: ܕܗܠܝܢ ܕܟܬܝܒܢ
ܒܟܬܒܐ ܗܢܐ. 20 ܐܡܪ ܗܘ ܕܡܣܗܕ

15 לְבַר כַּלְבֵּא וְחָרָשֵׁא וְזָנַיֵא וְקַטוּלֵא
וְפַלְחַי פְּתַכְרֵא וְכֻל דְרָחֵם וְעָבֵד דַגָלוּתָא.
16 אֶנָא יֵשׁוּע שֶׁדְרֵת לְמַלַאכָא דִילִי
לְמַסְהָדוּ לְכוּן הָלֵין קְדָם עֶדְתָא אֶנָא
אִיתַי הַו עֶקָרָא וְגֶנְסָא דְדַוִיד אַיְךְ
הַו כַוכְבָא נַצִיחָא הַו צַפְרָיָא. 17
וְרוּחָא וְכַלְתָא אָמְרִין תָא וְהַו דְשָׁמַע
נֵאמַר תָא וְהַו דַצְהֵא נִאתֵא וְהַו דְצָבֵא
דְנֶסַב מַיָא חַיֵא מַגָן. 18 סָהֵד־אֶנָא
לְכֻל דְשָׁמַע לְמֶלֵא דַנְבִיוּתָא דַכְתָבָא
הָנָא דֵאן־אֶנָשׁ נְסִים עְלַיהֵין נְסִים
אַלָהָא עְלַוהִי לְמַחְוָתָא דַכְתִיבָן
בַכְתָבָא הָנָא. 19 וֵאן־אֶנָשׁ נְבַצַר מֵן
מֶלֵא דַכְתָבָא דַנְבִיוּתָא הָדֵא נְבַצַר
אַלָהָא מְנָתֵה מֵן קַיסָא דְחַיֵא וְמֵן
מְדִינְתָא הָי קַדִישְׁתָא דְהָלֵין דַכְתִיבָן
בַכְתָבָא הָנָא. 20 אָמַר הַו דְמַסְהֵד



15 Ἔξω δὲ οἱ κύνες καὶ οἱ φαρμακοὶ καὶ οἱ πόρνοι καὶ οἱ φονεῖς καὶ οἱ εἰδωλολάτραι, καὶ πᾶς ὁ φιλῶν καὶ ποιῶν ψεῦδος. 16 Ἐγὼ Ἰησοῦς ἔπεμψα τὸν ἄγγελόν μου μαρτυρῆσαι ὑμῖν ταῦτα ἐπὶ ταῖς ἐκκλησίαις. ἐγώ εἰμι ἡ ῥίζα καὶ τὸ γένος τοῦ Δαβίδ, ὁ ἀστὴρ ὁ λαμπρὸς καὶ ὀρθρινός. 17 Καὶ τὸ Πνεῦμα καὶ ἡ νύμφη λέγουσιν. Ἐλθέ. καὶ ὁ ἀκούων εἰπάτω· Ἐλθέ. καὶ ὁ διψῶν ἐλθέτω, καὶ ὁ θέλων λαμβανέτω τὸ ὕδωρ ζωῆς δωρεάν. 18 Συμμαρτυροῦμαι γὰρ παντὶ ἀκούοντι τοὺς λόγους τῆς προφητείας τοῦ βιβλίου τούτου, ἐάν τις ἐπιθῇ πρὸς ταῦτα, ἐπιθήσει ὁ Θεὸς ἐπ᾽ αὐτὸν τὰς πληγὰς τὰς γεγραμμένας ἐν βιβλίῳ τούτῳ. 19 Καὶ ἐάν τις ἀφαιρῇ ἀπὸ τῶν λόγων βίβλου τῆς προφητείας ταύτης, ἀφαιρήσει ὁ Θεὸς τὸ μέρος αὐτοῦ ἀπὸ βίβλου τῆς ζωῆς, καὶ ἐκ τῆς πόλεως τῆς ἁγίας, καὶ τῶν γεγραμμένων ἐν βιβλίῳ τούτῳ. 20 Λέγει ὁ μαρτυρῶν


15 Extra *erunt* canes,& incantatores,& scortatores, & homicidæ, & cultores idolorum, & omnis qui diligit & facit mendacium. 16 Ego Jesus misi Angelum meum, ad testandum vobis illa coram Ecclesiis. ego sum illa radix & genus Davidis, tanquam illa stella splendida, illa matutina. 17 Et spiritus & sponsa dicunt,veni. & ille qui audit, dicat,veni. & qui sitit,veniat, & qui vult accipere aquas vivas gratis. 18 Testor omni audienti verba prophetiæ libri hujus, si quis apponet supra illa, apponet Deus super illum plagas quæ scriptæ sunt in libro hoc. 19 Et si quis diminuerit de verbis libri prophetiæ hujus, diminuet Deus portionem ejus è ligno vitæ, & ex urbe illa sanctâ eorum qui scripti sunt in libro hoc. 20 Dicit is qui testatur

ܗܠܝܢ. ܐܝܢ ܐܬܐ ܐܢܐ ܥܓܠ. ܐܡܝܢ ܬܐ ܡܪܝܐ
ܝܫܘܥ. ܛܝܒܘܬܗ ܕܡܪܢ ܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ
ܥܡ ܟܠܗܘܢ ܩܕܝܫܐ ܐܡܝܢ ܀

ܨܠܘ ܥܠ ܕܟܬܒ ܟܣܒܪ ܡܢ ܐܬܪܐ
ܕܗܢܪܘܝܐ ܀

הָלֵין אִין אָתֵא־אנָא עְגַל אַמִין תָא מָרְיָא
יֵשׁוּע טַיבוּתֵה דְמָרַן יֵשׁוּע מְשִׁיחָא עַם
כֻלְהוֹן קַדִּישֵׁא אַמִין׃

צַלוּ עַל דַכְתַב כַּסְבַאר מֵן אַתְרָא
דהנרויא׃



illa, etiam, venio cito. Amen, veni domine Jesu. Gratia Domini nostri Jesu Christi *sit* cum omnibus sanctis. Amen.

Orate pro eo qui scripsit, Casparo, *ex regione Hanravitarum.*

FINIS.

ταῦτα. Ναὶ ἔρχομαι ταχύ· ἀμήν. Ναὶ ἔρχου Κύριε Ἰησοῦ. 21 Ἡ χάρις τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ μετὰ πάντων ὑμῶν. Ἀμήν.

ΤΕ΄ΛΟΣ.



ANIMAD.

Animadversiones quædam, tum ad textum Syriacum, tum ad punctationem pertinentes.

In Cap. I.

Vers 1. ܝܗܒ ܝְהִב] Masius יְהַב. Tremellius & Boderianus יְהֵב. at Syriacè nunquam aliter scriptum reperitur quam ܝܗܒ sine ulla vocali sub ܗ. & docet Amira p. 363. illud ܗ occultari, id est non pronunciari, idque in verbo hoc contingere per omnia tempora & personas, quotiescunque ultima radicalis non habet vocalem, id est, pronunciatur per Scheva. ideo ה vocali vacuam reliquimus, ב autem Scheva insignivimus, ut intelligeret lector, nihil nisi י & ב pronuntiari. At Cap. 2. vers. 21. ܝܗܒܬ invenies punctatum יְהֵבֵת cum ה mobili, quia ב vocali notatur.

מַלַאכָא] in Testam. Antverp. Marc. 1. 2. legimus ܡܰܠܰܐܟ݂ܳܐ, quod secuti Trem. & Boder. semper scribunt מַלְאָכָא. at editiones Viennensis & Cothenensis ibidem loci & passim habent ܡܰܠܰܐܟ݂ܳܐ. quam punctationem, quia & apud Amiram reperio, sequi malui.

Vers 3. טוּבְתָנַא־הוּ] pro טוּבְתָנָא הוּ. ה occultatur, ejusque vocalis fini præcedentis dictionis adjicitur, mutans postremum Cametz sive ܵ Syrorum in Pathach, ac si scriptum esset טוּבְתָנַאוּ. quod fit quotiescunque nomen terminatum in אָ, sive ܐ post se habet הוּ valens verbum substantivum. Exempla habes Mat. 24. 23. & 26. c. 27. 6. Marc. 1. 2. quam regulam quum non recte videantur intellexisse Boder. & Tremel. Marc. 2. 1. scripserunt דַבְבַיתָא הוּ *quod in domo esset*, quum ipse textus Syrus diserte habeat ܕܒܒܝܬܐ ܗܘ. imo interdum ܗ plane excidente coalitio fit in unam vocem, ut Marc. 2. 16. ܡܢܘ *quid ille*, pro ܡܢܐ ܗܘ.

הָדֵא] Tremellius & Boderianus ubique solent הָדָא scribere. at Amira p. 245. docet ipsum pronomen esse ܗܳܟ݂ܢ. scribi autem ܗܟܢ

sequente ܗܘ. & id rectum esse, vide Marc. 12. 24. Luc. 22. 53. 1 Joh. 5. 4.

Vers 4. post illa verba ܡܢ ܫܒܥܐ ܪ̈ܘܚܐ ܗܠܝܢ ܕܩܕܡ ܟܘܪܣܝܐ ܕܐܠܗܗ sequebantur eadem repetita hoc modo, ܘܡܢ ܫܒܥܐ ܪ̈ܘܚܐ ܗܠܝܢ ܕܩܕܡ ܟܘܪܣܝܐ ܕܐܠܗܗ. ܘܡܢ quæ nos tanquam plane superflua è textu sustulimus.

Vers 8. in Græco, post ἄλφα καὶ ὠμέγα, sequitur ἀρχὴ καὶ τέλος, id est, רִישָׁא וְשׁוּלָמָא: desunt in Syriaco.

Vers 9. בְאוּלְצָנָא] Tremel. & Boder. בְּאוּלְצָנָא 2 Cor. 6. 4. Sed contra Grammaticam, quæ docet, Olaph in initio dictionis vocalem suam semper transferre in literam servilem, unde non וְאֵמַר sed וֶאֱמַר legitur, id est, *& dixit*. quod in hac dictione באוּלְצָנָא non tam commodè literis Hebraicis exprimitur, ubi punctum Schurec non patitur separari à litera ו, quam literis Syriacis, ubi vocalis ܘ literæ Beth proximè adjungitur, ܒܐܘܠܨܢܐ.

Imo generalis regula est, Olaph nunquam ante se pati Scheva, sed in locum illius suam vocalem transmittere. Unde pro אֶתְאֵמַר *dictus est*, אֶתְאֵמַר scribitur. & pro שְׁאֵל *petiit*, שְׁאֵל.

Porro post ἐν τῇ θλίψει sequitur in Græco καὶ ἐν τῇ βασιλείᾳ, id est וּבְמַלְכוּתָא, quod in Syro deest.

Vers 11. Ἐγώ εἰμι τὸ Α καὶ τὸ Ω, ὁ πρῶτος καὶ ὁ ἔσχατος. id est אֶנָא אִיתַי אָלַף אָף תַו הַו קַדְמָיָא וְהַו אַחְרָיָא in Syro desunt. Porro septem priores Alphabethi Syriaci literæ rubro colore superscriptæ in autographo extant nominibus septem Ecclesiarum Asiæ. quas textui addere nec commodum erat typographo, nec nobis utile.

Vers 15. ܠܒܘܢܐ] scripsi לִבְנַיָּא ex cap. 2. 18. quia prius illud procul dubio vitiosum est. verti, *æs Libanicum*, quia לִבְנוֹנָא Chaldaicè in Thargum *montem Libanum* significat. Videtur interpres χαλκολίβανον sum-

ſumpſiſſe pro ære è monte Libano allato, vel pro ære candidiſſimo & nitidiſſimo, quod fuerit inſtar montis Libani, qui circa altiſſima juga media etiam æſtate nivibus tectus procul ſpectatur. unde & à candore לְבָנוֹן dictus eſt, quaſi לָבָן, *albus*.

VERS 15. ܣܓܝܐܐ] Tremel. & Boder. punctant Marc. 13. 2. סַגִיָאא. & rurſus aliter verſ. 17. סַגִיֵאא apud Boderianum. ubi tamen diſerte, ut & alibi paſſim, in Syro textu ſcribitur ܣܓܝܐܐ, id eſt סַגִיאא. ſcrupulum fortaſſis movit illis, quod ſic duo Olaph quieſcerent in una vocali. unde & Boderianus Marc. 1. 25. ſcribit וְכָּאא *& objurgavit*, cum Dageſch forti in כ ſine ulla ratione, & cum Scheva ſub כ ante Olaph, præter morem linguæ. Scribendum enim erat וְכְאא. & ſic ſemper quotieſcunque ante א eſſet Scheva. neque enim ſcribunt מְאָא, *centum*, ſed מָאא. & à טְמֵא *pollutus*, fieret in forma emphatica טַמְאָא: at ne Scheva ſit ante Olaph, legunt טַמָאא. ſic à forma ſimplici סַגִיא fieret in forma emphatica סַגְיָאא. id ne fiat, Olaph vocalem ſuam ſub י trajicit, & ſcribitur סַגִיָאא. quæ omnia literis Syriacis & Latinis hoc modo ſcribit Amira p. 30. ܡܐܐ *mo.* ܣܓܝܐܐ *ſaghio.* ܛܡܐܐ *ttamo.*

VERS. 16. בְאִידָא דִימִינָא] *in manu dextra*, propriè *dextri*, ſupple, *lateris*. ד enim genitivi eſt. unde & c. 13. 16. invenies אִידַיָא דִימִינָא. ubi אִידַיָא eſt pluralis, דִימִינָא ſingularis numeri. intelliguntur *manus dextri lateris*. quemadmodum & Hebraicè, niſi fallor, rectè diceres, יְדֵי יָמִין quandoquidem 1 Sam. 11. 2. in regimine genitivi exſtat עֵין יָמִין *oculus dextri*, ſupple, *lateris*.

ܦܐܬܐ פַאתָא] in punctatione Amiram ſecuti ſumus, qui & hanc dictionem vertit faciem. apud Thargumiſtas פָּאתָא ſignificat Angulum, extremitatem: ut & apud Hebræos פְּאַת. unde cum vox Syra derivata ſit (תָא enim terminatio fœmininorum eſt apud Syros, ut ָה apud Hebræos) non dubium eſt quin & ſignificationem ſuam inde habeat. quum enim פְּאַת ad caput refertur, ut Levit. 19. 17. & alibi, ubi de raſura capitis agitur, ſignificat illam extremitatem, quæ frontem ac tempora circumſcribit. unde Syri necdochicè ܦܐܬܐ faciem rectè ſignificat apud Syros. In Græco eſt ὄψις, quod frontis vultum maxime denotat: & ſic magis etiam vox Syra cum Hebræa convenit.

VERS. 17. ܠܥܠܡܗ ܕܥܠܡܝܢ] affixum ܗ ineptum hîc eſſe putamus, & ſimpliciter legendum ܠܥܠܡ ܕܥܠܡܝܢ, ut legitur Marc. 5. 22. aut ſi omnino affixum addendum ſit, legendum puto ܠܥܠܡܗ ܕܥܠܡܝܢ. Iudicent doctiores.

VERS. 18. ܘܐܝܬܝ ܗܘ ܡܫܝܚܐ] vitium eſſe putamus. quia ܐܝܬܝ ſignificat *ſum*. itaque vel dicendum ܘܐܝܬܝ ܗܘ ܡܫܝܚܐ, ut cap. 2. 18. ܘܐܝܬܝܗ ܕܐܢܐ vel dicendum ܘܐܝܬܝܗ ܕܐܢܐ ܗܘ ܡܫܝܚܐ. ſi tamen textus rectus eſt, penes me erit error, de quo erudiri volupe mihi erit.

VERS. 20. poſt ܕܚܙܝܬ ܘܡܢܪܬܐ, ſequebatur ſtatim vox ܘܡܢܪܬܗ ejus. quæ quum plane eſſet otioſa, omiſſa à nobis eſt.

IN CAP. II.

VERS. 1. עִדְתָא] Amira Dolath ibi pronunciari negat, & legendum *ito*. quare ſine Scheva otioſam poſthac in ſingulari reperies. in plurali pronuntiatur. quia vocalem vel Syrorum habet. ſingul. עִדְתָא, plur. עֵדָתָא.

VERS. 4. addidimus אֶלָא אִיךְ, prout eſt verſ. 14. alioqui hiatus hic eſt. addidimus & vocem חוּבָא, quæ in margine alio atramento adſcripta erat. deerat enim.

VERS. 5. ܐܬܕܟܪ] punctavimus אֶתְדַכַּר. Sed imprudenter excidit nobis hæc punctatio, nec animadvertimus niſi impreſſo folio. unde cap. 3. verſ. 3. punctatum reperies אֶתְדְכַר, & hoc rectum. nam 2 Tim. 2. 8. ſcribitur Syriacè ܐܬܕܟܪ. ubi Tremel. & Boder. אֶתְדַכַּר in Imper. Etpahel. quos ſecuti fuiſſemus, niſi Amira p. 39. docuiſſet, lineam ſub ܟ frequentiſſimam eſſe in ſecunda perſonâ Imperat. Paſſivi, & denotare literam illam ſine ulla vocali pronuntiandam, id eſt, per Scheva. Exem-

Exempla dat ܐܫܬܒܩ relinquere. ܐܬܒܛܢ concipitor. quæ Latinis literis effert *escitauq*, *ethbattn*. Et alibi docet, Imperativos conjugationum Ethpeal, & Ethpael, ut differant à præteritis, habere sub prima radicali vocalem ܶ, sub reliquis nullam, uno verbo ܐܬܪܚܡ *miserere* excepto. quod verum esse infinitis exemplis observavimus. quorum si quis quædam velit, videat. Mat. 9. 22. Mar. 7. 34. & 10. 49. & 11. 23. Luc. 11. 35. & 12. 19. & 14. 10. & 16. 25. & 17. 6. Etiam in plurali numero. Marc. 12. 38. & 13. 23. Luc. 13. 24. & 17. 32. & 19. 13. Actor. 5. 35. 1 Pet. 1. 17. Unde & nos cap. 12. vers. 12. ܐܬܒܣܡܘ *hilares estote*, punctavimus אֶתְבַּסְּמוּ. & cap. 18. vers. 17. ܐܬܟܢܫܘ *congregamini*, אֶתְכַּנְּשׁוּ.

VERS. 6. ܕܢܝܩܘܠܐܝܛܘ] respondet genit. plur. Νικολαϊτῶν, & ea terminatione procul dubio sectæ nomen hic est. eodem modo statuendum puto de illo ܕܠܝܒܪܛܝܢܘ Act. 6. 9. quod etiam respondet gen. plur. λιβερτίνων, sectam nempe dicere potius quam nomen viri, quod sentit Beza in annotationibus, ubi quoque singularis numeri id esse existimat. Nos vero in vocibus hisce barbaris ex terminatione numerum æstimari posse non arbitramur, & has quidem terminationes pluralis potius esse arbitramur quam singularis. Nam Libertini viri nomen in singulari procul dubio esset ܠܝܒܪܛܝܢܘܣ, sicut Nicolai nomen Act. 6. 5. est ܢܝܩܠܐܘܣ. punctavimus autem נִיקְלִיטוּ. quod forte rectius punctaretur נִיקֶלִיטוּ.

VERS. 8. ܐܚܪܝܐ] Tremel. & Boder. אַחְרָיָא nos אחְרָיָא *hhroio*, Olaph plane occultato. ut docet Amira p. 25. sic fœmin. אחְרִיתָא item אחְרָנָא *alius*. & fœm. אחְרְתָא *alia*. quorum Olaph nunquam vocalem habere reperitur, itaque latere necesse est, quum per Scheva efferri nequeat.

VERS. 11. תְּנִינָא] quare in hoc libro hæc vox occurrit, quoties nempe jungitur substant. מוֹתָא reliquis locis semper dicitur תְּרֵיָנָא. quod vere Syriacum. תְּנָיָן autem *secundus* Chaldaicum est.

V. 13. Deest quod in Græco est nomen proprium Ἀντίπας, ac pro eo est ܐܬܚܙܝܬ, quod punctare potuissemus אֶתְחֲזִית, ac valeret, in prima persona, *conspectus sum*, in secunda persona, *conspectus es*. Sed neutrum quadrat sequentibus. Et suspicamur errorem esse, quem corrigere nisi ex alio exemplari non possumus. per conjecturam tamen punctavimus אֶתְחַזִּית ac si à verbo חֲזָא spectavit, fieret in Pael quadratum חַזִּית *spectandum proposuit*. hinc in Ethpael, אֶתְחַזִּית *spectaculo propositus fuit*, nempe anonymus ille servus meus fidelis vobis notus. Fortasse sic explicare voluit vim vocis compositæ Ἀντίπας, quasi ὁ ἐναντίον πάντων παραδειγματισθείς. aut simile quid, tolletur forte scrupulus, ubi aliud exemplar, aut Latina versio Etzelii nobis suppeditabitur.

VERS. 14. Hic pro Græco Βαράκ est ܒܠܩ. nescimus quare. an per errorem, an quod exemplar Græcum, quod secutus est, sic habuerit.

VERS. 17. ܚܕܬܐ cum puncto infra est masculinum: cum puncto supra ܚܕܬܐ fœmininum. punctavimus autem hic חֲדַתָּא relicto ד otioso, docet enim Amira p. 25. literam illam plane occultari. at in fœmin. pronunciatur, quia ibi vocalem recipit. scribitur enim חֲדַתָּא *nova*.

VERS. 22. Projicio eam ܒܟܪܣܐ *in ventrem*. in Græco est εἰς κλίνην. quod Syriace diceres ܒܥܪܣܐ, unius literæ discrimine, in cujus permutatione error forte est.

VERS. 24. ܐܝܟ ܕܐܡܪܢܢ] punctum sub ܢ indicat præteritum. duplex Nun in fine primam personam plur. præter. significat. quod si punctum ponas supra ܢ, & ex priore Nun formes Jud, quæ literæ parum à se invicem differunt, hoc modo ܐܝܟ ܕܐܡܪܝܢ, אֵיךְ דְּאָמְרִין, sensus erit, *sicut dicunt*, atque ita cum Græco conveniet, ac sensus erit planior.

ܘܟܕ ܐܢܐ] duplex illud punctun supra ܪ non indicat pluralem numerum, sed prius designat Risch, alterum est nota participii præsentis.

VERS. 26. עַמְמָא] Amira p. 97. Ea, inquit, nomina

nomina quæ in plurali iterant aliquam literam, quam in singulari unicam tantum habent, primam earum latentem habent. ut à ܥܡܐ *populus*, ܥܡ̈ܡܐ. à ܝܡܐ *mare*, ܝܡ̈ܡܐ. à ܟܠܬܐ *nurus*, ܟܠ̈ܠܬܐ. à ܥܠܬܐ *causa*, ܥܠ̈ܠܬܐ.

VERS 27. ܢܪܥܐ ܐܢܘܢ ܒܫܒܛܐ] ܕܦܪܙܠܐ *& pascet eos virga ferrea.* hæc verba desumta sunt ex Ps. 2. 9. תְּרֹעֵם בְּשֵׁבֶט בַּרְזֶל. ubi Syrus non legit תְּרֹעֵם *confringes eos*, sed תִּרְעֵם *pasces eos.* vertit enim ܬܪܥܐ ܐܢܘܢ ܒܫܒܛܐ ܕܦܪܙܠܐ *pasces eos virga ferrea.* sic quoque legerunt septuaginta, vertentes, ποιμανεῖς αὐτοὺς ἐν ῥάβδῳ σιδηρᾷ quam versionem secutus noster Apostolus, dixit verbotenus, καὶ ποιμανεῖ αὐτοὺς ἐν ῥάβδῳ σιδηρᾷ.

VERS 28. dabo illi, ܟܘܟܒܐ ܗܘ] ܕܨܦܪܐ quia nomen ܨܦܪܐ substantivum est, ac ipsum tempus matutinum significat, non recte respondet adjectivo πρωϊνόν, nisi ei præponatur ܕ, ܗܘ ܕܨܦܪܐ, illam temporis matutini. aut dicendum ܗܘ ܨܦܪܝܐ, הו צַפְרָיָא, ut habetur cap. 22. 16. hoc enim adjectivum est.

IN CAP. III.

VERS 3. ܐܬܐ] punctum illud ad verticem Olaph non notat hic participium præsens, ut quidem solet, quum sumitur pro tertia persona, ac significat *venit*: aut quum habet post se ܐܢܐ vel ܐܢܬ, & significat, *venio*, *venis*. Sed hoc loco notat primam futuri, quæ etiam puncto supra posito solet discerni à reliquis futuri personis. itaque punctavi אֵתֵא, sicut scribitur Syriacè Joh. 14. 3. ܐܬܐ.

VERS. 4 ܒܟܬܒ̈ܝܗܘܢ] correctum id erat à quodam lectore ad marginem ܒܟܬܒ̈ܝܗܘܢ.

VERS. 5. ἔτι. Syrus legit ὄντως. venit enim הָכְנָא *sic.*

VERS. 7. פִּדֶלְפִּיָא] Cap. I. v. II. scribitur פִּילָדֶלְפִּיָא.

VERS. II. ܢܣܒ] punctum supra positum videtur indicare participium præsens. at אַיכַנָא דְ solet regere futurum, quando sumitur pro *ut* causali. & hic sensus id omnino postulare videtur. ideo punctavimus נֵסַב, ac si punctum infra fuisset positum.

V. 12. καὶ τὸ ὄνομα τῆς πόλεως τοῦ θεοῦ μου τῆς καινῆς Ἱερουσαλήμ. id est, וְשְׁמָא דִמְדִינְתָא דַאלָהָא דִילִי דְאוּרִשְׁלֶם חַדְתָא. pro eo simpliciter est in exemplari nostro דְאוּרִשְׁלֶם חַדְתָא. Sensu non satis pleno, nisi ante דְאוּרִשְׁלֶם subintelligatur ו copula.

VERS. 15. Verba in autographo hunc sensum habent. *Novi opera tua, quod non calidus, non frigidus, aut calidus.* ܠܘ non enim Syris idem est quod ܠܐ לָא *non.* quum itaque hic sensus plane hiet, supplevimus ex Græco, & ad ܠܘ putamus deesse Jud, ut fiat ܠܘܝ ܗܘܝܬ, לְוַי, quod Syris significat ὄφελον *utinam*, ab Hebr. לוּ *si*, *utinam.* nisi forte & hic ܠܘ punctemus Hebræorum more לוּ quod usitatum non est.

V. 16. דַעְתִיד אֶנָא אֶתִיבָךְ] Dubito an non per transpositionem literæ ד aptius legatur, עָתִיד אֶנָא דַאתִיבָךְ *Futurus sum ut evomam te.* sic enim solent construere. nihil tamen hic volui mutare: sed annoto, ut docear, & lector hîc attendens, sive error sit sive non, discat.

IN CAP. IV.

VERS. I. ܘܡܠܐ] ad marginem positum erat ܐ pro ܐ finali. legendum enim ܘܡܠܐ.

V. 8. ܡܠܝܢ] in Græco vox γέμοντα pertinet ad ζῶα, at vox Syra non videtur referri ad ܚܝܘܬܐ. alioqui punctum non infra, sed duo puncta, signa fœmin. plur. in participiis, supra ponenda fuerant, ܡܠܝ̈ܢ, ac punctandum מָלְיָן. jam vero ad ܓܦ̈ܐ referri videtur. ideo punctavimus מַלְיָן. nisi propter punctum ad Jud positum velis legere מְלֵין. sed prior forma usitatior in participiis quies-

quiescentium ultima Olaph. Monendus autem est lector, desiderari in fine hujus versus vitio typographi ὁ ὢν in textu Græco, & qui erat, in Latino. quæ in Syriaco expressa sunt.

אִית לָהּ מֶן שְׁתָּא גֶּפִּא] *habet senas alas.* observari in hac phrasi Syra velim usum vocis מֶן, quæ numerali juncta format eam distributionem, quam Latini vocibus, singuli, bini, terni, quaterni, quini, seni, &c. quod lucem addit verbis, alioqui obscurioribus, cap. 21. vers. 21. וְהֵנוּן תַּרְתַּעְסְרֵא מַרְגְּנִיתָא חְדָא חְדָא מֶן כֻּל חְדָא מֶן תַּרְעֵא. quæ verba sic capio, וְהֵנוּן תַּרְתַּעְסְרֵא מַרְגְּנִיתָא, *& hæ duodecim margaritæ*, id est, *ad has duodecim margaritas quod attinet*, חְדָא חְדָא מֶן כֻּל *singulæ omnium*, supple sunt חְדָא מֶן תַּרְעֵא *singulæ portæ.*

IN CAP. V.

VERS. 3. post ἀνοῖξαι sequitur in Græco, καὶ ἀναγνῶναι, id est, וַלְמֶקְרָא. deest in Syro.

VERS. 6. καὶ ἰδοὺ ἐν μέσῳ τοῦ θρόνου καὶ τῶν τεσσάρων ζώων, id est, וְהָא בַּמְּצַעְתָּא דַּתְרוֹנוֹס וַדְהָנֵין אַרְבַּע חַיְוָתָא, desunt in Syro.

VERS. 9. ܬܫܒܘ̄] Docet Amira p. 40. virgulam ejusmodi supra voces, si paulo major sit, indicare voces esse illas imminutas, aut ut nos loquimur, abbreviatas. & duo exempla profert, quæ & in hoc libro occurrunt, nempe ܬܫܒܘ̄ pro ܬܫܒܘܚܬܐ. & ܡܫ̄ pro ܡܫܝܚܐ, quod in fine hujus libri occurrit. Additur autem hîc voci substantivæ ܬܫܒܘܚܬܐ quæ fœminini gen. est adjectivum mascul. gen ܫܒܝܚܐ. quod initio mendosum putabam. sed ex cap. 14. 3. & aliis locis apparet, authorem hunc vocem hanc ܬܫܒܘܚܬܐ, quando pro ᾠδὴ *cantico* sumitur, masculino genere usurpare. alias pro δόξα *gloria*, in hoc ipso libro sumitur fœminine.

VERS. 11. ܡ̈ܠܐ] pro ܡ̈ܠܟܐ. ita quoque cap. 8. vers. 10. ܡܠܐ pro ܡܠܟܐ, ubi plene ad marginem, sed alio atramento scribitur. suspicor voluisse authorem abbreviate scribere, sed omisisse lineam istam abbreviationis notam de qua jam jam egimus.

VERS. 4. Post προσεκύνησαν sequitur ζῶντι εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, id est, לְחַי דְחַי לְעָלְמֵא דְעָלְמֵא. desunt in Syro.

IN CAP. VI.

VERS. 1. Inseruimus illud הָא *veni*, quia ad marginem adscriptum erat, & alioqui sensus hiat.

VERS. 2. ܙܟܝ] Punctum supra positum videtur indicare participium præsens, à ܙܟܐ *vicit*: unde regulariter in Benoni est ܙܟܝܐ זָכֵא, quomodo nos correximus, ut cum Græco conveniat, ἐξῆλθε νικῶν. quod si tamen Jud illud in ܙܟܝ rectum est, punctandum erit זַכִּי, & punctum illud supra positum notabit literam ܟ efferendam esse per Kuschoi. ac sensus erit, *exivit mundus*, vel *justus*, *ut vinceret.* sed hoc à Græco textu alienum.

VERS. 3. Post ἔρχου sequitur καὶ βλέπε, וַחְזִי. deest in Syro.

VERS. 8. חַיוַת שֶׁנָּא] Ita ubique in hoc libro transfertur Græca vox θηρίον, ac significatur *fera*, *animal dentibus acutis*, *& rapina vivens.* ne quis autem miretur, nos ab absoluto חַיוּתָא punctasse in constructione חַיוַת. sic faciendum docet Amira p. 162. quod idem quoque fit in חַדוּתָא *gaudium.* in constructione חַדְוַת.

VERS. 12. ܘܕܡܐ] *& sanguis.* in Græco est καὶ σεισμός. quod Syriace est ܘܙܘܥܐ. & fortasse error est in scriptione, ortus ex affinitate literarum ܕ & ܙ, item ܡܐ & ܥܐ. ut & alius error mox sequitur, quod verba ܪܒܐ ܗܘܐ bis scripta extent in autographo, sed posteriora pallidiori atramento, punctis hoc modo subducta, ܪܒܐ ܗܘܐ. quæ & nos propterea omisimus. & tertius etiam error, quod pro ܣܗܪܐ *luna*, scriptum fuerit ܣܗܕܐ. cujus correctio erat in margine.

In Cap. VII.

Vers. 1. ܓܘܢܝܬܐ] Græca vox est *γωνίᾳ*. ideo punctavimus גֻונִיתָא vel גוניתא, Syriacè ܓܘܢܝܬܐ. sic enim pro ω solent uti ܘ cum ° præcedente. ut pro *χῶρα* ܟܘܪ, כּוּר, Marc. 1. 5.

Vers. 4. ܡܐܐ] Tremel. & Boder. מְאָא, nos cum Amira מָאא, per crasin pro מְאָא. nec unquam aliter in libris Syriacis quam una vocali scriptum reperitur. ut Matt. 13. vers. 8. ܐܝܬ ܕܡܐܐ] *est quod centum*. ubi quoque observandum, Dolath retinere suum Pathach, non aliter quam si legeretur דַמְאָא, ad indicandum in דמאא crasin esse. alioqui si Mem per se vocalem haberet, Dolath pro more omnium literarum servilium deberet habere Scheva, & legendum דְמָאא.

Vers. 5. *ἐσφραγισμένοι* ad singulas tribus repetitur in textu Græco. at in Syro vox חְתִימָא de tribu Juda semel dicta, in reliquis subintelligitur.

Vers. 16. ܟܝܘܡܐ] Græca vox est *καῦμα æstus*, ideo punctavimus כְּיוּמָא.

Vers. 17. הֲוָא דְבַמְצַעְתֵה] si transposita particula דְ legas דְהֲוָא בַמְצַעְתֵה, conveniet cum Græco. nihil tamen mutare voluimus, quia verba, ut jacent, aptum habent sensum.

ܠܡܥܝܢܐ ܕܡܝܐ ܚܝܐ] punctavi מְעִינָא, secutus Boderianum, Tremellium, Juniorem Buxtorfium, & alios. Chaldaicè sane ita legitur, ex Hebræo מַעְיָן. attamen Joan. 4. 6. (neque enim alibi in N. T. cum vocalibus reperitur) inveni ܡܥܝܢܐ ܕܝܥܩܘܒ מְעִינָא, consentientibus editionibus Viennensi, Antverpiensi, ac Cotheniensi. Boderianus tamen ibidem loci à Syro discedens punctavit מַעְיָנָא. quam punctationem ubique in hoc libro sequor, etsi arbitrer rectam pronuntiationem esse מְעִינָא.

In Cap. VIII.

Vers. 1. ܐܝܟ ܦܠܓܘܬ ܫܥܬܐ] signo hoc † apposito annotavi errorem videri. nam regimen genitivi postulat apud Syros ut dicatur, vel ܦܠܓܗ ܕܫܥܬܐ, vel ܦܠܓܘܬܐ ܕܫܥܬܐ, vel ܦܠܓܘܬܗ ܕܫܥܬܐ. quod posterius hic secuti sumus, sicut cap. 12. vers. 14. dicitur ܦܠܓܘܬ ܙܒܢܐ זַבְנָא *dimidium temporis*. fateor tamen dari exempla, ubi substantivum formæ emphaticæ jungitur alteri substantivo non interveniente Dolath: sed ea rara sunt, & à doctioribus aspera, si non praua habentur.

Vers. 3. ܘܩܡ] nihil correctum erat ad marginem. putavimus tamen superfluum esse Dolath, & legendum וְקָם, quia in Græco est, *ἐστάθη*. quod si Syra lectio recta est, legendum וְקָדַם, & sensus est, *prævenit* (nempe septem angelos illos de quibus præcedenti versu) *ad altare*, vel *præveniens eos stitit se super altare*.

Vers. 6. דְהָנוּן דְאִית לְהוֹן לְשַׁבְעָא שִׁיפוּרָא Observandum illud Lamed Accusativi casus in לְשַׁבְעָא שִׁיפוּרָא. nam verbum substantivum אִית *est*, quum habendi significatione usurpatur, regit aliquando post se accusativum expressum per Lamed. ut Matth. 26. vers. 11. ܠܝ ܕܝܢ ܠܐ ܒܟܠܙܒܢ ܐܝܬ ܠܟܘܢ. *me non semper habetis*. vide & hoc libro, cap. 9. vers. 11.

Vers. 12. ܘܫܡܥܬ. ܢܫܪܐ] Prius non est in Græco. & fortasse hic superfluum est. turbat enim non nihil constructionem, qua sequens futurum ܢܐܡܪ regi debet ab ܕܢܐܡܪ ܘܫܡܥܬ quod antecesserat. Saltem Vau addendum putavimus ad ܢܫܪܐ, ut & constructio & sensus sibi constent.

Vers. 13. ܕܦܪܚ ܒܡܨܥܬ ܫܡܝܐ ܕܐܝܬ ܠܗ] Ita transtulit Syrus Græcum illud, *ἐν μεσουρανήματι*. ac si decompositum esset ex *μέσος medius*, *οὐρὰ cauda*, & *αἷμα sanguis*. At cap. 14. 16. vertit ܒܡܨܥܬ ܫܡܝܐ ܕܐܝܬ ܠܗ ܕܡܐ *in cælo cum sanguine habens*,

habens, neglecta voce μέσ@, ac si simpliciter compositum esset ex ὀρανὸς & αἷμα. Optime vero cap. 19. 17. ܒܡܨܥܬ ܫܡܝܐ *in medio cœli*, ex μέσ@ & ὀρανός.

ܡܨܥܫܡܝܐ] non erat correctum in margine. sed vitium esse, docet Grammatica. & in hoc ipso libro versus 7. cap. 10. pro ܡܨܥܫܡܝܐ.

In Cap. IX.

Vers. 2. דְאתוּנָא מֶשְׁתַגַר] vertimus *fornacis accensæ*. sicut & in Thargum, Ezech. 39. 9. שְׁגַר respondet Hebr. בָּעַר *arsit*. recte autem Syrus ea voce explicuit quid sit καμίν@ μεγάλη, *fornax magna*, nempe, *accensa & valde ardens*.

Vers. 3. ܘܐܬܝܗܒܘ] non correctum in margine. putamus tamen perperam pluralem numerum usurpari cum nomine ܫܘܠܛܢܐ *potestas*. quod non est collectivum. ut & vers. 5. ubi absolutè ac quasi impersonaliter sumitur, pro *datum est*, quod malè videtur ibi plurali numero exprimi, quum cap. 6. vers. 4. cap. 7. vers. 2. cap. 13. vers. 7. & alibi singulari numero rectius exprimatur.

Vers. 5. ܠܐܢܫ] punctavimus לְאנָשׁ, Aleph plane otioso, quod in hac voce ut & in aliis quibusdam semper contingere docet Amira, & liquet ex בַּר אֱנָשָׁא, quod sæpe omisso Aleph, una dictione scribunt ac pronunciant בַּרְנָשָׁא, *homo*. Boderianus scribit nunc לְאֱנָשׁ, nunc לְאֱנָשׁ, crasi Hebræis usitata. quæ punctatio si recta est, accedente altera servili oportebit punctare דְלְאֱנָשׁ, וְלֶאֱנָשׁ. At Mat. 16. 20. habes ܕܠܐܢܫ דְלְאֱנָשׁ. & cap. 17. 8. ܘܠܐܢܫ וְלְאֱנָשׁ. ubi in priori exemplo Trem. & Boder. habent דְלְאֱנָשׁ. in posteriori Trem. וְלְאֱנָשׁ, Boder. וְלְאֱנָשׁ. quum in Syro ܐ nulla vocali notetur, idque postulante ratione Grammatica, quæ docet literam servilem tum demum notari vocali, quum sequens litera vocali destituitur.

Vers 7. ܕܡܘܬܐ] puncta docent legendum דְמוֹתָא *mortis*, at sensus jubet legere דְמוּתָא *similitudo*. adeo ut duo illa puncta, unum supra, alterum infra ܡܘ, tollenda sint. aut superius punctum erit Kuschoi pertinens ad verticem literæ ܕ, quæ hic durius pronuntianda, quia præcedens dictio non terminatur vocali, inferius sub ܘ collocandum, utpote quod per *u* longum, seu per ȣ Græcum hic est pronunciandum.

ܕܪ̈ܟܫܐ] Duo puncta supra ܪ pluralem numerum indicant: punctavimus tamen non דִרְכָשָׁא sed דְרֶכְשָׁא more singularium. sic scribitur Jac. 3. 3. ubi Trem. habet רְכְשָׁא, Boder. רְכְשָׁא, quum tamen in ipsa editione Antverpiensi, ut & in Vien. & Cothen. textus Syrus non habeat ܪ̈ܟܫܐ sed ܪܟܫܐ. quod Amira p. 95. punctavit ܪ̈ܟܫܐ. ubi porro hæc addit, Esse quædam nomina, quæ licet significatione interdum sint singularia, interdum pluralia, quum tamen voce pluralia sint, quia duo illis semper adduntur puncta, iterum pluralia esse non possunt: & penultima afficitur ܹ. ut, inquit, ܥܢ̈ܐ *oves*. ܪ̈ܟܫܐ *equi*. ܦܪ̈ܚܬܐ *volucres*. ܪ̈ܚܫܐ *reptilia*. quibus nos adjungimus ܡܪ̈ܥܝܐ *grex*. Mat. 8. vers. 30. 31. 32.

Vers 17. Καὶ ὅτως εἶδον. Syrus וְכַד חֲזֵית, videtur legisse, ϰ̀ ὅτε εἶδον.

Ibid. וְכִבְרִיתָא] sic Syriace punctatum invenimus ܟܒܪܝܬܐ Luc. 17. 29. Itaque quod eodem hoc versu paulo ante punctavimus כִבְרִיתָא punctandum כִבְרִיתָא. nam ܟܒܪܝܬܐ כַבְּרִיתָא aliud significat, nempe *favum mellis*, qua significatione diserte ea puncta habet Luc. 24. 42. In quo loco obiter notandum, in editionibus Antv. & Coth. item apud Tremel. & ut passim in Thargum, secundam radicalem esse Beth, at in Viennensi Caph, ubi scribitur ܟܟܪܝܬܐ, quod Jun. Buxtorf. in Lexico Chaldaico procul dubio mendosum esse putat. At Lectionem eam probant illa Psal. 19. Judicia tua sunt ܚܠܝܢ ܡܢ ܕܒܫܐ ܘܡܢ ܟܒܪܝܬܐ *dulciora melle & favo*. quæ non tantum ita se habent in editione Erpiana, sed & ab Amira in Grammat. sua ita citantur.

VERS. 19. [Syriac]] sic scriptum nec in margine correctum reperimus. plurale est, sed (ut putamus) mendosum, à singulari [Syriac] *serpens*, quod in plur. facit [Syriac].

VERS 20. sub finem in Græco est οὔτε περιπατεῖν, id est, וְלָא לִמְהַלָּכוּ. deest in Syro.

In Cap. X.

VERS 2. דְּסֶמָּלָא] lege דִּסְמָּלָא. Syris enim [Syriac] *sinistra*, vocalem ^ habet ad Semchat, vide Matth. 25. 33. 41.

VERS 6. [Syriac]] Punctum illud fœm. gen. nota mendosum putamus. nam שְׁמַיָּא quod præcedit Masculini generis est. pertinet illud [Syriac] ad sequens [Syriac] ubi vitiose omissum. uti & copula ܘ omissa in [Syriac], & prave translata ad [Syriac] quod sequitur: quæ vox tria menda habet. nam primo ܘ illud pertinet ad [Syriac]. deinde prius ܕ positum est pro ܕ. alterum ܕ positum pro ܕ. adeo ut pro [Syriac] scribendum sit [Syriac]. quod & in margine annotatum erat.

VERS 7. אֶלָּא] verti *nisi*, ut 1 Joan. 3. 12. & alibi sæpe. ac mentem interpretis sic capio, duo jurasse Angelum, primum, non fore amplius tempus, nisi in diebus tubæ angeli septimi: id est, ibi desiturum tempus. alterum, consummatum jam esse mysterium Dei quod annunciaverat Prophetis, quia sextus Angelus jam clanxerat, instabat ultimus. neque enim copulam Vau in וְאֶשְׁתְּלֵם referendam puto ad proximam particulam ד in אֶמַּתַי דְּעָתִיד: sic enim וְנֶשְׁתְּלֵם dicendum erat in Fut. non וְאֶשְׁתְּלֵם in præterito. Sed ad remotius ד in דִּנְבִיָּא. Et sic Græca quoque verba commode accipi posse arbitror, quæ alioqui & ipsa non parum sunt obscura: fiunt autem satis plana, si ἀλλὰ sumatur pro ἀλλ' ἢ *nisi*.

VERS. 9. ܘܐܙܠܬ] punctavi וְאֶזַלְתְּ pro וְאֶזְלֵת. sic invenies ܘܐܙܠܬ *& ivi*, Matth. 25. 25. Actor. 19. 21. Et ܐܙܠ *ivit*: Marc. 16. 10. אֶזַלַת pro אֶזְלַת. quæ pronuntianda sunt *ezet*, *ezat*, Lamed prorsus latente, quamobrem nos eam sine Scheva reliquimus. Sic in participio ܐܙܠܐ אָזְלָא *ozo* pro *ozlo*, Luc. 14. 35. & in plur. ܐܙܠܝܢ אָזְלִין *ozin* pro *ozlin*. Marc. 6. 33. & cap. 16. vs. 12. Unde & nos cap. 16. vers. 14. [Syriac] punctavimus דְּאָזְלִין *dozon*. Quæ omnia confirmantur ab Amira pag. 367. ubi sic habet. In verbo ܐܙܠ *ivit*, Lamed quod habet occultatur in pronunciando in prima & tertia sing. fœmin. præteriti, & in personis plur. num. mascul. gen. & fœmin. utriusque numeri præsentis (intellige benoni) & in tertia ac secunda plurali utriusque generis, & secunda fœmin. singul. futuri. quod brevius piæ memoriæ Erpenius his verbis, Vocis אֶזַל ultima radicalis vocalem accipiens, eam ubique dat præcedenti schevatæ, & otiosa evadit.

VERS. 9. לְמֵתַל] lege potius לְמִתַּל ut invenies Mat. 7. 11. [Syriac].

In Cap. XI.

VERS. 1. Post [Syriac] sequebantur perram hæc, [Syriac] quæ omnia, quum hîc sensum depravarent, ad versum autem quintum omnino pertinerent ubi hæc deerant, non dubitavimus ea suo loco restituere, præsertim quum ipse textus Syrus duo signa, unum versui primo, alterum quinto apposita haberet, quæ quomodo hæc restituenda essent, docerent. & ne quis hîc de fide nostra dubitet, testamur nos nihil nisi mera transpositione usos esse, nulla syllaba aut addita aut omissa.

VERS. 3. וְאֶתֵּל לִתְרֵין סָהֲדַיָּא דִּילִי] in Græ-

Græco est, καὶ δώσω τοῖς δυσὶ μάρτυσί μου. Quæ verba paulo sunt obscuriora. quare D. Beza, ut commodum sensum habeant, καὶ vertit *sed*, & quum δώσω sequente dativo requireret accusativum rei dandæ, post dabo addidit *illam*, nempe *sanctam urbem*, quæ versu præcedenti gentibus data erat conculcanda. an id recte, judicent doctiores. In Syro textu minor est difficultas, quum ibi particula ܠ non minus accusativum valeat, quam dativum. quare & nos plano omnino sensu vertimus, *& dabo duos testes meos, & prophetabunt.* Quod si omnino ܠ etiam in hoc loco per dativum sit exponendum, sic verterem, *& dabo duobus testibus meis, ut prophetent* &c. Vau illud in וְנִתְנַבּוּן per *ut* verterem, more linguis orientalibus usitatissimo: & sic quoque καὶ προφητεύσωσι sumerem in Græco. adeo ut res danda duobus illis testibus non sit sancta civitas, sed munus prophetandi.

Eodem versu, ܘܫܬܝܢ] punctavimus וְשִׁתִּין, sicut Mat. 13. vers. 8. & 23. in Syriaco est ܘܫܬܝܢ, וְשִׁתִּין. ubi notandum, irregulare esse quod litera servilis ante Scheva notetur vocali. De quo sic Amira p. 27. Particula, inquit, ܫܬܐ *sex*, (cui nos jam addimus ܫܬܝܢ *sexaginta*) si habeat in principio unam ex quatuor literis ܒ ܘ ܕ ܠ, semper legitur, ac si esset ibi ܐ affectum, ut ܒܫܬܐ בְּשֶׁתָּא *in sex*, quasi, ܒܐܫܬܐ בְּאֶשְׁתָּא.

Vers 6. ἐν ἡμέραις αὐτῶν τῆς προφητείας, id est, בְּיוֹמָתָא דִנְבִיוּתְהוֹן, pro eo simpliciter est בְּיוֹמָתָא הָנוֹן, id est, ἐν ἡμέραις ἐκείναις.

Vers 7. Post νικήσει αὐτοὺς, sequitur καὶ ἀποκτενεῖ αὐτοὺς, id est, וְנִקְטוֹל אֱנוּן. deest in Syro.

Vers 12. Signum hoc [ ] in Syro notat hiatum, quem in textu reliquimus, in Hebræo autem charactere ex Græco supplevimus.

Vers 17. Post ὁ ὤν, sequitur καὶ ὁ ἐρχόμενος, וְהוּ דָאתֵא, deest in Syro.

In Cap. XII.

Vers 1. ܠܬܚܬ ܪܓܠܝܗ̈] Quid hoc sibi vellet conjicere non potuimus. itaque mendum putavimus pro ܬܚܝܬ ܪܓܠܝܗ̈ תְּחֵית, quod plane respondet Græco ὑποκάτω.

Vers 2. וְחַבְלָא] Fortassis, sicut præcedens קָעְיָא & sequens מְשַׁתְּנְקָא participia sunt, ita & חַבְלָא mendosum est pro מְחַבְּלָא in Benoni Pael, in qua conjugatione verbum hoc parturire & eniti significat. Doctioribus tamen id reliquimus.

Vers 4. ܓܙܐ] punctavimus גָּזָא. neque enim duo illa puncta existimamus hîc valere ܪ, sed superius denotare participium præsens, inferius vero Ruchoch sive Raphe. à themate גְּזַז, defective גְּז, quod secundum analogiam defectivorum secundâ in Benoni facit, mascul. גָּזֶא, fœmin. גָּזָא. habet autem hoc verbum proprie *vellendi*, *evellendi*, *extrahendi*, inde *tondendi* significationem, & convenit cum גזז, ut recte observavit doctissimus Scindlerus.

Vers 6. ܘܢܬܪܣܘܢܗ] Nihil correctum in margine. mendum tamen omnino videtur, quia & ܘ superfluum in sensu, & ipsa constructio, ut & verbi forma futurum hîc requirere videntur. itaque pro Vau, Nun posuimus ad formandum futurum, & fortassis etiam Dolath addendum, qua litera gaudet post se אֵיכַנָא, quum significat *ut*. atque ita esset, אֵיכַנָא דְנִתְרַסְּוֻנָהּ.

Vers 7. ܘܗܘܐ ܠܩܪܒܐ] Videtur hic Lamed inutile. quum post verbum substantivum, quod habendi significationem hic non obtinet, nec dativum nec accusativum valere possit, neque præpositionis vim habere. Si tamen penes nosmet error est, juvabit erudiri.

Vers 9. ܡܪܡܝܢܐ] Nusquam, quod quidem scimus, in reliquis N. T. libris vox διάβολος ita transfertur, sed semper ܐܟܠܩܪܨܐ, אֲכֵלְקַרְצָא. illius vocis thema est ܪܡܐ רְמָא, quod in Aphel significat *projicere*, in Pael *decipere*. Itaque hæsimus, an ad Benoni Aphel referentes punctaremus מַרְמְיָנָא, an, ut fecimus, ad Benoni Pael מְרַמְיָנָא. si ad Aphel referendum, existimasse videtur Syrus, διάβολον dictum quasi *disjectorem*, quod se & alios è gratia Dei ejecerit & etiamnum ejicere conetur. quæ significatio est in verbo simplici βάλλειν. Si vero ad

ad Pael referendum, arbitratus videtur, dictum διάβολον quasi *deceptorem* & *sycophantam*, qui calumniando & traducendo homines apud Deum, & Deo & hominibus imponere se posse credat. quod quum propius ad vim verbi διαβάλλειν accedat, visum fuit ex Pael punctare, & *impostorem* vertere. præsertim quum statim sequatur, ܗܘ ܕܡܛܥܐ, *qui seducit*, &c.

Vers. 12. Οὐαὶ τοῖς κατοικοῦσι τὴν γῆν καὶ τὴν θάλασσαν, id est, וָי לְעָמְרִין בַּארְעָא וּבְיַמָּא, pro eo est, וָי לַארְעָא וְלַיַמָּא, id est, οὐαὶ τῇ γῇ καὶ τῇ θαλάσσῃ, eodem sensu.

Vers. 16. καὶ κατέπιε τὸν ποταμὸν ὃν ἔβαλεν ὁ δράκων ἐκ τοῦ στόματος αὐτοῦ, id est, וְבָלְעַת לְהַו נַהְרָא לְהַו דַארְמִי הַו תַנִינָא מֶן פּוּמָא דִילֵה. desunt hæc omnia in Syro.

Vers. 18. ܘܩܡܬ] Ad marginem scriptum erat ܘܩܡܬ, וְקָמֶת, *& steti*. Sed quia id à lectore quodam procul dubio factum, noluimus textum corrigere: quum certum sit quædam exemplaria Græca habuisse ἐστάθη. Unde etiam vetus Latinus vertit, *& stetit*.

In Cap. XIII.

Vers 3. καὶ εἶδον, וְחָזִית. deest חָזִית in Syro. sensus tamen plenus est.

Ibid. ܘܡܚܘܬܐ †] Non est dubium, quin amanuensis, quum vocem hanc ܡܚܘܬܐ quam jam jam scripserat, in recenti adhuc memoria haberet, iterum eam scripserit, quum ܒܠܒܗ ܐܙܦܪܐ scribere deberet. quod non tantum græcus textus, sed ipse verborum nexus liquido ostendit.

Vers 4. Non quidem necessario hiatus statuendus, quamobrem & nullo signo mendum indicavimus, tamen non satis plene sibi sensus constat: quia omissa sunt ex Græco hæc, καὶ προσεκύνησαν τὸ θηρίον, λέγοντες· τίς ὅμοιος τῷ θηρίῳ? quæ sic verto, וְסְגֶדוּ לְהַנָא חַיוּת שְׁנָא כַד אָמְרִין מַנוּ דְדָמֵא לְהַו חַיוּת שְׁנָא. ex qua oratione una vox הָנָא remansisse in textu Syro videtur, quæ sodalibus destituta non satis bene quadrat.

Vers 5. πόλεμον ποιῆσαι. Videtur Syrus simpliciter legisse ποιῆσαι. vertit enim לְמֶעְבַּר omissa voce קְרָבָא. quemadmodum & vulgatus legit, qui vertit, *data est ei potestas agendi*.

Vers. 6. לְהָלֵין] videtur omnino legendum וְלְהָלֵין, ut in Græco est καὶ τοὺς.

Versus septimus duas habet periodos, quarum quæ prior est in Græco, posterior est in Syro, & contra, inverso ordine, sensu tamen eodem ac plane integro.

Vers. 8. [illegible]] Iterum vitium hîc esse putamus, quod & cap. præcedenti vers. 7. observavimus. nisi forte Lamed accusativi casus apud Syros, ut אֶת apud Hebræos, & יָת in Thargum, post verba passiva & intransitiva nominativum designet. quod nondum ex aliorum librorum lectione, neque ex Grammatica discere potuimus. si ita est, moneant doctiores, & gratiam inibunt.

Vers 10. εἴ τις αἰχμαλωσίαν συνάγει, id est, אֶן אְנָשׁ בְּשֶׁבְיָא מְוֹבֶל. In Syro deest nomen אְנָשׁ, quod omnino restituendum videtur. ut mox sequitur, אֶן אְנָשׁ בְּסַיפָא קָטֶל.

Vers. 14. ܘܢܛܥܐ] Mendum subesse suspicamur. si enim punctum supra Nun rectum, participium præsens indicat: adeoque pro Nun Mim substituendum, ut sit ܘܡܛܥܐ וְמַטְעֵא, quod plane convenit cum Græco πλανᾷ. quod si Nun rectum, punctum è superiori regione ad inferiorem transferendum, ut sit ܘܢܛܥܐ וְנַטְעֵא. & regitur à præcedenti אַיכַנָא דְ. utrovis modo sumatur, mendum habet vocalis illa ̊ pro ̂. Porro in hoc versu, hæc quæ sequuntur, διὰ τὰ σημεῖα ἃ ἐδόθη αὐτῷ ποιῆσαι ἐνώπιον τοῦ θηρίου. λέγων τοῖς κατοικοῦσιν ἐπὶ τῆς γῆς. desunt in Græco, quæ sic transfero, מְטֻל אָתְוָתָא הָנֶין דְאֶתִיהֶב לֵה לְמֶעְבַד קְדָם הַו חַיוּת שְׁנָא כַד אָמַר לְהָלֵין דְעָמְרִין עַל אַרְעָא.

Vers. 15. ἵνα καὶ λαλήσῃ ἡ εἰκὼν τοῦ θηρίου, id est, אַיכַנָא דְאַף נְמַלֶל צַלְמָא דְהַו חַיוּת שְׁנָא, desunt & hæc in Syro.

In Cap. XIV.

Vers 3. וּבְינַי מִן אַרְעָא] Observandum, regimen Genitivi aliquando fieri, interveniente præpositione. ut hoc loco præpositione מִן. Lucæ autem 1. vers. 7. præpositione ב. ut, ܬܪܝܗܘܢ ܥܠܝܢ ܗܘܘ ܒܝܘܡܬܗܘܢ *ambo provecti diebus suis.* & vers. 28. ܡܒܪܟܬܐ ܒܢܫܐ *benedicta inter mulieres*, ut vertit Tremellius. nisi dicamus ܡܒܪܟܬܐ contractum esse ex ܡܒܪܟܐ ܐܢܬܝ, quod in participiis usitatissimum. & sensus sit, *benedicta tu inter mulieres.* ut in Græco est, εὐλογημένη σὺ ἐν γυναιξί.

Vers. 5. ܐܬܚܫܒܬ] Nihil correctum in margine. manifestum tamen vitium est, quum terminatio non sit Futuri, sed præteriti. unde Thau primum in Aleph mutantes præteritum inde fecimus. In fine versus ἐνώπιον τοῦ θρόνου τοῦ θεοῦ, id est, קְדָמוֹהִי דַּתְרָנוֹס דַּאלָהָא, vel קְדָם תְּרָנוֹס desunt in Syro.

Vers. 6. Verba Græca sic interpretatus est Syrus, ac si haberetur, πετώμενον ἐν οὐρανῷ, ἐν αἵματι ἔχοντα εὐαγγέλιον αἰώνιον. vide plura. ad vers. 13. cap. 8. eodem versu, pro ἐνώπιον τοῦ ἀρνίου, id est, קְדָם אִמְּרָא, Syrus habet קְדָם תְּרָנוֹס, ἐνώπιον τοῦ θρόνου.

Vers 10. בְּכַפָּא] Idem hic כַּפָּא videtur, quod Belgæ dicimus, **een kop.** A cavitate. unde & Hebræis כַּף *vola manus*, *pars manus cava*, vel *pedis.* nisi forte mendum sit, pro כָּסָא, quomodo deinceps in hoc libro semper vertit author τὸ ποτήριον.

Vers 11. καὶ εἴ τις λαμβάνει τὸ χάραγμα τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ, id est, וְאִן אְנָשׁ נָסֵב לְרוּשְׁמָא דַּשְׁמָא דִּילֵהּ. desunt in Syro.

Vers 12. Vox ὧδε, bis est in Græco, quod autem ei respondet הָרְכָא, semel tantum in Syro.

Vers 15. Desunt hæc Græca, πέμψον τὸ δρέπανόν σου, καὶ θέρισον. ὅτι ἦλθε σοι ὥρα τοῦ θερίσαι. ὅτι ἐξηράνθη ὁ θερισμὸς τῆς γῆς. quæ, ni fallor, sic recte Syriacè dicas, שְׁדַר לְמַגְּלָא דִילָךְ וַחְצוֹד מֶטֻל דְּאָתַת לָךְ שָׁעְתָא לְמֶחְצַד מֶטֻל דִּיבֵשׁ חֲצָדָה דְּאַרְעָא.

Vers 18. בְּקַעְתָּא] lege בְּקָעְתָּא. Syriace enim scribitur ܒܩܥܬܐ Matth. 25. vers. 6. & alibi.

Vers 20. ἔξω τῆς πόλεως, καὶ ἐξῆλθε αἷμα ἐκ τῆς λήνου, id est, לְבַר מִן מְדִינְתָא וַנְפַק דְּמָא מִן מַעְצַרְתָּא. desunt in Syro.

In Cap. XV.

Vers 2. ܡܚܠܛܐ] Quia חלט per Thau nusquam reperimus pro *miscere*, sed usitatissimum est per Thet, vitium hic esse suspicati sumus. Porro in hoc versu, καὶ ἐκ τοῦ χαράγματος αὐτοῦ, id est, וְמִן רוּשְׁמָא דִילֵהּ, deest in Syro.

Ibidem, ܩܝܬܪܘܕܐ ܕܩܝܬܪܘܣܝ] Hoc citharœdos significat, quum hic citharæ significentur. correximus ex margine קִיתָרוֹסוֹהִי.

Vers 3. ὁ βασιλεὺς τῶν ἁγίων, id est, מַלְכָּא דְקַדִּישֵׁא. Syrus vertit מַלְכָּא דְעָלְמֵא, id est, ὁ βασιλεὺς τῶν αἰώνων.

Vers. 6. נְצִיחָא] Respondet in hoc libro τῷ λαμπρῷ. alioqui Luc. 1. vers. 3. & alibi, usus ejus est in compellanda persona, idem quod Græcis κράτιστος, *excellentissimus*, *præstantissimus.* à נְצַח *vincere*, *excellere.* nisi forte hoc loco dicamus Nun esse heemanticum, ac derivari ab Hebr. צַח, quod proprie est λαμπρός, *nitidus*, *clarus*, *splendidus.*

Vers. 8. ܡܟܝܠ] In margine erat ܕܡܟܝܠ rectè.

In Cap. XVI.

Vers 7. Καὶ ἤκουσα ἄλλου ἐκ τοῦ θυσιαστηρίου λέγοντος, id est, וְשֶׁמְעֵת לְאַחְרָנָא מִן מַדְבְּחָא דְּאָמַר. pro eo in Syro est, וְשֶׁמְעֵת לְמַדְבְּחָא דְּאָמַר. quod omnino videtur mendosum, quum altari vocem tribuere durum sit.

Vers 8. אַרְבִיעָיָא] א non punctavimus; quia superfluum putamus, & fortasse hîc mendosum. solent enim sine Aleph dicere ܪܒܝܥܝܐ *quartus*, etsi dicant, ܐܪܒܥܐ

ܐܪܒܥܐ *quatuor*. plane ut & Hebræi, אַרְבָּעָה *quatuor*. רְבִיעִי *quartus*.

VERS. 10. ܡܚܫܟܢܐ] *obtenebratum*. habet hîc vim adjectivi, sicut & in mascul. gen. Eph. 4 verf. 18. ܘܚܫܝܟܝܢ ܒܡܕܥܗܘܢ *obtenebrati in mentibus suis*.

VERS. 13. ܕܢܐ] Mendum videntur duo illa puncta pluralem numerum denotantia.

VERS 14. Vox ποιοῦντα in Græco construitur cum πνεύματα, non cum δαιμόνων. At in Syro participium דְּעָבְדִין quum sit masc. gen. construitur cum דְּדַיוֵא, non cum רוּחָא, quod fœm. gen. est, & construitur cum participio דְּאָזְלִין, quod deinde sequitur. Quod autem in Græco est, βασιλεῖς τῆς γῆς, καὶ τῆς οἰκουμένης ὅλης, Syrus illud τῆς γῆς non habet. nec videtur hîc magnum usum habere. Fateor quidem γῆν latius patere quam οἰκουμένην, ut & apud Hebr. אֶרֶץ, latius quam תֵּבֵל Pf. 24. 1. sic apud Syros אַרְעָא, latius quam מֶתְעַמְרָנִיתָא. Sed hoc loco discrimen illud locum habere non videtur, quia ubi Reges sunt, ibi οἰκουμένη est. nisi forte insulæ ad τῆς οἰκουμένην non pertineant. debebat autem in textu Syro illud ܟܠܗ supra ܗ notari puncto nota fœminini gen. quia ܡܬܥܡܪܢܝܬܐ est fœmin. ut cap. 12. 9.

VERS 15. ܢܘܗ] mendum pro ܐܝܟ ut ad marginem correctum erat.

VERS 17. ἀπὸ τοῦ ναοῦ τοῦ οὐρανοῦ, id est, מִן הֵיכְלָא דִשְׁמַיָּא deest in Syro vox דִשְׁמַיָּא.

IN CAP. XVII.

VERS 1. Ante ܡܠܠ ܥܡܝ deest vox ܥܡܝ, quæ in margine à lectore adscripta erat.

VERS 2. ܡܠܟܐ ܕܐܪܥܐ] desunt puncta pluralem numerum denotantia, ܡܠܟܐ.

VERS 5. ܐܪܙܐ] Ad marginem libri notatum erat legendum ܐܪܙܐ, quomodo plerunque legitur in editione Viennensi. At Amira p. 25. docet, nunquam sibi placuisse eum scribendi modum, quo ܐ ponatur ante ܙ, sed eum potius quem doctiores sequuntur Maronitæ, quo ܐ ponatur post ܙ, ut differat ab ܐܪܙܐ *cedrus*. Ubi addimus ex eodem Amira, quando scribitur ܐܪܙܐ pro *mysterio*, ܐ non pronunciari, sed legi אָרָזָא *roso*.

VERS 6. ܕܪܘܝܐ] Daleth servile indicat participium. idcirco punctavimus דְּרָוְיָא in Peil Peal, à masculino רְוֵא *inebriatus*. alioqui si punctetur רַוְיָא, nomen esset, significans *ebriosum*.

Ibidem ܘܐܬܕܡܪܬ] Punctum infra ܬ indicat secundam præteriti, ut in eadem hac dictione versu sequenti. at in hoc versu sensus omnino postulat primam personam. itaque in superam regionem transferendum illud punctum.

VERS 7. דְּטָעֵין] Etsi Peil sit, id est, Participium passivum, hic tamen activam obtinet significationem. quod & alibi sæpe fit. ut Actor. 21. 16. ܟܕ ܡܝܬܝܢ *adducentes*.

VERS 8. וּמְקַרֵב] *& appropinquavit*. In Græco est καίπερ ἔστιν *& tamen est*. Hoc plane omisit Vetus Interpres. at Arethas, Complutensis Codex, & duo alii vetusti, teste Beza, habent, καὶ παρέσται. Et sic procul dubio legit Syrus.

VERS 12. Post ܠܐ ܢܣܒܘ ܡܠܟܘܬܐ, sequebatur ܝܗܒܝܢ *dant*. Quod quum hic plane sit ἄτοπον, & ad finem versus sequentis pertineat, ubi eadem vox scripta extat, non dubitavimus hic omittere. Præsertim quum ipse textus Syrus hanc dictionem punctulis subductam tollendam ostenderet.

VERS 14. נְקַרְבוּן] *præliabuntur*. Punctavimus in Pael, quia puncta in Syro textu sic monebant. Alioqui punctassemus in Aphel נַקְרְבוּן. quia in hac Conjugatione solet hoc verbum significare *belligerari*. in Pael vero, *appropinquare facere, apportare*.

VERS 16. Καὶ τὰ δέκα κέρατα ἃ εἶδες ἐπὶ τὸ θηρίον. Syrus legit, Καὶ τὰ δέκα κέρατα ἃ εἶδες, καὶ τὸ θηρίον.

In Cap. XVIII.

Vers. 2. ܢܘܗܪܐ ܘܦܘܪܫܢܐ] ad marginem notatum legendum ܘܦܘܪܫܢܐ.

Vers. 5. ܘܐܝܬܝܗ̇] Affixum oportet sit fœm. gen. itaque deest punctum supra ܗ.

Vers. 11. κλαύσι, id est, נִבְכּוּן, deest in Syro.

Vers 13. ܘܐܡܘܡܘܢ] Deest hoc in Græco. punctavimus אוּמוּמוֹן· fortasse melius, אֲמוֹמוֹן vel אוּמָמוֹן· Est enim *Amomum*, frutex ille nobilis, de quo Plinius lib. 12. cap. 13. & Mathiolus in lib. 1. Dioscor. cap. 13.

Vers 14. ܐܒܕ̈ܝܢ] Punctum illud supra Dolath non potest hic indicare Benoni אָבְדִין. Sic enim Participium Mascul. construeretur cum substantivis fœmininis. Sed addendum ei alterum punctum, ut ambo efficiant tertiam plur. fœm. gen. præteriti. Ideo punctavimus אֶבְדִין· Sicut in Græco est ἀπῆλθε. Quod autem sequitur, ȣ̓ μὴ εὑρήσῃς αὐτά, Syrus junxit cum initio sequentis versus, & legit, ȣ̓ μὴ εὑρήσȣσιν αὐτὰ οἱ ἔμποροι τȣ́των.

Vers 17. וְכֻל הָו דַּלְדוּכְתָא טָאֵף] In Græco est, καὶ πᾶς ἐπὶ τῶν πλοίων ὁ ὅμιλος. Aliter legit vetus interpres, qui vertit, *& omnes qui in lacum navigant*. Certum quoque est aliter legisse Syrum, qui pro ἐπὶ τῶν πλοίων videtur legisse ἐπι πλέων, *innavigans, innatans*. vertit enim טָאֵף, quod est Benoni à טוּף, Hebr. צוּף, *innatare, supernatare*. Quid autem sibi in Syro velit לְדוּכְתָא *ad locum*, nescio, nisi forte in Latina translatione pro *lacum* legerit *locum*. Aut potius per *locum*, intelligat locum civitatis illius magnæ, quo ut cum mercibus suis perveniant, navibus mari innatant. atque ita in Latina translatione, *in lacum*, fortasse mendum sit, pro in *locum*.

Vers. 20. καὶ οἱ ἅγιοι ἀπόστολοι. Syrus legit, καὶ οἱ ἄγγελοι, καὶ οἱ ἀπόστολοι.

Vers 21. εἷς ἄγγελος ἰσχυρὸς, id est, חַד מַלְאַכָא חֵילְתָנָא, deest in Syro illud חֵילְתָנָא.

Vers. 22. καὶ φωνὴ μύλȣ ȣ̓ μὴ ἀκȣσθῇ ἐν σοὶ ἔτι. id est, וְקָלָא דְרַחְיָא לָא נֶשְׁתְּמַע בְּכִי תּוּב· desunt in Syro.

Vers 24. ܘܒܟܠܗܘܢ ܩܛܝ̈ܠܐ] Videtur rursus mendum esse pluralis num. pro singulari.

In Cap. XIX.

Vers. 1. ὡς φωνὴν, id est, אַיְךְ קָלָא· Syrus tantum habet קָלָא.

Vers. 9. ܠܫܪܘܬܐ ܕܡܫܬܘܬܐ] ad marginem correctum erat ܠܡܫܬܘܬܐ.

Vers 10. τῷ θεῷ προσκύνησον. Syrus legit προσκυνήσατε in plurali. nisi in ܣܓܘܕܘ dicamus ultimum ܘ mendum esse. nam cap. 22. vers. 9. vertit ܣܓܘܕ in singulari.

Vers 13. מָאנָא דְזָלִיג בִּדְמָא] *vestis diffluens sanguine*. ea significatione usitata est in Targum vox זְלַג· unde & Actor. 9. 3. lux אַזְלֵג super Saulum, Tremel. vertit *defluxit*. Hic in Græco est ἱμάτιον βεβαμμένον αἵματι. quod de persona Christi dicitur חֲמוּץ בְּגָדִים Esa. 63. 1. *infectus, tinctus vestibus*.

Vers. 17. τὸ δεῖπνον τȣ̃ μεγάλȣ θεȣ̃. Syrus legit, τὸ δεῖπνον τὸ μέγα τȣ̃ θεȣ̃.

Vers 18. post ܘܒܣܪܐ ܕܡܠܟ̈ܐ, iterum sequebatur ܘܒܣܪܐ ܕܡܠܟ̈ܐ, quod tanquam superfluum omisimus.

Vers 19. ܘܠܡܠܐܟ̈ܘܗܝ] Etsi in margine nihil correctum fuerit, sensus tamen, & textus Græcus requirunt, ut scribatur ܘܠܡܠܟ̈ܘܗܝ. *reges* enim, non *Angeli* designantur.

In Cap. XX.

Vers. 3. δεῖ αὐτὸν λυθῆναι. id est, וְדָךְ לֵה דְּנֶשְׁתְּרֵא, Syrus tantum habet נֶשְׁתְּרֵא.

Vers. 4. ܘܟܘܪܣܝܐ] Legendum esse ܘܟܘܪܣ̈ܘܬܐ, in plur. docent tum *throni* in plurali num. de quibus proximè actum (Deo enim unus tantum thronus tribuitur) tum quæ proximè sequuntur, *& judicium datum est iis*, iis nempe qui in thronis sederant. adstipulatur textus Græcus. Porro illud καὶ τὰς ψυχὰς, quod in Græco refertur ad εἶδον, Syrus vertit וְלַנַפְשָׁתָא, id est, καὶ ταῖς ψυχαῖς. constructio enim indicat Lamed hic esse Dativi casus,

 sicut

ſicut & in proximè antecedenti לְהוֹן, & utrumque referri ad אֶתִיהֶב ἐδόθη, hoc ſenſu, *Judicium datum eſt iis* (qui ſedebant ſuper thronos) *& animabus ſecuri percuſſorum.* Sive per eos qui ſedebant ſuper thronos intellexerit Angelos, ſive potius illos exercitus qui cum Chriſto pugnaverant adverſus beſtiam, de quibus præcedenti cap. verſ. 19. In quibus eminerent ij qui ſecuri percuſſi fuerant ob teſtimonium Jeſu: quamobrem hic ſpeciatim enumerentur.

Vers 5. Græcus textus habet οἱ δὲ λοιποὶ τῶν νεκρῶν οὐκ ἀνέζησαν ἕως πλεσθῇ τὰ χίλια ἔτη. Hæc in Syro exemplari deſunt, quæ ſic vertimus הָנוּן דֵין דְשַׁרְכָא דְמִיתֵא לָא חְיַו עְדַמָא דְנֶשְׁתַּלְמָן הָלֵין אַלְפָא שְׁנַיָא.

Vers 11. ܡܢܗ ܕܠܫܠܝܚܐ] Punctum illud fœm. gen. vitioſum. Nam ܦܪܨܘܦܗܘܢ ad quod refertur affixum, maſcul. gen. eſt, ut ex adjunctis adjectivis apparet.

Vers 12. ἐνώπιον τοῦ θεοῦ. Syrus קְדָם תְּרָוָנוֹס, ἐνώπιον τοῦ θρόνου.

In Cap. XXI.

Vers 2. Καὶ ἐγὼ Ἰωάννης εἶδον τὴν πόλιν &c. Omiſit Syrus ἐγὼ Ἰωάννης, id eſt, אֶנָא יוּחָנָן.

Vers 3. ܘܫܪܐ] Punctum inferius indicat præteritum. Ideo punctavimus וַשְׁרָא, & vertimus *habitavit.* Mallemus tamen puncto ſupra collocato ܘܫܪܐ, legere וְשָׁרֵא, & vertere *habitabit*. Sicut in Græco eſt σκηνώσει. uſitatum enim eſt Syris participio præſenti uti pro futuro.

Vers 4. Καὶ ἐξαλείψει ὁ θεός. Syrus ſimpliciter legit, καὶ ἐξαλείψεται, aut ἐξαλειφθήσεται. vertit enim וְתֵוּפֵא, quod fœm. gen. eſt, & intranſitivè dicitur de דְמַעְתָּא *lacryma.* Sic Jac. 4. 14. חַיַין לְדֻנָא מַוּפֵא *vita noſtra vapor deficiens*, ſeu *evaneſcens.* Sunt Conjug. Aphel à יְפָא. quod contrariæ ſignificationis eſt cum Hebr. יָפָה *ſpecioſum, pulchrum eſſe.* quæ enim deficiunt & evaneſcunt, omnem ſpeciem ac pulchritudinem amittunt.

Vers. 6. ܗܘܝܬ ܐܢܐ . ܐܠܦ ܘܬܘ] Ac ſi legiſſet, γέγονα ἐγὼ, τὸ Α καὶ τὸ Ω. quum in Græco ſit, γέγονε· ἐγώ εἰμι τὸ Α καὶ τὸ Ω. quod Syriace eſſet ܗܘܬ ܐܢܐ ܐܠܦ . ܐܢܐ ܘܬܘ.

Vers 10. τὴν πόλιν τὴν μεγάλην. ܗܝ ܪܒܬܐ. omiſit Syrus.

Vers 11. Poſt ἔχουσαν τὴν δόξαν τοῦ θεοῦ, ſequitur Καὶ ὁ φωστὴρ αὐτῆς. Pro eo habet Syrus אַיְך נַהִירָא דְזָלְגָא, ac ſi legiſſet, ὡς φῶς τῆς αὐγῆς.

Vers. 12. Καὶ ἐπὶ τοῖς πυλῶσιν ἀγγέλους δώδεκα. id eſt, וְעַל הָלֵין תַּרְעֵא מַלַאכֵא תְּרֵעְסַר non habet hæc Syrus.

Vers 13. ἀπὸ νότου πυλῶνες τρεῖς. ἀπὸ δυσμῶν πυλῶνες τρεῖς. deſunt in Syro. quæ ſic efferas, וּמֶן תֵּימְנָא תַּרְעֵא תְּלָתָא וּמֶן מַעְרְבָא תַּרְעֵא תְּלָתָא.

Vers 18. וְדוּמְסִיּוּתָא] corrupta vox eſt è Græco δόμησις. aut, ſi velis, lege דוּמְסִיּוּתָא.

Vers 24. Καὶ τὰ ἔθνη τῶν σωζομένων. id eſt, וְעַמֵא דְהָלֵין דְחָאֵין. Syrus τῶν σωζομένων non legit.

Vers 27. Poſt ποιοῦν βδέλυγμα, ſequitur, καὶ ψεῦδος, id eſt, וְדַגָלוּתָא. deeſt in Syro. quod autem ſequitur, εἰ μὴ οἱ γεγραμμένοι, Syrus vertit וְדַכְתִיבִין. ubi ו pro אֶלָּא ponitur: quod rarum. neque enim ו conjunctio apud Syros, tam late patet atque apud Hebræos, ubi omnes fere conjunctiones valet.

In Cap. XXII.

Vers 1. Ante ܩܪܘܣܛܠܘܣ omiſſa eſt particula ſimilitudinis, quæ in Græco exprimitur: ὡς κρύσταλλος, אַיְך קְרוּסְטַלוֹס vel אַיְך דַקְרוּסְטַלוֹס.

Vers 3. וְכָל נֶתְרָא] in Thargum Levit. 19. 10. נֶתְרָא reſpondet Hebræo פֶּרֶט, adeoque ſignificat *particularia illa grana decidua*, quæ in vindemia è racemis decidunt. à נְתַר *defluere, excidere.* Quum ergo præcedenti verſu de arbore ſingulis menſibus fructum ſuum latura actum ſit, videtur Syrus κατάθεμα hoc loco ſumpſiſſe pro *depoſitione, dejectione ac defluxu fructuum arboris*, ideoque vertiſſe נֶתְרָא.

Ibidem נְשַׁמְשׁוּהִי] Solent futura apud Syros in tertia plur. ſemper habere Nun paragogicum, נְשַׁמְשׁוּן *miniſtrabunt.* Unde cum affixo dicitur plerumque נְשַׁמְשׁוּנָיהִי *miniſtrabunt*

bunt illi. Interdum tamen abjecto Nun invenitur forma hæc נְשַׁמְּשׁוּהִי. ut Matth. 8. 25. ܕܢܥܝܪܘܢܝܗܝ *ut excitarent eum*, pro ܕܢܥܝܪܘܗܝ.

Vers. 6. Καὶ κύριος ὁ θεὸς τῶν ἁγίων προφητῶν. Syrus legit, Καὶ κύριος ὁ θεὸς τοῦ πνεύματος τῶν προφητῶν. vertit enim וּמָרְיָא אֱלָהָא דְרוּחָא דַנְבִיֵא.

Vers 11. ܕܡܛܟܠܐ] correctum in margine ܕܡܛܟܘܠܐ.

Ibid. דַצְּאָא] Literam servilem ד punctavimus cum Pathach, quamvis sequens litera non habeat Scheva, quia virtute habet Scheva. est enim pro דְצְאָא. Sicut בַמָאא pro בְמָאָא. quia Aleph ante se non patitur Scheva. unde & נֶצְטָאא punctavimus pro נִצְטְאָא, sicut dicitur אֶתְאֲמַר pro אֶתְאֲמַר, vide notas ad cap. 7. vers. 4.


Vers 17. ܕܢܣܒ] Mendum videtur illud punctum supra Nun participium præsens indicans, quum infra collocatum futurum formare debeat. Et si quis porro ܕ tollere velit, conveniet cum Græco. Sensus enim erit. *Qui sitit, veniat, & qui vult, accipiat aquam vitæ gratis.*

Vers 19. Ἀφαιρήσει ὁ θεὸς τὸ μέρος αὐτοῦ ἀπὸ βίβλου τῆς ζωῆς. Syrus legit, ἀπὸ ξύλου τῆς ζωῆς. vertit enim מִן קַיְסָא דְחַיֵא. Sequitur paulo post, דְהָלֵין דַכְתִיבִין, *eorum qui scripti sunt.* pro quo si scriberetur וְהָלֵין דַכְתִיבָן, *& iis quæ scripta sunt*, sensus planior esset, ac cum Græco conveniret.

Vers 20. Ἡ χάρις Ἰησοῦ Χριστοῦ μετὰ πάντων ὑμῶν. Syrus legit, μετὰ πάντων τῶν ἁγίων.

Monemus autem candidum Lectorem, non omnia quæ inter textum Græcum ac Syrum intersunt à nobis hîc esse observata, sed hinc inde quædam solummodo quæ præcipua videbantur. reliqua lectoris diligenti curæ commisimus.

SOLI DEO GLORIA.



AD

AD LECTOREM.

Monendus es nobis ante paucis, benevole Lector, quam in indicibus quid pervolvere aggrediaris. Animus erat prius singulos singulorum librorum in unum contrahere, ut, quacunque lingua quid quæreres, statim te ad quemlibet librum deduceret. Verum secus visum fuit, postquam & operæ instabant & editor moræ, qua diutissime trahebatur, pertæsus, opus maturandum censebat. Maluimus igitur instituti nostri rationem lubens permutare, quam permittere ut culpa nostra orbis literarius diutius hoc opus expetat ardentissimis votis. Hinc eadem serie eos quoque hic apponendos esse duximus quo in priori editione invenimus, ita ut, qui in Vetus Testamentum erant consarcinati, primas teneant, qui in Quatuor Euangelia, sequantur. Hos excipiunt Indices in Acta Apostolorum & qui demum extant in Epistolam ad Romanos &c. Numerorum denique accurata à nobis habita est ratio adeo ut non tantum qui libet suo titulo apte respondeat verum & cujuslibet paginæ columnæ accurate notentur, quarum alteram litera a alteram b notavimus. Varia præterea emendavimus in numeris sphalmata, tamen usque adeo omnia emendare non potuimus, quin perpauca numeris destituta relicta sint potius quam ejecta vel perperam notata. Vale.

INDI-

INDICES in V. TESTAMENTUM.

INDEX LATINUS.

A.

ADamas recte Naphtali tribuit. 29 a
Ægyptus sæpe רהב vocatur in Script. 212 b
Affixum nomen suum antecedens sæpe pleonasticum est. 78 a 104 b
Affixum apud Chald. sequente די mere pleonasticum est, apud Syr. sequente ד apud Rabbin. cum שֶׁל. 267 a
Affixum Hebr. sæpe est pleonasticum. 48 a
Angeli cur מעשה מרכבה à Maimon. vocantur. 256 b
Arabum tria genera. 10 b

B.

BDellium Beniamini est gemma. 4 b
Beniaminis error. 42 b. 84 a
Beniaminis commentum de Romulo. 69 b
Ejusdem commentum de Hadad Eser. ibid.
Beryllus quid. 31 b
Biblia Veneta & Basil. corecta. 76 b

C

CHaldaismus interdum Hebraismo admiscetur. 23 a
Cherubini unde sic dicti. 5 b
Chrysolithus quid. 31 a
Cœlis & astris vitam & intelligentiam Rabb. tribuunt. 131 a
Conciliatio loci 2 Sam. 10. 18. cum 1 Chron. 19. 18. 69 b
Conciliatio loci 2 Par. 22. 2. cum 2 Reg. 8. 26. 87 b
Conciliatio loc. Ezech. 24. 26. cum Ezech. 33. 21. 257 b
Conciliatio loc. Dan. 1. 2. Ierem. 25. 1. 2 Reg. 23. 36. 259 b
Cor impleri, Hebr. est audacem, superbum esse. 187 b
Cur dicit חַי יְהוָה & non חֵי יְהוָה. 51 a

D.

DE duodecim pretiosis lapidibus pectorali Aharonis appositis. 25. 26. & seq.
Decem verbis mundus creatus secundum Rabb. 1 a
Destructio Babelis, quæ, juxta Benjaminum. 199 b
Deus quomodo insederit arcæ. 60 b
Deus cur dicatur inhabitare laudes. 132 a
Dei nomen sæpe rem magnam & excelsam denotat. 75 b
Dies pro judicio. 122 b
Duplex negatio apud Hebr. intendit negationem. 78. b et 182 a

E.

ERadicatio, Esdr. 7. 26. quid sit. 98 a
Error Tarich. 59 a

F.

FAbula Iudæorum de imaginibus, de quib. 2 Sam. 5. 6. 67 b

G.

Genera apud Hebr. sæpe confunduntur. 101 b
Genevensium error. 117 b
Germani & Belgæ multas voces cum Persis communes habent. 102 b
Gilgal ubi sita. 48 b
Goliathi lorica quomodo squammata fuerit. 63 a

H

HEbræi pro compositis sæpe simplicibus utuntur. 49
Hesron & Hamul quomodo principes familiarum Iudæ Constituti. 42 a
Homo cur vespera Sabbathi sit creatus. 2 a
Homo cur unicus tantum creatus. 2 a
Hud, quis sit. 11. a

I.

IAcob an justè primogenituram appetierit. 16 a
Iddo quis. 99 a
Idolum unum idemque cur interdum nunc masc. nunc fæmin. gen. exprimatur. 276 b
Impersonale Hebræi per verbum activum, addito vel subintellecto אִישׁ, efferre solent. 166 a
Inepta expositio R. S. Jarchi vers. 11. Cap. 1. Gen. 1 b
Infinitivus præposito ל quum à nullo verbo præcedente regatur, signif. apud Hebr. debere, oportere aliquid fieri. 182 b
Infinitivus apud Hebræos temporibus non distinctus, ad omnia tempora referri potest. 4 a
Infinitivi activi apud Hebr. sæpe passivè sumuntur. 142 b
Infinitivus לַעֲשׂוֹת junctus verbo similem actionem includenti, fere redundat. 2 b
Interrogatio negans affirmat. 60 a. & 196 b. & contra affirmans negat apud Hebræos. 77 a
Job. quomodo dicatur primus homo natus. 114 a
Jobus quis & è qua stirpe prognatus. 105 a
Jonathan explicatus ad Jer. 13. 23. 40 a
Israëlitæ cur omnes urbes non incenderint. 49 b
Judæi quomodo in Deut. 6. 21. commententur. 43 b
Judæorum circa remißionem peccatorum varia commenta. 36 a
Judæorum varia commenta circa observantiam & trans-

transgreßionem legis. 36 a
Judæorum superstitio circa nomen Tetragrammaton. 38 b
Jupiter Ammon, unde sic dictus. 253 b
Juramenti Hebræor. ratio est, ut posita prima conditionatæ propositionis parte, altera subticeatur; quæ execrationem continet. 66 a. non reticetur autem quando bonum in eo continetur. ibid. b
Jus duplicis portionis ad solos filios pertinet. 45 a
Jus duplicis portionis quando ad neptim quoque pertinet. ibid.

K.

Korach cur capite calvus dictus. 41 a

L.

Laisch procul dubio peculiarem habuit regem. 55 b
Lepræ sanatio cur collectio dicatur. 79 a
Levitæ quæ cantica Davidis in templo canebant. 93 b
Linguæ non indulgendum. 175 a

M.

Maja nympha procul dubio ex Hebr. מים deducta. 1 a
Man quando cessavit. 48 b
Mazoretharum error in punctando. 90 a
Micha cum Matth. conciliatus. 288 a
Modi, proprietates cur תוצאות dicantur. 149 b
Montes quidam à se invicem recessisse dicuntur. 133 b
Moloch Ægyptiis est Mars. 38 a
Moloch notus fuit Israëlitis in deserto. ibid.
Mos puniendi apud Orientales. 97 b
Moses quomodo Æthiopissam duxisse dicitur. 40 a
Moses cur petierit videre gloriam Dei, rationem reddit Maimon. 33 a
Muhammedani in memoriam arietis loco Isaaci mactati decimum diem ultimi mensis observant. 15 a
Mundus quando creatus secundum Cabalistas. 1 a

N.

Nomen sæpe absolute pro Deo ponitur. 157 b
Nomen formæ constructæ junctum præterito importat defectum ꝗ אֲשֶׁר aut בַּאֲשֶׁר 201 a
Nomina mensurarum apud Hebr. 155 b
Nomina filiorum Adami indicia peccati. 6 a
Nomina Planetarum quæ Ægypt. 38 a
Nominativi absoluti quæ per quod attinet explicantur apud Hebr. sunt usitatissimi. 275 a
Numerus denarius sæpe pro multitudine in Script. usurpatur. 118 a

O.

Officiorum in unaquaque urbe quatuor gradus. 50 a
Orientalium mos reddendi lotium. 91 a. b
Osculum non admittitur ubi subjectio testanda. 20 b

P.

Participium præcedente nomine idem Hebræis ac nominativi absoluti Latinis. 6 b
Perinde est quomodo Ps. 22. 17. legatur כָּאֲרוּ an כָּאֲרִי 132 b
Pleonasmus affixi antecedentis nomen ad quod refertur, Hebr. est familiare. 172 b
Plurale magnitudinem rei sæpe denotat, & auget. 119 a 138 b
Post affix. prim. pers. emphaseos grat. sæpe Pronom. אֲנִי additur, quod eodem casu cum præcedente affix. est accipiendum. 270 a
Primogeniti quinam. 45 a
Primogenitis quæ bona cedebant. ibid.

Q.

Quando liceat fratrem odio habere secundum R. Mikotsi. 37 b
Quiescentia ultima He, & defectiva secunda radicali geminata, sæpe signif. confundunt. 178 a
Quinam Angeli Prophetis apparuerunt. 48 b
Quis ventus advexit ranas in Ægyptum, & quis eas repulit. 23 b
Quodnam fuerit statutum de filia Jephtæ. 52 b
Quomodo Gen. 2. dicitur nullam fuisse stirpem, quia nec pluvia ciderat, nec homo erat qui terram coleret, cum c. 1. dicatur Deus solo suo verbo effecisse, ut terra herbas & arbores produceret. 4 a
Quomodo frater corripiendus, secundum R. Mikotsi. 37 b

R.

Rabb. Adamum authorem faciunt Psalmi XCII. 160 b
Rachelis sepulcrum quantum à Bethlehem distarit. 19 a
Regem non fuisse in terra Jud. 18. de qua terra intelligendum. 55 b
Res devota Deo soli competit. 49 a
Rubinus à rubendo sic dictus. 25 b

S.

Sacrificiorum externa observatio nihil prodest. 6 a
R. Salomon. figmentum. 123 a
Samuel Proph. filius fuit Elkanæ non Usairi. 59 a
Sardius lapis optime Rubeni tribuitur. 25 b
Simplex טֶרֶם quando signif. antequam. 3 a
Sinai quomodo à Davide dicatur in sanctuario esse. 149 a
Smargadus vel carbunculus rectè Iudæ tribuitur. 27 b

Spi-

Spina dorsi cur עָצֶה *dicta.* 35 a
Substantiva apud Hebr. sæpe usurpantur pro adjectivis superlat. gradus. 185 a
Syria unde dicta. 10 b

T.

T Almudicorum explicatio summæ legis. 53 b
Ταυτολογία *nulla est in versu 9 & 11. cap. 19. Exod.* 36 b
Topasium recte Simeoni tribuitur. 26 b
Tunica unde dicta. 25 b
Turcois quid. 31 a

V.

V Erba veniendi sequente ב *apud Arab. signif. adducere, adferre, proferre.* 152 a
Verbum antecedens Infin. לעשות *recte latinè vertitur adverbialiter, Infinit. autem* לעשות *per antecedentis verbi tempus. quod in aliis & infinit. obtinet.* 2 b
Verbum singulare sæpe apud Hebræos cum plur. construitur. 68 a
Vita perpetuitatem sæpe signif. 134 a
Usus לְ *apud Hebræos.* 53 a

INDEX HEBRAICUS.

א.

אבחת ab Æth. אבח potestatem dare. 257 a
אבד Æthiop. stultus. hinc אבד perire, potest etiam esse stultescere. 47 a
אָדָם unde & quid. variæ de eo sententiæ. 25 b
אדרגזריא qui. 263 b
אנ exclamandi particula. 122 a
אָוֶן dolor. 294 b
אוֹדָה quid, & unde. 14 b
אונינן & מתאבלין quid differant. 39 b
אזב Æthiop. quid. 24 a
אֵזוֹב quid. ibid.
אַזְבָּרָה quid. 34 b
אַחְלָמָה quid & unde. 30 a
אחצן Æthiop. lactare, quasi sinum præbere. 92 b
אַחֲרָי vox Chald. vel Syr. & signif. posterior. 90 a
אחרו Æthiop. quid, & unde. 35 a
אחשדרפאן quid & unde. 102 b
אֲחַשְׁתְּרָנִים quid & unde. 104 b
אַחַת semel. 299 b
אֵי לָזֹאת idem quod לָמָּא. 238 a
אַיִן sine. 131 a
אִישׁ הַבֵּנַיִם cur Goliath dictus. 62 b
אַךְ certe, utique. 201 b
אֱלֹהִים unde. 23 a
אַלּוּף amicus. 142 b. 245 a
אֱלֵי potius *ad* quam *in* signif. 114 b
אלמנה quid, & unde. 199 b
אִם particula jurandi. 64 b
אִם sæpe idem quod באמת. 249 b
אִם & הַאִם iteratio interrogationis. 108 b
אמונה firmitatem, securitatem sæpe signif. 135 a
אמצים quid. 302 a
אָמַר mandare. 295 a
אמר Æthiop. quid. 45 b
אִמְרָא quid. 166 b
מִלָּה, דָּבָר, אֹמֶר quid. 120 b
אנס quid. 266 a
אנקלקל Æth. concuti. 238 a inde Hebr. התקלקל ibid.
אסף colligere sæpe est auferre. 216 b
אָסְפַּרְנָא quid & unde. 96 a
אַפַּיָא Chald. & עֲפָאִים Hebr. quid. 266 a
אַף כִּי. 106 b
אֶפֶס non, nisi. p. 223 b. item tantummodo, solummodo. ibid.
אֶפְעֶה quid. 119 b
אצעדה fortasse ab Æthiop. צער albus. 65 b
אַדְנֵז unde. 61 a
ארבה. 206 b
ארה Æthiop. quid. 25 a
אֲרוֹן unde. ibid.
אִשׁ pro יֵשׁ. 288 b
אֲשִׁישִׁים lagenam, non fundamentum signif. 201 b
אשדוד הפסנה ubi sita. 42 b. 43 a
אשפר quid & unde. 68 b
אשר imo, certe. 107 a. 161 b. utique. 168 b
אֲשֶׁר adverb. si, ut, eo quod interdum quoque, etiam, imo, quin imo &c. 67 b
אֲשֶׁר pro particula Emphatica, utique. 90 b. item signif. ut. ibid.
אֲשֶׁר auget quandoque affirmationem. 186 a
אֲשֶׁר pro על אשר 253 b. item pro particula affirmat. ibid.
אִתָּם אֲשֶׁר עִמָּכֶם præcedente signif. quibuscum. 88 a
אֶשְׁתַּדּוּר quid & unde. 95 b
אֵת pro מֵאֵת. 72 b
אֵת interdum nominat. designat. 250 a
אֲתַר sequente דִּי vel דְ quid. 96 b

ב.

ב ut apud Arab. sic & apud Hebræos 179 b. sæpe nominat. format. 32 b. 33 a. 45 b. 54 a. 186 b.
ב sæpe pleonasticum. 141 a
ב & ל nominat. sæpe format. 76 b.
בֶּגֶד suprema vestis. 252 a
בִּירָה quid & unde. 199 b
בְּלוֹ quid & unde. 94 b
בִלְעֲדֵי quid. 11 b
בְּנֵי אָדָם & בְּנֵי אִישׁ quomodo differant. 288 b

בעיר ex lingua Arab. quid. 21 a
בַּעַל nuptiæ Æthiop. 45 a
בָּרָא לַעֲשׂוֹת Gen. 2. 3. quomodo explicandum. 2 b
בְּדֹב Rabbin. quid. 106 a
בָּרָה maledicere. 16 b
ברכה Æthiop. sæpe absolute pro bonis utuntur. 306 a
בָּרֶקֶת quid & unde. 27 a
בַּת interdum quid. 301 a

ג.

גבא Æth. est colligere. 213 b
גור metuere, formidare. 274 a
גָּזַם quid & unde. 281 a
גזם Æth. exscindere. ibid.
גור masticare. 197 a
גִּיל quid. 260 a
גַּמָּדִים qui, & unde sic dicti. 257 b
גמם Arab. copiosum, multum esse. 293 a
גנב sæpe est fallere. 18 a
גער construct. cum ב. quid. 20 a
גֵּר quid & unde. 123 a
גָּרֶם quid. 80 b
עֶצֶם & גֶּרֶם synonyma. ibid.
גרף quid & unde. 51 a
גרף Æthiop. rete sagena. ibid.

ד.

דבר idem quod דבר שפתים. 41 b
דבר Æthiop. quid. 24 a
דבר Syr. & Chald. ducere signif. 193 b
דבש prop. secundum Judæos quid. 44 a
דַּחַיָּן quid. 269 a
דִּי־לָא sine. 262 a
דְּלָא absque, sine. ibid.
דק variæ de eo conjecturæ. quid propriè. 38 a
דרך calcare. 255 b
דֶּשֶׁא & עֵשֶׂב quomodo differant. 1 a

ה.

הֲ pro הֲלֹא. 60 a
הֲ junctum cum כי idem quod הֲלֹא. 17 b
הוּ pro אֲשֶׁר. 273 b
הוכיח. 14 a. 18 b
הוֹשִׁיב Esdr. 10. 10. usu Æthiop. quid. 101 a
היבין cum ב attendere. 283 b
הָיָה in Niph. non tam signif. esse, quam fieri. 260 b
הִין facile esse, in hiph. etiam vile ducere, spernere. ex ling. Arab. 42 b
הֲלֹם quid. 12 b
הֵמָּה pro אַתֶּם. 296 b
סֵפֶר הַמִּקְנָה quid. 250 a
הנגב quid. 302 b
הסכמה quid & unde. 297 b
הָעֲכָסִים quid. 192 b
הַצְלַח quid. 265 a
הֵקַל vilipendere. 196 a

ו.

ו interdum retributivum. 72 b. 79 b
ו Præcedenti particula prohibendi signif. ne. 37 a
ו copula significat. interdum quum, sic ϰ & apud Græcos. 146 b
ו sæpe copulat prædicatum cum subjecto. 63 b
ו sæpe interrogat. 141 a
ו Hebræorum sæpe idem quod latin. tum. 17 b
ולא interdum interrogative sumitur. 254 a

ז.

זוּ quid. 39 a
זֶה adverb. temporis, jam. 77 a
זֶה pro אֲשֶׁר. 76 b
זִמָּה & מְזִמָּה scelus, item solertia. 176 a

ח.

חֶבֶל quid. 304 b
חג absol. est festum tabernaculorum. 157 a
חַוָּה idem quod Arab. חַי. 42 a
חוזה non visionem sed videntem signif. 85 a
חוֹץ Æthiop. arena. 121 b
חוש festinare, Æth. est movere. 211 a
חוזז quid & unde. 124 a
חָטָא quid propriè. 294 b
חטא quid Æthiop. 56 a. in Piel חִטֵּא cur mundare, expiare signif. ibid.
חטה prop. quid. 56 a
חי quid apud Maimonidem. 107 b
חַי יְהוָה cur dicatur, & non חֵי יְהוָה. 16 b
חַיַּת קָנֶה quid. 51 a
הלה Æthiop. sollicitum esse, sollicite cogitare. 150 b
חִלּוּק quid. 64 b
חַלּוֹת absolute precari. 63 b
חֵלֶף quid. 257 a
חלף renovari. 110 a. 111 a
חֲמָסִים quid & unde. 159 b
חמר quid. 232 a
חסיר quid. 154 a
חֵפֶץ voluntas, pro re. 127 a
חצן quid. 185 a
חצץ Æthiop. parvum esse. 121 b. inde חָצָץ calculus. 92 a
חֶדֶר conclave. ab Æthiop. חדר manere, habitare. ibid.
חרץ. 257 a
חֲרָשִׁים quid. 198 b
חֲרִישִׁית quid & unde. 191 b
חָשַׁח Syr. & Chald. utile esse, prodesse. 184 b
חָשַׁח quid. 264 a
חשש Æth. quærere. 100 b
התה Æth. accendere, inde מַחְתָּה acerra, thuribulum. 216 b

ט.

טַבָּחִים qui & unde sic dicti. 177 b
טוב beatus. 20 b
טוב interdum idem est quod Syr. טוּבָנָא beatus. 163 b
טלה Rabb. & Æth. quid. 192 a
טֶרֶם signif. propriè nondum. 61 a
בְּטֶרֶם antequam. 3 a

י.

ידה jacere. sicut Æthiop. ודי 255 a
ידע deserere. 171 b. & 173 a
ידע in hiph. perdidit. 51 a

יהוה & אל nomina Dei sæpe rem magnam excelsam denotant. 75 b
יְהֻלִּם quid & unde. 29 a
יום quæ ejus signif. 164 a
יוֹשֵׁב הַכְּרֻבִים quæ phrasis. 60 a
ילד de viro etiam dicitur. 7 a
יָם מַיִם est mare mediterraneum. 289 b
יעה adurere, procul dubio ab Æth. ועי. 211 a
יעה Æth. quid. 25 a
יָעִים quid, & unde. ibid.
יְקָרַת quid & unde. 22 b
יקיר Syr. & Chald. quid. 140 b
ירד deprimi ad majorem ignominiam. 254 a
ירק idem quod Æthiop. ורק. 40 b.
יֵשׁ non tamen verbi quam nominis significat. habet. 166 b
יָשְׁפֵה quid. 31 b

כ.

כ & ב partic. eadem vis. 2 a
כִּבְרַת quid. 19 a
כדן Æthiop. quid. 25 b
כהה quid. 221 b
כֹּהֵן quid. 230 a
כֹּהֵן non tantum ad Eccles. sed & ad Politicam dignitatem refertur. ibid.
כִּי pro כִּיאִם sed. 104 a
כִּי idem sæpe quod ἀμήν. 58 a
כִּי sed. 196 a
כִּי sæpe auget id quod dicitur. 70 b
כִּי junctum cum הֵן quid. 17 b
כִּי כִּיאִם quamvis, etiamsi. 58 a
כיד Æthiop. quid. 121 b
כִּיּוּן Saturnus. ut Arab. כִּיוָאן 281 b
כִּיּוֹר unde. 32 a
כִּלְאַיִם quid & unde. 37 b
כל præcedente partic. negat. אַיִן signif. ullus. 183 a
כל substantivum regit alterum substantiv. in genitivo. 71 a
כל junctum affix. 3. perf. significat omnis. 61 a
כָּל קֳבֵל דִּי propterea quod, & propter quod, quamobrem. 261 a
כלה quid. 118 a 198 a
כָּלָה quid & unde. 108 a
כלכל quid. 163 b
כַּמֶּה propriè quot. item secundum Rabb. multum. 302 b
כמו quid. 302 a
כְּמָרִים qui & unde. 296 a
כֵּן particula illationis. 277 b
כֵּן rectè. 160. a 165 b
כֵּן pro אָכֵן כֵּן 146 a
כֵּן etiam pro dignitate sumitur. 32 b
כַּנּוֹ כֵּן quid. ibid
כְּנֶגֶד quid. 4 b
כִּנָּרָה quid & unde. 156 a
כנן Arabib. quid. 32 b
כֶּסֶה quid. 157 a
כֶּסֶל spes. 141 a
כֹּפֶר quid. 8 b
כְּפָר quid. 87 b
כפר Æth. modium. ibid
כרא quid. 269 b
כרוב idemquod רכוב. 5 b
כִּרְכַּר unde. 68 b
כשר & כושרות quid. 147 a
כתנת quid proprie. 25 b

ל.

ל infin. præpositum sæpe signif. oportet. 146 a
ל sæpe format Gerundium in dum. 175 b
ל sæpe nominat. inservit. 268 a
ל sæpe nota accusat. 75. a 154 a
ל propter. 130 a
ל interdum signif. de. 132 b
ל juxta, secundum. 99 b
לא אוכל non possum, pro, non possum ferre. 191 b
לאט quid. 20 a
לאף Æthiop. quid. 21 a
לְאַחֲרֵךְ quid. 96 b
לֶהֱוֵא Esdr. 4. 12. quid sit. 94 a
להק Æthiop. quid. 64 a
לְוִיָתָן quid. 105 b
לוּלֵי quid. 165 b
לֶחֶם caro. 245 a
לָכֵן propterea quod. 229 b
לָכֵן interdum particula affirmans est. 271 b
לָכֵן interdum asseverandi particula. 6 b
לָמוֹ pro לוֹ. 133 b
לְמַעַן interdum imperat. 142 b
לְנֶגֶד idem sæpe quod נֶגֶד. 173 a
לַעֲשׂוֹת Infinit. junctus verbo similem actionem includenti fere redundat. 2 b
לפני. 183 b
לִפְנֵי idem quod ἐνώπιον. 67 a
לֶפֶת Rabb. rapa. 57 b
לְפַרַת idem quod אָחוּ. 53. a 57. b 108 b
לקח auferre, vi capere. 91 b
לְשֵׁם quid. 29 b

מ.

מֵאֵין pro, quia non est. 307 a
מאס pro מסס. 109 b
מבלינית quid. 143 a
מגבה quid & unde. 292 b
מִדְבָּר unde. 24 a
מדר quid, ex ling. Arab. 109 a
מָהִיר doctus, peritus. unde. 137 b
מהר Æth. docere. ibid
מַהֵר שָׁלָל חָשׁ בַּז Esa. 8. 1. quid sit. 194 b
מו affix. sæpe nota singularis numeri. 10 a
מו affix. non plural. tantum sed etiam singul. est, ut ex Æthiop. patet, in qua perpetuo occurrit. 226 b.
מוט quid. 139 b
מוֹעֵד quid. 154 a
מוֹרָא, פחת id quod σέβασμα. 154 b.
מומם quid. 78 a
מחא sequente accus. est percutere: at sequente ב in, est injicere in corpus id quo illud liges. 267. b. Hinc Talmud. sequente ב est impedire, cohibere. ibid
מחה evellere, ut & Æth. 86 b
מטבחת Æthiop. quid. 20 b

מטטור quid. 8 a
מִיַּד Chald. & Rabb. statim. 171 a
מַיִם non dual. sed plural. num. est. 1 a
מִיק Chald. & Syr. irridere. 153 a
מכרה quid. 22 a
מִכְתָּם quid. 130 a
מלא variæ ejus significationes. 115 a
מלא הגוים quid. 21 b
מלא pro שָׁאַב hausit. 191 b
מַלְאָךְ quid & unde. 21 b
מלאך Æth. non angelum tantum sed & principem signif. 309 a
מַלֵּה Æthiop. prodere. 93 a
מלה Arab. cibare. ibid.
מַלָּה Arab. pulchrum esse. ibid.
מֶלֶךְ unde. 23 a
מלחחת Æth. maxilla. 144 b
מִן sæpe partitivè sumitur. 77 b
מִן pro causa efficiente. 150 a
מִן ex ut Arab. ita & Hebr. sæpe nominat. format. 52 a. 263 a
מִן interdum genitivum format. 291 b
מִן interdum quosdam denotat. 203 a
מִן sæpe, junctum nomini, negat. 299 a
מִן propter. 245 a
מִן sæpe particula partitiva. 52 a
מִן quidem, sane. 145 b
מִנְדָּה quid & unde. 94 b
מִנְדָּה, בְּלוֹ, & הֲלָךְ quid differant. 94 b. 95 a
מַסָּה quid. 82 a. b
מְעִל quid. 185 a
מעל supra, superne. 254 b
מַעֲלָה ad præteritum & futurum tempus refertur. 300 b
מְעָנָה fulcus. 62 a
מצא invenire, consequi: item incipere consequi. 228 b
מְצָא quid. 138 b. מְצוֹי. ibid.
מצנפת quid. 35 b
מִקְוֶה quid. 76 a
מִקְוֶה Esdr. 10. 2. quid. 100 b
מָקוֹם Hebr. pro Deo sumunt. 210 b
מקץ & מקצה universitatem passim denotant. 255. b. 258 a
מרבנות Æthiop. rete jaculum. unde. 131 a
מרח forte ab Arab. מרח quod est inundare, fricare. 220 a
מְרִיא. 68 b
מרעוי Æth. sponsus. 237 a
מִשּׁוּם & עַל שׁוּם ob causam, propter. 96 a
משח ungere, & polire. 204 b
מָשַׁךְ proprie & absolute quid. 238 a
משפחה unde sic dicta. 46 a
מַשְׁתִּין בְּקִיר quid. 65 a
מתים habet singul. in ling. Æthiop. 42 b

נ.

נָאֲמָן quid. 112 b
נֶגֶב sicca, arida terra. 284 a
נֶגֶד proprie nomen est & quid signif. 4 b
נגוש Æth. rex. 304 a
נָה affix. pro. נוּ 23 a
נוֹאָז quid. 217 a
נוֹגֵשׂ quid. 304 a
ניצוה quid. 127 a
נכחת quid. 20 a
נְכֹחַת interdum substantive usurpatur. 14 a
נכי Æthiop. lædere. 67 b
נְכִים claudi. 134 b
נֵכָר è ling. Æthiop. stupendum.
נְסִיבֵי אדם qui & unde sic dicti. 288 b
נסע quid prop. 52 b
נָפַךְ unde & quid. 28 a
נָפַל cadere pro injici usitatum in Chald. & Syriasmo. 264 b
נפש interdum cadaver signif. 9 a
נפש non tantum animam sed & corpus quandoque denotat.
נַפְתָּלִים qui proprie. 162 a
נצח Æthiop. quid. 32 a
נקה. varias admittit signific. 83 a
נקה proprie signific. vacuum esse. sed ob varia objecta varias etiam accipit significationes. 281 a
נקם passive quid. 33 b
נקע recedere, è loco suo avelli. Æthiop. est rumpi. 7 a
נקף ex usu Chald. quid. 257 b
נקיר Æthiop. quid. 118 a
נרגן quid. 41 a
נשך & תרבית quomodo differant. 173 b
נשרת Æth. destruere. 38 b
נתן sæpe signif. ponere, facere. 203 a
נתונירת Esdr. 8. v. 17. quid sit. 139 a

ס.

סַבְהָלוֹם Chald. unde. 99 a
סְבַר putare, item sperare, confidere. 29 a
סג Æthiop. quid. 271 a
סוג Æth. malus. 39 a
סחף quid. 173 a
סלד Rabb. quid. 252 b
סֶלָה quid. 108 a
סְעִפִּים quid. 126 b
ספר in Piel quid. 164 a
סַפִּיר quid. 132 b
סרה Æthiop. lassari. 28 a
סָרַח Hebr. redundare. Chal. fœtere, Syr. corrumpere. 254 b. 282 a

ע.

עבי Æthiop. quid. 47 a
עבט Æth. cogere. 279 b
עָבַר quid. 248 b
עָנָה quid. 273 b
עַד ita sæpe refertur ad tempus præcedens, ut de sequenti contrarium non affirmetur. 205 b
עטף reverti, ex ling. Syr. & Arab. 228 a

עיר

עיר pro צִיר. 246 b. & 266 b
עַד usque ad, interdum quoque etiam. 59 a
עַד דִּבְרַת דִּי donec. 267 a
עוֹלָה iniquitas. 229 b
עול Æth. pullus. 224 b
עזב variæ de eo sententiæ. 89 b
על scribitur cum patach, cum loco præpositionis construitur cum sequenti: cum camets autem quando absolute & adverbialiter sumptum signif. supra, sursum. 274 a
על pro de. 160 a
על cum adjuncto affixo personæ, quid. 12 a
עלה attolli ad majorem dignitatem. 154 a
עָלָה ascendere item abire, recedere. 292 a
על יד quid. 105 b. & 240 a
עַל כֵּן pro עַל אֲשֶׁר כֵּן propterea quod. 136 b. & 251 b
עַל כֵּן idem quod עַל אֲשֶׁר. 72 a
עלל ex usu Syr. intrare. 115 b
עלם Æthiop. obscurari. 148 b
עִם de duobus & tribus etiam dicitur, & eodem ferè sensu דור quoque usurpatur. 61 a 86 a
עִם interdum cum fœmin. construitur. 54 b
עמס Æthiop. malum. 149 b
עפל quid. 41 a
עֲפֵלָה quid & unde. 293 b
עצה claudere Æthiop. 173 b
עֶצֶר quid. 55 a
עֲצֶרֶת. 191 a
עָצוּר & עָזוּב quid. 47 b
עקב Æth. custodire. 125 b
ערג quid. 136 a
ערה nudavit. item complanavit. Æth. 297 a
ערה Æthiop. complanare. 56 b. 167 b. 205 a
ערך cur paritatem signif. 53 b
ערך Æthiop. socius. ibid.
ערף Æth. quiescere. 193 b
ערק Æthiop. nudus. 124 a
עָשׁ quid. 109 b

פ.

פחה Chald. quid. 174 a
פוש quid & unde, Æthiop. signif. sanum esse. 292 b
פוש quid. 255 a
פסג quid. 140 a
פִּטְרָה quid. variæ de eo sententiæ. 140 b
פלג Æthiop. quid. 126 a
פלט Æthiop. quid. 143 b
פלש Æthiop. migrare. 613 a
פִּנָּה, פֵּאָה, זָוִיָּה, קָצֶה quæ voces extremitatem signif. ad excellentiam & primatum etiam adhibentur. 208 b
פצח.
פרק Hebr. & Chald. etiam abrumpere, item deponere. 267 a
פרשים equi. 205 a
פַּרְתְּמִים unde. 102 a
פַּשׁ prosperitas. 124 b
פָּשַׁט exuere, vestem detrahere. 292 b
פַּת. 13 a
פַּתְבַּג quid. 260 a
פתה Æthiop. concupiscere. 124 b
פתח variæ ejus signif. 200 a
פָּתִיל quid. 32 a

צ.

צֹאָה ab Æthiop. צָאָ olet. 193 a
צב quid. & unde. 39 a
צְבוּתָא & צְבוּ voluntas, item res. 269 a
צְדָא Syr. & Chald. illusit, subsannavit. 263 b
צַדִּיק non tantum est justus, sed & verus. 221 a
צדקה Rabb. Chald. eleemosyna. 163 b. in Script. sæpe misericordia. 164 a
צִוָּה mandavit, sæpe etiam de ordinatione consilii & providentiæ divinæ usurpatur.
צִיִּים de hominibus feris etiam usurpatur. 153 b
צָחָה quid & unde. 193 a
צלם Æthiop. quid. 112 b
צֶמֶד שָׂדֶה quid. 62 a
צמת. 301 a
צנח Æthiop. quid. 50 b
צָנַף volutare. 205 b
צען Æthiop. idem quod רכב vehi. 217 a
צָעִיר quid. 249 a
צָפוּ Job 15. 22. quid. 114 b
צַפְצָף quid. 195 a
צרח Æthiop. cœnaculum. inde צְרִיחַ. 51 b
צרר scrupulus. 178 a

ק.

קָדִים quivis ventus. 23 b
קוֹהַ quid & unde. 229 b
קָהַם quid. 277 b
קנה quid. 11 b
קנה Æthiop. operari. 304 b
קַנְכִּירֵי unde. 29 b
קָצִיר quid. 273 a
קרץ quid & unde. 153 a

ר.

ראה & חזה cum ב quid. 133 a
רֵאשִׁית præcipuum. 170 b
רַב multus, & magnus. 187 a
רִבָּה usuram capere. hinc in Kal. posset esse usuræ dare. 92 a. 137 a
רוּד ab Arab. ראד velle. 278 a
רֶדֶת descensus, pro imo etiam sumi potest. 216 a
רהב de Ægypto dicitur. 213 a
רוּד quid. 235 a. b
רוּחַ הַיָּם quis ventus. 23 b
רוץ currere, sæpe non cursum propriè dictum, sed festinantem actionem denotat. 293 b
רכב jungi, componi. 84 b Æthiop. invenire. ibid.
רֶכֶשׁ equi celeres.
רמך quid, & unde. 105 a
רָעַם murmur ac strepitum edere. 59 a
רפק Æth. est recumbere, accumbere. 190 b
רשה Æthiop. reus est. 162 a

רִשְׁיוֹן quid & unde. 93 b
רשעים unde ſic dicti. 126 a

ש.

שֶׁ aliquando cauſalis particula eſt, nam. 190 a
שְׁבוֹ quid & unde. 30 a
שֵׁבֶט non ſemper tribum, ſed ſæpe unius tribus familiam ſignif. 53 b
שִׁדָּה quid & unde. 181 a
שרי quid. 13 a
שֹׁהַם quid. 31 b
שָׁוָה idem quod עָרַךְ & quid. 103 a
שום efficere ut res ſit. 101 b
שום ponere, & diſponere. 49 a
שִׂים כארץ abolere, proſternere. 281 a
שון Æthiop. ſpumare. 85 b
שׁוֹעַ nobilis. 214 b
שוטרים & שופטים qui. 44 b
שות ponere, item dare. 255 b
שחת quid & unde. 257 a
שַׁחֲרוּת unde. 189 a
שִׁין unde. 85 b
שִׁילֹה quid & unde. 22 a
שכם humerus, unde. 22 b
שָׁלֻה error, item peccatum. 264 b
שִׁלְחוֹ Nehem. 4. 23. quid. & unde. 91 b
שלם in Piel apud Syr. ſignif. proficere. in hiph. tradere. 286 b
שַׂלְמָה & אֶדֶר quomodo differant. ibid.
שליש quid & unde. 155 a
שָׁמַר cavere. 130 a
שנה ex uſu linguæ Syr. quid. 102 b
שנן quid & unde. 43 a
שעמת quid & unde. 253 b
שַׁעַר ab Æthiop. שער. 15 b
שֶׁפִי quid & unde. 41 b
שקל Æthiop. quid. 86 b
שרך Æth. veſpere, ſero, inde forte Hebr. שָׂרַךְ vel ab Arab. שרך communem reddere. 234 b
שָׁרַץ in linguà Æth. dicitur etiam de herbis è terra germinantibus. 2 a
שרק Æthiop. ſplendere 203 a hinc שְׁרִיקוֹת ibid.
שרירות quid & unde. 46 b
שרשו pro שרשות eradicatio Eſd. 7. 26. quid ſit. 98 b
שֵׁשֵׁא quid & unde. 258 b

ת.

תֵּבֵל orbis pro certa quadam ditione. 202 a
תוּעָה quid. 90 a
תוּשִׁיָּה quid & unde. 107 b. 110 b
תחות Æthiop. ab Hebr. תחת 8 b
תַּחַת infra, deorſum. 197 a
תְּכוּ à תָּכָה quod Arab. eſt accumbere. 47 b
תנה quid & unde. 50 b. 52 a
תרפים qui & unde ſic dicti. 18 a
תַּרְשִׁישׁ quid. 30 b

INDEX GRÆCUS.

A.

Ἀδάμας unde. 29 a
Ἀμέθυσον quid & unde. 30 b
Ἀέρ quid. 17 b

E.

Ἔνεπε apud Homer. quid & unde. 19 b
Ἐξ interdum quoſdam denotat. 203 a
Ἐπίθετος quid. 126 b

H.

Ἠ μὰ non eſt jurandi formula. 225 a. & 297 b

I.

Ἱμάτιον ſuprema veſtis. 252 a
Ἵνα, interdum imperat. 142 b

K.

Καὶ pro quum. 146 b
Κεγχρίτης unde. 29 b
Κλέπτειν furari pro fallere. 18 a

M.

Μήσωρ unde. 8 a

Σ.

Συντελεῖν καὶ συντέμνειν λόγον quid apud Apoſt. 198 a

O.

Ὅπως interdum imperat. 142 b
Οὐ δύναμαι non poſſum, pro non poſſum ferre. 191 b
Οὗτος pro ὅς. 273 b

X.

Χιτὼν unde. 25 a
Χοῖρος unde. 35 b

INDEX SYRIACUS.

ܢܡܘܪܘܬܐ audacia, inde forte נְמָרִים apud Hebr. 257 b
ܣܓܝ copiosum, multum esse. 293 a
ܢܦܩ quid. 51 a

ܪ

ܢܪܝܢ quid & unde. 26 b

ܫܫ

ܫܠܚ exuere, spoliare. 127 b

ܬ

ܬܠܬ adverbium, quid. 16 a

ܫ

ܫܪܫ quid. 18 b
ܫܡܫ quid. 140 b

ܟ

ܟܪܙ fœdare. 131 b
ܟܘܡܪܐ sacerdos, item æditus. 296 a
ܟܒ quid. 17 b
ܟܪܐ exultatio, gaudium. 68 b

ܡ

ܡܗܝܪܐ doctus peritus. 137 b

ܠ

ܠܚܐ lædere. 67 b
ܠܡܠܬܐ quid & unde. 29 b

ܦ

ܦܫܡܠܐ quid. 28 b

ܥ

ܥܩܒ investigare. 125 b
ܨܒܘܬܐ voluntas, pro re, ac negocio. 185 a

ܨܪܐ quid. 28 a
ܨܚܪ contumelia & dedecore affecit. 249 b

ܩ

ܩܘܩܠܬܐ exclamatio, vociferatio. 180 b
ܩܢܩܢܐ unde. 30 a
ܩܢܢܐ quid. ibid.

ܪ

ܪܛܢܬܐ querela, murmuratio. 59 a

ܫ

ܫܒܝܠܐ semita, propositum. 181 a
ܫܠܡ quid. 253 b
ܫܦܐ polire, abradere. 147 b

INDEX ARABICUS.

الخن 228 b
اتقي 22 b
آخش 102 b
اخشور 101 b
ادريس 8 a
استر 105 a
اعصر 47 a
اف 60 a
الف 142 b
اله 23 a
الة الظلم 22 a
انبار 18 b
او 60 a
الاجل 283 b
الارض البايرة 199 b
الجلة 230 a
الجسد 80 b
الحاذق 137 b
الحرون 258 a
الحي 42 a
الخصب 230 a
الخفي 232 a
الرمك 105 a
الرها 10 b
الربانة 46 b
السموات 1 a
الصاحب 143 a
الصخرة 8 b 17 a
العز 230 a
العرب 47 a
العطشانة 46 b
الغرس 105 a
الفسطاط 203 b
القاهرة ibid
القسم 80 b
القصر 199 b
القطع 80 b
الماهر 137 b
المسايل 266 b
المستبصر 137 b
المستظهر ibid
المسري 8 b
النمام 173 b
بار خدا 102 a
برذم vel بارذم ibid
بال 279 b
بسر 250 a
بعير 21 a
بلوط 20 a
تاهل 47 a
تجلي 15 a
تصديق 271 a
تعزي 47 a
تغية 22 b
توقي ibid.
تل حجارة 18 b
ثقل 140 b
ثناء 50 b 303 b
جاثور 101 b
جردي 9 a
جرم 80 b
جزم
جمل 21 a
جمة 293 a
جيل 6 b
حبل 304 b
حديد 178 b
حرش 284 b
حرك 131 b
حصن 199 b
حمى 154 a
حوج 273 b
حي 150 b
خاخل 192 a
خمر 154 a

دانستن	281 b	صلح	265 a	كن	156 b
دبح	279 b	صهيون	142 a	كور	32 a
دربان	102 b	طغي	221 b	كيوان	281 b
ذكر	34 b	ظل	186 b	كيون	ibid.
ذو الحجة	15 a	عابر	11 a	ليلة المعرج	8 b
رجع	228 a	عبد الحارث	8 a	مذهب	282 b
زجل ممنوع	281 b	عبط	279 b	مشقة	12 a
برزية	205 b	عشرة	141 b	مصر	203 b
رصاء	207 b	عرب	10 b	مقصورة	199 b
رعي	140 b	عطف	228 a	ملاء	22 a
رفيف	190 b	عقد	304 b	ملح	95 a
رقة	11 a	علي	12 a	منغ	203 b
رنحور	102 a	عوسج دراي	5 b	مبل من الارض	19 a
زونك	8 b	عبد تكامل القمر	156 b	ناقة	61 b
ساق	141 b	غفل	293 b	ناموس	102 a
سبط	169 b	فرج	266 a	نظر	13 a
سرور	68 b	فصح	200 a	نعيم	52 a
سن	43 b	قبالة	4 b	نقض	304 b
سواك	20 a	قبض	196 b	نكيث	20 a
سبيل	22 b	قدر	37 a	هان	
شدة	13 a	قرض	253 a	هل	142 b
شذر	95 b	فسخ	231 b	همس	232 a
شذرة الادب	130 a	قني	150 b	هود	11 a
شرك	234 b	قوم	61 b	ودع	171 b
شق	279 b	كثر	143 a	وقي	22 b
شيح	20 a	كروة	61 b	يبس	231 b
صدف	270 b	كلاء	37 b	يسر	176 b
صلب	231 b				

INDEX LOCORUM S. SCRIPTURÆ.

Genes. 17. 17.	59 b	2 Chron. 17. 14 &c.	240 a	Esa. 9. 4.	196 b
Gen. 19. 4.	208 b & 258 a	Esr. 6. 9.	96 b & 264 a	Esa. 16. 14.	193 a
Gen. 20. 9.	85 b	Esr. 7. 6.	201 a	Esa. 26. 16.	208 b
Gen. 22. 16, 17.	297 b	Esr. 7. 20.	264 a	Esa. 27. 5.	209 b
Gen. 27. 13.	12 a	Esdr. 7. 22.	97 b	Esa. 27. 6.	ibid.
Gen. 27. 36.	17 a. & 60 a	Esth. 7. 4.	103 a	Esa. 31. 4.	115 a
Gen. 27. 40.	236 a	Job. 6. 14.	41 b	Esa. 40. 31.	159 b
Gen. 41. 16.	116	Job. 14. 7.	159 b	Esa. 42. 25.	119 a
Gen. 47. 2	208 b & 258 b	Job. 20. 5.	116 b	Esa. 56. 11.	258 b
Gen. 49. 21.	29 b	Job. 20. 19. 20.	120 a	Esa. 57. 6.	64 a
Exod. 9. 16.	142 b	Job. 22. 12.	122 a	Jer. 30. 11.	34 a
Exod. 33. 19.	163 b	Job. 28. 6.	28 b	Jer. 30. 19.	196 a
Levit. 17. 4.	9 b	Job. 33. 26.	103 a	Jer. 46, 28.	34 a
Nem. 11. 1	258 b	Job. 38. 37.	132 a	Jer, 49. 25.	89 b
Num. 11. 31.	23 b	Psal. 10. 2.	9 b	Jer. 50. 26.	258 b
Num. 14. 18.	34 a	Psal. 10. 6.	186 a	Jer. 51. 11.	115 a
Deut. 20. 12.	85 b	Psal. 19. 5.	258 a	Jer. 51. 31.	258 b
Deut. 32 17.	116 b	Psal. 22. 31.	132 b	Thren. 4. 7.	28 b
Jud. 4. 21.	50 a	Psal. 25. 13.	163 b	Ezech. 1. 16.	31 a
Jud. 18. 2.	208 b & 258 b	Psal. 29. 8.	24 b	Ezech. 21. 15.	209 b
1 Sam. 13. 6.	51 b	Psal. 32. 8.	130 b	Ezech. 33. 2.	208 b
1 Sam. 25. 20.	186 a	Psal. 42. 7.	251 a	Dan. 2. 45.	97 b
1 Sam. 17. 28.	56 a	Psal. 44. 13.	92 a	Hos. 11. 12.	235 a
1 Sam. 18. 4.	59 a	Psal. 45. 2.	201 a	Zach. 1. 6.	86 a
1 Sam. 23. 14	24 b	Psal. 73. 28.	191 a	Zach. 1. 8.	203 a
1 Sam 26. 20.	173 a	Psalm. 76. 6.	123 b	Mal. 2. 17.	209 b
1 Sam. 26.	91 a	Psal. 78, 26.	23 b	Marc. 5. 23.	142 b
2 Sam. 13. 16.	15 a & 85 b	Psal. 95. 11.	186 a	Luc. 1. 80.	24 b
2 Sam. 18. 12.	71 b	Prov. 7. 20	157 a	Luc. 6. 48.	252 b
2 Sam. 18. 13.	209 b	Prov. 8. 21.	166 b	Luc. 21. 6.	87 a & 191 a
2 Sam. 23. 1.	274 b	Prov. 17. 14.	174 b	Joh. 10. 24.	18 a
2 Sam. 23. 19.	17 a	Prov. 18. 1.	ibid.	Actor. 9. 2.	282 b
1 Reg. 7. 29.	32 a	Prov. 20. 3.	ibid.	Actor. 18. 10.	126 b
1 Reg. 12. 31.	258 b	Eccl. 2. 24.	184 a	1 Cor. 2. 2.	191 b
1 Reg. 14, 10.	65 b	Eccl. 5. 9.	185 b	Eph. 5. 33.	142 b
1 Par. 15. 21.	127 a	Esa. 3. 10	163 b	Hebr. 1. 14.	21 b
1 Chron. 25. 2.	240 a	Esa. 5. 14.	193 a	Hebr. 2. 14.	ibid.

INDICES in QUATUOR EUANGELIA.

INDEX LATINUS, RERUM ET VERBORUM.

A.

ABiæ duo fuerunt. 1 b
Abuna quid Æthiopibus. 391 b
Aceti vas quorsum in suppliciis. 527 b
Adscendere ab aliquo loco, quid. 441 a
Annus beneplacitus Domini quotupliciter accipi possit. 440 a
Ante literam initialem schevatam Syri præfigunt sæpe aleph. 438 b
Aoristus primus pro præsenti. 426 a
Articulus præpositivus subintellectus, ut אשר *Hebræis.* 440 a
Audire, pro morem gerere. 510 b
Avertendi formulæ variæ apud Arabes. 353 b
Aurora unde dicta. 455 a

B.

BAptismo proselyti fiebant. 368 a. *quis ejus ritus.* ibid.
Bethania unde. 363 b
Bethania vicus fuit 420 b. *ubi sita.* 491 b

C.

CAna unde dicta, & ubi sita. 492 b
Capernaum ubi sita. 414 a
Chlamys differt à pallio. 524 b
Christus infans ad 40 diem una cum matre secundum legem ceremonialem immundus habitus. 432 b
Christus an 40 diebus tentatus in deserto. 439 a
Circa, duo significat. 393 b
Composita nomina quomodo apud Syros forment plurale. 320 b
Corban quid. 349 a
Colaphus & alapa, quid differant. 380 b
Crucifixio Christi qua hora facta. 424 a. b

D.

DAtivus pro Ablativo cum præpositione à, frequens Syris constructio. 519 a
Dies unde dictus. 486 b
Dies naturalis Arabibus nox dicitur. 528 a
Dies Romanorum more apud Euangelistas aliquando accipitur. 377 a. b. 424 b
Dies parasceves quomodo vocetur primus azymorum. 377 a

E.

EUangelium Hebræum à Munstero editum non videtur ab Hebræo profectum. 1 a. *nec quod à Mercero editum.* 352 b. *quod Pontifici adulari videtur.* ibid.
Euangelium Matthæi, qua lingua, ubi & quando scriptum. 391 b
Euangelium Marci, quando & ubi scriptum. 426 b
Euangelium Lucæ ubi, quando, & qua lingua scriptum. 481 b
Euangelium Johannis, ubi, quando, & qua lingua scriptum. 530 a

F.

FEstum Tabernaculorum. De octavo ejus die varia. 506 b
Formula libelli repudii. 325 a
Framea quid. 434 a

G.

GAllicum sable unde. 337 a
Gergeseni & Gadareni an iidem. 332 a *& an eorum regio eadem quæ Chaldaicè* גינוסר. ibid.

H.

HEbron in monte sita. 429 b
Herodiani. 364 a
Hesychius restitutus. 434 a
Historia Saracenica, 316 b.
Loca ejus quædam explicata. 528 a. 326 b
Hyacinthinam vittam cur in fimbriis vestimentorum gestare jussi Hebræi. 366 b
Hyssopus an arborescat in Palæstina. 527 a

I.

IEcur unde derivetur. 346 a
Impleri dies. quid in scripturis. 409 b
Indicativus præsens quomodo formetur Syris. 395 b
Indumentum Johannis quale. 392 b
Joannes Baptista ubi potissimum baptizaverit. 491 b
Joseph & Joses idem. 388 a
Justificata est sapientia quomodo intelligendum. 340 a

L.

LIberi voto excludebant parentes ab usu bonorum suorum. 350 a
Lunatici distinguuntur à Dæmoniacis. 320 a

M.

MAgi, qui. 316 a
Maria virgo in tertia tessaradecade unam facit generationem. 314 a
Messis quando initium ceperit apud Judæos. 497 b
Ex monte Oliveti cur Christus structuram templi sit contemplatus. 419 a *In monte Oliveti sanguis vaccæ rufæ spargebatur.* ibid. b
Morituris vinum cum thure propinabatur. 386 a
Mulieres non à marito tantum, sed & à patre cognominantur. 526 b

N.

NAzareth unde dicta. 317 b
Nazarenus cur dictus Christus. ibid.

No-

Nomen Dei quid. 531 a
Nominativus absolutus. 477 a 511 b. 522 b.
Nominativus pro casu obliquo. 480 a
Noviluniorum constituendorum ratio. 378 a.
Nudus quis apud Orientales. 519 a

O.

ORientales quum alloquuntur personam, efferunt cui, quem, in quo *& similia, per pronomen relativum, cum affixo secundæ personæ.* 393 a. *Iidem quum alloquuntur aliquem, epitheta ejus in tertia persona efferunt.* 386 b
Opera in Deo facta quænam dicantur. 495 a

P.

PArasceves diversitas tempore crucifixionis Christi, unde orta. 377 a. b
Participium Imperativo junctum, imperandi vim & ipsum habet. 481 a
Participium Peil apud Syros promiscuè activè & passivè sumitur. 464 b
Pascha, an dici potuerit habere septem dies & sex. 517 a. b
Peræa, quæ & ubi sita. 414 a
Pilatus cur Pontius dictus, ex sententia Æthiopici. 382 a
Plateæ utrimque portis munitæ. 326 b
Ponere in terra, quid. 342 b
Pontificatus annuus. 435 b
Post tres dies, quæ phrasis sit 409 b
Pronomen absolutum pro relativo, Hebraismus. 472 b & seq.
Puerperæ quid pro purificatione offerre debuerint. 432 b
Punici unde dicti. 408 a
Purpura & coccinum quid differant.

Q.

QUalis persona requiratur ad judicium exercendum. 501 a

R.

REcordari misericordiæ Deus dicitur, quum implet gratuitas promissiones. 430 a
Repetitum nomen quid valeat apud Syros. 371 a
Rubigo & ferri & segetum vitium. 328 b

S.

SAbæi qui. 316 b
Sabbathi initium & finis luminibus illustrantur. 486 a
Sabbatho Judæi horam addunt. 390 b
Salutandi modus apud orientales. 453 b
Sepelire non licebat sericeis involucris. 388 b
Sepulchra Judæorum qualia. 517 a
Simon, quando nomen Petri acceperit. 397 a
Sortitio duplex de vestibus Christi facta. 525 b
Stantes orabant. 417 a
Subjectum quando subticetur, pronomini demonstrativo, cui subjectum includitur, tribuitur genus prædicati. 379 a
Subligacula orientalium qualia. 930 a
Sycomorum cur Zacchæus conscenderit. 470 a

T.

Turbor à טרף. 402 a

V.

VEspera quomodo dicatur illucescere. 486 a. b. 528 a
Vestium ordo apud orientales. 519 a 529 b
Vinum vetus præstare novo. 443 a
in Universali singulare, in specie individuum aliquando intelligitur. 361 b 372 a

Z.

ZAcharias quis & quot nomina habuerit. 369 a

INDEX GRÆCUS.

A.

Ἀγαλλιαθῆναι quid. 501 b
Ἀγαπᾶν quid. 414 b
Ἀγραυλεῖν quid. 431 b
Ἀγρὸς villam sæpe significat. 451 a. 467 a
Ἀδικία pro falsitate. 468 a
Ἀθετεῖν quid. 404 a
Αἰνῶν quid. 495 b
Αἴρειν ἁμαρτίαν quid. 492 a
Αἴρειν ψυχὴν quid. 514 a
Αἰσθητικὸς quid & unde. 517 b
Αἰτία quid. 358 a
Ἀκολουθέω tripliciter construitur. 452 a
Ἀλαλάζειν quid. 402 a
Ἀλήθεια pro δικαιοσύνη. 495 a
Ἀληθὴς firmus. 501 b
Ἀλλὰ & εἰ μὴ promiscuè usurpantur. 400 a. 415 a. 507 b. 523 a
Ἄμφοδον quid. 416 a. 327 a
Ἀναβλέπειν quid. 512 b
Ἀναίδεια an rectè improbitas vertatur. 456 a
Ἀνακύπτειν quid. 479 a
Ἀνάληψις ascensus. 452 b
Ἀνατολὴ quid. 430 b
Ἀνατάξασθαι quid. 426 b
Ἀνήχθη quid. 318 b
Ἀνθομολογεῖν quid. 434 a. b
Ἄνοια quid. 444 a
Ἀντέχεσθαι quid. 469 a
Ἀντί *propter.* 490 a
Ἀντιπαρῆλθε quid. 455 a
Ἀντιπέραν idem quid πέραν. ibid.
Ἄξιον θανάτου quid. 484 b
Ἀπελπίζειν quid. 444 b
Ἀπέχει quid. 422 a
Ἀπὸ μιᾶς quid. 465 b
Ἀπὸ υἱῶν Ἰσραὴλ pro οἱ υἱοὶ Ἰσραὴλ. Hebraismus. 383 a
Ἀποβαίνειν & καταβαίνειν differunt. 441 a
Ἀποκαθιστάνειν quid. 410 a
Ἀποκάλυψις activè etiam usurpatur. 433 b
Ἀποστρέφειν quid. 414 b

Ἀποστοματίζειν

Ἀποσφραγίζειν quid. 458 b
Ἄρχομαι sæpe redundat. 438 a 463 b 374 b
Ἀρχιερεῖς qui. 483 a
Ἀσπάζεσθαι quid. 453 b
Ἀσπασμὸς quid. 367 a
Ἀστὴρ & ἀστέριον quid. 419 a
Αὔλιον unde. 455 a
Αὐτοὶ absolutè populum Judaicum interdum denotat. 442 a

B.

Βαΐα an fuerint αἰσακοί. 518 a
Βάλλειν quid. 382 a
Βαραββᾶς unde. 384 a
Βδέλυγμα quid. 371 a
Βηθαβαρὰ quid & ubi sita. 491 a
Βηθεσδὰ quid. 499 a
Βηθφαγὴ unde. 360 b
Βοανεργὲς unde. 397 a
Βουλευτὴς quid. 425 a
Βρῶσις quid. 328 a

Γ.

Γὰρ aliquando pleonasticum. 474 b
Γεθσεμανῆ unde. 379 b
Γεννητοὶ γυναικῶν quid. 339 a
Γεννᾶν etiam mulieribus tribuitur. ibid.
Γῆ pro territorio distincto ab urbe. 495 b
Γίνεσθαι pro *venire.* 392 b
Γινώσκειν absolutè sumtum, ex Hebraismo. 374 a
Γολγοθᾶ. 385 b

Δ.

Δαλμανουθὰ ubi sita. 350 b
Δάνειον quid. 356 b
Δὲ pro γάρ. 503 b
Δευτερόπρωτον quid. 443 b
Διὰ *propter*, efficientem etiam causam denotat. 504 a
Διὰ pro μετά. 395 a
Διὰ τοῦτο quid. 505 ab
Διαζώννυσθαι quid. unde διαζώματα. 530 a
Διατίθεμαι quid. 480 b
Διατρίβειν quid. 495 b
Δίδραχμον quantum valeat. de siclo communi propriè dicitur. cur & de sacro apud LXX. 354 b
Διέξοδοι quid. 326 b
Δικαίωμα quid. 427 a
Διοδεύειν quid. 447 b
Διστάζειν quid. 391 a
Διχοτομεῖν quid. 374 b
Δοκεῖν & οἱ δοκοῦντες quid. 415 b

E.

Ἐὰν μὴ pro ἀλλά. 500 b
Ἐγγίζειν duo significat. 373 a
Ἐγήγερται, Hebraismus. 338 b
Ἐδαφίζειν quid. 475 b
Τὸ εἰθισμένον τοῦ νόμου, est id ipsum quod lex præscribit. 433 a
Εἰμὶ pro *habito.* 507 a
Εἶπεν pro *jussit.* ibid
Εἰς pro *ob*, *propter.* 469 a
Εἰς τέλος pro *semper*, *perpetuo.* 472 b
Εἰς νῖκος quid. 343 a
Ἐκ pro διά *propter.* 504 b
Ἐκ κοιλίας μητρὸς quid. 427 b
Ἐκ τῶν μαθητῶν, id est, *discipuli.* 522 a
Ἐκλείπειν quid. 468 b
Ἐκνεύειν quid. 500 b
Ἐκπορεύεσθαι pro *ejici*, Syriasmus. 354 b
Ἐλαύνειν quid. 405 a 502 a
Ἔλεος pro gratuita promissione. 430 a
Ἐλωῒ ex Syrone an ex Hebræo ortum. 424 b
ὁ Ἐμβάψας quomodo accipiendum. 378 a
Ἐμβριμᾶσθαι quid & unde. 516 b
Ἔμπροσθεν quid. 489 a
Ἔμπροσθεν πορεύεσθαι quid. 475 a
Ἐνδέχεται quid. 464 a
Ἐνέχειν quid. 403 b 458 b
Ἐνταφιάζειν differt à θάπτειν. 421 b
ὁ ἐξ οὐρανοῦ, quid. 456 a
Ἐξηγήσατο quid. 491 a
Ἐξομολογεῖν an spondere significet. 479 b
Ἐξομολογεῖσθαι quid. 341 a
Ἐπαθροίζεσθαι quid. 457 a
Ἐπενδύτης quid. 529 b
Ἐπηρεάζειν quid. 326 a
Ἐπὶ pro *cum.* 428 a
Ἐπὶ cum dativo quid significet. 405 b
Ἐπὶ cum accusat. pro πρὸς *ad.* 492 b
Ἐπιβάλλειν quid. 423 a
Ἐπικεῖσθαι quid. 440 b
Ἐπιούσιον quid. 327 a 455 b
Ἐπικρίνειν quid. 485 a
Ἐπισχύω quid. 484 a
Ἐπίτροπος quid. 448 a
Ἐπιφώσκειν de vespera. 486 a
Ἐργάζεσθαι quid. 501 a
Ἐργασία, & δὸς ἐργασίαν. 463 a
Ἐρωτᾶν pro *orare*, Hebraismus. 497 b
Ἕστηκα pro *præsenti.* 510 b
Ἐσθὴς λαμπρὰ quid. 484 b
Εὔθετος quid. 474 a
Εὐθύνατε τὴν ὁδὸν κυρίου quinam verus & genuinus sensus. 491 a
Εὔκαιρος ἡμέρα quid. 403 b
Εὐλογεῖν & εὐχαριστεῖν idem. 408 b
Εὐνοῶν quid. 324 a
Εὐσχήμων quid. 425 a
Εὐτόνως quid. 484 a
Ἐφραίνεσθαι quid. 469 b
Ἐφίστημι quid. 476 a
Ἐφ' ὅσον quid. 375 b

Z.

Ζωγρεῖν quid. 441 b
Ζωογονεῖν quid. 471 b
Ζώνη quid. 318 a

H.

Ἢ aliquando novum tantum argumentum indicat. 343 a
Ἡμῶν juramentum non continet. 321 ab

Θ.

Θαδδαῖος unde dictus. 335 a
Θέλειν cum Accus. personæ. 387 a
Θυσία quid. 432 b

I.

Τὰ ἴδια quid. 522 b
Ἱερὸν & ναὸς quid differant. 369 b
Ἱερὸν duplex. ibid
Ἱματισμὸς quid. 526 a
Ἵνα non semper τελικῶς, sed & εἰδικῶς usurpatur. 410 b
Ἰσκαριώτης unde. 336 a
Ἰουδαία γῆ, constructio est adjectivi & substantivi. 495 a

K.

Καθ' ἑαυτὸν quid. 473 a
Καθ' ἑορτὴν quid. 384 a
Καθηγητὴς quid. 367 b.
Καὶ pro *vel*, *saltem*. 475 a
Καιρὸς quid. 351 b
Κάλαμος quid in historia passionis. 526 b.
Κανανίτης, cognomen Simonis Apostoli. unde. 335 b
Κατὰ cum accus. *juxta*. 455 a
Κατὰ pro εἰς *ad*. 492 a. item pro *ob*. ibid. b
Κατὰ, quam distributionem denotet. 371 a
Κατὰ καιρὸν quid. 499 b
Κατ' ὄψιν quid. 506 a
Κατὰ τί; *quomodo?* 428 b
Κατὰ τόπους quid. 371 a
Κατὰ τοῦ κρημνοῦ quid. 333 a
Καταδιώκειν puid. 394 b
Καταργεῖν 463 a
Καταρτίζειν quid. 445 b
Κεραία unde dicatur & quid. 322 a
Κεφαλαιοῦν quid. 417 b
Κοδράντης quantum valeat. 324 b
Κορβανᾶς unde & quid. 382 a
Κράβατος quid. 367 a
Κράτος robur prævalens. 429 b
Κρέμανται quid sibi velit. 365 b
Κρίνειν cur per *judicare* vertendum, etiam ubi condemnatio intelligitur. 494 b
Κρυβῆναι quid. 511 b
Κωμόπολις quid. 394 b

Λ.

Λάζαρος unde dictus. 469 b
Λατρεία pro θυσία, & λατρεύειν pro θύειν. 522 a
Λέντιον quid. 519 b
Λεπτὸν quantum valeat. 324 b
Ληνόν, ὑπολήνιον & προλήνιον quid. 417 a
Λικμᾶν quid. 363 b
Λόγος τοῦ θεοῦ ἐγένετο πρὸς αὐτοὺς descriptio est ministrorum. 514 b
Λύτρον quid. 359 b

M.

Μαγδαλὰ quid & ubi sita 350 b
Μακρὰν dici potest de re non longe distante. 332 b
Μαρτυρεῖν quid. 458 b
Μάχαιρα quid. 503 b
Μεθύειν quid. 494 a
Μεθύοντες quid. 374 b
Μέλλειν propriè quid. 477 a b
Μένειν pro *exspectare*. 379 b
Μένειν pro *habitare* 521 a certam ac veram rei possessionem denotat. ibid. b
Μένειν pro esse. 474 a
Μετεωρίζεσθαι quid. 460 a
Μετρητὴς quid. 493 b
Μίγμα quid. 528 b
Μνηστεύεσθαι construitur cum Gen. & Accus. 430 b
Μογιλάλος mutus. 408 a
Μοιχαλὶς quid. 343 b

N.

Ναζωραῖος cur sic scribatur. 318 a
Νομικὸς quis. 365 b

O

Ὁ articulus etiam prædicato additur. 511 a
Οἱ δὲ pro τινὲς δέ. 391 a
Οἱ ἑστῶτες Ebraismus. 381 a
Οἴσυπον quid. 526 b. & seq.
Ὀλολύζειν quid. 402 b
Ὁ μὴ ἔχων quid. 481 b
Ὁμολογῶ ἐν σοί, & ὁμολογῶ σοί, quid differant. 338 a b
Ὀνειδίζειν cum Accusat. quid. 341 a
Ὄξος quid. 385 b
Ὅπου pro *quo*. 506 a
Ὅπως aliquando non modum rei, sed ipsam rem denotat. 387 b
Ὃς pro οὗτος 380 a
Ὅτι pro quare? 412 a
Ὅτι particula interrogandi. 509 b. Item affirmandi. ibid. ἐπιτατικὴ *particula*. 330 a
Ὅτι mimesi servit. 407 b
Ὅτι pro *quandoquidem*. 494 a
an pro *sed* accipi queat.
Οὗ ἕνεκεν exponitur. 330 b
Οὕτως aliquando est partic. illativa. 439 b
Ὀψὲ σαββάτων quid significet. 497 a
390 a

Π.

Τὰ παρ' αὐτῶν quid. 454 a
Παραδειγματίσαι quid. 314 b
Παράδοξον quid. 441 b
Παραδοῦναι, inusitata significatione ex Syriasmo.
Παράκλητος quid. 400 a
Παρακολουθεῖν quid. 520 b
Παραπορεύεσθαι quid. 427 a construitur cum διὰ *per*. 412 b.
Παρελθὼν transiens, accedens. 413 b
Παρέρχεσθαι transire in latus oppositum. 461 a
Παροιμία quid. 470 a
Παῤῥησία quid. 513 a
Πᾶσα γῆ vel οἰκουμένη quousque pateat 504 b
Πᾶσα οἰκουμένη. rectè à Syro vertitur. 387 a ܟܠܗ ܥܡܐ ܕܐܘܚܕܢܗ *omnis populus imperii ejus.*
Πεδινὸν quid. 431 a
Πέραν quid 444 a
Περὶ pro *circa*, *apud*. 319 b
Οἱ περὶ τινὰ, descriptio sectatorum & discipulorum. 399 a ibid.
Περὶ pro *pro*. 512 b
Ἡ περίχωρος quid significet. 394 a
Πιστικὴ νάρδος quid. 420 b etc.
Πλὴν quid significet. 454 a
Πλήρωμα quid in Hebraismo,
Ποιεῖν ὥραν quid. 443 a
Ὁ ποιῶν ἀλήθειαν quid. 359 a
Οἱ πολλοὶ quid. 495 a
Ὁ πολὺς ὄχλος quid. 418 b ibid.
Πολὺς pro magno & excellenti 468 b
Πολὺν χρόνον ἔχειν quid. 500 a
Ποῦ pro *quo?* 471 b
Πραεῖς quibus opponantur. 321 a
Προβάλλειν de arboribus. Hebraism,

brism. 479 a
Πρὸς causam impulsivam dicit. 472 a
Πρὸς *contra*. 357 b
Προσαναβαίνειν quid. 465 a
Πρὸς ἑαυτόν. 473 a
Πρὸς ἑαυτοὺς. quid. 529 a
Προσκυνήσεως ritus. 513 a
Προσφέρειν de victimis. 522 a
Πρόσωπον *facies* Hebraismus pro ipsa persona. 452 b
Πτωχός ambiguum. 465 a
Πυλῶν quid. 381 a
Πυρὶ ἁλίζεσθαι an mendum habeat. 413 b
Πώρωσις quid. 396 a
Πῶς *quomodo*, vel ὅτι *quod*. 410 a
Πῶς, εἰδικῶς sumitur. ibid. & 479 b

P.

Ῥαββουνί. quid. & unde. 529 a
Ῥακά unde & quid. 323 a
Ῥαπίζειν quid. 381 a
Ῥήσσειν quid. 411 a b
Ῥομφαία quid. 434 a

Σ.

Σάλον & σαλεύω unde. 478 b
Σαπρὸν *malum*, Syriasmus. 343 b
Σιλωάμ. 512 a
Σινδών ex lino constabat. 388 b
Σινδὼν quid. 519 b
Σινιάζαι quid. 481 a
Σιτομέτριον quid. 461 b
Σκυθρωπὸς quid. 327 b
Σκύλλεσθαι quid. 335 a 446 a
Σουδάριον quid. 474 b
Σπαργανοῦν quid. 394 a 411 a
Στρατηγοὶ τοῦ ἱεροῦ qui dicantur. 483 a
Σταθῆναι pro *stare*. 355 b
Στέγη & δῶμα ut differant. 441 b
Στηρίζειν πρόσωπον, Hebraismus. 452 b
Στηρίζεσθαι Hebraismus. 469 b
Στῆσαι quomodo accipiatur. 376 b
Στοιβὴ & στιβὰς quid, & quomodo distinguantur. 416 b
Συκομωραία quid. 470 a
Συκάμινος quid. an idem quod συκομωραία. ibid.
Συναντιλαμβάνειν quid. 455 b
Συνέδρια, quot fuerint in pop. Jud. 337 b
Συνέχειν quid. 483 b
Συνοδία quid. 435 a
Συντρίψασα τὸ ἀλάβαστρον quid. 421 a
Συντρίβειν quid Hellenistis. 376 a
Συντυχεῖν quid. 449 a
Σύσσημον quid. 422 b
Σωτήριον quid. & quomodo cum ἔλεος conveniat. 433 b

T.

Τέκνον rectè vertitur filius. 365 a
Τελεσφορεῖν quid. 448 b
Τετράμηνος quid sit. 497 b & seq.
Τηλαυγῶς quid. 409 a
Τί γέγονεν ὅτι, id est quare? 521 a
Τίτλος quid. 525 b
Τὸ interdum vacat, mimesi inserviens. 412 a
Τὸ καθ' ἡμέραν quid. 455 b

Y.

Ὑποδεικνύειν quid. 459 b
Ὑπολαβὼν quid. 454 b
Ὕσσωπον in historia passionis quid. 527 a. b
Ὕσσωπον ὑγρὸν & ξηρὸν quid. ibid.
Ὕστερον quid. 426 a. 519 b
Ὑψοῦσθαι quid. 518 a

Φ.

Φρόνησις quid. 428 b
Φυλακτήρια quid. 366 a

X.

Χάρις pro mercede. 444 b
Χάρις ἀντὶ χάριτος quid. 489 b
ἡ Χάρις καὶ ἡ ἀλήθεια quid. 490 a
κεχαριτωμένη quid. 428 b
Χλάμυς κοκκίνη. an idem quod ἱμάτιον πορφυροῦν. 524 b
Χολὴ quivis amaror. 385 b
Χρηστὸς quid. 341 b
Χώρα *rus, agri*. 478 b. 495 b. 517 a
Χωρεῖν quomodo usurpetur. 510 a
Χωρίον quid. 379 a

Ψ.

Ψωμίον an rectè vertatur panis. 519 b

Ω.

Ὡς pro *quum*. 400 a
Ὡσαννὰ quid. 362 a
Ὡσεὶ quid denotet. 437 b

INDEX HEBRAICUS.

א

אַבָּא *pater meus*, in Tharg. 384 a. 387 a
אנזיא בחר Æthiopibus quid & unde. 319 a
אֶדֶר quid. 383 b
אַדֶּרֶת שֵׂעָר quid. 392 b
אֲלָפִים quid. 317 a
אִם לֹא pro *sed*. 523 a
אמלך Æthiopibus quid & unde. 319 b
אָמֵן quid significet, utrum juramenti formulam contineat. 321 a
אמר pro *jussit*. 507 a
אמת pro justitia. 462 a. 495 a
אנשים cum affixis significat cognatos & amicos. 435 b
אַסְכָּרָה morbus, quo suffocantur homines. 336 a. 382 a
ארץ pro שדה agro. 495 b
אשר pro equidem. 315 b

ב

בולווטי quid. 425 a
בור quid & unde. 466 a
בַּעֲבוּר pro *de*. 505 b
בָּרָה Chaldaicum unde. 466 a
בַּת quid. 467 b

ג

ג & ק facile permutantur. 438 b
גט quid. 325 a
גית quid. 379 a
גנב לב quid. 514 a

ה

הגבורה inter nomina Dei. 380 b
הכין quid. 452 b
הֵמִין quid. 453 b
הריע quid. 402 a

ו

ו non raro interrogat. 349 a

ז

זה pro אשר. 506 a
זוז quid. 354 b
זכא quid. 340 a. quomodo à צדק differat. ibid. b
זרה quid. 364 a

ח

חָזַק de Deo, quid. 429 b
חלזון quid. 366 b
חֶסֶד quid. 340 b. vertitur à LXX δικαιοσύνη. 326 a
חֶסֶד וֶאֱמֶת quid. 490 a
חָסִיל quomodo à LXX vertatur. 328 b
חֶרֶף quid. 373 a

ט

טביב quid Æthiopibus. 324 a
טבילה quando & ubi ab Hebræis adhibita. 368 a

י

יָקַר quid propriè significet. 346 a
יֶתֶר *funis.* unde. 482 a
יתוש quid. 368 b

ך

כָּהָה quid. 342 b. 396 a
כִּי pro *an?* 509 b. particula affirmativa. ibid.
כִּי pro כי אם *sed.* 330 b
כנף quid. 371 a
כרת sequente ברית quid. & quid sine eo. 480 b

ל

ל pro *de.* 505 a
ל & נ facile permutantur. 351 a
לְבַדּוֹ ambiguum. 473 a
לֶהֱוֵא & לֶהֱוֹן apud Danielem, quid. 351 a
לָכֵן quomodo sumatur. 505 a
לְמַעַן pro *de.* ibid. b
לנטית an rectè exponatur per סדרין. 519 b
לִפְנֵי ad tempus & locum refertur. 489 b

מ

מטרתא apud Thalmudistas *saccus.* 493 b
מָלֵא de tempore, quo sensu dicatur. 409 b
מלאך unde. & quid Æthiopibus significet. 381 b
מֶלֶךְ propriè quid. 316 b
מִנְחָה appendix sacrificiorum. 432 b. non imponebatur altari. 433 a
משפטים: חוקים: מצוות: quid differant. 427 a
מִשְׁפָּט quod significet. 433 a

נ

נָגִיד quid. 367 b
נניא quid. 368 a
נפחא quid. 346 b

ס

סגנים qui. 483 a
סודר quid. 474 b. 519 b
סחב quid. 329 b
סְדִידִיתָא & סְדִרָא quid. 477 b

ע

עָבַר pro זָבַח. 522 a
עֵבֶר quid. 319 b
עַוְלָה pro falsitate & fallacia. 468 a
על pro עם accipitur. 428 a
על כן quid. 505 a
עָנִי & עָנָו aliquando confunduntur. 361 b
עָרַב quid. 481 a
ערום *callidus.* unde sic dictus. 436 a
עָשַׁק & גָּזַל quid differant. 437 a
עתיד quomodo usurpetur. 477 a

פ

פִּגִּים quid. 360 b
פיגם quid. 368 a
פדיון quid. 359 b
פְּטוּרִין quid. 325 a
פָּנִים pro ipsa persona. 453 a
פרסות quid. 367 a
פִּתָּה quid. 415 a

צ

צָבָא *militia,* pro λειτουργίας. 483 a
צְדָקָה etiam veritatem denotat. 462 a
צעיר ejusque conjugata, quid. 317 a

ק

קטר quid Chaldæis, & unde. 326 a
קיץ quid comprehendat. 373 a

ר

רַב *multus* pro magno & excellenti. 468 b
רַבִּי an habeat Jod affixum. 367 a
רַבָּן . רַבִּי . רַב quid differant. ibid.
רָדַף *prosequi,* in bonum. 394 b
רָוָה quid. 494 a
רמח quid. 434 a
רחוק quomodo usurpetur. 332 b
רָקַע quid propriè. 445 a

ש

שָׁאַל quid. 497 b
שבתון quid. 390 b
שַׁד *mamma,* unde. 335 b
שֵׁדִים cur dicti dæmones. 334 b
שָׁכַר quid. 494 a
שִׁקּוּץ שֹׁמֵם quid. 371 a
שָׂרַט cum derivatis. 322 a

ת

תוספת השבת quid. 390 b
תְּכֵלֶת quid. 366 b

IN-

INDEX SYRIACUS.

ܐ

[Syriac] vitiosum est. legendum [Syriac]. 323 b

[Syriac] unde. 444 a

[Syriac] quid. 356 a

[Syriac] & [Syriac] ut differant. 441 b

[Syriac] sequente ܒ & seq. ܠ quid differant. 338 a

[Syriac] quid. 389 a

[Syriac] ambiguum. 487 a

[Syriac] [Syriac] an recta lectio. 387 b

[Syriac] quid. ibid.

[Syriac] pro *quomodo* insolens. 409 a

[Syriac] quid. 396 b

[Syriac] idem quod *ναί*. 325 b

[Syriac] quid. 328 a

[Syriac] pro *sed*. 507 b

[Syriac] quid. 323 b

[Syriac] ejusque affinia. 330 b

ܐ aliquando completivum. 454 b

[Syriac] quid. 437 a

[Syriac] quid. 318 a

[Syriac] activè & passivè sumitur. 347 a

[Syriac] quid. 411 a

[Syriac] & [Syriac] ut differant. 440 b

[Syriac] & [Syriac] quid. 324 a

[Syriac] quid. 339 a

[Syriac] & [Syriac] quid. 349 a

[Syriac] quid. 322 b

[Syriac] & [Syriac] ut differant. ibid.

[Syriac] quid. 437 a

[Syriac] quid. 331 a

[Syriac] & [Syriac] quid & unde. 469 b

[Syriac] explicatur. 516 b

[Syriac] ambiguum. 518 a

ܒ

[Syriac] cum deriv. 404 a

[Syriac] tam principalem causam quam instrumentalem significat. 490 b

[Syriac] quid. 473 a

[Syriac] quid. 466 a

[Syriac] quid. & unde. 343 b

[Syriac] pro *inter*. 470 b

[Syriac] quid. 347 b

[Syriac] quid. 421 b

[Syriac] quid. 363 b

[Syriac] quid & unde. 360 b

[Syriac] quid. 397 a b & seq.

[Syriac] quid. 411 b

[Syriac] 384 a

[Syriac] & [Syriac] quid. & unde. 320 b

[Syriac] quid. 360 a

[Syriac] quid. & unde. 379 b

[Syriac] interdum emphaticum tantum. 474 b

[Syriac] quid. 344 a

[Syriac] quid. 480 a

ܓ

ܓ quomodo usurpetur. 2. format interdum adjectivum. 320 a 345 a

[Syriac] est periphrasis ipsius Archisynagogi. sicut Act. 15. 32. [Syriac] sunt *ipse Iudas & Silas*. 401 b

[Syriac] quid. & unde. 325 a

[Syriac] unde. 334 b

[Syriac] tria significat. 437 b

[Syriac] quid. 364 a

ܕ

[Syriac] pro *habitavit*. 507 a

[Syriac] quid. 398 b

ܗ

[Syriac] quid. 368 b

[Syriac] quid sit. 400 b

[Syriac] unde. 484 b

[Syriac] & [Syriac] quid differant. 339 b

[Syriac] quid. 334 a

[Syriac]

[Syriac] quid. 388 b
[Syriac] avertendi particula. & quomodo construatur. 353 a
[Syriac] quid. 340 b
[Syriac] quid. 423 b
[Syriac] quid. 453 a

[Syriac]

[Syriac] quid. 481 a
[Syriac] emendatur. 389 a
[Syriac] quid, tum ubi ad personam, tum ubi ad rem refertur. 450 a
[Syriac] quid. 342 a

[Syriac]

[Syriac] quid. 403 a
[Syriac] à [Syriac] ut differat. 450 a
[Syriac] quid. 345 b
[Syriac] quid. 346 a

[Syriac]

[Syriac] quid. 332 a
[Syriac] quid. 476 a
[Syriac] mendum habet. 488 a
[Syriac] quid. 482 b
[Syriac] aliquando redundat. 407 a
[Syriac] unde. 488 a
[Syriac] cum singulari & plurali construi posse videtur. 481 b
[Syriac] cum affixis quid valeat. 370 b
[Syriac] quid. 368 b
[Syriac] quid. 328 b
[Syriac] quid. 375 a

[Syriac] & [Syriac] quid. 327 b
[Syriac] quid. 450 b

[Syriac]

[Syriac] præpositio tempori serviens, interdum valet post. 395 a
[Syriac] quomodo affixis jungatur. 371 b
[Syriac] & [Syriac] [Syriac] quomodo usurpentur. 320 a
[Syriac] quid. 357 b
[Syriac] quid. & unde. 323 a
[Syriac] cum derivatis. 403 a
[Syriac]. 463 a 471 a
[Syriac] unde. 369 b
[Syriac] & [Syriac] [Syriac] quomodo differant. 332 b

[Syriac]

[Syriac] quid & unde. 316 b
[Syriac] quid. 402 b
[Syriac] quid. 344 b Addimus hîc, in lingua Æthiopica מדר in genere dici τὰν γλῶ. ut γῆ Ἰούδα, מדר יהודה.
[Syriac] [Syriac] quid. 519 a
[Syriac] quid. 373 a 466 b quomodo à [Syriac] differat. 373 a
[Syriac] pro *de*. 505 a
[Syriac] an rectè scribatur. 331 b 410 a
[Syriac] quid. 466 b
[Syriac] pro *haurire*. 494 a
[Syriac] [Syriac] quid. 515 b
[Syriac] quid differat à [Syriac] 330 b

[Syriac] propriè quid.
[Syriac] quid. 316 b
[Syriac] [Syriac] [Syriac] quid. 449 b
[Syriac] pro [Syriac] 496 b
333 a 396 a
[Syriac] differt à [Syriac]. item à [Syriac]. 325 a b
[Syriac] quid. 497 a
[Syriac] quid. 405 b
[Syriac] quid. 452 a
[Syriac] quid. 417 a
[Syriac] quid. 467 b

[Syriac]

[Syriac] quid. 389 b
[Syriac] quid. 346
[Syriac] quid. 516 b
[Syriac] & [Syriac], ut differant. 337 a
[Syriac] quid. 368 a
[Syriac] quid. 331 a 396 b
[Syriac] quid. 420 b

[Syriac]

[Syriac] inde [Syriac] quid & unde. 431 b
[Syriac] quid. 465 a
[Syriac] quid. 476 a
[Syriac] quid. 338 a
[Syriac] quid. 327 a
[Syriac] quid. 453 b

[Syriac]

[Syriac] mendosum. 418 b
[Syriac] quid. 444 a
[Syriac] & [Syriac] quid. 477 b
[Syriac] quid & unde. 322 a

[Syriac]

[Syriac] & [Syriac] quid differant. 359 a
[Syriac] quid. 319 b
[Syriac] quid. 357 b
[Syriac] quid. 407 a
[Syriac] an rectè legatur apud Syrum. 495 b
[Syriac] quid. 344 b
[Syriac] quid. 363 b 455 b
[Syriac] subst. est constructum. 321 a
[Syriac] quid. 481 a
[Syriac] quid & unde. 436 a
[Syriac] quid & unde. 393 a
[Syriac] quid. 437 a
[Syriac] quomodo construatur. 353 a pro δεῖ. 419 b

[Syriac]

[Syriac] quid & unde. 408 b
[Syriac] quid Syris. 372 a
[Syriac] quid. 453 a
[Syriac] quid. 359 b
[Syriac] quid & unde. 478 a
[Syriac] quid & unde. 513 b
[Syriac] quid & unde. 436 a
[Syriac] quid 327 a

[Syriac] & [Syriac] quid. 461 b
[Syriac] inde [Syriac] 315 a
[Syriac] quid. 345 b
[Syriac] quid. 453 b 471 a

[Syriac]

[Syriac] quid. 344 a
[Syriac] quid. 407 b
[Syriac] quid. 401 a
[Syriac] quid. 479 a

[Syriac]

[Syriac] unde. 442 b
[Syriac] & [Syriac] ut differant. 401 a
[Syriac] proprie nomen est. 395 a
[Syriac] etiam justitiam significat. 362 a
[Syriac] quid. 330 a
[Syriac] quid. 326 a
[Syriac] sequente [Syriac] quid. 476 a 487 a
[Syriac] quid & unde. 335 b
[Syriac] quid. 406 b
[Syriac] quid. 389 a
[Syriac] quid. 382 b
[Syriac] quid. 331 a
[Syriac] quid. 326 b

[Syriac]

[Syriac] an majus sit apud Syrum quam [Syriac]. 492 a

[Syriac] quid. 523 b
[Syriac] quid. 405 a
[Syriac] quid. 402 a
[Syriac] quid & unde. 384 b
[Syriac] & [Syriac] quid differant. 374 b
[Syriac] quid 372 b
[Syriac] mendosum. 420 a
[Syriac] quid & unde. 323 a
[Syriac] quid. 445 a

[Syriac]

[Syriac] cujusmodi phrasis. 356 a
[Syriac] pro ἀδικία. 463 b
[Syriac] pro varia futuri forma variè significat. 454 b & seq.
[Syriac] quid. 442 b 485 b
[Syriac] quantum valeat. 324 b
[Syriac] utriusque num. & gen. 318 b
[Syriac] quid. 436 a b
[Syriac] quid. 421 b

[Syriac]

[Syriac] quid. 462 b
[Syriac] quid. 470 a
[Syriac] cum derivatis quid. 482 a
[Syriac] unde. 366 b
[Syriac] quid & unde. ibid.
[Syriac] à [Syriac], & quid. 333 b

INDEX ARABICUS.

ت

التوتة & دود التوتة quid. 470 a

ج

الجون quid. 459 b
الجمعة quid. 425 a
جميزة quid. 470 a

ح

حاشي & حاش particulæ avertendi, & quomodo construantur 353 b
الحق & الباطل opponuntur. 501 b

خ

خلاص quid. 359 b

د

درب quid. 326 b

ر

الرب & السيد quid differant. 467 b
الرومي quid. 426 b

س

ساهي القلب quid. 398 b
سوف quid. 475 b

ش

الشرة quid. 459 b
شكرجة Raphelengii correctum. 368 b

ع

عرف quid. 339 b
عليم & حكيم quid differant. 316 a b

غ

غربل quid & unde. 481 a
الغوى quid. 408 a

ف

الفرنجي quid. 426 b
الفقير & المسكين quid differant. 465 b

ق

قميص quid. 529 b
القهار quid. 429 b

م

المعلم quid. 475 b

ن

نعناع quid. 368 a

و

وكيل quid 467 a

ه

هيمان quid. 453 b

INDEX LOCORUM SACRÆ SCRIPTURÆ,

quæ hîc obiter explicantur.

Genes. 2. 24. 357 a
Gen. 4. 15. 505 a
Gen. 18. 19. ibid.
Gen. 31. 20. 26. 514 a
Gen. 33. 10. 505 b.
Gen. 46. 29. 31. 441 a
Gen. 48. 20. 489 b
Gen 50. 2. 409 b
Exod. 17. 12. 501 b
Deuter. 29. 18. 385 b
Jos. 8. 1. 495 b
Jos. 15. 46. 344 a
Jud. 10. 11. 12. 383 a
1 Sam. 2. 13. 345 a
1 Sam. 3. 13. 342 b
1 Sam. 20. 14. 349 b
2 Sam. 2. 6. 490 b
2 Sam. 17. 11. 453 a
Esth. 6. 7. 477 a
Esth. 7. 5. 516 a
Job. 17. 7. 396 a
Psal. 22. 10. 427 b
Ps. 49. 9. 346 a
Ps. 69. 22. 385 b
Ps. 118. 26. 362 b
Prov. 18. 1. 460 b
Prov. 18. 2. ibid.
Esa. 7. 14. 315 b
Esa. 22. 24. 366 a
Esa. 42. 3. 4. 460 b
Jer. 31. 15. 317 b
Ezech. 6. 11. 445 a
Dan. 7. 16. 281 a
Dan 9. 27. 371 a
Dan. 12. 11. ibid.
Oseæ 2. 14. 505 a
Mich. 5. 1. 317 a
Zachar. 1. 19. 364 a
Zachar. 11. 12. 383 b
Malach. 4. v. ult. 427 b
Matth. 7. 6. 411 a
Matt. 7. 15. 392 b
Matt 16. 1. 456 b
Matt. 21. 4. 5. 492 a
Matth. 23. 37. 386 b
Marc. 2. 21. 443 a
Marc. 6. 39. 40. 371 a
Luc. 2. 1. 387 a
Luc. 3. 5. 491 a
Luc. 8. 26. 455 a
Luc. 19 38. 362 b
Luc. 22. 39. 44. 419 b
Joan. 1. 14. 480 b
Joan. 1. 14. 490 b
Joan. 5. 39. 521 b
Act. 4. 1. 483 a
Act. 5. 3. 516 a
Act. 7. 19. 471 a
Actor. 13. 8. 361 a
Act. 15. 33. 359 a
Act. 20. 11. 497 a
1 Cor. 15. 47. 456 b
2 Cor. 5. 2. ibid.
Eph. 1. 6. 428 b
Eph. 3. 17. 480 a
Hebr. 12. 25. 456 b
1 Joan. 3. 15. 521 b
Apoc. 1. 4. & 5. 480 a
Apoc. 3. 9. 442 b

INDICES in ACTA APOSTOLORUM

INDEX LATINUS, RERUM ET VERBORUM.

A.

ABrahamus translatus è Charran in terram Canaan mortuo patre Thare. 549 b & seq. novem annis major Sara 550 a

Accusativi absoluti interdum pro Genitivis usurpantur Græcis. 614 a

Ager à Jacobo emptus, rectè dicitur Abrahamo emtus. 553 a

Alæ vestium quæ & quot apud Hebræos. 602 a

Ascenderitne Christus ex monte Oliveti, an ex agro Bethaniæ. 532 a

Assos urbs maritima. 605 a

Audaciæ natura qualis. 544 b

B.

BArnabbas unde dictus. 544 a

Beroëa urbs, duplex. 595 a unde sic dicta. ibid.

Bethania non regionis sed vici nomen. 532 a quantum abfuerit Hierosolymis. ibid.

C.

CÆsarea qualis urbs. 568 a 570 a

Chaldæa pertinet ad Mesopotamiam. 549 b

Charran sacer locus Muhammedanis. 353 a. b

Christus Angelus. 555 a

Christus non ex errore vulgi Nazarenus dictus. 611 a

Christus post resurrectionem rectè etiam dicitur bibisse. 577 a. b

D.

DAgesch sæpe in Nun mutatur. 557 a

Damascus multos habet Judæos. 568 b unde dicta. ibid.

Deductio mortui ad sepulchrum quanti fiat Hebræis. 562 a

Deus in Sancto sanctorum inter Cherubim sedens exprimit Christum in monte Sinai in medio Angelorum legem ferentem. 561 b

Deus quando inveniatur. 598 b

Discipuli Rabbinorum, quo situ sint coram magistris. 607 a

E.

EDom omnes homines ab Ecclesia alienos denotat. 590 a

Elane ubi sita. 537 a

F.

FAcere cum aliquo, pro alicui. 588 a

Festis quibus judicia agere licuerit. 579 b

Fieri & gigni dicuntur, quæ esse manifestantur. 584 b

Flagellandorum thorax lacerari solet. 594 a Alligabantur columnæ inclinati. 608 a apud Orientales prosternuntur. ibid.

G.

GEntes cur Aramæi dicantur Judæis. 605 b

Gentes quo sensu ante Christum pollutæ dicantur, post Christum negentur. 575 a b

H.

HAbere dies, pro duravisse. 618 a

Hagiographa publicè non legebantur. 582 b

Hebræi aures quomodo obturent. 561 b

Hellenistæ, qui. 570 a

I.

IAnuarum ordo qualis in oriente. 587 b

Idololatræ torrentibus gaudent. 593 a

Infinitivus pro Imperativo Græcis usitatus. 609 b

Invenire pro facere. 560 b

L.

LApidationis ritus. 516 b & seq.

Lex è senatu Angelorum prodiit. ibid. a cur sermo Angelorum dicatur. ibid. b

Lydda urbs. 573 a

M.

MAgi unde sic dicti. 581 b

Mahomed vetuit eadem fere quæ Apostoli Act. 15 20. 590 b

Mahomedani quoties precentur in die. 542 a

Mare salsum Arabibus est mare rubrum. 555 b Hebræis est mare Sodomæ. ibid.

Moloch quid. 556 a 557 b

Molochi tabernaculum in deserto fuit idem illud quod struxit Moses. 558 a

Mosis formositatis descriptio ex Josepho. 554 a λυτρωτὴς redemptor, quo sensu dicatur. ibid. b manibus Angeli ductoris commissus est. ibid. b

N.

NEapolis. 592 b

Nun & Lamed sæpe permutantur. 580 a

P.

PApa unde sic dictus. 605 b

Pathach Hebræorum per e sæpe effertur. 534 b

Patriarchæ excepto Josepho ante migrationem ex Ægypto inhumati in terra Canaan. 553 a

Petrus non ignoravit futuram vocationem gentium. 540 a

Porticus Salomonis descriptio ex Josepho. 546 a

Proseuchæ cur extra urbes. 593 a

Q.

QUiescentia prima Jod &

& media vau significationes sæpe permutant. 559 b

S.

SAbbathum ad naturalia transtulerunt Judæi. 558 b & seq.
Sacerdotes solent succincti sacris vacare. 602 a
Samaria unde dicta & cujusmodi urbs. 562 b & seq.
Samaritanum Thau non habet crucis figuram. 563 b
Saturnus quid & qualis. 556 a & seq. *Tabernaculi & Sabbati præses, adeoque Hebræorum stella.* 558 a
Scheva Hebræorum per a sæpe effertur. 534 b
Simonis Magi ex Theodoreto historia. 565 a. b
Spiritus S. quomodo dicatur defecisse in templo secundo. 564 b. *nec fuisse usque ad glorificationem Christi.* ibid. *non nisi in hilaribus mentibus residere dicebatur* 565 a. *quomodo testimonium Christi dicatur.* 589 b
Spirit. S. in templo illapsus est in Apostolos. 7. hora diei tertia. 535 b
Stadia Græcorum quomodo ab Hebræorum differant. 531 b
Stadium quid. ibid.
Stare sæpe est non moveri, *quocunque tandem situ.* 569 a 617 b
Syrtis descriptio.

T.

TAbernaculum Mosis ad res naturales transtulerunt Hebræi. 558 b. *quo sensu dicatur tabernaculum conventus.*
Tesserarius, quid. 559 b 604 a

V.

VErba quæ significant esse, sæpe etiam significant fieri. 590 a
Vinum Hassaroniticum. 573 a
Vocales Syriacæ ֶ *&* ֵ *sæpe permutantur.* 613 a

INDEX GRÆCUS.

A.

Ἀγοραῖοι quid. 604 a
Ἄγω duco, existimo. ibid.
Ἀκρίβεια quid. 607 a b
Ἀνάγειν pro facere ascendere. 594 b
Ἀνασκευάζεσθαι quid. 591 a 606 a
Ἀνίστημι sæpe in sensu vacat. 547 a
Ἄνωθεν quid. 614 a
Ἀξιοῦν, quid. 592 b
Ἀπὸ spatium interjectum interdum significat. 532 a
Ἀποδέχεσθαι agnoscere beneficium. 610 b
Ἀποστρέφειν quomodo usurpetur. 543 a
Ἀργύριον quantum fecerit. 602 b
Ἀρεστὸν idem quod καλόν. 548 a
Ἀρχαῖος interdum idem quod πρῶτος. 588 b
Ἀσφαλές quid. 608 b
Ἀσκῶ intransitive sumptum.
Ἄτοπον quid. 620 b
Ἀφανίζεσθαι de stupore animi. 586 a
Ἄφιξις quid. 605 b

Γ.

Γραμματεὺς Thesserarius. 604 a

Δ.

Δὲ pro enim. 539 b
Δὲ aliquando præter emphasin nihil significat. 577 b
Δεῖ cum Dativo constructum. 614 a
Διαμαρτύρεσθαι quid. 600 a
Διακατελέγχεσθαι quid. 601 b
Διακονία pro ipsis eleemosynis. 577 b & seq. 580 a
Διαστρέφειν quid. 582 a
Διαταγή quid. 561 a
Διέρχεσθαι pro *circuire.* 562 b
Διθάλασσος quid. 619 b

E.

Εἰ pro ὅτι quod. 615 a
Εἰς adverbiis junctum sæpe vacat. 540 a
Εἰς pro περὶ *de.* 538 a pro *secundum, juxta.* 561 a
Εἰς τὸ εἶναι interdum subintelligitur. 547 b
Ἐκβάλλειν quid significet Helenistis. 574 a
Ἐκλέγεσθαι ad rem relatum, pro *acceptum habere.* 589 a
Ἐκτενής quid. 578 a
Ἐκφέρειν pro ejicere. 546 b
Ἐν pro εἰς. 560 b
Ἐμπνεῖν cum genitivo. 568 b
Ἐν pro *propter.* 611 b
Ἐξιστᾶν quid. 563 b
Ἐπ' ἐλπίδι pro *securè.* 538 b
Ἐπὶ τὸ αὐτὸ pro *simul.* 534 a
Ἐπὶ cum Dat. pro *apud.* 620 b
Ἐπὶ cum Dat. pro *propter.* 577 b
Ἐπικεῖσθαι etiam de præsenti malo dicitur. 618 a
Ἐπιλέγομαι quid. 592 b
Ἐπίνοια quid. 566 a
Ἐπιπίπτειν, καταβαίνειν, μένειν, κατασκηνοῦν de Spiritu S. dicta, idem significant Helenistis. 564 b
Ἐπισκέψασθαι quid. 589 b
Ἐπιστρέφειν transitivum & intransitivum. 615 a
Ἐπιτίθεσθαι τινί quid. 600 a
Ἐπιφανής terribilis. 537 b
Εὐτόνως quid. 601 b
Ἐφίστασθαι etiam de præsenti malo. 618 a

Θ.

Θεραπεύειν quid. 597 b

I.

Ἱμάτιον suprema vestis. 573 b
Ἰσκαριώτης conjectura ex Æthiop. 534 a

K.

Καθ' ἑαυτὸν quid. 621 a
Καίτοιγε quid. 598 b
Κακοῦν *affligere.* 587 a b
Κατ' οἶκον *domi, privatum.* 541 b
Κατ' οἴκους quid. 605 a

Κατὰ de tempore uſurpatum respondet quæſtioni, quando; 566 b
Κατὰ τὸ αὐτὸ pro ſimul. 587 a
Κατάσχεσις quid apud LXX Interp. 560 b
Καταφέρειν ψῆφον quid. 614 a
Κατοικεῖν de vitæ duratione. 598 a
Κατορθοῦν quid. 610 b
Κεφάλαιον quid. 567 a
Κολλᾶσθαι exponitur. 546 a 567 a
Κτῆμα *ager, vinetum.* 541 a 544 a

Λ.

Λέγω & εἶπον pro *jubeo.* 591 a
Λόγος pro *libro.* 530 b
ὁ λόγος abſolute pro verbo Dei. 562 b
Λόγος *res.* 566 a
Λόγιος quid. 601 a

M.

M affigitur ſæpe peregrinis dictionibus. 557 a
Μάχεσθαι de verborum & verberum pugna. 554 a
Μέλλω etiam cum futuro conſtruitur. 609 b & ſeq.
Μέρος pro *re* aut *negocio.* 603 a
Μεταξύ, de eo quod ſequitur. 586 a b

N.

N affigitur ſæpe peregrinis dictionibus. 557 a
Νομίζεσθαι quid. 593 a

O.

O etiam prædicato apponitur. 601 b
Οἴκημα carcer. 578 b
Οἶκος de templo. 533 a & de conclavi templi. ibid. b
Οἱ μὲν *quidam.* 540 b
Ὀκνεῖν pro *cunctari.* 573 b
Ὁμοθυμαδὸν ſæpe pro ἅμα *ſimul.* 535 b
Ὁμοιοπαθὴς quid. 588 a
Ὄνομα pro *perſona.* 534 a
Ὅπως *ut*, etſi cum aoriſtis conſtructum, futurum tamen dicit. 542 b
Ὀργυιά quid. 618 b
Ὅσιος unde. 538 b
Τὰ ὅσια Δαβὶδ explicatur. 585 a
Ὅτι pro utique. 616 b
Οὗτος pro ὅς. 577 a
Οὕτως interdum non ſimilitudinis ſed ἀποδοτικόν. 551 a

Π.

Παραβαίνειν quid. 535 a
Παραγγέλλειν quid. 599 a
Παρεμβολή quid. 607 a
Παρενοχλεῖν quid. 590 b
Περιαιρεῖν quid. 619 a
Πέριξ quid. 547 a
Περιοχή quid. 567 a b
Τὰ περὶ τὸν τόπον ἐκεῖνον quid. 620 a b
Πιστικὴ νάρδος unde ſic dicta. 585 b
Πληροῦν quem uſum interdum habeant. 580 a
Πληροῦν τὴν καρδίαν quid. 544 b
Πληροφορία duplex. ibid.
Πολιτεύεσθαι quid. 608 b
Πνοή pro רוּח & נְשָׁמָה. 535 b pro anima. 598 a
Πορευόμενον alii verbo junctum, augmentum ſæpe ſignificat ex Hebraiſmo. 570 a jungitur ſæpe Dativo, ſubintellecta præpoſitione ἐν ibid. b
Πρὸ προσώπου quam emphaſin ſæpe habeat. 583 a b
Προσέχειν quid. 564 a
Προχειρίσασθαι quid. 607 b
Πρωτοστάτης quid. 611 a
Πυλῶν & θύρα quid differant. 579 a

P.

Ῥεμφάν non habet mendum. 556 a b
Ῥῆμα abſolutè pro verbo Dei. 562 b pro *mandato.* 575 a

Σ.

Σάββατα ſignificationem interdum habet ſingularem. 582 a
Σαρὼν & ὁ Σαρὼν differunt. 573 a
Σέβασμα quid. 597 a
Σιμικίνθιον quid. 602 a
Σπερμολόγος quid. 596 a
Στάσις quid. 588 b
Συμβάλλεσθαι quid. 601 b
Συμβιβάζειν pro *docere.* 569. pro *conſentire.* 592 b
Συναλίζεσθαι quid. 531 a
Συγκομίζειν νεκρὸν quid. 545 b
Συνεφίστημι 593 b
Συγχύνεσθαι quid. 536 b
Συστέλλειν νεκρὸν quid. 545 b
Συστροφή, quid. 604 a b

T.

Τακτὴ ἡμέρα quid ſit. 579 b
Τάττω pro *mando, jubeo.* 607 b
Τέκνον pro *filio.* 551 a
Τροποφορεῖν. 582 b

Υ.

Ὑπακοῦσαι pro reſpondere. 578 b & ſeq.
Ὑπερεῖδεν quomodo uſurpent LXX. 599 a
Ὑπερῷα multa in templo. 533 a b
Ὑποπλεῖν quid. 615 b

Φ.

Φιλοφρόνως, quid. 620 b
Φρύγανον quid. 620 a
Φωνεῖν pro κράζειν. 594 a
Φωνή an unquam *rumorem* ſignificet. 536 a b videtur aliquando *rem* ſignificare. ibid. b

X.

Χολὴ interdum eſt τὸ χοληδόχον ἀγγεῖον. 566 a b

Ψ.

Ψεύσασθαι conſtr. cum Dat. & Accuſ. 544 b
Ψηλαφᾶν quid. 598 b

Ω.

Ὡς particulis junctum ſæpe vacat. 595 b

INDEX HEBRAICUS.

א

א terminatio in *as* mutatur. 581 b
אמר pro *jubere*. 591 a
אשכרן Æthiop. marsupium. 534 a
אֶת nominativum valet. & ibi peculiaris ejus usus. 576 b 590 b

ב

בְּעֵינֵי quomodo LXX verterint. 548 a

ד

דִּבְרַת periphrasi personarum inservit. 591 b
דָּבַק pro 567 a
דָּבָר mandatum. 575 a
דִּבְרֵי תוֹרָה, cur solis id libris Mosis competat. 582 b

ה

הַפְטָרוֹת quando factæ. ibid.

ח

ח per *e* redditur. 581 b
חוריארת Æthiop. quid. 535 a
חָכְמָה pro *astutia*. 553 b

חַסְדֵי דָוִד quid significet. 585 a

י

מֵיתָר & יֶתֶר *nervus*, unde sic dictus. 578 a

כ

כָּבוֹד de lingua & anima. 538 ab
כיון Saturnus. 556 a
כֵּן pro *tum*. 605 a

ל

ל pro על *de*. 538 a
לָקַט quid. 596 a

מ

מוֹעֵד & עֵדוּת idem LXX interpretibus. 559 b
מיל quid. 531 b
מלא לב quid. 544 b
מָצָא pro *facere*. 560 b
מִשְׁפָּחָה *familia*, unde sic dicta. 570 b

נ

נצרה non de verbis tantum, sed & de verberibus dicitur. 554 a

ס

סָרִיס quid. 566 b. & seq.

ע

עָצַל pro cunctari.
עָשָׂה constr. cum עם vel אֶת pro Dat. personæ. 573 b 588 a

פ

פֶּתַח & שַׁעַר quid differant. 479 a

צ

צ in ז non raro mutatur. 611 a

ק

קוֹל aliquando idem quod דָּבָר *res negocium*. 536 b

ר

רוּחַ הַקֹּדֶשׁ est spiritus propheticus.
רים quid. 564 b 531 b

ש

שְׁכִינָה quid.
שֵׁם absolute de Deo. 564 b 548 a
שָׁרוֹן & הַשָּׁרוֹן differunt. 573 a

INDEX SYRIACUS.

ܐ

ܐܢܫ cum ܟܠ & ܒ. 546 b
ܐܢܛܝܠܐ quis populus sit. 536 b
ܐܦܩܣ quid. 554 a
ܐܦܢܩ quid. 599 b
ܐܪܢܒ quid. 583 b
ܐܪܡܠܐ & ܐܪܡܠܬܐ quid differant. 605 b
ܐܦܣܩܦܐ ܡܣܩܘܦܐ quid. 619 b
ܐܚܠܡ quid. 614 b
ܐܝܬ ܗܘܐ quid sit. 547 b
ܐܬܝܪܘܬ quid. 574 a

ܒ

ܒܢ cum derivatis, quid. 612
ܒܝܬ ܢܗܪܝܢ. 537 b
ܒܝܬ ܩܕܘܫܐ quid. ibid.
ܒܪ in compositione *societatem* sæpe significat. 581 a
ܒܢܝܢܐ quid. 534 b

ܕ

ܕܒܝܬ videtur interdum periphrasi personarum inservire. 591 b

ܗ

ܗܕܝܐ quid. 605 a

ܘ

ܘܦܣ quid. 542 a

ܡ

ܡܫܢܐ quid. 599 b

ܢ

ܢܛܦܐ quid. 618 b

ܣ

ܣܦܪܐ quid. 579 b

ܦ

ܦܘܪܐ quid. 566 b

ܩ

ܩܘܠܣܐ & ܩܠܘܣܐ quid. 599 b

ܫ

ܫܠܝܚܐ quid. 604 b
ܫܠܡܘܬܐ quid. 567 a
ܫܠܡ ܫܠܝܚ ܫܠܡ ܫܠܝܚ quid. 606 b

ܡܫܡܫܢܘܬܐ & ܡܫܡܫܘܬܐ quid differant. 597 a
ܡܕܒܪܢܐ quid. 580 b
ܡܥܛܦܬܐ suprema vestis. 573 b

ܢ

ܢܟܠܐ & ܢܟ̈ܠܐ quid differant. 597 a b

ܦ

ܦܘܩ & ܦܘܩܕܢܐ quid. 602 b
ܦܫܝܩܬܐ exponitur. 541 b

ܨ

ܨܘܠܐ quid. 613 a b
ܨܝܪ quomodo in compositione utantur Syri. 538 a
ܨܘܒܠܐ ܕܨܘܡܬܐ quid. 610 b
ܨܒܥܬܐ quid. 616 a

ܩ

ܩܦܣ & ܐܬܩܦܣ quid. 612 a b

ܫ

ܫܘܐ transitive & intransitive. 611 b
ܫܡܫܬܐ quid. 580 b
ܫܡܫ cum derivatis, quid. 610 b & seq.
ܫܪܟ quid. 606 b
ܫܪܒܐ ܕܫܘܠܛܢܐ quid. 610 a

ܬ

ܬܗܪܐ *stupor*, fere non nisi in admiratione. 574 b

INDEX ARABICUS.

ا

اجاب الي quid significet. 548 a
ايلي urbis nomen. 537 a
اهل quid. 591 a

ب

بحر quid. 555 a
بحر القلزم. ibid.
بحر الحلو. ibid. b

ج

جدل quid. 596 a
جعل sæpe tantum ministrat. 547 a

ح

حلب pro Berœa urbe. 595 a
الحواريين *apostolo* Arabicè, & unde. 535 a

ر

رف quid. 557 a

س

ستر januæ species. 587 b

ص

الصديق variè significat. 575 a

ط

طفق sæpe tantum ministrat. 547 a

ع

عال quid. 582 b

ف

فصل quid. 567 b

ك

كفل quid.

م

منسك quid. 597 a

و

وسوس quid. 581 a

INDEX LOCORUM SACRÆ SCRIPTURÆ,

quæ hîc obiter explicantur.

Genes. 46. 27. 551 b & seq.
Exod. 1. 9. 553 b
Deut. 2. 24. 32. 590 a
2 Reg. 9. 25. 576 b
Esth. 7. 5. 544 b
Esai. 3. 7. 600 a
Ps. 36. 2. 560 b
Ps. 61. 9. 605 a
Ps. 68. 18. 561 a
Ps. 132. 5. 560 b
Prov. 3. 13. ibid.
Eccles. 8. 11. 544 b
Esa. 58. 14. 560 b
Ose. 12. 8. ibid.
Amos. 5. 26. 556 ab & seq.
Amos. 5. 26. 559 b
Amos. 9. 12. 589 b
Hagg. 2. 5. 579 b
Agg. 2. 7, 9. 533 a
Zach. 7. 7. & 8. 17. 576 b
Marc. 14. 3. 585 b
Joh. 7. 39. 565 a
Act. 19. 2. ibid.
2 Cor. 9. 3. 603 a
Col. 2. 16. ibid.
Jac. 2. 3. 539 b
1 Pet. 4. 16. 603 a

INDICES in EPISTOLAM AD ROM. & RELIQUAS.

INDEX LATINUS RERUM ET VERBORUM.

A.

Abba vox Chaldaica quid denotet. 665 *cur cum ea Græca ὁ πατὴρ conjungatur.* ibid.

Abel quomodo, teste Apostolo, adhuc mortuus loquatur. 747 a

Abelis sacrificium quid commendarit Deo. 746 b

Abrahamus qua ratione dicatur per promissionem factus hæres mundi. 641 a

Abrahami gloriatio quæ. 639 a b

Abrahami & seminis ejus respectu fœderis cum eo initi, duplex consideratio. 642 a

Abrahamum quo sensu Jacobus dicat ex operibus fuisse justificatum. 753 b

Accusationi duplici hominis, duplex justificatio opponitur. 754 b

Adami de interitu mundi prædicto ex Josepho. 759 b

Adverbia qualitatis per præposit. ב *& nomen substantivum exprimere solent.* 711 a

Affixum Syr. pleonasticum. 646 b

Altare suffitus θυσιαςήελον θυμιάματ☉, *ubi in templo steterit.* 744 b

Amen *voculæ vis.* 707 a

Anathema quid. 669 a

Anchialus per quem jurare Judæos Martialis cavillatur, quid sit. 762 a

Arca fœderis quas res in se continuerit repositas. 743 b & seq.

Arca Noæ, typus Christi. 749 a

Aures quomodo Christo perfoderit Pater, & quid hæc locutio sibi velit. 745 a

B.

Baalem & alios Gentilium deos indiscreti fuisse sexus. 683 a

Baptismus pro illuminatione cur. 741 a b

Baptizatos pro mortuis quo sensu dicat Apostolus. 707 b & seq.

Benedicto legis per שם המפורש *à Sacerdote proferri quando desierit.* 717 b

Benedictionem legis quam vocent Hebræi, quasque ei leges statuant. 717 a

Beneficentia ab Eleemosyna quid differat. 712 b

C.

Cabalistæ quomodo ex dimensionibus Arcæ Noe Jesum *eruant.* 749 a

Causarum apud Hebr. duo genera à duûm generum Judicibus etiam dijudicabantur. 701 a

Charitas an ideo fidei forma dicenda, quia fides ex operibus perficitur. 754 a

Christus ὁρισθεὶς υἱὸς τ͂ θεοῦ *quo sensu.* 622 a *non vulgaris* κύρι☉, *sed verus Deus.* 727 b *cur placamentum jam ante etiam positus in Vet. test.* 637 a

Christi cum Mose comparatio ratione authoritatis. 738 a b & seq.

Circumcisio quanti Judæis æstimata. 669 b

Circumcisionis minister quomodo fuerit Christus. 695 a

Cleomenis in cruce suspensi caput serpente obvolutum ex qua causa physica. 714 a

Cognitio Domini in Nov. Test. longe major est quam fuit in Test. Veteri. 743 b

Concubinarum, si ingenuæ & Israëliticæ essent, hæreditatem quoque adibant filii. 718 b

Concupiscentia & peccati & mortis radix. 751 b & seq.

Conscientiæ vis. 629 a

Corrupti qui. 701 b

Corruptio originalis qui fiat ut in hominem regnet. 654 b

Creatura *vel* creaturæ *vulgatissimo Hebr. & Arabum usu* homines *denotat.* 625 a 734 b 752 a

D.

Dativus Syris sæpe pro ablativo cum præpositione à usurpatur. 625 a

Deum peccata peccatis punire asseritur. 627 a

Diabolis nulla salutis restat spes. 761 a

Distinctionis punctum Syris. 639 a

Dives quinam. 723 b

Dominus mundorum. *i. e. creaturarum Rabbinis usitatissime dicitur* Deus. 735 b

E.

Ecclesia cur σύλος κ̀ ἑδραίωμα τ͂ ἀληθείας *dicatur.* 728 b

Ellipsis verbi ἔχ *Paulo usitata.* 673 a

Enallage participii pro infinitivo usitatissima Græcis. 729 b

Epistolas ad Romanos & Hebræos alia lingua quam Græca à Paulo scriptas fuisse, Scholiastæ Syro non conceditur. 621 b

Esavum quomodo à fœdere excluserit Deus. 674 a b

Esse quæ significant, etiam incipere esse signant Orientalibus.

Ex fide in fidem, quid. 624 a

F.

Fermentum vetus expurgare

gare cur jubeat Apostolus. 700 b
Fides cum dicitur cooperari operibus suis, an recte inferatur eandem cum operibus etiam justificare. 753 b
Fidei obedientia tributa cur? 623 a
Fidei sanctorum qua ratione etiam post mortem illorum sua vis. 747 b
Fœderis cum Abrahamo pacti promissio typica & antitypica explicatur. 670 b
Fœdera Israëlitarum duo, vetus & novum illud operum, hoc gratiæ. 669 b

G.

GEnealogiæ & genealogicarum controversiarum libri Judæorum. 728 a
Gentes quomodo quæ legis erant, natura fecerint. 628 b
Gloriam Dei incorruptibilis quomodo permutarint Gentes cum similitudine imaginis hominis. 625 a. b
Gloriatio quæ probetur vel improbetur. 639 a. b

H.

HÆredes mundi quomodo fiamus cum Abrahamo. 641 a
Hæreditas terræ Canaan cujus rei symbolum. 642 a

I.

IMputatio duplex & utriusque fundamentum. 639 b & seq.
Infinitivus activus Hebræis frequenter sumitur passive. 741 a
Iracundus ad docendum ineptus, cur. 734 a
Isaacidæ quantam & quamdiu prærogativam habuerint præ Ismaëlitis. 671 b
Ismaël, etsi circumcisus, non tamen fuit filius promissionis ac fœderis cum Abrahamo initi. 671 a
Ismaël cur hereditate fuerit exclusus. 718 b
Israël unde & cur dictus Jacob. 670 b
Judæi quando vocati fuerint omnes, qui antea Israëlitæ. 629 a. b
Judæi credentes triplici jure filii Abrahami. 643 a. b. quo jure de libertate æterna glorientur. 674 a. quomodo per literam legis & Circumcisionem facti sunt transgressores legis? 630 b
Judæorum precandi mos modusque in causis litium. 701 a. b
Judiciorum ratio apud Hebræos quæ fuerit. ibid. a
Justitia Dei quæ. 336 a. quomodo in opere redemptionis appareat. 638 a
Justitiæ vocabulum an semper notet Dei bonitatem, misericordiam, salutem & redemptionem. 637 b
Justificari hominem ex operibus, & non ex fide tantum, quo sensu dicat Jacobus. 754 b & seq.
Justificatio duplex sensu orthodoxo, quæ qualisque utraque 660 a secundum Pontificios item duplex, sed utraque falsissima. 662 b & seq.
Justificatio causæ quænam. 663 a

L.

LEx & Gratia quantum differant. 655 b
Lex cur dicatur ab Apost. Jacobo lex libertatis 675 a 752 a b cur regalis vel regia. ibid. & 753 a non ex scopo suo, sed per accidens damnat 25. quamdiu dominetur homini. 651 b quomodo peccatum adaugere dicatur. 649 a b 655 a
Lex membrorum an differat à lege peccati. 657 b
Lex mentis quæ & cur sic dicta Apostolo. 658 b
Lex peccati legi mentis opposita. ibid. generaliter sumpta quid. 659 a
Legis cum marito comparatio. 651 b 654 b
Legis finis, Christus, quomodo. 680 a
Legis legitimus usus fideli quis. 652 b
Legis Mosaicæ immutatio Iudæis incredibilis est 743 a
Liber pro Pentateuchus Mosis 745 b
Libros prosapiæ & genealogicarum controversiarum habuerunt singulæ Iudæorum familiæ. 728 a
Liberi arbitrii patroni refutantur. 656 b
Loti probitas vindicatur ab opprobrio Rabbinorum. 759 a

M.

MArcionitarum pro mortuis baptizandi mos qui fuerit. 707 b
Melchisedecus major Levitis quibus rationibus. 742 b
Mens opposita membris quid. 658 a
Mors secunda Hebræis quæ. 762 b
Moses quo sensu in tota domo Dei fidelis dicatur fuisse. 738 a
Mosis à filia Pharaonis adoptati historia ex Iosepho. 749 a
Mosen quanti faciant Iudæi. 739 a
Mundus עולם Hebræis specialiter pro futuri mundi beatitudine interdum usurpatur. 641 b
Mundus totus pro certa universitate quorundam, de quibus in subjecta materia agitur ex Hebraismo. 760 a
Mundos tres Hebræorum sapientes constituerunt, quos & cur. 735 a
Mutatio diversimoda. 625 b

N.

NAturæ scientiam ex ceremoniis Mosis discendam statuerunt Hebræi. 724 a

Nomen suum cur titulis Epistolarum præfixerit Paulus, causa futilis. 621 b
Nominis ἀνεκφωνήτου *rectam pronunciationem hodie ignorant Judæi.* 717 b
Numerum Apocalypticum χξς *quid designare autores censeant.* 762 a. b

O. O.

OPera bona quomodo perficiant fidem? 754 a. *quatenus etiam regenitis imputentur in justitiam.* 662 a. b
Opera & Fides opponuntur sibi invicem. 640 a
Orientalibus usitatissimum, vota sua per præteritum exprimere. 632 a

P. P.

PArticipia pro præsentibus Indicativi. 677 a. *& pro futuro.* 746 a
Paschatis nocte patres tria narrare liberis tenebantur, & quænam. 700 b
Paulus è Saulo quando vocatus. 621 b. *quomodo Servus J. Christi.* ibid. *quomodo se liberatum jactet à lege peccati, qui paulo ante questus erat se adhuc mancipari legi peccati.* 659 a
Pauper quis. 723 a
Pauperem unde Hebræi dicant. ibid.
Peccati actualis gradus tres, qui. 752 a
Præcidendi & incidendi vocabula, decernere & concludere etiam in Orient. linguis significant. 677 a
Præteritum Orientalibus votum exprimit. 632 a
Precationis promptitudo & alacritas bonum signum est, & cur. 755 b. & seq.
Primogeniti prærogativa. 730 b.
Promissiones Abrahamo & semini ejus factæ duæ, quæ. 641 b
Pronominis loco nomen repetere Hebræis usitatum. 657 b. & s.
Prophetis quomodo spiritus prophetarum subjiciantur. 707 a
Proximum suum quo sensu non docturum quenquam, dicatur. 743 a

Q. Q.

QUies Dei quarto præcepto indicata, quæ & quotuplex. 739 b
Quies septimi diei typus fuit futuræ gratiæ in Christo. 740 a
Quies nostra vera quæ. 739 b & seq.

R. R.

REproba mens quæ. 627 b

S. S.

SAbbathi sanctificatio quid & quo spectet. 739 b
Sacerdotum probatio vel reprobatio apud Judæos quomodo & à quibus fieret. 761 a. b
Sacrificiorum finis, testibus etiam Judæis, quisnam. 636 b. & seq.
Salutis suæ cura unicuique incumbit, non pastoribus solum ea committenda. 723 a
Sancti quomodo & cur peccare non possint. 741 a
Sanctitas nobis inhærens, non est justitia qua justificamur coram Deo. 636 b
Sceptrum erga aliquem si extendant Reges, quid velint. 736 a
Scholiastæ Syri absurda opinio de carne Adami adhuc innocentis induta à filio Dei, notatur. 660 a
Semen Abrahæ duplex. 643 a
Serpentes quomodo ex humanis corporibus nasci crediderit antiquitas. 714
Servi quotuplices. 621 b
Servitus semini Abrahæ non competit sed libertas. 674 a
Signum circumcisionis *qualis constructio.* 640 b
Stellas & sphæras esse animatas, communis opinio Hebræorum est. 708 b
Suffitus in V. T. quando & quoties de die fieret. 761 b
Synedrii magni consessus & judicium de Sacerdotibus, ubi. 761 a
Syriasmus Apostolis olim vernaculus fuit. 630 b

T. T.

TAbernaculum ceremoniasque eo pertinentes ad Philosophiam ac res naturales retulerunt Hebræi. 724 a
Throni regii apud Orientales descriptio & usus. 761 b
Thuribuli aurei usus & asservatio. 744 b
Transire legem quid significet. 630 a

V. V.

VAriantium lectionum quæ causa sæpe. 648 b
Velle & perficere non pari gradu nec extensione Deus in suis operatur. 656 b
Verba Syris pro participio. 722 b
Veritatem in injustitia detinere quid. 624 a
Viatoris pro hospite suo precatio apud Iudæos usitata quæ. 750 b
Viduarum juniorum vitia reprehensa quæ. 729 b
Vocati J. Christi. constructio emphatica, dominium Christi designans. 623 b
Volumen libri pro Pentateuchus. 745 b
Urna Mannæ & virga Aaronis an juxta tabulas fœderis etiam fuerint in arca. 743 b
Uxor patris pro noverca *ex Hebr.* 700 b
Uxores honorandi Hebræorum formula usitata quæ. 757 b

INDEX GRÆCUS.

A.

Ἀγνωσία quid. 622 b
Ἀδικία pro ψεῦσμα i. e. *mendacium.* 633 b
Ἀθετεῖν quid. 698 b
Αἰσχύνεσθαι quid. 635 a
Αἰῶνες cur num. plur. dixerit Apostolus. 735 a
Ἀκοὴ pro *prædicatione* ex Hebraismo. 682 a
Ἀλήθεια pro δικαιοσύνη. 706 a
Ἀλλὰ interdum confirmativum, pro *utique*, *equidem.* 650 a
Ἀνακαινίζειν passive *renovari.* 741 b
Ἀνακεφαλαιοῦσθαι quid. 691 a
Ἀναλῦσαι quid. 722 a 733 a
Ἀνάστασις νεκρῶν. i. e. ἡ ἐκ νεκρῶν. 623 a
Ἀνατολὴ pro splendore, item pro germine. 735 a
Ἀνταποκρίνεσθαι quid. 675 b
Ἀντιλαμβάνεσθαι quid. 731 a
Ἀντιμισθία quid. 627 a
Ἀπέχειν interdum est transitivum, pro *facere abstinere.* 729 a
Ἀπλοῦς, quid. 751 a b
Ἀποκαραδοκία quid. 666 a
Ἀπόλαυσις quid. 349 b
Ἀσθενὴς & ἀσθενεῖν quid. 644 b
Ἄσπονδοι qui. 628 a
Ἀσύνθετοι qui. ibid.
Ἀφὴ quid. 724 a
Ἀφωρισμένος ὁ Παῦλος εἰς εὐαγγέλιον τοῦ Θεοῦ à quo 621 b
Αὐτάρκης vere dives. 723 a
Αὐταρκείας fructus. 731 a

B.

Βασκαίνειν & *fascinare* & *invidere* significat. 716 b

Γ.

Γενέσθαι aoristus, futuri significationem habens. 644 a

Δ.

Δὲ copulandi sæpe vim habet. 664 a
Δὲ pro *enim.* 636 a
Διὰ *propter.* 637 a
Διὰ pro ἐν. ex Hebraismo. 711 a
Διὰ τοῦτο pro *propterea quod.* 646 a
Διαλογισμοὶ quid. 692 a
Διαπορεύεσθαι trajicere. 696 b
Διαφέρειν, τὰ διαφέροντα, & διάφορον quid. 629 b
Δίκαιος pro ἀληθής. ἄδικος pro ψευδής. 632 b 633 b
Δίκαιος pro *misericors.* 759 b
Δικαιοσύνη pro אמת *veritas* passim apud LXX. Interpp. 632 b 633 b
Διότι & διὸ significatione differunt. 635 b
Δόξα pro ἰσχύς. 650 a

E.

Εἰκὼν quid. 625 a
Εἰς pro διὰ *per.* 705 a
Εἰς pro ἐν sæpe usurpatur. 667 a 690 b 692 a etiam pro *propter.* 667 a
Ἑκουσίως peccare, quid. 746 a
Ἐλαττοῦσθαι quid. 737 b
Ἐν pro ב *cum* more Hebræorum. 626 a
Ἐν & ב non semper denotant rem quæ intra aliam est, sed & quæ alteri annexa est & adhæret. 744 a
Ἐν pro περὶ *de* idiotismo Hebr. 682 b
Ἐν δυνάμει non rectè vertitur *ponenter.* 622 b
Ἐντολὴ pro νόμος collectivè accepta. 654 a
Ἐξαγοράζεσθαι τὸν καιρὸν unde petita phrasis. 721 a 724 a
Ἐπανάληψις & ἐπαναλαμβάνειν quid. 691 a
Ἐπίγνωσις & ἐπιγινώσκειν idem quod γνῶσις & γινώσκειν. 627 ab
Ἐπιστρέφεσθαι cum accusativo. 631 b
Ἐργάζεσθαί τι *circa aliquid operari* 722 b 762 b
Ἔσται absolute positum pro *futurum est.* 696 a
Εὐπερίστατος quid. 750 b
Ἐφευρεταὶ κακῶν excogitatores malarum rerum. 628 a

Θ.

Θεία φύσις i. e. Deus. 759 a
Θεοστυγεῖς quid. 627 b
Θυμιατήριον quid fuerit & ubi asservatum. 744 a b
Θυμὸς quid. 762 a b

I.

Ἱερουργεῖν quid. 696 b
Ἱλαστήριον χρυσὸν προέθετο ὁ θεὸς i. e. posuit jam ante nim. in V. T. Deus 636 a. cur? ibid. b
Ἵνα, ut & ὅπως, interdum imperandi vim habet. 632 b 758 b

K.

Καὶ antecedente ὡς, ἀποδοτικόν 760 a
Καὶ ante οὕτως ἀποδοτικὸν, more Hebræorum redundans. 645 b
Καὶ τοῦτο *ideoque.* 691 a b
Κακοήθεια quid. 627 b
Κατὰ καιρὸν quid. 644 b
Κατάνυξις & κατανύττειν quid. 683 a
Καταργεῖν quid. 653 a
Κατεργάζεσθαι σωτηρίαν pro ἐργάζεσθαι κατὰ τὴν σωτηρίαν, *operari circa salutem.* 722 b
Κατέχειν. 624 b
Κλητὸς ἀπόστολος an oratio ἀσύνδετος. 621 b
Κριτήρια pro causis ac litibus judicandis. 701 a
Κυβερνήσεις quid. 705 b
Κῶμοι quid. 691 b

Λ.

Λαλεῖται in conjug. media pro λαλεῖ. 747 b
Λατρεία λογικὴ quid. 688 a
Λογίζεσθαι quid. 638 a

M.

Μακαρισμὸς Beatitudo. 640 b 718 a
Μαλακοὶ qui. 701 b
Μετὰ præpoſ. non ſocietatem ſed argumentum & materiam ſignificans. 695 b
Μεταλλάττειν τι ἔν τινί phraſi Helleniſtica. 626 a
Μήποτε interdum interrogativum. 745 a pro *an forte.* 732 b
Μόρφωσις τῆς εὐσεβείας quo ſenſu. 630 a

N.

Νήφειν pro φρονεῖν. 727 a
Νομικὸς legiſperitus & amanuenſis. 734 b
Νοῦς ἀδόκιμος quid. 627 b
Νῶτος pro ὀσφὺς *lumbus.* 684 a

O.

Ὄγκος pro *tumor* ac faſtus animi. 750 a
Οἱ ἐκ νόμου pro υἱοὶ νόμου. 642 b
Οἱ ἐξ ἐριθείας quid. 628 b
Οἶνος τοῦ θυμοῦ quid. 762 b
Ὁμοίωμα ab εἰκόνι quid differat. 625 a
Ὁμολογῶ ἐν σοὶ & ὁμολογῶ σοι quid differant. 758 a
Ὀνειδισμὸς τοῦ Χριστοῦ quid. 749 b
Ὅπως interdum imperandi vim habet. 632 b 758 b
Ὀρθοτομεῖν quid. 731 b
Ὁρίζειν quid. 622 a
Ὃς pro αὐτὸς vel ἐκεῖνος, relativum pro demonſtrativo. 698 a
Ὃς μὲν diſtributivè pro ὁ μὲν ſumi uſitatum. 692 b
Ὅτι quando redundet. 634 b
Ὀψώνια quid. 651 b

Π.

Παραβάτης νόμου quid. 630 a
Παραδοῦναι cum εἰς & ἐν indifferenter conſtruitur. 626 b
Παρεισελθεῖν quid. 649 a
Πατριὰ pro *familia* 720 a
Περὶ ἁμαρτίας quid. 660 a
Περίεργος quid. 729 b
Περπερεύομαι, πέρπερος, περπερεία quid. 706 a
Πιστεύεσθαι & πιστοῦσθαι quid differant. 733 a
Πλεονεκτεῖν. πλεονεκτεῖσθαι ὑπό τινος quid. 709 b & ſeq.
Πλεονεξία. & πλεονεκτεῖν τὸν ἀδελφὸν ἐν τῷ πράγματι de adulterio ab Hieronymo intelligitur. 726 a
Πνεῦμα ἁγιωσύνης pro divina Chriſti natura. 622 b
Πνεῦμα κατανύξεως quid. 683 a
Προαιτιᾶσθαι quid. 635 a
Προσκαρτερεῖν quid. 690 b
Προστάτης quid. 697 b
Πρόσωπον quid. 709 b
Προτίθεσθαι verbi ambigua ſignificatio. 636 b

P.

Ῥᾴδιος ἀδιώτητος quid. 736 a

Σ.

Σκοπεῖν pro *cavere.* 698 a
Σπέρμα non de multis tantum, ſed & de uno dici.
Στελλόμενοι quid. 718 a
Στοιχεῖν quid. 713 a
Συναπάγεσθαι quid. 640 b
Συζητητὴς diſputator. 689 a
Συντελεῖν καὶ συντέμνειν λόγον quid. 699 a
Σύντριμμα quid. 677 a
Σφραγίζεσθαι verbi uſus. 635 b 697 a

T.

Τελεῖν νόμον idem quod πράττειν νόμον. 630 b
Τμῆμα & τμήματα quid. 731 b
Τοῦ articulus infinitivis propoſitus intellecto ἕνεκα, ex Hebraiſmo, ubi ל idem præſtat. 699 a

Υ.

Ὑπερβαίνειν καὶ πλεονεκτεῖν τὸν ἀδελφόν. 725 b

Φ.

Φθάνειν quid.
Φόρος ὁ quid. 726 b
Φρόνιμος quid. 690 b
Φωτίζειν Helleniſtis quid. 689 a
Φωτίζεσθαι & *baptizari* cur Syro pro eodem. 741 a
Φώτισμα baptiſmus olim dictus cur. ibid b
ibid.

X.

Χάριν pro ἕνεκα ſubſtantivo vel infinitivo poſtponitur. 730 a
Χρᾶσθαι δουλείᾳ pro *ſervire.* 703 b
Χρεῖαι quid. 688 b

IN-

INDEX HEBRAICUS.

א

אמן, ejus utilitas. 707 a
אמת. 706 a
אפסניא stipendium. 651 b
אשת אב. 700 b

ב

ב pro [illegible]. 682 b
ב cum substantivo, ponitur pro adverbio qualitatis. 711 a
בריות. 752 a
בריות. 734 b
ברית quotuplex. 669 b
ברכת התורה. 717 a
בת קול quid Rabbinis. 682 a

ג

גָוֶם unde. 676 b
גמילות חסדים differt à צדקה tripliciter. 712 b

ד

דון. 693 a
דיני ממונות. 701 a
דרך ארץ. 752 b
דרש cum derivatis. 699 a

ה

האמין cum infinito & ל. 644 a
האמין pluribus explicatur. 692 b
הגבורה de Deo dicitur. 622 b
הגדרה. 700 b
הדיוטות. 701 b
החליף cum ב constructum, quid. 626 a
המיר quî construatur. ibid.
העמיר quid sit Rom. 9. 17. 675 a
התחולל quid. 666 a

ז

זַיִן Syris quid. 691 b
זכה quid. 633 a
ורע de uno. 718 a

ח

חול parturiunt. 666 a
חוש. 682 a
חמה. 762 b
חסר. 737 b
חפץ. 701 b
חרם tria significat. 669 a
חרן. 677 b & seq.
חתה. 690 a
חתם pro *finire*. 697 a

כ

כ pro, *apud*.
כי equidem, sed. 650 b
כל. 760 a
כליון & כלה 677 b
כלי. 691 b

ל

ל particulæ usus. 685 a

מ

מגלה. 745 b
מדת הדין &c. 636 b
מומחים. 701 a
מחתה. 744 b
מילה quanti fuerit. 669 b
מלך de Deo. 753 a
ממזר. 718 b
מקים quæ significat. 633 b
מקראי quinam sint Es. 48. 12. 623 b

נ

נאמן. 738 b
נהר. 741 b
נוח. 714 b
נרדם. 683 b

ס

סמאל 714 a

ע

עבד. 695 b
עברה duplex. 670 a
עבר dupliciter accipitur. 681 b
עולם quî sumatur. 641 b
עולם. 734 b
עוז duo significat, robur & gloriam. 650 a

פ

פִּי שְׁנַיִם. 278 b
פִּלֵּל. 699 a
פנים pro *modis*. 709 b
פסק. 732 a

צ

צבאות qui. 678 a
צדקה. 759 b
צערא duo signat. 750 a

ק

קפר cum derivatis. 734 a

ר

ראש. 762 b
רחם quid. 675 b
רשויות. 721 b
רשמא quid. 644 b

ש

שכינה definitur. 669 a

ת

תרדמה. 683 b

INDEX SYRIACUS.

ܐ

ܐܝܢܐ quid. 665 a b

ܐܝܟܘ. 726 b

ܐܝܟܘ cum ܒܟܠ, & ܠܐ. 758 a

ܐܘܟܝܬ idem cum ܐܠܘܟܝܬ 754 b

ܐܝܟ, duo signat. 633 b

ܐܝܟܢܐ sequente ܕ. 710 b

ܐܝܟܢܐ sicut 648 b

ܐܟܚܕܐ simul ibid.

ܐܠ particulæ usus. 685 a

ܐܢܐ quid Syris. 658 a

ܐܒܗܐ parentes. 732 b

ܐܝܬܘܗܝ pro verbo substantivo. 623 b

ܐܦܣܩܘܦܐ. 719 a

ܐܣܛܝܠ. 755 a

ܐܬܡܟܟ quid. 653 a

ܐܬܓܠܝ explicatur plenius. 683 b

ܐܬܚܫܒ duo significat. 631 b

ܐܬܦܫܟ cum ܠܒ, animum despondet. 725 b

ܐܬܪܐ dupliciter accip. 689 b

ܐܬܪ ܡܢ ܐܬܪܐ quid Rom. 9. 25. 676 a

ܒ

ܒܗ non est *eis*. 650 a

ܒܣܪܐ. 725 a

ܒܪܐ. 699 b

ܒܪ ܠܐ ܒܟܠ quid sit. 682 a

ܓ

ܓܢܒܪܐ cum derivatis. 727 b

ܓܙܪ. 676 b

ܓܝܪ quid. 698 b

ܓܙܪ quid. 630 b

ܓܙܪ. 676 b

ܕ

ܕ quî usurpetur Syris. 651 a

ܕ Syris cum ellipsi. 693 b

ܕ pleonasticum Syris. 704 b

ܕ etiam præterito, notat finem. 728 a

ܕ quid. 745 b

ܕܒܪ duxit, at in secunda conjugatione ܕܒܪ est, rexit. 664 b

ܕܒܪ ܡܕܒܪܢܐ ܕܡܕܒܪ phrasis explicatur. 694 b

ܕܡܘܬܐ. 732 a

ܕܝܢ. 714 b

ܕܟܝܐ. 683 b

ܕܕܕܕ. 742 a

ܗ

ܗܘܐ. 756 b

ܗܘ, ejus usus. 631 a

ܗܘ præcedente ܐܢܫ & sequente ܕ. 707 a 710 b

ܗܘܦܟܐ. 757 b

ܗܠܝܢ. 727 a

ܗܟܢܐ pluribus explicatur. 713 b

ܗܢܐ. 736 a

ܘ

ܘܐܝܠܝܢ quænam. 629 b

ܙ

ܙܘܓ cum conjugatis. 720 b

ܙܢ. 650 b

ܙܢܝܐ αἰῶνος. ibid.

ܚ

ܚܒܫܐ. 725 a

ܚܫܘܫܐ quid. 636 b

ܚܣܐ. 731 b

ܚܣܚ quid. 667 b

ܚܣܝܢ cum ܒ, quid. 626 a

ܚܫܘܫܝܬܐ. 689 a

ܚܫܐ & similia. 632 a

ܚܘܫܒ. 716 b 734 b

ܚܟܡܬܐ ܚܫܒܘܢܐ cum conjugatis. 709 a 716 a

ܚܙܐ.

ܚܫܐ. 684 a

ܚܫܒ cum conjugatis. 758 b

ܚܫܚ ܘܪܐ variè explic. 667 a

ܚܬܢܐ cum derivatis. 757 a

ܛ

ܛܘܦܣ græcum est. 645 a

ܛܠܡ. 709 a

ܛܢܢܐ. 684 a

ܛܠܐ. 729 a

ܛܦܣ. 732 b

ܝ

ܝܕܥܬܐ. 720 a

ܝܩܪ. 706 a

ܟ

ܟܝܬ & ܟܝܬܐ, quid. 626 b

ܟܒܪ fortassis. 645 a

ܕ ܐܝܟ, ܐܝܟ ubi, ܐܝܟ quum. 643 a

ܟܝܢ aliud Syris quam Hebræis. 687 b

ܠ

ܠ Syris etiam est, *à, ab.* 625 a

ܠܒܒ. 755 a

ܡ

ܡܢܐ ܕ. 712 a

ܡܕܒܪܢܘܬܐ quid. 683 a

ܘ ܗܫܐ ܡܢ esse *à nunc*. 624 a

ܡܢ ܗܫܐ. 716 a

ܡܫܡܫܢܐ. 701 b

ܡܟܐ, quid & unde. 626 b

ܡܟܝܠܬܐ. 688 a

ܡܫܡܠܝܐ. 722 b

ܡܫܡܫܢܘܬܐ quid. 667 a

ܡܠܐ cum conjugatis. 721 b

ܡܠܘܐ. 732 a

ܡܠܟܐ ܕܝܢܢ sentimus. 638 b

ܢ

ܢܡܘܣܝܩܐ. 734 b

ܢܝܚܐ quid 2 Th. 1.7 727 a

ܢܡܘܣ qui scribendum. 684 b

ܢܦܩ. 722 b

ܣ

ܣܘܟܠܐ differt à ܣܘܟܠܐ. 724 b

ܣܒܪ quid. 666 a

ܣܦܪܐ. 724 a

ܥ

ܥܒܕ. 726 a

ܥܒܪܐ transgressio. 646 b

ܥܠܡܐ. 709 b

ܥܡܠܐ. 740 a

ܥܡ. 736 b

ܥܢܐ & ܥܢܝܢܐ quid. 628 b

ܦ

ܦܠܓ. 722 a

ܦܠܚ. 703 a

ܦܘܡ. 677 a

ܦܘܡ quid. 635 a

ܦܪܩ. 729 b

ܦܪܣ. 715 a

ܦܪܫ. 694 b

ܦܪܫ. 752 b

ܦܬܓܡ cum derivatis. 751 a

ܦܬܟܪܐ. 736 a

ܨ

ܨܠܘܬܐ. 701 b

ܨܒܝܢ. 733 b

ܨܒܝܢ. 720 a

ܨܠܡ cum derivatis. 735 a

ܩ

ܩܕܝܫ propria notio. 690 a

ܩܕܡ ܩܕܡ quid. 636 b

ܩܕܡ usus Syris. 705 a

ܩܛܝܠܬܐ. 706 b

ܩܛܠܐ. 713 a

ܩܪܒ adduxit. 644 a

ܫ

ܫܢܝܐ pro anno, sive ܫܢܬܐ.

ܫܠܡ tria significat. 641 a
ܫܢܐ. 715 b
ܫܐ. 733 a
ܫܡܫ. 693 a
ܫܢܝܐ. 724 a

ܬ 720 a
ܬܘܪܬܐ ܬܐܓܪܐ quæstus. 651 a
ܬܠܡܝܕܘܬܐ. 698 b

INDEX ARABICUS.

ا

اباطيل. 730 a
ابتاع. 724 b
اجتهاد. 716 a
احري. 684 b
اخلص. 644 a
استاهل. 710 b
استبدل. 625 b
استراح. 731 a
استغني. 723 b
اسلم. 651 a
اسلام. ibid.
اشتري. 625 b
اصاب. 628 a
اعمال. 730 b
اعمي. 711 b
انب. 629 a
انعام. 710 a
انقاد. 714 b

ب

باعل. 683 a
بالي. 703 b
بدل. 760 a
بر. 633 b
برا. 653 b
بسطة. 750 b

ت

تاييد الروح. 623 b
تبرر. 638 a. 639 a
تجارة. 651 b
تحرر. 650 b
تصديق. 631 b. 640 a
تطهير. 720 b
تعصب 726 b
تقدم. 636 b

ث

ثقل. 750 a

ج

جباية. 690 b
جزم. 677 a
جزية. 690 b
جسد. 639 a

ح

حرم. 669 a

خ

ختم. 697 b
خراج. 690 b
خلع. 752 a

د

دافع. 689 b
دهر. 734 b

ذ

ذلل. 650 a

ر

راجع. 675 b
رجم. 632 a
رضوان. 711 a

ز

زكاة. 690 b

س

سعت. 751 b
سلف. 729 b
سنة. 646 b
سها. 683 b

ش

شبة. 625 a
شتم. 720 a
شحبا. 656 a
شرف. 738 a
شره. 755 a

ص

صالحة. 730 b
صبة. 745 a
صدق. 760 b
صرم. 678 a
صلي. 632 a
صهيون. 685 a

ض

ضماير. 629 a

ع

عالم. 734 b
عجم. 706 a
عرش. 761 b
عرف. 710 b
عزز. 650 a
عشور 690 b
عفة. 720 b

طم

INDICES in EPISTOLAM AD ROM. & RELIQUAS.

علم. 638 b
علام. 735 a
علي. 626 b
عوض. 687 b

غ

غني 750 b
غني. 723 a
غيرة 684 a

ف

فارق 722 a
فتش. 700 b
فرضت. 646 a

ق

قضاء. 755 b
قطع. 678 a

ك

كتاب ايليا. 683 a
كرسي. 761 b

ل

ل. 632 b
لعل. ibid.
لفظة. 682 a

م

مجد. 694 b
محروم. 669 a
مرحومة. 676 b
مسلم 651 a
معشر. 700 a
معني. 672 a
مفسد. 701 b
مقتني 756 b
موجودة 715 b

ن

نازع. 675 b
ناطقة 688 a
ناموس. 646 a
نفاق. 732 a
نية. 704 b

و


وفاء. 628 a
وهل. 714 a


INDEX LOCORUM SACRÆ SCRIPTURÆ,


quæ hîc obiter explicantur.


Gen. 1. v. 26. 737 a
Exod. 32. v. 25. 753 b
Levit. 16. v. 12. 744 b
Deut. 18. v. 15. 18. 738 b
21. v. 17. 730 b
30. v. 12. 14. 680 a
1 Reg. 8. v. 9. 743 b
2 Reg. 2. v. 9. 730 b
22. v. 4. 697 b
2 Paral. 5. v. 10. 743 b
Psal. 8. v. 5, 18. 737 a
45. v. 8. 623 a
51. v. 6. 632 ab
69. v. 28. 636 b
106. v. 13. 662 a
110. v. 4. 743 a
Prov. 16. v. 27. 628 a
Esa. 52. v. 13. 739 a
57. v. 12. 679 a
59. v. 16. 638 a
Ezech. 28. v. 12. 697 a
Matth. 5. v. 39. 701 a
6. v. 22. 751 a
11. v. 19. 632 b
23. v. 35. 747 a
Luc. 1. v. 78. 735 b
20. v. 37. 38. 747 b
Joh. 3. v. 27. 701 b
7. v. 18. 702 a
8. v. 33. 674 a
14. v. 26. 623 a
15. v. 26. ibid.
16. v. 14. ibid.
1 Cor. 3. v. 21. 641 b
6. v. 9. 662 b
Gal. 3. v. 16. 641 b
4. v. 23. *& seqq.* 672 ab
5. v. 4. 653 b
Phil. 2. v. 13. 656 a
3. v. 11. 623 b
1 Thim. 1. v. 8-21. 652 b
Jacob. 1. v. 3 644 b
2. v. 8. 630 b, 675 a
1 Pet. 1. v. 13. 747 b
2 Pet. 1. v. 3. 711 a
Apoc. 6. v. 8. 696 a


F I N I S.















KONINKLIJKE
BIBLIOTHEEK